1507

G. IV. 8

GNESNE PRIM

C. CORNELII TACITI OPERA QVÆ EXSTANT

ex recognitione

IANI GRVTERI.

Cum Indice rerum ac nominum accuratissimo.

Accedunt seorsim

ad eundem

Emendd. Castigg. Obseruatt. Notæ virorum doctissimorum

ALCIATI, RHENANI,
FERRETTI, VERTRANII,
VRSINI, DONATI,
MERCERI, PICHENÆ,
COLERI, GRVTERI.

Ex lib. Eremi Camaldulens. Montis Regii ppe Varsaviam.

M. DC. VII.

FRANCOFVRTI, E Collegio PALTHENIANO,
Sumtibus IONÆ RHODII.

NOBIL

Dn. GE
C(

Serenissimo El
rum int

I

mihi fortunam
nibus aliquot,
contra fuit. Tot
neficentiaque c
gisses in quo inc
experireris sim
angustiarum, v
imitari cogar
quiescente lingu
& ego naturæ t
salutare, amplec
tio, necesse habe
libentissime fac

NOBILISSIMO AMPLISSIMO-que viro Dn.

Dn. GEORGIO LVDOVICO AB HVTTEN,

Serenissimo Electori Palatino ad Rhenum Consiliariorum intimo; Præfecto Mosbachsensi, &c.

Ianus Gruterus.

S. P.

IAm non anni modo eunt, sed lustra, virorum summe, ex quo Annæum Florum producere ausus, qui obligatoriæ tabellæ vice, literatiori orbi profiteretur, merita in me tua, vti etiam erant, optima maxima: cum ea interim spe, suborituram mihi fortunam qua possem nomen illud meum, pensionibus aliquot, si non expungere, at diminuere, quod contra fuit. Tot enim me exinde aureis benignitatis beneficentiæque catenis circumdedisti; ac si vnum selegisses in quo incomparabilis tuæ humanitatis vires & experireris simul & defatigares, certe eo me redegere angustiarum, vt nec oculos nec vocem attollere ausus, imitari cogar Sacerdotes Aegyptiorum: vtque ipsi, quiescente linguæ officio, numina sua deuenerantur; sic & ego naturæ tuæ bonitatem, vnico magis vnicam, salutare, amplecti, atque adorare religioso animi silentio, necesse habeam tantum, quod sane numquam non libentissime facio. Iamque adeo nunc, eiusrei quasi in-

terpretem, ecce tibi, Tacitum nostrum, comitatum aliquot officiosis, quorum studio ac virtute vt quondam è tenebris caput eruit, sic & nunc quoque Europam omnem perambulat securior, quem ipsum scriptorem, cum ex illustri vestra nobilitate, nemo præter te aut æstimat magis, aut intelligit; haud ægre profecto patieris Huttene Nobilissime, eumdem fronte prima præferre nomen vtriusque nostrum: meum quidem, deuotissimæ mentis, si non specimen, at species tamen qualiscumque: tuum vero, vt pares tecum dignitate, agnoscant exemplar, & benignissimi alloquii, & liberalissimæ comitatis tuæ, erga literas literatosque vniuersos; eo ipsis futurus, aut incitabulum, aut conuitium, quod vt diu diuque maneas; supremum illud numen nostrum, serio veneror. Vale, O & præsidium & dulce decus meum. *E Bibliotheca Palatina, die* 1. *Augusti Anno* cIↄ Iↄ CVI.

***

C. CORNELII TACITI VITA, HONORES, ET SCRIPTA.

CAIVS CORNELIVS TACITVS, cui vulgo P. prænomen faciunt, non illa Patricia Cornelia gente, ſed alia minus illuſtri natus eſt, extremis, vt opinio mea fert, T. Claudii Imp. temporibus: Pater auuſque honores geſſerint, & ad Remp. acceſſerint, necne, vt re vetuſta & incerta nihil adfirmem: propius a vero abeſt, ipſum primum ius imaginis & honores in familiam non nimis illuſtrem intuliſſe. initium dignitatis illi ſub Veſpaſiano fuit, a quo, Plinio auctore, procurator datus Galliæ Belgicæ, rationes Principis adminiſtrauit, quæ dignitas equeſtri ordini diu peculiaris fuit. Reuerſus, a Tito, vt opinor, Quæſturam accepit: certe digniatem ſuam quam Veſpaſianus inchoauerat, auctam & adiutam eſſe a Tito, ipſe in Hiſtoriis profitetur: nec aliud ſuſpicari eſt quam Quæſturam aut ſi forte Ædilitatem, quia Prætura XIV. demum conſulatu Domitiani auctus eſt. In quo erroris manifeſtus eſt eruditus vir, qui Domitiano IX & Verginio Rufo II. Coſſ. Prætorem Tacitum conſtituit. Nam Tacitus quidem ipſe in annali XI. diſerte ait ſe XV. virum S. F. ac tum prætorem ludis ſæcularibus Domitiani cum cura adfuiſſe. Atqui ludos ſæculares a Domitiano editos A. V. C. DCCCXLI. id eſt quinquennio ipſo poſterius quam Vertranio placuit, ex monumentis antiquis liquidæ veritatis eſt. Exſtant nummi non pauci cum his notis, IMP. CÆS. FLAV. DOMITIANVS AVG. GERM. PONT. MAXIM. TR. POTEST. VIII. COS. XIV. LVD. SÆC. FEC. Ad

consulatum deinde satis longe interuallo imperãte Nerua peruenit A. V. C. DCCCL. suffectus in locum demortui T. Verginii Ruffi, illius qui delatum a Germanicis legionibus imperium constanter spreuerat, quem & defunctum pro rostris Tacitus laudauit. Exsulasse eum sub Domitiano quidam tradiderunt, magis tamen, vt opinor, pro more vulgi, qui magnis viris insignes casus adfingere amat, quam quod eius rei certus auctor sit. Ego legendo non aliud comperio, quam afuisse eum aliquot annis ab vrbe, idque eo ipso tempore quo Iulius Agricola socer eius mortem obierit Coss. Pompeio Conlega & Cor. Prisco. non tam exsilii necessitate, vt arbitror, quam tædio temporum & cupidine otii. Nam quod iidem, vt omni ex parte tam anxia dilligentia constet, decennium in exsilio egisse scribunt, ac demum exorato Domitiano restitutum. Latine vt loquar, inanis fabula est, ac credo eos homines cum hoc scriberent, indormisse bello Trojano, & illinc decennia sua sumsisse. Constat enim apud vigilantes & sobrios, Domitianum a ludis suis sæcularibus, quib. certe Tacitus Prætor Romæ adfuit VII. dumtaxat annos vixisse, octauo conspiratione suorum occisum. Hęc fere in Rep. In priuata vita ista sunt: vxorem duxit A. V. C. DCCCXXX. Vespasiano IIX. & C. Iulio Agricola Coss. Agricolæ filiam idque illi ad extremam ætatem concors & tranquillum matrimonium fuit. Liberos haud dubie reliquit & ex iis nisi coniectura fallor lõgo interuallo nepotem M. Claudium Tacitum qui postea Imp. appellatus est, (sic enim eum Imperatorem nummi appellant, non vt vulgus P. Annium Tacitum) qui, vt Fl. Vopiscus refert parentem suum appellare hunc Tacitum solet. Historiæ scribendę senex demum vacauit, cum reliquum ætatis in foro & caussis orandis egisset. Ex Plinii Epistolis & Tacitum in principibus oratoribus fuisse, & orationes aliquot edidisse intelligimus. Æquales habuit, Fabium Quintilianum, vtrumque Plinium, Iulium Florum, Secundum, Maternum, M Aprum, Epium

Mor-

Marcellum, Vipſanium, Meſaliam. Scripſit primum o-
mnium, vt poſt docebo, Hiſtoriarum libros ab exceſſu
Neronis ad imperium Neruæ. Deinde Annales ab Au-
guſti exceſſu ad finem Neronis, quorum omnium quan-
tum iactura & quibus locis facta ſit in tempore memo-
rabo. Nominantur & eius Facetiarum libri a Fulgentio,
cum hoc fragmento, Cæſi itaque morum eclogio in filiis
relicto. Mortis eius tempus non exprimo: natalem tamen
annum propemodum inueni. Odoratus ſum ex Plinii
Nepotis epiſtola, quæ libro VII. Nam ait diſerte prope-
modum ætate æqualem ſe Tacito at Plinius incendio Ve-
ſuuini montis, quo auunculus periit, agebat, vt ipſe ait,
duodeuiceſimum annum. Natus ergo Plinius (nam in-
cendium illud ſecundo anno Titi) non dubie anno vr-
bis conditæ, DCCCXVI. Memmio Regulo & Verginio
Rufo Coſſ. At Tacitus paulo maior natu, quod eadem il-
lâ Epiſtolâ teſtatum reliquit Plinius. Ergo natus extremo
imperio Claudii, vel potius, initio Neronis: vixeritque,
opinor, vel ad imperium Hadriani. Hiſtoriam quidam
exorſus eſt ſcribere poſt mortem Neruæ, clarum, quoni-
am principio I. Hiſtor. vocat Diuum Neruam, qui ho-
nos non habetur niſi principi mortuo.

***

VETERVM SCRIPTORVM DE TACITO TESTIMONIA VEL EIVSDEM FRAGMENTA.

Plin. lib. VII. Nat. Hist. cap. XVI.

IPsi nos vidimus eadem omnia in filio Cornel. Taciti equitis R. Galliæ Belgicæ rationes procurantis.

Plin. Nepos lib. II. Epist. I.

Laudatus est Verginius a Consule Cornelio Tacito. Nam hic felicitati eius supremus accessit, laudator eloquentissimus.

Eodem libro, Epistol. XI.

Respondit Cornelius Tacitus eloquentissime, & quod eximium orationi eius inest, σεμνῶς.

Libro IV. Epist. XV.

Idem Cornelium Tacitum, scis quem virum, arcta familiaritate complexus est.

Libro VI. Epist. XVI.

Petis auunculi mei exitum tibi scribam, quo verius tradere posteris possis, Gratias ago: nam video morti eius, si celebretur a te, immortalem gloriam esse propositam.

Libro VII. ad Tacitum.

Erit rarum & insigne duos homines ætate propemodum æquales, nonnullius in literis nominis, alterum alterius studia fouisse. Equidem adolescentulus, cum iam tua fama gloriaque floreret, te sequi, tibi longo, sed proximus, interuallo, & esse & haberi concupiscebam.

Libro IX.

Nec ipse tibi plaudis, & ego nihil magis ex fide, quam de te

de te scribo. Posteris an aliqua cura, nescio: nos certe meremur, vt sit aliqua nõ dico ingenio (id enim superbum) sed studio, sed labore, & reuerentia posterum.

Orosius de Domit. loquens.

Nam quanta fuerint Diurpanei Dacorum Regis cum Fusco duce prælia, quantæque Rom. clades, longo extextu euoluerem, nisi Cornel. Tacitus qui hanc historiam diligentissime contexuit, de reticendo interfectorum numero, & Salustium Crispum, & alios auctores quam plurimos sanxisse, & seipsum idem potissimum elegisse dixisset.

Idem.

Dein vt verbis Corn. Taciti vtar, Sene Augusto Ianus patefactus dum apud extremos terrarum terminos nouæ gentes sæpe ex vsu & aliquando cum damno quæruntur, vsque ad Vespasiani durauit imperium.

Flauius Vopiscus in Probo.

Et mihi quidem id animi fuit, non vt Salustios, Liuios, Tacitos, Trogos, atque omnes disertissimos imitarer viros, sed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, &c.

Idem in Tacito.

Corn. Tacitum scriptorem historiæ Augustæ, quod parentem suum eundem diceret, in omnibus Bibliothecis collocari iussit.

Sidonius Epist. lib. IV. ad Polemium.

Caius Tacitus e maioribus vnus tuis Vlpianorum temporum Consularis, sub verbis cuiusdam Germanici ducis in historia sua retulit, &c.

Idem in Panegyrico ad Anthemium.

Qua Crispius breuitate placet, quo pondere Varro.
Quo genio Plautus, quo flumine Quinctilianus;
Qua pompa Tacitus numquã sine laude loquendus.

* * *

Idem in Epigram.

Et te qui breuitate Crispe polles,
Et qui pro ingenio fluente nulli
Corneli Tacite es tacendus ori.

Illa Quinctiliani lib. X. fortasse ad Tacitum referantor.

Superest adhuc & exornat ætatis suæ gloriam vir sæculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur. Habet amatores, nec immerito, vt liberas, quamquam circumcisis quæ dixisset, ei nocuerit, sed elatum abunde spiritum, & audaces sententias deprehendas etiam in iis quæ manent.

C. COR

C. CORNELII TACITI AB EXCESSV NERONIS HISTORIARVM LIB. PRIMVS.

1 INITIVM *mihi operis Ser. Galba iterum, T. Vinius consules erunt. Nam post conditam vrbem* DCC. & XX. *prioris æui annos multi auctores retulerunt: dum res populi Roman. memorabantur, pari eloquentiâ ac libertate. Postquam bellatum apud Actium, atque omnem potestatem ad vnum conferri pacis interfuit; magna illa ingenia cessere. Simul veritas pluribus modis infracta. Primum inscitiâ Reip. vt alienæ, mox libidine assentandi, aut rursus odio aduersus dominantes. Ita neutris cura posteritatis, inter infensos vel obnoxios. Sed ambitionem scriptoris facilè aduerseris: obtrectatio & liuor pronis auribus accipiuntur. quippe adulationi fœdum crimen seruitutis, malignitati falsa species libertatis inest. Mihi Galba, Otho, Vitellius, nec beneficio nec iniuriâ cogniti. Dignitatem nostram à Vespasiano incoatam, à Tito auctam, à Domitiano longius prouectam non abnuerim.* Sed incorruptam fidem professis, nec amore quisquam, & sine odio dicendus est. *Quodsi vita suppeditet, principatum diui Neruæ, & imperium Traiani, vberiorem securioremq́; materiam senectuti seposui: rarâ temporum felicitate, vbi sentire quæ velis, & quæ sentias dicere licet.*

2 *Opus aggredior plenum variis casibus, atrox prœliis, discors seditionibus, ipsâ etiam pace sæuum. Quatuor principes ferro interemti. Tria bella ciuilia, plura externa, ac plerumque per-*

mixta. Prospera, in Oriente; aduersæ, in Occidente res. Turbatum Illyricum, Galliæ nutantes, perdomita Britannia, & statim missa cohorte in Sarmatarum ac Sueuorum gentes, nobilitatus cladibus mutuis Dacus. Mota etiam propè Parthorum arma falsi Neronis ludibrio. Iam verò Italia nouis cladib. vel post longam sæculorum seriem repetitis, afflicta. Haustæ aut obrutæ vrbes. Fecundissima Campaniæ ora, & vrbs, incendiis vastata; consumtis antiquissimis delubris, ipso Capitolio ciuium manibus incenso. Pollutæ cerimoniæ. magna adulteria, plenum exsiliis mare. infecti cædib. scopuli. atrocius in vrbe sæuitũ. Nobilitas, opes, omissi gestiq; honores pro crimine; & ob virtutes, certissimum exitium. Nec minus præmia delatorum inuisa q̃ scelera: cùm alii Sacerdotia & Consulatus, vt spolia adepti, ꝓcurationes alii & interiorem potentiam, agerent verterent cũcta odio & terrore. Corrupti in dominos serui, in patronos liberti: & quib. deerat inimicus, per amicos oppressi, non tamen adeo virtutum sterile sæculum, vt nõ & bona exẽpla prodiderit. Comitatæ profugos liberos matres, secutæ maritos in exsilia coniuges, propinqui audentes, cõstantes generi, contumax et aduersus tormenta seruorum fides. Supremæ clarorum virorum necessitates; ipsa necessitas fortiter tolerata; & laudatis antiquorum mortib. pares exitus. Præter multiplices rerum humanarum casus; cœlo terráq; prodigia, & fulminum monit⁹, & futurorum præsagia, læta, tristia, ambigua, manifesta. Nec n. vnquam atrociorib. populi Ro. cladib. magísue iustis iudiciis approbatum est, non esse curæ Deis securitatẽ nostrã, esse vltionẽ. *Ceterum antequam destinata cõponam, repetendum videtur, qualis status vrbis, quæ mens exercituum, quis habitus prouinciarum, quid in toto terrarum orbe validum, quid ægrum fuerit: vt non modò casus euentúsq; rerum, qui plerumq; fortuiti sunt, sed ratio et caussæq; noscantur. Finis Neronis vt læt⁹ primo gaudentium impetu fuerat; ita varios motus animorum, non modo in vrbe apud Patres, apud populum, apud vrbanum militem, sed oẽs legiones ducésq; conciuerat,* euulgato imperii arcano, posse principẽ alibi q̃ Romæ fieri. *Sed Patres læti, vsurpatâ statim libertate, licentius vt erga principem nouum & absentem.*

4

ſentem.primores Equitũ proximi gaudio Patrum. pars popu'i integra, & magnis domib.annexa, clientes libertiq; damnatorum & exſulum, in ſpem erecti. Plebs ſordida & circo ac theatris ſueta, ſimul deterrimi ſeruorum, aut qui adeſis bonis, per
5 *dedecus Neronis alebantur, mæſti & rumorum auidi. Miles vrbanus longo Cæſarum ſacramento imbutus, & ad deſtituendum Neronem arte magis & impulſu, quàm ſuo ingenio traductus, poſtquam neq; dari donatiuum ſub nomine Galbæ promiſſum, neque magnis meritis ac præmiis eundem in pace qui in bello locum, præuentamq; gratiam intelligit, apud principem à legionibus factum, pronus ad nouas res, ſcelere inſuper Nymphidii Sabini Præfecti imperium ſibi molientis agitatur. Et Nymphidius quidē in ipſo conatu oppreſſus. Sed quamuis capite defectionis ablato: manebat pleriſque militum conſcientia; nec deerant ſermones,* ſeniũ atq; auaritiã Galbæ increpantium. *Laudata olim & militari famâ celebrata ſeueritas eius, angebat coaſpernantes veterem diſciplinam, atque ita* XIV. *annis à Nerone aſſuefactos, vt haut minus vitia principum amarent, quam olim virtutes verebantur. Acceſſit Galbæ vox pro Rep. honeſta, ipſi anceps,* legi a ſe militem, non emi. *nec enim*
6 *ad hanc formam cetera erant.* Inualidum ſenem T. Vinius & Cornelius Laço, alter deterrimus mortalium, alter ignauiſſimus, odio flagitiorum onerabant, contemtu inertię deſtruebant. Tardum Galbæ iter & cruentum, interfectis Cingonio Varrone Conſule deſignato; & Petronio Turpiliano Conſulari. ille vt Nymphidii ſocius, hic vt dux Neronis, inauditi atq; indefenſi, tamquam innocentes perierant. Introitus in vrbem, trucidatis tot millib. inermium militũ, infauſtus omine, atque ipſis ēt qui occiderant, formidoſus. Inducta legione Hiſpana, remanente ea quam e claſſe Nero conſcripſerat, plena vrbs exercitu inſolito. multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia & Illyrico, quos idem Nero electos præmiſſosq; ad clauſtra Caſpiarum, & bellũ quod in Albanos parabat, opprimendis Vindicis cœptis reuocauerat: ingens nouis reb. materia, vt non in vnum aliquem prono fauore, ita audēti pa-

rata. *Fortè congruerat, vt Clodii Macri & Fontei Capitonis cædes nuntiarentur. Macrum in Africâ haut dubiè turbantem, Trebonius Garucianus procurator, iussu Galbæ: Capitonem in Germaniâ, cùm similia cœptaret, Cornelius Aquinus & Fabius Valens legati legionum interfecerant, antequam iuberentur. Fuere qui crederent, Capitonem vt auaritiâ & libidine fœdum ac maculosum, ita cogitatione rerum nouarum abstinuisse: sed à legatis bellum suadentibus, postquam impellere nequiuerint, crimen ac dolum compositum vltrò: & Galbam mobilitate ingenii, an ne altius scrutaretur, quoquo modo acta, quia mutari non poterant, comprobasse. Ceterùm vtraque cædes sinistrè accepta: & inuiso semel principe, seu benè seu malè facta premunt. Iam afferebant venalia cuncta, præpotentes liberti. Seruorum manus subitis auidæ, & tanquam apud senem festinantes. eadémq; nouæ aulæ mala, æquè grauia, non æquè excusata. Ipsa ætas Galbæ & irrisui & fastidio erat, assuetis iuuentæ Neronis, & Imperatores formâ ac decore corporis (vt est mos vulgi) comparantibus. Et hic quidem Romæ, tanquam in tantâ multitudine, habitus animorum fuit.* 8 *E prouinciis, Hispaniæ præerat Cluuius Rufus, vir facundus, & pacis artibus, belli inexpertus. Galliæ, super memoriam Vindicis, obligatæ recenti dono Romanæ ciuitatis, & in posterum tributi leuamento. Proxime tamen Germanis exercitib. Galliarum ciuitates, non eodem honore habitæ, quædam etiam finibus ademtis, pari dolore commoda aliena ac suas iniurias metiebantur. Germanici exercitus, quod periculosissimum in tantis viribus, soliciti & irati superbiâ recentis victoriæ, & metu, tanquã alias partes fouissent. Tardè à Nerone desciuerant: nec statim pro Galbâ Verginius. an imperare voluisset dubium: delatum ei à milite imperium conueniebat. Fonteium Capitonem occisum, etiam qui queri non poterant, tamen indignabantur. Dux deerat, abducto Verginio per simulationem amicitiæ: quem non remitti, atq; etiã reum esse, tanquam suum crimen accipiebant.* 9 *Superior exercitus legatum Hordeonium Flaccum spernebat, senectâ ac debilitate pedum inualidum, sine constantiâ, sine auctoritate: ne quieto quidem milite, regimen. adeo furentes infir-*

mitate retinentis vltrò etiam accendebantur. Inferioris Ger-
maniæ legiones diutius sine Consulari fuere: donec, missu Galbæ,
Vitellius aderat, Censoris Vitellii ac ter Consulis filius. id satis
videbatur. In Britannico exercitu nihil irarum. non sanè aliæ
legiones, per omnes ciuilium bellorum motus, innocentius ege-
runt: seu quia procul, & Oceano diuisæ; seu crebris expeditio-
nibus, doctæ hostem potius odisse. Quies & Illyrico: quamquam
excitæ à Nerone legiones, dũ in Italiâ cunctantur, Verginium
legationibus adissent. Sed longis spatiis discreti exercitus, quod
saluberrimum est ad continendam militarem fidem, nec vi-
10 tiis nec viribus miscebantur. Oriens adhuc immotus. Syriam
& quatuor legiones obtinebat Licinius Mucianus, vir se-
cundis aduersisq; iuxtà famosus. Insignes amicitias iuuenis am-
bitiosè coluerat. mox attritis opib. lubrico statu, suspectâ etiam
Claudii iracundiâ, in secretum Asiæ repositus, tàm propè ab ex-
sule fuit, quàm posteà à principe. Luxuriâ, industriâ, comita-
te, arrogantiâ, malis bonisq; artibus mixtus. nimiæ voluptates,
cum vacaret: quoties expedierat, magnæ virtutes. Palam lau-
dares, secreta malè audiebant. Sed apud subiectos, apud proxi-
mos, apud collegas, variis illecebris potẽs: & cui expeditius fue-
rit tradere imperium, quàm obtinere. Bellum Iudaicum Fla-
uius Vespasianus (ducem eum Nero delegerat) tribus legioni-
bus administrabat. Nec Vespasiano aduersus Galbam votum,
aut animus. Quippe T. filium ad venerationem cultumq; eius
miserat, vt suo loco memorabimus. Occultâ lege fati, & ostentis
ac responsis destinatum Vespasiano liberisq; eius imperium, post
11 fortunã credidimus. Ægyptum copiasq;, quibus coerceretur,
iam inde à Diuo Augusto, Equites Romani obtinent loco Re-
gum. Ita visum expedire, prouinciam aditu difficilem, annonæ
fecundam, superstitione, ac lasciuiâ discordem & mobilem, in-
sciam legum, ignaram magistratuum domi retinere. Regebat
tum Tiberius Alexander eiusdem nationis. Africa, ac legiones
in eâ, interfecto Clodio Macro, contentæ qualicunq; principe;
post experimentum domini minoris. Duæ Mauretaniæ, Rhæ-
tia, Noricum, Thracia, & quæ aliæ procuratorib. cohibentur,
vt cuiq; exercitui vicinæ, ita in fauorem aut odium contactu

ualentiorum agebantur. Inermes prouinciæ, atq; ipsa in primis Italia, cuicūq; seruitio exposita, in pretium belli cessura erant. Hic fuit rerum Romanar. status, cum Ser. Galba iterum, Titus Vinius consules, incoauere annum sibi ultimum, Reip. propè supremum. Paucis post kal. Ian diebus Pompeii Propinqui procuratoris, è Belgicâ literæ afferuntur, superioris Germaniæ legiones, rupta sacramenti reuerentia, imperatorem alium flagitare, & Senatui ac Pop Ro. arbitrium eligendi permittere, *quo seditio mollius acciperetur. Maturauit ea res consilium Galbæ, iam pridem de adoptione secum & cum proximis agitantis. Non sanè crebrior totâ ciuitate sermo per illos menses fuerat. primùm licentiâ ac libidine talia loquendi, dein fessâ iam ætate Galbæ. Paucis iudicium, aut Reip. amor: multi occultâ spe, prout quis amicus vel cliens, hunc vel illum ambitionis rumoribus destinabant. Etiam in T. Vinii odium diuerterant, qui in dies quanto potentior, eodem actu inuisior erat. Quippe hiantes in magnâ fortunâ amicorum cupiditates, ipsa Galbæ facilitas intendebat, cùm apud infirmum & credulum minore metu, & maiore præmio peccaretur. Potentia principatus diuisa in T. Vinium consulem, & Cornelium Laconem pretorii præfectum. Nec minor gratia Icelo Galbæ liberto, quē annulis donatum equestri nomine* Martianum *vocitabant. Hi discordes, & reb. minorib. sibi quisq; tendentes circa consilium eligendi successoris in duas factiones scindebantur. Vinius pro M. Othone; Laco atque Icelus consensu nō tam vnum aliquem fouebant, quam alium. Neque erat Galbæ ignota Othonis ac T. Vinii amicitia, ex rumorib. nihil silentio transmittentium: quia Vinio vidua filia, cælebs Otho, gener ac socer destinabātur. Credo & Reip. curam subisse, frustra a Nerone translatæ, si apud Othonem relinqueretur. namque Otho pueritiam incuriosè, adolescentiam petulanter egerat, gratus Neroni æmulatione luxus. Eoque iam Poppæam Sabinā Principale scortum, ut apud conscium libidinum deposuerat, donec Octauiam vxorem amoliretur. Mox suspectum in eâdem Poppæâ, in prouinciam Lusitaniam specie legationis seposuit. Otho, comiter administratâ prouinciâ, primus in partes transgressus, nec segnis,*

gnis,

gnis, & donec bellum fuit, inter præsentes splendidissimus, spem adoptionis statim conceptam, acrius in dies rapiebat: fauentib. plerisque militum, pronâ in eum aulâ Neronis, vt similem. Sed Galba, post nuntios Germanicæ seditionis, quamquam nihil adhuc de Vitellio certum, anxius quonam exercituum vis erumperet, ne vrbano quidem militi confisus, quod remedium vnicum rebatur, comitia imperii transigit. Adhibitisq; super Vinium ac Laconem, Mario Celso Consule designato, ac Ducenio Gemino præfecto vrbis, pauca præfatus de sua senectute, Pisonem Licinianum accersiri iubet: seu propria dilectione, siue, vt quidam tradiderunt, Lacone instante. cui apud Rubellium Plautum exercita cum Pisone amicitia: sed callide vt ignotum fouebat, & prospera de Pisone fama consilio eius fidem addiderat. Piso M. Crasso & Scriboniâ genitus, nobilis vtrimque, vultu habituq; moris antiqui, & æstimatione rectâ seuerus, deterius interpretantibus tristior habebatur. Ea pars morum eius quo suspectior sollicitis, adoptanti placebat. Igitur Galba, apprehensâ Pisonis manu, in hunc modum locutus fertur. Si te priuatus, lege curiata apud Pontifices, vt moris est, adoptarē; & mihi egregiū erat tunc, Pōpeii & M. Crassi subolem in penates meos adsciscere; & tibi insigne, Sulpiciæ ac Lutatiæ decora, nobilitati tuæ adiecisse. Nunc me Deorum hominūq; consensu ad imperiū vocatum, pclara indoles tua, & amor patriæ impulit, vt principatum, de quo maiores nostri armis certabant, bello adeptus, quiescenti offeram, exemplo Diui Augusti, q sororis filiū Marcellū, dein generū Agrippam, mox nepotes suos, postremo Tiberiū Neronē priuignū, in proximo sibi fastigio collocauit. Sed Augustus in domo successorē quæsiuit; ego, in Rep. Non quia propinquos aut socios belli non habeā: sed neque ipse imperium ambitione accepi; & iudicii mei documentum sint, non meæ tm̄ necessitudines, quas tibi postposui, sed & tuæ. Est tibi frater pari nobilitate, natu maior, dignus hac fortuna, nisi tu potior esses. Ea ætas tua, quæ cupiditates adolescentiæ iam effugerit: ea vita, in qua nihil præteritū excusandum habeas. Fortunā ad-

huc tantum aduersam tulisti. Secundæ res acrioribus stimulis animum explorant: quia miseriæ tolerantur, felicitate corrumpimur. Fidem, libertatem, amicitiam, pcipua humani animi bona, tu quidem eadem cōstātia retinebis: sed alii p obsequium imminuent. Irrumpet adulatio, blanditiæ pessimum veri affectus venenum, sua cuiq; vtilitas. Etiam ego ac tu simplicissime inter nos hodie loquimur, ceteri, libētius cū fortuna nostra, q̃ nobiscum. Nam suadere principi quod oporteat, multi laboris: assentatio erga principem quemcunq;, sine affectu pagitur. Si immensum imperii corpus stare ac librari sine rectore posset, dignus erā, a quo Resp. inciperet. Nunc eo necessitatis iampridē ventū est, vt nec mea senectus conferre plus populo Ro. possit, q̃ bonum successorem; nec tua plus iuuenta, q̃ bonum principē. Sub Tiberio, & Caio, & Claudio, vnius familiæ quasi hereditas fuimus: loco libertatis erit, q eligi cœpimus. Et finita Iuliorum Claudiorumque domo, optimum quemq; adoptio inueniet. Nam generari & nasci a principibus, fortuitum, nec vltra æstimatur: adoptandi iudiciū integrum; & si velis eligere, consensu monstratur. Sit ante oculos Nero, quem longa Cæsarum serie tumentem, non Vindex cum inermi prouincia, aut ego cū vna legione, sed sua immanitas, sua luxuria ceruicibus publicis depulere. neq; erat adhuc damnati principis exemplū. Nos bello, & ab æstimantibus asciti, cū inuidia quamuis, egregii erimus. Ne tn̄ territus fueris, si duæ legiones in hoc cōcussi orbis motu nondū quiescunt. Ne ipse quidem ad securas res accessi: & audita adoptione, desinam videri senex, quod nunc mihi vnum obiicitur. Nero a pessimo quoque semper desiderabitur: mihi ac tibi prouidendum est, ne ēt a bonis desideretur. Monere diutius neque temporis huius, & impletum est oē consilium, si te bene elegi. Vtilissimus idem ac breuissimus bonarum malarumque rerum delectus, cogitare quid aut nolueris sub alio principe, aut volueris. Neque enim hic, vt in ceteris gentibus, quæ regnantur, certa dominorum

domus,

domus,& ceteri serui:sed imperaturus es hominibus, qui
nec totã seruitutẽ pati possunt,nec totã libertatẽ. *Et Galba
quidẽ, hæc ac talia, tanquã principem faceret; ceteri,tanquam
17 *cum facto loquebantur. Pisonem ferunt* statim intuentibus,
& mox coniectis in eum omnium oculis,nullum turbati,
aut exsultantis animi motũ prodidisse. *Sermo erga patrem
Imperatoremq; reuerens, de se moderatus, nihil in vultu habi-
tuq; mutatum: quasi imperare posset magis,quàm vellet. Con-
sultatum inde, pro rostris,* an in senatu,an in castris adoptio
nuncuparetur. *Iri in castra placuit.* honorificum id militi-
bus fore, quorum fauorem vt largitione & ambitu male
acquiri, ita per bonas artes haut spernendum. *Circumste-
terat interim palatium publica exspectatio magni secreti impa-*
18 *tiens, & male coërcitam famam supprimentes augebant. Quar-
tum idus Ianu. fœdum imbribus diem, tonitrua & fulgura &
cælestes minæ vltra solitum turbauerant. Obseruatum id anti-
quitus comitiis dirimendis, non terruit Galbam quo minus in
castra pergeret: contemtorem talium vt fortuitorum; seu quæ
fato manẽt, quãuis significata, nõ vitantur. Apud frequentem
militũ cõcionẽ, imperatoriã breuitate,* adoptari a se Pisonem
more Diui Augusti, & exemplo militari, quo vir virum le-
geret, *pronuntiat: ac ne dissimulata seditio in maius credere-
tur, vltrò asseuerat,* quartam & duoetuicesimam legiones,
paucis seditionis auctoribus, non vltra verba ac voces er-
rasse, & breui in officio fore. *Nec vllum orationi aut leno-
cinium additum, aut pretium. Tribuni tamen centurionesq;
& proximi militum, gratabundi respondent. per ceteros mæsti-
tia ac silentium,* tanquam vsurpatam etiam in pace donati-
ui necessitatem, bello perdidissent. *Constat potuisse concili-
ari animos quantulacumque parci senis liberalitate. Nocuit*
19 *antiquus rigor & nimia seueritas, cui iam pares non sumus. In-
de apud senatum non comtior Galbæ, non longior quam apud
milites sermo: Pisonis comis oratio. Et Patrum fauor aderat;
multi voluntate effusius; qui noluerant mediè; ac plurimi obuio
obsequio priuatas spes agitantes, sine publicã curã. Nec aliud
sequenti quatriduo (quod medium inter adoptionem & cædem*

fuit) dictum à Pisone in publicum factúmue. Crebrioribus in dies Germanicæ defectionis nuntiis, & facili ciuitate ad accipienda credendáq; omnia noua, cùm tristia sunt, censuerant Patres mittendos ad Germanicum exercitum legatos. agitatum secreto, num & Piso proficeſceretur, maiore prætextu: illi auctoritatem Senatus, hic dignationem Cæsaris laturus. *Placebat &* Laconem prætorii præfectum simul mitti. *Is consilio intercessit. Legati quoque (nam Senatus electionem Galbæ permiserat) fœdâ inconstantiâ nominati, excusati, substituti, ambitu remanendi aut eundi, vt quemque metus vel spes impulerat. Proxima pecuniæ cura. Et cuncta scrutantibus,* iustissimum visum est, inde repeti, vnde inopiæ caussa erat. *Bis & vicies mille sestertium donationibus Nero effuderat. Appellari singulos iussit, decumâ parte liberalitatis apud quemque eorum relicta. At illis vix decumæ super portiones erant: iisdem erga aliena sumtibus, quibus sua prodegerant, cùm rapacissimo cuique ac perditissimo, non agri, aut fœnus, sed sola instrumenta vitiorum manerent. Exactioni* XXX. *equites Romani præpositi, nouum officii genus, & ambitu ac numero onerosum: vbique hasta, & sector, & inquieta vrbs auctionibus. Attamen grande gaudium, quòd tam pauperes forent quibus donasset Nero, quàm quibus abstulisset. Exauctorati per eos dies tribuni, è prætorio Antonius Taurus, & Antonius Naso: ex vrbanis cohortibus, Æmylius Pacensis: è vigiliis, Iulius Fronto. Nec remedium in ceteros fuit, sed metus initium: tamquam per artem & formidinem singuli pellerentur, omnibus suspectis. Interea Othonem, cui compositis rebus nulla spes, omne in turbido consilium, multa simul exstimulabant: luxuria etiam principi onerosa, inopia vix priuato toleranda, in Galbam ira, in Pisonem inuidia. Fingebat & metum, quo magis concupisceret.* Prægrauem se Neroni fuisse. nec Lusitaniam rursus aut alterius exsilii honorem expectandum: suspectum semper inuisumque dominantibus, qui proximus destinaretur. Nocuisse id sibi apud senem principem: magis nociturum apud iuuenem, ingenio trucem, & longo exsilio efferatum. Occidi Othonem

20

21

poſſe.proin agendum audendumque dum Galbæ aucto-
ritas fluxa, Piſonis nondum coaluiſſet. Opportunos ma-
gnis conatibus tranſitus rerum:nec contatione opus, vbi
pernicioſor ſit quies, quam temeritas. Mortem omnibus
ex natura æqualē, obliuione apud poſteros, vel gloria di-
ſtingui. Ac ſi nocentem innocentemq; idem exitus ma-
22 neat, acrioris viri eſſe, merito perire. *Non erat Othonis mol-
lis & corpori ſimilis animus. Et intimi libertorum ſeruorumq;
corruptius quam in priuatâ domo habiti, aulam Neronis, &
luxus, adulteria, matrimonia ceteraſq; regnorum libidines a-
uido talium, ſi auderet, vt ſua oſtentantes; quieſcenti, vt aliena
exprobrabant: vrgētibus etiā mathematicis, dum* nouos mo-
tus, & clarum Othoni annum obſeruatione ſiderum af-
firmant. *genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fal-
lax, quod in ciuitate noſtrâ & vetabitur ſemper, & retinebitur.
Multos ſecreta Poppææ mathematicos, peſſimum principalis
matrimonii inſtrumentum, habuerant: è quibus Ptolemæus
Othoni in Hiſpaniâ comes, cùm ſuper futurum eum Neroni
promiſiſſet, poſtquam ex euentu fides, coniecturâ iam & rumo-
re,* ſenium Galbæ, & iuuentam Othonis computantium,
*perſuaſerat fore, vt in imperium aſciſceretur. Sed Otho tam-
quam peritiâ, & monitu fatorum prædicta accipiebat. cupidi-
ne ingenij humani libentius obſcura credi. Nec deerat Ptole-
mæus, iam & ſceleris inſtinctor, ad quod facillimè ab eiuſmodi
23 voto tranſitur. Sed ſceleris cogitatio incertum an repens, ſtudia
militum iam pridē ſpe ſucceſſionis, aut paratu facinoris affecta-
uerat. In itinere, in agmine, in ſtationib⁹, vetuſtiſſimū quemq;
militū nomine vocans, ac memoriâ Neroniani cōmitatûs, cō-*
tubernales appellādo, alios agnoſcere, quoſdā reqrere, &
pecunia aut gratia iuuare: inferēdo ſæpi⁹ querelas, & ābi-
guos de Galba ſermones q̄q; alia turbamēta vulgi. *Labores
itinerū, inopia cōmeatuum, duritia imperij, atrocius accipie-
bantur: cùm Campaniæ lacus & Achaiæ vrbes claſſibus adire
ſoliti, Pirenæum & Alpes, & immenſa viarum ſpatia, ægrè ſub
24 armis eniterentur. Flagrantibus iam militum animis, velut
faces addiderat Meuius Pudens è proximis Tigellini. is mobi*

lissimum quemque ingenio, aut pecuniæ indigum, & in nouas cupiditates præcipitem alliciendo, eò paulatim progressus est, vt per speciem conuiuii quoties Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti, viritim centenos nummos diuideret. quam velut publicam largitionem, Otho, secretioribus apud singulos præmiis, intendebat. adeò animosus corruptor, vt Cocceio Proculo speculatori de parte finium cum vicino ambigenti, vniuersum vicini agrum suâ pecuniâ emtum dono dederit: per secordiam præfecti, quem nota pariter & occulta fallebant.

25 *Sed tum è libertis Onomastum futuro sceleri præfecit, à quo Barbium Proculum Tesserarium speculatorum, & Veturium Optionem eorundem perductos, postquam vario sermone callidos, audacesq; cognouit, pretio & promissis onerat, datâ pecuniâ ad pertentandos plurium animos. Suscepere duo manipulares imperium Pop. Ro. transferendum, & transtulerunt. In conscientiam facinoris pauci asciti, suspensos ceterorum animos, diuersis artibus stimulant: primores militum, per beneficia Nymphidii vt suspectos: vulgus & ceteros, irâ & desperatione dilati toties donatiui. erant quos memoria Neronis, ac desiderium prioris licentiæ accenderet. in commune omnes metu mutandæ militiæ terrebantur.*

26 *Inficit ea tabes legionum quoque & auxiliorum motas iam mentes, postquam vulgatum erat* labare Germanici exercitus fidem. *Adeòque parata apud malos seditio, etiam apud integros dissimulatio fuit, vt postero Iduum die, redeuntem à cœnâ Othonem rapturi fuerint, nisi incerta noctis, & totâ vrbe sparsa militum castra, nec facilè inter temulentos consensum timuissent: non Reip. curâ, quam fœdare principis sui sanguine sobrii parabant. sed ne per tenebras, vt quisque Pãnonici vel Germanici exercitus militibus oblatus esset, ignorantibus plerisque pro Othone destinaretur. Multa erumpẽtis seditionis indicia per conscios oppressa; quædam apud Galbæ aures præfectus Laco elusit, ignarꝰ militariũ animorũ, consiliiq; quãuis egregii, quod non ipse afferret, inimicus, & aduersus peritos peruicax.*

27 XVIII. *kalẽd. Febr. sacrificanti pro æde Apollinis Galbæ, haruspex Vmbricius* tristia exta, & instantes insidias, ac domesticum hostem prædicit: *audiente Othone (nam proximus adstite-*

*adſtiterat) idq; vt lætum è contrario, & ſuis cogitationibus pro-
ſperum interpretante. Nec multo poſt libertus Onomaſtus nun-
tiat,* exſpectari eum ab architecto & redemtoribus. *quæ ſi-
gnificatio coeuntium iam militum, & paratæ coniurationis
conuenerat. Otho, cauſſam digreſſus requirentibus, cùm* emi
ſibi prædia vetuſtate ſuſpecta, eoque prius exploráda fin-
xiſſet, *innixus liberto, per Tiberianam domum in Velabrum,
inde ad Miliarium aureum, ſub ædem Saturni pergit. Ibi tres
& viginti ſpeculatores conſalutatum imperatorem, ac paucita-
te ſalutantium trepidum, & ſellæ feſtinanter impoſitum ſtrictis
mucronibus rapiunt. Totidem fermè milites in itinere aggre-
gantur; alii conſcientiâ, pleriq; miraculo: pars clamore & gla-*
28 *diis, pars ſilentio, animos ex euentu ſumturi. Stationem in ca-
ſtris agebat Iulius Martialis tribunus. Is magnitudine ſubiti
ſceleris, an corrupta latius caſtra, ac ſi contra tenderet, exitium
metuens, præbuit pleriſque ſuſpicionem conſcientiæ. Antepo-
ſuere ceteri quoque tribuni centurionéſque præſentia dubiis &
honeſtis. Iſq; habitus animorum fuit, vt peſſimum facinus au-*
29 *derent pauci; plures vellent; omnes paterentur. Ignarus inte-
rim Galba & ſacris intentus, fatigabat alieni iam imperii De-
os: cùm affertur rumor* rapi in caſtra, incertum quem Sena-
torem; *mox*, Othonem eſſe qui raperetur. *Simul ex totâ
vrbe vt quiſque obuius fuerat, alii formidinē augentes, quidam
minora vero, ne tum quidem obliti adulationis. Igitur conſul-
tantibus* placuit tentari animum cohortis, quæ in palatio
ſtationem peragebat; nec per ipſum Galbam, cuius inte-
gra auctoritas maioribus remediis ſeruabatur. *Piſo ꝓ gra-
dibus domus vocatos, in hunc modum allocutus eſt.* Sextus di-
es agitur, commilitones, ex quo ignarus futuri, & ſiue o-
ptandum hoc nomen ſiue timendum erat, Cæſar aſcitus
ſum: quo domus noſtræ aut Reipub. fato, in veſtra manu
poſitum eſt. non quia, meo nomine, triſtiorem caſum pa-
ueam, vt qui aduerſa expertus cum maxime, ducam ne ſe-
cunda quidem minus diſcriminis habere: patris & Sena-
tus & ipſius imperii vicem doleo, ſi nobis aut perire hodie
neceſſe eſt, aut, quod æque apud bonos miſerum eſt occi-

dere. Solatium proximi motus habebamus, incruentam vrbem & res sine discordia translatas. Prouisum adoptione videbatur, vt ne post Galbam quidem bello locus esset. Nihil arrogabo mihi nobilitatis aut modestiæ. neque enim relatum virtutum, in comparatione Othonis, opus est. Vitia, quibus solis gloriatur, euertêre imperium, etiam cum amicum imperatoris ageret. Habitúne & incessu, an illo muliebri ornatu, mereretur imperium? Falluntur, quibus luxuria specie liberalitatis imponit. Perdere iste sciet, donare nesciet. Stupra nunc, & comissationes, & feminarum cœtus, voluit animo. hæc principatus præmia putat, quorum libido ac voluptas, penes ipsum sit; rubor ac dedecus penes omnes. Nemo enim vnquã imperium flagitio quæsitum bonis artibus exercuit. Galbam consensus generis humani; me Galba, consentientibus vobis, Cæsarem dixit. Si Resp. & Senatus, & populus, vana nomina sunt: vestra, commilitones, interest, ne imperatorem pessimi faciant. Legionum seditio aduersum duces suos audita est aliquando: vestra fides famaque, illæsa ad hunc diem mansit. & Nero quoque vos destituit, nõ vos Neronem. Minus xxx. transfugæ & desertores, quos centurionem aut tribunum sibi eligẽtes nemo ferret, imperium assignabunt? Admittitis exemplum? & quiescẽdo commune crimen facitis? Transcendet hæc licentia in prouincias: & ad nos scelerum exitus, bellorum ad vos pertinebunt. Nec est plus quod pro cæde principis, quam quod innocentibus datur. sed proinde a nobis donatiuũ ob fidẽ quam ab aliis pro facinore accipietis. *Dilapsis speculatoribus, cetera cohors non aspernata concionantem, vt turbidis rebus euenit, timore magis, & nonnullo adhuc consilio, parat signa, quod postea creditum est, insidiis & simulatione. Missus & Celsus Marius ad electos Illyrici exercitus, Vipsanij in porticu tendentes. Præceptum Amulio Sereno & Domitio Sabino primipilaribus*, vt Germanicos milites e Libertatis atrio accerserent. *Legioni classicæ diffidebat, infestæ ob cædem commilitonum, quos primo statim introitu trucidauerat*

30

31

trucidauerat Galba. Pergunt etiam in caſtra prætorianorum tribuni Cerius Seuerus, Subrius Dexter Pompeius Longinus, ſi incipiens adhuc & nondum adulta ſeditio melioribus conſiliis flecteretur. Tribunorum Subrium & Cerium milites adorti minis, Longinum manibus coercent, exarmántq; quia non ordine militiæ, ſed è Galbæ amicis fidus principi ſuo, & deſciſcentibus ſuſpectior erat. Legio claſſica nihil cunctata prætorianis adiungitur. Illyrici exercitus electi, Celſum infeſtis pilis proturbant. Germanica vexilla diu nutauere, inualidis adhuc corporib', & placatis animis, quòd eos à Nerone Alexandriam præmiſſos, atque inde rurſus longâ nauigatione ægros, impẽſiore curâ Galba refouebat. 32 *Vniuerſa iam plebs palatium implebat, mixtis ſeruitiis, & diſſono clamore,* cædẽ Othonis, & coniuratorum exſilium poſcentiũ, *vt ſi in circo ac theatro ludicrum aliquod poſtularent. neque illis iudicium aut veritas: quippe eodem die diuerſa pari certamine poſtulaturis: ſed tradito more, quẽcumque principem adulandi, licentiâ acclamationum, & ſtudiis inanibus. Interim Galbam duæ ſententiæ diſtinebant. Titus Vinius* manendum intra domum, opponenda ſeruitia, firmandos aditus, non eundum ad iratos cenſebat: daret malorum pœnitentiæ, daret bonorum conſenſui ſpatium. ſcelera impetu, bona conſilia mora valeſcere. Denique eundi vltro ſi ratio ſit, eandẽ mox facultatem: 33 regreſſus, ſi pœniteat, in aliena poteſtate. Feſtinandũ *ceteris* videbatur, antequam creſceret inualida adhuc coniuratio paucorum. Trepidaturum etiam Othonem, qui furtim digreſſus, ad ignaros illatus, cunctatione nunc & ſegnitia terentium tempus, imitari Principem diſcat. Nõ exſpectandum, vt compoſitis caſtris, forum inuadat, & proſpectante Galba Capitolium adeat: dum egregius imperator, cum fortibus amicis ianua, ac limine tenus domum cludit, obſidionem nimirum toleraturus. Et præclarum in ſeruis auxilium, ſi conſenſus tantæ multitudinis, & quæ plurimum valet, prima indignatio langueſcat. Proinde intuta, quæ indecora: vel ſi cadere neceſſe ſit, occurrendum diſcrimini. Id Othoni inuidioſius, &

ipsis honestum. *Repugnantem huic sententiæ Vinium, Laco minaciter inuasit, stimulante Icelo, priuati odii pertinaciâ, in publicum exitium. Nec diuitius Galba cunctatus, speciosiora suadentibus accessit. Præmissus tamen in castra Piso, vt iuuenis magno nomine, recẽti fauore, & infensus T. Vinio*; seu quia erat, seu quia irati ita volebant. *Et facilius de odio creditur. Vix dum egresso Pisone*, occisum in castris Othonem, *vagus primum & incertus rumor, mox vt in magnis mendaciis*, interfuisse se quidam, & vidisse affirmabant; *credulâ famâ, inter gaudentes, & incuriosos. Multi arbitrabantur* compositum auctumq; rumorem, mixtis iam Othonianis, qui ad euocandum Galbam, læta falso vulgauerint. *Tum verò nõ populus tantùm & imperita plebs in plausus & immodica studia, sed equitum plerique ac senatorum, posito metu incauti, refractis palatij foribus, ruere intus, ac se Galbæ ostentare*, præreptam sibi vltionem querentes. *Ignauissimus quisque, & (vt res docuit) in periculo non ausurus, nimij verbis, linguæ feroces*: nemo scire, & omnes affirmare. *donec inopiâ veri, & cõsensu errantium victus, sumto thorace Galba, irruenti turbæ neque ætate neque corpore sistens, sellâ leuaretur. Obuius in palatio Iulius Atticus speculator, cruentum gladium ostentans*, occisum a se Othonem *clamauit. Et Galba*, Commilito, *inquit*, quis iussit? *insigni animo ad coercendam militarem licẽtiam; minantibus intrepidus, aduersus blandiẽtes incorruptus. Haut dubiæ iam in castris omnium mentes, tantúsq; ardor, vt non contenti agmine & corporibus, in suggestu, in quo paullo antè aurea Galbæ statua fuerat, medium inter signa Othonem vexillis circumdarent. Nec tribunis aut centurionibus adeundi locus*: gregarius miles caueri insuper præpositos iubebat. *Strepere cuncta clamoribus, & tumultu, & exhortatione mutuâ; nòn tanquam in populo ac plebe, variis segni adulatione vocibus, sed vt quemque affluẽtium militum aspexerant*, prehensare manibus, cõplecti armis, collocare iuxta, præire sacramentum; modo imperatorem militibus, modo imperatori milites commendare. *Nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgum, iacere oscula, & omnia seruiliter pro do-*

34

35

36

pro dominatione. Postquam vniuersa classiariorum legio sacramentum eius accepit, fidens viribus, & quos adhuc singulos extimulauerat, accendendos in commune ratus, pro vallo castrorum ita cœpit. Quis ad vos processerim, commilitones, dicere nõ possum: quia nec priuatum me vocari sustineo, princeps a vobis nominatus, nec principẽ, alio imperante. Vestrum quoque nomen in incerto erit, donec dubitabitur imperatorem populi Rom. in castris, an hostẽ habeatis. Auditisne, vt pœna mea. & supplicium vestrum simul postulentur? adeo manifestum est, neque perire nos, neq; saluos esse, nisi vna posse. et cuius leuitatis est Galba, iã fortasse promisit: vt qui nullo exposcente, tot milia innocentissiorum ciuiũ trucidauerit. Horror animũ subit, quoties recordor feralẽ introitũ & hãc solã Galbæ victoriam, cum in oculis vrbis decumari deditos iuberet, quos deprecantes in fidem acceperat. His auspiciis vrbem ingressus, quam gloriã ad principatũ attulit, nisi occisi Obultronij Sabini, & Cornelii Marcelli in Hispania, Beruichilonis in Gallia, Fontei Capitonis in Germania, Clodii Macri in Africa, Cingonii in via, Turpiliani in vrbe, Nymphidii in castris? Quæ vsquam prouincia, quæ castra sunt, nisi cruenta & maculata? aut, vt ipse prædicat, emendata & correcta? Nam quæ alii scelera, hic remedia vocat: dum falsis nominibus, seueritatem pro sæuitia, parsimoniam pro auaritia, supplicia & contumelias vestras, disciplinam appellat. Septẽ a Neronis fine menses sunt, & iam plus rapuit Icelus, quam quod Polycleti, & Vatinii, & Elii, & alii parauerunt. Minore auaritia aut licentia grassatus esset T. Vinius, si ipse imperasset. nũc & subiectos nos habuit tamquam suos, & viles vt alienos. Vna illa domus sufficit donatiuo, quod vobis nunquam datur, & cotidie exprobratur. Ac ne qua saltem in successore Galbæ spes esset, accersit ab exsilio, quem tristitia & auaritia sui simillimum iudicabat. Vidistis, commilitones, notabili tempestate, etiam deos infaustam adoptionem aduersantes. Idem Senatus, idem populi Rom. animus est. Vestra vir-

37 38

tus exſpectatur, apud quos omne honeſtis conſiliis robur, & ſine quibus quamuis egregia inualida ſunt. Non ad bellum vos, nec ad periculum voco: omnium militum arma nobiſcũ ſunt. nec vna cohors togata defendit nunc Galbam, ſed detinet. Cum vos aſpexerit, cum ſignũ meum acceperit, hoc ſolum erit certamen, quis mihi plurimum imputet. Nullus cũctationi locus eſt in eo conſilio, quod non poteſt laudari niſi peractum. *Aperiri deinde armamẽtarium iuſſit. rapta ſtatim arma, ſine more & ordine militiæ, vt prætorianus, aut legionarius inſignibus ſuis diſtingueretur. Miſcentur auxiliaribus, galeis ſcutiſque. Nullo tribunorum centurionũmue adhortante, ſibi quiſque dux & inſtigator: & præcipuum peſſimorum incitamentum, quod boni mærebant: Iam exterritus Piſo fremitu crebreſcentis ſeditionis, & vocibus in vrbem vſque reſonantibus, egreſſum interim Galbam & foro appropinquantem aſſecutus erat: iam Marius Celſus* haut læta *retulerat. cùm alij* in palatiũ redire, *alij* Capitolium petere, *plerique* roſtra occupanda cenſerent, *plures tantum ſententijs aliorum contradicerent, vtque euenit in conſiliis infelicibus, optima viderentur, quorum tempus effugerat.* Agitaſſe Laco ignaro Galba, de occidendo T. Vinio dicitur, ſiue vt pœna eius animos militum mulceret, ſeu conſcium Othonis credebat, ad poſtremum vel odio. *Hæſitationẽ attulit tempus ac locus, quia initio cædis orto, difficilis modus: & turbauere conſilium trepidi nuntij, ac proximorum diffugia, languentibus omnium ſtudiis, qui primò alacres fidem atque animum oſtentauerant. Agebatur huc illuc Galba, vario turbæ fluctuantis impulſu, completis vndique baſilicis ac templis, lugubri proſpectu. neq; populi aut plebis vlla vox, ſed attoniti vultus, & conuerſæ ad omnia aures. non tumultus, nõ quies, quale magni metus, & magnæ iræ ſilentium eſt. Othoni tamen armari plebem nuntiabatur.* Ire præcipites & occupare pericula iubet. *Igitur milites Romani, quaſi Vologeſen, aut Pacorum, auito Arſacidarum ſolio depulſuri, ac non imperatorẽ ſuum inermẽ & ſenẽ trucidare ꝑgerent, diſiectâ plebe, proculcato Senatu, truces armis, rapidis equis forũ irrũpunt. Nec*

illos

illos Capitolij aspectus, & imminētium tēplorum religio, & pri-
ores & futuri principes terruere, quo minus facerent scelus, cu-
41 ius vltor est quisquis successit. Viso cominus armatorū agmine,
vexillarius comitantis Galbā cohortis (Atiliū Vergilionē fuis-
se tradunt) dereptā Galbæ imaginē solo afflixit. Eo signo mani-
festa in Othonē omnium militum studia, desertum fugâ populi
forum, districta aduersus dubitantes tela. Iuxta Curtiū lacum,
trepidatione ferētium Galba proiectus è sellâ, ac prouolutus est.
Extremam eius vocē, vt cuiq; odium aut admiratio fuit, variè
prodidere. Alij suppliciter interrogasse, quid mali meruisset?
paucos dies exsoluēdo donatiuo deprecatū. plures obtulisse
vltrò percussoribus iugulum, agerēt ac ferirēt, si ita è re Rep.
videretur. nō interfuit occidētium quid diceret. De percussore
nō satis constat. quidam Terētium Euocatum, alij Lecanium,
crebrior fama tradidit Camurium XV. legionis militē, impresso
gladio, iugulum eius hausisse. Ceteri crura brachiáque (nam
pectus tegebatur) fœdè laniauere. pleraque vulnera, feritate &
42 sæuitiâ, trunco iam corpori adiecta. Titum inde Vinium inua-
sere. de quo & ipso ambigitur, consumserit ne vocē eius in-
stans metus, an proclamauerit, non esse ab Othone manda-
tum vt occideretur. quod seu finxit formidine, seu consciētiâ
coniurationis confessus est: huc potius eius vita famáque incli-
nat, vt conscius sceleris fuerit, cuius caussa erat. ante ædem
diui Iulii iacuit, primo ictu in poplitem, mox ab Iulio Caro legi-
43 onario milite in vtrumque latus transuerberatus. Insignem illâ
die virum Sempronium Densum ætas nostra vidit. Centurio is
prætoriæ cohortis ad Galbæ custodiam à Pisone additus, stricto
pugione occurrens armatis, & scelus exprobans, ac modò ma-
nu, modò voce, vertēdo in se percussores, quāquam vulnerato Pi-
soni effugiū dedit. Piso in ædē Vestæ peruasit exceptúsq; misericor-
diâ publici serui, & cōtubernio eius abditus, nō religione, nec cæ-
rimoniis, sed latebrâ imminēs exitiū differebat: cum aduenere,
iussu Othonis, nominatī in cædē eius ardētes, Sulpicius Florus
è Britannicis cohortibus, nuper a Galbâ ciuitate donatus, & Statius
Murcus speculator, à quibus protractus Piso, in foribus tēpli truci-
datur. Nullā cędē Otho maiore lætitiâ excepisse, nullū ca-

put tam insatiabilibus oculis perlustrasse dicitur: *seu tum primùm leuata omni sollicitudine mens, vagare gaudio cœperat; seu recordatio maiestatis in Galbâ, amicitiæ in T. Vinio, quãuis immitem animum imagine tristi confuderat.* Pisonis, vt inimici & æmuli, cæde lætari, ius fasque credebat. *Præfixa cõtis capita gestabantur, inter signa cohortium iuxta Aquilam legionis certatim ostentantibus cruentas manus qui occiderãt, qui interfuerant, quiue verè, quiue falsò, vt pulchrum & memorabile facinus iactabant. Plures quàm* CXX. *libellos præmia exposcentium, ob aliquam notabilem illâ die operam, Vitellius postea inuenit. omnésque conquiri & interfici iussit, non honore Galbæ, sed tradito principibus more, munimentum ad præsens, in posterum vltionem. Alium crederes Senatum, alium populum.* ruere cuncti in castra, anteire proximos, certare cum præcurrentibus, increpare Galbam, laudare militum iudicium, exosculari Othonis manum: quantoque magis falsa erant quæ fiebant, tanto plura facere. *Nec aspernabatur singulos Otho, auidum & minacem militum animum, voce vultúque temperans.* Marium Celsum, Consulem designatum, & Galbæ vsque in extremas res amicum fidumque, ad supplicium expostulabant, *industriæ eius innocẽtiæque quasi malis artibus infensi. Cædis & prædarum initium, & optimo cuique perniciem quæri apparebat. sed Othoni nondum auctoritas inerat ad prohibendũ scelus; iubere iam poterat. Ita simulatione iræ,* vinciri iussum, & maiores pœnas daturum affirmans, *præsenti exitio subtraxit.* *Omnia deinde arbitrio militum acta. Prætorij præfectos sibi ipsi legere: Plotium Firmum è manipularibus quondam, tũ vigilibus præpositum, & incolumi adhuc Galbâ partes Othonis secutũ. Adiũgitur Licinius Proculus, intimâ familiaritate Othonis, suspectus cõsilia eius fouisse. vrbi Flauiũ Sabinũ pficere,* iudiciũ Neroni secuti, *sub quo eamdẽ curam obtinuerat*, plerisque Vespasianum fratrem in eo respicientibus. *Flagitatum,* vt vacationes præstari centurionibus solitæ remitterentur. *namque gregarius miles, vt tributum annuum pendebat. pars manipulis, pars per commeatus, aut in ipsis castris vaga, dum*

mercedem

mercedem cēturioni exſolueret, neque modū oneris quiſquam, neque genus quæſtus penſi habebat. per latrocinia & raptus, aut ſeruilibus miniſterijs, militare otium redimebant. Tum locupletiſſimus quiſque miles, labore ac ſæuitiâ fatigari, donec vacationem emeret. ubi ſumtibus exhauſtus, ſecordiâ inſuper elanguerat, inops pro locuplete, & iners pro ſtrenuo, in manipulum redibat. ac rurſus alius atque alius, eâdem egeſtate ac licētiâ corrupti, ad ſeditionem & diſcordias, & ad extremum, bella ciuilia ruebant. Sed Otho, ne vulgi largitione, centurionum animos auerteret, ex fiſco ſuo vacationes annuas exſoluturum promiſit: rem haut dubiè vtilem, & à bonis poſtea principibus, perpetuitate diſciplinæ, firmatam. Laco præfectus, tamquam in inſulam ſeponeretur, ab Euocato quem ad cædem eius Otho præmiſerat, confoſſus. In Martianum

47 Icelum, vt in libertum, palàm animaduerſum. Exacto per ſcelera die, nouiſſimum malorum fuit lætitia. Vocat Senatū Prætor vrbanus, certant adulationibus ceteri magiſtratus. Accurrunt Patres, decernitur Othoni tribunicia poteſtas, & nomen Auguſti, & omnes principum honores; annuentibus cunctis abolere conuicia ac probra, quæ promiſcuè iacta hæſiſſe animo eius nemo ſenſit. Omiſiſſet offenſas, an diſtuliſſet; breuitate imperij in incerto fuit. Otho, cruēto adhuc foro, per ſtrages iacentium, in Capitolium atque inde in palatium vectꝰ, concedi corpora ſepulturæ, cremarique permiſit. Piſonem Verania vxor ac frater Scribonianus, T. Vinium Criſpina filia compoſuere, quæſitis redemtiſque capitibus, quæ venalia interfectores ſeruauerant. Piſo vnum & tricesimum ætatis an-

48 num explebat, famâ meliore quàm fortunâ. Fratres eius Magnum Claudius, Craſſum Nero interfecerat. Ipſe diu exſul, quatriduo Cæſar properatâ adoptione, ad hoc tantum maiori fratri p̄latus eſt, vt prior occideretur. T. Vinius XLVII. annos varijs moribus egit. Pater illi è p̄toriâ familiâ, maternus auus è proſcriptis. Primâ militiâ infamis, Legatum Caluiſium Sabinum habuerat: cuius vxor malâ cupidine viſendi ſitum caſtrorum, per noctē militari habitu ingreſſa, cùm vigilias & cetera militiæ munia eâdem laſciuiâ tentaſſet; in ipſis principijs

ſtuprum auſa, & criminis hui⁹ reus T. Vinius arguebatur. *Igitur iuſſu C. Cæſaris oneratus catenis. mox mutatione temporum dimiſſus, curſu honorum inoffenſo, legioni poſt Præturam præpoſitus, probatúſque. ſeruili deinceps probro reſperſus eſt*, tãquã ſcyphũ aureum in conuiuio Claudii furatus. *Et Claudius poſterâ die* ſoli omniũ Vinio fictilibus miniſtrari iuſſit. *Sed Vinius pro conſulatu, Galliam Narbonenſem ſeuerè integréque rexit. Mox Galbæ amicitiâ in abruptũ tractus, audax, callidus, promtus, & prout animum intendiſſet, prauus aut induſtrius, eâdẽ vi. Teſtamentum T. Vinij magnitudine opum irritum: Piſonis ſupremam voluntatẽ paupertas firmauit. Galbæ corpus diu neglectum, & licentiâ tenebrarum plurimis ludibriis vexatum, diſpẽſator Argius, è prioribus ſeruis, humili ſepulturâ in priuatis eius hortis contexit. Caput per lixas caloneſque ſuffixũm, laceratũmque ante Patrobij tumulum (libertus is Neronis punitus à Galbâ fuerat) poſterâ demũ die repertũ. & cremato iã corpori admixtũ eſt. Hunc exitũ habuit Ser. Galba tribus & ſeptuaginta annis. quinq; principes pſperâ fortunâ emẽſus, & alieno imperio felicior, quàm ſuo. Vetus in familiâ nobilitas, magnæ opes. ipſi mediũ ingeniũ, magis extra vitia q̃ cum virtutibus. Famæ nec incurioſus, nec vẽditator. Pecuniæ alienæ nõ appetẽs, ſuæ parcus, publicæ auarus. Amicorum libertorumq́; vbi in bonos incidiſſet, ſine reprehenſione patiẽs: ſi mali forẽt, vſq; ad culpã ignarus.* Sed claritas nataliũ, & metus tẽporum obtentui, vt quod ſegnitia erat, ſapientia vocaretur. *Dum vigebat ætas. militari laude apud Germanias floruit: pconſul Africam moderatè, iam ſenior, citeriorẽ Hiſpaniã pari iuſtitiâ cõtinuit*, maior priuato viſus, dũ priuatus fuit, & omnium cõſenſu capax imperii, niſi imperaſſet. *Trepidam vrbem, ac ſimul atrocitatem recentis ſceleris. ſimul veteres Othonis mores pauentẽ*, nouus inſuper de Vitellio nuntius exterruit, *ante cædem Galbæ ſuppreſſus*, vt tantum ſuperioris Germaniæ exercitum deſciuiſſe crederetur. *Tum duos omnium mortalium impudicitiâ, ignauiâ, luxuriâ deterrimos, velut ad pdendum imperium fataliter electos, nõ Senatus modò & Eques, quis aliqua pars & cura Reip. ſed vulgus quoq; palã*

mærere.

merere. Nec iã recẽtia sæuæ pacis exẽpla, sed repetitâ bellorum
ciuilium memoriâ, captã toties suis ciuibus vrbẽ, vastitatẽ
Italiæ, direptiones ꝓuinciarũ, Pharsaliã, Philippos, & Pe-
rusiã ac Mutinã, nota publicarũ cladium nomina, *loque-*
bantur. Prope euersum orbẽ, etiam cum de principatu in-
ter bonos certaretur; sed mansisse C. Iulio, mansisse Cæ-
sare Augusto victore, imperiũ, mansuram fuisse, sub Põ-
peio Brutoque, Remp. Nunc pro Othone, an pro Vitel-
lio, in templa ituros? Vtrasque impias preces, vtraque de-
testãda vota, inter duos, quorum bello solum id scires, de-
teriorẽ fore qui vicisset. *Erant qui Vespasianum & arma O-*
rientis augurarẽtur. &, vt potior vtroque Vespasianus, ita bel-
lum aliud, atque alias clades horrebant. *Et ambigua de Ve-*
spasiano fama: solúsque omnium ante se principum, in melius
mutatus est. Nunc initia caussásque motus Vitelliani expedi-
51 *am. Cæso cum omnibus copiis Iulio Vindice, ferox prædâ glori-*
áque exercitus, vt cui sine labore ac periculo, ditissimi belli vi-
ctoria euenisset, expeditionem & aciem, præmia quam sti-
pẽdia malebat: *diúque infructuosam & asperam militiam to-*
lerauerat, ingenio loci cælique, & seueritate disciplinæ quam in
pace inexorabilẽ discordiæ ciuium resoluunt: paratis vtrimque
corruptoribus & perfidiâ impunitâ Viri, arma, eq, ad vsum &
ad decus supererant. Sed ante bellum, cẽturias tantum suas tur-
másque nouerant: exercitus finibus ꝓuinciarum discerneban-
tur. Tum aduersus Vindicẽ contractæ legiones, seque & Galli-
as expertæ, quærere rursus arma, nouásque discordias: nec
socios vt olim, sed hostes & victos vocabant. *Nec deerat*
pars Gallorum quæ Rhenum accolit, easdem partes secuta, ac
tum acerrima instigatrix aduersus Galbianos. *hoc enim nomẽ*
fastidito Vindice indiderant. Igitur Sequanis Æduísq;, ac de-
inde ꝓut opulẽtia ciuitatibus erat, infensi, expugnatiões vrbi-
um populationes agrorũ raptus penatiũ hauserũt animo;
secũdum auaritiã & arrogantiã pcipua validiorũ vitia, con-
tumaciâ Gallorũ irritati, qui remissam sibi à Galbâ quartam
tributorum partem, & publicè donatos in ignominiã exercitus
iactabant. Accessit callide vulgatum, temerè creditum, de

cumari legiones, & promtiſſimũ quemque centurionum
dimitti. vndique atroces nuntij, ſiniſtra ex vrbe fama, infenſa
Lugdunenſis colonia, & pertinaci pro Nerone fide fœcunda ru-
moribus: Sed plurima ad fingendum credendúmque materies
in ipſis caſtris, odio, metu, &, vbi vires ſuas reſpexerant, ſecuri-
tate. Sub ipſas ſuperioris anni kal. Decemb. Aulus Vitellius in- 5
feriorẽ Germaniam ingreſſus, hiberna legionum cum curâ adi-
erat: redditi pleriſque ordines, remiſſa ignominia, alleuatæ notæ:
plura ambitione, quædam iudicio: in quibus ſordem & auariti-
am Fontei Capitonis, adimendis aſſignandiſue militiæ ordini-
bus, integrè mutauerat. Nec conſularis legati menſurâ, ſed in
maius omnia accipiebantur. Et Vitellius apud ſeueros humilis.
ita comitatẽ bonitatemque fauentes vocabant, quod ſine
modo, ſine iudicio, donaret ſua, largiretũ aliena. Simul, aui-
ditate imperãdi, ipſa vitia ꝓ virtutib⁹ interpretabãtur. Mul-
ti in vtroque exercitu ſicut modeſti quietique, ita mali & ſtre-
nui: et ꝓfuſâ cupidine, inſigni temeritate, legati legionũ, Alienus
Cæcina, & Fabius Valẽs: è quibus Vales infenſus Galbæ, tam-
quã detectã a ſe Virginii cunctationẽ, oppreſſa Capitonis
cõſilia ingrate tuliſſet, inſtigare Vitelliũ, ardorẽ militũ oſten-
tãs. Ipſum celebri vbique fama: nullã in Flacco Hordeo-
nio morã, affore Britanniã, ſecutura Germanorũ auxilia,
male fidas ꝓuincias, precariũ ſeni imperiũ, & breui tranſi-
turũ: pãderet modo ſinũ, & venienti fortunæ occurreret.
Merito dubitaſſe Verginium, equeſtri familia, ignoto pa-
tre: imparẽ ſi recepiſſet imperiũ, tutũ ſi recuſaſſet. Vitellio
tres patris cõſulatus, cenſurã, collegium Cæſaris, & impo-
nere iampridem imperatoris dignationem, & auferre pri-
uati ſecuritatẽ. Quatiebatur his ſegne ingenium, vt concupi-
ſceret magis, quàm ſperaret. At in ſuperiore Germaniâ, Cæ- 53
cina decora iuuenta, corpore ingens, animi immodicus, cito ſer-
mone, erecto inceſſu ſtudia militũ allexerat. Hũc iuuenẽ Galba,
Quæſtorẽ in Bæticâ, impigrè in partes ſuas trãſgreſſum, legioni
ꝑpoſuit. mox cõpertũ publicã pecuniã auertiſſe, vt pecula-
torẽ flagitari iuſſit. Cæcina ægrè paſſus, miſcere cuncta & pri-
uata vulnera Reip. malis operire ſtatuit. Nec deerãt in exercitu
ſemina

semina discordiæ, quod & bello aduersus Vindicē vniuersus affuerat, nec nisi occiso Nerone translatus in Galbā, atq; in eo ipso sacramento vexillis inferioris Germaniæ preuentus erat. *Et Treueri ac Lingones, quásque alias ciuitates atrocibus edictis, aut damno finium Galba perculerat, hibernis legionum propius miscentur. Unde* seditiosa colloquia, & inter paganos corruptior miles, *& in Verginium fauor cuicunque alii profuturus.*

54 *Miserat ciuitas Lingonum, vetere instituto, dona legionibus, dextras hospitii insigne. Legati eorum in squallorem mœstitiámque compositi, per principia, per contubernia*, modo suas iniurias, modo ciuitatum vicinarum præmia, *& vbi pronis militum auribus accipiebantur*, ipsius exercitus pericula & contumelias conquerentes, *accendebant animos. Nec procul seditione aberant, cùm Hordeonius Flaccus abire legatos, vtque occultior digressus esset, nocte castris excedere iubet. Inde atrox rumor*, affirmantibus plerisque interfectus, ac ni sibi consulerent, fore, vt acerrimi militum & præsentia conquesti, per tenebras & inscitiam ceterorum occiderentur. *Obstringuntur inter se tacito fœdere legiones. Asciscitur auxiliorum miles, primò suspectus, tanquam circumdatis cohortibus alisque, impetus in legiones pararetur; mox eadem acrius volens: faciliore inter malos consensu ad bellum, quàm in pace ad concordiam.*

55 *Inferioris tamen Germaniæ legiones solenni kalen. Ianua. sacramento pro Galbâ adactæ, multâ cunctatione, & raris primorum ordinum vocib. ceteri silentio, proximi cuiusque audaciam exspectantes: insitâ mortalibus naturâ*, propere sequi, quæ piget incoare. *Sed ipsis legionibus inerat diuersitas animorum: primani quintanique turbidi, adeò vt quidam saxa in Galbæ imagines iecerint: quintadecima ac sextadecima legiones, nihil vltra fremitum & minas ausæ, initium erumpendi circumspectabant. At in superiori exercitu, quarta ac duodeuicesima legiones iisdem hibernis tendentes, ipso kalen. Ianu. die dirumpunt imagines Galbæ: quarta legio promtius, duodeuicesima contanter; mox consensu, ac ne reuerentiam imperii exuere viderentur, in Senatus Populiq; Rom. obliterata iam nomina, sacramenta aduo-*

cabant. nullo legatorum tribunorúmue pro Galbâ nitente; qui-
busdam, vt in tumultu, notabilius turbantibus. Non tamen
quisquam in modum concionis, aut suggestu locutus. neque e-
nim erat adhuc cui imputaretur. Spectator flagitii Hordeonius 56
Flaccus Consularis legatus aderat, non compescere ruentes, non
retinere dubios, non cohortari bonos ausus, sed segnis, pauidus,
& secordiâ innocens. Quatuor centuriones duodeuicesimæ le-
gionis, Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Mar-
cellus, Calpurnius Repentinus, cùm protegerent Galbæ imagi-
nes, impetu militum abrepti, vinctiq;. Nec cuiquam vltra fi-
des, aut memoria prioris sacramenti. sed, quod in seditionib. ac-
cidit, vnde plures erant, oēs fuere. Nocte quæ kal. Ian. secuta est,
Coloniam Agrippinensem Aquilifer quartæ legionis epulanti
Vitellio nuntiat, quartam & duodeuicesimam legiones, ꝓ-
iectis Galbæ imaginibus, in Senatus & Pop. Rom. verba
iurasse. *Id sacramentum inane visum.* occupari nutantem
fortunam, & offerri principem placuit. *Missi a Vitellio*
ad legiones legatosq;, qui desciuisse a Galba superiorem ex-
ercitum nuntiarent: *proinde aut bellandum aduersus desci-*
scentes, aut si concordia & pax placeat, faciendum imperato-
rem: & minore discrimine sumi principem, quam quæri. Pro- 57
xima legionis primæ hiberna erant, & promptissimus e legatis Fa-
bius Valens. Is die postero Coloniam Agrippinensem cum equi-
tib. legionis, auxiliariorumq; ingressus, Imperatorē Vitellium
consalutauit. *Secuti ingenti certamine eiusdem prouinciæ le-*
giones: & superior exercitus speciosis Senatus populiq; Romani
nominib. relictis, 11 . Non. Ianu. Vitellio accessit. scires illum
priore biduo non penes Remp. fuisse. Ardorem exercituum
Agrippinenses, Treueri, Lingones æquabant; auxilia, equos,
arma, pecunias offerentes; vt quisq; corpore, opib. ingenio vali-
dus. Nec principes modo coloniarum aut castrorum, quib. præ-
sentia ex affluenti, & partâ victoriâ magnæ spes: sed manipuli
quoq; & gregarius miles, viatica sua, & balteos, phalerasq;, in-
signia armorum, argento decora, loco pecuniæ tradebant: in-
stinctu, & impetu, & auaritiâ. Igitur laudata militū alacri- 58
tate *Vitellius, ministeria principatus per libertos agi solita, in*

equites

equites Romanos diſponit. Vacationes centurionib. ex fiſco numerat. Sæuitiam militum pleroſq; ad pœnam expoſcentium ſæpius approbat, pari ſimulatione vinculorum fruſtratur. Pompeius Propinquus procurator Belgicæ ſtatim interfectus. Iulium Burdonem Germanicæ claſſis præfectum aſtu ſubtraxit. Exarſerat in eum iracundia exercitus, tamq̃ crimẽ, ac mox inſidias, Fonteio Capitoni ſtruxiſſet. *grata erat memoria Capitonis, & apud ſæuientes occidere palam, ignoſcere non niſi fallendo licebat. Ita in cuſtodiâ habitus: & poſt victoriam demum, ſtratis iam militum odiis, dimiſſus eſt. Interim vt piaculum obiicitur centurio Criſpinus, qui ſe ſanguine Capitonis cruentauerat: eoq; & poſtulantib. manifeſtior, & punienti vilior*

59 *fuit. Iulius deinde Ciuilis periculo exemtus, præpotens inter Batauos, ne ſupplicio eius ferox gens alienaretur. Et erant in ciuitate Lingonum* VIII. *Batauorum cohortes, quartædecimæ legionis auxilia, tum diſcordia temporum à legione digreſſæ: prout inclinaſſent, grande momentum, ſociæ aut aduerſæ Nonium, Donatium, Romilium, Calpurnium centuriones, de quib. ſuprà retulimus, occidi iuſſit,* damnatos fidei crimine, grauiſſimo inter deſciſcentes. *Acceſſêre partibus Valerius Aſiaticus, Belgicæ prouinciæ legatus, quem mox Vitellius generum aſciuit: & Iunius Blæſus Lugdunenſis Galliæ rector, cum Italicâ legione, & alâ Taurinâ, Lugduni tendentibus. Nec in Rhæticis*

60 *copiis mora, quo minus ſtatim adiungerentur. Ne in Britanniâ quidem dubitatum. Præerat Trebellius Maximus, per auaritiam ac ſordes contemtus exercitui inuiſuſq;. Accendebat odium eius Roſcius Cælius legatus viceſimæ legionis olim diſcors, ſed occaſione ciuilium armorum atrocius proruperant.* Trebellius ſeditionẽ & confuſum ordinem diſciplinæ Cælio: ſpoliatas & inopes legiones Cælius Trebellio obiectabat, *cum interim, fœdis legatorum certaminib. modeſtia exercitus corrupta, eoq; diſcordiæ ventum, vt auxiliarium quoque militum conuiciis proturbatus, & aggregantibus ſe Cælio cohortibus aliſq;, deſertus Trebellius ad Vitellium perfugerit. quies prouinciæ, quamquam remoto Conſulari, manſit. Rexêre lega-*

61 *ti legionum, pares iure, Cælius audendo potentior. Adiun-*

cto Britannico exercitu, ingens viribus opibúsque Vitellius, duos duces, duo itinera bello destinauit. Fabius Valens allicere, vel si abnuerent, vastare Gallias, & Cotianis alpibus Italiam irrumpere: Cæcina propiore transitu, Peninis iugis degredi iussus. Valenti inferioris exercitus electi cum Aquilâ quintæ legionis, & cohortibus alijsque ad XL. *millia armatorum data.* XXX. *millia Cæcina è superiore Germaniâ ducebat, quorum robur legio vna, prima & vicesima fuit; addita vtrique Germanorum auxilia, è quibus Vitellius suas quoque copias suppleuit, totâ mole belli secuturus. Mira inter exercitum imperatorémque diuersitas.* Instare miles, arma poscere, dum Galliæ trepident, dū Hispaniæ contentur. non obstare hiemem, neque ignauæ pacis moras. inuadendam Italiam, occupandam vrbem, nihil in discordiis ciuilibus festinatione tutius, vbi facto magis quam consulto opus esset. *Torpebat Vitellius, & fortunam Principatus inerti luxu ac prodigis epulis præsumebat, medio diei temulentus, & saginâ grauis, cùm tamen ardor & vis militum vltrò ducis munia implebat, vt si adesset imperator, & strenuis vel ignauis spem metúmque adderet. Instructi intentique signum profectionis exposcunt: nomine* Germanici, *Vitellio statim addito.* Cæsarem se appellari, etiam victor prohibuit. *Lætum augurium Fabio Valenti exercituique, quem in bellum cogebat, ipso profectionis die, aquila leui meatu prout agmen incederet, velut dux viæ præuolauit: longúmque per spatium, is gaudentium militum clamor, ea quies interritæ alitis fuit, vt haud dubium* magnæ & prosperæ rei omen *acciperetur. Et Treueros quidem vt socios securi adiere. Diuodurū (Mediomatricorum id oppidum est) quamquam omni comitate exceptos, subitus pauor exterruit, raptis repentè armis ad cædem innoxiæ ciuitatis,* non ob prædam, aut spoliandi cupidinem, sed furore & rabie, & caussis incertis, eoque difficilioribus remediis. *donec precibus ducis mitigati, ab excidio ciuitatis temperauere. Cæsa tamen ad quatuor millia hominum. Isque terror Gallias inuasit, vt venienti mox agmini vniuersæ ciuitates, cum magistratib. & precib. occurrerent, stratis per vias pueris fœminisque, quæ-*

62

63

que

que alia placamenta hostilis iræ, non quidem in bello, sed pro
64 pace tendebantur. Nuntium de cæde Galbæ & imperio O-
thonis, Fabius Valens in ciuitate Leucorum accepit. Nec mi-
litum animus in gaudium, aut formidinem permotus, bellum
voluebat. Gallis contatio exemta, & in Othonem ac Vitellium
odium par, ex Vitellio & metus. Proxima Lingonum ciuitas
erat, fida partibus. benignè excepti, modestiâ certauere. Sed
breuis lætitia fuit, cohortium intemperie, quas à legione quar-
tadecimâ, vt supra memorauimus, digressas exercitui suo Fa-
bius Valens adiunxerat. Iurgia primùm, mox rixa inter Ba-
tauos & legionarios. Dum his aut illis studia militum adgre-
gantur, propè in prælium exarsere, ni Valens animaduersione
paucorum, oblitos iam Batauos imperii admonuisset. Frustra
aduersus Æduos quæsita belli caussa. Iussi pecuniam atque
arma deferre, gratuitos insuper commeatus præbuere.
quod Ædui formidine, Lugdunenses gaudio fecere. Sed legio
Italica & ala Taurina abductæ. Cohortem XVIII. Lugduni,
solitis ibi hibernis, relinqui placuit. Manlius Valens, legatus
Italicæ legionis, quamquam bene de partibus meritus, nullo a-
pud Vitellium honore fuit. Secretis eum criminationibus
infamauerat Fabius ignarum, & quo incautior decipere-
65 tur, palam laudatum. Veterem inter Lugdunenses Viennen-
sesque discordiam, proximum bellum accenderat. multæ inui-
cem clades, crebriùs infestiúsque, quàm vt tantum propter Ne-
ronem Galbámque pugnaretur. Et Galba reditus Lugdunen-
sium, occasione iræ, in fiscum verterat. Multus contrà in Vi-
ennenses honor. Vnde æmulatio, & inuidia, & vno amne dis-
cretis connexum odium. Igitur Lugdunenses exstimulare sin-
gulos militum, & in euersionem Viennensium impellere, ob-
sessam ab illis coloniam suam, adiutos Vindicis conatus,
conscriptas nuper legiones in præsidium Galbæ referen-
do. Et vbi caussas odiorum prætenderant, magnitudinem præ-
dæ ostendebant. Nec iam secreta exhortatio, sed publicæ preces:
Irent vltores, exscinderent sedem Gallici belli. cuncta il-
lic externa & hostilia, se coloniam Romanam & partem
exercitus, & prosperarum aduersarumque rerum socios.

ſi fortuna contra daret, iratis ne relinquerentur. *His &* 66
plurib. in eundem modum, perpulerant, vt nec legati quidem
ac duces partium reſtingui poſſe iracundiam exercitus arbi-
trarentur: cùm haut ignari diſcriminis ſui Viennenſes, vela-
menta & infulas præferentes, vbi agmen inceſſerat, arma, ge-
nua, veſtigia prehenſando, flexere militum animos. Addidit
Valens tricenos ſingulis militibus ſeſtertios. Tum vetuſtas di-
gnitasq́; Coloniæ valuit. Et verba Fabii ſalutem incolumi-
tatemq́; Viennenſium *cõmendantis æquis auribus accepta.*
Publicè tamen armis mulctati, priuatis & promiſcuis copiis
iuuere militem. Sed fama conſtans fuit, ipſum Valentem ma-
gna pecunia emtum. *Is diu ſordidus, repentè diues, mutatio-*
nem fortunæ malè tegebat, accenſis egeſtate longâ cupidinibus,
immoderatus, & inopi iuuentâ, ſenex prodigus. Lento deinde
agmine, per fines Allobrogum & Vocontiorum ductus exerci-
tus: ipſa itinerum ſpatia, & ſtatiuorum mutationes venditante
duce, fœdis pactionibus aduerſus poſſeſſores agrorum, & magi-
ſtratus ciuitatum; adeò minaciter, vt Luco (municipium id
Vocontiorum eſt) faces admouerit, donec pecuniâ mitigaretur.
quoties pecuniæ materia deeſſet, ſtupris & adulteriis exoraba-
tur. Sic ad Alpes peruentum. Plus prædæ ac ſanguinis Cæcina 67
hauſit. Irritauerant turbidum ingenium Heluetii, Gallica gẽs,
olim armis viriſq́;, mox memoriâ nominis clarâ, de cæde Gal-
bæ ignari, & Vitellii imperium abnuentes. *Initium bello*
fuit auaritia ac feſtinatio vna & viceſimæ legionis. Rapuerunt
pecuniam miſſam in ſtipendium caſtelli, quod olim Heluetii
ſuis militib. ac ſtipendiis tuebantur. ægrè id paſſi Heluetii, inter-
ceptis epiſtolis, quæ nomine Germanici exercitus ad Pannoni-
cas legiones ferebantur, centurionem & quoſdam militum in
cuſtodiâ retinebant. Cæcina belli auidus, proximam quamque
culpam, antequam pœniteret, vltum ibat. Mota properè ca-
ſtra. Vaſtati agri. Direptus, longa pace in modum municipii
exſtructus, locus, amœno ſalubrium aquarum vſu frequens.
Miſſi ad Rhætica auxilia nuntii, vt verſos in legionẽ Hel-
uetios a tergo aggrederẽtur. *Illi ante diſcrimen feroces, in pe-* 68
riculo pauidi, quamquam primo tumultu Claudium Seuerum
ducem

*ducem legerant, non arma noscere, non ordines sequi, non in v-
num consulere. exitiosum aduersus veteranos prœlium, intuta
obsidio, dilapsis vetustate mœnib. hinc Cæcina cum valido ex-
ercitu, inde Rhætica alæ cohortesq́; & ipsorum Rhætorum iu-
uentus sueta armis, & more militiæ exercita. vndique popula-
tio & cædes. Ipsi in medio vagi abiectis armis, magna pars sau-
cii aut palantes, in mõtem Vocetium perfugere. Ac statim im-
missâ cohorte Thracum depulsi, & consectantibus Germanis
Rhætisq́; per siluas atque in ipsis latebris trucidati. Multa ho-
minum millia cæsa, multa sub coronâ venumdata. Cumq́; di-
reptis omnib. Auenticum gentis caput iusto agmine peteretur;
missi qui dederent ciuitatem, & deditio accepta. In Iulium
Alpinum è principibus,* vt concitorē belli, Cæcina animad-
69 uertit: *ceteros veniæ vel sæuitiæ Vitellii reliquit. Haut facile di-
ctu est, legati Heluetiorum minus placabilem imperatorem, an
militem inuenerint.* Ciuitatis excidiū poscunt, *tela ac ma-
nus in ora legatorum intentant. Ne Vitellius quidem minis ac
verbis temperabat: cùm Claudius Cossus, vnus ex legatis, notæ
facundiæ, sed dicendi artem aptâ trepidatione occultans, atque
eo validior, militis animum mitigauit: vt est mos vulgo, muta-
bili subitis, & tam prono in misericordiam, q̃ immodicum sæ-
uitiâ fuerat. effusis lacrymis, & meliora cõstantius postulando,*
70 impunitatē salutemq; ciuitati impetrauere. *Cæcina paucos
in Heluetiis moratus dies, dum sententiæ Vitellii certior fieret,
simul transitum Alpium parans, lætum ex Italiâ nuntium
accipit,* alâ Syllanâ circa Padum agentē, sacramēto Vitellii
accessisse. *Proconsulem Vitellium Syllani in Africâ habue-
rant: mox a Nerone, vt in Ægyptum præmitterentur, exciti,
& ob bellum Vindicis remorati, ac tum in Italiâ manentes, in-
stinctu decurionum, qui Othonis ignari, Vitellio obstricti,* ro-
bur aduentantiū legionū & famam Germanici exercitus
attollebant, *transiere in partes: & vt donum aliquod nouo
principi, firmissima Transpadanæ regionis municipia, Medio-
lanum, ac Nouariam, & Eporediam, ac Vercellas, adiunxêre.
Id Cæcinæ per ipsos cõpertum. Et quia p̃sidio alæ vnius latissima
pars Italiæ defendi nequibat præmissis Gallorum, Lusitanorum,
Britannorumq́; cohortibus, & Germanorum vexillis, in alpe*

Graiâ ipse paululum contatus, num Rhæticis iugis in Noricum flecteret, aduersus Petronium vrbis procuratorem, qui concitis auxiliis, & interruptis fluminum pontibus, fidus Othoni putabatur. Sed metu ne amitteret pręmissas iam cohortes, alasque, simul reputans plus gloriæ retenta Italia, & vbicumque certatum foret, Noricos in cetera victoriæ premia accessuros, *Penino subsignanum militem itinere & graue legionum agmen, hibernis adhuc Alpibus traduxit.*

71 *Otho interim,* contra spem omnium, *non delitiis, neque desidiâ torpescere. dilatæ voluptates, dissimulata luxuria, & cuncta ad decorem imperii composita.* Eoque plus formidinis afferebant falsę virtutes, & vitia reditura. *Marium Celsum Cõsulem designatum, per speciem vinculorum, sæuitiæ militum subtractum, acciri in Capitolium iubet.* Clementiæ titulus, e viro claro & partibus inuiso, petebatur. *Celsus constanter seruatæ erga Galbam fidei crimen confessus,* exemplum vltro imputauit. *Nec Otho quasi ignosceret, sed ne hostis metum reconciliationis adhiberet, statim intra intimos amicos habuit, & mox bello inter duces delegit. mansítque Celsô velut fataliter etiam pro Othone fides, integra & infelix. Læta primoribus ciuitatis,* celebrata in vulgus Celsi salus, *ne militibus quidem ingrata fuit, eandem virtutem admirantibus cui irascebantur.*

72 *Par inde exsultatio, disparibus caussis consecuta, impetrato Tigellini exitio. Sophonius Tigellinus obscuris parentibus, fœdâ pueritiâ, impudicâ senectâ, præfecturam vigilum, & pretorii, & alia præmia virtutum, quia velocius erat vitiis adeptus, crudelitatem mox, deinde auaritiam, & virilia scelera exercuit: corrupto ad omne facinus Nerone, quædam ignaro ausus, ac postremò eiusdem desertor ac proditor. Vnde non alium pertinacius* ad pœnam flagitauere, *diuerso affectu, quibus odium Neronis inerat, & quibus desiderium. Apud Galbam T. Vinii potentiâ defensus,* prætexentis seruatam ab eo filiam. *& haut dubiè seruauerat, non clementiâ (quippe tot interfectis) sed effugio in futurum. quia pessimus quisque, diffidentiâ præsentium mutationem pauens, aduersus publicum odium, priuatam gratiam præparat: vnde nullâ innocentiæ curâ, sed*

râ, sed vitæ impunitatis. Eo infensior populus, additâ ad ve-
tus Tigellini odium recenti T. Vinii inuidiâ, concurrere è to-
tâ vrbe in palatium ac fora, & vbi plurima vulgi licentia, in
circum ac theatra effusi, seditiosis vocibus obstrepere: do-
nec Tigellinus, accepto apud Sinuessanas aquas supremæ ne-
cessitatis nuntio, inter stupra concubinarum, & oscula, & de-
formes moras, sectis nouaculâ faucibus, infamem vitam fœda-
73 uit etiam exitu sero & inhonesto. Per idem tempus expostu-
lata ad supplicium Galuia Crispinilla, variis frustrationib.
& aduersâ dissimulantis principis famâ, periculo exemta est:
magistra libidinum Neronis, transgressa in Africã ad insti-
gandum in arma Clodium Macrum, famem populi Ro. haut
obscure molita, totius postea ciuitatis gratiam obtinuit Consu-
lari matrimonio innixa, & apud Galbam, Othonem, Vitel-
lium illæsa: mox potens pecuniâ, & orbitate, quæ bonis malisq;
74 temporibus iuxta valent. Crebræ interim, & muliebrib. blan-
dimentis infectæ, ab Othone ad Vitellium epistolæ, offerbant
pecuniam & gratiam, & quemcunque quietis locum pro-
digæ vitæ legisset. Paria Vitellius ostendebat, primo mollius,
stultâ vtrimque & indecorâ simulatione: mox quasi rixantes,
stupra & flagitia inuicem obiectauere. neuter falso. Otho,
reuocatis quos Galba miserat legatis, rursus ad vtrumque Ger-
manicum exercitum, & ad legionem Italicam, easq; quæ
Lugduni agebant copias, specie Senatus misit. Legati apud Vi-
tellium remansere, promtius quam vt retenti viderentur.
Prætoriani, quos per simulationem officii legatis Otho adiun-
xerat, remissi, antequam legionibus miscerentur. Addit epi-
stolas Fabius Valens, nomine Germanici exercitus, ad præto-
rias & vrbanas cohortes, de viribus partium magnificas, &
concordiam offerentes. Increpabant vltrò, quod tanto an-
te traditum Vitellio imperium, ad Othonem vertissent.
Ita promissis simul, ac minis tentabantur: vt bello impares, in
75 pace nihil amissuri. Neque ideò prætorianorum fides mutata.
Sed insidiatores ab Othone in Germaniam, à Vitellio in vrbem
missi. Vtrisque frustra fuit: Vitellianis impunè, per tantam ho-
minum multitudinem, mutuâ ignorantiâ fallentibus: Otho-

C

niani, nouitate vultus; omnibus inuicem gnaris, prodebantur, *Vitellius literas ad Titianum fratrem Othonis composuit,* exitium ipsi filioq; eius minitans, ni incolumes sibi mater ac liberi seruarentur. *Et stetit domus vtraque sub Othone, incertum an metu; Vitellius victor, clementiæ gloriam tulit. Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius*, iurasse in eum Dalmatiæ ac Pannoniæ, & Mœsiæ, legiones. *Idem ex Hispaniâ allatum: laudatusq; per edictum Cluuius Rufus. & statim cognitum est, conuersam ad Vitellium Hispaniam. Nec Aquitania quidem, quãquam à Iulio Cordo in verba Othonis obstricta, diu mansit. Nusquam fides aut amor; metu ac necessitate huc illuc mutabantur. Eadem formido prouinciam Narbonensem ad Vitellium vertit, facili transitu ad proximos & validiores. Longinquæ prouinciæ, & quidquid armorum mari dirimitur, penes Othonem manebant, non partium studio, sed erat* grande momentum in nomine vrbis ac prætextu Senatus. *Et occupauerat animos prior auditus. Iudaicum exercitum Vespasianus, Syriæ legiones Mucianus sacramento Othonis adegêre. Simul Ægyptus, omnesq; versæ in Orientem prouinciæ, nomine eius tenebantur. Idem Africæ obsequium, initio à Carthagine orto. Neq; exspectat à Vipsani Aproniani proconsulis auctoritate, Crescens Neronis libertus (nam in malis temporib. partem se Reip. fecerat) epulum plebi, ob lætitiam recentis imperii, obtulerat: & populus pleraq; sine modo festinauit. Carthaginem ceteræ ciuitates secutæ. Sic distractis exercitibus ac prouinciis, Vitellio quidem ad capessendam principatus fortunam bello opus erat. Otho, vt in multâ pace, munia imperii obibat: quædam ex dignitate Reip. pleraque contra decus, ex præsenti vsu properando. Consul cum Titiano fratre in kalen. Mart. ipse; proximos menses Verginio destinat, vt aliquod exercitui Germanico delinimentum. Iungitur Verginio Poppæus Vopiscus, prætextu veteris amicitiæ, pleriq;* Vienensium honori datum interpretabantur. *Ceteri Consulatus ex destinatione Neronis, aut Galbæ, mansêre. Cælio ac Flauio Sabinis, in Iulias; Ario Antonino & Mario Celso, in Septembres: quorum honori ne Vitellius quidẽ victor inter-*

intercessit. Sed Otho, Pontificatus Auguratusq; honoratis iam senib. cumulum dignitatis addidit; & recens ab exsilio reuersos nobiles adolescentulos, auitis ac paternis Sacerdotiis in solatium recoluit. Redditus Cadio Rufo, Pedio Blæso, Seuino Promptino Senatorius locus, qui repetundarum criminib. sub Claudio ac Nerone ceciderant. *Placuit ignoscentib. verso nomine, quod* auaritia *fuerat, videri* maiestatem: *cuius tum odio, et bonæ leges peribant.*

78 *Eâdem largitione ciuitatum quoq; ac prouinciarum animos aggressus,* Hispaliensibus & Emeritensibus familiarum adiectiones, Lingonibus vniuersis ciuitatem Romanam, prouinciæ Bæticæ Maurorum ciuitates dono dedit: noua iura Cappadociæ, noua Africę, ostentui magis quàm mansura. *Inter quæ necessitate præsentium rerum & instantibus curis excusata, ne tum quidem immemor amorum,* statuas Poppææ per Senatusconsultum reposuit. *Creditus est etiam* de celebrandâ Neronis memoriâ *agitauisse, spe vulgum alliciendi. Et fuêre qui imagines Neronis proponerent: atq; etiam Othoni, quibusdam dieb. populus & miles,* tamquam nobilitatem ac decus astruerent, *NERONI OTHONI acclamauit. Ipse in suspenso tenuit, vetandi metu, vel cognoscendi pudore.*

79 *Conuersis ad ciuile bellum animis, externâ sine curâ habebantur. Eò audentius Rhoxolani, Sarmatica gens, priore hieme cæsis duabus cohortibus, magnâ spe ad Mœsiam irruperant. nouem millia equitum, ex ferociâ & successu, prædæ magis quàm pugnæ intenta. Igitur vagos & incuriosos, tertia legio adiunctis auxiliis, repente inuasit. Apud Romanos omnia prœlio apta. Sarmatæ dispersi, aut cupidine prædæ graues onere sarcinarum, & lubrico itinerum ademtâ equorum pernicitate, velut vincti cædebantur. namque mirum dictu vt sit omnis Sarmatarum virtus, velut extra ipsos. nihil ad pedestrem pugnam tam ignauum: vbi per turmas aduenêre, vix vlla acies obstiterit. Sed tum humido die, & soluto gelu, neque conti neque gladii, quos prælongos vtrâque manu regunt, vsui, lapsantibus equis, & cataphractarum pondere (id principibus & nobilissimo cuique tegmen, ferreis laminis, aut prædura corio consertum; vt aduersus ictus*

impenetrabile, ita impetu hostium prouolutis inhabile ad resurgendum) simul altitudine, & mollitiâ niuis, hauriebantur. Romanus miles facili loricâ, & missili pilo, aut lanceis assultans, vbi res posceret, leui gladio inermem Sarmatam (neque enim defendi scuto mos est) comminus fodiebat. donec pauci, qui prœlio superfuerant, paludibus abderentur. ibi sæuitiâ, hic miseriâ vulnerum absumti. Postquam id Romæ compertum, M. Aponius Mœsiam obtinens, triumphali statua, Fuluius Aurelius, & Iulianus Titius, ac Numisius Lupus, legati legionum, Consularibus ornamentis donantur: læto Othone, & gloriam in se trahente, tamquam & ipse felix bello, & suis ducibus suisque exercitibus Rempublicam auxisset.

80 Paruo interim initio, vnde nihil timebatur, orta seditio prope vrbi excidio fuit. Septimamdecimam cohortem, coloniâ Hostiensi, in vrbem acciri Otho iusserat. Armandæ eius cura, Vario Crispino tribuno è prætorianis, data. Is quo magis vacuus, quietis castris, iussa exsequeretur; vehicula cohortis, incipiente nocte, onerari aperto armamentario iubet. Tempus, in suspicionem; caussa, in crimen; affectatio quietis, in tumultum eualuit. Et visa inter temulentos arma, cupidinem sui mouere. Fremit miles, & tribunos centurionesque proditionis arguit, tamquam familiæ Senatorum ad perniciem Othonis armarentur. Pars ignari & vino graues; pessimus quisque in occasionem prædarum; vulgus, vt mos est, cuiusque motus noui cupidum. & obsequia meliorum nox abstulerat. Resistentem seditioni tribunum, & seuerissimos centurionum obtruncant, rapta arma, nudati gladii, insidentes equis, vrbem ac palatium petunt.

81 Erat Othoni celebre conuiuium, primoribus feminis virisque, qui trepidi, fortuitus ne militum furor, an dolus imperatoris, manere ac deprehendi, an fugere & dispergi, periculosius foret; modo constantiam simulare, modo formidine detegi, simul Othonis vultum intueri. Vtque euenit inclinatis ad suspicionem mentibus, cùm timeret Otho, timebatur. Sed haud secus discrimine Senatus quam suo territus, & præfectos prætorii ad mitigandas militum iras statim miserat, & abire propere omnes e conuiuio iussit. Tum verò passim

magi-

magistratus, proiectis insignibus, vitatâ comitum & seruorum frequentiâ, senes feminæq; per tenebras, diuersa vrbis itinera, rari domos, plurimi amicorum tecta, & vt cuique humillimus cliens, incertas latebras petiuere. 82 *Militum impetus ne foribus quidem palatii coërcitus, quo minus conuiuium irrumperent,* ostendi sibi Othonem expostulantes: *vulnerato Iulio Martiale tribuno, & Vitellio Saturnino præfecto legionis, dum ruentib. obsistunt. Vndique arma & minæ, modò in centuriones tribunosq;, modò in Senatum vniuersum: lymphatis cæco pauore animis, & quia neminem vnum destinare iræ poterant, licentiam in omnes poscentibus. donec Otho contra decus imperii thoro insistens, precibus & lacrymis ægrè cohibuit. Redieruntque in castra inuiti, neque innocentes. Posterâ die, velut captâ vrbe, clausæ domus, rarus per vias populus, mæsta plebs, deiecti in terram militum vultus, ac plus tristitiæ quàm pœnitentiæ. Manipulatim allocuti sunt Licinius Proculus, & Plotius Firmus præfecti: ex suo quisque ingenio, mitius aut horridius. Finis sermonis in eo,* vt quina millia numum singulis militibus numerarentur. *Tum Otho ingredi castra ausus. Atque illum tribuni centurionesque circumsistunt, abiectis militiæ insignib.* otium & salutem flagitãtes. *Sensit inuidiam miles, & compositus in obsequium,* auctores seditionis ad 83 supplicium vltro postulabat. *Otho quamquam turbidis reb. & diuersis militum animis, cùm optimus quisque remedium præsentis licentiæ posceret: vulgus & plures seditionibus & ambitioso imperio læti, per turbas & raptus facilius ad ciuile bellum impellerentur: simul reputans* non posse Principatũ scelere quęsitum, subita modestiâ & prisca grauitate retineri, *sed discrimine vrbis & periculo Senatus anxius, postremò ita disseruit.* Neque vt affectus vestros in amorem mei accenderem, commilitones; neque vt animum ad virtutem cohortarer (vtraq; n. egregie supersunt:) sed veni postulaturus a vobis temperamentum vestræ fortitudin[is], & erga me modum caritatis Tumultus proximi initium, nõ cupidine vel odio, (quæ multos exercitus in discordiam egere) ac ne detractatione quidẽ aut formidine periculo-

rum, nimia pietas vestra acrius quàm consideratius excitauit. Nam sępe honestas rerum caussas, ni iudicium adhibeas, perniciosi exitus consequuntur. Imus ad bellum. num oẽs nuntios palàm audiri, omnia consilia cunctis p̃sentibus tractari, ratio rerum, aut occasionum velocitas patitur? Tam nescire quædam milites, quàm scire oportet. Ita se ducum auctoritas, sic rigor disciplinę habet, vt multa, per centuriones tribunosq; tantum, iuberi expediat. Si vbi iubeantur; quærere singulis liceat: pereunte obsequio, etiam imperium intercidit. An & illic nocte intempestâ rapientur arma? Vnus alterue perditus ac temulentus (neque enim plures consternatione proximâ insanisse crediderim) centurionis ac tribuni sanguine manus imbuet? Imperatoris sui tentorium irrumpet? Vos quidem istuc pro me. sed in discursu ac tenebris, & rerum omnium confusione, patefieri occasio etiam aduersus me potest. Si Vitellio & satellitibus eius eligendi facultas detur, quem nobis animum, quas mentes imprecentur? quid aliud quàm seditionem & discordiam optabunt? ne miles centurioni, ne centurio tribuno obsequatur: hinc confusi pedites equitesque, in exitium ruamus. Parendo potius, commilitones, quàm imperia ducum sciscitando res militares continentur. Et fortissimus in ipso discrimine exercitus est, qui ante discrimen quietissimus. Vobis arma & animus sit; mihi consilium, & virtutis vestræ regimen relinquite. Paucorum culpa fuit, duorum pœna erit. Ceteri abolète memoriam fœdissimæ noctis. Nec illas aduersus Senatum voces vllus vnquam exercitus audiat. Caput imperii, & decora omnium prouinciarum, ad pœnam vocare, non hercle illi, quos cùm maximè Vitellius in nos ciet, Germani audeant. Vlli ne Italiæ alumni, & Romana verè iuuentus, ad sanguinẽ & cædem deposcerent Ordinem, cuius splendore & gloriâ, sordes & obscuritatem Vitellianarum partium perstringimus? Nationes aliquas occupauit Vitellius, imaginem quandã exercitus habet. Senatus nobiscũ est. Sic fit, vt hinc Resp. inde

inde hoſtes Reip. conſtiterint. Quid? vos pulcerrimam hanc vrbem, domibus & tectis, & congeſtu lapidum, ſtare creditis? Muta iſta & inanima intercidere ac reparari promiſcuè poſſunt. æternitas rerum, & pax gentium, & mea cum veſtrâ ſalus, incolumitate Senatus firmatur. Hunc auſpicato à parente & conditore vrbis noſtræ inſtitutum, & à regibus vſque ad principes continuum & immortalem, ſicut a maioribus accepimus, ſic poſteris tradamus. Nam vt ex vobis Senatores, ita ex Senatoribus

85 principes naſcuntur. *Et oratio ad perſtringendos mulcendóſque militum animos, & ſeueritatis modus (neque enim in plures quam in duos animaduerti iuſſerat) gratè accepta, compoſitiq; ad præſens, qui coërceri non poterant. Non tamen quies vrbi redierat. ſtrepitus telorum, & facies belli erat: militibus, vt nihil in commune turbantibus, ita ſparſis per domos, occulto habitu, &* malignâ curâ in omnes, quos nobilitas aut opes, aut aliqua inſignis claritudo rumoribus obiecerat. *Vitellianos quoq; milites veniſſe in vrbem ad ſtudia partium noſcenda, plerique credebant. Vnde plena omnia ſuſpicionum, & vix ſecreta domuum ſine formidine. ſed plurimum trepidationis in publico, vt quemque nuntium fama attuliſſet*, animũ vultumq; conuerſi, ne diffidere dubiis, ac parum gaudere proſperis viderentur. *Coacto vero in curiam Senatu, arduus rerum omnium modus, ne contumax ſilentium, ne ſuſpecta libertas. Et priuato Othoni nuper, atque eadem dicenti, nota adulatio. Igitur* verſare ſentẽtias, & huc atque illuc torquere, hoſtem & parricidam Vitellium vocantes *prouidentiſſimus quiſq;*, vulgarib. conuiciis; *quidam*, vera probra *iacere, in clamore tamen, & vbi plurimæ voces, aut tumultu ver-*

86 *borum ſibi ipſi obſtrepentes. Prodigia inſuper terrebant, diuerſis auctoribus vulgata.* in veſtibulo Capitolii omiſſas habenas bigæ, cui Victoria inſtiterat. erupiſſe cellâ Iunonis, maiorem humanâ ſpeciem. ſtatuam diui Iulii, in inſulâ Tiberini amnis, ſereno & immoto die, ab Occidente in Orientẽ conuerſam. prolocutũ in Ethruriâ bouem inſolitos animalium partus. & plura alia, rudibus ſæculis, et-

iam in pace obseruata, *quæ nunc tantum in metu audiuntur. Sed præcipuus, & cum præsenti exitio, etiam futuri pauor, subitâ inundatione Tiberis: qui immenso auctu, prorupto ponte sublicio, ac strage obstantis molis refusus, non modo iacentia & plana vrbis loca, sed secura huiusmodi casuum impleuit. Rapti è publico plerique, plures in tabernis & cubilibus intercepti. Fames in vulgus, inopia quæstus, & penuria alimentorum, corrupta stagnantibus aquis insularum fundamenta, dein remeante flumine dilapsa. Vtq; primum vacuus a periculo animus fuit, id ipsum, quod paranti expeditionem Othoni, campus Martius & via Flaminia iter belli esset obstructum, à fortuitis vel naturalibus caussis*, in prodigium & omen imminentium cladium vertebatur. *Otho, lustratâ vrbe, & expensis belli consiliis*, quando Peninæ Cottiæque Alpes, & ceteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudebantur, Narbonensem Galliam aggredi statuit, classe valida & partibus fida. *quòd reliquos cæsorum ad pontem Miluium, & sæuitiâ Galbæ in custodiam habitos, in numerum legionis composuerat. facta & reliquis* spes honoratioris in posterum militiæ. *Addidit classi vrbanas cohortes & plerosque è prætorianis, vires & robur exercitus, atque ipsis ducibus consilium & custodes. Summa expeditionis Antonio Nouellio, Suedio Clementi primipilaribus, Æmylio Pacensi (cui ademtum à Galba Tribunatum reddiderat) permissa. Curam nauium Oscus libertus retinebat, ad obseruandam honestiorum fidem immitatus. Peditum equitumq; copiis Suetonius Paullinus, Marius Celsus, Annius Gallus, rectores destinati. Sed plurima fides Licinio Proculo prætorii præfecto. Is vrbanæ militiæ impiger, bellorum insolens*, auctoritatem Paullini, vigorem Celsi, maturitatem Galli, vt cuiq; erat, criminando, *quod facillimum factu est, prauus & callidus, bonos & modestos anteibat. Sepositus per eos dies Cornelius Dolabella in coloniam Aquinatem, neque arta custodia, neque obscurâ*: nullum ob crimen, sed vetusto nomine, & propinquitate Galbæ monstratus. *Multos è magistratib. magnā Consularium partem, Otho*, nō participes aut ministros bello, sed comitum

8

8

specie,

specie, secum expedire iubet. *In quis & L. Vitellium, eodem quo ceteros cultu, nec vt imperatoris fratrē, nec vt hostis. Igitur mota vrbis cura, nullus ordo metu aut periculo vacuus. Primores Senatus ætate inualidi, & longâ pace desides; segnis & oblita bellorum nobilitas; ignarus militiæ eques: quanto magis occultare ac abdere pauorem nitebantur, manifestius pauidi. Nec deerant è contrario, qui ambitione stolidâ, conspicua arma, insignes equos, quidam luxuriosos apparatus conuiuiorum, & irritamenta libidinum, vt instrumēta belli mercarentur. Sapientibus quietis & Reip. cura: leuissimus quisque, & futuri improuidus, spe vanâ tumens. Multis afflicta fides in*

89 *pace, ac turbatis rebus alacres, & per incerta tutissimi.* *Sed vulgus & magnitudine nimiâ communium curarum expers populus, sentire paulatim belli mala, conuersâ in militum vsum omni pecuniâ, intentis alimentorum pretiis: quæ motu Vindicis, haut perinde plebem attriuerant, securâ tum vrbe, & prouinciali bello, quod inter legiones Galliasq; velut externum fuit. Nam, ex quo Diuus Augustus res Cæsarum composuit, procul & in vnius sollicitudinem aut decus, populus Romanus bellauerat. Sub Tiberio & Caio, tantum pacis aduersa pertimuere. Scribonianі contra Claudium incepta, simul audita & coërcita. Nero nūtiis magis & rumoribus, quàm armis depulsus. Tum legiones classesq;, & quod raro alias, prætorianus vrbanusq; miles, in aciem deducti, Oriens Occidensq; & quidquid vtrimque virium est à tergo: si ducibus aliis bellatum foret, lōgo bello materia. Fuere, qui proficiscenti Othoni* moras religionemq; nondum conditorum ancilium *afferrent. Aspernatus omnem cūctationem, vt Neroni quoque exitiosam: & Cæcina, iam*

90 *e Alpes transgressus, exstimulabat. Pridie Idus Mar. commendatâ Patribus Repu.* reliquias Neronianarum sectionum nondum in fiscum conuersas, reuocatis ab exsilio cōcessit: *iustissimum donum, & in speciem magnificum, sed festinatâ exactione, vsu sterile. Mox vocatâ concione,* maiestatem vrbis, & consensum populi ac Senatus pro se attollens, *aduersum Vitellianas partes modestè disseruit.* inscitiam potius legionum quam audaciam increpans, *nullâ Vitellii menti-*

one. siue ipsius ea moderatio, seu scriptor orationis sibi metuens, contumeliis in Vitellium abstinuit: quando, vt in consiliis militiæ Suetonio Paullino & Mario Celso, ita in rebus vrbanis Galerii Trachali ingenio Othonem vti credebatur. *& erant qui genus ipsum orandi noscerent, crebro fori vsu celebre, & ad implendas populi aures, latum & sonans. Clamor vocesq; vulgi, ex more adulandi, nimia & falsa quasi Dictatorem Cæsarem, aut imperatorem Augustum prosequerentur, ita studiis votisq; certabant: nec metu aut amore, sed ex libidine seruitij. vt in familiis, priuata cuique stimulatio, & vile iam decus publicum. Profectus Otho,* quietem vrbis curasq; imperii, Saluio Titiano fratri permisit.

C. CORNELII TACITI AB EXCESSV NERONIS HISTORIARVM LIB. SECVNDVS.

STRVEBAT *iam fortuna, in diuersâ parte terrarum, initia caussasq; imperio: quod variè ortum, lætum Reip. aut atrox, ipsis principibus prosperum, aut exitio fuit. Titus Vespasianus è Iudæâ, incolumi adhuc Galbâ, missus à patre,* caussam profectionis officium erga principem, & maturam petendis honoribus iuuentam ferebat. *Sed vulgus fingendi auidum, disperserat,* accitum in adoptionem. *materia sermonibus, senium & orbitas principis, & intemperantia ciuitatis, donec vnus eligatur, multos destinandi. Augebat famam,* ipsius Titi ingenium quantæcũque fortunæ capax, decor oris cum quadam maiestate, prosperæ Vespasiani res, præsaga responsa, & inclinatis ad credendum animis, loco omnium etiam fortuna. *Vbi Corinthi, Achaiæ vrbe, certos nuntios accepit de interitu Galbæ, & aderant qui arma Vitellij bellumq; affirmarent: anxius animo, paucis amicorum adhibitis, cuncta vtrimq; perlustrat.* Si pergeret in vrbem; nullam officii gratiam in alterius honorem suscepti: ac se Vitellio, siue Othoni, obsidem fore

fore. Sin rediret; offensam haut dubiã victoris: sed incertâ adhuc victoriâ, & concedẽte in partes patre, filiũ excusatum. Sin Vespasianus Remp. susciperet; obliuiscendũ infensarũ, de bello agitantibus. *His ac talibus inter spem metumq; iactatum, spes vicit. Fuere qui accensum desiderio Berenices reginæ, vertisse iter crederent. Neque abhorrebat à Berenice iuuenilis animus. sed gerendis rebus nullum ex eo impedimentum. lætam voluptatibus adolescentiam egit, suo quàm patris imperio modestior. Igitur oram Achaiæ, & Asiæ, ac læua maris præuectus, Rhodum & Cyprum insulas, inde Syriã audentioribus spatiis petebat. Atque illum cupido incessit, adeundi visendiq; templum Paphiæ Veneris, inclytum per indigenas aduenásque. Haut fuerit longum initia religionis, templi situm, formam deæ, neque enim alibi sic habetur, paucis disserere.*

3 *Conditorem templi* regem Aeriam *vetus memoria, quidam* ipsius Deæ nomen *id perhibent. fama recentior tradit, à* Cinarâ sacratum templum, Deamq; ipsam conceptã mari, huc appulsam: sed scientiã artemq; haruspicũ accitam, & Cilicem Thamyram intulisse: atque ita pactũ, vt familiæ vtriusq; posteri cærimonis presiderent. Mox ne honore nullo regium genus peregrinam stirpem antecelleret, ipsâ quã intulerãt scientiâ hospites cessere. tantũ Cinarades sacerdos cõsulitur. *Hostiæ vt quisq; vouisset, mares deligũtur. Certissima fides hædorũ fibris. Sanguinem aræ offundere vetitũ. precibus & igne puro altaria adolentur, nec vllis imbribus quamquã in aperto madescunt. Simulacrũ Deæ non effigie humanâ, cõtinuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metæ*

4 *modo exsurgẽs. et ratio in obscuro. Titus spectatâ opulentiâ donisq; regum, quæq; alia lætũ antiquitatibus Græcorũ genus incertæ vetustati affingit*, de nauigatione primùm consuluit. *Postquam* pandi viã & mare prosperum accepit, de se per ambages interrogat, *cæsis cõpluribus hostiis. Sostratus, sacerdotis id nomẽ erat, vbi læta & cõgruentia exta magnisq; cõsultis annuere Deum videt*, pauca in præsens & solita respondens, petito secreto futurã aperit. *Titus aucto animo ad patrẽ puectus, suspensis prouinciarum & exercituũ mẽtibus, ingẽs*

rerum fiducia accessit Profligauerat bellum Iudaicum Vespasianus, oppugnatione Hierosolymorum reliquâ, duro magis & arduo opere ob ingenium gentis & peruicaciam superstitionis, quàm quòd satis virium obsessis ad tolerãdas necessitates superesset. Tres, vt suprà memorauimus, ipsi Vespasiano legiones erant, exercitæ bello: quatuor Mucianus obtinebat in pace. Sed æmulatio & proximi exercitus gloria repulerat segnitiã. quantúmque illis roboris discrimina & labor, tantum his vigoris addiderat integra quies, & inexpertus belli labor. auxilia vtrique cohortium alarúmque, & classes regésque, ac nomen dispari famâ celebre. Vespasianus acer militiæ, anteire agmen, locum castris capere, noctu diúque consilio, ac si res posceret, manu hostibus obniti, cibo fortuito, veste habitúque vix à gregario milite discrepans; prorsus, si auaritia abesset, antiquis ducibus par. 5 *Mucianum è contrario magnificentia & opes, & cuncta priuatum modum supergressa extollebant. aptior sermone, dispositu, prouisúque, ciuilium rerum peritus. egregium principatus temperamentum, si demtis vtriusque vitijs, solæ virtutes miscerentur. Ceterùm hic Syriæ, ille Iudææ præpositus, vicinis prouinciarum administrationibus inuidiâ discordes, exitu demum Neronis, positis odijs in medium cõsuluere. primùm per amicos; dein præcipua concordiæ fides Titus, praua certamina communi vtilitate aboluerat: naturâ atque arte compositus alliciendis etiam Muciani moribus. Tribuni centurionésque, & vulgus militum, industriâ, licentiâ, per virtutes, per voluptates, vt cuique ingenium, adsciscebantur Antequam Titus aduentaret, sacramentum Othonis acceperat vterque exercitus, præcipitibus, vt assolet, nuntijs, & tardâ mole ciuilis belli, quod longâ concordiâ quietus Oriens, tunc primùm parabat. Namq; olim validissima inter se ciuium arma, in Italiâ, Galliáue, viribus Occidentis cœpta. Et Pompeio, Cassio, Bruto, Antonio, quos omnes trans mare secutum est ciuile bellum, haut prosperi exitus fuerant. Auditique sæpius in Syriâ Iudæáque Cæsares, quàm inspecti. Nulla seditio legionum; tantum aduersus Parthos minæ, vario euentu. Et proximo ciuili bello, turbatis alijs, inconcussa ibi pax: dein fides erga Galbam. Mox vt* 6 *Othonem ac* Vitellium

Vitellium ſceleſtis armis res Romanas raptum ire, vulgatum eſt, *ne penes ceteros imperij præmia, penes ipſis tantum ſeruitij neceſſitas eſſet*, fremere miles, & vires ſuas circumſpicere. *Septem legiones ſtatim, & cum ingentibus auxiliis Syria Iudæaq́; inde continua Ægyptus, duæq́; legiones: hinc Cappadocia Pontúſque, & quidquid caſtrorum Armeniis prætenditur. Aſia, & ceteræ prouinciæ, nec virorum inopes, & pecuniæ opulentæ. quantum inſularum mari cingitur, & parando interim bello ſecundum tutúmque ipſum mare.* 7 *Non fallebat duces impetus militum ſed bellantibus aliis* placuit exſpectari bellum, cum in victores victoſq́; numquam ſolida fides coaleſceret. nec referre Vitellium an Othonem ſuperſtitem fortuna faceret. Rebus ſecundis etiam egregios duces inſoleſcere. diſcordiam his, ignauiam, luxuriem. & ſuiſmet vitiis, alterum bello, alterum victoria periturum. *Igitur arma in occaſionem diſtulere, Veſpaſianus Mucianúſque nuper, ceteri olim mixtis conſiliis, optimus quiſque amore Reip. multos dulcedo prædarum ſtimulabat, alios ambiguæ domi res. Ita boni malíque, cauſſis diuerſis, ſtudio pari, bellum omnes cupiebant.* 8 *Sub idem tempus Achaia atque Aſia* falſo exterritæ, velut Nero aduentaret: *vario ſuper exitu eius rumore, eoque pluribus* viuere eum fingentibus, credentibuſq́; *Ceterorum caſus conatúſque in contextu operis dicemus. Tunc ſeruus è Ponto, ſiue, vt alij tradidere,* libertinus ex Italia, *citharæ & cantus peritus (vnde illi ſuper ſimilitudinem oris propior ad fallendum fides) adiunctis deſertoribus, quos inopiâ vagos ingentibus promiſſis corruperat, mare ingreditur: ac vi tempeſtatum Cythnum inſulam detruſus, & militum quoſdam ex Oriente commeantium adſciuit, & abnuentes interfici iuſſit, & ſpoliatis negotiatoribus, mancipiorum valentiſſimum quemque armauit. Centurionemq́; Siſennam* dextras, concordiæ inſignia, *Syriaci exercitus nomine ad prætorianos ferentem, variis artibus aggreſſus eſt: donec Siſenna clam relictâ inſulâ, trepidus & vim metuens aufugeret.* inde late terror, multis ad celebritatem nominis erectis, rerum nouarum cupidine & odio præſentium. 9 *Gliſcentem in dies famam fors diſcuſ-*

sit. Galatiam ac Pamphyliam prouincias, Calpurnio Asprenati regendas Galba permiserat. Datæ è classe Misenensi duæ triremes ad prosequendum, cum quibus Cythnum insulam tenuit. Nec defuere qui trierarchos nomine Neronis acciret. Is in mæstitiam compositus, & fidē suorum quondā militum inuocans, vt eum in Syriâ, aut Ægypto sisterent orabat. *Trierachi nutantes, seu dolo,* alloquēdos sibi milites, & paratis omniū animis reuersuros firmauerunt. *Sed Asprenati cuncta ex fide nuntiata. cuius cohortatione expugnata nauis, & interfectus quisquis ille erat. Corpus insigne oculis comâque & toruitate vultus, in Asiam, atque inde Romam peruectum est. In ciuitate discordi, & ob crebras principum mutationes inter libertatem ac licentiam incertâ, paruæ quoque res magnis motibus agebantur. Vibius Crispus pecuniâ, potentiâ, ingenio inter claros magis quàm inter bonos, Annium Faustum equestris ordinis, qui tēporibus Neronis delationes factitauerat,* ad cognitionem Senatus vocabat. *Nam recens Galbæ principatu* cēsuerant Patres, vt accusatorū caussæ noscerentur. *Id Senatusconsultum variè iactatum; & prout potens vel inops reus inciderat, infirmum aut validum retinebatur. Ad hæc terrore & propriâ vi Crispus incubuerat delatorem fratris sui peruertere: traxeratq; magnam Senatus partem*, vt indefensum & inauditum dedi ad exitium postularent. *Contrà apud alios nihil æquè reo proderat quàm nimia potentia accusatoris:* dari tēpus, edi crimina; quāuis inuisum ac nocentē, more tamen audiendū censebat. *et valuere primò, dilatáq; in paucos dies cognitio. mox damnatus est Faustus, nequaquam eo assensu ciuitatis, quem pessimis moribus meruerat. quippe ipsum Crispum easdem accusationes cum præmio exercuisse meminerant.* nec pœna criminis, sed vltor displicebat. *Læta interim Othoni principia belli, motis ad imperium eius è Dalmatiâ Pannoniáq; exercitibus. fuere quatuor legiones, è quibus bina millia præmissa. ipsæ modicis interuallis sequebantur: Septima à Galbâ conscripta: veteranæ, Vndecima ac Tertiadecima, & præcipui famâ Quartadecumani, rebellione Britanniæ cōpressâ. Addiderat gloriam Nero,* eligendo vt potissimos. *unde*

longa

longa illis erga Neronē fides, & erecta in Othonem studia. Sed quo plus virium ac roboris, è fiducia tarditas inerat. agmen legionum, alæ cohortesq́; præueniebant. Ex ipsa vrbe haud spernendæ manus, quinque prætoriæ cohortes, & equitum vexilla cum legione primâ, ac deforme insuper auxiliū, duo millia gladiatorum, sed per ciuilia arma etiam seueris ducibus vsurpatum. His copiis rector additus Annius Gallus, cùm Vestricio Spurinnâ ad occupandas Padi ripas præmissus: quoniam prima consiliorum frustra ceciderāt, transgresso iam alpes Cæcinâ, quem sisti intra Gallias posse sperauerat. Ipsum Othonem comitabantur speculatorum lecta corpora, cum ceteris prætoriis cohortibus, veterani è prætorio, classicorum ingens numerus. Nec illi segne aut corruptum luxu iter. sed loricâ ferreâ vsus, & ante

12 *signa pedester, horridus, incomtus, famæq́; dissimilis. Blandiebatur cœptis fortuna, possessâ per mare & naues maiore Italiæ parte, penitus vsque ad initium maritimarum Alpium. quibus tentandis aggrediendæq́; prouinciæ Narbonensi Suedium Clementē, Antonium Nouellum, Æmylium Pacensem duces dederat. Sed Pacensis per licentiam militum victus; Antonio Nouello nulla auctoritas; Suedius Clemens ambitioso imperio regebat. vt aduersus modestiam disciplinæ corruptus, ita prœliorum auidus. Nō Italia adiri, nec loca sedésq́; patriæ videbātur: tamq̃ externa litora & vrbes hostium vrere, vastare, rapere: eò atrocius, quòd nihil vsquā ꝓuisum aduersum metus. pleni agri, apertæ domus. occursantes domini iuxta cōiuges, & liberos, securitate pacis, & belli malo circumueniebantur. Maritimas tum Alpes tenebat ꝓcurator Marius Maturus. Is cōcitâ gete, (nec deest iuuentus) arcere ꝓuinciæ finibus Othonianos intēdit. Sed primo impetu cæsi disiectiq́; montani, vt quibus temerè collectis, nō castra nō ducē noscitantibus, neq́; in victoriâ decus esset, neque in fugâ flagitium.*

13 *Irritatus eo prœlio Othonis miles, vertit iras in municipium Albium Intemelium. quippe in acie nihil prædæ, inopes agrestes, & vilia arma: nec capi poterant, ꝑnix genus, & gnari locorum. sed calamitatibus insontium expleta auaritia. Auxit inuidiā præclaro exemplo femina Ligus, quæ filio abdito, cùm simul p cun am occultari milites*

crediďiſſent, eóque per cruciatus interrogarent vbi filium occuleret, vterum oſtendens, latêre reſpondit. Nec vllis deinde tortoribus, aut morte, conſtantiam vocis egregiæ mutauit. Imminere prouinciæ Narbonenſi, in verba Vitellii adactæ, claſſem Othonis, Fabio Valenti trepidi nuntii attulere. Aderant legati coloniarum, auxilium orantes. Duas Tungrorum cohortes, quattuor equitum turmas, vniuerſam Treuerorum alam, cum Iulio claſſico præfecto miſit. è quibus pars in coloniâ Foroiulienſi retenta; ne omnibus copiis in terreſtre iter verſis, vacuo mari claſſis acceleraret. Duodecim equitum turmæ, & lecti è cohortibus, aduerſus hoſtem iêre: quibus adiuncta Ligurum cohors, vetus loci auxilium, & quingenti Pannonij nondum ſub ſignis. Nec mora prælio: ſed acie ita inſtructâ, vt pars claſſicorum mixtis paganis in colles mari propinquos exſurgeret, quantum inter colles ac litus æqui loci prætorianus miles expleret, in ipſo mari vt annexa claſſis & pugnæ parata, conuerſa, & minaci fronte prætenderetur. Vitelliani quibus minor peditum vis, in equite robur, Alpinos proximis iugis, cohortes denſis ordinibus poſt equitem locant. Treuerorum turmæ obtulere ſe hoſti incautè, cùm exciperet contrà veteranus miles ſimul à latere ſaxis vrgeret apta ad iaciendum paganorum manus; qui ſparſi inter milites, ſtrenui ignauique in victoriâ idem audebant. Additus perculſis terror, inuectâ in terga pugnantium claſſe. Ita vndique clauſi. deletæqúe omnes copiæ forent, ni victorem exercitum attinuiſſet obſcurum noctis, obtentui fugientibus. Nec Vitelliani quamquam victi, quieuere: accitis auxiliis, ſecurum hoſtem, ac ſucceſſu rerum ſecordius agentem inuadunt. cæſi vigiles, perrupta caſtra, trepidatum apud naues, donec ſidente paulatim metu, occupato iuxtà colle defenſi, mox irrupere. Atrox ibi cædes, & Tungrarum cohortium præfecti, ſuſtentatâ diu acie, telis obruuntur. Ne Othonianis quidem incruenta victoria fuit, quorum improuidè ſecutos, conuerſi equites circumuenerunt. Ac velut pactis induciis, ne hinc claſſis, inde eques ſubitam formidinem inferrent, Vitelliani retro Antipolim Narbonenſis Galliæ municipium, Othoniani Albingaunum interioris Liguriæ reuertêre. Corſicam

sicam ac Sardiniam, ceterásque proximi maris insulas, fama victricis classis in partibus Othonis tenuit. Sed Corsicam propè afflixit Decimi Pacarij procuratoris temeritas, tantâ mole belli nihil in summa profutura, ipsi exitiosa. Namque Othonis odio iuuare Vitellium Corsorum viribus statuit, inani auxilio etiam si prouenisset. Vocatis principibus insulæ, consilium aperit. Et contradicere ausos Claudium Phirricum trierarchum Liburnicarũ ibi nauium, Quinctium Certum equitem Romanum, interfici iubet. quorum morte exterriti qui aderant, simul ignara & alieni metus socia imperitiorum turba, in verba Vitellij iurauere. Sed vbi dilectum agere Pacarius, & inconditos homines fatigare militiæ muneribus occepit, laborem insolitum perosi, infirmitatem suam reputabant. Insulam esse quam incolerent, & longè Germaniã viresq; legionum; direptos vastatosq; classe, etiam quos cohortes alæq; protegerent. *Et auersi repentè animi, nec tamen apertâ vi: aptum tempus insidiis legêre. Digressis qui Pacarium frequentabant, nud⁹ & auxilij inops, balineis interficitur. Trucidati & comites. Capita, vt hostium, ipsi interfectores ad Othonẽ tulere. Neq; eos aut Otho pmio affecit, aut puniuit Vitellius, in multâ colluuie rerũ maiorib⁹ flagitiis pmixtos. Aperuerat iã Italiã, bellũq; transmiserat, vt suprà memorauimus, ala Syllana, nullo apud quemq̃ Othonis fauore, nec quia Vitelliũ mallent, sed longa pax ad omne seruitium fregerat, faciles occupantibus, & melioribus incuriosos. Florentissimum Italiæ latus, quantum inter Padum Alpesq; camporum & vrbium, armis Vitellij (namque & præmissæ à Cæcinâ cohortes aduenerant) tenebatur. Capta Pannoniorum cohors apud Cremonam. Intercepti centum equites, ac mille classici inter Placentiam Ticinumque: quo successu Vitellianus miles, non iam flumine aut ripis arcebatur. Irritabat quin etiam Batauos Transrhenanosq; Padus ipse: quem repentè contra Placentiam transgressi, raptis quibusdam exploratoribus,* ita ceteros terruere, vt adesse omnem Cæcinæ exercitum trepidi ac falsi nuntiarent. *Certum erat Spurinæ (is enim Placentiam obtinebat) necdum venisse Cæcinam, & si propinquaret, coërcere intra mu-*

nimenta militem, nec tris pretorias cohortes, & mille vexillarios cum paucis equitibus, veterano exercitui obiicere. Sed indomitus miles, & belli ignarus, correptis signis vexillisq́; ruere, & retinenti duci tela intentare. spretis centurionibus tribunisq́; prouidentiam ducis laudantibus qui pro Othone & accitũ Cæcinam clamitabant. Fit temeritatis aliena comes Spurinna primo coactus, mox velle simulans, quo plus auctoritatis inesset consiliis, si seditio mitesceret. Postquam in conspectu Padus, 19 & nox appetebat, vallari castra placuit. Is labor vrbano militi insolitus, contudit animos. Tum vetustissimus quisq́; castigare credulitatem suam, metum ac discrimen ostẽdere, si cum exercitu Cæcina, patentibus campis, tam paucas cohortes circumfudisset. Iámq́; totis castris modesti sermones, & inserentibus se centurionibus tribunísque, laudare prouidentiam ducis: quod coloniam virium & opum validam, robur ac sedem bello legisset. Ipse postremo Spurinna non tam culpam exprobrans, quam ratione ostendens, relictis exploratoribus, ceteros Placentiam reduxit, minus turbidos, & imperia accipientes. Solidati muri, propugnacula addita, auctæ turres. ꝓuisa paratáque non arma modò sed obsequiũ & parẽdi amor, quod solum illis partibus defuit, cùm virtutis haut pœniteret. At Cæcina, velut relictâ post alpes sæuitiâ ac licentiâ, modesto agmine 20 per Italiam incessit. Ornatum ipsius, municipia & coloniæ in superbiam trahebant: quod versicolore sagulo, brachas tegmen barbarum indutus, togatos alloqueretur. Vxorem quoque eius Salomnam, quamquam in nullîus iniuriam, insigni equo ostróque veheretur, tamquam læsi grauabãtur: insitâ mortalibus naturâ, recentem aliorum felicitatem ægris oculis introspicere, modúmque fortunæ à nullis magis exigere, quàm quos in æquo videre. Cæcina Padum transgressus, tẽtatâ Othonianorũ fide ꝑ colloquium & ꝓmissa, iisdem petitus, postq̃ pax & concordia speciosis & irritis nominibus iactata sunt, consilia curásque in oppugnationẽ Placentiæ magno terrore vertit: gnarus, vt initia belli prouenissent, famam in cetera fore. Sed primus dies, impetu magis quàm ve- 21 terani exercitus artibus, transactus. Aperti incautíque muros

subiere,

subiere, cibo vinóque prægraues. In eo certamine, pulcherrimū amphitheatri opus situm extra muros, conflagrauit: siue ab oppugnatoribus incensum, dum faces & glandes ac missile ignem in obsessos iaculantur; siue ab obsessis, dum regerunt. Municipale vulgus pronum ad suspiciones, fraude illata ignis alimenta credidit, à quibusdam vicinis coloniis, inuidiæ æmulatione, quòd nulla in Italiâ moles tam capax foret, quocumque casu acciderat, dum atrociora metuebantur, in leui habitum: redditâ securitate, tamquam nihil grauius pati potuissent, mærebant. Ceterùm, multo suorum cruore, pulsus Cæcina. Et nox parandis operibus assumta. Vitelliani pluteos cratésque & vineas suffodiendis muris protegendísque oppugnatoribus, Othoniani sudes & immensas lapidum ac plumbi ærísque moles perfringendis operibus, obruendísque hostibus expediūt. Vtrimque pudor, vtrimque gloria, & diuersæ exhortationes hinc legionum & Germanici exercitus robur; inde vrbanæ militiæ, & prætoriarum cohortium decus attollentium. Illi, vt segnem ac desidē, & circo ac theatris corruptum militem; hi peregrinum & externum increpabat. simul Othonem, ac Vitellium celebrantes culpantésve, vberioribus inter se probris,

22 quàm laudibus stimulabantur. Vix dum orto die, plena propugnatoribus mœnia, fulgentes armis virísque campi, densum legionum agmen, sparsa auxiliorum manus, altiora murorum sagittis aut saxis incessere, neglecta aut æuo fluxa cominus aggredi. Ingerunt desuper Othoniani pila, librato magis & certo ictu, aduersus temere subeuntes cohortes Germanorum, cantu truci, & more patrio, nudis corporibus super humeros scuta quatientium. Legionarius pluteis & cratibus tectus subruit muros, instruit aggerem, molitur portas. Contra prætoriani dispositos ad id ipsum molares, ingenti pondere ac fragore, prouoluunt. pars subeuntium obruti: pars confixi, & exsangues aut laceri, cùm augeret stragem trepidatio, eóque acrius è mœnibus vulnerarentur, rediere, infractâ partium famâ. Et Cæcina, famâ & pudore cœptæ temerè oppugnationis, ne irrisus ac vanus iisdē castris assideret, traiecto rursus Pado, Cremo-

D 2

nam petere intendit. Tradidere se abeunti Turullius Cerialis, cum compluribus classicis, & Iulius Briganticus, cum paucis equitum. hic præfectus alæ, in Batauis genitus; ille primipilaris, & Cæcinæ haut alienus, quòd ordines in Germania duxerat. Spurinna, comperto itinere hostium, defensam Placentiam, quæque acta, & quid Cæcina pararet, Annium Gallum per litteras docet. *Gallus legionem primam in auxilium Placentiæ ducebat, diffisus paucitati cohortium, ne longius obsidium, & vim Germanici exercitus parum tolerarent. Vbi pulsum Cæcinam pergere Cremonam accepit, ægrè coërcitam legionem, & pugnandi ardore vsque ad seditionem progressam, Bedriaci sistit. Inter Veronam Cremonamque situs est vicus, duabus iam Romanis cladibus notus infaustúsque. Iisdem diebus, à Martio Macro, haut procul Cremonâ, prosperè pugnatum. Namque promtus animi Martius, transuectos nauibus gladiatores, in aduersam Padi ripam, repentè effudit. Turbata ibi Vitellianorum auxilia, & ceteris Cremonam fugientibus, cæsi qui restiterant. Sed repressus vincentium impetus, ne nouis præsidiis firmati hostes, fortunam prœlii mutarent. Suspectum id Othonianis fuit, omnia, quæcunque facta, prauè æstimantibus. Certatim, vt quisque animo ignauus, procax ore. Annium Gallum, & Suetonium Paullinum, & Marium Celsum (nam eos Otho quoque præfecerat) variis criminibus incesserant. Acerrima seditionum ac discordiæ incitamenta, interfectores Galbæ scelere & metu vecordes, miscere cuncta, modò palàm turbidis vocibus, modò occultis ad Othonem litteris. qui humillimo cuique credulus, bonos metuens, trepidabat, rebus prosperis incertus, & inter aduersa melior. Igitur Titianum fratrem accitum, bello præposuit. Interea, Paullini & Celsi ductu, res egregiæ gestæ.* 24 *Angebant Cæcinam, nequidquam omnia cœpta, & senescens exercitus sui fama. pulsus Placentiâ, cæsis nuper auxiliis, etiam per concursum exploratorum, crebra magis quàm digna memoratu prœlia inferior: propinquante Fabio Valente, ne omne belli decus illuc concederet, reciperare gloriam, auidius quàm consultius, properabat. Ad duodecimum à Cremonâ,*

locus

locus Castorum vocatur, ferocissimos auxiliarium imminentibus viæ lucis occultos imponit. equites procedere longiùs iussi, & irritato prœlio sponte refugi, festinationem sequentium elicere, donec insidiæ coorirentur. Proditum id Othonianis ducibus. & curam peditum Paullinus, equitum Celsus, sumsere. Tertiædecimæ legionis vexillū, quatuor auxiliorum cohortes, & quingenti equites in sinistro locantur. Aggerem viæ tres prætoriæ cohortes, artis ordinibus obtinuere. Dextrâ fronte prima legio incessit: cum duabus vexillaribus cohortibus, & quingentis equitibus. Super hos è prætorio auxiliisq́, mille equites. tumulus prosperis, aut subsidium laborantibus, ducebantur.

25 Antequam miscerentur acies, terga vertentibus Vitellianis, Celsus doli prudens, repressit suos. Vitelliani temerè exsurgentes, cedente sensim Celso, longius secuti, vltrò in insidias præcipitantur. nam a lateribus cohortes legionum, aduersâ fronte, & subito discursu terga cinxerant equites. Signum pugnæ non statim à Suetonio Paullino pediti datum. Cunctator naturâ, & cui cauta potius consilia cum ratione, quàm prospera ex casu placerent. compleri fossas, aperiri campum, pandi aciem iubebat, satis citò incipi victoriam ratus, vbi prouisum foret ne vincerentur. Eâ cunctatione, spacium Vitellianis datum, in vineas nexu traducum impeditas, refugiendi. Et modica silua adhærebat, vnde rursus ausi, promtissimos prætorianorum equitum interfecere. vulneratur rex Epiphanes, impigrè

26 pro Othone pugnam ciens. Tum Othonianus pedes erupit: protritâ hostium acie, versi in fugam etiam qui subueniebant. Nam Cæcina non simul cohortes, sed singulas acciuerat: quæ res in prœlio trepidationem auxit, cùm dispersos, nec vsquam validos, pauor fugientium abriperet. Orta & in castris seditio, quòd non vniuersi ducerentur. Vinctus præfectus castrorū Julius Gratus, tamquam fratri apud Othonē militanti proditionē ageret: cum fratrē eius Julium Frontonē tribunum, Othoniani sub eodē crimine vinxissent. Ceterum ea vbiq; formido fuit, apud fugientes, occursantes, in acie, pro vallo, vt deleri cū vniuerso exercitu Cęcinā potuisse, ni Suetonius Paullinus receptui cecinisset, vtrisq; in partibus percrebuerit.

Timuisse se Paullinus ferebat, tantũ insuper laboris atq; itineris, ne Vitellianus miles recens è castris fessos aggrederetur, perculsis nullũ retro subsidiũ foret. apud paucos ea ducis ratio pbata, in vulgus aduerso rumore fuit. 27 *Haut perinde damnũ Vitellianos in metũ cõpulit, quàm ad modestiã cõposuit: nec solum apud Cæcinã, qui culpã in militẽ cõferebat seditioni magis quàm prœlio paratũ, sed Fabij quoque Valẽtis copiæ (iã enim Ticinũ venerat) posito hostium contẽtu, & recuperandi decoris cupidine, reuerẽtius & æqualius duci parebant. Grauis aloquin seditio exarserat, q̃ altiori initio (neq; enim rerum à Cæcinâ gestarum ordinẽ interrumpi oportuerat) repetam. Cohortes Batauorum, quas bello Neronis à quartadecimâ legione digressas cùm Britanniam peteret, audito Vitellij motu in ciuitate Lingonum Fabio Valenti adiunctas rettulimus, superbe agebant, vt cuiusque legionis tentoria accessissent,* coercitos à se Quartadecimanos, ablatã Neroni Italiam, atque omnem belli fortunam in ipsorum manu sitam iactantes. *Contumeliosum id militibus, acerbum duci, corruptâ iurgiis aut rixis disciplinâ. Ad postremum Valens è petulantiâ, etiam perfidiam suspectabat.* 28 *Igitur nuntio allato, pulsam Treuirorum alam Tungrósque à classe Othonis, & Narbonensem Galliam circumiri, simul curâ socios tuendi, & militari astu, cohortes turbidas ac si vna forent, præualidas dispergendi, partem Batauorum ire in subsidium iubet. Quod vbi auditum, vulgatúmque, mœrere socii, fremere legiones,* orbari se fortissimorum virorum auxilio. veteres illos & tot bellorum victores, postquam in conspectu sit hostis, velut ex acie abduci. si prouincia, vrbe & salute imperii potior sit, omnes illuc sequerẽtur: sin victoriæ sanitas, sustentaculũ, columẽ in Italiâ verteret, non abrũpendos, vt corpori validissimos artus. 29 *Hæc ferociter iactãdo, postq̃ immissis lictoribus, Valẽs coërcere seditionẽ cœptabat, ipsum inuadunt, saxa iaciunt, fugientẽ sequuntur.* Spolia Galliarũ, & Viennensiũ aurũ, & pretia laborũ suorum occultare clamitãtes, *direptis sarcinis, tabernacula ducis, ipsámq; humum pilis & lanceis rimabantur. nam Valẽs seruili veste, apud decurionẽ equitum tegebatur. Tum Alphe-*

nus

nus Varus p̃fectus castrorũ deflagrante paulatim seditione, adiuuit, vetitis obire vigilias cẽturionibus, omisso tubæ sono, quo miles ad belli munia cietur. Igitur torpere cuncti, circumspectare inter se attoniti: & id ipsum quòd nemo regeret pauentes silentio patiẽtiá, postremo precibus ac lacrymis veniã quærebãt. Vt vero deformis & flẽs, & præter spẽ incolumis Valẽs processit, gaudium, miseratio, fauor: versi in lætitiã (vt est vulgus vtroque immodicum) laudantes gratantésque, circumdatum aquilis signísque, in tribunal ferunt. Ille vtili moderatione, nõ supplicium cuiusquã poposcit: ac ne dissimulans suspectior foret, paucos incusauit: gnarus ciuilibus bellis, plus militibus quàm ducibus, licere.

30 Munientibus castra apud Ticinum, de aduersâ Cæcinæ pugnâ allatum, & propè renouata seditio, tamq̃ fraude & cõtationibus Valẽtis prœlio defuissent. Nolle requiem, non exspectare ducẽ anteire signa, vrgere signiferos. rapido agmine Cæcinæ iunguntur. Improspera Valẽtis fama apud exercitum Cæcinæ erat: expositos se tãto pauciores integris hostiũ viribus querebant, simul in suam excusationẽ, & aduentãtium robur p adulationẽ attollentes, ne vt victi & ignaui despectarẽtur. Et quamquam plus virium, propè duplicatꝰ legionum auxiliorumque numerus erat Valenti, studia tamen militum in Cæcinam inclinabant, super benignitatem animi qua promtior habebatur, etiã vigore ætatis, proceritate corporis, & quodam inani fauore. Hinc æmulatio ducibus. Cæcina, vt fœdum & maculosum: ille, vt vanum ac tumidum, irridebant. Sed condito odio, eandem vtilitatem fouere, crebris epistolis sine respectu veniæ, probra Othoni obiectantes: cum duces partium Othonis, quamuis vberrimâ conuiciorum in Vitellium materiâ, abstinerent.

31 Sanè ante vtriusque exitum, quo egregiam Otho famam, Vitellius flagitiosissimam, meruere, minus Vitellij ignauæ voluptates, quam Othonis flagrantissimæ libidines timebantur. Addiderat huic terrorẽ atque odium cædes Galbæ: contra, illi initium belli nemo imputabat. Vitellius, ventre & gulâ sibi ipsi hostis: Otho, luxu, sæuitiâ, audaciâ, Reipub. exitiosior ducebatur. Coniunctis Cæcinæ ac Valentis copiis, nulla vltra penes Vitellianos, mora, quin totis

viribus certarent. *Otho consultauit*, trahi bellum, an fortunam experiri placeret. *Tum Suetonius Paullinus, dignum famâ suâ ratus, quâ nemo illâ tempestate militaris rei callidior habebatur, de toto genere belli censere*, festinationem hostibus, moram ipsis vtilem disseruit. Exercitum Vitellii vniuersum aduenisse: nec multum virium à tergo, quoniam Galliæ tumeant, & deserere Rheni ripam, irrupturis tam infestis nationibus, non conducat. Britannicum militem hoste & mari distineri: Hispanias, armis non ita redundare: prouinciam Narbonensem, incursu classis, & aduerso prœlio contremuisse: clausam alpibus, & nullo maris subsidio, Transpadanam Italiã, atque ipso transitu exercitus vastatam: non frumentum vsquam exercitui, nec exercitum sine copiis retineri posse. Iam Germanos, quod genus militum apud hostes atrocissimum sit, tracto in æstatem bello, fluxis corporibus, mutationem soli cęliq; haut toleraturos. Multa bella impetu valida, per tædia & moras euanuisse. Contrà, ipsis omnia opulenta, & fida: Pannoniam, Mœsiam, Dalmatiam, Orientem, cum integris exercitibus: Italiam, & caput rerum vrbem, Senatumq; & populum, numquam obscura nomina, & si aliquando obumbrentur: publicas priuatasque opes, & immensam pecuniam, inter ciuiles discordias ferro validiorem: corpora militum aut Italiæ sueta, aut æstibus. Obiacere flumen Padum, tutas viris murisque vrbes, è quibus nullam hosti cessuram, Placentię defensione exploratum. proinde duceret bellum. Paucis diebus Quartamdecimam legionem, magnâ ipsam famâ, cum Mœsiacis copiis affore. Tũ rursus deliberaturum, & si prælium placuisset, auctis viribus certaturos. *Accedebat sententiæ Paullini Marius Celsus.* Idẽ placere Annio Gallo, *paucos ante dies lapsu equi afflicto, missi qui consilium eius sciscitarentur, retulerant. Otho pronus ad decertandũ. Frater eius Titianus, & præfectus p̃torij Proculus, imperitiâ* ꝓperantes, fortunã & Deos & numẽ Othonis adesse cõsiliis, affore conatibus testabanť. *neu q̃s obuiã ire sentẽtiæ auderet, in adulatione cõcesserãt. Postq̃ pugnari placitum*

citũ interesse pugnæ imperatorẽ, an seponi melius foret, dubitauere. *Paullino & Celso iã nõ aduersantibus, ne principem obiectare periculis viderentur. Iidem illi deteriores consilii auctores perpulere,* vt Brixellum concederet, ac dubiis prœliorum exemtus, summę rerum & imperii se ipsum reseruaret. *Is primus dies Othonianas partes afflixit. namque & cum ipso prætoriarum cohortium, & speculatorum, equitumq;, valida manu discessit; & remanentium fractus animus: quando suspecti duces, & Otho, cui vni apud militem fides, dum & ipse non nisi militibus credit, imperia ducum in incerto reliquerat.*

34 *Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris vt in ciuili bello transfugiis, & exploratores curâ diuersâ sciscitandi, sua non occultabant. Quieti intentiq; Cæcina ac Valens, quando hostis imprudentiâ rueret, quod loco sapientiæ est, alienam stultitiam opperiebantur, incoato ponte transitum Padi simulantes, aduersus oppositam gladiatorum manum; ac ne ipsorum miles segne otium tereret. Naues pari inter se spatio, validis vtrimq; trabibus connexæ, aduersum in flumen dirigebantur, iactis insuper anchoris, quæ firmitatem pontis continerent. Sed anchorarum funes non extenti fluitabant, vt augescente flumine, inoffensus ordo nauium attolleretur. Claudebat pontem imposita turris, & in extremam nauem educta: vnde tormentis ac machinis hostes propulsarentur.*

35 *Othoniani in ripâ turrim struxerant, saxaq; & faces iaculabantur. Et erat insula amne medio, in quam gladiatores nauibus molientes, Germani nando prælabebantur. Ac fortè plures transgressos, completis liburnicis, per promtissimos gladiatorum Macer aggreditur. Sed neque ea constantia gladiatoribus ad prœlia, quæ militibus, nec perinde nutantes è nauibus, quam stabili gradu è ripâ, vulnera dirigebant. Et cùm variis trepidantium inclinationibus, immixti remiges propugnatoresq; turbarentur, desilire in vada vltro Germani, retentare puppes, scandere foros, aut cominus mergere. quæ cuncta in oculis vtriusq; exercitus, quanto lætiora Vitellianis, tanto acrius Othoniani caussam auctoremq; cladis detestabantur.*

36 *Et prœlium quidem, abruptis quæ superfuerant nauibus, fugâ diremtum:* Macer ad

exitium poſcebatur. *Iamq́; vulneratum eminus lanceâ, ſtrictis gladiis inuaſerant, cùm intercurſu tribunorum centurionumq́; protegitur. Nec multò pòſt; Veſtricius Spurinna, iuſſu Othonis, relicto Placentiæ modico præſidio, cum cohortib. ſubuenit. Dein Flauium Sabinum Conſulem deſignatum Otho rectorem copiis miſit, quibus Macer præfuerat, læto milite ad mutationem ducum, & ducibus ob crebras ſeditiones, tam infeſtam militiam aſpernantibus. Inuenio apud quoſdam auctores,* pauore belli, ſeu faſtidio vtriuſque principis, quorum flagitia ac dedecus apertiore in dies famâ noſcebantur, dubitaſſe exercitus, num poſito certamine, vel ipſi in medium conſultarent, vel Senatui permitterent legere imperatorem. Atque eò duces Othonianos ſpatium ac moras ſuaſiſſe, præcipuè Paullinum: quòd vetuſtiſſimus Conſularium, & militiâ clarus, gloriam nomenque Britannicis expeditionibus meruiſſet. *Ego vt conceſſerim apud paucos, tacito voto, quietem pro diſcordiâ bonum & innocentem principem, pro peſſimis ac flagitioſiſſimis expetitum: ita neque Paullinum, quâ prudentiâ fuit ſperaſſe, corruptiſſimo ſæculo, tantam vulgi moderationem reor, vt qui pacem belli amore turbauerant, bellum pacis caritate deponerent: neque aut exercitus linguis moribuſq́; diſſonos, in hunc conſenſum potuiſſe coaleſcere: aut legatos ac duces, magnâ ex parte luxus, egeſtatis, ſcelerum ſibi conſcios, niſi pollutum obſtrictumq́; meritis ſuis principem paſſuros. Vetus ac iam pridem inſita mortalibus potentiæ cupido, cum imperii magnitudine adoleuit erupitque. Nam rebus modicis, æqualitas facilè habebatur. ſed vbi ſubacto orbe, & æmulis vrbibus regibúſue excìſis, ſecuras opes concupiſcere vacuum fuit; prima inter Patres plebemq́; certamina exarſère. Modò turbulenti Tribuni, modò Conſules præualidi, & in vrbe ac foro tentamenta ciuilium bellorum. Mox è plebe infimâ, C. Marius, & nobilium ſæuiſſimus L. Sulla, victam armis libertatem in dominationem verterunt. Poſt quos Cn. Pompeius occultior, non melior. Et numquam poſtea, niſi de principatu quæſitum. Non diſceſſere ab armis in Pharſaliâ ac Philippis ciuium legiones,*

7

8

nedum

nedum Othonis ac Vitellii exercitus sponte posituri bel-
lum fuerint. Eadem illos Deûm ira, eadem hominum
rabies, eædem scelerum caussæ in discordiam egêre. Quòd
singulis velut ictibus transacta sunt bella, ignaviâ prin-
cipum factum est. Sed me veterum nouorumq; mo-
rum reputatio longius tulit. nunc ad rerum ordinem
39 venio. Profecto Brixellum Othone, honor imperii penes
Titianum fratrem, vis ac potestas penes Proculum præfectum.
Celsus & Paullinus, cùm prudentiâ eorum nemo vteretur,
inani nomine ducum, alienæ culpæ prætendebantur. Tribuni
centurionesq; ambigui, quòd spretis melioribus, deterrimi va-
lebant. Miles alacer, qui tamen iussa ducum interpretari
quàm exsequi mallet. Promoueri ad quartum a Betriaco ca-
stra placuit, adeò imperitè, vt quamquam verno tempore an-
ni, & tot circum amnibus, penuriâ aquæ fatigarentur. Ibi de
prœlio dubitatum, Othone per literas flagitante, vt matura-
rent, militibus, vt imperator pugnæ adesset poscentibus:
plerique copias trans Padum agentes acciri postulabant.
Nec perinde diiudicari potest, quid optimum factu fuerit,
40 quàm pessimum fuisse quod factum est. Non vt ad pugnam,
sed ad bellandum profecti, Confluentes Padi & Addua flu-
minum XVI. inde millium spatio distantes petebant. Celso &
Paullino abnuentibus, militem itinere fessum, sarcinis
grauem, obiicere hosti, non admissuro quo minus expe-
ditus & vix quatuor millia passuum progressus, aut in-
compositos in agmine, aut dispersos & vallum molien-
tes aggrederetur. Titianus & Proculus, vbi consiliis vin-
cerentur, ad ius imperii transibant. Aderat sane citus equo
Numida, cum atrocibus mandatis, quibus Otho, increpitâ
ducum segnitiâ, rem in discrimen mitti iubebat: æger
41 moræ, & spei impatiens. Eâdem die, ad Cæcinam operi
pontis intentum, duo prætoriarum cohortium tribuni, collo-
quium eius postulantes, venerunt. Audire conditiones,
ac reddere parabat, cùm præcipites exploratores adesse ho-
stem nuntiauêre. Interruptus tribunorum sermo, eoq; incer-
tum fuit, insidias, an proditionem, vel aliquod honestum

consilium cœptauerint. *Cæcina dimissis tribunis, reuectus in castra, datum iussu Fabii Valentis pugnæ signum, & militem in armis inuenit. Dum legiones de ordine agminis sortiuntur, equites prorupere, & mirum dictu, à paucioribus Othonianis, quo minus in vallum impingerentur, Italicæ legionis virtute territi sunt. ea strictis mucronibus, redire pulsos, & pugnam resumere coëgit. Disposita Vitellianarum legionum acies, sine trepidatione, etenim, quamquam vicino hoste, aspectus armorum densis arbustis prohibebatur: apud Othonianos pauidi duces, miles ducibus infensus, mixta vehicula & lixæ & præruptis vtrinq; fossis, via quieto quoque agmini angusta. Circumsistere alii signa sua, quærere alii: incertus vndique clamor, accurrentium, clamantium: & vt cuique audacia vel formido, in primam postremamq; aciem prorumpebant, vel reuehebantur. Attonitas subito terrore mentes, falsum gaudium in languorem vertit, repertis qui* desciuisse à Vitellio exercitũ ementirentur. *Is rumor ab exploratoribus Vitellii dispersus, an ipsâ Othonis parte, seu dolo, seu fortè surrexerit, parũ compertum. Omisso pugnæ ardore, Othoniani vltrò salutauêre, & hostili murmure excepti, plerisq; suorum ignaris quæ caussa salutandi, metum proditionis fecêre. Tum incubuit hostium acies, integris ordinibus, robore & numero præstantior. Othoniani quamquam dispersi, pauciores, fessi, prœlium tamen acriter sumsêre. Et per locos arboribus ac vineis impeditos, non vna pugnæ facies. cominus, eminusq;, cateruis & cuneis, concurrebant: in aggere viæ, collato gradu, corporibus & vmbonib. niti, omisso pilorum iactu, gladiis & securibus galeas loricasq; perrumpere, noscentes inter se, ceteris conspicui, in euentum totius belli certabant. Fortè inter Padum viamq;, patenti campo, duæ legiones congressæ sunt: pro Vitellio vna & vicesima, cui cognomen Rapaci, vetere glorîâ insignis: è parte Othonis, Prima Adiutrix, non antè in aciem deducta, sed ferox, & noui decoris auida. Primani, stratis Vnaetuicesimanorum principiis, aquilam abstulêre. quo dolore accensa legio, & impulit rursus Primanos, interfecto Orphidio Benigno legato, & plurima signa vexillaq; ex hostibus rapuit. A parte aliâ, propulsa Quinta*no-

tanorum impetu Tertiadecima legio: circumuenti plurium accursu Quartadecimani. Et ducibus Othonis iam pridem profugis, Cæcina ac Valens subsidiis suos firmabant. Accessit recens auxilium Varus Alphenus cum Batauis, fusâ gladiatorum manu, quam nauibus transuectam, oppositæ cohortes in ipso flumine trucidauerant. ita victores latus hostium inuecti

44 *Et mediâ acie perruptâ, fugêre passim Othoniani Bedriacum petentes. Immensum id spatium. obstructæ strage corporum viæ. quo plus cædis fuit. neque enim ciuilibus prœliis, capti in prædam vertuntur. Suetonius Paullinus, & Licinius Proculus, diuersis itineribus, castra vitauêre. Vedium Aquilam tertiadecimæ legionis legatum, iræ militum inconsultus pauor obtulit. Multo adhuc die vallum ingressus, clamore seditiosorum & fugacium circumstrepitur. Non probris, non manibus abstinent,* desertorem proditoremque increpant, *nullo proprio crimine eius, sed, more vulgi, suum quisque flagitium aliis obiectantes. Titianum & Celsum nox iuuit, dispositis iam excubiis, compressisque militibus, quos Annius Gallus precibus, consilio, auctoritate flexerat*, ne super cladem aduersæ pugnæ, suismet ipsi cędibus sęuirent. siue finis bello venisset, seu resumere arma mallent, vnicum victis in consensu leuamentum. *Ceteris fractus animus. Prætorianus miles*, non virtute se, sed proditione victum fremebat. Ne Vitellianis quidem incruentam fuisse victoriam, pulso equite, raptâ legionis aquilâ. Superesse cum ipso Othone militum quod trans Padum fuerit: venire Mœsicas legiones: magnam exercitus partem Bedriaci remansisse. hos certè nondum victos, & si ita ferret, honestius in acie perituros. *His cogitationibus truces aut pauidi, extremâ desperatione*

45 *ad iram sæpius, quam in formidinem, stimulabantur. At Vitellianus exercitus, ad quintum à Bedriaco lapidem consedit, non ausis ducibus eodem die oppugnationem castrorum. Simul voluntaria deditio sperabatur. Sed expeditis & tantum ad prœlium egressis, munimentum fuêre arma & victoria. Posterâ die, haud ambiguâ Othoniani exercitus voluntate, & qui ferociores fuerant ad pœnitentiam inclinantibus, missâ legatio.*

nec apud duces Vitellianos dubitatum, quo minus pacem concederent. Legati paulisper retenti. ea res hafitationem attulit, ignaris adhuc an impetrassent. *Mox remissâ legatione patuit vallum. tum victi victoresq; in lacrymas effusi,* sortem ciuilium armorum miserâ lætitiâ detestantes. *iisdem tentoriis, alii fratrum, alii propinquorum vulnera fouebant. spes & præmia in ambiguo: certa, funera & luctus. nec quisquam adeò mali expers, vt non aliquam mortem mæreret. Requisitum Orphidii legati corpus, honore solito crematur. Paucos necessarii ipsorum sepeliuêre. Ceterum vulgus, super humum relictum.* [6] *Opperiebatur Otho nuntium pugnæ, nequaquam trepidus, & consilii certus. Mœsta primùm fama, dein profugi è prœlio* perditas res patefaciunt. *Non exspectauit militum ardor vocem imperatoris.* bonum habere animum iubebant. superesse adhuc nouas vires, & ipsos extrema passuros, ausurosque. *neque erat adulatio. Ire in aciem, excitare partium fortunam, furore quodam & instinctu flagrabant. qui procul astiterant, tendere manus, & proximi prehensare genua, promtissimo Plotio Firmo. Is prætorii præfectus, identidem orabat,* ne fidissimum exercitum, ne optimè meritos milites desereret: maiore animo tolerari aduersa quàm relinqui. fortes & strenuos, etiam contra fortunam, insistere spei, timidos & ignauos ad deliberationem formidine properare. *Quas inter voces, vt flexerat vultum, aut indurauerat Otho, clamor & gemitus. Nec prætorianus tantum, proprius Othonis miles, sed præmissi è Mœsiâ, eandem obstinationem aduentantis exercitus, legiones Aquileiam ingressas, nuntiabant. vt nemo dubitet potuisse renouari bellum atrox, lugubre, incertum victis, & victoribus.* [7] *Ipse auersus à consiliis belli,* Hunc, *inquit,* animum, hanc virtutem vestram vltrà periculis obiicere, nimis grande vitę meæ pretium puto. Quanto plus spei ostenditis, si viuere placeret, pulcrior mors erit. Experti inuicem sumus, ego ac Fortuna. ne tempus computaueritis, difficilius est temperare felicitati, qua te non putes diu vsurum. Ciuile bellum à Vitellio cœpit, & vt de principatu

cipatu certaremus armis, initium illic fuit. ne plusquam semel certemus, penes me exemplum erit. Hinc Othonem posteritas æstimet. Fruetur Vitellius fratre, coniuge, liberis. mihi non vltione, neque solatiis opus est. Alii diutius imperium tenuerint; nemo tam fortiter reliquerit. An ego tantum Romanæ pubis, tot egregios exercitus, sterni rursus, & Reipublicæ eripi patiar? Eat hic mecum animus, tamquam perituri pro me fueritis. sed este superstites, nec diu moremur, ego incolumitatem vestram, vos constantiam meam. Plura de extremis loqui, pars ignauiæ est. præcipuum destinationis meæ documentum habete, quòd de nemine queror. nam incusare deos

48 vel homines, eius est, qui viuere velit. *Talia locutus, vt cuique ætas aut dignitas, comiter appellatos,* irent properè, neu remorando iram victoris asperarent, *iuuenes auctoritate, senes precibus mouebat: placidus ore, intrepidus verbis, intempestiuas suorum lacrymas coërcens. Dari naues ac vehicula abeuntibus iubet. libellos epistolasque, studio erga se, aut Vitellium contumeliis, insignes, abolet. Pecunias distribuit parcè, nec vt periturus. Mox Saluium Cocceianum fratris filium, primâ iuuentâ trepidum, & mærentem, vltrò solatus est, laudando pietatem eius, castigando formidinem.* An Vitellium tam immitis animi fore, vt pro incolumi totâ domo, ne hanc quidem sibi gratiam redderet? Mereri se festinato exitu clementiam victoris. Non enim vltimâ desperatione, sed poscente prœlium exercitu, remisisse Reipublicæ nouissimum casum. Satis sibi nominis, satis posteris suis nobilitatis quæsitum. post Iulios, Claudios, Seruios, se primum, in familiam nouam imperium intulisse. proinde erecto animo capesseret vitam, neu patruum sibi Othonem fuisse, aut obliui-

49 sceretur vnquam, aut nimium meminisset. *Post quæ, dimotis omnibus, paulum requieuit. atque illum, supremas iam curas animo volutantem repens tumultus auertit, nuntiatâ* consternatione ac licentiâ militum. *namque abeuntibus exitium minitabantur, atrocissima in Verginium vi,*

quem clausâ domo obsidebant. increpitis seditionis auctoribus regressus, vacauit abeuntium alloquiis, donec omnes inuiolati digrederentur. Vesperascente die, sitim haustu gelidæ aquæ sedauit. Tum allatis pugionibus duobus, cùm vtrumque pertentasset, alterum capiti subdit. Et explorato, iam profectos amicos, noctem quietam, vtque affirmatur, non insomnem egit. Luce primâ, in ferrum pectore incubuit. Ad gemitum morientis, ingressi liberti, seruique, & Plotius Firmus prætorii præfectus, vnū vulnus inuenêre. Funus maturatum, ambitiosis id precibus petierat, ne amputaretur caput, ludibrio futurum. Tulêre corpus prætoriæ cohortes, cum laudibus & lacrymis, vulnus manusque eius exosculantes. Quidam militum, iuxta rogum interfecêre se, non noxâ neque ob metum, sed æmulatione decoris, & caritate principis. ac postea, promiscuè Bedriaci, Placentiæ, aliisque in castris, celebratum id genus mortis. Othoni sepulcrum exstructum est, modicum, & mansurum. Hunc vitæ finem habuit septimo & trigesimo ætatis anno. Origo illi è municipio Ferentino. Pater Consularis, auus Prætorius; maternum genus impar, nec tamen indecorum. pueritia ac iuuenta, qualem monstrauimus. duobus facinoribus, altero flagitiosissimo, altero egregio, tantundem apud posteros meruit bonæ famæ, quantum malæ. Vt conquirere fabulosa, & fictis oblectare legentium animos, procul grauitate cœpti operis crediderim; ita vulgatis traditisque demere fidem, non ausim. Die quo Bedriaci certabatur, auem inusitatâ specie, apud Regium Lepidum celebri luco consedisse, incolæ memorant, nec deinde cœtu hominum, aut circumuolitantium alitum, territam pulsamvè, donec Otho seipse interficeret: tum ablatam ex oculis: & tempora reputantib. initiū finemq; miraculi, cū Othonis exitu competisse. In funere eius, nouata luctu ac dolore militum seditio. nec erat, qui coërceret. Ad Verginium versi, modò vt reciperet imperium, nunc vt legatione apud Cæcinam ac Valentem fungeretur, minitantes orabant. Verginius per auersam domus portam furtim digressus, irrumpentes frustratus est. Earum, quæ Brixelli egerant, cohortium, preces, Rubrius Gallus tulit. Et venia statim impetrata, concedenti-

51

dentibus ad victorem, per Flauium Sabinum, iis copiis, quibus
52 *præfuerat. Posito vbique bello, magna pars Senatus extremum discrimen adiit, profecta cum Othone ab vrbe, dein Mutinæ relicta. illuc de aduerso prœlio allatum. Sed milites, vt falsum rumorem aspernantes, quòd infensum Othoni Senatum arbitrabantur, custodire sermones, vultum habitumq́ue trahere in deterius: conuiciis postremò ac probris caussam & initium cædis quærebant. cùm alius insuper metus Senatoribus instaret,* ne prævalidis iam Vitellii partibus, cunctanter excepisse victoriam crederentur. *Ita trepidi & vtrimque anxii coëunt. nemo priuatim expedito consilio, inter multos, societate culpæ tutior. Onerabat pauentium curas ordo Mutinensis, arma & pecuniam offerendo, appellabatq́ue* Patres Conscriptos, *in-*
53 *tempestiuo honore. Notabile iurgium inde fuit, quo Licinius Cæcina Marcellum Eprium,* vt ambigua differentem, *inuasit. Nec ceteri sententias aperiebant. Sed inuisum memoriâ delationum, expositumq́ue ad inuidiam Marcelli nomen, irritauerat Cæcinam, vt nouus adhuc, & in Senatum nuper adscitus, magnis inimicitiis claresceret. Moderatione meliorum diremtu. Et rediêre omnes Bononiam, rursus consiliaturi. Simul, medio temporis, plures nuntii sperabantur. Bononiæ, diuisis per itinera qui recentissimum quemque percunctarentur, interrogatus Othonis libertus caussam digressus,* habere se suprema eius mandata respondit. Ipsum viuentem quidem relictum, sed solâ posteritatis curâ, & abruptis vitæ blandimentis. *Hinc admiratio, & plura interrogandi pudor. Atque*
54 *omnium animi in Vitellium inclinauêre. Intererat consiliis frater eius L. Vitellius, seq́ue iam adulantibus offerebat, cùm repentè Cenus libertus Neronis, atroci mendacio vniuersos perculit, affirmans* superuentu XIV. legionis, iunctis à Brixello viribus, cæsos victores, versam partium fortunam. *Caussa fingendi fuit, vt diplomata Othonis quæ negligebantur, lætiore nuntio reualescerent. Et Cenus quidem rapidus in vrbem vectus, paucos post dies, iussu Vitellii pœnas luit. Senatorum periculum auctum, credentibus Othonianis militib. vera esse quæ afferebantur. Intendebat formidinem, quòd publici*

conſilij facie, diſceſſum Mutinâ, diſertæquę partes forent. Nec vltrà in commune congreſſi, ſibi quiſque conſuluere: donec miſſæ à Fabio Valente epiſtolæ, demerent metum. Et mors Othonis, quo laudabilior, eò velocius audita. At Romæ nihil 55 *trepidationis: Cereales ludi ex more ſpectabantur. vt* ceſſiſſe vitâ Othonem, *& à Flauio Sabino præfecto vrbis, quod erat in vrbe militum ſacramento Vitellii adactum, certi auctores in theatrum attulerunt, Vitellio plauſere: populus, cum lauru ac floribus, Galbæ imagines circum templa tulit, congeſtis in modum tumuli coronis iuxta lacum Curtii, quem locum Galba moriens ſanguine infecerat. In ſenatu,* cuncta longis aliorum principatibus compoſita, ſtatim decernuntur. *Additæ erga Germanicos exercitus laudes, gratéſque. & miſſa legatio, quæ gaudio fungeretur. Recitatæ Fabii Valentis epiſtolæ ad Conſules ſcriptæ, haut immoderatæ. Gratior Cæcinæ modeſtia fuit, quod non ſcripſiſſet. Ceterùm Italia* 5 *grauius atque atrocius, quàm bello afflictabatur. Diſperſi per municipia & colonias Vitelliani, ſpoliare, rapere, vi & ſtupris polluere, in omne fas nefáſque auidi, aut venales, non ſacro non profano abſtinebant. Et fuere qui inimicos ſuos ſpecie militum interficerent. Ipſiquę milites regionum gnari, refertos agros, dites dominos in prædam, aut ſi repugnatum foret, ad excidium deſtinabant: obnoxiis ducibus, & prohibere non auſis. Minus auaritiæ in Cæcina, plus ambitionis: Valens ob lucra & quæſtus infamis, eóque alienæ etiam culpæ diſſimulator. Iam pridem attritis Italiæ rebus tantum peditum equitúmque, vis, damnáque, & iniuriæ, ægrè tolerabantur. Interim Vitellius victoriæ ſuæ neſcius, vt ad integrum bellum,* 5 *reliquas Germanici exercitus vires trahebat. Pauci veterum militum in hibernis relicti, feſtinatis per Gallias delectibus, vt remanentium legionum nomina ſupplerentur. Curæ ripæ Hordeonio Flacco permiſſa. Ipſe è Britannico delectu octo millia ſibi adiunxit. Et paucorum dierum iter progreſſus,* proſperas apud Bedriacum res, ac morte Othonis conciſiſſe bellum accepit. *Vocatâ concione, virtutem militum laudibus cumulat. Poſtulante exercitu,* vt libertum ſuũ Aſiaticum

ticum

ticum equestri dignitate donaret, *inhonestam adulationem compescuit. Dein, mobilitate ingenii, quod pa am abnuerat, inter secreta conuiuii largitur: honorauitq; Asiaticum anulis, fœdum mancipium, & malis artibus ambitiosum.* 58 *Iisdem diebus*, accessisse partibus vtramque Mauretaniam, interfecto procuratore Albino, *nuntii venere. Lucceius Albinus, à Nerone Mauretaniæ Cæsariensi præpositus, additâ per Galbam Tingitanæ prouinciæ administratione, haut spernendis viribus agebat.* XVIII. *cohortes, quinque alæ, ingens Maurorum numerus aderat, per latrocinia & raptus apta bello manus. cæso Galbâ, in Othonem pronus, nec Africâ contentus, Hispaniæ angusto freto diremtæ imminebat. Inde Cluuio Rufo metus, & decimam legionem propinquare litori, vt transmissurus iussit. Præmissi centuriones, qui Maurorum animos Vitellio conciliarent. Neque arduum fuit, magnâ per prouincias Germanici exercitus famâ. Spargebatur insuper*, spreto procuratoris vocabulo, Albinum insigne re- 59 gis, & Iubæ nomen vsurpare. *Ita mutatis animis, Asinius Pollio alæ præfectus, è fidissimis Albino, & Festus ac Scipio cohortium præfecti opprimuntur. Ipse Albinus, dum è Tingitanâ prouinciâ Cæsariensem Mauretaniam petit, appulsus litori, trucidatur. Vxor eius, cùm se percussoribus obtulisset simul interfecta est: nihil eorum quæ fierent Vitellio anquirente. Breui auditu, quamuis magna transibat, impar curis grauioribus. Exercitum itinere terrestri pergere iubet. Ipse Arare flumine deuehitur, nullo principali paratu, sed vetere egestate conspicuus: donec Iunius Blæsus Lugdunensis Galliæ rector, genere illustri, largus animo, & par opibus, circumdaret principi ministeria, comitaretur liberaliter, eo ipso ingratus, quamuis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret. Præsto fuêre Lugduni, victricium victarúmque partium duces. Valentem & Cæcinam pro concione laudatos, curuli suæ circumposuit. Mox vniuersum exercitum occurrere infanti filio iubet. Perlatúmque, & paludamento opertum, sinu retinens,* Germanicum *appellauit, cinxitq; cunctis fortunæ Principalis insignibus. Nimius honos inter secunda, rebus aduersis in sola-*

tium ceſſit. Tum interfecti centuriones promtiſſimi Othonianorum: vnde præcipua in Vitellium alienatio, per Illyricos exercitus. Simul ceteræ legiones contactu, & aduerſus Germanicos milites inuidiâ, bellum meditabantur. Suetonium Paullinum, ac Licinium Proculum, triſti morâ ſqualidos tenuit: donec auditi, neceſſariis magis defenſionibus, quàm honeſtis vterentur. Proditionem vltrò imputabant: ſpatium longi ante prœlium itineris, fatigationem Othonianorum, permixtum vehiculis agmen, ac pleraque fortuita, fraudi ſuæ aſſignantes. *Et Vitellius credidit de perfidiâ, & fidem abſoluit. Saluius Titianus, Othonis frater, nullum diſcrimen adiit, pietate & ignauiâ excuſatus. Mario Celſo Conſulatus ſeruatur. Sed creditum famâ, obiectumq; mox in ſenatu Cæcilio Simplici,* quòd eum honorem pecuniâ mercari, nec ſine exitio Celſi voluiſſet. *Reſtitit Vitellius, deditq; poſtea Conſulatum Simplici, innoxium & inemtum. Trachalum aduerſus criminantes, Galeria vxor Vitellii protexit. Inter magnorum virorum diſcrimina (pudendum dictu) Mariccus quidam, è plebe Boiorum, inſerere ſeſe fortunæ, & prouocare arma Romana, ſimulatione numinum auſus eſt. Iamque aſſertor Galliarum, & deus (nomen id ſibi indiderat) concitis octo millibus hominum, proximos Æduorum pagos trahebat: cùm grauiſſima ciuitas, electâ iuuentute, adiectis à Vitellio cohortibus, fanaticam multitudinem diſiecit. Captus in eo prælio Mariccus, ac mox feris obiectus, quia non laniabatur, ſtolidum vulgus inuiolabilem credebat, donec ſpectante Vitellio interfectus eſt. Nec vltra in defectores, aut bona cuiuſquam, ſæuitum. Rata fuêre eorum, qui acie Othonianâ ceciderant, teſtamenta, aut lex inteſtatis. Prorſus, ſi luxuriam temperaret, auaritiam non timeres. Epularum fœda & inexplebilis libido. Ex vrbe atque Italiâ, irritamenta gulæ geſtabantur, ſtrepentibus ab vtroque mari itineribus. exhauſti conuiuiorum apparatibus principes ciuitatum. vaſtabantur ipſæ ciuitates. degenerabat à labore ac virtute miles, aſſuetudine voluptatum, & contemtu ducis. Præmiſit in vrbem edictum, quo* vocabulum Auguſti differret, Cæſaris non reciperet, *cùm de poteſtate nihil detraheret.*

ret. Pulsi Italiâ mathematici. Cautum seuerè, ne equites Ro.
ludo & arenâ polluerentur. *Priores id principes pecuniâ, &
sæpius vi, perpulerant. Ac pleraque municipia, & coloniæ, æ-
mulabantur corruptissimum quemque adolescentium, pretio*
63 *illicere. Sed Vitellius, aduentu fratris, & irrepentibus domina-
tionis magistris, superbior & atrocior, occidi Dolabellam ius-
sit, quem in coloniam Aquinatem sepositum ab Othone retu-
limus. Dolabella, auditâ morte Othonis, vrbem introierat. Id
ei Plautius Varus, Præturâ functus, ex intimis Dolabellæ a-
micis, apud Flauium Sabinum præfectum vrbis obiecit,* tam-
quam ruptâ custodiâ, ducem se victis partibus ostentas-
set. *Addidit* tentatam cohortem, quæ Hostiæ ageret. *nec
vllis tantorum criminum probationibus, in pœnitentiam ver-
sus, secundam veniam post scelus quærebat. Cunctantem super
tantâ re Flauium Sabinum, Triaria L. Vitellii vxor, vltra fœ-
minam ferox,* terruit è periculo Principis famam clemen-
tiæ affectare. *Sabinus suopte ingenio mitis, vbi formido inces-
sisset, facilis mutatu, & in alieno discrimine sibi pauens, ne alle-*
64 *uasse videretur, impulit ruentem. Igitur Vitellius, metu & o-
dio, quòd Petroniam vxorem eius mox Dolabella in matri-
monium accepisset, vocatum per epistolas, vitatâ Flaminiæ viæ
celebritate, diuertere Interamnam, atque ibi interfici iussit.
Longum interfectori visum: in itinere ac tabernâ, proiectum
humi iugulauit: magnâ cum inuidiâ noui principatus, cuius
hoc primum specimen noscebatur. Et Triariæ licentiam, mo-
destum è proximo exemplum onerabat, Galeria imperatoris
vxor, non minax tristibus: & pari probitate, mater Vitellio-
rum Sextilia, antiqui moris. Dixisse quin etiam, ad primas fi-
lii sui epistolas, ferebatur,* non Germanicum à se, sed Vitel-
lium genitum. *Nec vllis postea fortunæ illecebris, aut ambitu
ciuitatis in gaudium euicta, domus suæ tantum aduersa sensit.*
65 *Digressum à Lugduno Vitellium, M. Cluuius Rufus asse-
quitur, omissâ Hispaniâ: lætitiam & gratulationem vultu fe-
rens, animo anxius, & petitum se criminationibus gnarus. Hi-
larius Cæsaris libertus detulerat,* tamquam audito Vitellii &
Othonis principatu, propriam ipse potentiam, & posses-

sionem Hispaniarum tentasset: eoque diplomatibus nullum principem præscripsisset. *Interpretabatur quædam ex orationibus eius, contumeliosa in Vitellium, & pro se ipso popularia. Auctoritas Cluuii præualuit, vt puniri vltro libertum suum Vitellius iuberet. Cluuius comitatu principis adiectus, non ademtâ Hispaniâ, quam rexit absens, exemplo L. Arruntii, quem Tiberius Cæsar ob metum, Vitellius Cluuium nullâ formidine retinebat. Non idem Trebellio Maximo honos. Profugerat Britanniâ ob iracundiam militum. Missus est in locum eius, Vectius Bolanus. E præsentib. angebat Vitellium victarum legionum haut quaquam fractus animus. Sparsæ per Italiam, & victoribus permixtæ, hostilia loquebantur: præcipuâ Quartadecimanorum ferociâ, qui* se victos abnuebant, quippe Bedriacensi acie, vexillariis tantùm pulsis, vires legionis non affuisse. *Remitti eos in Britanniam, vnde à Nerone exciti erant, placuit; atque interim Batauorum cohortes vnà tendere, ob veterē aduersus Quartadecimanos discordiam. Nec diu in tantis armatorum odiis, quies fuit. Augustæ Taurinorum, dum opificem quendam Batauus vt fraudatorem insectatur, legionarius vt hospitem tuetur, sui cuique commilitones aggregati, a conuiciis ad cædem transiêre. & prœlium atrox arsisset, ni duæ prætoriæ cohortes, caussam Quartadecimanorum secutæ, his fiduciam, & metum Batauis fecissent. quos Vitellius agmini suo iungi, vt fidos; legionem, Grauis Alpibus traductam, eo flexu itineris ire iubet, quo Viennam vitarent. Namque & Viennenses timebantur. Nocte quâ proficiscebatur legi[o], relictis passim ignibus, pars Taurinæ coloniæ ambusta: quod damnum, vt pleraque belli mala, maioribus aliarum vrbium cladibus oblitteratum. Quartadecimani, postquam Alpibus degressi sunt. seditiosissimus quisque signa Viennam ferebant. consensu meliorum compressi: & legio in Britanniam transuecta. Proximus Vitellio e prætoriis cohortibus metus erat. Separati primum, deinde, addito honestæ missionis lenimento, arma ad tribunos suos ferebant: donec motum a Vespasiano bellum crebresceret. Tum, resumta militia, robur*

66

67

bur Flauianarum partium fuêre. Prima classicorum legio, in Hispaniam missa, vt pace & otio mitesceret. Vndecima ac Septima, suis hibernis redditæ. Tertiadecimani, struere amphitheatra iussi. Nam Cæcina Cremonæ, Valens Bononiæ, spectaculum gladiatorum edere parabant: nunquam ita ad curas intento Vitellio, vt voluptatum obliuisceretur. Et quidem partes
68 *modestè distraxerat. Apud victores orta seditio ludicro initio, nisi numerus cæsorum inuidiam bello auxisset. Discubuerat Vitellius Ticini, adhibito ad epulas Verginio. Legati tribuniq́; ex moribus imperatorum seueritatem æmulantur, vel tempestiuis conuiuiis gaudent. perinde miles intentus, aut licentior. Apud Vitellium omnia indisposita, temulenta, peruigiliis ac Bacchanalib. quam disciplinæ & castris propiora. Igitur duob. militibus, altero legionis quintæ, altero è Gallis auxiliarib. per lasciuiam ad certamen luctandi accensis, postquam legionarius prociderat, insultante Gallo, & iis qui ad spectandum conuenerant in studia diductis; erupêre legionarii in perniciem auxiliorum, ac duæ cohortes interfectæ. Remedium tumultus fuit, alius tumultus. Puluis procul, & arma aspiciebantur. Conclamatum repentè,* XIV. legionem, verso itinere, ad prœlium venire. *sed erant agminis coactores. Agniti, dempsêre solicitudinem. Interim Verginii seruus fortè obuius,* vt percussor Vitellii insimulatur. *& ruebat ad conuiuiũ miles, mortem Verginii exposcens. Ne Vitellius quidem, quamquam ad omnes suspiciones pauidus; de innocentiâ eius dubitauit. ægrè tamen cohibiti, qui exitium viri Consularis, & quondam ducis sui flagitabant. Nec quemquam sæpius, quam Verginium, omnis seditio infestauit. Manebat admiratio viri, & fama: sed oderant, vt fastidiri.*
69 *Postero die, Vitellius, Senatus legatione quã ibi opperiri iusserat, auditâ, transgressus in castra,* vltrò pietatem militum collaudauit: *frementibus auxiliis,* tantum impunitatis atque arrogantiæ legionariis accessisse. *Cohortes Batauorum, ne quid truculentius auderent, in Germaniam remissæ, principium interno simul externoq́; bello parantib. fatis. Reddita ciuitatibus Gallorum auxilia, ingens numerus, & primâ statim defectione, inter inania belli assumtus. Ceto-*

rùm, vt largitionibus affecta tamen imperii opes ſufficerent, a nputari legionum auxiliorumq; numeros iubet, vetitis ſupplementis. Et promiſcuè miſſiones offerebantur. Exitiale id Reipublicæ, ingratum militi, cui eadem munia inter paucos, periculaq; ac labor crebrius redibant. & vires luxu corrumpebantur: contra veterem diſciplinam, & inſtituta maiorum, apud quos virtute quàm pecuniâ res Romana melius ſtetit. Inde Vitellius Cremonam flexit, & ſpectato munere Cæcinæ, inſiſtere Bedriacenſibus campis, ac veſtigia recentis victoriæ luſtrare oculis, concupiuit. Fœdum atque atrox ſpectaculum. intra XL. pugnæ diem, lacera corpora, trunci artus, putres virorum equorumq; formæ, infecta tabo humus, protritis ab oribus atque frugibus, dira vaſtitas. nec minus inhumana pars viæ, quam Cremonenſes lauro roſiſq; conſtrauerant, extructis altaribus, cæſiſq; victimis, regium in morem. quæ læta in præſens, mox perniciem ipſis fecêre. Aderant Valens & Cæcina, monſtrabantq; pugnæ locos: hinc inrupiſſe legionum agmẽ, hinc equites coortos: inde circũfuſas auxiliorum manus. Iam tribuni præfectiq;, ſua quiſque facta extollentes, falſa, vera, aut maiora vero, miſcebant. Vulgus quoque militum, clamore & gaudio, deflectere via, ſpatia certaminum recognoſcere, aggerem armorum, ſtrues corporum intueri, mirariq;. Et erant quos varia ſors rerum, lacrymæq; & miſericordia ſubiret. At non Vitellius flexit oculos, nec tot millia inſepultorum ciuium exhorruit. Lætus vltrò, & tam propinquæ ſortis ignarus, inſtaurabat ſacrum Diis loci. Exin Bononiæ, a Fabio Valente, gladiatorum ſpectaculum editur, aduecto ex vrbe cultu. Quantoq; magis propinquabat, tanto corruptius iter, immixtis hiſtrionibus & ſpadonum gregibus, & cetero Neronianæ aulæ ingenio. Namque & Neronem ipſum Vitellius admiratione celebrabat, ſectari cantantem ſolitus, non neceſſitate, quâ honeſtiſſimus quiſque, ſed luxu, & ſaginæ mancipatus emtusq;. Vt Valenti & Cæcinæ vacuos honoris menſes aperiret, coartati aliorum conſulatus, diſſimulatus Marcii Macri tamquam Othoniarum partium ducis: & Valerium Marinum, deſtinatum à Galbâ Conſulem, diſtulit, nulla offenſa,

ſed

*ſed mitem, & iniuriam ſegniter laturum. Pedanius Coſta o-
mittitur, ingratus principi, vt aduerſus Neronẽ auſus, & Ver-
ginij exſtimulator. ſed alias protulit cauſſas. actaq; inſuper Vi-*
72 *tellio gratiæ, conſuetudine ſeruitij. Non vltra paucos dies, quã-
quam acribus initijs cœptum, mendacium valuit. Exſtiterat
quidam Scribonianum ſe Camerinum ferens, Neronianorum
temporum metu in Hiſtriâ occultatum, quòd illic clientelæ &
agri veterum Craſſorum, ac nominis fauor manebat. Igitur
deterrimo quoq; in argumentũ fabulæ aſſumto, vulgus credu-
lum, & quidam militum errore veri, ſeu turbarũ ſtudio, cer-
tatim aggregabantur: cùm pertractus ad Vitellium, interro-
gatúſque* quis nam mortalium eſſet, *poſtquam nulla dictis
fides, & à domino noſcebatur, condicione fugitiuꝰ, nomine Geta,*
73 *ſumtum de eo ſupplicium in ſeruilem modum. Vix credibile
memoratu eſt, quantum ſuperbiæ ſecordiæque Vitellio adoleue-
rit, poſtquam ſpeculatores Syriâ Iudæâque, adactum in verba
eius Orientem nuntiauere. Nam & ſi vagis adhuc & incertis
auctoribus, erat tamen in ore famâque Veſpaſianus, ac plerum-
que ad nomen eius Vitellius excitabatur. Tum ipſe exercitúſ-
que, vt nullo æmulo, ſæuitiâ, libidine, raptu, in externos mores*
74 *proruperant. At Veſpaſianus bellum armáq;, procul vel iuxta
ſuas vires, circumſpectabat. Miles ipſi adeo paratus, vt præ-
euntem ſacramentum, & fauſta Vitellio omnia precantem, per
ſilentium audierint. Muciani animus, nec Veſpaſiano alie-
nus, & in Titum pronior. præfectus Ægypti Alexander, con-
ſilia ſociauerat. Tertiam legionem, quòd è Syriâ in Mœſiam
tranſiſſet, ſuã numerabat. ceteræ Illyrici legiones, ſecuturæ ſpe-
rabantur. Namque omnes exercitus flammauerat arrogantia
venientium a Vitellio militum, quòd truces corpore, horridi
ſermone, ceteros vt impares irridebant. Sed in tantâ mole belli
plerumqu cunctatio, & Veſpaſianus modò in ſpem erectus, ali-
quando aduerſa reputabat:* Quis ille dies foret, quo LX. æta-
tis annos, & duos filios iuuenes bello permitteret? Eſſe
priuatis cogitationibus progreſſum: & prout velint, plus
minúſue ſumi ex fortunâ. Imperium cupientibus, nihil
75 medium inter ſumma ant præcipitia. *Verſabitur ante ocu-*

los Germanici exercitus robur, notum viro militari. Suas legiones, ciuili bello inexpertas: Vitellii, victrices. & apud victos, plus querimoniarum, quàm virium. Fluxã per discordias militum fidem, & periculum ex singulis. Quid enim profuturas cohortes alasque. si vnus alterq;, præsenti facinore paratum ex diuerso præmium petat? Sic Scribonianum sub Claudio interfectum; sic percussorem eius Volaginium ègregario ad summa militię prouectum. Facilius vniuersos impelli, quàm singulos vitari. *His pauoribus nutantem, & alii legati amicique firmabant, & Mucianus post multos secretósque sermones, iam & coràm ita locutus.* Omnes qui magnarum rerum consilia suscipiunt, æstimare debent, an quod inchoatur, Reip. vtile, ipsis gloriosum, aut promtum effectu, aut certè non arduum sit. Simul ipse qui suadet considerandus est, adiiciat ne consilio periculum suum: & si fortuna cœptis affuerit, cui summum decus acquiratur. Ego te Vespasiane ad imperium voco, tam salutare Reipub. quàm tibi magnificum. Iuxta deos, in tuâ manu positum est. Nec speciem adulantis expaueris, à contumeliâ quàm à laude propius fuerit, post Vitellium eligi. Non aduersus Diui Augusti acerrimam mentem, nec aduersus cautissimam Tiberii senectutem, nec contra Caii quidem, aut Claudii, vel Neronis, fundatam longo imperio domum exsurgimus. cessisti etiam Galbæ imaginibus. Torpere vltrà, & polluendam perdendamque Rempub. relinquere, sopor & ignauia videretur, etiam si tibi, quàm inhonesta, tam tuta seruitus esset. Abiit iam & transuectum est tempus, quo posses videri concupisse. confugiendum est ad imperium. An excidit trucidatus Corbulo? splendidior origine quàm nos sumus, fateor: sed & Nero, nobilitate natalium, Vitellium anteibat. Satis clarus est apud timentem, quisquis timetur. Et posse ab exercitu principem fieri, sibi ipse Vitellius documento est, nullis stipendiis, nullâ militari famâ, Galbæ odio prouectus. Ne Othonem quidem, ducis arte, aut exercitus vi, sed præpro-

perâ

perâ ipſius deſperatione victum, iam deſiderabilem & magnum principem fecit. Cùm interim ſpargit legiones, exarmat cohortes, noua quotidie bello femina miniſtrat. ſi quid ardoris ac ferociæ miles habuit, popinis, & comeſſationibus, & principis imitatione, deteritur. Tibi è Iudæâ & Syriâ & Ægypto nouem legiones integræ, nullâ acie exhauſtæ, non diſcordiâ corruptæ. ſed firmatus vſu miles, & belli domitor externi. Claſſium, alarum, cohortium robora; & fidiſſimi reges; & tua ante omnes experientia. Nobis nihil vltrà arrogabo, quàm ne poſt Valentem ac Cæcinam numeremur. Ne tamen Mucianum ſocium ſpreueris, quia æmulum non experiris. me Vitellio antepono, te mihi. Tuæ domui triumphale nomen, duo iuuenes, capax iam imperii alter, & primis militiæ annis apud Germanicos quoque exercitus clarus. Abſurdum fuerit, non cedere imperio ei, cuius filium adoptaturus eſſem, ſi ipſe imperarem. Ceterùm inter nos non idem proſperarum aduerſarumque rerum ordo erit. Nam ſi vincimus; honorem quem dederis habebo: diſcrimen, ac periculum, ex æquo partiemur. imò vt melius eſt, tu hos exercitus rege, mihi bellum, & prœliorum incerta trade. Acriore hodie diſciplinâ, victi, quàm victores agunt. hos ira, odium, vltionis cupiditas ad virtutem accendit: illi per faſtidium, & contumaciam hebeſcunt. Aperiet & recludet, contecta victricium partium & tumeſcentiæ vulnera bellum ipſum. Nec mihi maior in tuâ vigilantiâ, parſimoniâ, ſapientiâ, fiducia eſt, quàm in Vitellii torpore, inſcitiâ, ſæuitiâ. Sed & meliorem in bello cauſſam, quàm in pace habemus. Nam qui deliberant, deſciuerunt. *Poſt Muciani orationem ceteri audentiùs circumſiſtere, hortari,* reſponſa vatum, & ſiderum motus referre. *Nec erat intactus tali ſuperſtitione, vt q. mox rerū domin9, Seleucum quendā mathematicū, rectorē & præſciū pa àm habuerit. Recurſabant animo vetera omina. Cupreſſus arbor in agris eius, conſpicuâ altitudine, repētè prociderat, ac poſtera die, eodē veſtigio reſur-*

gens,procera & latior virebat.grande,id proſperúmq;, conſenſu haruſpicum: & ſumma claritudo iuueni admodum Veſpaſiano promiſſa. Sed primò triumphalia, & Conſulatus, & Iudaicæ victoriæ decus, impleſſe fidem ominis videbantur. Vt hæc adeptus eſt, portendi ſibi imperium credebat. Eſt Iudæam inter Syriámque Carmelus, ita vocant montem, Deúmque. nec ſimulacrum Deo, aut templum, (ſic tradidere maiores) aram tantùm & reuerentiã. Illic ſacrificanti Veſpaſiano, cùm ſpes occultas verſaret animo, Baſilides ſacerdos, inſpectis identidem extis, quidquid eſt, inquit, Veſpaſiane quod paras, ſiu domum exſtruere, ſeu prolatare agros, ſiue ampliare ſeruitia, datur tibi magna ſedes, ingentes termini, multũ hominum. Has ambages & ſtatim exceperat fama, & tunc aperiebat. nec quidquã magis in ore vulgi: crebriores apud ipſum ſermones, quanto ſperantibus plura dicuntur. Haut dubiâ deſtinatione diſceſſere, Mucianus Antiochiam, Veſpaſianus Cæſaream. Illa Syriæ, hæc Iudææ caput eſt. Initium ferendi ad Veſpaſianum imperij Alexandriæ cœptum, feſtinante Tiberio Alexandro, qui kal. Iul. ſacramento eius legiones adegit. Iſque primus principatus dies in poſterum celebratus, quamuis Iudaicus exercitus v. nonas Iul. apud ipſum iuraſſet, eo ardore, vt ne Titus quidem filius exſpectaretur, Syriâ remeans, & conſiliorum inter Mucianum ac patrem nuntius. cuncta impetu militum acta: non paratâ cognitione, non coniunctis legionibus. Dum quæritur tempus locúſque, quódque in re tali difficillimum eſt, prima vox, dum animo ſpes, timor, ratio, caſus obuerſantur, egreſſum cubiculo Veſpaſianum, pauci milites ſolito aſſiſtunt ordine, vt legatum ſalutaturi: Imperatorem ſalutauerunt. Tum ceteri accurrere, Cæſarem & Auguſtum, & omnia principatus vocabula cumulare. Mens à metu ad fortunam tranſierat. In ipſo nihil tumidum, arrogans, aut in rebus nouis nouum fuit. Vt primum tantæ multitudinis offuſam oculis caliginem diſiecit, militariter locutus, læta omnia, & affluentia excepit. Iam id ipſum opperiens Mucianus, alacrem militem in verba Veſpaſiani adegit. Tum Antiochenſium theatrum ingreſſus, vbi illis conſultare mos eſt, concurrentes, & in

adulati-

adulationem effusos alloquitur: satis decorus etiam Græcâ facundiâ, omniúmque quæ diceret atque ageret, arte quâdam ostentator. Nihil æquè prouinciam exercitúmq; accendit, quàm quod asseuerabat Mucianus, statuisse Vitellium, vt Germanicas legiones in Syriam, ad militiam opulentam quietamq; transferret. contrà, Syriacis legionibus Germanica hiberna, cælo ac laboribus dura mutarentur. *Quippe & prouinciales, sueto militum contubernio gaudebant, pleriq; necessitudinibus & propinquitatibus mixti: & militibus, vetustate stipendiorum, nota & familiaria castra, in modum penatium diligebantur.*

81 *Ante idus Iul. Syria omnis in eodem sacramento fuit. Accessere cum regno, Sohemus haut spernendis viribus, Antiochus vetustis opibus ingens, & inseruientium regum ditissimus. Mox, per occultos suorum nuntios, excitus ab vrbe Agrippa, ignaro adhuc Vitellio, celeri nauigatione properauerat. Nec minore animo, regina Berenice partes iuuabat, florens ætate formáque, & seni quoque Vespasiano magnificentiâ munerum grata. Quidquid prouinciarũ alluitur mari, Asiâ atque Achaiâ tenus, quantũq; introrsus Pontum & Armenios patescit, iurauere. Sed inermes legati regebant, nondum additis Cappadociæ legionibus. Consiliũ de summâ rerum, Beryti habitum. Illuc Mucianus, cum legatis tribunísque, & splendidissimo quoque centurionum ac militum, venit. Et è Judaico exercitu, lecta decora. Tantum simul peditum equitúmque, & æmulantium inter se regum paratus, speciem fortunæ Principalis effecerant.*

82 *Prima belli cura, agere dilectus, reuocare veteranos. destinantur validæ ciuitates, exercendis armorum officinis. apud Antiochenses, aurum argentumq; signatur. eaque cuncta per idoneos ministros, suis quæque locis, festinabantur. Ipse Vespasianus, adire, hortari; bonos laude, segnes exemplo, incitare sæpius quàm coërcere; vitia magis amicorum, quàm virtutes dissimulans. Multos, præfecturis & procurationibus; plerosq; Senatorij ordinis honore percoluit, egregios viros, & mox summa adeptos. quibusdam fortuna pro virtutibus fuit. Donatiuum militi, neque Mucianus primâ concione, nisi modicè ostenderat. ne Vespasianus quidem, plus ciuili bello ob-*

tulit, quàm alij in pace, egregiè firmus aduersus militarem largitionem, eoq; exercitu meliore. Missi ad Parthum Armeniumque legati. prouisumque, ne versis ad ciuile bellum legionibus, terga nudarentur. Titum instare Iudææ, Vespasianum obtinere claustra Ægypti placuit. Sufficere videbantur aduersus Vitellium, pars copiarum, & dux Mucianus, & Vespasiani nomen, ac nihil arduum fatis. Ad omnes exercitus legatósque scriptæ epistolæ, preceptúmque vt prætorianos Vitellio infensos, reciperandæ militiæ præmio inuitarent. Mucianus cum expeditâ manu, socium magis imperij quàm ministrum agens, non lento itinere, ne cunctari videretur, neque tamen properans, gliscere famam ipso spatio sinebat: gnarus modicas vires sibi, & maiora credi de absentib⁹. Sed legio sexta, & tredecim vexillariorū millia, ingēti agmine sequebātur. Classem è Pōto, Byzantiū adigi iusserat: ambiguus consilij, num omissâ Mœsiâ, Dyrrhachium pedite atq; equite peteret: simul longis nauibus versum in Italiam mare clauderet, tutâ pone tergum Achaiâ Asiâq;. quas inermes exponi Vitellio, ni præsidiis firmarentur: atq; ipsum Vitelliū in incerto fore, quam partem Italię protegeret, si simul Brundisiū Tarentúmque, & Lucaniæ Calabriæq; litora, infestis classibus peterentur. Igitur nauium, militum, armorum, paratu strepere prouincia. Sed nihil æquè fatigabat, quàm pecuniarum conquisitio: eos esse belli ciuilis neruos dictitans Mucianus, non ius aut verum in cognitionibus, sed solam magnitudinem opum spectabat. passim delationes, & locupletissimus quisque in prædam correpti. quæ grauia atque intoleranda, sed necessitate armorum excusata etiam in pace mansere. ipso Vespasiano, inter initia imperij, ad obtinendas iniquitates haut perinde obstinato: donec, indulgentia fortunæ, & prauis magistris, didicit, ausúsque est. Propriis quoque opibus Mucianus bellum iuuit, largus priuatim, quo auidius de Repub. sumeret. Ceteri conferendarum pecuniarum exemplum secuti; rarissimus quisque, eandem in reciperando licentiam habuerunt. Accelerata interim Vespasiani cœpta, Illyrici exercitus studio transgressi in partes. Tertia legio exēplum ceteris Mœsiæ legio-

ſiæ legionibus præbuit. Octaua erat ac ſeptima Claudiana, imbutæ fauore Othonis, quamuis prœlio non interfuiſſent: Aquileiam iam progreſſæ, proturbatis qui de Othone nuntiabant, laceratiſq; vexillis nomen Vitellij præferentibus, raptâ poſtremo pecuniâ, & inter ſe diuiſâ, hoſtiliter egerant. Vnde metus & ex metu conſilium, poſſe imputari Veſpaſiano, quæ apud Vitellium excuſanda erant. Ita tres Mœſicæ legiones per epiſtolas alliciebant Pānonicum exercitum, aut abnuenti vim parabant. In eo motu Aponius Saturninus Mœſiæ rector, peſſimum facinus audet, miſſo centurione ad interficiendum Tertium Iulianum, ſeptimæ legionis legatum; ob ſimultates quibus cauſſam partium prætendebat. Iulianus, comperto diſcrimine, & gnaris locorum adſcitis per auia Mœſiæ vltra montem Hemum profugit. nec deinde ciuili bello interfuit, per varias moras ſuſceptum ad Veſpaſianum iter trahens, & ex nuntiis cunctabundus, aut properans.

86 *At in Pannoniâ* XIII. *legio ac* VII. *Galbiana, dolorem iramque Bedriacenſis pugnæ retinentes, haut cunctanter Veſpaſiano acceſſere, vi præcipuâ Primi Antonij. Is legibus nocens, & tempore Neronis falſi damnatus, inter alia belli mala, Senatorium ordinem reciperauerat, præpoſitus à Galbâ ſeptimæ legioni ſcriptitaſſe Othoni credebatur,* ducem ſe partibus offerens. *à quo neglectus, in nullo Othoniani belli vſu fuit. labantibus Vitellij rebus Veſpaſianum ſecutus, grande momentum addidit, ſtrenuus manu, ſermone promtus, ſerendæ in alios inuidiæ artifex, diſcordiis & ſeditionibus potens, raptor, largitor; pace peſſimus, bello non ſpernendus. Iuncti inde Mœſici ac Pannonici exercitus. Dalmaticum militem traxere, quamquam Conſularibus legatis nihil turbantibus. T. Ampius Flauianus Pannoniam, Pompeius Sullanus Dalmatiam tenebant, diuites ſenes. Sed procurator aderat Cornelius Fuſcus, vigens ætate, claris natalibus. primâ iuuentâ, quietis cupidine, Senatorium ordinem exuerat. idem pro Galbâ dux coloniæ ſuæ, eâque opera procurationem adeptus, ſuſceptis Veſpaſiani partibus, acerrimam bello facem prætulit. non tam præmiis periculorum, quàm ipſis periculis lætus: pro certis & olim partis, noua, ambigua, ancipitia*

malebat. Igitur mouere & quatere quidquid vsquam ægrum foret, aggrediũtur. Scriptæ in Britãniam ad quartadecimanos, in Hispaniam ad primanos epistolæ: quòd vtraque legio pro Othone, aduersa Vitellio fuerat. Sparguntur per Gallias litteræ: momentóque temporis flagrabat ingens bellum, Illyricis exercitibus palàm desciscentibus: ceteris fortunam secuturis. Dum hæc per prouincias, à Vespasiano ducibusq; partium, geruntur, Vitellius contemtior in dies segniórque, ad omnis municipiorum villarumq; amœnitates resistens, graui vrbem agmine petebat. Sexaginta millia armatorum sequebantur, licentiâ corrupta. Calonum numerus amplior, procacissimis etiam inter seruos lixarum ingenijs. tot legatorum amicorúmque comitatus inhabilis ad parendum, etiam si summâ modestiâ regeretur. Onerabãt multitudinem, obuij ex vrbe Senatores Equitésque: quidam metu, multi per adulationem, ceteri ac paulatim omnes, ne alijs proficiscentibus, ipsi remanerent. Aggregabantur è plebe, flagitiosa per obsequia Vitellio cogniti, scurræ, histriones, aurigæ, quibus ille amicitiarum dehonestamentis mirè gaudebat. Nec coloniæ modò, aut municipia, congestu copiarum; sed ipsi cultores, aruaq;, maturis iam frugibus, vt hostile solum vastabantur. Multæ & atroces inter se militum cædes, post seditionem Ticini cœptam manente legionum auxiliorúmque discordiâ, vbi aduersus paganos certandum foret, consensu. Sed plurima strages, ad septimum ab vrbe lapidem. Singulis ibi militibus Vitellius paratos cibos, vt gladiatoriam saginam, diuidebat. Et effusa plebs, totis se castris miscuerat. Incuriosus milites, vernaculâ vrbanitate quidam spoliauere, abscissis furtim balteis, an accincti forent rogitantes. Non tulit ludibrium insolens contumeliæ animus. Inermem populum gladiis inuasere. Cæsus inter alios pater militis, cùm filium comitaretur, deinde agnitus. & vulgatâ cæde, temperatum ab innoxiis. In vrbe tamen trepidatum, præcurrentibus passim militibus. Forum maximè petebant, cupidine visendi locum in quo Galba iacuisset. Nec minus sæuum spectaculum erant ipsi, tergis ferarum & ingentibus telis horrentes, cum turbam populi per inscitiam parum vitarent, aut vbi lubrico viæ vel occursu alicuius procidissent,

dissent, ad iurgium, mox ad manus & ferrum transirent. Quin & tribuni præfectique, cum terrore & armatorum cateruis volitabant.

89 *Ipse Vitellius, à ponte Miluio, insigni equo, paludatus accinctúsque, Senatum & populum ante se agens;* quo minus vt captam vrbem ingrederetur, amicorum consilio deterritus, *sumtâ prætextâ & composito agmine incessit. Quatuor legionum aquilæ per frontem, totidémque circà è legionibus aliis vexilla; mox* XII. *alarum signa, & post peditum ordines, eques: dein quattuor & XXX. cohortes, vt nomina gentium, aut species armorum forent, discretæ. Ante aquilam præfecti castrorum tribuniq́ue, & primi centurionum, candidâ veste: ceteri, iuxta suam quisque centuriam, armis donisq́ue fulgentes. Et militum phaleræ, torquésque splendebant. decora facies, & non Vitellio principe dignus exercitus. Sic Capitolium ingressus, atque ibi matrem complexus,* Augustæ nomine honorauit.

90 *Posterâ die, tamquam apud alterius ciuitatis Senatum Populúmque, magnificam orationem de semetipso promsit,* industriam temperantiámque suam laudibus attollens: *consciis flagitiorum ipsis qui aderant, omniq́ue Italiâ, per quam somno & luxu pudendus incesserat. Vulgus tamen, vacuum curis, & sine falsi veriq́ue discrimine solitas adulationes edoctum, clamore & vocibus adstrepebat: abnuentíque nomen* Augusti, *expressere vt assumeret, tam frustra quàm recusauerat. Apud ciuitatem cuncta interpretantem,* funesti ominis loco acceptum est, quod maximum Pontificatum adeptus Vitellius, de cærimoniis publicis XV. kal. Aug. edixisset, antiquitùs infausto die Cremerensi Alliensiq́ue cladibus. *adeò omnis humani diuiniq́ue iuris expers, pari libertorũ amicorumq́ue socordiâ, velut inter temulentos agebat. Sed comitia Consulum cum candidatis ciuiliter celebrans, omnem infimæ plebis rumorem, in theatro vt spectator, in circo vt fautor affectauit. quæ grata sanè & popularia, si à virtutibus proficiscerentur; memoriâ vitæ prioris, indecora & vilia accipiebantur. Ventitabat in senatum, etiam cum paruis de rebus Patres consulerentur. Ac fortè Priscus Heluidius, Prætor designatus, contra studium eius censuerat. Commotus primo Vitellius, non*

tamen vltrà quàm Tribunos plebis in auxilium spretæ potestatis aduocauit. Mox mitigantibus amicis, qui aluorem iracundiam eius verebantur, nihil noui accidisse respondit, quòd duo Senatores in Rep. dissentirent: solitum se etiã Thraseæ contradicere. *Irrisere plerique impudentiam æmulationis. aliis id ipsum placebat, quod neminem ex præpotentibus, sed Thraseam ad exemplar veræ gloriæ egisset.* 92 *Præposuerat prætorianis P. Sabinum, ab præfecturâ cohortis Iulium Priscum, tum centurionem. Priscus, Valentis; Sabinus, Cæcinæ gratiâ pollebant. Inter discordes, Vitellio nihil auctoritatis. munia imperij Cæcina ac Valens obibant, olim anxij odiis, quæ bello & castris malè dissimulata, prauitas amicorum, & fecunda gignendis inimicitiis ciuitas auxerat, dum ambitu, comitatu, & immensis salutantium agminibus contendunt, comparantúrque, variis in hunc aut illum Vitellij inclinationibus: Nec vnquam satis fida potentia, vbi nimia est. Simul ipsum Vitellium, subitis offensis aut intempestiuis blanditiis mutabilem, contemnebant metuebántque. Nec eo segniùs inuaserant domos, hortos, opésq; imperij: cùm flebilis & egens nobilium turba, quos ipsos liberósque patriæ Galba reddiderat, nullâ principis misericordiâ iuuarentur. Gratum primoribus ciuitatis, etiam plebs approbauit, quód reuersis ab exisilio iura libertorum concessisset: quamquam id omni modo seruilia ingenia corrumpebant, abditis pecuniis per occultos aut ambitiosos sinus. Et quidam in domum Cæsaris transgressi, atq; ipsis dominis potentiores.* 93 *Sed miles, plenis castris, & redundante multitudine, in porticibus aut delubris, & vrbe totâ vagus, non principia noscere, non seruare vigilias, neque labore firmari: per illecebras vrbis, & inhonesta dictu, corpus otio, animum libidinibus imminuebat. Postremò ne salutis quidem curâ, infamibus Vaticani locis magna pars tetendit. vnde crebræ in vulgus mortes. Et adiacentia Tiberi Germanorum Gallorumque obnoxia morbis corpora, fluminis auiditas, & æstus impatientia labefecit. Insuper confusus, prauitate vel ambitu, ordo militiæ. Sedecim prætoriæ, quattuor vrbanæ cohortes scribebantur, quîs singula millia inessent. Plus in eo delectu Valens*

audebat,

audebat, tamquam ipſum Cæcinam periculo exemiſſet.
*ſanè aduentu eius partes conualuerant, & ſiniſtrum lenti itine-
ris rumorem proſpero prælio verterat: omniſq; inferioris Ger-
maniæ miles Valentem aſſectabatur. vnde primum creditur*
14 *Cæcinæ fides fluitaſſe. Ceterùm non ita ducibus indulſit Vitel-
lius, vt non plus militi liceret. Sibi quiſque militiam ſumſere,
quamuis indignus, ſi ita maluerat, vrbanæ militiæ adſcribe-
batur: rurſus bonis remanere inter legionarios aut alares vo-
lentibus, permiſſum. nec deerant qui vellent*, feſſi morbis, &
intemperiem cæli incuſantes. *Robora tamen legionibus aliſ-
que ſubtracta, conuulſum caſtrorum decus*, XX. *millibus è toto
exercitus permixtis magis quàm electis. Concionante Vitellio*,
poſtulantur ad ſupplicium Aſiaticus, & Flauius, & Rufi-
nus duces Galliarum, quòd pro Vindice bellaſſent. *Nec
coërcebat eiuſmodi voces Vitellius: ſuper inſitam animo igna-
uiam, conſcius ſibi inſtare donatiuum & deeſſe pecuniam, o-
mnia alia militi largiebatur. Liberti principum, conferre pro
numero mancipiorum, vt tributum iuſſi. Ipſe ſolâ perdendi
curâ, ſtabula aurigis exſtruere. Circum, gladiatorum fe-
rarumq; ſpectaculis, opplere: tamquam in ſummâ abundantiâ,
pecuniæ illudere. Quin & natalem Vitellij diem, Cæcina ac Va-
lens, editis totâ vrbe vicatim gladiatoribus, celebrauere ingen-
ti paratu, & ante illum diem inſolito. Lætum fœdiſſimo cuique,
apud bonos inuidiæ fuit, quòd exſtructis in campo Martio
aris*, inferias Neroni *feciſſet. Cæſæ publicè victimæ crema-
tæque: faces, Auguſtales ſubdidere: quod ſacerdotium, vt
Romulus Tatio regi, ita Cæſar Tiberius Iuliæ genti ſacrauit.
Nondum quartus à victoriâ menſis, & libertus Vitellij Aſia-
ticus, Polycletos, Patrobios, & vetera odiorum nomina æqua-
bat. Nemo in illâ aulâ, probitate aut induſtriâ certauit: vnum
ad potentiam iter, prodigis epulis, & ſumtu Caianæ aqua ſati-
are inexplebiles Vitellij libidines. Ipſe abundè ratus, ſi præſen-
tibus frueretur, nec in longius conſultans, nouies millies ſeſ-
tertium pauciſſimis menſibus interuertiſſe creditur. Ma-
gna & miſera ciuitas, eodem anno Othonem Vitelliúmque
paſſa, inter Vinios, Fabios, Icelos, Aſiaticos, variâ & pudendâ*

sorte agebat; donec successere Mucianus & Marcellus, & magis alij homines, quàm alij mores. Prima Vitellio tertiæ legionis defectio nuntiatur, missis ab Aponio Saturnino epistolis, antequam is quoque Vespasiani partibus aggregaretur. Sed neque Aponius cuncta, vt trepidans re subitâ, perscripserat; & amici adulantes, mollius interpretabantur. Vnius legionis eam seditionem: ceteris exercitibus constare fidem. *In hunc modum etiam Vitellius apud milites disseruit, prætorianos nuper exauctoratos insectatus,* à quibus falsos rumores dispergi. nec vllum ciuilis belli metum asseuerabat, *suppresso Vespasiani nomine, & vagis per vrbem militibus, qui sermones populi coërcerent. Id præcipuum alimentum famæ erat. Auxilia tamen è Germaniâ Britanniáque & Hispaniis exciuit segniter, & necessitatem dissimulans. Perinde legati prouinciæque cunctabantur. Hordeonius Flaccus, suspectis iam Batauis, anxius proprio bello. Vectius Bolanus, nunquam satis quietâ Britanniâ. & vterque ambigui. neque ex Hispania properabatur, nullo tum ibi Consulari. Trium legionum legati, pares iure, & prosperis Vitellij rebus, certaturi ad obsequium; aduersam eius fortunam, ex æquo detractabant. In Africâ legio cohortésque delectæ à Clodio Macro, mox à Galbâ dimissæ; rursus iussu Vitellij militiam cœpere. simul cetera iuuentus dabat impigrè nomina. quippe integrum illic ac fauorabilem proconsulatum Vitellius, famosum inuisumq; Vespasianus egerat: perinde socij de imperio vtriusque coniectabant. sed experimentum contra fuit. Ac primò Valerius Festus legatus, studia prouincialium cum fide iuuit, mox nutabat, palam epistolis edictisque Vitellium, occultis nuntiis Vespasianum fouens, & hæc illáue defensurus, prout inualuissent. Deprehensi cum litteris edictisque Vespasiani, per Rhætiam & Gallias militum & centurionum quidam, ad Vitellium missi necantur. plures fefellere, fide amicorum, aut suomet astu occultati. Ita Vitellij paratus noscebantur: Vespasiani consiliorum pleraque ignota. primùm secordiâ Vitellij; deinde Pannonicæ alpes præsidijs insessæ nuntios retinebant. Mare quoque Etesiæ flabant. harum flatu in orientem nauigantibus secundum, ad*

96

97

aduer-

99 *aduersum erat. Tandem irruptione hostium,* atrocibus vndique nuntiis exterritus, Cæcinam & Valentem expediri ad bellum iubet. *Præmissus Cæcina. Valentem è graui corporis morbo tum primum assurgentem, infirmitas tardabat. Longè alia proficiscentis ex vrbe Germanici exercitus species. Non vigor corporibus, non ardor animis. lentum & rarum agmen, & fluxa arma, segnes equi. impatiens solis, pulueris, tempestatum: quantùmque hebes ad sustinendum laborem miles, tanto ad discordias promtior. Accedebat huc Cæcinæ ambitio vetus, torpor recens, nimiâ fortunæ indulgentiâ soluti in luxum: seu perfidiam meditanti, infringere exercitus virtutem, inter artes erat. Credidere plerique* Flauii Sabini cōsiliis concussam Cæcinæ mentem, ministro sermonum Rubrio Gallo, rata apud Vespasianum fore pacta transitionis. *simul* odiorum inuidiæq; erga Fabium Valentem admonebatur, vt impar ad Vitellium, gratiam viresque

100 apud nouum principem pararet. *Cæcina complexu Vitellii multo cum honore digressus, partem equitum ad occupandam Cremonam præmisit. Mox vexillarij Quartædecimæ, & Sextædecimæ legionum, dein Quinta, & Duoetuicesima secutæ: postremo agmine Vnaetuicesima Rapax, & Prima Italica incessere, cum vexillariis trium Britannicarum legionum, & electis auxiliis. Profecto Cæcinâ, scripsit Fabius Valens exercitui, quem ipse ductauerat,* vt in itinere opperiretur: sic sibi cum Cæcinâ conuenisse. *qui præsens eóque validior,* immutatum id consilium finxit, vt ingruenti bello, totâ mole occurreretur. *Ita accelerare legiones Cremonam, pars Hostiliam petere iussæ. Ipse Rauennam diuertit, prætexto Classem alloquendi. Mox Patauij secretum componendæ proditionis quæsitum. namque Lucilius Bassus post præfecturam alæ, Rauennati simul ac Misenensi classibus à Vitellio præpositus, quòd non statim præfecturam prætorij adeptus foret, iniquam iracundiam flagitiosâ perfidiâ vlciscebatur. Nec sciri potest, traxerit ne Cæcinam, an (quod euenit inter malos, vt & similes sint) eadem illos prauitas impulerit.*

101 *Scriptores temporum, qui potiente rerum Flauiâ domo, monumenta huiusce belli*

compoſuerunt. curam pacis & amorem Reip. corruptas in adulationem cauſſas tradidere. Nobis. ſuper inſitam leuitatem, & proditio Galbâ mox vilem fidem. æmulatione etiam inuidiáque ne ab aliis apud Vitellium anteirentur. peruertiſſe ipſum Vitellium videntur. Cæcina legiones aſſecutus, centurionũ militúmq; animos obſtinatos, pro Vitellio, variis artibus ſubruebat. Baſſo eadem molienti minor difficultas erat, lubricâ ad mutandam fidem claſſe, ob memoriam recentis pro Othone militiæ.

C. CORNELII TACITI AB EXCESSV NERONIS HISTORIARVM LIB. TERTIVS.

MELIORE *fato fidéque Flauianarum partium duces conſilia belli tractabant. Petouionem in hiberna Tertiædecimæ legionis conuenerant. illic agitauere,* placerétne obſtrui Pannoniæ Alpes, donec à tergo vires vniuerſæ conſurgerent, an ire cominus, & certare pro Italiâ conſtantius foret. *Quibus operiri auxilia, & trahere bellum videbatur*, Germanicarum legionum vim famamque extollebant, & aduenisse mox cum Vitellio Britannici exercitus robora: Ipſis nec numerum parem pulſarum nuper legionum, & quamquam atrociter loquerentur, minorem eſſe apud victos animum. Sed inſeſſis interim alpibus, venturum cum copiis Orientis Mucianum. Supereſſe Veſpaſiano mare, claſſes, ſtudia prouinciarum, per quas velut alterius belli molem cieret. Ita ſalubri morâ, nouas vires affore. & præſentibus nihil periturum. *Ad ea Antonius Primus (is acerrimus belli concitator)* feſtinationẽ ipſis vtilem, Vitellio exitioſam *diſſeruit.* plus ſecordiæ, quàm fiduciæ, acceſſiſſe victoribus. Neq; enim in procinctu & caſtris habitos: per omnia Italiæ municipia deſides tantum hoſpitibus metuendos: quanto ferociùs

ciùs antè se egerint, tanto cupidiùs insolitas voluptates hausisse. Circo quoque, ac theatris, & amœnitate vrbis emollitos, aut valetudinibus fessos. Sed addito spatio, rediturum & his robur meditatione belli. Nec procul Germaniam, vnde vires; Britanniam freto dirimi, iuxta Gallias Hispaniasque. vtrimque viros, equos, tributa. ipsamque Italiam & opes vrbis. Ac si inferre arma vltrò velint; duas classes, vacuumque Illyricum mare. Quid tum claustra montium profutura? quid tractum in æstatem aliam bellum? vnde interim pecuniam, & commeatus? Quin potius eo ipso vterentur, quòd Pannonicæ legiones deceptæ magis, quàm victæ, resurgere in vltionem properent: Mœsici exercitus, integras vires attulerint. Si numerus militium potius, quàm legionum putetur: plus hinc roboris, nihil libidinum, & profuisse disciplinæ ipsum pudorem. Equites verò ne tum quidem victos; sed, quamquam rebus aduersis, disiectam Vitellii aciem. Duæ tunc Pannonicæ ac Mœsicæ alæ perrupere hostem. Nunc XVI. alarum coniuncta signa, pulsu sonituque, & nube ipsâ operient ac superfundent oblitos prœliorum equites, equosque. Nisi quis retinet, idem suasor auctorque consilii ero. Vos, quibus fortuna in integro est, legiones continete, mihi expeditæ cohortes sufficient. Iam reseratâ militiâ, impulsas Vitellii res audietis: iuuabit sequi, & vestigiis vincentis insistere.

3 *Hæc atque talia, flagrans oculis, truci voce, quò latius audiretur, (etenim se centuriones & quidam militum consilium miscuerant) ita effudit, vt cautos quoque ac prouidos permoueret: vulgus, & ceteri,* vnum virum ducemq; spretâ aliorum segnitiâ, laudibus ferrent. *Hanc sui famam eâ statim concione commouerat, quâ recitatis Vespasiani epistolis, non, vt plerique, incerta disseruit, huc illuc tracturus interpretationem, prout conduxisset. Apertè descendisse in caussam videbatur: eòque grauior militibus erat, culpæ vel gloriæ socius.*

4 *Proxima Cornelii Fusci, procuratoris auctoritas. Is quoque inclementer in Vitellium inuectus, nihil spei sibi inter aduersa reliquerat. T. Ampius*

Flauianus, naturâ ac senectâ contator, suspiciones militum irritabat, tamquam affinitatis cum Vitellio meminisset. *Idemq; quòd cœptante legionum motu profugus, dein sponte remeauerat*, perfidiæ locum quæsisse credebatur. Nam Flauianum, omissâ Pannoniâ ingressum Italiam, & discrimini exemtum, rerum nouarum cupido legati nomen resumere, & misceri ciuilibus armis impulerat, suadente Cornelio Fusco, *non quia industriâ Flauiani egebat, sed vt Consulare nomen surgentibus tum maximè partibus, honestâ specie prætenderetur. Ceterùm vt transmitteret in Italiam impunè, & eo vsui foret, scriptum Aponio* ** *Saturnino ...*

Quæsitum inde quæ sedes bello legeretur. Verona potior visa, patentibus circum campis ad pugnam equestrem, quâ prævalebant: simul coloniam copiis validam auferre Vitellio, in rem famamq; videbatur. Possessa ipso transitu Vicetia; quod per se parum (etenim modicæ municipio vires) magni momenti locum obtinuit, reputantib. illic Cæcinã genitũ, & patriã hostium duci ereptam. *In Veronensibus pretium fuit. exemplo, opibusq; partes iuuêre. Et interceptus exercitus per Rhætiam Iuliasq; Alpes ac ne peruium illâ Germanicis exercitib. foret,* **obsepserat. quæ ignara Vespasiano, aut vetita. quippe Aquileiæ sisti bellum, exspectariq; Mucianum iubebat. Adiiciebatq; imperio consilium*, quando Ægyptus, claustra annonæ, vectigalia opulentissimarum prouinciarum obtinerentur, posse Vitellii exercitum egestate stipendii frumentique ad deditionem subigi. *Eadem Mucianus crebris epistolis monebat*, incruentam & sine luctu victoriam, & alia huiuscemodi prætexendo; *sed gloriæ auidus, atque omne belli decus sibi retinens. Ceterùm ex distantibus terrarum spatiis, consilia post res afferebãtur. Igitur, repentino incursu, Antonius stationes hostium irrupit, tentatisq; leui prœlio animis, ex æquo discessum. Mox Cæcina, inter Hostiliam vicum Veronensium, & paludes Tartari fluminis, castra permuniit, tutus loco, cùm terga flumine, latera obiectu paludis tegerẽtur. quòd si affuisset fides, aut opprimi vniuersis Vitellianorum virib. duæ legiones nondum coniuncto Mœsico exercitu potuêre: aut retrò*

acta,

acta, desertâ Italiâ turpem fugam conscivissent. Sed Cæcina, per varias moras, prima hostibus prodidit tempora belli, dum quos armis pellere promtum erat, epistolis increpat, donec per nuntios pacta perfidiæ firmaret. Interim Aponius Saturninus, cum legione septimâ Claudianâ aduênit. Legioni tribunus Vipsanius Messala præerat, claris maioribus, egregius ipse, & qui solus ad id bellum artes bonas attulisset. Has ad copias nequaquam Vitellianis pares (quippe tres adhuc legiones erant) misit epistolas Cæcina, temeritatem victa arma tractantium incusans. Simul virtus Germanici exercitus, laudibus attollebatur, *Vitellii modicâ & vulgari mentione, nullâ in Vespasianum contumeliâ. Nihil prorsus, quod aut corrumperet hostem, aut terreret. Flauianarum partium duces, omissâ prioris fortunæ defensione, pro Vespasiano magnificè, pro caussâ fidenter, de exitu securi, Vitellium vt inimici, vt* ** *innocuum exercitum Mœsicum celebrare. Ac ne inermes prouinciæ,*

7 *barbaris nationibus exponerentur; principes Sarmatarum Iazygum, penes quos ciuitatis regimen, in commilitium asciti, plebem quoque, & vim equitum, quâ solâ valent, offerebant. remissum id munus, ne inter discordias externa molirentur, aut maiore ex diuerso mercede, ius fasq; exuerent. Trahuntur in partes Sido atque Italicus, reges Sueuorum, quibus vetus obsequium erga Romanos, & gens fidei commissæ patientior: opposita in latus auxilia, infestâ Rhætiâ, cui Porcius Septimius procurator erat, incorruptæ erga Vitellium fidei. Igitur Sextilius Felix cum alâ Taurianâ &* VIII. *cohortibus, ac Noricorum iuuentute, ad occupandam ripam Æni fluminis, quod Rhætos Noricosq; interfluit, missus, nec his, aut illis prælium tentantibus, fortunâ partium alibi transactâ.*

8 *Antonio vexillarios è cohortibus, & partem equitum ad inuadendam Italiam rapienti, comes fuit Arrius Varus, strenuus bello, quã gloriam ei dux Corbulo, & prosperæ in Armeniâ res addiderant. Idem, secretis apud Neronem sermonibus, ferebatur Corbulonis virtutes criminatus. Unde, infami gratiâ, primum pilum adepto, læta ad præsens male parta, mox in perniciem vertêre. Sed Primus ac Varus, occupantes Aquileiæ proxima*

queq;, & Opitergii & Altini lætis animis accipiuntur. Reli-ctum Altini præsidium, aduersus classem Rauennatem, nond defectione eius auditâ. Inde Patauium & Ateste partibus ad iunxêre. Illic cognitum, tris Vitellianas cohortes, & alam cui Scribonianæ nomen, ad Forum Alieni, ponte iuncto consedisse. *Placuit occasio inuadendi incuriosos. nam id quoq; nuntiabatur. luce primâ, inermes plerosq; oppressêre. Prædi-ctum*, vt paucis interfectis, ceteros pauore ad mutandam fidem cogerent. *Et fuêre, qui se statim dederent. plures, abru-pto ponte, instanti hosti viam abstulerunt.*

9 *Vulgatâ victo-riâ, post principia belli secundum Flauianos, duæ legiones Se-ptima Galbiana, Tertiadecima Gemina, cum Vedio Aquilâ legato, Patauium alacres veniunt. Ibi pauci dies ad requiem sumti. & Minucius Iustus, præfectus castrorum legionis se-ptimæ, quia adductius quam ciuili bello imperitabat, subtracti militum iræ, ad Vespasianum missus est. Desiderata diu res, in-terpretatione gloriæ, in maius accipitur, postquam Galbæ ima-gines, discordiâ temporum subuersas, in omnibus municipiis recoli iussit Antonius: decorum pro causâ ratus, si placeret Galbæ principatus.* * *Et partes præsumsêre, factâ tribunis & centurionibus retinendi quæ Vitellius indulsisset spe, atq; ipsum Cæcinam non obscure ad transitionem hortabantur. Recitatæ pro concione epistolæ addidêre fiduciam, quòd submissè Cæcina velut offendere Vespasianum timens, ipsorum duces contem-tim tamquam insultantes Vitellio scripsissent.*

10 *Aduentu deinde duarum legionum, è quibus tertiam Dillius Aponianus, octa-uam Numisius Lupus ducebant, ostentare vires, & militari vallo Veronam circumdare placuit. Fortè Galbianæ legioni, in aduersâ fronte valli opus cesserat, & visi procul sociorum equi-tes, vanam formidinem vt hostes fecêre. Rapiuntur arma, & vt proditionis* * *ira militum in T. Ampium Flauianum incu-buit, nullo criminis argumento; sed iam pridem inuisus, turbi-ne quodam ad exitium poscebatur:* propinquum Vitellii, proditorem Othonis, interceptorem donatiui clamitabant. *Nec defensioni locus, quamquam supplices manus tenderet, humi plerumq; stratus, lacerâ veste, pectus atq; ora singultu quatiens.*

Idi-

Id ipsum apud infensos incitamentum erat, tamq̃ nimius pauor conscientiam argueret. Obturbabatur militum vocibus Aponius, cùm loqui cœptaret. fremitu & clamore ceteros aspernantur, vni Antonio apertæ militum aures. Nam & facundia aderat mulcendiq; vulgum artes, & auctoritas. Vbi crudescere seditio, & a conuiciis & probris, ad tela & manus transibant, iniici catenas Flauiano iubet. Sensit ludibrium miles, disiectisq; qui tribunal tuebantur, extrema vis parabatur. Opposuit sinum Antonius stricto ferro, aut militum se manib. aut suis moriturum obtestans: vt quemq; notum, & aliquo militari honore insignem aspexerat, ad ferendam opem nominë ciens. Mox conuersus ad signa & bellorum Deos, hostiũ potius exercitib. illũ furorem, illã discordiã iniicerent, orabat, donec fatisceret seditio, &, extremo iam die, sua quisq; in tentoria dilaberetur. Profectus eâdem nocte Flauianus, obuiis Vespasiani literis, discrimini exemtus est. Legiones, veluti tabe infectæ, Aponium Saturninum Mœsici exercitus legatum, eò atrocius aggrediuntur, quòd non, vt prius, labore & opere fessæ, sed medio diei exarserant, vulgatis epistolis, quas Saturninus ad Vitellium scripsisse credebatur. vt olim virtutis modestiæq;, tunc procacitatis & petulantiæ certamen erat; ne minus violenter Aponium, quàm Flauianum ad supplicium deposcerent. Quippe Mœsicæ legiones adiutã à se Pannoniorum vltionem, referentes; & Pannonici, velut absoluerentur, aliorum seditione, iterare culpam gaudebant. In hortos, in quib. diuertebatur Saturninus, pergunt. Nec tam Primus & Aponianus, & Messala, quamquam omni modo, nisi eripuêre Saturninum quam obscuritas latebrarum, quib. occulebatur, vacantium forte balnearum fornacib. abditus. Mox, omissis lictorib. Patauium concessit. Digressu Consularium, vni Antonio vis ac potestas in vtrumq; exercitum fuit; cedentib. collegis, & obuersis militum studiis. Nec deerant qui crederent, vtramq; seditionem fraude Antonii cœptam, vt solus bello frueretur. Ne in Vitellii quidem partibus quietæ mentes. exitiosiore discordiâ, non suspicionibus vulgi, sed perfidiâ ducum turbabantur. Lucilius Bassus, classis Rauennatis præfectus, ambiguos militum

animos, quòd magna pars Dalmatæ Pannoniíque erant, quæ prouinciæ Vespasiano tenebantur, partibus eius aggregauerat. Nox proditioni electa, vt ceteris ignaris, soli in principia defectores coirent. Bassus, pudore seu metu quisnam exitus foret, intra domum opperiebatur. Trierarchi, magno tumultu, Vitellii imagines inuadunt, & paucis resistentium obtruncatis, ceterum vulgus rerum nouarum studio, in Vespasianum inclinabat. Tum progressus Lucilius auctorem se palam præbet. classis Cornelium Fuscum præfectum sibi destinat, qui propere accurrit. Bassus, honoratâ custodiâ liburnicis nauibus Hadriam peruectus, à præfecto alæ Mennio Rufino, præsidium illic agitante, vincitur. Sed exsoluta statim vincula, interuentu Hormi Cæsaris liberti. is quoque inter duces habebatur. At Cæcina, defectione classis vulgatâ, primores centurionum, & paucos militum, ceteris per militiæ munera dispersis, secreta castrorum affectans, in principia vocat. Ibi Vespasiani virtutem, virésque partium extollit: transfugisse classem, arcem commeatuum, aduersas Gallias Hispaniásque, nihil in vrbe fidum: *atque omnia de Vitellio in deterius. Mox, incipientibus qui conscii aderant, ceteros re nouâ attonitos, in verba Vespasiani adigit. Simul Vitellii imagines direptæ, & missi qui Antonio nuntiarent. Sed vbi totis castris in famâ proditio, recurrens in principia miles, præscriptum Vespasiani nomen, proiectas Vitellii effigies aspexit: vastum primò silentium, mox cuncta simul rumpunt.* Huc cecidisse Germanici exercitus gloriam, vt sine prœlio, sine vulnere, vinctas manus, & capta traderet arma? Quas enim ex diuerso legiones? Nempe victas. Et abesse vnicum Othoniani exercitus robur, primanos quartadecimanósque. quos tamen iisdem campis illis fuderint strauerintque, vt tot armatorum millia velut grege venalium exsuli Antonio donum darentur. Octo nimirum legiones vnius classis accessionem fore. Id Basso, id Cæcinæ visum, postquam domos, hortos, opes, principi abstulerint, etiam militibus principem auferre, licet integros incruentósque, Flauianis quoque partibus viles. Quid dicturos reposcentibus aut prospera, aut aduersa? *Hæc singuli,*

singuli, hæc vniuersi, vt quemque dolor impulerat, vociferantes, initio à quintâ legione orto, repositis Vitellii imaginib. vincla Cæcinæ iniiciunt. Fabium Fabulum, quintæ legionis legatum, & Cassium Longum præfectum castrorum, duces diligunt. Fortè oblatos trium liburnicarum milites, ignaros & insontes trucidant. Relictis castris, abrupto ponte, Hostiliam rursus, inde Cremonam pergunt, vt legionibus Primæ Italicæ & Vnietvicesimæ Rapaci iungerentur: quas Cæcina ad obtinendam Cremonam, cum parte equitum præmiserat.

15 *Vbi hæc comperta Antonio, discordes animis, discretos viribus hostium exercitus aggredi statuit, antequam ducibus auctoritas, militi obsequium, & iunctis legionibus fiducia rediret. namque Fabium Valentem profectum ab vrbe, acceleraturumq́;, cognitâ Cæcinæ proditione, coniectabat. Et fidus Vitellio Fabius, nec militiæ ignarus. Simul ingens Germanorum vis, per Rhætiam timebatur: & Britanniâ, Galliâq́; & Hispaniâ auxilia Vitellius acciuerat, immensam belli luem, ni Antonius idipsum metuens, festinato prœlio victoriam præcepisset. Vniuerso cum exercitu, secundis à Veronâ castris, Bedriacū venit. Postero die, legionibus ad muniendum retentis, auxiliares cohortes in Cremonensem agrum missæ, vt specie parandarum copiarum, ciuili præda miles imbueretur. Ipse cum quattuor millib. equitum, ad octauum à Bedriaco progressus, quò licentiùs popularentur.*

16 *Exploratores (vt mos est) longius curabant. Quintâ fermè horâ diei erat, cùm citus eques,* aduentare hostes, prægredi paucos, motum fremitumque latè audiri, nuntiauit. *Dum Antonius, quidnam agendum consultat, auditate nauandæ operæ Arrius Varus cum promtissimis equitum prorupit, impulitq́; Vitellianos modicâ cæde. nam plurium accursu, versa fortuna, & acerrimus quisque sequentium, fugæ vltimus erat. nec sponte Antonii properatum, & fore quæ acciderant, rebatur.* *Hortatus suos,* vt magno animo capesserent pugnam, *diductis in latera turmis, vacuum in medio reliquit iter, quo Varum equitesq́; eius reciperet. Iussæ armari legiones, datum per agros signum, vt quâ cuique proximum, omissâ prædâ, prœlio occurrerent. Pauidus interim Varus, turbæ suorum miscetur,*

intulitq; formidinem. Pulsi cum sauciis integri, suometipsi metu, & angustiis viarum conflictabantur. Nullum in illa trepidatione Antonius constantis ducis, aut fortissimi militis officium omisit. occursat pauentibus, retinet cedentes. vbi plurimus labor, vnde aliqua spes, consilio, manu, voce insignis hosti, conspicuus suis, eò postremo ardoris prouectus est, vt vexillarium fugientem hastâ transuerberarit. mox raptum vexillum in hostem vertit. quo pudore, haut plures quam centum equites restitêre. Iuuit locus, artiore illic viâ, & fracto interfluentis riui ponte, qui incerto alueo, & præcipitibus ripis, fugam impediebat. Ea necessitas, seu fortuna, lapsas iam partes restituit. Firmati inter se, densis ordinibus, excipiunt Vitellianos temerè effusos. atq; illi consternantur. Antonius instare perculsis, sternere obuios: Simul ceteri, vt cuique ingenium, spoliare, capere, arma equosq; abripere. & exciti prospero clamore, qui modò per agros fugâ palabantur, victoriæ se miscebant. Ad quartum à Cremonâ lapidem, fulsêre legionum signa, Rapacis atque Italicæ, læto inter initia equitum suorum prœlio, illuc vsque prouecta. Sed vbi fortuna contra fuit, non laxare ordines, non recipere turbatos, non obuiam ire, vltroq; aggredi hostem, tantum per spatium cursu & pugnando fessum. fortè victi, haut perinde rebus prosperis ducem desiderauerant, atque in aduersis deesse intelligebant. Nutantem aciem, victor equitatus incursat. Et Vipsanius Messala tribunus, cum Mœsicis auxiliarib. assequitur, quos militiæ gloriâ legionariis quamquam raptim ductos, æquabat. Ita mixtus pedes equesq;, rupêre legionum agmen. Et propinqua Cremonensium mœnia, quanto plus spei ad effugium, minorem ad resistendum animum dabant. Nec Antonius vltrà institit, memor laboris ac vulnerum, quibus tam anceps prælii fortuna, quamuis prospero fine, equites equósque afflictauerat. Inumbrante vesperâ, vniuersum Flauiani exercitus robur aduenit. Vtque cumulos super, & recentia cæde vestigia incessere, quasi debellatum foret, pergere Cremonam, & victos in deditionem accipere, aut expugnare deposcunt. Hæc in medio, pulcra dictu. Illa sibi quisque: Posse coloniam plano sitam impetu capi. Idem audaciæ per tenebras

17

18

19

nebras

nebras irrumpentib. & maiorē rapiendi licentiam. Quod si lucem operiantur, iam pacem, iam preces, & pro labore ac vulneribus, clementiam & gloriam inania laturos. sed opes Cremonensium, in sinu præfectorum legatorumq́; fore. Expugnatæ vrbis prædam, ad militem; deditæ, ad duces pertinere. *Spernuntur centuriones tribuniq́;, ac ne vox cuiusquam audiatur, quatiunt arma, rupturi imperium, ni ducantur. Tum Antonius inserens se manipulis, vbi aspectu & auctoritate silentium fecerat.* Non se decus neque pretium eripere tam benè meritis *affirmabat:* sed diuisa inter exercitum ducesq́ue munia. militibus cupidinem pugnandi conuenire; duces prouidendo, consultando, cunctatione sæpius, quàm temeritate prodesse. Vt pro virili portione, armis ac manu victoriam iuuerit; ratione & consilio, propriis ducis artibus, profuturum. Neque enim ambigua esse quæ occurrant, noctem, & ignotæ situm vrbis, intus hostes, & cuncta insidiis opportuna. non si pateant portæ, nisi explorato, nisi die, intrandum. An oppugnationem inchoaturos, ademto omni prospectu, quis æquus locus, quanta altitudo mœnium? tormentis ne, & telis, an operibus, & vineis aggredienda vrbs foret? *Mox conuersus ad singulos,* num secures, dolabrasq́;, & cetera expugnandis vrbib. secum attulissent? *rogitabat. Et cùm abnuerent,* gladiis ne, *inquit,* & pilis, perfringere ac subruere muros, vllæ manus possunt? Si aggerem struere, si pluteis cratibúsve protegi necesse fuerit, vt vulgus improuidum irriti stabimus, altitudinem turrium, & aliena munimenta mirantes? Quin potius morâ noctis vnius, aduectis tormentis machinisq́ue, vim victoriamq́ue nobiscum ferimus. *Simul lixas calonésque cum recentissimis equitum, Bedriacum mittit, copias ceteraq́; vsui, allaturos. Id verò ægrè tolerante milite, propè seditionem ventum, cùm progressi equites sub ipsa mœnia, vagos ex Cremonensibus corripiunt. quorum indicio noscitur, sex Vitellianas legiones, omnemq́; exercitum, qui Hostiliæ egerat, eo ipso die triginta millia passuum emensum, cōpertâ suorum cla-*

de, in prœlium accingi, ac iam affore. Is terror abstructas mentes, consiliis ducis, aperuit. Sistere tertiamdecimam legionem, in ipso viæ Postumiæ aggere iubet, cui iuncta à læuo septima Galbiana, patenti campo stetit: dein septima Claudiana, agresti fossa (ita locus erat) præmunita; dextro, octaua per apertum limitem; mox tertiadecima, densis arbustis intersepta. Hic aquilarum signorumq; ordo. Milites mixti per tenebras, vt fors tulerat. prætorianum vexillum, proximum tertianis. Cohortes auxiliorum, in cornibus. latera ac terga, equite circumdata. Sido atque Italicus Sueui, cum delectis popularium, primori in acie versabantur. At Vitellianus exercitus, cui acquiescere Cremonæ, & reciperatis cibo somnoq; viribus, confectum algore atque mediâ hostem, posterâ die profligare ac proruere, ratio fuit: indigus rectoris, inops consilii, tertiâ fermè noctis horâ, paratis, iamq; dispositis Flauianis impingitur. Ordinem agminis disiecti per iram ac tenebras, asseuerare non ausim, quamquam *alii tradiderint*, quartam Macedonicam, dextro suorum cornu, quintam & quintamdecimam, cum vexillis nonæ, secundæque, & vicesimæ, Britannicarum legionum, mediam aciem; sextadecimanos, duo & vicesimanosque, & primanos, læuum cornu complesse. *Rapaces atque Italici, omnibus se manipulis miscuerant. Equites, auxiliaq; sibi ipsi locum legêre. Prœlium totâ nocte varium, anceps, atrox; his, rursus illis, exitiabile. Nihil animus, aut manus, ne oculi quidem prouisu iuuabant. Eademq;, vtrâq; acie, arma: crebris interrogationibus, notum pugnæ signum: permixta vexilla, vt quisq; globus, capta ex hostibus, huc vel illuc raptabat. Vrgebatur maximè septima legio, nuper à Galbâ conscripta. Occisi sex primorum ordinum centuriones, abrepta quædam signa. Ipsam Aquilam, Atilius Verus primipili centurio, multa cum hostium strage, & ad extremum moriens, seruauerat. Sustinuit labentem aciem Antonius, accitis prætorianis, qui vbi excepêre pugnam, pellunt hostem, dein pelluntur. Namque Vitelliani, tormenta in aggerem viæ contulerant, vt tela vacuo atque aperto excuterentur, dispersa primo & arbustis sine hostium noxa illisa. Magnitudine eximiâ, quartadecimæ legionis balista, ingentibus saxis hostilem aciem proruebat: lateq;*

cladem

cladem intulisset, ni duo milites præclarum facinus ausi, arreptis è strage scutis, ignorati vincla ac libramenta tormentorum abscidissent. Statim confossi sunt, eoq; intercidêre nomina. de facto haut ambigitur. Neutrò inclinauerat fortuna, donec adultâ nocte, luna surgens ostenderet acies, falleretq;. Sed Flauianis æquior à tergo. hinc maiores equorum virorumq; vmbræ, & falsò, vt in corpora, ictu, tela hostium citra cadebant. Vitelliani, aduersò lumine collucentes, velut ex occulto iaculantibus, incauti offerebantur. Igitur Antonius, vbi noscere suos, nosciq; poterat, alios pudore & probris, multos laude & hortatu, omnes spe promissisq; accendens, cur rari sumsissent arma *Pannonicas legiones interrogabat?* Illos esse campos, in quibus abolere labem prioris ignominię, vbi reciperare gloriam possent. *Tum ad Mœsicos conuersus*, principes auctoresque belli ciebat: Frustra minis & verbis prouocatos Vitellianos, si manus eorum oculosque non tolerent. *Hæc vt quosq; accesserat. Plura ad Tertianos*, veterum recentiumque admonens: vt sub M. Antonio Parthos, sub Corbulone Armenios, nuper Sarmatas pepulissent. *Mox infensus prætorianis*: Vos, *inquit*, nisi vincitis pagani, quis alius imperator, quæ castra alia excipient? Illic signa armaque vestra sunt, & mors victis. Nam ignominiam cōsumsistis. *Vndique clamor. & orientem solem (ita in Syriâ mos est) Tertiani salutauêre. Vagus inde, an consilio ducis, subditus rumor*, aduenisse Mucianum, exercitus inuicem salutasse. *gradum inferunt, quasi recentibus auxiliis aucti, rariore iam Vitellianorum acie, vt quos, nullo rectore, suus quemq; impetus vel pauor contraheret, diduceretve. Postquam pulsos sensit Antonius, denso agmine obturbat. laxati ordines abrumpuntur, nec restitui quiuêre, impedientibus vehiculis, tormentisque. Per limitem viæ sparguntur, consectandi festinatione, victores. eo notabilior cædes fuit, quia filius patrem interfecit. Rem nominaq;, auctore Vipsanio Messalâ, tradam. Iulius Mansuetus, ex Hispaniâ, Rapaci legioni additus, impuberem filium domi liquerat. Is mox adultus, inter septimanos à Galbâ conscriptus, oblatum fortè patrem & vulnere stratum,*

dum ſemianimem ſcrutatur, agnitus, agnoſcensq́;, & exa[n]guem amplexus, voce flebili precabatur piatos patris m[a]nes, néve ſe vt parricidam aduerſarentur. publicum id f[a]cinus: & vnum militem quotam ciuilium armorum pa[r]tem? *Simul attollere corpus, aperire humum, ſupremo erga p[a]rentem officio fungi. Aduertêre proximi, deinde plures. hinc p[er] omnem aciem miraculum, & queſtus,* & ſæuiſſimi belli exſ[e]cratio. *Nec eo ſegnius propinquos, affines, fratres trucida[nt] ſpoliant. Factum eſſe ſcelus loquuntur, faciuntq́;. Vt Crem[o]nam venêre, nouum immenſumq́; opus incurrit. Othonia[no] bello, Germanicus miles mœnibus Cremonenſium caſtra ſu[a], caſtris vallum circumiecerat. eaq́; munimenta rurſus aux[e]rat. Quorum aſpectu hæsêre victores, incertis ducibus quid i[u]berent.* Incipere oppugnationem, feſſo per diem noctéq[ue] exercitu, arduum; & nullo iuxtà ſubſidio, anceps. Sin B[e]driacum redirent; intolerandus tam longi itineris labo[r], & victoria ad irritum reuoluebatur. Munire caſtra; [id] quoque propinquis hoſtibus formidoloſum, ne diſpe[r]ſos & opus molientes ſubitâ eruptione turbarent. *Quæ ſ[u]per cuncta, terrebat ipſorum miles, periculi quam moræ patien[]tior.* Quippe ingrata quæ tuta, & ex temeritate, ſpes, o[]mniſque cædes, & vulnera, & ſanguis, auiditate præd[æ] penſabantur. *Huc inclinauit Antonius, cingiq́; vallum cor[o]nâ iuſſit. Primò ſagittis ſaxiſq́; eminus certabant, maiore Fl[a]uianorum pernicie, in quos tela deſuper librabantur. Mo[x] vallum portaſq́; legionibus attribuit, vt diſcretus labor fort[es] ignauoſq́; diſtingueret, atq́; ipsâ contentione decoris accend[e]rentur. Proxima Bedriacenſi viæ, tertiani ſeptimaniq́; ſumſe[]re; dexteriora valli, octaua ac ſeptima Claudiana; tertiadeci[]manos, ad Brixianã portã impetus tulit. Paulũ inde moræ, d[um] è proximis agris ligones, dolabras, & alii falces, ſcalaſq́; conue[]ctant. Tum, elatis ſuper capita ſcutis, densâ teſtudine ſuccedũ[t]. Romanæ vtrimq́; artes. pondera ſaxorum Vitelliani prouo[l]uunt, diſiectam fluitantemq́; teſtudinem lanceis contiſq́; ſcru[]tantur, donec ſolutâ compage ſcutorum exangues aut lacer[os] proſternerent. Multâ cum ſtrage inceſſerat cunctatio, ni duc[es]*

fiſſ

fesso militi, & velut irritas exhortationes abnuenti, Cremonam monstrassent. Hormine id ingenium, vt Messala tradit, an potior auctor sit C. Plinius, qui Antonium incusat, haut facilè discreuerim: nisi quòd neque Antonius, neq; Hormus, a famâ vitaq; suâ, quamuis pessimo flagitio, degenerauêre. Non iam sanguis, neq; vulnera morabantur, quin subruerent vallum, quaterentq; portas, innixi humeris, & super iteratam testudinem scandentes, prehensarent hostium tela brachiaq;. integri cum sauciis, semineces cum exspirantibus voluuntur, variâ 9 *pereuntium formâ, & omni imagine mortium. Acerrimum, septimæ, tertiæq; legionum, certamen. Et dux Antonius, cum delectis auxiliaribus, eodem incubuerat. Obstinatos inter se, cũ sustinere Vitelliani nequirent, & superiecta tela testudine laberentur, ipsam postremò balistam in subeuntes propulêre: quæ vt ad præsens disiecit obruitq; quos inciderat, ita pinnas ac summa valli ruinâ suâ traxit. Simul iuncta turris, ictibus saxorum cessit. quâ septimani dum nituntur cuneis, tertiani securibus gladiisq; portam perfregit. Primum irrupisse C. Volusium tertiæ legionis militem, inter omnes auctores constat. Is in vallum egressus, deturbatis qui resisterent, conspicuus manu ac voce, capta castra conclamauit. Ceteri, trepidis iam Vitellianis, seq; è vallo præcipitantibus, perrupêre, completur cæde* 0 *quantum inter castra murosq;, vacui fuit. Ac rursus noua laborum facies, ardua vrbis mœnia, saxeæ turres, ferrati portarum obices, vibrans tela miles, frequens obstrictusq; Vitellianis partibus Cremonensis populus, magna pars Italiæ stato in eosdem dies mercatu congregata. quod defensoribus auxilium ob multitudinem, oppugnantibus incitamentum ob prædam erat. Rapi ignes Antonius, inferriq; amœnissimis extra vrbem ædificiis iubet: si damno rerum suarum, Cremonenses ad mutandam fidem traherentur. propinqua muris tecta, & altitudinem mœnium egressa, fortissimo quoq; militum complet. Illi trabib.* 1 *tegulisq;, & facibus, propugnatores deturbant. Iam legiones in testudinem glomerabantur, & alii tela saxaq; incutiebant, cùm languere paulatim Vitellianorum animi, & vt quisque ordine anteibat, cedere fortunâ: ne Cremonâ quoque excisâ,*

nulla vltrà venia, omnisq; ira victoris non in vulgus inopi sed in tribunos centurionesque, vbi pretium cædis erat, reuerteretur. Gregarius miles, futuri socors, & ignobilitate tutior perstabat. Vagi per vias, in domibus abditi, pacem ne tum quidem orabant, cùm bellum posuissent. Primores castrorum nomen atq; imagines Vitellii amoliũtur. Catenas Cæcinæ (nam etiam tum vinctus erat) exsoluunt, orantq;, vt caussæ suæ deprecator assistat. Aspernantem tumentemq;, lacrymis fatigant. extremum malorum, tot fortissimi viri, proditoris opem inuocantes, mox velamenta & infulas pro muris ostentãt. Cùm Antonius inhiberi tela iussisset, signa aquilasq; extulêre. Mæstum inermium agmen, deiectis in terram oculis, sequebatur. Circumsisterant victores, & primò ingerebant probra, intentabant ictus. Mox vt præberi ora contumeliis, & positâ omni ferociâ, cuncta victi patiebantur, subit recordatio, illos esse, qui nuper Bedriaci victoriæ temperassent. Sed vbi Cæcina, prætextâ lictoribusq; insignis, dimotâ turbâ, consul incessit: exarsere victores. superbiam, sæuitiamq; (adeò inuisa scelera sunt) etiam perfidiam, obiectabant. Obstitit Antonius, datisq; defensorib. ad Vespasianum dimisit. Plebs interim Cremonensium 31 *inter armatos conflictabatur. nec procul cæde aberant, cùm precibus ducum mitigatus est miles. Et vocatos ad concionem Antonius alloquitur, magnificè victores, victos clementer. de Cremonâ in neutrum. Exercitus, præter insitam prædandi cupidinem, vetere odio ad excidium Cremonensium incubuit. Iuuisse partes Vitellianas, Othonis quoq; bello, credebantur. Mox tertiadecimanos ad exstruendum amphitheatrum relictos, vt sunt procacia vrbanæ plebis ingenia, petulantib. iurgiis illuserant. Auxit inuidiam* editum illic à Cæcinâ gladiatorum spectaculum, eademque rursus belli sedes, & præbiti in acie Vitellianis cibi: cæsæ quædam feminæ, studio partium ad prœlium progressæ. Tempus quoque mercatus, ditem alioquin coloniam, maiorum opum specie complebat. *Ceteri duces in obscuro, Antonium fortuna famaq; omnium oculis exposuerat. Is balineas, abluendo cruori, properè petit. Excepta vox est, cum teporem incusaret,* statim futurũ

vt in-

vtincalescerent. *Vernile dictum omnem inuidiam in eum vertit, tanquam signum incendendæ Cremonæ dedisset, quæ iam*
33 *flagrabat. Quadraginta armatorum millia irrupêre, calonum lixarumq́; amplior numerus, & in libidinem ac sæuitiam corruptior. Non dignitas, non ætas protegebat, quo minus stupra cædibus, cædes stupris miscerentur. Grandæuos senes, exactâ ætate feminas, viles ad prædam, in ludibrium trahebant. Vbi adulta virgo, aut quis formâ conspicuus incidisset, vi manibusq́; rapientium diuulsus, ipsos postremò direptores in mutuam perniciem agebat. Dum pecuniam, vel grauia auro templorum dona, sibi quisq́; trahunt, maiore aliorum vi trũcabatur. Quidam obuia aspernati, verberibus tormentisq́; dominorum, abdita scrutari, defossa eruere. Faces in manib. quas, vbi prædam egesserant, in vacuas domos, & inania templa, per lasciuiam iaculabantur. Vtq́; exercitu vario linguis, moribus, cui ciues, socii, externi interessent, diuersæ cupidines, & aliud cuiq́; fas, nec quidquam illicitum. Per quatriduum Cremona suffecit. cùm omnia sacra profanaq́; in igne considerent, solum Mephi-*
34 *tis templum stetit ante mœnia, loco seu numine defensum. Hic exitus Cremonam habuit, anno* CCLXXXVI. *à primordio sui. Condita erat Ti. Sempronio & P. Cornelio Consulib. ingruente in Italiam Hannibale, propugnaculum aduersus Gallos trans Padum agentes, & si qua alia vi per Alpes rueret. Igitur numero colonorum, opportunitate fluminum, vbere agri, annexu, connubiisq́; gentium adoleuit floruitq́;, bellis externis intacta, ciuilib. infelix. Antonius pudore flagitii, crebrescente inuidiâ, edixit,* ne quis Cremonenses captiuos detineret. *Irritamq́; prædam militib. effecerat consensus Italiæ, emtionem talium mancipiorum aspernantis. Occidi cœpêre. quod vbi enotuit, a propinquis affinibusq́; occultè redimebantur. mox rediit Cremonam reliquus populus. reposita fora, templaq́;, magni-*
35 *ficentiâ municipum, & Vespasianus hortabatur. Ceterùm assidere sepultæ vrbis ruinis, noxia tabo humus, haud diu permisit. Ad tertium lapidem progressi, vagos pauentesq́; Vitellianos, sua quemq́; apud signa componunt. Et victæ legiones, ne manente adhuc ciuili bello ambiguè agerent, per Illyricum di-*

spersa. In Britanniam inde, & Hispanias, nuntios famamq; in Galliam. Iuliũ Calenum tribunum; in Germaniã, Alpinum Mõtanum præfectum cohortis, quod hic Treuir, Calenus Æduus, vterq; Vitelliani fuerant, ostentui misère. Simul transitus Alpiũ, præsidiis occupati; suspectâ Germaniâ, tamquam in auxilium Vitellii accingeretur. At Vitellius, profecto Cæcinâ, cùm 36 *Fabiũ Valentem paucis pòst diebus ad bellum impulisset, curis luxum obtendebat: non parare arma, non alloquio exercitioq; militem firmare, non in ore vulgi agere, sed vmbraculis hortorum abditus, vt ignaua animalia, quib. si cibum suggeras, iacent torpentq;, præterita, instantia, futura, pari obliuione dimiserat. Atque illum in nemore Aricino desidem & marcẽtem, proditio Lucilii Bassi, ac defectio classis Rauennatis perculit. Nec multo pòst de Cæcinâ affertur mixtus gaudio dolor,* & defecisse, & ab exercitu vinctũ, *plus apud secordem animũ lætitia, quam cura valuit. Multâ cum exsultatione in vrbem reuectus, frequenti concione, pietatem militum laudib. cumulat. P. Sabinum prætorii præfectum*, ob amicitiã Cęcinę vinciri iubet, *substituto in locum eius Alpheno Varo. Mox Senatum,* 37 *compositâ in magnificentiã oratione, allocutus, exquisitis Patrum adulationib. attollitur. Initium atrocis in Cæcinã sententiæ, à L. Vitellio factum. Dein ceteri, cõposita indignatione,* quod Consul Rempublicã, dux imperatorẽ, tantis opibus, tot honorib. cumulatus, amicũ prodidisset, *velut pro Vitellio conquerentes, suum dolorẽ proferebãt. nulla, in oratione cuiusquam, erga Flauianos duces obtrectatio. errorẽ imprudẽtiamq; exercituum culpantes, Vespasiani nomen suspensi & vitabundi circumibant. Nec defuit, qui vnum Cõsulatus diem (is n. in locum Cæcinæ supererat) magno cum irrisu accipientis, tribuentisq;, eblandiretur. Pridie kalend. Nouembr. Rossius Regulus iniit, eiurauitq;. Annotabant periti,* nunq̃ antea non abrogato magistratu, neq; lege latâ, aliũ suffectũ. *Nam Consul vno die & antè fuerat Caninius Rebilus, C. Cæsare Dictatore, cùm belli ciuilis præmia festinarentur. Nota per eos dies Iunii* 38 *Blæsi mors, & famosa fuit; de quâ sic accepimus. Graui corporis morbo æger Vitellius, Seruilianis hortis, turrim vicino sitam*

collu-

colluceret per noctē crebris luminib. animaduertit. Sciscitanti caussam, apud Cæcinā Tuscū epulari multos, pcipuū honore Iuniū Blęsum nūtiatur. *Cetera in maius*, de apparatu, & solutis in lasciuiā animis. *Nec defuêre, qui ipsum Tuscum & alios, sed criminosius Blæsum incusarent, q̄ ægro principe* lætos dies ageret. *Ubi asperatum Vitellium, & posse Blæsum peruerti, satis patuit iis, qui principum offensas acriter speculantur, datæ L. Vitellio delationis partes. Ille infensus Blæso, æmulatione praua, quòd eum omni dedecore maculosum, egregià famâ anteibat, cubiculum imperatoris reserat: filium eius sinu cōplexus, & genib. accidens, caussam confusionis quærenti.* Non se pprio metu, nec sui anxium, sed pro fratre, pro liberis fratris, preces lacrymasq; attulisse. Frustra Vespasianum timeri, quem tot Germanicæ legiones, tot prouinciæ virtute ac fide, tantum deniq; terrarū ac maris immensis spatiis arceat. In vrbe ac sinu cauendū hostem, Iunios Antoniosq; auos iactantē, qui se stirpe imperatoriâ comē ac magnificū militib. ostentet. Versas illuc omniū mentes, dū Vitellius amicorum inimicorumq; negligēs, fouet æmulum, principis labores è conuiuio prospectantem. Reddendā pro intempestiuâ lætitiâ mæstam & funebrē noctē, quâ sciat & sentiat viuere Vitellium, & imperare, & si quid fato accidat, filium habere.

9 *Trepidanti inter scelus metumq;, ne dilata Blæsi mors maturam perniciē, palàm iussa atrocem inuidiam ferret: placuit veneno grassari. Addidit facinori fidem, nobili gaudio, Blæsum visendo. quin & audita est sæuissima Vitellii vox, quâ (ipsa n. verba referam)* se pauisse oculos, spectatâ inimici morte, *iactauit. Blæso super claritatem natalium & elegantiā morum, fidei obstinatio fuit. Integris quoq; reb. a Cæcinâ & primoribus partium iam Vitellium aspernantib. ambîtus, abnuere perseuerauit; sanctus, inturbidus, nullius repentini honoris, adeò nō principatus appetēs, vt parum effugeret, ne dignus crederetur.*

10 *Fabius interim Valens, multo ac molli cōcubinarum spadonumq; agmine, segnius quā ad bellum incedēs*, proditā à Lucilio Basso Rauennatem classem, *pernicib. nuntiis accepit. Et si cœptum iter properasset,*

nutantem Cæcinam præuenire, aut, ante discrimen pugnæ, as-qui legiones potuisset. Nec deerant, qui monerent, vt cum fi-dissimis per occultos tramites, vitatâ Rauennâ, Hostiliam Cremonámve pergeret. *Aliis placebat*, accitis ex vrbe prætoriis cohortibus, validâ manu perrumpere. *Ipse, inu-tili contatione, agendi tempora consultando consumsit. Mox vtrumq; consilium aspernatus, quod inter ancipitia deterri-mum est, dum media sequitur, nec ausus est satis, nec prouidit. Missis ad Vitellium litteris*, auxiliũ postulat. *Venêre tres co-hortes, cum alâ Britãnicâ, neq; ad fallendũ aptus numerus, neq; ad penetrãdum. Sed Valens, ne in tãto discrimine quidem, in-famiâ caruit, quo minus illicitas rapere voluptates, adulteriiq; ac stupris polluere hospitum domus crederetur. Aderant vis & pecunia, & ruentis fortunæ nouissima libido. Aduẽtu demum peditum equitumq; prauitas cõsilii patuit, quia nec vadere per hostes tam paruâ manu poterat, etsi fidissima foret, nec integrã fidem attulerãt. Pudor tamẽ, & præsentis ducis reuerentia mo-rabatur, haut diuturna vincula apud auidos periculorum, & dedecoris securos. Eo metu, & paucis, quos aduersa nõ mutaue-rant, comitantib. cohortes Ariminum præmittit. Alã tueri ter-ga iubet. Ipse flexit in Vmbriam, atq; inde in Etruriam, vbi co-gnito pugnæ Cremonensis euentu, no ignauum, & si pueniss[illegible] atrox cõsilium iniit, vt arreptis nauib. in quamcunq; partem Narbonensis prouinciæ egressus, Gallias & Germaniæ gent[es] nouumq; bellum cieret. Digresso Valente, trepidos, qui Ar-minum tenebant, Cornelius Fuscus admoto exercitu, & mis[sis] per proxima litorum liburnicis, terrâ mariq; circumuen[it]. Occupantur plana Vmbriæ, & qua Picenus ager Hadriâ a[l-]luitur. omnisq; Italia, inter Vespasianum ac Vitellium, Ape[n-]nini iugis diuidebatur. Fabius Valens, è sinu Pisano, segniti[a] maris, aut aduersante vento, Portũ Herculis Monœci depe[l-]litur. haut procul inde agebat Marius Maturus, Alpium ma[-]ritimarũ procurator, fidus Vitellio, cuius sacramentũ, cunct[a] circũ hostilib. nõ exuerat. Is Valentẽ comiter exceptũ, ne Galli[am] Narbonẽsem temere ingrederetur monẽdo terruit; simul cete-rorum fides metu intacta. Nam circumiectas ciuitates, pro-*

cura

curator Valerius Paullinus, strenuus militiæ, & Vespasiano
3 ante fortunam amicus, in verba eius adegerat. Concitisque omnibus, qui exauctoritati à Vitellio bellum sponte sumebant, Foroiuliensem coloniam, claustráque maris præsidio tuebatur: eo grauior auctor, quòd Paullino patria Forum Iulij, & honos apud prætorianos, quorum quondam tribunus fuerat. Ipsiq; pagani, fauore municipali, & futuræ potētiæ spe iuuare partes annitebantur. quæ vbi paratu firma, & aucta rumore, apud varios Vitellianorum animos increbruere; Fabius Valens cum quattuor speculatoribus, & tribus amicis, totidem centurionibus ad naues regreditur maturè: ceterisq; remanere, & in verba Vespasiani adigi volentibus fuit. Ceterùm vt mare tutius Valenti, quàm litora, aut vrbes; ita futuri ambiguus, & magis quid vitaret quàm cui fideret certus, aduersa tempestate Stœchadas Massiliensium insulas affertur. Ibi eum, missæ à Paul-
4 lino liburnicæ, oppressere. Capto Valente, cuncta ad victoris opes conuersa, initio per Hispaniam à primâ Adiutrice legione orto. quæ memoriâ Othonis infensa Vitellio, decimam quoque ac sextam traxit. Nec Galliæ cuntabantur. Et Britanniam, inclytus erga Vespasianum fauor, quòd illic secundæ legioni a Claudio præpositus, & bello clarus egerat, non sine motu adiunxit ceterarum: in quibus plerique centuriones ac milites a Vi-
5 tellio prouecti, expertum iam principem anxij mutabant. Eâ discordiâ, & crebris belli ciuilis rumoribus, Britanni sustulere animos, auctore Venusio: qui super insitam ferociam, & Romani nominis odium, proprijs in Carthismanduam reginā stimulis accedebatur. Carthismandua Brigantibus imperitabat, pollens nobilitate: & auxerat potentiā, postquam capto per dolum rege Carataco, instruxisse triumphum Claudij Cæsaris videbatur. Inde opes, & rerum secundarum luxus. spreto Venusio, is fuit maritus, armigerum eius Vellocatum in matrimonium regnumq; accepit. concussa statim flagitio domus. Pro marito, studia ciuitatis: pro adultero, libido reginæ, & sæuitia. Igitur Venusius, accitis auxilijs, simul ipsorum Brigantum defectione, in extremum discrimen Carthismanduam adduxit. Tum petita à Romanis præsidia & cohortes alæque nostræ va-

riis prœlis, exemere tamen periculo reginam. Regnum Vespasio, bellum nobis relictum. Turbata per eosdem dies Germania, & secordiâ ducum, & seditione legionum. Externâ vi, & perfidiâ sociali, prope afflicta Romana res. Id bellum, cum caussis & euentibus (etenim longius prouectum est) mox memorabimus. Mota & Dacorum gens, numquam fida, tunc sine metu abducto è Mœsiâ exercitu. sed prima rerum, quieti speculabantur: vbi flagrare Italiam bello, cuncta inuicem hostilia, accepere, expugnatis cohortium alarúmque hibernis, vtrâque Danubij ripâ potiebantur. Iamq; castra legionum exscindere parabant, ni Mucianus sextam legionem opposuisset, Cremonensis victoriæ gnarus, ac ne externa moles vtrimq; ingrueret, si Dacus Germanúsque diuersi irrupissent. Affuit vt sæpè aliàs fortuna populi Ro. quæ Mucianum viresque Orientis illuc tulit: & quod Cremonæ interim transegimus. Fonteius Agrippa ex Asiâ (proconsul eam prouinciam annuo imperio tenuerat) Mœsiæ præpositus est: additis copiis è Vitelliano exercitu, quem spargi per prouincias, & externo bello illigari, pars consilij, pacisque erat. Nec ceteræ nationes silebant. Subita per Pontum arma, Barbarum mancipium, regiæ quondam classis præfectus, mouerat. Is fuit Anicetus Polemonis libertus, præpotens olim, & postquam regnum in formam prouinciæ verterat, mutationis impatiens. Igitur Vitellij nomine, adscitis gentibus, quæ Pontum accolunt, corrupto in spem rapinarum egentissimo quoque, haut temnendæ manus ductor, Trapezuntem, vetustam admodum ciuitatem, à Græcis in extremo Ponticæ ore conditam subitus irrupit. Cæsa ibi cohors, regium auxilium olim. mox donati ciuitate Romanâ signa armáque in nostrum modum, desidiam licentiámque Græcorum retinebant. Classi quoque faces intulit, vacuo mari eludens, quia lectissimas liburnicarum, omnemque militem Mucianus Byzantium adegerat. Quin & barbari contemtius vagabantur, fabricatis repentè nauibus, quas cameras vocant, artis lateribus, latâ aluo, sine vinculo æris aut ferri connexâ. & tumido mari prout fluctus attollitur, summa nauium tabulis augent, donec in modum tecti claudantur. Sic inter vndas voluuntur, pari

vtrimqu

vtrimque prorâ, & mutabili remigio, quando hinc vel illinc appellere indiscretum & innoxium est. Aduertit ea res Vespasiani animum, vt vexillarios è legionibus, ducémque Virdium Geminum, spectatæ militiæ deligeret. Ille incompositum & prædæ cupidine vagum hostem adortus, coëgit in naues: effectisque raptim liburnicis, assequitur Anicetum in ostio fluminis Cohibi, tutum sub Sedochezorum regis auxilio, quem pecuniâ donisq́; ad societatem perpulerat. Ac primo rex, minis armisque supplicem tueri. Postquam merces proditionis, aut bellum ostendebatur, fluxâ, vt est Barbaris, fide, pactus Aniceti exitium, perfugas tradidit, bellóque seruili finis impositus. Lætum eâ victoriâ Vespasinum, cunctis super vota fluentibus, Cremonensis prœlij nuntius in Ægypto assequitur. Eò properantius Alexandriam pergit, vt fracto Vitellij exercitu, vrbem quoque externæ opis indigam fame vrgeret. Namque & Africam, eodem latere sitam, terrâ mariq́; inuadere parabat, claussis annonæ subsidiis, inopiam, ac discordiam hosti facturus. Dum hac totius orbis mutatione, fortuna imperij trãsit: Primus Antonius nequaquam pari innocentiâ, post Cremonam agebat. satisfactum bello ratus, & cetera ex facili: seu felicitas in tali ingenio, auaritiam, superbiam, ceteráque occulta mala patefecit. vt captam, Italiam persultare; vt suas legiones colere; omnibus dictis factísque viam sibi ad potentiam struere. vtq́; licentiâ militem imbueret, interfectorum centurionum ordines, legionibus offerebat. eo suffragio turbidissimus quisque delecti. nec miles in arbitrio ducum, sed duces militari violentiâ trahebantur. quæ seditiosa, & corrumpendæ disciplinæ, mox in prædam vertebat, nihil aduentantem Mucianum veritus, quod exitiosius erat quàm Vespasianum spreuisse. Ceterum propinquâ hieme, & humentibus Pado campis, expeditum agmen incedere. Signa aquilæque victricium legionum, milites vulneribus aut ætate graues, plerique etiam integri, Veronæ relicti sufficere cohortes alæq́;, & è legionibus lecti, profligato iam bello videbantur. Vndecima legio sese adiunxerat initio cunctata, sed prosperis rebus, anxia quòd defuisset. Sex millia Dalmatarum, recens delectus comitabantur. Ducebat Poppæus

Siluanus Consularis. vis consiliorum penes Annium Bassum, legionis legatum. Is Siluanum secordem bello, & dies rerum, verbis terentem, specie obsequij regebat, ad omniáque quæ agenda forent, quietâ cum industriâ aderat. Ad has copias, è classicis Rauennatibus legionariam militiam poscentibus, optimus quisque adsciti. Classem, Dalmatæ suppleuere. Exercitus ducésque ad Fanum Fortunæ iter sistunt, de summâ rerum cunctantes, quod motas ex vrbe prætorias cohortes audierant, & teneri præsidiis Apẽninum rebantur, & ipsos in regione bello attritâ, inopia & seditiosæ militum voces terrebant, Clauarium *(donatiui nomen est)* flagitantium. *nec pecuniam, aut frumentum prouiderant: & festinatio atque auiditas præpediebant, dum quæ accipi poterant, rapiuntur. Celeberrimos auctores habeo, tantam victoribus aduersus fas nefasque irreuerentiam fuisse, vt gregarius eques,* occisum à se proximâ acie fratrem professus, præmium à ducibus petierit. *Nec illis aut honorare eã cædem, ius hominum: aut vlcisci ratio belli permittebat. Distulerant tamquam maiora meritum, quàm quæ statim exsoluerent. nec quidquam vltra traditur. Ceterùm, & prioribus ciuium bellis, par scelus inciderat. Nam prœlio, quo apud Ianiculum aduersùm Cinnam pugnatum est, Pompeianus miles fratrem suum, dein cognito facinore, seipsum interfecit, vt Sisenna memorat. tanto acrior apud maiores, sicut virtutibus gloria, ita flagitijs pœnitentia fuit. Sed hæc aliáque ex veteri memoriâ repetita, quotiens res locusq; exempla recti, aut solatia mali poscent, haut absurdè memorabimus. Antonio ducibúsque partium, præmitti equites, omnémque Umbriam explorari placuit, si quà Apennini iuga clementius adirentur. acciri aquilas signáque, & quidquid Veronæ militum foret: Padúmque & mare, commeatibus compleri. Erant inter duces, qui necterent moras. quippe nimius iam Antonius, & certiora de Muciano sperabantur. Namque Mucianus tam celeri victoriâ anxius, & ni præsens vrbe potiretur, expertem se belli gloriæq; ratus, ad Primũ & Varum media scriptitabat, instandum cœptis, aut rursus cunctandi vtilitates edisserens: atque ita compositus, vt ex euentu rerum aduersa abnueret, vel prospera*

ignoſceret. Plotium Griphum, nuper ab Veſpaſiano in Senatorum ordinem additum, ac legioni præpoſitum, ceteróſque ſibi fidos, apertius monuit. Ijq; omnes, de feſtinatione Primi ac Vari ſiniſtrè, & Muciano volentia ſcripſére. Quibus epiſtolis Veſpaſiano miſſis, effecerat, vt non pro ſpe Antonij, conſilia factáque eius æſtimarentur. Ægrè id pati Antonius, & culpam in Mucianum conferre, cuius criminationibus coaluiſſent pericula ſua, nec ſermonibus temperabat, immodicus linguâ & obſequij inſolens. litteras ad Veſpaſianum compoſuit, iactantius quàm ad principem, nec ſine occultâ in Mucianum inſectatione. Se Pannonicas legiones in arma egiſſe, ſuis ſtimulis excitos Mœſiæ duces, ſuâ conſtantiâ perruptas Alpes, occupatam Italiam, interſepta Germanorum Rhætorumq; auxilia. quòd diſcordes, diſperſáſque Vitellii legiones, equeſtri procellâ, mox peditum vi, per diem noctemq; fudiſſet, id pulcherrimum, & ſui operis. caſum Cremonæ, bello imputandum. maiore damno, plurium vrbium excidiis, veteres ciuium diſcordias reipublicæ ſtetiſſe. non ſe nuntiis neque epiſtolis, ſed manu & armis imperatori ſuo militare. neque officere gloriæ eorum, qui Aſiam interim compoſuerint: illis Mœſiæ pacem, ſibi ſalutem ſecuritatemque Italiæ, cordi fuiſſe. ſuis exhortationibus, Gallias Hiſpaniaſque validiſſimam terrarum partem, ad Veſpaſianum conuerſas. ſed cecidiſſe in irritum labores, ſi præmia periculorum ſoli aſſequantur, qui periculis non affuerint. Nec fefellere ea Mucianum. Inde graues ſimultates: quas Antonius ſimplicius, Mucianus callide, eóque implacabilius nutriebat. At Vitellius, fractis apud Cremonam rebus, nuntios cladis occultans, ſtultâ diſſimulatione, remedia potius malorum quàm mala differebat. Quippe confitenti conſultantique ſupererant ſpes viréſque: cum e contrario læta omnia fingeret, falſis ingrauaſcebat. Mirum apud ipſum de bello ſilentium. prohibiti per ciuitatē ſermones, eóque plures: ac ſi liceret, vera narraturi, quia vetabantur, atrociora vulgauerant. Nec duces hoſtium, augendæ famæ deerant, captos Vitelli exploratores, circumductóſque, vt robora victoris exercitus noſcerent,

remittendo: quos omnes Vitellius secretò percontatus, int[er]fici iussit. Notabili constantiâ, centurio Iulius Agrestis, post [mul]tos sermones quibus Vitellium ad virtutem frustra accend[eb]at, perpulit, vt ad vires hostium spectandas, quæq; apud Cre[mo]nam acta forent, ipse mitteretur. Nec exploratione occulta [fal]lere Antonium tentauit, sed mandata imperatoris suumq; [ani]mum professus, vt cũcta viseret, *postulat. Missi qui locum [prœ]lij, Cremonæ vestigia, captas legiones ostenderent. Agresti[s ad] Vitellium remeauit, abnuentiq;* vera esse quæ referret, *a[tq;]* vltrò corruptũ *arguenti:* quandoquidẽ, *inquit,* magno [do]cumento opus est, nec alius iam tibi aut vitæ, aut m[or]tis meæ vsus, dabo cui credas. *atq; ita digressus, voluntariâ m[or]te dicta firmauit. Quidam iussu Vitellii interfectum, de fide [cõ]stantiáq; eadem tradidere. Vitellius vt è somno excitus, Iul[iu]m Priscum, & Alphenum Varum, cum* XIV. *prætoriis cohort[ib]us, & omnibus equitum alis obsidere Apenninum iubet. Secu[ta] classicis legio. tot millia armatorũ, lecta equis virisq; si alius dux foret, inferendo quoque bello satis pollebant. Ceteræ cohortes [a]d tuendam vrbem L. Vitellio fratri datæ. Ipse nihil è solito lu[xu] remittens, & diffidentiâ properus, festinare comitia, qui[bus] Consules in multos annos destinabat: fœdera sociis, Latium e[x]ternis dilargiri: his tributa dimittere, alios immunitatibus [iu]uare, denique nulla in posterum cura, lacerare imperium. S[ed] vulgus ad magnitudinẽ beneficiorum aderat, stultissimus qu[o]que pecuniis mercabatur. Apud sapientes cassa habebantu[r], quæ neque dari, neque accipi, saluâ republicâ poterant. Tan[dem] flagitante exercitu, qui Meuaniam insederat, magno Senat[o]rum agmine, quorum multos ambitione, plures formidine tr[a]hebat, in castra venit, incertus animi, & infidis consiliis o[b]noxius. Concionanti (prodigiosum dictu) tantum fœdarum v[o]lucrum superuolitauit, vt nube atrâ diem obtenderent. Acce[s]sit dirum omen, profugus altaribus taurus, disiecto sacrificii ap[pa]ratu, longè nec vbi feriri hostias mos est, confossus. Sed præci[p]uum ipse Vitellius ostentum erat, ignarus militiæ, improuid[us] consilij.* quis ordo agminis, quæ cura explorandi, quantu[s] vrgendo trahendóue bello modus, *alios rogitans, & ad o*

mne

nunes nuntios, vultu quoque & incessu trepidus, dein temulentus. Postremò tædio castrorum, & auditâ defectione Misenensis classis, Romã reuerit, recentissimum quodq; vulnus pauens, summi discriminis incuriosus. Nam cùm transgredi Apenninum integro exercitus sui robore, & fessos hieme atque inopiâ hostes aggredi, in aperto foret; dum dispergit vires, acerrimum militem, & vsque in extrema obstinatum, trucidandum, capiendúmque tradidit, peritissimis centurionum dissentientibus, & si consulerentur, vera dicturis. Arcuere eos intimi amicorum Vitellii ita formatis principis auribus, vt aspera quæ vtilia, nec quidquam nisi iocũdum & læsurum acciperet. Sed classem Misenensem (tantũ ciuilibus discordiis etiam singulorum audacia valet) Claudius Fauentinus centurio, per ignominiam à Galbâ dimissus, ad defectionẽ traxit, fictis Vespasiani epistolis pretium proditionis ostentans. præerat classi Claudius Apollinaris, neque fidei constans, neq; strenuus in perfidiâ. & Apinius Tiro preturâ functus, ac tum fortè Minturnis agens, ducem se defectoribus obtulit. à quibus municipia coloniæq; impulsæ, præcipuo Puteolanorum in Vespasianum studio, contra Capua Vitellio fida, municipalem æmulationem bellis ciuilibus miscebãt. Vitellius, Claudium Iulianum (is nuper classem Misenensem molli imperio rexerat) permulcendis militũ animis dilegit. data in auxilium vrbana cohors, & gladiatores, quibus Iulianus præerat. Vt collata vtrimq; castra, haut magnâ cõtatione Iuliano in partes Vespasiani transgresso, Tarracinam occupauere, mœnibus situq; magis, quàm ipsorum ingenio tutã. Quæ vbi Vitellio cognita, parte copiarũ Narniæ cum præfectis prætorii relictâ, L. Vitellium fratrẽ cum sex cohortibus & quingẽtis equitibus, ingruẽti per Campaniã bello opposuit. Ipse æger animi, studiis militũ & clamoribus populi arma poscẽtis refouebatur: dũ vulgus ignauũ; & nihil vltra verba ausurũ, falsâ specie, exercitus & legiones *appellat. Hortantibus libertis (nã amicorũ eius quanto quis clarior, minus fidus) vocari tribus iubet, dãtes nomina sacramẽto adigit. Superfluẽte multitudine curã delectus in Consules partitur. Seruorũ numerũ, & pondus argẽti Senatoribus indicit, Equites Romani obtulere operam pecuniásq; etiã*

libertinis idem munus vltrò flagitantibus. Ea simulatio, officia
metu profecta, verterat in fauorem. Et plerique haut perinde
Vitellium, quàm casum locúmque principatus miserabantur.
nec deerat ipse vultu, voce, lacrymis, misericordiam elicere,
largus promissis, &, quæ natura trepidantium est, immodicus.
Quin & Cęsarem se dici voluit, aspernatus antea. sed tunc, su-
perstitione nominis, & quia in metu consilia prudentium, &
vulgi rumor iuxtà audiuntur. Ceterùm vt omnia inconsulti
impetus cœpta, initiis valida, spatio languescunt, dilabi paula-
tim Senatores, Equitésque, primò cunctanter & vbi ipse non
aderat, mox conterriti, mæstiue discrimine, donec Vitellius pu-
dore irriti conatus, quæ non dabantur remisit. Vt terrorem Ita-
liæ possessa Meuania, ac velut renatum ex integro bellum intu-
lerat; ita haut dubium erga Flauianas partes studium, tam pa-
uidus Vitellii discessus addidit. erectus Samnis, Pelignúsque,
& Marsi, æmulatione, quòd Campania præuenisset, vt in nouo
obsequio ad cuncta belli munia acres erant. Sed fœdâ hieme per
transitum Apennini cõflictatus exercitus: & vix quieto agmi-
ne niues eluctantibus, patuit quantum discriminis adeundum
foret, ni Vitellium retro fortuna vertisset quæ Flauianis duci-
bus non minus sæpe quàm ratio affuit. Obuium illic Petilium
Cerialem habuere, agresti cultu, & notitiâ locorum, custodias
Vitellii elapsum. Propinqua affinitas Ceriali cum Vespasiano
nec ipse inglorius militiæ, eóque inter duces assumtus est. Flauio
quoque Sabino, ac Domitiano patuisse effugium, multi tradi-
dere. Et missi ab Antonio nuntii, per varias fallendi artes pe-
netrabant, locum ac præsidium monstrantes. Sabinus inhabi-
lem labori & audaciæ valetudinem caussabatur. Domitiano
aderat animus: sed custodes à Vitello additi, quamquam se soci-
os fugæ promitterent, tamquam insidiantes timebantur. Atque
ipse Vitellius, respectu suarum necessitudinum, nihil in Domi-
tianum atrox parabat. Duces partium, vt Carsulas venere,
paucos ad requiem dies sumunt: donec aquilæ, signáq; legionũ
assequerentur. Et locus ipse castrorum placebat, latè prospectãs,
tuto copiarum aggestu, florentissimis pone tergum municipiis.
Simul colloquia cum Vitellianis decem milium spatio distanti-

bus, &

bus, & proditio sperabatur. Ægrè id pati miles, & victoriam malle quàm pacem. ne suas quidem legiones opperiebantur, vt prædæ quàm periculorum socias. Vocatos ad concionem Antonius docuit, esse adhuc Vitellio vires, ambiguas si deliberarent, acres si desperassent. Initia bellorum ciuilium fortunæ permittenda, victoriam consiliis & ratione perfici. Iam Misenensem classem & pulcherrimam Campaniæ oram desciuisse, nec plus è toto terrarum orbe reliquum Vitellio, quàm quod inter Tarracinam Narniámque iaceat. Satis gloriæ prœlio Cremonensi partum, & exitio Cremonæ, nimium inuidiæ. ne concupiscerent Romam capere potius, quàm seruare. Maiora illis præmia, & multò maximum decus, si incolumitatem Senatui populoque Rom. sine sanguine quæsissent. *His & talibus mitigati animi. Nec multo pòst legiones venêre. Et terrore famáque aucti exercitus, Vitellianæ cohortes nutabant, nullo in bellum adhortante, multis ad transitionem, qui suas centurias turmasque tradere donum victori, & sibi in posterum gratiam certabant. Per eos cognitũ est, Interannam proximis campis præsidio quadringentorum equitum teneri. Missus extemplo Varus, cum expeditâ manu, paucos repugnantium interfecit. plures, abiectis armis, veniam petiuere. quidam in castra refugi, cuncta formidine implebant, augendo rumoribus* virtutem copiásque hostium, *quo amissi præsidij dedecus lenirent. Nec vlla apud Vitellianos flagitij pœna: & præmiis defectorum, versa fides. ac reliquum perfidiæ certamen crebra transfugia tribunorum centurionúmque. Nam gregarius miles induruerat pro Vitellio, donec Priscus & Alphenus, desertis castris ad Vitellium regressi pudore proditionis cunctos exsóluerent. Iisdem diebus, Fabius Valens, Vrbini, in custodiâ interficitur. Caput eius Vitellianis cohortibus ostentatum, ne quam vltrà spem fouerent. nam* persuasisse in Germanias Valentẽ, & veteres illic nouósque exercitus ciere credebãt. *Visa cæde, in desperationẽ versi. & Flauianus exercitus, immane quantũ animo exitium Valentis, vt finẽ belli accepit. Natus erat Valens Anagniæ, equestri familiâ, procax moribus, neque absurdus ingenio famã vrbanitatis per*

lasciniam petere. Iudicro Iuuenalium sub Nerone, velut ex n-
cessitate, mox sponte, mimos actitauit, sitè magis quam prol.
Legatus legionis, & fouit Verginium, & infamauit. Fon-
ium Capitonem in proditionem corruptum, seu quia corrur-
pere nequiuerat, interfecit. Galbæ proditor, Vitellio fidus, & -
liorum perfidiâ illustratus. Abruptâ vndique spe, Vitellian
miles transiturus in partes, id quoque non sine dedecore, sed s
signis vexillisq; in subiectos Narniæ campos descendêre. Flaui-
nus exercitus, vt ad prœlium intentus armatúsque, densis cir
viam ordinibus, adstiterat. Acceptum medium Vitelliani.
circumdatos, Primus Antonius clemēter alloquitur. pars Na-
niæ, pars Interamnæ subsistere iussi. relictæ simul è victricib
legiones, neque quiescentibus graues, & aduersus contumacia
valide. Non omisere per eos dies Primus ac Varus crebris nu-
tiis salutem, & pecuniam, & secreta Cāpaniæ, offerre V-
tellio, si positis armis, seq; ac liberos suos Vespasiano pe-
misisset. *In eundē modum & Mucian⁹ cōposuit epistolas: qu-*
bus plerumq; fidere Vitellius, ac de numero seruorum, electio
littorum loqui. Tanta torpedo inuaserat animum, vt si Princ
pē eum fuisse ceteri non meminissent, ipse obliuisceretur. At pr
mores ciuitatis, Flauium Sabinum præfectū vrbis, secretis se
monibus incitabant, victoriæ famæq; partem capesseret. Esse i
pprium militē cohortium vrbanarum. nec defuturas v
gilum cohortes, seruitia ipsorū, fortunā partiū, & omni
prona victoribus. ne Antonio Varoque de gloriâ conce
deret. Paucas Vitellio cohortes, & mæstis vndique nunti
trepidas. populi, mobilem animum: & si se ducem præbu
isset, easdem illas adulationes pro Vespasiano fore. Ipsu
Vitellium ne prosperis quidem parem, adeò ruentibu
debilitatum. gratiam patrati belli penes eum, qui vrbe
occupasset. Id Sabino cōuenire, vt imperium fratri reser
varet: id Vespasiano, vt ceteri post Sabinum haberentur
Haut quaquam erecto animo eas voces accipiebat, inualidu
senectâ. Erant qui occultis suspicionibus incesserent, tamquam
inuidia & æmulatione fortunā fratris moraretur. Namq; Fla-
uius Sabinus ætate prior, priuatis vtriusque rebus, auctoritat

pecuni-

pecuniáque Vespasianum anteibat. Et credebatur affectā eius fidē praeuuisse, domo agrísque pignori acceptis Vnde quāquam manente in speciē concordiâ, offensarum operta metuebantur. Melior interpretatio, mitē virum abhorrere à sanguine & caedibus: eóque crebris cum Vitellio sermonibus de pace, ponēdisq; per conditionē armis agitare. Saepe domi congressi, postremò in aede Apollinis, vt fama fuit, pepigere. Verba vocésque duos testes habebant, Cluuium Rufum & Silium Italicum. Vultus procul visentibus notabantur, Vitellii proiectus & degener, Sabinus non insultans, & miseranti propior. Quòd si tam facilè suorum mentes flexisset Vitellius, quàm ipse cesserat: incruentam vrbem Vespasiani exercitus intrasset. Ceterùm vt quisque Vitellio fidus, ita pacem & conditiones abnuebant, discrimen ac dedecus ostentantes, & fidem in libidine victoris. Nec tantam Vespasiano superbiam, vt priuatum Vitellium pateretur. ne victos quidem laturos. Ita periculum ex misericordiâ. Ipsum sanè senem, & prosperis aduersísque satiatum. Sed quod nomen, quem statum filio eius Germanico fore? Nunc pecuniam, & familiam, & beatos Campaniae sinus promitti. Sed vbi imperium Vespasianus inuaserit, non ipsi, non amicis eius, non denique exercitibus securitatem, nisi exstincto aemulatu redituram. Fabium illis Valentem, captiuum & casibus dubiis reseruatum, praegrauem fuisse: nedum Primus ac Fuscus, & specimen partium Mucianus, vllam in Vitellium nisi occidendi licentiā habeant. Non à Caesare Pompeium, non ab Augusto Antonium incolumes relictos. Nisi fortè Vespasianus altiores spiritus gerat, Vitellii cliens, cùm Vitellius collega Claudio foret. Quin vt censuram patris, vt tres Consulatus, vt tot egregiae domus honores deceret, desperatione saltem in audaciam accingeretur. perstare militem, superesse studia populi. Deniq; nihil atrocius euenturū, quàm in quod sponte ruant. moriendum victis, moriēdum deditis. id solum referre nouissimū spiritum per ludibrium & contumelias effundant, an per virtutem. *Surdae ad fortia consilia Vitellio aures. Obruebatur animus miseratione*

curáque, ne pertinacibus armis, minùs placabilẽ victorem relinqueret coniugi ac liberis. *Erat illi & fessa ætate parens, quæ tamen paucis antè diebus opportunâ morte excidium domus præuenit. nihil principatu filij assecuta, nisi luctum & bonam famam.* XV. *kal. Ianu. auditâ defectione legionis cohortiúmque, quæ se Narniæ dediderant, pullo amictu palatio degreditur mœstâ circum familiâ. Simul ferebatur lecticulâ paruulus filius, velut in funebrem pompam. Voces populi blãdæ & intempestiuæ. miles minaci silentio. Nec quisquã adeò rerum humanarum immemor, quẽ non commoueret illa facies,* Romanum principẽ, & generis humani paulo antè dominum relictâ fortunæ suę sede, per populũ, per vrbẽ exire de imperio. *Nihil tale viderant, nihil audierant. Repentina vis Dictatorẽ Cæsarẽ oppresserat: occultæ Caium insidiæ: nox & ignotum rus; fugam Neronis absconderant: Piso & Galba tãquam in acie cecidere: in suâ cõcione Vitellius, inter suos milites, ꝓspectantibus etiam feminis, pauca & præsenti mæstitiæ congruẽtia locutus:* Cedere se pacis & Reip. caussâ: retinerent tantùm memoriam sui, fratrem que, & coniugem & innoxiam liberorum ætatem miserarentur. *Simul filium ꝓtendens, modò singulis modò vniuersis cõmendans, postremò fletu præpediẽte assistenti Consuli (Cæcilius Simplex erat) exsolutum à latere pugionẽ, velut ius necis vitæq́; ciuiũ, reddebat. Aspernãte Consule, reclamantibus qui in concione adstiterant, vt in æde Concordiæ positurus insignia imperij, domúmque fratris petiturus discessit. Maior hic clamor obsistentium penatibus priuatis, in palatium vocantium.* interclusum aliud iter, idq́; solũ quod in sacram viam pergeret, patebat. *Tum consilij inops, in palatium redijt. Præuenerat rumor,* eiurari ab eo imperium. *Scripseratque Flauius Sabinus cohortium tribunis,* vt militẽ cohiberent. *Igitur tamquam omnis Resp. in Vespasiani sinum cessisset, primores Senatus, & plerique equestris ordinis, omnisq́; miles vrbanus, & vigiles, domum Flauij Sabini compleuere. Illuc* de studiis vulgi, & minis Germanicarum cohortium *affertur. Longius iam progressus erat, quàm vt regredi posset: & suo quisque metu, ne disiectos, eoq́; minus validos, Vitelliani*

confecta-

conſectarentur, cunctantem in arma impellebant. Sed quod in eiuſmodi rebus accidit, conſilium ab omnibus datum eſt, periculum pauci ſumſere. Circa lacum Fundani, deſcendentibus qui Sabinũ comitabantur armatis, occurrunt promtiſſimi Vitellianorum. Modicum ibi prœlium, improuiſo tumultu, ſed proſperum Vitellianis fuit. Sabinus, re trepidâ, quod tutiſſimum è præſentibus, arcem Capitolij inſedit mixto milite, & quibuſdam Senatorum Equitúmque: quorum nomina tradere haut promtum eſt, quoniã victore Veſpaſiano, multi id meritum erga partes ſimulauere. Subierunt obſidiũ etiam feminæ. inter quas maximè inſignis, Verulana Gracilia, neque liberos, neque propinquos, ſed bellum ſecuta. Vitellianus miles cuſtodiâ ſecordi clauſos circumdedit, eóque, concubiâ nocte ſuos liberos Sabinus, & Domitianum fratris filium, in Capitolium acciuit. At Sabinus, miſſo per neglecta ad Flauianos duces nuntio, qui circũſideri ipſos, & niſi ſubueniretur, artas res nuntiaret; *noctẽ adeo quietam egit, vt digredi ſine noxâ potuerit. Quippe miles Vitellij aduerſus pericula ferox, laboribus & vigiliis parum intentus erat. Et hibernus imber repentè fuſus, oculos aureſq;3 impediebat. Luce primâ Sabinus, antequam inuicem hoſtilia cœptarent, Cornelium Martialem è primipilaribus, ad Vitellium miſit, cum mandatis & queſtu, quod pacta turba entur.* Simulationem prorſus & imaginem deponendi imperii fuiſſe, ad decipiẽdos tot illuſtres viros. Cur enim è roſtris, fratris domum imminentẽ foro, & irritandis hominum oculis, quàm Auentinum & penates vxoris petiſſet? Ita priuato & omnem principatus ſpeciem vitanti, conueniſſe. Contra Vitellium in palatium, in ipſam imperii arcem regreſſum. Inde armatum agmen emiſſum, ſtratam innocentium cædibus celeberrimã vrbis partem. ne Capitolio quidem abſtineri. Togatum nempe ſe, & vnum è Senatoribus, dum inter Veſpaſianum ac Vitellium prœliis legionum, captiuitatibus vrbium, deditionibus cohortium iudicatur. Iam Hiſpaniis, Germaniiſque, & Britanniâ, deſciſcentibus, fratrem Veſpaſiani manſiſſe in fi le, donec vltrò ad conditiones vocaretur. Pacem & concordiam vi-

ctis vtilia; victoribus tantùm pulchra esse. Si conuentio-
nis pœniteat; non se, quem perfidiâ deceperit, ferro pet-
ret, non filium Vespasiani vix puberem, quantum occi
vno sene, & vno iuuene profici? Iret obuiam legionibu,
de summâ rerum illic certaret. cetera secundùm euentu
prœlii cessura. *Trepidus ad hæc Vitellius, pauca purgan*
sui caussâ respondit, culpam in militem conferens, cuius n-
mio ardori imparem esse modestiam suã. *Et monuit Ma-*
tialē, vt per secretam ædium partē occultè abiret, ne à m-
litibus internũtius inuisæ pacis interficeretur. *Ipse neq; i-*
bendi neq; vitandi potens, non iam imperator, sed tantùm be
caussa erat. Vix dum regresso in Capitolium Martiale, fure
miles aderat, nullo duce, sibi quisque auctor: cito agmine foru
& imminentia foro templa prætervecti, erigunt aciem per a-
uersum collem, vsque ad primas Capitolinæ arcis fores. Era
antiqui.us porticus in latere cliui, dextræ subeuntibus. In qu-
rum tectum egressi, saxis tegulisq; Vitellianos deturbaban
neque illis manus nisi gladiis armatæ, & arcessere torment
aut missilia tela, longum videbatur. Faces in prominente
porticum iecere. & sequebantur ignem. ambustásque Capito
fores penetrassent, ni Sabinus reuulsas vndique statuas, deco
maiorum, in ipso aditu vice muri obiecisset. Tum diuersos C-
pitolij aditus inuadunt, iuxta lucum asyli, & quà Tarpeia r
pes centum gradibus aditur. Improuisa vtraq; vis propior at
acrior per asylum ingruebat. Nec sisti poterant, scandentes p
coniuncta ædificia: quæ, vt in multâ pace, in altum edita, solu
Capitolij æquabant. Hîc ambigitur, ignem tectis oppugna
tores iniecerint, an obsessi, *quæ crebrior fama est, quò niten*
tes ac progressos depellerent. Inde lapsus ignis in porticus, appo
sitas ædibus. mox sustinentes fastigiũ Aquilæ, vetere ligno, tra
xere flãmam, aluerúntque. Sic Capitolium clausis foribus, in
defensum & indireptũ, conflagrauit. Id facinus post conditan
vrbē luctuosissimum fœdissimumq; pop. Rom. accidit, nullo ex-
terno hoste propitiis, si per mores nostros liceret, Deis. Sedē Io-
uis optimi maximi, auspicatò à maioribus pignus imperij con-
ditam, quam non Porsena deditâ vrbe, neque Galli captâ, te-

merar

merarè potuissent. furore principum exscindi? Arserat & antè Capitolium ciuili bello, sed fraude priuatâ. Nunc palàm obsessum, palàm incensum. quibus armorum caussis? quo tantæ cladis pretio. ꝓ patriâ bellauimus? Vouerat Tarquinius Priscus rex, bello Sabino; ieceráťq; fundamēta spe magis futuræ magnitudinis, quàm quò modicæ adhuc Pop. Rom. res sufficerēt. Mox Seruius Tullius, sociorū studio; deinde Tarquini⁹ Superbus, captâ Suessâ Pometiâ, hostiū spoliis exstruxere. Sed gloria operis, libertati reseruata. Pulsis regibus, Horatius Puluillus iterū Cōsul dedicauit, eâ magnificētiâ, q̃ immēsæ postea Pop. Ro. opes ornarēt potius, quàm augerent. Iisdē rursus vestigiis situ̅ est, postq̃ interiecto CCCCXV. annorum spatio L. Scipione, C. Norbano Coss. flagrauerat. Curam victor Sulla suscepit, neque tamen dedicauit. hoc solum felicitati eius negatum. Lutatij Catuli nomen, inter tanta Cæsarum opera, vsque ad Vitellium mãsit. Ea tunc ædes cremabatur. Sed plus pauoris obsessis, quàm obsessoribus intulit. Quippe Vitellianus miles, neq; astu, neque cōstantiâ, inter dubia indigebat. Ex diuerso, trepidus miles, dux segnis, & & veluti captus animi, non linguâ, non auribus competere. neq; alienis consiliis regi, neque sua expedire. huc illuc clamoribus hostiū circumagi. quæ iusserat vetare, q̃ vetuerat iubere. Mox quod in perditis rebus accidit, omnes ꝑcipere, nemo exsequi. postremò abiectis armis, fugam & fallēdi artes circumspectabant. Irrumpunt Vitelliani, & cuncta sanguine, ferro, flammísque miscēt. Pauci militariũ virorum, inter quos maximè insignes, Cornelius Martialis, Æmylius Pacēsis, Casperius Niger, Didius Scæua, pugnã ausi obtruncantur. Flauium Sabinum inermē, neq; fugã cœptantē, circumsistunt, & Quinctium Atticum Consulē, vmbrâ honoris & suâmet vanitate monstratum quòd edicta in populũ ꝓ Vespasiano magnifica, ꝓbrosa aduersus Vitelliũ iecerat. Ceteri per varios casus elapsi, q̃dam seruili habitu: alii fide cliē tium cōtecti, & inter sarcinas abditi. Fuere, q excepto Vitellianorum signo, quo inter se noscebãtur, vltro rogitantes respondentésue, audaciam pro latebra haberent. Domitian⁹, primâ irruptione apud æditũum occultatus, sollertiâ liberti, lineo amictu turbæ sacricolarũ immixtus ignarúsq;,

apud Cornelium Primum paternum clientem, iuxta Velabr[um] delituit. Ac potiente rerum patre, disiecto ædituí contuberni[o], modicum sacellum IOVI CONSERVATORI, *arámq[ue] posuit, casusq; suos in marmore expressit. Mox imperium a[d]eptus,* IOVI CVSTODI *templum ingens, seq; in sinu Dei s[a]crauit. Sabinus & Atticus onerati catenis, & ad Vitelliu[m] ducti, nequaquam infesto sermone vultúque excipiuntur, fr[e]mentibus, qui ius cædis, & præmia nauatæ operæ petebant. Cl[a]more à proximis orto, sordida pars plebis supplicium Sabini e[x]posc[it], minas adulationésq; miscet. Stantem pro gradibus pala[tii] Vitellium, & preces parantem, peruicere vt absisteret. Tu[m] confossum conlaceratúmque, & abscisso capite truncum corp[us] Sabini, in Gemonias trahunt. Hic exitus viri haut sanè spern[en]di. Quinque & XXX. stipendia in Repub. fecerat, domi militiæ[que] clarus. Innocentiam iustitiámque eius, non argueres: sermon[is] nimius erat. Id vnum septem annis, quibus Mœsiam; duod[e]cim, quibus præfecturam vrbis obtinuit, calumniatus est rumo[r], in fine vitæ, alij segnem, multi moderatum, & ciuium sanguin[is] parcum credidere. Quod inter omnes cōstiterit, ante principa[]tū Vespasiani decus domus penes Sabinū erat. Cædē eius lætā f[u]isse Muciano accepimus. Ferebant plerique etiā paci cōsultum diremtâ æmulatione inter duos, quorū alter se fratrē impera[to]ris, alter consortē imperij cogitaret. Sed Vitellius Consulis sup[]pliciū poscēti populo restitit, placatus ac velut vicem redden[s]: quòd interrogātibus* quis Capitoliū incendisset, *se reū Atti[]cus obtulerat. Eáque confessione, siue aptum tēpori mendaciu[m] fuit, inuidiam criménque agnouisse, & à partibus Vitellij amo[]litus videbatur. Iisdem diebus L. Vitellius, positis apud Feroni[]am castris, excidio Tarracinæ imminebat: claussis illic gladia[]toribus remigibúsque, qui non egredi mœnia, neque periculū i[n] aperto audebāt. Præerat, vt suprà memorauimus Iulianus gla[]diatoribus, Apollinaris remigibus, lasciuiâ secordiáq; gladiato[]rum magis, quàm ducum similes. Non vigilias agere, nō in tut[a] mœnium firmare, noctu diéque fluxi, & amœna litorum perso[]nantes, in ministerium luxus dispersis militibus, de bello tantum inter cōuiuia loquebātur. Paucos ante dies, discesserat Apinius*

Tiro:

Tiro: donisq; ac pecuniis acerbè per municipia conquirendis, plus inuidiæ quàm virium partibus addebat. Interim ad Vitellium seruus Verginii Capitonis perfugit, pollicitusq; si præsidium acciperet, vacuam arcem furtim traditurum, multâ nocte cohortes expeditas summis montium iugis, super caput hostium sistit, inde miles ad cædem magis, quàm ad pugnam decurrit. sternunt inermes, aut arma capientes, & quosdam somno excitos, cùm tenebris, pauore, sonitu tubarum, clamore hostili turbarentur. pauci gladiatorum resistentes, neq; inulti cecidêre. Ceteri ad naues ruebant, vbi cuncta pari formidine implicabantur, permixtis paganis, quos nullo discrimine Vitelliani trucidabant. Sex liburnicæ inter primum tumultum euasêre, in quîs præfectus classis Apollinaris: reliquæ in litore captæ; aut nimio ruentium onere pressas, mare hausit. Iulianus ad L. Vitellium perductus, & verberibus fœdatus, in ore eius iugulatur. Fuêre, qui vxorem L. Vitellii Triariam incesserint, tamquam gladio militari cincta, inter luctum cladesq; expugnatæ Tarracinæ, superbè sæueq; egisset. Ipse lauream prosperè gestæ rei, ad fratrem misit: percunctatus statim regredi se, an perdomandæ Campaniæ insistere iuberet. Quod salutare non modò partib. Vespasiani, sed Reipub. fuit. nam si recens victoriâ miles, & super insitam peruicaciam secundis ferox, Romam contendisset, haut paruâ mole certatum, nec sine exitio vrbis foret. quippe L. Vitellio, quamuis infami, inerat industria: nec virtutib. vt boni, sed quo modo pessimus quisq;, vitiis valebat.

8 Dum hæc in partib. Vitellii geruntur, digressus Narniâ Vespasiani exercitus festos Saturni dies, Otriculi per otium agitabat. Caussa tam prauæ moræ, vt Mucianum opperirentur. Nec defuêre qui Antonium suspicionib. arguerent, tamquã dolo cunctantem, post secretas Vitellii epistolas, quibus Consulatum & nubilem filiam, & dotales opes, pretium proditionis, offerebat. Alii, ficta hæc, & in gratiam Muciani composita. Quidam, omnium id ducum consilium fuisse, ostentare potius vrbi bellum, quàm inferre: quando validissimæ cohortes à Vitellio desciuissent, & abscissis omnibus præsidiis, cessurus imperio videbatur. Sed cũcta festinatione, deinde igna-

uiâ Sabini corrupta: qui ſumtis temerè armis, munitiſſimum capitolii arcem, & ne magnis quidem exercitib. expugnabilem, aduerſus tris cohortes tueri nequiſſet. Haut facilè quis uni aſsignauerit culpam, quæ omnium fuit. nam & Mucianus, ambiguis epiſtolis, victores morabatur; & Antonius, præpoſtero obſequio, vel dum regerit inuidiam, crimen meruit. ceteriq́ duces, dum peractum bellum putant, finem eius inſignuêre. Ne Petilius quidē Cerialis, cum mille equitib. præmiſſus, vt tranſuerſis itineribus per agrum Sabinum, Salariâ viâ vrbem introiret, ſatis maturauerat: donec obſeſſi Capitolii fama cunctos ſimul exciret. Antonius per Flaminiam ad Saxa rubra, multo iam noctis, ſerum auxilium venit. Illic interfectū Sabinum, conflagraſſe Capitolium, tremere vrbem, mæſta oīa accepit. *plebem quoq; & ſeruitia pro Vitellio armari, nuntiabatur. Et Petilio Ceriali equeſtre prœlium aduerſum fuerat. namque incautum, & tamquam ad victos ruentem, Vitelliani interiectus equiti pedes excepêre. pugnatum haut procul vrbe, inter ædificia hortosq́, & anfractus viarium. quæ gnara Vitellianis, incomperta hoſtibus, metum fecerant. neq; omnis eques concors, adiunctis quibuſdam, qui nuper apud Narniam dediti, fortunam partium ſpeculabantur. capitur præfectus alæ, Tullius Flauianus. ceteri fœdâ fugâ conſternantur, non vltra Fidenas ſecutis victoribus. Eo ſucceſſu ſtudia populi aucta. Vulgus Vrbanum arma cepit. Paucis ſcuta militaria. plures, raptis quod cuique obuium telis ſignum pugnæ expoſcunt. Agit grates Vitellius, & ad tuendam vrbem prorumpere iubet. Mox vocato Senatu, deleguntur legati ad exercitus,* vt prętextu Reip. concordiam pacemq́; ſuaderent. *Varia legatorum ſors fuit. Qui Petilio Ceriali occurrerunt, extremum diſcrimen adiêre aſpernante milite conditiones pacis. Vulneratur Prætor Arulenus Ruſticus. auxit inuidiam, ſuper violatum legati prætorisq; nomen, propria dignatio viri. Palantur comites. occiditur proximus lictor, dimouere turbam auſus. & ni dato à duce præſidio defenſi forent, ſacrum etiam inter exteras gentes legatorum ius, ante ipſa patriæ mœnia, ciuilis rabies vſque in exitium temeraſſet. Æquioribus animis accepti ſunt, qui ad*

Anto-

Antonium venerant, non quia modestior miles, sed duci plus auctoritatis. Miscuerat se legatis Musonius Rufus equestris ordinis, studium philosophiæ & placita Stoicorum æmulatus. Cœptabatq; permixtus manipulis, bona pacis ac belli discrimina disserens, armatos monere. Id plerisq; ludibrio, pluribus tædio. nec deerant qui propellerent proculcarentq;, ni admonitu modestissimi cuiusq;, & aliis minitantib. omisisset intempestiuam sapientiam Obuiæ fuère & virgines Vestales, cum epistolis Vitellii ad Antonium scriptis. Eximi supremo certamini vnum diem postulabant. si moram interiecissent, facilius oĩa conuentura. Virgines cum honore dimissæ. Vitellio rescriptũ, Sabini cæde, & incẽdio Capitolii diremta belli commercia. Tentauit tamen Antonius vocatas ad concionem legiones mitigare, vt castris iuxta pontem Miluiũ positis postera die vrbem ingrederẽtur. Ratio cunctandi, ne asperatus prœlio miles, non populo, non Senatui, ne templis quidem ac delubris deorum consuleret. Sed omnem prolatationem, vt inimicam victoriæ, suspectabant. Simul fulgentia per colles vexilla, quamquam imbellis populus sequeretur, speciem hostilis exercitus fecerant. Tripartito agmine; pars vt astiterat Flaminia via, pars iuxta ripam Tiberis incessit; tertium agmen per Salariam Collinæ portæ propinquabat. plebs, inuectis equitibus fusa. Miles Vitellianus, trinis & ipse præsidiis occurrit. Prœlia ante vrbem multa, & varia: sed Flauianis consilio ducum præstantibus, sæpius prospera. Ii tantùm conflictati sunt, qui in partem sinistram vrbis ad Salustianos hortos, per angusta & lubrica viarum flexerant. Superstantes maceriis hortorum Vitelliani, ad serum vsque diei, saxis pilisque subeuntes arcebant. donec ab equitibus, qui portâ Collinâ irruperant, circumuenirentur. Concurrère & in campo Martio infesta acies. Pro Flauianis fortuna, & parta toties victoria: Vitelliani desperatione solâ ruebant. & quamquam pulsi, rursus in vrbe congregabantur. Aderat pugnantibus spectator populus, vtq; in ludicro certamine, hos modò, rursus illos clamore & plausu fouebat: quoties pars altera inclinasset, abditos in tabernis, aut si quam in domum perfugerant, erui iugu-

lariq; *postulantes, parte maiore prædæ potiebantur. Nam milite ad sanguinem & cædes obuerso, spolia in vulgus cedebant. Sæua ac deformis urbe totâ facies. alibi prælia & vulnera, alibi balneæ popinæq;. Simul cruor & strues corporum. iuxta scorta & scortis similes: quantum in luxurioso otio libidinum, quidquid in acerbissimâ captiuitate scelerum: prorsus, ut eandem ciuitatem,* & furere *crederes,* & lasciuire. *Conflixerant antè armati exercitus in urbe, bis L. Sullâ, semel Cinnâ, victorib. nec tunc minus crudelitatis. nunc inhumana securitas, & ne minimum quidem temporis, voluptates intermissæ, velut festis diebus quoque gaudium accederet, exsultabant, fruebantur: nulla partium curâ, malis publicis læti. Plurimum molis in oppugnatione castrorum fuit, quæ acerrimus quisq; ut nouissimam spem retinebant. Eò intentius victores præcipuo veterum cohortium studio, cuncta validissimarum vrbium excidiis reperta, simul admouent, testudinem, tormenta, aggeres, facesq;* quidquid tot prœliis laboris ac periculi hausissent, opere illo consummari clamitantes. Vrbem Senatui ac pop. R. templa Diis reddita; proprium esse militis decus, in castris illam patriam, illos penates. ni statim recipiantur, noctem in armis agendam. *Contra Vitelliani, quamquam numero fatoq; dispares, inquietare victoriam, morari pacem, domos arasq; cruore fœdare, suprema victis solatia complectebantur. Multi semianimes, super turres & propugnacula mœnium, exspirauêre. Conuulsis portis, reliquus globus obtulit se victoribus: & cecidêre omnes contrariis vulneribus, versi in hostem. Ea cura etiam morientibus decori exitus fuit. Vitellius captâ urbe, per auersam palatii partem, Auentinum in domum vxoris sellulâ defertur: vt si diem latebrâ vitauisset, Tarracinam ad cohortes fratremq; perfugeret. Dein mobilitate ingenii, & quæ natura pauoris est, cùm omnia metuenti, præsentia maximè displicerent, in palatium regreditur, vastum desertumq;: dilapsis etiam infimis seruitiorum, aut occursum eius declinantibus. Terret solitudo, & tacentes loci. tentat clausa, inhorrescit vacuis. fessusq; misero errore, & pudendâ latebrâ semet occultans, ab Iulio Placido tribuno cohortis protrahitur.*

vin-

vincto tergum pone manus. Laniata veste, fœdum spectaculum ducebatur, multis increpantibus, nullo illacrymante. deformitas exitus misericordiam abstulerat. Obuius è Germanicis militibus Vitellium infesto ictu, per iram, vel quo maturius ludibriis eximeret; an tribunum appetierit, in incerto fuit: aurem tribuni amputauit, ac statim confossus est. Vitellium infestis mucronibus coactum, modò erigere os & offerre contumeliis, nunc cadentes statuas suas, plerumque rostra, & Galbæ occisi locum contueri, postremò ad Gemonias, vbi corpus Flauii Sabini iacuerat, propulère. Vox vna non degeneris animi excepta, cùm tribuno insultanti, se tamen imperatorem eius fuisse respondit. Ac deinde ingestis vulneribus, concidit. Et vulgus eâdem prauitate insectabatur interfectum, quâ fouerat viuentem. Pater illi L. Vitellius. septimum & quinquagesimum ætatis annum explebat. Consulatum, Sacerdotia, nomen locumq; inter primores, nullâ suâ industriâ, sed cunctâ patris claritudine adeptus. Principatum ei detulère, qui ipsum non nouerant. Studia exercitus, raro cuiquam bonis artibus quæsita perinde affuêre, quàm huic per ignauiam. Inerat tamen simplicitas ac liberalitas: quæ, ni adsit modus, in exitium vertuntur. Amicitias dum magnitudine munerum, non constantiâ morum continere putat, meruit magis quàm habuit. Reip. haut dubiè intererat, Vitellium vinci. Sed imputare perfidiam non possunt, qui Vitellium Vespasiano prodidêre, cùm à Galbâ desciuissent. Præcipiti in occasum die, ob pauorem magistratuum Senatorumq;, qui dilapsi ex vrbe, aut per domos clientium semet occultabat, vocari Senatus non potuit. Domitianum, postquam nihil hostile metuebatur, ad duces partium progressum, & Cęsarem consalutatum, miles frequens, vtq; erat in armis, in paternos penates deduxit.

C. CORNELII TA-CITI AB EXCESSV NE-RONIS HISTORIARVM LIB. QVARTVS.

INTERFECTO *Vitellio, bellum magis desierat, quam*
pax cœperat. Armati per vrbem victores, implacabili o
victos consectabantur. plenæ cædibus viæ, cruenta fora te
plaq; passim trucidatis, vt quemque sors obtulerat. Ac mo
augescente licentiâ, scrutari, ac protrahere abditos: si quer
procerum habitu & iuuentâ, prospexerant, obtruncare; nullo
militum, aut populi discrimine. quæ sæuitia, recentibus od
sanguine explebatur; dein verterat in auaritiam. Nihil
quam secretum aut clausum sinebant, Vitellianos occulti
simulantes. *Initium id perfringendarum domuum, vel si*
sisteretur, caussa cædis. nec deerat egentissimus quisque ex p
be. & pessimi seruitiorum prodere vltro dites dominos. alii
amicis monstrabantur. Vbique lamenta, conclamationes,
fortuna captæ vrbis: adeo vt Othoniani Vitellianiq; militis i
uidiosa antea petulantia desideraretur. Duces partium acce
dendo ciuili bello acres, temperandæ victoriæ impares. Quip
in turbas & discordias pessimo cuique plurima vis, pax e
quies bonis artibus indigent. Nomen sedemq; Cæsaris, Dom
tianus acceperat, nondum ad curas intentus, sed stupris & ad
ulteriis filium principis agebat. Præfectura prætorii, pen
Arrium Varum. Summa potentiæ, in Primo Antonio.
pecuniam familiamq; è principis domo, quasi Cremonen
sem prædam *rapere. Ceteri modestiâ vel ignobilitate, vt in*
bello obscuri, ita præmiorum expertes. Ciuitas pauida & seru
tio parata, occupari redeuntem Tarracinâ L. Vitellium
cum cohortibus, exstinguiq; reliqua belli, *postulabat. Præ-*
missi Ariciam equites. agmen legionum, intra Bouillas stetit
Nec cunctatus est Vitellius, seq; & cohortes arbitrio victori
permittere. Et miles infelicia arma, haut minus irâ, quàm me-

tu ab-

tis abiecit. Longus deditorum ordo, septus armatis, per vrbem incessit. Nemo supplici vultu, sed tristes & truces, & aduersum plausus ac lasciuiam insultantis vulgi immobiles. paucos erumpere ausos, circumiecti pressere. ceteri in custodiam conditi. Nihil quisquam locutus indignum, & quamquam inter aduersa, salua virtutis fama. Dein L. Vitellius interficitur, par vitiis fratris, in principatu eius vigilantior, nec perinde prosperis socius, quàm aduersis abstractus. Iisdem diebus Lucilius Bassus, cum expedito equite, ad componendam Campaniam mittitur: discordibus municipiorum animis, magis inter semet, quàm contumacia aduersus Principem. Viso milite, quies; & minoribus coloniis impunitas. Capuæ, legio tertia hiemandi caussa locatur: & domus illustres afflictæ, cùm contrà Tarracinenses nullâ ope iuuarentur. Tantò procliuius est iniuriæ, quàm beneficio vicem exsoluere: quia gratia oneri, vltio in quæstu habetur. Solatio fuit seruus Verginii Capitonis, quem proditorem Tarracinensium diximus, patibulo affixus, in iisdem annulis, quos acceptos a Vitellio gestabat. At Romæ Senatus cuncta principib. solita, Vespasiano decernit, lætus & spei certus, quippe, sumta per Gallias Hispaniasq; ciuilia arma, motis ad bellum Germanis, mox Illyrico, postquã Ægyptum, Iudæam, Syriamq; & omnis prouincias exercitusq; lustrauerant, velut expiato terrarum orbe, cepisse finem videbantur. Addidere alacritatem Vespasiani litteræ, tamquam manente bello scriptæ, ea, prima specie, forma. Ceterùm vt princeps loquebatur, ciuilia de se, & Rep. egregia. nec Senatus obsequiũ deerat. Ipsi Consulatus cum Tito filio, Pretura Domitiano & Consulare imperium decernuntur. Miserat & Mucianus epistolas ad Senatum, quæ materiam sermonibus præbuere. si priuatus esset, cur publicè loqueretur? potuisse eadẽ, paucos post dies loco sentẽtiæ dici. ipsa quoque insectatio in Vitellianos, sera & sine libertate. Id verò erga Remp. superbũ, erga principẽ cõtumeliosum, quòd in manu sua fuisse imperiũ, donatũq; à Vespasiano iactabat. Ceterũ inuidia, in occulto; adulatio in aperto, erãt. Multo cũ honore verborũ, Muciano triũphalia de bello ciuili data. sed in Sarmatas expe-

ditio fingebatur. *Adduntur Primo Antonio* Consularia;
Cornelio Fusco, & Arrio Varo, Prætoria insignia. *Mox*
Deos respexêre. restitui placuit Capitolium. Eaq; omnia Vale-
rius Asiaticus, Consul designatus, censuit. ceteri, vultu ma-
nuq; pauci quibus conspicua dignitas, aut ingenium adulatio-
ne exercitum, compositis orationibus assentiebantur. Vbi ad
Heluidium Priscum Prætorem designatum ventum, prompsit
sententiam, vt honorificam in bonum principem. Falsa ab-
rant, & studiis Senatus attollebantur. Isq; præcipuus illi dies
magnæ offensæ initium, & magnæ gloriæ fuit. Res poscere vide-
tur, quia iterùm in mentionem incidimus viri sæpius memo-
randi, vt vitam studiaq; eius, & quali fortunâ sit vsus, pauci
repetam. Heluidius Priscus, regione Italiæ septimâ, Tarraci-
næ municipio, Cluuio patre, qui ordinē primipili duxisset, in-
genium illustre altioribus studiis iuuenis admodum dedit: non
vt pleriq;, vt nomine magnifico segne otium velaret, sed quò fir-
mior aduersus fortuita, Rempubl. capesseret. doctores sapientiæ
secutus est, qui sola bona quæ honesta, mala tantùm quæ turpia;
potentiam, nobilitatem, ceteraq; extra animum; neque bonis
neq; malis annumerant. Quæstorius adhuc, à Pæto Thrasea
gener delectus, è moribus soceri nihil æquè ac libertatem hau-
ciuis. Senator, maritus, gener, amicus, cunctis vitæ officiis æ-
quabilis; opum contemtor, recti peruicax, constans aduersus
metus. Erant quibus appetentior famæ videretur: quando e-
tiam sapientibus, cupido gloriæ, nouissima exuitur. Ruinâ soce-
ri, in exsilium pulsus, vt Galbæ principatu rediit, Marcellum
Eprium delatorem Thraseæ accusare aggreditur. Ea vltio, in-
certum maior an iustior, Senatum in studia diduxerat. nam
si caderet Marcellus, agmen reorum sternebatur. Prima
minax certamen, & egregiis orationibus vtriusq; testatum.
Mox dubiâ voluntate Galbæ, multis Senatorum deprecanti-
bus, omisit Priscus: varus, vt sunt hominum ingenia, sermoni-
bus, moderationem laudantium, aut constantiam requiren-
tium. Ceterùm eo senatus die, quo de imperio Vespasiani cense-
bant, placuerat mitti ad principem legatos. *Hinc inter Hel-*
uidium, & Eprium, acre iurgium. Priscus eligi nominatim a

magi

magiſtratibus iuratis; Marcellus vrnã poſtulabat, *quæ Conſulis deſignati ſententia fuerat. Sed Marcelli ſtudium proprius rubor excitabat, ne aliis electis poſthabitus crederetur. Paulatimq́; , per altercationem, ad continuas & infeſtas orationes prouecti ſunt. quærente Heluidio,* quid ita Marcellus iudicium magiſtratuum paueſceret? eſſe illi pecuniam, & eloquentiam, quîs multos anteiret, ni memoria flagitiorum vrgeret, Sorte & vrnâ, mores non diſcerni: ſuffragia & exiſtimationem Senatus reperta, vt in cuiuſque vitam famamq́ue penetrarent. pertinere ad vtilitatem Reip. pertinere ad Veſpaſiani honorem, occurrere illi quos innocentiſſimos Senatus habeat, qui honeſtis ſermonibus aures imperatoris imbuant. Fuiſſe Veſpaſiano amicitiam cum Thraſeâ, Sorano, Sentio: quorum accuſatores, etiamſi puniri non oporteat, oſtentari non debere. hoc Senatus iudicio, velut admoneri principem, quos probet, quos reformidet. nullum maius boni imperii inſtrumentum, quàm bonos amicos. Eſſe ſatis Marcello, quòd Neronem in exitium tot innocentium impulerit. Frueretur præmiis & impunitate; Veſpaſianum melioribus relinqueret. *Marcellus, non ſuam ſententiam impugnari, ſed* Conſulem deſignatum cenſuiſſe *dicebat, ſecundum vetera exempla, quæ ſortem legationibus poſuiſſent, ne ambitioni aut inimicitiis locus foret.* Nihil eueniſſe cur antiquitùs inſtituta exoleſcerent, aut principis honor in cuiuſquam contumeliam verteretur. ſufficere omnes obſequio. Id magis vitandum, ne peruicaciâ quorundam irritaretur animus nouo principatu ſuſpenſus, & vultus quoque ac ſermones omnium circumſpectans. Se meminiſſe temporum, quibus natus ſit; quam ciuitatis formam patres auiq́; inſtituerint: vlteriora mirari, præſentia ſequi: bonos imperatores voto expetere, qualeſcumque tolerare. Non magis ſuâ oratione Thraſeam, quàm iudicio Senatus afflictum. Sæuitiam Neronis, per huiuſmodi imagines illuſiſſe. nec minus ſibi anxiam talem amicitiam, quàm aliis exſilium. Denique conſtantiâ, fortitudine, Catonibus &

Brutis æquaretur Heluidius: ſe vnum eſſe ex illo Senatu, qui ſimul ſeruierit. ſuadere etiam Priſco, ne ſupra principem ſcanderet, ne Veſpaſianum ſenem triumphalem, iuuenum liberorum patrem præceptis coerceret. Quo modo peſſimis imperatoribus ſine fine dominationem, ita quamuis egregiis modum libertatis placere. Hæc magnis vtrimque contentionibus iactata, diuerſis ſtudiis accipiebantur. Vicit pars quæ ſortiri legatos malebat, etiam mediis Patrum annitentibus retinere morem. Et ſplendidiſſimus quiſq; eôdem inclinabat, metu inuidiæ ſi ipſi eligerentur. Secutum illud certamen. Prætores ærarii (nam tum à prætoribus tractabatur ærarium) publicam paupertatem queſti, modum impenſis poſtulauerant. Eam curam Conſul deſignatus, ob magnitudinem oneris, & remedii difficultatem, principi reſeruabat. Heluidius, arbitrio Senatus agendum cenſuit. Cum perrogarent ſententias Conſules, Vulcatius Tertullinus tribunus plebis interceſſit, ne quid ſuper tantâ re, principe abſente, ſtatueretur. Cenſuerat Heluidius, vt Capitolium publiè reſtitueret, adiuuaret Veſpaſianus. Eam ſententiam modeſtiſſimus quiſq; ſilentio, deinde obliuio tranſmiſit. Fuère, qui & meminiſſent. Tum inuectus eſt Muſonius Rufus in Publium Celerem, à quo Baream Soranum falſo teſtimonio circumuentum arguebat. Eâ cognitione renouari odia accuſationum videbantur. ſed vilis & nocens reus, protegi nõ poterat. Quippe Sorani ſancta memoria. Celer profeſſus ſapientiam, dein teſtis in Baream, proditor corruptorq; amicitiæ, cuius ſe magiſtrum ferebat. Proximus dies, cauſſæ deſtinatur. Nec tam Muſonius aut Publius, quam Priſcus & Marcellus, ceteriq; motis ad vltionem animis, exſpectabantur. Tali rerum ſtatu, cùm diſcordia inter Patres, ira apud victos, nulla in victorib. auctoritas, non leges, non princeps in ciuitate eſſent; Mucianus vrbem ingreſſus cuncta ſimul in ſe traxit. fractâ Primi Antonii Variq; Arrii potentiâ; malè diſſimulatâ in eos Muciani iracundiâ, quamuis vultu tegeretur. Sed ciuitas rimandis offenſis ſagax, verterat ſe, tranſtuleratq;. Ille vnus ambiri, coli. nec deerat ipſe, ſtipatus armatis, domos hortoſq; permutans, apparatu,

incessu,

inceſſu, excubiis, vim Principis complecti, nomen remittere. Plurimum terroris intulit cædes Calpurnii Galeriani. Is fuit filius C. Piſonis, nihil auſus. ſed nomen inſigne, & decora ipſi iuuenta, rumore vulgi celebrabantur. Erantq́; in ciuitate adhuc turbidâ, & nouis ſermonibus lætâ, qui principatus inanem ei famam circumdarent. Iuſſu Muciani, cuſtodiâ militari cinctus, ne in ipsâ vrbe conſpectior mors foret, ad quadrageſimum ab vrbe lapidem, viâ Appiâ, fuſo per venas ſanguine exſtingui-tur. Iulius Priſcus, prætoriarum ſub Vitellio cohortium præfectus, ſe ipſum interfecit, pudore magis quàm neceſſitate. Alphenus Varus, ignauiæ infamiæq́; ſuæ ſuperfuit. Aſiaticus (enim is libertus) malam potentiam, ſeruili ſupplicio expiauit. Iiſdem diebus, crebreſcentem cladis Germanicæ famam, nequaquam mæſta ciuitas excipiebat. cæſos exercitus, capta legionum hiberna, deſciuiſſe Gallias, non vt mala loquebantur. Id bellum quibus cauſſis ortum, quanto externarum ſociarumq́; gentium motu flagrauerit, altius expediam. Batavi, donec trans Rhenum agebant pars Cattorum, ſeditione domeſticâ pulſi, extrêma Gallicæ oræ vacua cultoribus, ſimulq́; inſulam inter vada ſitam occupauêre, quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit: nec opibus Romanis, ſocietate validiorum attriti, viros tantùm armaq́; imperio miniſtrant, diu Germanicis bellis exerciti: mox aucta per Britanniam gloria, tranſmiſſis illuc cohortibus, quas vetere inſtituto, nobiliſſimi popularium regebant. Erat & domi delectus eques, p̃cipuo nandi ſtudio; arma equoſq́; retinens, integris turmis, Rhenum perrumpere. Iulius Paullus, & Claudius Ciuilis, regiâ ſtirpe, multò ceteros anteibant. Paullum Fonteius Capito, falſò rebellionis crimine interfecit. Iniectæ ciuili catenæ, miſſúsque ad Neronem, & a Galbâ abſolutus, ſub Vitellio rurſus diſcrimen adiit, flagitante ſupplicium eius exercitu. Inde cauſſæ irarum, ſpeſq́; ex malis noſtris. Sed Ciuilis, vltra quam barbaris ſolitum, ingenio ſolers, & Sertorium ſe aut Hannibalem ferens, ſimili oris dehoneſtamento; ne vt hoſti obuiam iretur, ſi à populo Romano palam deſciuiſſet, Veſpaſiani amicitiam, ſtudiumq́; partium præten-

dit. missis sanè ad eum Primi Antonii litteris, quibus au te-
re accita a Vitellio auxilia, & tumultus Germanici specie re-
tentare legiones iubebatur. Eadem Hordeonius Flaccus ra-
sens monuerat, inclinato in Vespasianum animo, & Reip. c rà,
cui excidium aduentabat, si redintegratum bellum, & to ar-
matorum millia Italiam irrupissent. Igitur Ciuilis dissidii er-
tus, occultato interim altiore consilio, cetera ex euentu iud a-
turus, nouare res hoc modo cœpit. Iussu Vitellii, Batauo m
iuuentus ad dilectum vocabatur: quem suapte naturâ g a
uem, onerabant ministri auaritiâ ac luxu, senes aut inua do
conquirendo, quos pretio dimitterent: rursus impuberes se
formâ conspicui (& est plerisq; procera pueritia) ad stuprum
trahebantur. Hinc inuidia, & compositi seditionis auctores,
perpulêre vt dilectum abnuerent. Ciuilis primores genti &
promtissimos vulgi, specie epularum, sacrum in nemus vo a-
tos, vbi nocte ac lætitiâ incaluisse videt, a laude gloriâque ge tis
orsus, iniurias & raptus, & cetera seruitii mala enumerat.
Neque enim societatem vt olim, sed tamquam mancipii
haberi. Quando legatum, graui quidem comitatu, & i-
perbo cum imperio, venire? tradi se præfectis centurio-
nibusque. quos vbi spoliis & sanguine expleuerint, mu a-
ri, exquirique nouos sinus, & varia prædandi vocabu a.
Instare dilectum, quo liberi à parentibus, fratres à frat i-
bus, velut supremum diuidantur. Nunquam magis af-
flictam rem Romanam, nec aliud in hibernis, quàm pr
dam & senes. attollerent tantùm oculos, & inania legi
num nomina ne pauescerent. esse sibi robur peditum
quitumque; consanguineos Germanos; Gallias ide
cupientes: ne Romanis quidem ingratum id bellum, c
ius ambiguam fortunam Vespasiano imputaturos: v
ctoriæ rationem non reddi. Magno cum assensu auditi
barbaro ritu, & patriis exsecrationib. vniuersos adigit. Mi
ad Caninefates, qui consilia sociarent. Ea gens partem insulæ c
lit, origine, linguâ, virtute, par Batauis: numero superantu
Mox occultis nuntiis, pellexit Britannica auxilia, Batauo
rum cohortes, missas in Germaniam, vt supra retulimus, a
tum

*tum Magontiaci agentes. Erat in Caninefatibus, ſtolidæ au-
daciæ Brinio, claritate natalium inſigni. pater eius multa ho-
ſtilia auſus, Caianarum expeditionum ludibrium impunè ſpre-
uerat. Igitur ipſo rebellis familiæ nomine placuit, impoſitusq́;
ſcuto, more gentis, & ſuſtinentium humeris vibratus, dux dili-
gitur. Statimq́; accitis Friſiis (tranſrhenana gens eſt) duarum
cohortium hiberna proximo occupato Oceano, irrumpit. Nec
præuiderant impetum hoſtium milites: nec ſi præuidiſſent, ſatis
virium ad arcendum erat. Capta igitur & direpta caſtra, dein
vagos & pacis modo effuſos lixas, negotiatoresq́; Romanos, in-
uadunt. Simul excidiis caſtellorum imminebant: quæ à præfe-
ctis cohortium incenſa ſunt, quia defendi nequibant. Signa ve-
xillaq́;, & quod militum, in ſuperiorem inſulæ partem congre-
gantur, duce Aquilio primipilari, nomen magis exercitus, quā
robur. Quippe viribus cohortium abductis, Vitellius è proxi-
mis Neruiorum Germanorumq́; pagis, ſegnem numerum ar-
mis onerauerat. Ciuilis dolo graſſandum ratus, incuſauit ultrò
præfectos,* quòd caſtella deſeruiſſent: ſecum cohorte cui p̄-
erat, Caninefatem tumultū compreſſurum. illi ſua quiſq;
hiberna repeterent. *Subeſſe fraudem conſilio, & diſperſas co-
hortes facilius opprimi, nec Brinionem ducem eius belli, ſed Ci-
uilem eſſe patuit: erumpentibus paulatim indiciis, quæ Germa-
ni læta bello gens, non diu occultauerant. Vbi inſidiæ parum
ceſſêre, ad vim transgreſſus, Caninefates, Friſios, Batauos pro-
priis cuneis componit. directa ex diuerſo acies, haut procul à
flumine Rheno, & obuerſis in hoſtem nauibus, quas incenſis
caſtellis illuc appulerant. nec diu certato, Tungrorum cohors
ſigna ad Ciuilem tranſtulit: perculſiq́; milites improuiſâ prodi-
tione, à ſociis hoſtibusq́; cædebantur. Eadem etiam nauib. per-
fidia. Pars remigum è Batauis, tamquam imperitiâ, officia
nautarum propugnatorumq́; impediebant. mox contrà tende-
re, & puppes hoſtili ripæ obiicere. ad poſtremum gubernatores
centurionesq́;, niſi eadem volentis, trucidant. donec vniuerſa
quattuor & viginti nauium claſſis, transfugeret, aut capere-
tur. Clara ea victoria in præſens, in poſterum vſui: armaq́; &
naues, quibus indigebant, adepti, magnâ per Germanias Gal-*

liaq́; famâ, libertatis auctores celebrabantur. Germaniæ statim misêre legatos, auxilia offerentes. Galliarum societatem Ciuilis arte donisq́; affectabat, captos cohortium præfectos sua in ciuitates remittendo: cohortibus abire an manere mallent datâ potestate. *manentibus, honorata militia; digredientibus spolia Romanorum offerebantur. Simul, secretis sermonibus admonebat malorum, quæ tot annis perpessi,* miseram seruitutem falsò pacem vocarent. Batauos, quamquam tributorum expertes, arma contra communes dominos cepisse. primâ acie, fusum victumq́ue Romanum: quid si Galliæ iugum exuant? quantum in Italiâ reliquum? prouinciarum sanguine, prouincias vinci. ne Vindicis aciem cogitarent: Batauo equite, protritos Æduos Aruernosque. fuisse inter Verginii auxilia, Belgas. vereque reputantibus, Galliam suismet viribus concidisse. Nunc easdem omnium partes, addito si quid militaris disciplinæ in castris Romanorum viguerit. esse secum veteranas cohortes, quibus nuper Othonis legiones procubuerint. Seruirent Syria, Asiaque, & suetus regibus Oriens: multos adhuc in Galliâ viuere, ante tributa genitos. Nuper certè cæso Quinctilio Varo, pulsam è Germaniâ seruitutem. Nec Vitellium principem, sed Cæsarem Augustum bello prouocatum. Libertatem naturâ, etiam mutis animalibus, datam. Virtutem proprium hominis bonum. Deos fortioribus adesse. Proinde arriperent vacui, occupatos integri, fessos. dum alii Vespasianum, alii Vitellium foueant, patere locum aduersus vtrumque. *Sic in Gallias Germaniasq́; intentus, si destinata prouenissent, validissimarum ditissimarumq́; nationum regno imminebat. At Flaccus Hordeonius, primos Ciuilis conatus, per dissimulationem aluit. Vbi expugnata castra, delatas cohortes, pulsum Batauorum insulâ Romanum nomen, trepidi nuntii afferebant: Mummium Lupercum legatum (is duarum legionum hibernis præerat) egredi aduersus hostem iubet. Lupercus legionarios è præsentibus, Vbios e proximis, Treuerorum equites, haut longè agentes, raptim transmisit: addita Batauorum alâ, quæ iam pridem*

dem corrupta, fidem simulabat, vt proditis in ipsâ acie Romanis, maiore pretio fugeret. Ciuilis captarum cohortium signis circumdatus, vt suo militi recens gloria ante oculos, & hostes memoriâ cladis terrerentur, matrem suam sororesq;, simul omnium coniuges paruosq; liberos, consistere a tergo iubet: hortamenta victoriæ, vel pulsis pudorem. Ut virorum cantu, feminarum vlulatu, sonuit acies; nequaquam par a legionibus, cohortibusq; redditur clamor. Nudauerat sinistrum cornu Batauorum ala transfugiens, statimque in nos versa. sed legionarius miles, quamquam rebus trepidis, arma ordinesque retinebat. Vbiorum Treuerorumq; auxilia, fœdâ fugâ dispersa, totis campis palantur. Illuc incubuêre Germani. Et fuit interim effugium legionibus, in castra, quibus Veterum nomen est. Præfectus alæ Batauorum, Claudius Labeo, oppidano certamine æmulus Ciuili, ne interfectus inuidiam apud populares, vel si retineretur, semina discordiæ præberet, in Frisios auehitur. Iisdem diebus Batauorum & Caninefatium cohortes, cum iussu Vitellii in vrbem pergerent, missus a Ciuile nuntius assequitur. Intumuêre statim superbiâ ferociaq;, & pretium itineris, donatiuum, duplex stipendium, augeri equitum numerum, promissa sanè a Vitellio, postulabant; non vt assequerentur, sed caussam seditioni. Et Flaccus multa concedendo, nihil aliud effecerat, quam vt acrius exposcerent, quæ sciebant negaturum. Spreto Flacco, inferiorem Germaniam petiuêre, vt Ciuili iungerentur. Hordeonius, adhibitis tribunis centurionibusq;, consultauit, num obsequium abnuentes vi coerceret. Mox insitâ ignauiâ, & trepidis ministris, quos ambiguus auxiliorum animus, & subito delectu suppletæ legiones angebant, statuit continere intra castra militem. Dein pœnitentiâ, & arguentibus ipsis qui suaserant, tamquam secuturus, scripsit Herennio Gallo, legionis primæ legato, qui Bonnam obtinebat, vt arceret transitu Batauos: se cum exercitu, tergis eorum hæsurum. Et opprimi poterant, si hinc Hordeonius, inde Gallus, motis vtrimque copiis, medios clausissent. Flaccus omisit inceptum, aliisq; litteris Gallum monuit, ne teneret abeuntes. Vnde suspicio, spõte legatorũ excitari bel-

lum, cunctaque quæ acciderant, aut metuebantur, non inertiâ militis, neque hostium vi, sed fraude ducum euenire. *Batavi, cum castris Bonnensibus propinquarent, præmisere qui Herennio Gallo mandata cohortium exponerent.* Nullum sibi bellum aduersus Romanos, pro quibus toties bellassent. Longâ atque irritâ militiâ fessis, patriæ atque otii cupidinem esse. Si nemo obsisteret, innoxium iter fore: sin arma occurrant, ferro viam inuenturos. *Cunctantem legatum milites perpulerant, fortunam prœlii experiretur. Tria millia legionariorum, & tumultuariæ Belgarum cohortes, simul paganorum lixarumq; ignaua, sed procax ante periculum manus, omnibus portis erumpunt, vt Batauos numero impares circumfundant. Illi, veteres militiæ, in cuneos congregantur, densi vndique, & frontem tergaq; ac latus tuti. Sic tenuem aciem nostrorum perfringunt. Cedentibus Belgis, pellitur legio, & vallum portasq; trepidi petebant. Ibi plurimum cladis. cumulatæ corporibus fossæ nec cæde tantum & vulneribus, sed ruinâ, & suis plerique telis interiêre. Victores, coloniâ Agrippinensium vitatâ, nihil cetero in itinere hostile ausi, Bonnense prœlium excusabant: tamquam petitâ pace, postquam negabatur, sibimetipsi consuluissent. Ciuilis aduentu veteranarum cohortium, iusti iam exercitus ductor, sed consilii ambiguus, & vim Romanam reputans, cunctos qui aderant, in verba Vespasiani adigit. Mittitq; legatos ad duas legiones, quæ priore acie pulsæ, in vetera castra concesserant, vt idem sacramentum acciperent. Redditur responsum,* neque proditoris, neque hostium se consiliis vti. Esse sibi Vitellium principem, pro quo fidē & arma vsq; ad supremum spiritum retenturos. proinde perfuga Batauus arbitrum rerum Romanarum ne ageret, sed meritas sceleris pœnas exspectaret. *Quæ vbi relata Ciuili, incensus irâ, vniuersam Batauorum gentem in arma rapit. Iunguntur Bructeri Tencteriq;, & excita nuntiis Germania, ad prædam famamq;. Aduersus has belli concurrentis minas, legati legionum, Munius Lupercus, & Numisi⁹ Rufus, vallū murosq; firmabant. subuersa lōgæ pacis opera, haut procul castris in modum municipii*

ipij exstructa, ne hostibus vsui forent. Sed parum prouisum, vt
copiæ in castra conueherentur, rapi permisere. Ita paucis die-
bus per licentiam absumta sunt, quæ aduersus necessitates in lon-
gum suffecissent. Ciuilis medium agmen cum robore Batauo-
rum obtinēs, vtramque Rheni ripam, quo truculentior visu fo-
ret, Germanorum cateruis complet, assultante per Campos e-
quite. Simul naues in aduersum amnem agebantur. Hinc ve-
teranarum cohortium signa, inde depromtæ siluis lucisq; fera-
rum imagines, vt cuique gēti inire prœlium mos est, mixtâ belli
ciuilis externiq; facie obstupefecerant obsessos. & spem oppu-
gnantium augebat amplitudo valli, quod duabus legionibus si-
tum, vix quinque millia armatorum tuebantur. Sed lixarum
multitudo, turbatâ pace illuc congregata, & bello ministra ad-
erat. Pars castrorum, in collem leniter assurgens, pars æquo ad-
ibatur. quippe illis hibernis, obsideri premiq; Germanias Au-
gustus crediderat: neque vnquam id malorum, vt oppugna-
tum vltrò legiones nostras venirent. Inde non loco, neque mu-
nimentis labor additus. vis & arma satis placebant. Batauí.
Transrhenaníque, quo discreta virtus manifestiùs spectaretur,
sibi quæque gens consistunt, eminus lacessentes. Post vbi plera-
que telorum turribus pinnisq; mœnium irrita hærebant, & de-
super saxis vulnerabantur; clamore atque impetu, inuasere
vallum; appositis plerique scalis; alii per testudinem suorum.
scandebántque iam quidam; cùm gladiis & armorum incussu
præcipitati, sudibus & pilis obruuntur, præferoces initio, & re-
bus secundis nimij. Sed tum prædæ cupidine, aduersa quoq; to-
lerabant. Machinas etiam, insolitum sibi, ausi. nec vlla ipsis so-
lertia. perfugæ captiuiq; docebant struere materias in modum
pontis, mox subiectis rotis propellere: vt alij superstantes, tam-
quam ex aggere prœliarentur: pars intus, occulti muros subru-
erent. Sed excussa balistis saxa, strauere informe opus, & crates
vineásque parantibus, adactæ tormentis ardentes hastæ. vltró-
que ipsi oppugnatores ignibus petebantur: donec desperatâ vi,
verterent consilium ad moras, haut ignari paucorum dierum
inesse alimenta, & multũ imbellis turbæ. Simul ex inopiâ pro-
ditio, & fluxa seruitiorum fides, ac fortuita belli sperabantur.

Flaccus interim, cognito caſtrorum obſidio, & miſſis per Gallia
qui auxilia concirent, lectos legionibus Dillio Voculæ duodeui-
ceſimæ legionis legato tradit, vt quàm maximis per ripam itine-
ribus celeraret. Ipſe pauidus torpere, inuiſus militibus. nequ
enim ambiguè fremebant, emiſſas à Maguntiaco Batauorũ
cohortes, diſſimulatos Ciuilis conatus, acciri in ſocieta-
tem Germanos. non Primi Antonii, neque Muciani ope
Veſpaſianum magis adoleuiſſe. aperta odia, armáque pa-
làm depelli: fraudem & dolum, obſcura, eóque ineuita-
bilia. Ciuilem ſtare contrà, ſtruere aciem; Hordeonium, è
cubiculo & lectulo, iubere quidquid hoſti conducat. Tot
armatas fortiſſimorum virorum manus, vnius ſenis vale-
tudine regi. Quin potius interfecto traditore, fortunam
virtutemq́; ſuam malo omine exſoluerent. *His inter ſe vo-*
cibus inſtinctos, flammauere inſuper allatæ à Veſpaſiano litteræ,
quas Flaccus, quia occultari nequibant, pro concione recitauit:
vinctóſq; qui attulerant, ad Vitellium miſit. Sic mitigatis a-
nimis, Bonnam, hiberna primæ legionis ventum. Infenſior illic
miles, culpam cladis in Hordeonium vertebat: eius iuſſu di-
rectam aduerſus Batauos aciem, tamquam à Magontiaco
legiones ſequerentur: eiuſdem proditione cæſos, nullis
ſuperuenientibus auxiliis. Ignota hæc ceteris exercitibus,
neq; imperatori ſuo nuntiari: cum accurſu tot priuinciarũ,
exſtingui repẽs perfidia potuerit. *Hordeonius exẽplaria*
omnium litterarum, quibus per Gallias Britanniámq; & Hi-
ſpanias auxilia orabat, exercitui recitauit: inſtituítq; peſſimum
facinus, vt epiſtolæ Aquiliferis legionũ traderẽtur, à quîs antè
militi quàm ducibus legebantur. Tum è ſeditioſis vnum vinci-
ri iubet, magis vſurpandi iuris, quàm quia vnius culpa foret.
Motúſque Bonnâ exercitus, in coloniam Agrippinenſem; af-
fluentibus auxiliis Gallorum, qui primò rem Romanam enixè
iuuabant. Mox valeſcentibus Germanis, pleræq; ciuitates ad-
uerſum nos armatæ, ſpe libertatis; &, ſi exuiſſent ſeruitiũ, cu-
pidine imperitandi. Gliſcebat iracundia legionum, nec terrorẽ
vnius militis vincula indiderant. quin idem ille arguebat vl-
trò conſcientiam ducis: tamquam nuntius inter Ciuilẽ Flac-
cúmque,

cúmque, falso crimine, testis veri opprimeretur. Conscêdit tribunal Vocula, mirâ constantiâ, prehensumq; militẽ ac vociferantem duci ad supplicium iussit. Et dum mali pauẽt; optimus quisque iussis paruere. Exin, consensu ducem Voculam poscentibus, Flaccus summam rerum ei permisit. Sed discordes animos multa efferabant, inopia stipendij frumentique, & simul dilectum tributáque Galliæ aspernantes: Rhenus, incognita illi cælo siccitate, vix nauium patiens: arti commeatus: dispositæ per omnem ripam stationes, quæ Germanos vado arcerent: eadémque de caussâ minus frugum, & plures qui consumerent. Apud imperitos prodigij loco accipiebatur ipsa aquarum penuria, tamquam nos amnes quoque, & vetera imperij munimenta, desererent. quod in pace, fors, seu natura. tunc fatum & ira Dei, vocabatur. Ingressis Nouesium, tertiadecima legio coniungitur. Additus Voculæ in partem curarum, Herennius Gallus, legatus: nec ausi ad hostem pergere, loco, Gelduba nomen est, castra fecere. Ibi struendâ acie, muniendo vallandóque, & ceteris belli meditamentis militem firmabant. Vtq; prædâ ad virtutem incenderetur, in proximos Gugernorum pagos, qui societatem Ciuilis acceperant, ductus à Voculâ exercitus. Pars cum Herennio Gallo permansit. Fortè nauem, haut procul castris, frumento grauem, cùm per vada hæsisset, Germani in suam ripam trahebant. Non tulit Gallus, misitq; subsidio cohortem. Auctus & Germanorum numerus, paulatimq; aggregantibus se auxiliis, acie certatum. Germani, multâ cum strage nostrorum, nauem abripiunt. Victi (quod tum in morem verterat) non suam ignauiam, sed perfidiam legati culpabant. Protractum è tentorio, scissâ veste, verberato corpore, quo pretio, quibus consciis, prodidisset exercitum, dicere iubent. Redit in Hordeonium inuidia. Illum auctorem sceleris, hunc ministrum vocant: donec exitium minitantibus exterritus, proditionem & ipse Hordeonio obiecit. Vinctúsque, aduentu demum Voculæ, exsoluitur. Is posterâ die auctores seditionis morte affecit. Tanta illi exercitui diuersitas inerat licentiæ, patientiæq;. Haut dubiè gregarius miles, Vitellio fidus: splendidissimus quisque, in Vespasianum proni. inde scelerum ac

supplicíorum vices, & mixtus obsequio furor: vt contineri non possent, qui puniri poterant. At Ciuilem immensum vniuersa Germania extollebat, societate nobilissimis obsidum firmatâ. Ille, vt cuiq; proximum, vastari Vbios Treuerósque, & aliâ manu Mosam amnem transire iubet, vt Menapios & Morinos & extrema Galliarum quaterent. Actæ vtrobique prædæ. Infestius in Vbiis, quod gens Germanicæ originis, eiuratâ patriâ, Romanorum nomine Agrippinenses *vocarentur. Cæsæ cohortes eorum, in vico Marcoduro, incuriosius agentes, quia procul ripâ aberant. Nec quieuere Vbij, quominus prædas è Germaniâ peterent. primò impunè: dein circũuenti sunt per omne id bellum, meliore vsi fide quàm fortunâ. Contusis Vbiis, grauior & successu rerum ferocior Ciuilis, obsidium legionum vrgebat: intentis custodiis, ne quis occultus nuntius venientis auxilii penetraret. Machinas molémque operum, Batauis delegat: Transrhenanos prœlium poscentis, ad scindendum vallum ire, detrusósq; redintegrare certamen iubet: superante multitudine, & facili damno. nec finem labori nox attulit. Congestis circum lignis accensísque, simul epulantes, vt quisque vino incaluerat, ad pugnam temeritate inani ferebantur. Quippe ipsorum tela, per tenebras vana. Romani conspicuam Barbarorum aciem, & si quis audaciâ aut insignibus effulgens, ad ictum destinabãt. Intellectum id Ciuili: & restincto igne, misceri cuncta tenebris & armis iubet. Tum verò strepitus dissoni, casus incerti, neque feriendi, neque declinandi prouidentia. Vnde clamor acciderat, circumagere corpora, tendere arcus: nihil prodesse virtus, fors cuncta turbare, & ignauorum sæpe telis fortissimi cadere. Apud Germanos, inconsulta ira: Romanus miles periculorum gnarus, ferratas sudes, grauia saxa, non forte iaciebat. Vbi sonus molientium, aut appositæ scalæ, hostem in manus dederant; propellere vmbone. pilo sequi. multos mœnia egressos, pugionibus fodere. Sic exhaustâ nocte, nouam aciem dies aperuit. Eduxerant Bataui turrim, duplici tabulato, quam prætoriæ portæ (is æquissimus locus) propinquantem, promoti contra validi asseres, & incussæ trabes perfregere, multâ superstantium pernicie. Pugnatúmque in perculsos, subitâ & prosperâ eruptione. Simul à*

legiona-

legionariis peritiâ & arte præstantibus plura struebantur. Præcipuum pauorem intulit suspensum & nutans machinamentũ, quo repentè demisso, præter suorum ora, singuli pluresue hostium sublime rapti, verso pondere intra castra effundebantur. Ciuilis omissâ oppugnandi spe, rursus per otium assidebat, nuntiis & promissis fidem legionum conuellens. II *Hæc in Germaniâ ante Cremonense prœlium gesta, cuius euentum litteræ Primi Antonij docuere, addito Cæcinæ edicto. Et præfectus cohortis è vitis, Alpinus Montanus, fortunam partium præsens fatebatur. Diuersi hinc motus animorum. Auxilia è Galliâ, quîs nec amor, nec odium in partes, militia sine affectu, hortantibus præfectis, statim à Vitellio desciscunt: vetus miles cunctabatur. Sed adigente Hordeonio Flacco, instantibus tribunis, dixit sacramentum, non vultu neque animo satis affirmans: & cùm cetera iurisiurandi verba conciperent.* Vespasiani nomen *hæsitantes, aut leui murmure, & plerumq; silentio transmittebant.* 2 *Lectæ deinde pro concione epistolæ Antonij ad Ciuilem, suspiciones militum irritauere, tamquam ad socium partium scriptæ, & de Germanico exercitu hostiliter. Mox allatis Geldubam in castra nuntiis, eadem dicta, factáque: & missus cum mandatis Montanus ad Ciuilem,* vt absisteret bello, néue externa armis falsis velaret. Si Vespasianum iuuare aggressus foret; satisfactum cœptis. *Ad ea Ciuilis primò, callide: post, vbi videt Montanum præferocem ingenio, paratúmque in res nouas, orsus à questu periculisq; quæ per quinque & viginti annos in castris Romanis exhausisset,* Egregium, *inquit,* pretium laboris cepi, necem fratris, & vincula mea, & sæuissimas huius exercitus voces, quibus ad suppliciũ petitus, iure gentium pœnas reposco. vos autem Treueri, ceteræque seruientium animæ, quod pretium effusi totiens sanguinis exspectatis, nisi ingratam militiam, immortalia tributa, virgas, secures, & dominorum ingenia? En ego præfectus vnius cohortis, & Caninefates Batauique, exigua Galliarum portio, vana illa castrorum spatia excidimus, vel septa ferro faméque premimus. denique ausos aut libertas sequetur, aut victi iidem erimus. *Sic accensum,*

sed molliora referre iussum, dimittit. Ille vt irritus legationis rediit, cetera dissimulans, quæ mox erupere. Ciuilis parte copiarum recentâ, veteranas cohortes, & quod è Germanis maximè promtum, aduersus Voculam exercitúmque eius mittit: Iulio Maximo, & Claudio Victore sororis suæ filio, ducibus. Rapiunt in transitu hiberna alæ, Asciburgii sita. adeóq; improuisi castra inuolauere, vt non alloqui, non pandere aciē Vocula potuerit. Id solum, vt in tumultu, monuit, subsignano milite media firmare. auxilia passim circumfusa sunt. Eques prorupit, exceptúsq; compositis hostium ordinib9, terga in suos vertit. Cædes inde, non prœlium. Et Neruiorum cohortes, metu seu perfidiâ, latera nostrorum nudauere. Sic ad legiones peruentū, quæ amissis signis, intra vallum sternebantur; cùm repentè nouo auxilio, fortuna pugnæ mutatur. Vasconum lectæ à Galba cohortes, ac tum accitæ, dum castris propinquant, audito prœliantium clamore, intentos hostes à tergo inuadunt, latiorémque quàm pro numero terrorem faciunt aliis à Nouesio, aliis à Magontiaco vniuersas copias aduenisse credentibus. Is error Romanis addit animos, & dum alienis viribus confidunt, suas recepere. Fortissimus quisq; è Batauis, quantum peditum erat, funduntur: eques euasit, cum signis captiuísque, quos prima acie corripuerant. Cæsorum eo die, in partibus nostris, maior numerus & imbellior; è Germanis, ipsa robora. Dux vterque, pari culpâ meritus aduersa, prosperis defuere. Nam Ciuilis, si maioribus copiis instruxisset aciem; circumiri a tam paucis cohortibus nequisset, castráque perrupta excidisset. Vocula, nec aduentum hostium explorauit, eóque simul egressus victúsque. dein victoriæ parum confisus, tritis frustra diebus, castra in hostem mouit. quem si statim impellere, cursúmque rerum sequi maturasset; soluere obsidium legionum eodem impetu potuisset. Tentauerat interim Ciuilis obsessorum animos, tamquam perdita apud Romanos res, & suis victoria prouenisset. Circumferebantur signa vexilláque. ostentati etiam captiui. ex quibus vnus, egregium facinus ausus, clarâ voce gesta patefecit, confossus illic a Germanis. vnde maior indici fides. Simul vastatione incendiisq; flagrantium villarum, venire victorem exercitū intellige-

ntelligebatur. *In conspectu castrorum constitui signa, fossámue & vallum circumdari Vocula iubet, ut depositis impedimentis sarcinisq; expediti certarent. Hinc in ducem clamor ugnam poscentium. & minari assueuerant Ne tempore quiem ad ordinandam aciem capto, incompositi fessiq; prœlium umsere. nam Ciuilis aderat, non minus vitiis hostium, quàm irtute suorum fretus. Varia apud Romanos fortuna, & sediosissimus quisque ignauus: quidam recentis victoriæ memos, retinere locum, ferire hostem, seq; & proximos hortari. Et dintegratâ acie, manus ad obsessos tendere,* ne tempori deesent. *Illi cuncta è muris cernentes, omnibus portis prorumpunt. Ac fortè Ciuilis lapsu equi prostratus, creditâ per vtrumque xercitum famâ,* vulneratum aut interfectũ, *immane quanum suis pauoris & hostibus alacritatis indidit. Sed Vocula, oissis fugientium tergis, vallum turrésque castrorum augebat, mquam rursus obsidium immineret: corruptâ totiens victoâ, non falsò suspectus* bellum malle. *Nihil æque exercitus noros, quàm egestas copiarum fatigabat. Impedimenta legionum m imbelli turbâ Nouesium missa, vt inde terrestri itinere umentum adueherent. Nam flumine hostes potiebantur. Priım agmen securum incessit, nondum satis firmo Ciuile. qui bi rursum missos Nouesium frumentatores, datásque in prædium cohortes, velut multâ pace, ingredi accepit, rarum apud gna militem, arma in vehiculis, cunctos licentiâ vagos, comositus inuadit: præmissis, qui pontes & viarum angusta insideent. pugnatum longo agmine, & incerto Marte, donec prœliũ ox dirimeret. Cohortes Geldubam perrexere, manentibus vt erant castris, quæ relictorum illic militum præsidio tenebanır. Non erat dubium, quantum in regressu discriminis adındum foret, frumentatoribus onustis pauculisq;. Addit excitui suo Vocula mille delectos, è quintâ & quartadecimâ leonibus apud Vetera obsessis, indomitum militem & ducibus fensum. Plures quam iussum erat profecti, palam in agmine emebant,* non se vltrà famem, insidias legatorum toleraros. *At qui remanserant, desertos se abductâ parte legioum querebantur. Duplex hinc seditio, alijs reuocantibus*

Voculam; aliis redire in castra abnuentibus. Interim Ciui
Vete arcircumsedit. Vocula Geldubam, atque inde Nouesi
concessit. Ciuilis capit Geldubam. Mox haut procul Noue
equestri prœlio prospere certauit. Sed miles, secundis aduersis
perinde in exitium ducum accendebatur. Et aduentu quin
norum quintadecimanorúmque auctæ legiones donatiuũ
poscunt, *comperto pecuniam à Vitellio missam. Nec diu c*
tatus Hordeonius, nomine Vespasiani dedit. Idq́ præcipu
fuit seditionis alimentum. Effusi in luxum & epulas, & noct
nos cœtus, veterem in Hordeonium iram renouant. nec vllo
gatorum, tribunorúmue obsistere auso, (quippe omnem pu
rem nox ademerat) protractum è cubili interficiunt. Eaden
Voculam parabantur, nisi seruili habitu, per tenebras, igno
tus euasisset. Vbi sedato impetu, metus rediit: centuriones c
epistolis ad ciuitates Galliarum misere, auxilia ac stipendi
raturos. Ipsi vt est vulgus sine rectore præceps, pauidum, sec
aduentante Ciuile, raptis temerè armis, ac statim omissis in
gam vertuntur. Res aduersæ, discordiam peperere; iis qui e
periore exercitu erant, caussam suam dissociantibus. Vit
tamen imagines, in castris, & per proximas Belgarum ciui
tes, repositæ, cùm iam Vitellius corruisset. Dein mutati in
nitentiam primani, quartanique, & duoetuicesimani, Vo
lam sequuntur: apud quem resumto Vespasiani sacramento
liberandum Magontiaci obsidium ducebantur. Discesser
obsessores mixtus ex Cattis, Vsipiis, Mattiacis exercitus, s
tiate prædæ, nec incruentati. Via dispersos & nescios miles no
inuaserat. Quin & loricam vallúmque per fines suos Tre
struxere, magnisq́ inuicem cladibus cum Germanis certal
donec egregia erga populum Romanum merita, mox reb
fœdarent. Interea Vespasianus iterùm, ac Titus, Consulat
absentes ineunt, mæstâ & multiplici metu suspensâ ciuit
quæ super instantia mala, falsos pauores induerat, desciuisse
fricam, res nouas moliente L. Pisone. *Is præerat prouin*
nequaquam turbidus ingenio. Sed quia naues sæuitiâ hie
prohibebantur. vulgus alimenta in dies mercari solitum, cu
na ex rep. annonæ cura, clausum litus, retineri commeatus d

timet, credebat: augentibus famam Vitellianis, qui studium partium nondum posuerant: nec victoribus quidem ingrato rumore, quorum cupiditates externis quoque bellis inexplebiles, nulla vnquam ciuilis victoria satiauit. kalen. Ianuariis, in senatu, quem Iulius Frontinus Prætor vrbanus vocauerat, legatis exercitibúsque, ac regibus laudes gratésq; decreta. Et Tertio Iuliano Prætura, quòd transgredientē in partes Vespasiani, legionē deseruisset, ablata vt in Plotium Griphum transferretur. Hormo dignitas equestris data. Et mox, eiurāte Frōtino, Cæsar Domitianus Præturam cœpit. Eius nomen epistolis edictisq; proponebatur. Vis penes Mucianum: nisi quòd pleraque Domitinus, instigantibus amicis, aut propriâ libidine, audebat. Sed præcipuus Muciano metus è Primo Antonio, Varoq; Ario: quos recentes, clarosq; rerum famâ, ac militum studiis, etiam populus fouebat, quia in neminem vltra aciem sæuierant. Et ferebatur Antonius Scribonianum Crassum, egregiis maioribus, & fraternâ imagine fulgentem, ad capessendam rempub. hortatus: haut defuturâ consciorū manu, ni Scribonianus abnuisset: ne paratis quidē corrūpi facilis, adeò metuens incerta. Igitur Mucianus, quia propalam opprimi Antonius nequibat: multis in senatu laudibus cumulatum, secretis promissis onerat, citeriorem Hispaniam ostentans, discessu Cluuii Rufi vacuam. simul amicis eius, tribunatus præfecturásq; largitur. Dein, postquam inanem animum spe & cupiditate impleuerat, vires abolet: dimissâ in hiberna legione septimâ, cuius flagrantissimus in Antoniū amor. Et tertia legio, familiaris Ario Varo miles, in Syriā remissa. Pars exercitus, in Germanias ducebatur. Sic egesto, quidquid turbidum, redit vrbi sua forma, legésque, & munia magistratuum. Quo die senatum ingressus est Domitianus, de absentiâ patris fratrisq; ac iuuentâ suâ, pauca & modica disseruit, decorus habitu: & ignotis adhuc moribus, crebra oris confusio, pro modestia accipiebatur. Referente Cæsare, de restituendis Galbæ honoribus, censuit Curtius Montanus, vt Pisonis quoque memoria celebraretur. Patres vtrumque iussere. de Pisone irritum fuit. Tum sorte ducti, per quos redderentur bello rapta; quiq; æra le-

gum vetustate delapsa noscerent, figeréntque; & qui Fa-
stos adulatione temporum fœdatos exonerarent; modú-
que publicis impensis facerēt. *Redditur Tertio Iuliano Præ-
tura, postquam cognitus est ad Vespasianum confugisse. Griphi
honor mãsit. Repeti inde cognitionem inter Musonium Rufun
& P. Celerem placuit damnatusq; Publius, & Sorani manibu
satisfactum. Insignis publicâ seueritate dies, ne priuatim qui
dem laude caruit. Iustum iudicium exp esse Musonius videba
tur. diuersa fama Demetrio Cynicam sectam professo, quòd ma
nifestum reum ambitiosius quàm honestius defendisset. Ip
Publio neque animus in periculis, neque oratio suppeditauit. S
gno vltionis in accusatores dato, petit à Cæsare Iunius Mauri
cus, vt* commentariorum principalium potestatem Sena
tui faceret, per quos nosceret, quem quisque accusandum
poposcisset. *Consulendum tali super re principem, respondi
Senatus, inchoantibus primoribus, iusiurandum concepit, qu
certatim omnes magistratus, ceteri vt sententiam rogabantu*
Deos testes aduocabant, nihil ope suâ factum quo ciuiu
quam salus læderetur, neq; se præmium aut honorem e
calamitate ciuium cepisse. *trepidis & verba iurisiurandi pe
varias artes mutantibus, quîs flagitij conscientia inerat. Pr
babant religionem Patres; periurium arguebant. Eáque vel
censura, in Sariolenum Voculam, & Nonium Attianum, e
Cestium Seuerum acerrimè incubuit, crebris apud Neronē d
lationibus famosos. Sariolenũ & recens crimen vrgebat, qu
apud Vitellium molitus eadē foret. nec destitit Senatus man
inētare Voculæ, donec curia excederet. Ad Pactium Afric
num transgressi, eum quoq; proturbant: tamquã Neroni Scr
bonianos fratres concordia opibúsque insignes, ad exitium mo
strauisset. Africanus neque fateri audebat, neq; abnuere pot
rat: in Vibium Crispum, cuius interrogationibus fatigabatu
vltrò cõuersus, miscendo quæ defendere nequibat, societate cu
pæ inuidiam declinauit. Magnam eo die pietatis eloquentia
famam Vipsanius Messalla adeptus est, nondum Senatoria
tate, ausus pro fratre Aquilio Regulo deprecari. Regulum, su
uersa Crassorum & Orphiti domus, in summum odium extul*

r.

rat. Spōte ex S. C. accuſationem ſubiſſe iuuenis admodum. nec depellendi periculi, ſed in ſpem potentiæ videbatur. Et Sulpicia Prætextata Craſſi uxor, quatuórque liberi, ſi cognoſceret ſenatus, vltores aderant. Igitur Meſſalla non cauſſam neq; reum tueri, ſed periculis fratris ſemet opponēs flexerat quoſdam. Occurrit truci oratione Curtius Montanus, eò vſq; progreſſus, vt poſt cædē Galbæ, datam interfectori Piſonis pecuniā à Regulo, appetitum morſu Piſonis caput *obiectaret.* Hæc certè, *inquit*, Nero nō coegit, nec dignitatē, aut ſalutē illâ ſæuitiâ redemiſti. Sanè toleremus iſtorum defenſiones: qui perdere alios, quàm periclitari ipſi maluerunt. Te ſecurū reliquerat exſul pater, & diuiſa inter creditores bona, nōdum honorum capax ætas: nihil quod ex te concupiſceret Nero, nihil quod timeret. libidine ſanguinis, & hiatu pręmiorum, ignotum adhuc ingenium, & nullis defenſionibus expertum, cæde nobili imbuiſti. cùm ex funere reipublicæ, raptis Conſularibus ſpoliis, ſeptuagies ſeſtertio ditatus, & Sacerdotio fulgens, innoxios pueros, illuſtres ſenes, conſpicuas feminas eâdem ruinâ poſterneres: cùm ſegnitiam Neronis incuſares, quòd per ſingulas domos ſeque & delatores fatigaret, poſſe vniuerſum Senatum vnâ voce ſubuerti. Retinete Patres conſcripti, & reſeruate hominem tam expediti conſilii, vt omnis ætas inſtructa ſit: & quomodo ſenes noſtri, Marcellum, Criſpum; iuuenes, Regulum imitentur. Inuênit etiam æmulos infelix nequitia. quid ſi floreat vigeatque? Et quē adhuc quæſtorium offendere non audemus, Prętorium & Conſularem viſuri ſumus? An Neronem extremum dominorum putatis? Idem crediderant, qui Tiberio, qui Caio ſuperſtites fuerunt: cùm interim inteſtabilior, & ſæuior exortus eſt. Non timemꝰ Veſpaſianū: ea principis ætas, ea moderatio. Sed diutiꝰ durāt exēpla q̃ mores. Elāguimꝰ P. C. nec iā ille ſenatꝰ ſumꝰ, q occiſo Nerone, delatores & miniſtros, more maiorū puniēdos flagitabat. Optimꝰ eſt, poſt malū principē, dies primꝰ. *Tāto cū aſſenſu Senatus auditus eſt Mōtanus, vt ſpem caperet Heluidius, poſſe etiā Marcellum poſterni. Igi-*

tur à laude Cluuij Rufi orsus, qui perinde diues & eloquentiâ
clarus, nulli vnquam sub Nerone periculum facessisset; crimi-
ne simul exemplóque Eprium vrgebat, ardentibus Patrum ani-
mis, quod vbi sensit Marcellus, velut excedens curiâ: Imus, *in-*
quit, Prisce & relinquimus tibi Senatũ tuum: regna præ-
sente Cæsare. *Sequebatur Vibius Crispus: ambo infensi, vultu*
diuerso. Marcellus minacibus oculis, Crispus renidens: donec
accursu amicorum, retraherentur. Cùm glisceret certamẽ, hinc
multi boníque, inde pauci & validi pertinacibus odiis tenderẽt,
consumtus per discordiam dies. Proximo Senatu, inchoante Cæ
sare de abolẽdo dolore iráque, & priorum temporum ne-
cessitatibus, *censuit Mucianus prolixè pro accusatoribus. Si*
mul eos qui cœptam, dein omissam actionem repeterent, monu
sermone molli, & tamquam rogaret. Patres cœptam liberta
postquam obuiam itum, omisere. Mucianus ne sperni Sena
tus iudicium, & cunctis sub Nerone admissis, data impunit
videretur: Octauium Sagittam, & Antistium Sosianum S
natorij ordinis, egressos exsilium, in easdem insulas redegit. O
ctauius, Pontiam Postumiam stupro cognitam, & nuptias su
abnuentem, impotens amoris interficerat: Sosianus prauita
morum multis exitiosus. Ambo graui Senatus consulto dam
nati pulsíq;, quamuis concesso aliis reditu, in eâdem pœ
retenti sunt. *Nec ideo lenita erga Mucianum inuidia. Qui*
pe Sosianus ac Sagitta, viles, etiã si reuerterentur: accusatoru
ingenia, & opes, & exercita malis artibus potentia timebant.
Reconciliauit paulisper studia patrum, habita in Senatu cog
tio, secundùm veterem morem. Manlius Patruitus ordi
Senatorij, pulsatum se in coloniâ Seniensi, cœtu multi
dinis, & iussu magistratuum *querebatur. nec finẽ iniuria*
stetisse: planctum, & lamẽta: & supremorum imaginẽ p
senti sibi circumdata: cum contumeliis & probris qu
Senatum vniuersum iacerentur. *Vocati qui arguebantur*
cognitâ caussâ, in conuictos vindicatum. Adduntúmque S
quo Seniensium plebes modestiæ admoneretur. *Iisdẽ*
bus Antonius Flãma Cyrenensibus damnatur, lege repetun
rum, & exsilio ob sæuitiã. Inter quæ, militaris seditio propè

arsit. Prætorianã militiam repetebant à Vitellio dimissi, p Vespasiano congregati: & lectus in eamdem spem è legionibus miles, promissa stipẽdia flagitabat. Ne Vitelliani quidem, sine multâ cæde pelli poterant. Ingressus castra Mucianus, quò rectius stipendia singulorum spectaret, suis cum insignibus armisq; victores constituit, modicis inter se spatiis discretos. Tum Vitelliani, quos apud Bouillas in deditionem acceptos memorauimus, ceteriq; per vrbem, & vrbi vicina conquisiti, producuntur propè intecto corpore. Eos Mucian⁹ diduci, & Germanicum Britannicúmq; militem, ac si qui aliorum exercituum, separatim assistere iubet. Illos primus statim aspectus obstupefecerat. cùm ex diuerso, velut aciẽ telis & armis trucem; semet, clausos nudósque & illuuie deformes aspicerent. Vt verò huc illuc distrahi cœpere, metus per omnes, & præcipua Germanici militis formido, tamquam eâ separatione ad cædem destinarentur. prensare commanipularium pectora, ceruicibus innecti, suprema oscula petere, ne desererentur soli, neu in pari caussâ disparẽ fortunam paterentur: *modò Mucianum, modò absentẽ principẽ, postremùm cælum ac deos obtestari. donec Mucianus cunctos* eiusdẽ sacramẽti, eiusdẽ imperatoris milites *appellans, falso timori obuiam iret. Namque & victor exercitus clamore lacrymas eorum iuuabat. Isq; finis illâ die. Paucis pòst diebus, alloquentem Domitianum firmati iam excepêre. Spernunt oblatos agros; militiam & stipẽdia orant. Preces erant, sed quibus contradici non posset. igitur in prætorium accepti. Dein quibus ætas & iusta stipendia, dimissi cum honore, alij ob culpam: sed carptim, ac singuli. quo tutissimo remedio, consensus multitudinis extenuatur.*

47 *Ceterùm veráne pauperie, an vti videretur, actum in Senatu,* vt sexcenties sestertium à priuatis mutuum acciperetur. *Præpositúsque ei curæ Poppæus Siluanus. nec multo pòst necessitas abijt, siue omissa simulatio. Abrogati inde, legem ferente Domitiano, Consulatus quos Vitellius dederat. Funúsque censorium Flauio Sabino ductum: magna documenta instabilis fortunæ, summáque etiam miscentis.*

48 *Sub idem tempus L. Piso proconsul interficitur. eâ de cæde quàm verissime expediam, si pauca suprà petiero, ab initio caussis-*

que talium facinorum non absurda. Legio in Africâ auxiliáque, tutandis imperij finibus, sub Diuo Augusto Tiberióque principibus, Proconsuli parebant. Mox C. Cæsar turbidus animi, ac M. Silanum obtinentem Africam metuens, ablatam Proconsuli legionem, misso in eam rem legato tradidit. æquatus inter duos beneficiorum numerus, & mixtis vtriusque mandatis, discordia quæsita auctáque. Prauo certamine, legatorum ius adoleuit, diuturnitate officij, vel quia minoribus maior æmulandi cura. Proconsulum splendidissimus quisque, securitati magis quàm potentiæ consulebant. Sed tum legionem in Africa regebat Valerius Festus, sumtuosæ adolescentiæ, neque modica cupiens, sed affinitate Vitellij anxius. Is, crebris sermonibus, tentaritne Pisonem ad res nouas; an tentanti restiterit, incertum. quoniam secreto eorum nemo affuit, & occiso Pisone plerique ad gratiam interfectoris inclinauere. Nec ambigitur, prouinciam & militem, alienato erga Vespasianum animo fuisse. & quidam è Vitellianis vrbe profugi, ostentabant Pisoni nutantes Gallias, paratam Germaniã, pericula ipsius, & in pace suspectâ tutius bellum. Inter quæ Claudius Sagitta, præfectus alæ Petrinæ, prosperâ nauigatione præuênit Papirium centurionem, à Muciano missum: asseerauitque mandata interficiendi Pisonis, centurioni data. Cecidisse Galerianũ, consobrinum eius generumq́;. Vnã in audaciâ spẽ salutis. Sed duo itinera audendi, seu mallet statim arma, seu petitâ nauibus Galliâ, ducem se Vitelliani exercitibus ostenderet. Nihil ad ea moto Pisone, centurio a Muciano missus, vt portum Carthaginis attigit, magnâ voce, læta Pisoni omnia, tamquam principi continuare: obuios & subitæ rei miraculo attonitos, vt eadem adstreperent, hortari. vulgus credulum, ruere in forum, præsentiam Pisonis exposcere. Gaudio clamoribúsque cuncta miscebant, indiligentiâ veri, & adulandi libidine. Piso indicio Sagittæ, vel insitâ modestiâ, nõ in publicum egressus est, neque se studiis vulgi permisit. Centurionémq; percunctatus, postquã quæsitum sibi crimẽ cædémq; comperit: animaduerti in eum iussit, haud perinde spe vitæ, quàm irâ in percussorem, quòd idem ex interfectoribus Clodij Macri, cruentas legati sanguine

guine manus ad cædẽ proconsulis rettulisset. Anxio deinde e-
dicto Carthaginẽsibus increpitis, ne solita quidẽ munia vsurpa-
bat, clausus intra domum, ne qua motus noui caussa vel fortè o-
reretur. Sed vbi Festo consternatio vulgi, cẽturionis supplicium,
veráque & falsa, more famæ, in maius innotuere; equites in necẽ
Pisonis mittit. Illi raptim vecti, obscuro adhuc cœptæ lucis, do-
mum proconsulis irrumpunt, districtis gladiis, & magna pars
Pisonis ignari: quòd Pœnos auxiliares, Maurósque in eam
cædem delegerat.. haut procul cubiculo, obuium fortè seruum,
quis nam & vbi esset Piso? interrogauere. Seruus, egregio
mendacio, se Pisonem esse respondit: ac statim obtruncatur.
nec multo poòst, Piso interficitur. Namque aderat, qui nosce-
ret, Bebius Massa è procuratoribus Africæ: iam tunc optimo
cuiq; exitiosus, & in caussas malorum quæ mox tulimus, sæpius
rediturus. Festus Adrumeto, vbi speculabundus substiterat, ad
legionem tendit, præfectumq; castrorum Cetronium Pisanum
vinciri iussit, proprias ob simultates: sed Pisonis satellitem vo-
cabat milités que & centuriones quosdam puniit, alios præmiis
affecit. neutrum ex merito, sed vt oppressisse bellum crederetur.
Mox Ophensium Leptitanorumq; discordias componit, quæ
raptu frugum & pecorum inter agrestes, modicis principiis, iam
per arma, atque acies exercebantur. Nã populus Ophensis mul-
titudine inferior, Garamantas exciuerat, gentem indomitam,
& inter accolas latrociniis fecundã. Vnde arta Leptitanis res,
latéque vastatis agris, intra mœnia trepidabant. donec interuẽ-
tu cohortium alarúmque, fusi Garamantes, & recepta omnis
præda nisi quã vagi per inaccessa mapalium vlterioribus ven-
diderant. At Vespasiano post Cremonensem pugnam, & pro-
speros vndiq; nuntios, cecidisse Vitellium multi cuiusque or-
dinis pari audaciâ fortunáque hibernum mare aggressi nuntia-
uere. Aderant legati regis Vologesi, quadraginta Parthorum
equitum millia offerentes. magnificum lætumq; tantis sociorum
auxiliis ambiri, neque indigere. Gratiæ Vologeso acta, manda-
túmq; vt legatos ad Senatũ mitteret, & pacem esse sciret.
Vespasianum in Italiam résq; vbris intentus, aduersam de Do-
mitiano famã accipit: tamq̃ terminos ætatis, & cõcessa filio

egrederetur. *Igitur validissimam exercitus partem Tito tra*
dit, ad reliqua Iudaici belli perpetranda. Titum, antequam di
grederetur, multo apud patrem sermone orasse dicebatur, n
criminantium nuntiis temerè accenderetur: integrúmq
se ac placabilẽ filio prestaret. Nõ legiones, non classes, per
inde firma imperii munimẽta, quàm numerum liberori
Nam amicos tempore, fortunâ, cupidinibus aliquando
aut erroribus, imminui, transferri, desinere: suum cuiqu
sanguinem indiscretum. sed maximè principibus: quor
prosperis & alii fruantur, aduersa ad iunctissimos pert
neant. ne fratribus quidem mansuram concordiam,
parens exemplum præbuisset. *Vespasianus haut æquè D*
mitiano mitigatus, quàm Titi pietate gaudens, bono esse an
mo iubet, bellóque & armis rempublicam attollere: si
pacem domúmque curæ fore. *Tum celerrimas nauium fr*
mento onustas, sæuo adhuc mari committit. Quippe tanto d
scrimine vrbs nutabat, vt decem haut amplius dierum frum
tum in horreis fuerit, cùm à Vespasiano commeatus subuener
Curam restituendi Capitolij in L. Vestinum confert, Equestr
ordinis virum, sed auctoritate famáque inter proceres. Abi
contracti haruspices, monuere, vt reliquię prioris delubri
paludes aueherentur, templum iisdem vestigiis sisteretu
nolle Deos mutari veterem formam. *Vndecimo kalend*
Iulias, serenâ luce, spatium omne quod templo dicabatur, evi
ctum vittis coronisq;. Ingressi milites, quibus fausta nomina,
licibus ramis. dein virgines Vestales, cum pueris puellísque p
trimis matrimísque, aquâ riuis & fontibus amnibúsque ha
sta, perluere. Tum Heluidius Priscus Prætor, præeunte Pla
to Eliano pontifice, lustratâ suouetauribibus areâ, & super c
spitem redditis extis, Iouem, Iunonem, Mineruam, præ
désq; imperii Deos precatus vti cœpta ꝓsperarẽt, sedes
suas pietate hominũ inchoatas, diuinâ ope attollerẽt, vi
tas quibus ligatus lapis innexiq; funes erant, cõtigit. Simul cet
ri magistratus, & Sacerdotes, & Senatus, & Eques, & mag
pars populi, studio lætitiáq; cõnixi, saxũ ingẽs traxere: passim
iniectæ fundamentis argenti auriq; stipes, & metallorum p
mi

*mitiæ nullis fornacibus victæ, ſed vt gignuntur. Prædixêre ha-
ruſpices*, ne temeraretur opus ſaxo auróue in aliud deſti-
nato. *Altitudo ædibus adiecta. Id ſolum religio annuere. &
prioris templi magnificentiæ defuiſſe creditum, quo tanta vis
hominum retinenda erat. Audita interim per Gallias Ger-
maniasq; mors Vitellii, duplicauerat bellum. Nam Ciuilis o-
miſsâ diſſimulatione, in populum Romanum ruere Vitellianæ
legiones* vel externum ſeruitium, quàm imperatorem Ve-
ſpaſianum malle. *Galli ſuſtulerant animos, eandem vbique
exercituum noſtrorum fortunam rati. vulgato rumore, à Sar-
matis Dacisq; Mœſica ac Pannonica hiberna circumſideri.
paria de Britanniâ fingebantur. Sed nihil æquè, quam incen-
dium Capitolii, vt finem imperii adeſſe crederent, impulerat.*
Captam olim à Gallis vrbem; ſed integrâ Iouis ſede, man-
ſiſſe imperium. Fatali nunc igne, ſignum cœleſtis iræ da-
tum, & poſſeſſionem rerum humanarum Tranſalpinis
gentibus portendi, *ſuperſtitione vanâ Druidæ canebant.
Inceſſeratq; fama, primores Galliarum ab Othone aduerſus
Vitellium miſſos, antequam digrederentur, pepigiſſe*, ne deeſ-
ſent libertati, ſi populum Romanum continua bellorum
ciuilium ſeries & interna mala fregiſſent. *Ante Flacci
Hordeonii cædem, nihil prorupit, quo coniuratio intelligeretur.
Interfecto Hordeonio, commeauêre nuntii inter Ciuilem
Claſſicumq; præfectum alæ Treuerorum. Claſſicus, nobilitate
opibusq; ante alios. Regium illi genus, & pace belloq; clara o-
rigo. Ipſe, è maioribus ſuis, hoſtis populi Rom. quàm ſocius ia-
ctabat. Miſcuêre ſeſe Iulius Tutor, & Iulius Sabinus, hic
Treuir, hic Lingon. Tutor, ripæ Rheni à Vitellio præfectus: Sa-
binus, ſuper inſitam vanitatem, falſæ ſtirpis gloriâ incendeba-
tur*, proauiam ſuam Diuo Iulio per Gallias bellanti, cor-
pore atque adulterio placuiſſe. *Hi ſecretis ſermonibus, ani-
mos ceterorum ſcrutari. vbi, quos idoneos rebantur, conſcien-
tiâ obſtrinxêre; in coloniâ Agrippinenſi, in domum priuatam
conueniunt. nam publicè, ciuitas talibus inceptis abhorrebat.
Attamen interfuêre quidam Vbiorum, Tungrorumq;. Sed
plurima vis penes Treueros, ac Lingonas. Nec tulêre moras*

consultandi. certatim proclamant, furere discordiis po-
lum Roman. cæsas legiones, vastatam Italiam, capi c
maximè vrbem omnes exercitus suis quemque bellis -
stineri. si Alpes præsidiis firmentur; coalitâ libertate, -
specturas Gallias, quem virium suarum terminum -
lint. *Hæc dicta pariter, probatáq;. de reliquis Vitelliani ex-
citus dubitauêre. Plerique* interficiendos censebant, t-
bidos, infidos, sanguine ducum pollutos. *Vicit ratio p-
cendi: ne sublatâ spe veniæ, pertinaciâ accenderentur.* Alli
endos potius in societatem. legatis tantùm legionum
terfectis, ceterum vulgus conscientiâ scelerum, & spe i
punitatis, facilè accessurum. *Ea primi concilii forma. mis
per Gallias concitores belli. Simulatum ipsis obsequium, quo
cautiorem Voculam opprimerent. Nec defuêre qui Voculæ n
tiarent. Sed vires ad coërcendum deerant, infrequentibus i
disq; legionibus. Inter ambiguos milites, & occultos hostes, op-
mum è præsentibus ratus, mutuâ dissimulatione, & iisde
quibus petebatur artibus grassari, in coloniam Agrippine
sem descendit. Illuc Claudius Labeo, quem captum & ex
conuectum amandatum in Frisios diximus, corruptis custod
perfugit. pollicitusq; si præsidium daretur, iturum in Batau
& potiorem ciuitatis partem ad societatem Romanam retr
cturum: acceptâ peditum equitumq; modicâ manu, nihil ap
Batauos ausus, quosdam Neruiorum Bethasiorumq; in arm
traxit. Et furtim magis, quam bello, Caninefates Marsaco
incursabat. Vocula Gallorum fraude illectus, ad hostem co
tendit. Nec procul Veteribus aberat. cùm Classicus ac Tut
per speciem explorandi prægressi, cum ducib. Germanorum p
cta firmauêre. Tumq; primum discreti à legionib. proprio va
lo castra sua circumdant, obtestante Voculâ,* Non adeò tu
batam ciuilibus armis rem Romanam, vt Treueris etiar
Lingonibusque despectui sit. Superesse fidas prouincia
victores exercitus, Fortunam imperii, & vltores Deos. Si
olim, Sacrouirum & Æduos; nuper, Vindicem Galliasqu
singulis prœliis concidisse. Eadem rursus numina, eader
fata, ruptores fœderum exspectarent. Melius Diuo Iulic
Diuoq;

Diuoq; Augusto notos eorum animos. Galbam, & infra-
ta tributa, hostiles spiritus induisse. Nunc hostes, quia
molle seruitium; cùm spoliati exutique fuerint, amicos
ore. *Hæc ferociter locutus, postquam perstare in perfidiâ Clas-
cum Tutoremq; videt; verso itinere, Nouesium concedit.
alli, duûm millium spatio distantibus campis, consedêre. Il-
c commeantium centurionum militumq; emebantur ani-
; vt (flagitium incognitum!) Romanus exercitus in exter-
verba iurarent, pignusq; tanti sceleris, nece aut vinculis le-
torum daretur. Vocula, quamquam plerique fugam suade-
nt, audendum ratus, vocatâ concione, in hunc modum dis-
ruit.* Numquam apud vos verba feci, aut pro vobis soli-
tior, aut pro me securior. Nam mihi exitium parari, li-
ns audio: mortemque, in tot malis hostium, vt finem
iseriarum exspecto. Vestri me pudet miseretq;, aduer-
s quos non prœlium & acies parantur. id enim fas ar-
orum, & ius hostium. bellum cum populo Romano ve-
is se manibus gesturum, Classicus sperat: imperiumque
sacramentum Galliarum ostentat. Adeò nos, si fortuna
præsens virtusque deseruit, etiam vetera exempla defi-
int; quoties Romanæ legiones perire præoptauerint,
loco pellerentur. socii sæpè nostri, exscindi vrbes suas,
que cum coniugibus ac liberis cremari pertulerunt.
equealiud pretium exitus, quàm fides famaque. To-
rant cùm maximè inopiam obsidiumque apud Ve-
ra legiones, nec terrore aut promissis demouen-
r. Nobis, super arma & viros, & egregia castrorum mu-
menta, frumentum & commeatus quamuis longo bel-
pares. Pecunia nuper etiam donatiuo suffecit: quod
ue à Vespasiano, siue à Vitellio datum interpretari ma-
ltis, ab imperatore certè Romano accepistis. Tot bel-
rum victores, apud Geldubam, apud Vetera, fuso to-
es hoste, si pauetis aciem, indignum id quidem. Sed
t vallum murique, & trahendi artes, donec è pro-
mis prouinciis auxilia exercitusque concurrant. Sanè e-
o displiceam. Sunt alii legati, tribuni, cẹturio deniq;, aut

miles. ne hoc prodigium toto terrarum orbe vulg
vobis ſatellitibus, Ciuilem & Claſſicum Italiam in
ros. An ſi ad mœnia vrbis Germani Galliq́ue dux
arma patriæ inferetis? Horret animus tanti flagitii ir
ne. Tutori Treuero agentur excubiæ? Signum belli
uus dabit? & Germanorum cateruas ſupplebitis? qu
inde ſceleris exitus? cùm Romanæ legiones contrà
xerint: transfugæ è transfugis, & proditores è prodit
inter recens & vetus ſacramentum inuiſi deis erra
Te Iupiter optime maxime, quem per octingent
ginti annos, tot triumphis coluimus; te Quirine R
næ parens vrbis, precor veneror q́ue, vt ſi vobis no
cordi, me duce hæc caſtra incorrupta & intemerat
uari: at certè pollui fœdarique à Tutore & Claſſico,
natis. Militibus Romanis, aut innocentiam detis, au
turam, & ſine noxâ pœnitentiam. *Variè excepta ora*
ter ſpem metumq; ac pudorem. Digreſſum Voculam,
ſupremis agitantem, liberti ſeruiq; prohibuêre fœdiſſi
mortem ſponte præuenire. Et Claſſicus, miſſo Æmilio L
deſertore primæ legionis, cædem eius maturauit. Herenn
& Numiſium legatos, vinciri ſatis viſum. Dein ſumti
mani imperii inſignibus, in caſtra venit. Nec illi, quamq
ad omne facinus durato, verba vltrà ſuppeditauêre, qu
ſacramentum recitaret. Iurauêre qui aderant, pro im
Galliarum. Interfectorem Voculæ, altis ordinibus; cete
quiſque flagitium nauauerat, præmiis attollit. Diuiſæ in
ter Tutorem & Claſſicum curæ. Tutor, validâ manu cir
datos Agrippinenſes, quantumq; militum apud ſuperio
Rheni ripam, in eadem verba adigit, occiſis Magontia
bunis pulſo caſtrorum præfecto, qui detractauerant. Cla
corruptiſſimum quemque è deditis pergere ad obſeſſos i
veniam oſtentantes ſi præſentia ſequerentur. aliter,
ſpei. Famem, ferrumq́ue, & extrema paſſuros. *Adiecê*
miſſi erant, exemplum ſuum. *Obſeſſos hinc fides, inde eg*
inter decus ac flagitium diſtrahebant. Cunctantibus ſolita
litaq; alimenta deerant; abſumtis iumentis equiſq;, & c

malibus, quæ profana fœdaq; in vſum neceſſitas vertit. Vir-
ta poſtremò & ſtirpes & internatas ſaxis herbas vellentes,
ſeriarum patientiaq; documentum fuêre: donec egregiam
dem, fine turpi macularent, miſſis ad Ciuilem legatis vitam
antes. Neque antè preces admiſſæ, quam in verba Gallia-
miurarent. Tum pactus prædam caſtrorum, dat cuſtodes,
pecuniam, calones, ſarcinas retentarent, ac qui ipſo: leues
euntes proſequerentur. Ad quintum ferè lapidem coorti
rmani, incautum agmen aggrediuntur. Pugnaciſſimus
iſque, in veſtigio; multi, palantes occubuêre. Ceteri retrò in
ſtra profugiunt, querente ſanè Ciuile & increpante Ger-
anos, tamquam fidem per ſcelus abrumperent. Simula-
ea fuerint, an retinere ſæuientes nequiuerit, parum affirma-
r. Direptis caſtris faces iniiciunt. Cunctoſq; qui prœlio ſuper-
erant, incendium hauſit. Ciuilis, barbaro voto, poſt cœpta
duerſus Romanos arma, propexum rutilatumq; crinem, pa-
atâ demum cæde legionũ, depoſuit. Et ferebatur paruulo fi-
o, quoſdam captiuorũ, ſagittis iaculiſq; puerilib. figen-
os, obtuliſſe. Ceterùm neq; ſe, neq; quemquam Batauum, in
erba Galliarum adegit: fiſus Germanorum opib. & ſi certan-
lum aduerſus Gallos de poſſeſſione rerum foret, inclytus famâ,
& potior. Mumius Lupercus legatus legionis, inter dona miſ-
ſus Velledæ. Ea virgo nationis Bructeræ, latè imperitabat: ve-
tere apud Germanos more, quo pleraſq; feminarum fatidicas,
& augeſcente ſuperſtitione arbitrentur Deas. Tuncq; Velledæ
auctoritas adoleuit. nam proſperas Germanis res, & excidiũ
legionũ prædixerat. Sed Lupercus, in itinere interfectus. Pau-
ci centurionum tribunorumq; in Galliâ geniti, reſeruantur, pi-
gnus ſocietatis. Cohortium, alarum, legionum, hiberna, ſubuer-
ſa cremataq;: iis tantùm relictis, quæ Magontiaci, ac Vindo-
niſſæ ſita ſunt. Legio XIII. cum auxiliis ſimul deditis, à Nouæſio
in coloniam Treuerorum tranſgredi iubetur, præfinitâ die in-
tra quam caſtris excederet. Medium omne tempus, per va-
rias curas egêre. ignauiſſimus quiſq;, cæſorum apud Vetera,
exemplo, pauentes; melior pars, rubore & infamiâ, quale illud
iter? quis dux viæ? & omnia in arbitrio eorum, quos vitæ

necisque dominos fecissent. *Alii, nullâ dedecoris curâ, p*
cuniam aut carissima sibimet ipsi circumdare. Quidam exp
dire arma, telisq; tamquam in aciem accingi. Hæc meditanti
aduenit proficiscendi hora, exspectatione tristior. Quippe int
vallum, deformitas haut perinde notabilis: detexit ignominia
campus & dies. Reuulsæ imperatorum imagines, innexa sign
fulgentibus hinc inde Gallorum vexillis, silens agmen, & vel
longæ exsequiæ. Dux Claudius Sanctus effosso oculo, dirus or
ingenio debilior. Duplicatur flagitium, postquam, deseri
Bonnensibus castris, altera se legio miscuerat. Et vulgatâ ca
ptarum legionum famâ, cuncti qui paulo antè Romanorum
nomen horrebant, procurrentes ex agris tectisq;, & undiq; ef
fusi, insolito spectaculo nimium fruebantur. Non tulit ala Pi
centina gaudium insultantis vulgi. spretisq; Sancti promissis
aut minis, Magontiacum abeunt: ac forte obuio interfector
Voculæ Longino, coniectis in eum telis, initium exsoluendæ in
posterum culpæ fecêre. Legiones nihil mutato itinere, ante mœ-
nia Treuerorum considunt. Ciuilis & Classicus rebus secundis
sublati, an coloniam Agrippinensem diripiendam exercitib.
suis permitterent, dubitauêre. Sæuitiâ ingenii & cupidine præ-
dæ, ad excidium ciuitatis trahebantur: obstabat ratio belli, &
nouum imperium inchoantibus, vtilis clementiæ fama. Ciuilem
etiam beneficii memoria flexit; quòd filium eius primo rerum
motu in coloniâ Agrippinensi deprehensum, honoratè custo-
dierant. Sed Transrhenanis gentibus inuisa ciuitas, opulentiâ
auctuq;. Neque alium finem belli rebantur, quam si promi-
scua ea sedes omnibus Germanis foret: aut disiecta, Vbios quoq;
dispersisset. Igitur Tencteri, Rheno discreta gens, missis legatis, 6
mandata apud concilium Agrippinensium edi iubent. quæ, fe-
rocissimus è legatis, in hunc modum protulit. Redisse vos in
corpus nomenque Germaniæ, communibus Deis, sed
præcipuo Deorum Marti grates agimus: vobisq; gratula-
mur, quod tandem liberi inter liberos eritis. Nam ad hunc
diem, flumina ac terras, & cœlum quodammodo ipsum,
clauserant Romani: vt colloquia congressusque nostros
arcerent; vel, quod contumeliosius est viris ad arma na-

, inermes ac propè nudi, sub custode & pretio coire-
us. Sed vt amicitia societasque nostra in æternum rata
nt: postulamus à vobis, muros coloniæ, munimenta ser-
tii, detrahatis. etiam fera animalia, si clausa teneas, vir-
tis obliuiscuntur. Romanos omnes, in finibus vestris,
aciderís. haut facilè libertas, & domini miscentur. Bona
terfectorum, in medium cedant: ne quis occulere
uidquam, aut segregare caussam suam possit. Liceat no-
s vobisque vtramque ripam colere, vt olim maioribus
ostris. quomodo lucem diemque omnibus hominibus;
a omnes terras fortibus viris natura aperuit. Instituta
ultumque patrium resumite, abruptis voluptatibus,
uibus Romani plus aduersus subiectos quàm armis va-
nt. sincerus & integer, & seruitutis oblitus populus, aut
æquo agetis, aut aliis imperitabitis. *Agrippinenses,
mto consultandi spatio, quando neque subire conditiones me-
u futuri, neque palam aspernari conditio præsens sinebat, in
unc modum respondent.* Quæ prima libertatis facultas
ata est, auidiùs quàm cautiùs sumsimus, vt vobis cete-
isque Germanis consanguineis nostris iungeremur.
Muros ciuitatis, congregantibus se cum maximè Roma-
orum exercitibus, augere nobis, quàm diruere tutius
st. Si qui ex Italiâ aut prouinciis alienigenę in finibus
nostris fuerant, eos bellum absumsit: vel in suas quisque
sedes refugêre. Deductis olim, & nobiscum per con-
nubium sociatis, quique mox prouenêre, hęc patria est.
Nec vos adeò iniquos existimamus, vt interfici à nobis
parentes, fratres, liberos nostros velitis. Vectigal & onera
commerciorum, resoluimus. Sint transitus incustoditi,
sed diurni & inermes: donec noua & recentia iura, in ve-
tustatem consuetudine vertantur. Arbitrum habebimus
Ciuilem & Velledam, apud quos pacta sancientur.
*Sic lenitis Tencteris, legati ad Ciuilem & Velledam missi cum
donis, cuncta ex voluntate Agrippinensium perpetrauêre. Sed
coram adire, alloquiq; Velledam negatum. Arcebantur aspe-
ctu, quo venerationis plus inesset. Ipsa edita in turre. delectus*

è propinquis, consulta responsaq; vt internuntius numinis, p
tabat. Ciuilis societate Agrippinensium auctus, proximas c
uitates affectare, aut aduersantibus bellum inferre statuit. O
cupatisq; Sunicis, & iuuentute eorum per cohortes composi
quominus vltrà pergeret, Claudius Labeo Bethasiorum Tu
grorumq; & Neruiorum tumultuariâ manu restitit: fret
loco, quia pontem Mosæ fluminis anteceperat. Pugnabatu
in angustiis ambiguè, donec Germani tranantes, terga Labe
nis inuasêre. Simul Ciuilis, ausus, an ex composito, intulit se
gmini Tungrorum, & clarâ voce, Non ideo, inquit, bellu
sumsimus, vt Bataui & Treueri gentibus imperent. Pr
cul hæc à nobis arrogantia, accipite societatem. transgr
dior ad vos, seu me ducem, seu militem mauultis. M
uebatur vulgus, condebantq; gladios; cùm Campanus, ac I
uenalis, ex primoribus Tungrorum, vniuersam ei gentem d
didêre. Labeo, antequam circumueniretur, profugit. Ciui
Bethasios quoque ac Neruios in fidem acceptos, copiis suis a
iunxit: ingens rerum, perculsis ciuitatum animis, vel sponte i
clinantibus. Interea Julius Sabinus, proiectis fœderis Roma
monumentis, Cæsarem se salutari iubet: magnamq; & incond
tam popularium turbam in Sequanos rapit, conterminam c
uitatem & nobis fidam. Nec Sequani detractauêre certamen
Fortuna melioribus affuit. Fusi Lingones, Sabinus festinatu
temerè prœlium, pari formidine deseruit. Vtq; famam exit
sui faceret, villam in quam perfugerat, cremauit. illic volun
tariâ morte interiisse creditus. Sed quibus artibus latebrisq;
vitam per nouem mox annos traduxerit, simul amicorum ei
constantiam, & insigne Epponinæ vxoris exemplum, suo lo
reddemus. Sequanorum prosperâ acie, belli impetus stetit. Re
sipiscere paulatim ciuitates, fasq; & fœdera respicere, principi
bus Remis: qui per Gallias edixère, vt missis legatis in com
mune consultarent, libertas an pax placeret. At Romæ cũ
cta in deterius audita Mucianum angebant; ne, quamquam
egregii duces (iam enim Gallum Annium & Petilium Ceria
lem delegerat) summam belli parum tolerarent. Nec relinquẽ
da vrbs sine rectore. Et Domitiani indomitæ libidines time
bantur

bantur: suspectis, uti diximus, Primo Antonio, Varoq; Arrio. Varus prætorianis præpositus, vim atque arma retinebat. Eum Mucianus pulsum loco, ne sine solatio ageret, annonæ præfecit. Utq; Domitiani animum, Varro haut alienum, deliniret: Aretinum Clementem, domui Vespasiani per affinitatem innexum, & gratissimum Domitiano, prætorianis præposuit, patrem eius sub Caio Cæsare egregiè functum eâ curâ dictitans. Laetum militibus idem nomen. atque ipsum quamquam Senatorii ordinis ad utraque munia suffi ere. Assumuntur è ciuitate clarissimus quisq; & alii per ambitionem. Simul Domitianus Mucianusq; accingebantur, dispari animo. ille, spe ac iuventâ properus; hic, moras nectens, quis flagrantem retineret, ne ferociâ ætatis, & prauis impulsorib. si exercitum inuasisset, paci belloq; malè cõsuleret. Legiones victrices VI. & XVIII. *Vitellianarum unaetvicesima è recens conscriptis secũda. Peninis Cottianisq; alpib. pars monte Graio, traducuntur.* XIV. *Legio è Britanniâ,* III. *ac prima ex Hispaniâ accitæ. Igitur venientis exercitus famâ, & suopte ingenio ad mitiora inclinantes Galliarum ciuitates, in Remos conuenêre Treuerorum legatio illic opperiebatur, acerrimo instinctore belli Tullio Valentino. Is meditatâ oratione, cuncta magnis imperiis obiectari solita, contumeliasq; & inuidiam in populum Romanum effudit: turbidus miscendis seditionib. & plerisq; gratus vecordi facundiâ. At Julius Auspex è primoribus Remorum,* vim Romanam, pacisq; bona dissertans, & sumi bellum ẽt ab ignauis, strenuissimi cuiusq; periculo geri, iamq; sup capit legiones: *sapientissimum quemq; reuerentiâ fideq; iuniores periculo ac metu continuit. Et Valentini animũ laudabant, consilium Auspicis sequebantur. Constat obstetisse Treueris Lingonibusq; apud Gallias, quòd Vindicis motu cum Verginio steterant. Deterruit plerosq; prouinciarũ æmulatio* quod bello caput? vnde ius auspiciumq; peteretur? quod, si cuncta prouenissent, sedẽ imperio legerent? *Nondũ victoria, iam discordia erat: aliis fœdera, quibusdã opes viresq;, aut vetustate originis, per iurgia iactantib. Tædio futurorũ, præsentia placuêre. Scribuntur ad Treueros epistolæ, nomine Galliarum, ut absti-*

nerent armis, impetrabili veniâ, & paratis deprecatorib. si pœ
niteret. Restitit idem Valentinus, obstruxitq; ciuitatis suæ a
res, haut perinde instruendo bello intentus, quam frequens co
cionib. Igitur non Treueri neq; Lingones, ceteræue rebellium
ciuitates, pro magnitudine suscepti discriminis agere. Ne du
quidem, in vnum cõsulere. Sed Ciuilis, auia Belgarũ circum
bat: dum Claudiũ Labeonẽ capere, aut exturbare nititur. Cl
sicus, segne plerumque otium trahens, velut parto imperio fru
batur. Ne Tutor quidẽ maturauit superiorẽ Germaniæ rip
& ardua Alpiũ præsidiis claudere. Atque interim vna et vi
sima legio Vindonissâ, Sextilius Felix cum auxiliariis coh
tib. per Rhætiã irrupêre. Accessit ala Singularium excita ol
a Vitellio, deinde in partes Vespasiani trãsgressa. Præerat
lius Briganticus, sorore Ciuilis genitus, vt ferme acerrima
ximorum odia sunt, inuisus auunculo infensusq;. Tutor, T
uerorum copias, recenti Vangionum, Caracatiũ, Tribocor
delectu auctas, veterano pedite atque equite firmauit, corru
spe, aut metu subactis legionariis. qui primo cohortem præm
sam a Sextilio Felice, interficiunt. mox vbi duces exercitu
Romani propinquabãt, honesto transfugio redière: secutis T
bocis, Vangionibusq; & Caracatib. Tutor, Treueris comit
tib. vitato Magontiaco Bingium concessit, fides loco, quia p
tem Nauæ fluminis abruperat. sed incursu cohortium q
Sextilius ducebat, & reperto vado, proditus fususq;. Eâ cla
perculsi Treueri. & plebes omissis armis, per agros palatur. q
dam principum, vt primi posuisse bellum viderentur, in ciui
tes quæ societatem Romanam non exuerant, perfugerunt. L
giones a Nouesio Bonnaq; in Treueros, vt supra memora
mus, traductæ, se ipsas in verba Vespasiani adigunt. Hæc V
lentino absente gesta. qui vbi aduentabat, furens, cunctaq; ru
sus in turbas & exitium conuersurus: legiones in Mediomat
cos, sociam ciuitatem, abscessere. Valentinus ac Tutor, in ar
Treueros retrahunt: occisis Herennio ac Numisio legatis, q
minore spe veniæ cresceret vinculum sceleris. Hic belli statu
rat, cum Petilius Cerialis Magontiacum venit. eius adue
tu, erecta spes. Ipse pugnæ auidus, & contemnendis quam c

uen

dis hostibus melior, ferociâ verborum militem incendebat:
i primũ cõgredi licuisset, nullã prœlio morã facturus.
electos per Galliam habitos, in ciuitates remittit, ac nuntiare
et sufficere imperio legiones. socii ad munia pacis redi-
t, securi velut cõfecto bello, q̃ Romanæ manus exce-
sent. *Auxit ea res Gallorũ obsequium. nã recepta iuuentu-*
faciliùs tributa tolerauêre, promiores ad officia quòd sperne-
tur. At Ciuilis & Classicus, vbi pulsum Tutorem, cæsos
eueros, cuncta hostib. prospera accepêre: trepidi ac properã-
dũ dispersas suorum copias cõducunt, crebris interim nun-
Valentinum monuêre, ne summæ rei periculum faceret. *Eo*
idùs Cerialis, missis in Mediomatricos, qui breuiore itine-
egiones in hostem verterent, contracto quod erat militum
agontiaci, quantumq; secum trãsuexerat, tertiis castris Ri-
ulum venit. quem locum, magnâ Treuerorum manu, Va-
inus insederat, montib. & Mosellâ amne septum. & ad-
erat fossas, obicesq; saxorum. Nec deterruêre ea munimenta
manum ducem, quo minus peditem perrumpere iuberet; e-
tum aciem, in collem erigeret; spreto hoste, quẽ temere colle-
n, haut ita loco iuuari, vt nõ plus suis in virtute foret. Pau-
moræ in ascensu, dum missilia hostium præuehuntur. Vt
tum in manus; deturbati, ruinæ modo præcipitantur. Et
s equitum, æquiorib. iugis circumuecta, nobilissimos Belga-
n, in quîs ducem Valentinum, cepit. Cerialis, postero die, co-
iam Treuerorum ingressus est, auido milite eruendæ ciuita-
Hanc esse Classici, hãc Tutoris patriã. horum scelere,
usas cæsasq; legiones. Quid tm̃ Cremonam meruisse,
è gremio Italiæ raptã, quia vnius noctis morã victorib.
ulerit? Stare in confinio Germaniæ integram sedem,
oliis exercituum & ducum cædib. ouantem. Redigeret
ædam in fiscum. Ipsis sufficere ignes, & rebellis coloniæ
nas, quibus tot castrorum excidia pensarentur. *Ceria-*
metu infamiæ, si licentiâ sæuitiaq; imbuere militem crede-
ur, pressit iras. & paruêre, posito ciuili bello ad externa mo-
tiores. Conuertit inde animos, accitarum è Mediomatricis
ionum miserabilis aspectus. Stabãt cõsci ntiâ flagitii mæstæ,

fixis in terram oculis. Nulla inter coeũtes exercitus consa-
tio. neque solantibus hortantibusq; responsa dabant, abdi p
tentoria, & lucem ipsam vitantes. nec perinde periculum a
metus, quàm pudor ac dedecus obstupefecerat: attonitis etiam
victoribus, qui vocem precesq; adhibere non ausi, lacrymis
silentio veniam poscebant, donec Cerialis mulceret animos,
to acta, *dictitans*, quæ militum ducumque discordia v
fraude hostium euenissent. Primum illum stipendiorum
& sacramenti diem haberent: priorum facinorum ne
imperatorem, neque se meminisse. *Tunc recepti in e*
castra, & edictum per manipulos, ne quis in certamine iur
seditionem aut cladem commilitoni obiectaret. Mox Tru
ac Lingonas, ad concionem vocatos, ita alloquitur. Neque
vnquam facundiam exercui; & populi Romani virtute
armis affirmaui. Sed quia apud vos verba plurimum v
lent, bonaq; ac mala non suâ naturâ, sed vocibus sediti
sorum æstimantur: statui pauca disserere, quæ profliga
bello, vtilius sit vobis audisse, quàm nobis dixisse. Te
ram vestram, ceterorumque Gallorum, ingressi sunt d
ces imperatoresq; Romani, nullâ cupidine, sed ma
vestris inuocantibus, quos discordiæ vsq; ad exitium f
tigabant. & acciti auxilio Germani, sociis pariter atq
stibus seruitutem imposuerant. Quod prœliis adu
Cimbros Teutonosque, quantis exercituum nostro
laboribus, quóue euentu Germanica bella tractau
mus, satis claret. Nec ideo Rhenum insedimus, v
liam tueremur: sed ne quis alius Ariouistus, regno G
rum potiretur. An vos cariores Ciuili Batauisq; & T
rhenanis gentibus creditis, quàm maioribus eorum p
tres auique vestri fuerunt? Eadem semper caussa Ge
nis transcendendi in Gallias, libido atque auaritia, &
tandæ sedis amor: vt relictis paludibus & solitudini
suis, fecundissimum hoc solum, vosque ipsos po
rent. Ceterùm libertas, & speciosa nomina prętexu
nec quisquam alienum seruitium & dominationem
concupiuit, vt non eadem ista vocabula vsurparet. R

llaque per Gallias semper fuêre, donec in nostrum ius
ncederetis. Nos, quamquam totiens lacessiti, iure vi-
triæ id solum vobis addidimus, quo pacem tueremur.
m neque quies gentium, sine armis; neque arma, sine
endiis; neque stipendia, sine tributis haberi queunt.
era in communi sita sunt. Ipsi plerumq; legionib. no-
præsidetis: ipsi has aliasq́ prouincias regitis. Nihil se-
tum clausúmue. Et laudatorum principum vsus ex
o, quamuis procul agentibus: sæui proximis ingruũt.
modo sterilitatem, aut nimios imbres, & cetera na-
mala; ita luxum, vel auaritiam dominantium tolera-
itia erunt, donec homines. sed neque hæc continua;
eliorum interuentu pensantur. nisi fortè Tutore &
sico regnantibus, moderatius imperium speratis: aut
oribus quàm nunc tributis, parabuntur exercitus,
us Germani Britanniq́ue arceantur. Nam pulsis
od Dii prohibeant) Romanis, quid aliud quàm bella
ium inter se gentium exsistent? Octingentorum an-
m fortunâ disciplinaque, compages hæc coaluit:
conuelli, sine exitio conuellentium, non potest. Sed
s maximum discrimen, penes quos aurum & opes,
ipuæ bellorum caussæ. Proinde pacem & vrbem,
n victi victoresque eodem iure obtinemus, amate,
e. Moneant vos vtriusque fortunæ documenta, ne
umaciam cum pernicie, quàm obsequium cum se-
ate malitis. *Tali oratione grauiora metuentes composuit,*
tq;. Tenebantur victore exercitu Treueri; cùm Ciuilis
lassicus misêre epistolas ad Cerialem, quarum hæc senten-
t. Vespasianum, quamquam nuntios occultarent,
tisse vitâ. Vrbem atque Italiam, interno bello con-
am. Muciani ac Domitiani, vana & sine virib. nomi-
i Cerialis imperium Galliarum velit, ipsos finib. ci-
am suarũ contẽtos: si prœlium mallet, ne id quidem
ere. *Ad ea Cerialis Ciuili & Classico nihil. eum qui attu-*
psas epistolas, ad Domitianum misit. Hostes diuisis copiis
ere vndiq;. Plerique culpabant Cerialem passum iungi,

quos discretos intercipere licuisset. Romanus exercitus ca
fossâ valloq; circumdedit: quîs temerè antea intutis consede
Apud Germanos, diuersis sententiis certabatur. Ciuilis o
riendas Transrhenanorum gentes, quarum terrore fr
Pop. Roman. vires obtererentur. Gallos quid aliud q
prædam victoribus? & tamen quod roboris sit, Be
s. cum palàm, aut voto stare. *Tutor cunctatione crescer*
Romanam affirmabat, coeuntibus vndique exercitib. T
uectam à Britanniâ legionem: accitas ex Hispaniâ: ad
tare ex Italiâ: nec subitum militem, sed veterem, e
tumq; belli. Nam Germanos, qui ab ipsis sperentur
iuberi, non regi, sed cuncta ex libidine agere. Pecun
ac dona, quîs solis corrumpantur, maiora apud Ro
neminem adeò in arma promtum, vt non idem pr
quietis quàm periculi malit. quòd si statim congre
nullas esse Ceriali, nisi ex reliquiis Germanici exer
legiones, fœderibus Galliarum obstrictas. Idque i
quòd inconditam nuper Valentini manũ contra
suã fuderint, alimentũ illis ducique temeritatis. Au
rursus, venturosque in manus, non imperiti adol
tuli verba & conciones quàm ferrum & arma me
tis, sed Ciuilis & Classici: quos vbi aspexerint, redi
in animos formidinem, fugam, famemque, ac t
captis precariam vitam. neque Treueros, aut Lin
beneuolentiâ contineri: resumturos arma, vbi met
cesserit. *Diremit consiliorum diuersitatem, approbatâ*
ris sententiâ Classicus. statimq; exsequuntur. Med
Vbiis Lingonibusq; data, dextro cornu cohortes Bata
sinistro Bructeri Tencteriq;. pars montibus, alii via
Mosellamq; flumen, tam improuisi assiluêre, vt in cu
lectulo Cerialis (neque enim noctem in castris egerat)
simul, vinciq; suos audierit, increpans pauorem nuntia
donec vniuersa clades in oculis fuit. Perrupta legion
stra fusi equites: medius Mosellæ pons, qui vlteriora
annectit, ab hostibus insessus. Cerialis turbidis rebus
dus, & fugientes manu retrahens, intecto corpore prom

tela, felici temeritate, & fortissimi cuiusque accursu recuperatum pontem lectâ manu firmauit. Mox in castra reuersus, palantes captarum apud Nouesium Bonnamq; legionum manipulos, & rarum apud signa militem, ac prope circumuentas aquilas videt. Incensus irâ, non Flaccum, *inquit,* nô Voculam deseritis. nulla hic proditio. neque aliud excusandum habeo, quàm quòd vos Gallici fœderis oblitos prædixerim, memoriam Romani sacramenti tenere credidi. Annumerabor Numisiis & Herenniis; vt omnes legati vestri, aut militum manibus, aut hostium ceciderint. Ite, nuntiate Vespasiano, vel quod propius est Ciuili & Classico, relictum à vobis in acie ducem, venient legiones, quæ neque me inultum, neq; vos impunitos patiantur. *Vera erant. & à tribunis præfectisq; eadem ingerebantur. Consistunt per cohortes, & manipulos. neque enim poterat patescere acies effuso hoste, & impedientibus tentoriis sarcinisq;, cùm intra vallum pugnaretur. Tutor, & Classicus, & Ciuilis, suis quisque locis pugnam ciebant:* Gallos pro libertate, Batauos pro gloriâ, Germanos ad prędam instigantes. *Et cuncta pro hostibus erant. donec legio vicesimaprima, patentiore quàm ceteræ spatio conglobata, sustinuit ruentes, mox impulit. Nec sine ope diuinâ, mutatis repentè animis, terga victores vertêre. Ipsi territos se cohortium aspectu ferebant, quæ primo impetu disiectæ, summis rursus iugis congregabantur, ac speciem noui auxilii fecerant. Sed obstitit vincentibus prauum inter ipsos certamen, hoste omisso spolia consectandi. Cerialis, vt incuriâ propè rem afflixit, ita constantiâ restituit. Secutúsque fortunam, castra hostium eodem die capit exscinditq;. Nec in longum quieti militi data. Orabant auxilium Agrippinenses;* offerebantque vxorem ac sororem Ciuilis & filiam Classici, relicta sibi pignora societatis. *Atque interim dispersos in domibus Germanos trucidauerant. Unde metus & iustæ preces inuocantium, antequam hostes reparatis virib. ad spem, vel ad vltionem accingerentur. Namque & Ciuilis illuc intenderat, non inualidus. flagrantissimâ cohortium suarum integrâ, quæ è Chaucis Frisiisq; composita, Tolbiaci, in finib.*

Agrippinensium, agebat. Sed tristis nuntius auertit, deletam
cohortem dolo Agrippinensium: qui largis epulis vinoq; sop-
tos Germanos, clausis foribus, igne iniecto, cremauêre. Simi
Cerialis propero agmine subuenit. Circumsteterat Ciuilem e
alius metus, ne quartadecima legio, adiunctâ Britanni
classe, afflictaret Batauos, quà Oceano ambiuntur. Sed l
gionem, terrestri itinere, Fabius Priscus legatus in Nerui
Tungrosq; duxit. Eæq; ciuitates in deditionē acceptæ. Classe
vltrò Cannefates aggressi sunt. maiorq; pars nauium depress
aut capta. Et Neruiorum multitudinem sponte commotam,
pro Romanis bellum capesseret, iidem Cannefates fudêre. Cla
sicus quoque aduersus equites Nouesium a Ceriale præmisso
secundum prœlium fecit. quæ modica, sed crebra damna, f
mam victoriæ nuper partæ lacerabant. Iisdem dieb. Mucian
Vitellii filium interfici iubet: mansuram discordiam obten
dens, ni semina belli restinxisset. Neque Antonium Pri
mum adsciri inter comites à Domitiano passus est: fauore mi
litum anxius, & superbiâ viri, æqualium quoque adeò superio
rum intolerantis. Profectus ad Vespasianū Antonius, vt nō pr
spe sua excipitur, ita neque auerso imperatoris animo. Trah
batur in diuersa. hinc, meritis Antonii, cuius ductu confectum
haut dubiè bellū erat: inde, Muciani epistolis. simul ceteri, v
infestum tumidumq; insectabantur, adiunctis prioris vitæ cri
minib. neque ipse deerat arrogātiâ vocare offensas, nimius com
memorandis quæ meruisset. alios vt imbelles; Cęcinam v
captiuum ac dediticium increpat. Vnde paulatim leuior vi
liorq; haberi, manente tamen in speciem amicitiâ. Per eos men-
ses, quibus Vespasianus Alexandriæ statos æstiuis flatib. dies
& certa maris, opperiebatur, multa miracula euenêre, qui
cœlestis fauor & quædam in Vespasianū inclinatio numinum
ostenderetur. Ex plebe Alexandrinâ quidam, oculorum tabe
notus, genua eius aduoluitur, remedium cæcitatis exposcens ge-
mitu, monitu Sarapidis Dei, quem dedita superstitionib. gens
ante alios colit. precabaturq; principem, vt genas & oculorū
orbes dignaretur respargere oris excremēto. Alius manu
æger, eodē Deo auctore, vt pede ac vestigio Cæsaris calcaret,
ora-

rabat. *Vespasianus primò irridere, aspernari: atque illis in-
stantibus, modò famam vanitatis metuere, modò obsecratione
ipsorum, & vocibus adulantium in spem induci. postremò æsti-
mari à medicis iubet*, an talis cæcitas ac debilitas, ope hu-
mana superabiles forent. *Medici variè disserere.* Huic non
exesam vim luminis & redituram si pellerentur obstan-
tia: illi elapsos in prauum artus, si salubris vis adhibeatur,
posse integrari. Id fortasse cordi Deis, & diuino ministe-
rio principem electum. denique patrati remedii gloriam,
penes Cæsarem; irriti, ludibrium penes miseros fore. *Igi-
tur Vespasianus cuncta fortunæ suæ patêre ratus, nec quidquam
vltrà incredibile, læto ipse vultu, erectâ quæ astabat multitudi-
ne, iussa exsequitur. Statim conuersa ad vsum manus, ac cæco
reluxit dies. Vtrumque qui interfuere nunc quoque memorant,
postquam nullum mendacio pretium. Altior inde Vespasiano
cupido adeundi sacram sedem, vt super rebus imperij consule-
ret. Arceri templo cunctos iubet. atque ingressus, intentusq́; nu-
mini, respexit ponè tergum è primoribus Ægyptiorum, nomi-
ne Basiliden: quem procul Alexandriâ plurium dierum iti-
nere, & ægro corpore detineri haut ignorabat. Percunctatur sa-
cerdotes*, num illo die Basilides templum inisset? *percuncta-
tur obuios*, num in vrbe visus sit? *denique missis equitibus ex-
plorat, illo temporis momento, octoginta millibus passuum absu-
isse. Tunc diuinam speciem, & vim responsi ex nomine Basili-
dis, interpretatus est. Origo Dei nõdum nostris auctoribus ce-
lebrata: Ægyptiorum antistites, sic memorant. Ptolemæo regi,
qui Macedonum primus Ægypti opes firmauit, cùm Ale-
xandriæ recens conditæ mœnia, templáque & religiones adde-
ret, oblatum per quietem decore eximio & maiore quàm hu-
mana specie iuuenem, qui moneret, vt fidissimis amicorum in
Pontum missis effigiem suam acciret: lætum id regno, magnám-
que & inclytam sedẽ fore quæ excepisset. simul visum eumdem
iuuenem in cælum igne plurimo attolli. Ptolemæus omine & mi-
raculo excitus, sacerdotibus Ægyptiorum, quibus mos talia in-
telligere nocturnos visus aperit. Atque illis Ponti & externo-
rum parum gnaris, Timotheum Atheniensem è gente Eumol-*

pidarum, quem vt antiſtitem cærimoniarum Eleuſi exciuerat
quænam illa ſuperſtitio, quod numen interrogat. Timotheus
quæſitis qui in Pontum meaſſent, cognoſcit vrbem illic Sinopen
nec procul tēplum vetere inter accolas famâ Iouis Ditis. Nam-
que & muliebrem effigiem aſſiſtere, quam plerique Proſerpi-
nam vocent. Sed Ptolemæus, vt ſunt ingenia regum, pronus ad
formidinem, vbi ſecuritas rediјt, voluptatum quàm religionum
appetens, negligere paulatim, aliáſque ad curas animum ver-
tere: donec eadem ſpecies terribilior iam & inſtantior, exitiū
ipſi regnôque denuntiaret ni iuſſa patrarentur. Tum lega-
tos & dona Scydrothemidi regi (is tunc Sinopenſibus imperita-
bat) expediri iubet, præcipítque nauigaturis, vt Pythium A-
pollinem adeant. Illis mare ſecundum. Sors oraculi haut am-
bigua. Irent, ſimulacrúmque patris ſui reueherent, ſororē
relinquerent. Vt Sinopen venêre, munera, preces, mandata
regis ſui Scydrothemidi allegant. Qui diuerſus animi, modò
numen paueſcere, modò minis aduerſantis populi terreri, ſæpe
donis promiſſiſq; legatorum flectebatur. Atque interim tri-
ennio exacto, Ptolemæus non ſtudium, non preces omittere. Di-
gnitatem legatorum, numerum nauium, auri pondus, augebat.
Tum minax facies Scydrothemidi offertur, ne deſtinata Deo
vltrà moraretur. Cunctantem varia pernicies, morbique &
manifeſta cæleſtium ira, grauiórque in dies fatigabat. Aduo-
catâ concione, iuſſa numinis, ſuos Ptolemæique viſus, in-
gruentia mala exponit. Vulgus aduerſari regem, inuidere
Ægypto, ſibi metuere, templúmque circumſidere. Maior hinc
fama tradidit, Deum ipſum appulſas litori nauis ſponte con-
ſcendiſſe. Mirum inde dictu, tertio die tantum maris emenſi,
Alexandriam appelluntur. Templum pro magnitudine vr-
bis exſtructum, loco cui nomen Rhacotis. fuerat illic ſacellum,
Sarapidi atque Iſidi antiquitùs ſacratum. Hæc de origine &
aduectu Dei, celeberrima. Nec ſum ignarus, eſſe quoſdam qui
Seleuciâ vrbe Syriæ accitum, regnante Ptolemæo, quem tertia
ætas tulit: aliј auctorem eumdem Ptolemæum, ſedem ex quá
tranſierit, Memphim perhibent, inclytam olim & veteris
Ægypti columen. Deum ipſum multi Æſculapium, quòd me-
deatur

deatur ægris corporibus; quidam, Osirim, *antiquissimum illis*
gentibus numen; plerique Iouem, *vt rerum omnium potêtem;*
plurimi Ditem patrem, *insignibus quæ in ipso manifesta, aut*
per ambages coniectant. At Domitianus Mucianúsque, ante-
quam Alpibus propinquarent, prosperos rerum in Treueris ge-
starum nuntios accepere. Præcipua victoriæ fides, dux hostium
Valentinus nequaquam abiecto animo, quos spiritus gessisset,
vultu ferebat. Auditus ideo tantùm, vt nosceretur ingenium e-
ius, damnatúsque. inter ipsum supplicium, exprobranti cuidam
patriam eius captam, Accipere se solatium mortis *respon-*
dit. Sed Mucianus quod diu occultauerat, vt recens exprom-
si. Quoniam benignitate Deûm fractæ vires hostium fo-
rent: parum decorè Domitianum. confecto propè bello,
alienæ gloriæ interuenturum. Si status Imperii, aut salus
Galliarum in discrimine verteretur, debuisse Cæsarem in
acie stare. Caninefates Batauosq; minoribus ducibus de-
legandos. Ipse Lugduni vim fortunamque principatus è
proximo ostentaret, nec paruis periculis immixtus, & ma-
86 ioribus non defuturus. *Intelligebantur artes. sed pars obse-*
quij in eo, ne deprehenderentur. Ita Lugdunum ventum. Vnde
creditur Domitianus, occultis ad Cerialem nuntiis, fidem eius
tentauisse, an præsenti sibi exercitum imperiúmque tradi-
turus foret *quâ cogitatione; bellum aduersus patrem agitaue-*
rit; an opes viresque aduersus fratrem, in incerto fuit. Nam Ce-
rialis, salubri temperamento elusit, vt vana pueriliter cupien-
tem. *Domitianus sperni à senioribus iuuentam suam cernens,*
modica quoque & vsurpata antea munia imperij omittebat,
simplicitatis ac modestiæ imagine, in altitudinem conditus: stu-
diúmque literarum & amorem carminum simulans, quò ve-
laret animum, & fratris æmulationi subduceretur, cuius di-
sparem mitioremque naturam contrà interpretabatur.

C. CORNELII TACITI AB EXCESSV NERONIS HISTORIARVM LIB. QVINTVS.

EIVSDEM anni principio, Cæsari Titus perdomandæ Iudææ delectus à patre, & priuatis vtriusque rebus militiâ clarus, maiore tum vi famâque agebat, certantibus prouinciarum & exercituum studiis. atq; ipse, vt superior sui sim crederetur, decorum se promtúmque in armis ostendebat, comitate & alloquiis officia prouocans: ac plerumque in opere, in agmine, gregario militi mixt⁹, incorrupto ducis honore. Tres eum in Iudæâ legiones, quinta & decima, & quintadecima, vetus Vespasiani miles excepere. Tradidit & Syria duodecimam, & adductos Alexandriâ duoetuicesimanos tertianosq; Comitabantur viginti sociæ cohortes, octo equitum alæ: simul Agrippa, Sohemúsque reges, & auxilia regis Antiochi, validáque & solito inter accolas odio infensa Iudæis Arabum manus. Multi, quos vrbe atque Italiâ sua quemque spes acciuerat, occupandi Principem adhuc vacuum. His cum copiis fines hostium ingressus, composito agmine, cuncta explorans, paratúsque decernere, haut procul Hierosolymis castra facit. Sed quia famosæ 2 vrbis supremum diem tradituri sumus, congruens videtur primordia eius aperire. Iudæos Cretâ insula profugos, nouissima Libyæ insedisse *memorant*, quâ tempestate Saturnus vi Iouis pulsus cesserit regnis. Argumentum è nomine petitur. Inclytum in Cretâ, Idam montem. accolas, Idæos, aucto in Barbarum cognomento, Iudæos vocitari. *Quidam* regnante Iside, exundātem per Ægyptum multitudinem, ducibus Hierosolymo ac Iudâ, proximas in terras exoneratam. *Pleriq;* Æthyopum prolem, quos rege Cepheo, metus atq; odium mutare sedes perpulerit. *Sunt qui tradant*, Assyrios conuenas, indigum agrorum populum, parte Ægypti potitos, ac mox proprias vrbes Hebræasq; terras, & propiora Syriæ coluisse. *Clara alij Iudæorum initia:* Soly-

tia: Solymos carminibus Homeri celebratam gentē, conditæ vrbi Hierosolymam nomen è suo fecisse. *Plurimi auctores consentiunt*, ortâ per Ægyptum tabe, quæ corpora fœdaret: regem Occhorim, adito Hammonis oraculo, remedium petentem, purgare regnum, & id genus hominum vt inuisum Deis, alias in terras auehere iussum. Sic conquisitum collectúmque vulgus, postquam vastis locis relictum sit; ceteris per lacrymas torpentibus, Mosen vnum exsulum monuisse, ne quā Deorum hominúmue opem exspectarent, ab vtrisque deserti, sed sibimet vt duci cælesti crederent, primò cuius auxilio credentes, præsentes miserias pepulissent. Assensere, atque omnium ignari fortuitum iter incipiunt. Sed nihil æquè quàm inopia aquæ fatigabat. Iamque haut procul exitio, totis campis procubuerant: cùm grex asinorum agrestium, è pastu in rupem nemore opacam concessit. Secutus Moses, coniecturâ herbidi soli, largas aquarum venas aperit. Id leuamen. & continuum sex dierum iter emensi, septimo pulsis cultoribus, obtinuere terras, in quibus vrbs & templum dicata sunt. Moses, quo sibi in posterum gentem firmaret, nouos ritus contrariósque ceteris mortalibus indidit. Profana illic omnia, quæ apud nos sacra. Rursum concessa apud illos, quæ nobis incesta. Effigiem animalis, quo monstrante errorem sitimq; depulerant, penetrali sacrauere: cæso ariete, velut in contumeliam Hammonis. Bos quoque immolatur, quem Ægyptii Apin colunt. Sue abstinent, memoriâ cladis, quòd ipsos scabies quondam turpauerat, cui id animal obnoxium. Longam olim famem, crebris adhuc ieiuniis fatentur. Et raptarum frugum argumentum, panis Iudaicus nullo fermento detinetur. Septimo die, otium placuisse ferunt: quia is finem laborum tulerit. dein blandiente inertiâ, septimum quoque annum ignauiæ datum. *Aly* honorem eum Saturno haberi: seu principia religionis tradentibus Idæis, quos cum Saturno pulsos, & conditores gentis accepimus: seu quòd è septem sideribus, quîs mortales re-

guntur, altissimo orbe & præcipua potentià stella Saturn
feratur: ac pleraque cælestium, vim suam & cursum septi
mos per numerps conficiant. *Hi ritus quoquo modo indu*
cti, antiquitate defenduntur. cetera instituta sinistra, fœda pra
uitate valuere. Nam pessimus quisque, spretis religionibus pa
triis, tributa & stipes illuc congerebant. Unde auctæ Iudæorum
res: & quia apud ipsos fides obstinata, misericordia in promtu:
sed aduersus omnes alios hostile odium. Separati epulis, discreti
cubilibus, proiectissima ad libidinem gens, alienarum concubi
tu abstinent. inter se nihil illicitum. Circumcidere genitalia in
stituêre, vt diuersitate noscantur. Transgressi in morē eorum
idem vsurpant. nec quidquam prius imbuuntur, quàm con-
temnere Deos, exuere patriam: parentes, liberos, fratres vili
habere. Augendæ tamen multitudini consulitur. nam & ne-
care quemquam ex agnatis, nefas: animásque prœlio aut sup-
pliciis peremtorum, æternas putant. Hinc generandi amor, &
moriendi contemptus. Corpora condere, quàm cremare, è mo-
re Ægyptio. Eadémque cura, & de infernis persuasio. cælesti-
um contrà. Ægyptij pleraque animalia effigiésque composita
venerantur. Iudæi mente solâ, vnumq; numen intelligunt. Pro-
fanos qui Deûm imagines, mortalibus materiis, in species ho-
minum effingant. Summum illud & æternum, neque muta-
bile, neque interiturum. Igitur nulla simulacra vrbibus suis,
nedum templis sunt. Non regibus hæc adulatio, non Cæsaribus
honor. Sed quia sacerdotes eorum tibiâ tympanísque concine-
bant, hederâ vinciebantur, vitisq; aurea templo reperta: Libe-
rum patrem coli, domitorem Orientis quidam arbitrati sunt,
nequaquam congruentibus institutis. quippe Liber festos lætós-
que ritus posuit: Iudæorum mos absurdus sordidúsque. Terra
finésque, quà ad Orientem vergunt, Arabiâ terminantur: à
meridie Ægyptus obiacet: ab occasu, Phœnices & mare: Se-
ptentrionem à latere Syriæ longè prospectant. Corpora homi-
num salubria, & ferentia laborum. rari imbres, uber solum.
Exuberant fruges nostrum ad morem. præterq; eas, Balsa-
mum & Palmæ. palmetis proceritas, & decor. Balsamum,
modica arbor. vt quisque ramus intumuit, si vim ferri adhi-
beas

ibeas, pauent venæ: fragmine lapidis, aut teſtâ aperiuntur.
umor in vſu medentium eſt. Præcipuum montium Liba-
um erigit, mirum dictu, tantos inter ardores opacum fidúm-
ue niuibus. Idem amnem Iordanem alit funditque. Nec Ior-
ianes pelago accipitur. Sed vnum atque alterum lacum inte-
er perfluit: tertio retinetur. Lacus immenſo ambitu, ſpecie
maris, ſapore corruptior, grauitate odoris accolis peſtifer, ne-
ue vento impellitur, neque piſces aut ſuetas aquis volucres
atitur. Incertæ vndæ ſuperiacta, vt ſolido feruntur; periti
mperitique nandi, perinde attolluntur. Certo anni, bitumen
egerit: cuius legendi vſum, vt ceteras artes, experientia docu-
t. Ater ſuapte naturâ liquor, & ſparſo aceto concretus, inna-
at. hunc manu captum, quibus ea cura, in ſumma nauis tra-
unt. Inde nullo iuuante influit, oneratque, donec abſcindas.
nec abſcindere ære ferróue poſſis: fugit cruorem veſtémque in-
fectam ſanguine, quo feminæ per menſes exſoluuntur. Sic ve-
eres auctores. Sed gnari locorum tradunt, vndantes bitumi-
ie moles pelli, manuq; trahi ad litus: mox vbi vapore ter-
æ, vi ſolis inaruerint, ſecuribus cuneíſque vt trabes aut
axa diſcindi. Haut procul inde campi, quos ferunt olim vbe-
es, magniſq; vrbibus habitatos, fulminum iactu arſiſſe:
& manere veſtigia, terrámque ſpecie torridam, vim frugi-
feram perdidiſſe. Nã cuncta ſponte edita, aut manu ſata,
ſiue herbà tenus aut flore, ſeu ſolitam in ſpeciem adole-
uere, atra & inania velut in cinerem vaneſcunt. Ego ſicut
inclitas quondam vrbes igne cæleſti flagraſſe conceſſerim, ita
halitu lacus infici terram, corrumpi ſuperfuſum ſpiritum, cóque
fetus ſegetũ & autumni putreſcere reor, ſolo cœlóꝗ iuxtà graui.
Et Belus amnis Iudaico mari illabitur: circa cuius os cõlectæ a-
renæ, admixto nitro, in vitrũ excoquuntur. modicũ id litus, ſed
egerentibus inexhauſtũ. Magna pars Iudææ vicis diſpergitur.
habet & opida. Hieroſolyma gẽti caput. Illic immenſæ opulentiæ
templum, & primis munimentis vrbs deinde regia, templum intimis
clauſum. ad fores, tantùm Iudæo aditus: limine, præter Sacer-
dotes, arcebantur. Dum Aſſyrios penes Medóſque & Perſas
Oriens fuit; deſpectiſſima pars ſeruientium, poſtquam Mace-

dones præpotuere; rex Antiochus demere superstitionem &
mores Græcorum dare adnixus, quo minus teterrimam gen
in melius mutaret, Parthorum bello prohibitus est. nam ea te-
pestate, Arsaces desciuerat. Tum Iudæi, Macedonibus inua-
lidis, Parthis nondum adultis (& Romani procul aberant) si-
bi ipsi reges imposuere, qui mobilitate vulgi expulsi, resumta
arma dominatione fugas ciuium, vrbium euersiones, fratrum,
coniugum, parentum neces, aliáque solita regibus ausi, super-
tionem fouebant: quia honor Sacerdotij, firmamentum po
tiæ assumebatur. Romanorum primus Cn. Pompeius, dom
templúmque iure victoriæ ingressus est. Inde vulgatum, n
intus Deûm effigie vacuam sedem, & inania arcana. *A*
ri Hierosolymorum diruti, delubrum mansit. Mox ciuili i
nos bello, postquàm in ditionem M. Antonij prouinciæ c
rant, rex Parthorum Pacorus Iudæâ potitus; interfectúsq
à P. Ventidio, & Parthi trans Euphratem redacti. Iudæos C
Sosius subegit. Regnum ab Antonio Herodi datum, vi
Augustus auxit. Post mortem Herodis, nihil exspectato Cæ
re, Simon quidam regium nomē inuaserat. Is à Quinctilio
ro obtinente Syriam punitus. & gentem coërcitam, liberi
rodis tripartito rexere. Sub Tiberio quies. dein, iussi à C. C
re effigiem eius in templo locare, arma potius sumsere. qu
motum Cæsaris mors diremit. Claudius defunctis regibus,
ad modicum redactis, Iudæam prouinciam equitibus Roma
aut libertis permisit. è quibus Antonius Felix, per omnem
uitiam ac libidinem, ius regium seruili ingenio exercuit, D
sillâ Cleopatra & Antonij nepte in matrimonium accepta.
eiusdem Antonij, Felix progener, Claudius nepos esset. Du
uit tamen patientia Iudæis, vsque ad Gessium Florum proc
ratorem. Sub eo bellum ortum. & comprimere cœptantem C
stium Gallum Syriæ legatum, varia prœlia ac sæpius adue
excepere. Qui vbi fato, aut tædio occidit: missu Neronis, Vesp
sianus fortuna famáque & egregiis ministris, intra duas æsti
tes, cuncta cāporum, omnésque præter Hierosolyma vrbes, v
ctore exercitu tenebat. Proximus annus ciuili bello intent
quantum ad Iudæos per otium transiit. pace per Italiam part

& exter

*externæ curæ rediere. Augebat iras, quòd soli Iudæi non ces-
sent. Simul manere apud exercitus Titum, ad omnes princi-
tus noui euentus casusue vtile videbatur. Igitur castris, vti
ximus, ante mœnia Hierosolymorum positis, instructas le-
ones ostentauit. Iudæi sub ipsos muros struxere aciem, rebus
cundis longiùs ausuri; & si pellerentur, parato perfugio. Mis-
s in eos eques cum expeditis cohortibus, ambiguè certauit.
Mox cessere hostes, & sequentibus diebus crebra pro portis
xlia serebant: donec assiduis damnis, intra mœnia pelleren-
r. Romani ad oppugnandum versi. neque enim dignum vi-
batur, famem hostium opperiri. poscebántque pericula, pars
rtute, multi ferociâ, & cupidine præmiorum. Ipsi Tito Ro-
a, & opes, voluptatésque ante oculos; ac ni statim Hierosoly-
a conciderent, morari videbantur. Sed vrbem arduam situ,
era molésque firmauerant, quîs vel plana satis munirentur.
am duos colles immensum editos claudebant muri per artem
liqui, aut introrsus sinuati: vt latera oppugnantium, ad i-
us patescerent. Extrema rupis, abrupta. & turres, vbi mons
risset, in sexaginta pedes; inter deuexa, in centenos vicenós-
e attollebantur. mirâ specie, ac procul intuentibus pares.
lia intus mœnia, regiæ circumiecta. conspicuóque fastigio
ris, Antonia, in honorem M. Antonij ab Herode appellata.
emplum in modum arcis, propriíque muri, labore & opere ante
os. ipsæ porticus, quîs templum ambiebatur, egregium propu-
aculum. Fons perennis aquæ, cauati sub terrâ montes: & pi-
næ cisternǽque seruandis imbribus. præuiderant conditores ex
uersitate morum, crebra bella. inde cuncta, quamuis aduer-
longum obsidium: & à Pompeio expugnatis, metus at-
e vsus pleraque monstrauêre. Atque per auaritiam Clau-
anorum temporum, empto iure muniendi, struxere muros in
ce tamquam ad bellum: magnâ colluuie, & ceterarum vr-
um clade aucti. Nam peruicacissimus quisque illuc perfuge-
t; eóque seditiosius agebant. Tres duces, totidem exercitus.
trema & latissima mœnium, Simon: mediam vrbem, Ioan-
, quem & Bargioram vocabant: templum, Eleazarus fir-
uerat. Multitudine & armis Ioannes, ac Simon; Eleaza-*

rus, loco pollebat. Sed prœlia, dolus incendia inter ipsos, & ma-
gna vis frumenti ambusta. Mox Ioannes, missis per speciem sa-
crificandi, qui Eleazarum manúmque eius obtruncarent, tem-
plo potitur. ita in duas factiones ciuitas discessit, donec propin-
quantibus Romanis bellum externum concordiam pareret. E-
uenerant prodigia, quæ neque hostiis, neque votis piare fas ha-
bet gens superstitioni obnoxia, religionibus aduersa. Visæ per cæ-
lum concurrere acies, rutilantia arma, & subito nubium i-
collucere templum. Expassæ repente delubri fores, & audita ma-
ior humanâ vox, Excedere Deos. *simul ingens motus ex-*
dentium. Quæ pauci in metum trahebant: pluribus persu-
inerat, antiquis Sacerdotum litteris contineri, eo ipso temp-
re fore, vt valesceret Oriens, profectiq; Iudæâ rerũ poti-
tur. *quæ ambages Vespasianum ac Titũ prædixerant. Sed v-*
gus, more humanæ cupidinis, sibi tantam fatorum magnitu-
nẽ interpretati, ne aduersis quidem ad vera mutabantur. M-
titudinẽ obsessorum omnis ætatis, virile ac muliebre sexus, s-
centa millia fuisse accepimus. Arma cunctis, qui ferre poss-
& plures, quàm pro numero, audebant. Obstinatio viris fe-
nisque par: ac si transferre sedes cogerentur, maior vitæ m-
quàm mortis. Hanc aduersus vrbem gentémque Cæsar Ti-
quando impetum & subita belli locus abnueret, aggeribus-
neísque certare statuit. Diuiduntur legionibus munia, & q-
prœliorum fuit: donec cuncta expugnandis vrbibus repert-
pud veteres, aut nouis ingeniis, struerentur. At Ciuilis, p-
malam in Treueris pugnam, reparato per Germaniam e-
citu, apud Vetera castra consedit: tutus loco: & vt mem-
prosperarum illic rerum, augescerent Barbarorum animi.
cutus est eodem Cerialis, duplicatis copiis, aduentu secund-
XVI. *&* XIV. *legionum. Cohortésque & alæ iampridem ac-*
post victoriam properauerant. Neuter ducum contator.
arcebat latitudo camporum, suopte ingenio humentium.
diderat Ciuilis obliquam in Rhenum molem, cuius obiectu
uolutus amnis, adiacentibus superfunderetur. Ea loci forma
certis vadis subdola, & nobis aduersa. qppe miles Romanu-
mis grauis, & nandi pauidus: Germanos fluminibus sueto-

uitas armorum, & proceritas corporũ attollit. Igitur laceſſentibus Batauis, ferociſſimo cuique noſtrorum cœptum certamen. deinde orta trepidatio, cùm prealtis paludibus arma equiq́ue haurirentur. Germani notis vadis perſultabant; omiſſa plerũque fronte, latera ac terga circumuenientes. neque vt in pedeſtri acie, comminus certabatur; ſed tamquam nauali pugna, vagi inter vndas, aut ſi quid ſtabile occurrebat, totis illic corporibus nitentes, vulnerati cum integris, periti nandi cum ignaris, in mutuam perniciem implicabantur. minor tamen quàm pro tumultu cædes: quia non auſi egredi paludem Germani, in caſtra rediere. Eius prœlij euentus, vtrumque ducem diuerſis animi motibus, ad maturandum ſummæ rei diſcrimen erexit. Ciuilis, inſtare fortunæ; Cerialis, abolere ignominiam. Germani, proſperis feroces; Romanos, pudor excitauerat. nox apud Barbaros cantu aut clamore, noſtris per iram & minas acta. Poſtera luce, Cerialis equite & auxiliaris cohortibus frontem explet: in ſecunda acie, legiones locatæ: dux ſibi delectos retinuerat, ad improuiſa. Ciuilis haut porrecto agmine, ſed cuneis adſtitit. Bataui Cugerniq́ue in dextro; læua ac propiora fluminis, Tranſrhenani tenuere. Exhortatio ducum, non more concionis apud vniuerſos, ſed vt quoſque ſuorum aduehebantur. Cerialis veterem Rom. nominis gloriam, antiquas recenteſque victorias: vt perfidum, ignauum, victum hoſtem, in æternum ex‹cinderẽt. vltione magis, quàm prœlio opus eſſe. Pauciores nuper cum pluribus certaſſe: attamen fuſos Germanos, quod roboris fuerit. Supereſſe, qui fugam animis, qui vulnera tergo, ferant. *Proprios inde ſtimulos legionibus admonebat,* domitores Britanniæ quartadecimanos *appellans.* principem Galbam, ſextæ legionis auctoritate factum: illa primum acie, Secundanos noua ſigna, nouámque aquilam dicaturos. *Hinc præuectus ad Germanicum exercitum, manus tendebat,* vt ſuam ripam, ſua caſtra ſanguine hoſtium reciperarent. *Alacrior omniũ clamor, quis vel è lõgâ pace prœlij cupido, vel feſſis bello pacis amor, præmiaq́; & quies in poſterum ſperabantur. Nec Ciuilis ſilentem ſtruxit aciem, locum pugnæ teſtem virtutis ciens:* Stare

Germanos Batauoſque ſuper veſtigia gloriæ, cineres oſ-
ſaque legionum calcantes. quocumque oculos Romanus
intendere, captiuitatem, cladem̃que & dira omnia obuer-
ſari. Ne terrerentur vario Treuerici prœlii euentu: ſuam
illic victoriam Germanis obſtitiſſe, dum omiſſis telis,
prædâ manus impediunt. ſed cuncta mox proſpera, & ho-
ſti contraria eueniſſe. Quæ prouideri aſtu ducis opor-
tuerit, prouidiſſe: campos madentes, & ipſis gnaros, pa-
ludes hoſtibus noxias: Rhenum & Germaniæ Deos in
aſpectu, quorum numine capeſſerent pugnam, coniu-
gum, parentum, patriæ memores. illum diem aut glori-
oſiſſimum inter maiores, aut ignominioſum apud poſte-
ros fore. *Vbi ſono armorum tripudiiſq; (ita illis mos) appro-
bata ſunt dicta, ſaxis, glandibúſque & ceteris miſſilibus præ-
lium incipitur: neque noſtro milite paludem ingrediente, &
Germanis vt elicerent laceſſentibus. Abſumtis quæ iaciun-
tur, & ardeſcente pugnâ, procurſum ab hoſte infeſtius, immen-
ſis corporibus, & prælongis haſtis fluitantem labantemq; mili-
tem eminus fodiebant. ſimul è mole, quam eductam in Rhenum
retulimus, Bructerorum cuneus tranſnatauit. turbata ibi res,
& pellebatur ſociarum cohortium acies, cùm legiones pugnam
excipiunt, ſuppreſſaq; hoſtium ferociâ prœlium exæquatur. In-
ter quæ, perfuga Batauus adiit Cerialem,* terga hoſtium pro-
mittens, ſi extremo paludis eques mitteretur: ſolidum il-
lâ, & Cugernos quibus cuſtodia obueniſſet, parum inten-
tos. *Duæ alæ cum perfugâ miſſæ, incauto hoſti circumfunduntur.
quod vbi clamore cognitum, legiones à fronte incubuere, pul-
ſiq; Germani Rhenum fugâ petebant. Debellatum de eo foret, ſi
Romana claſſis ſequi maturaſſet. Ne eques quidem inſtitit, re-
pentè fuſis imbribus, & propinquâ nocte. Poſterâ die, decima-
quarta legio in ſuperiorem prouinciam Gallo Annio miſſa. Ce-
rialis exercitum, decima ex Hiſpaniâ legio ſuppleuit. Ciuili
Chaucorum auxilia venêre. non tamen auſus opidum Batauo-
rum armis tueri, raptis quæ ferri poterant, ceteris iniecto igni
in inſulam conceſſit. gnarus deeſſe naues efficiendo ponti, neq;
exercitum Romanum aliter tranſmiſſurum. quin & diruit mo-*

lem

lem à Druso Germanico factam, Rhenumq́; prono alueo in Galliam ruentem, disiectis quæ morabantur, effudit. Sic velut abacto amne, tenuis alueus, insulam inter, Germanósque, continentium terrarum speciem fecerat. Transiere Rhenum Tutor quoque & Classicus, & centum tredecim Treuerorum Senatores: in quibus fuit Alpinus Montanus, quem à Primo Antonio missum in Gallias superiùs memorauimus. Comitabatur eum frater D. Alpinus. Simul ceteri miseratione ac donis auxilia cōcibant, inter gentes periculorum auidas. Tantúmq; belli superfuit, vt præsidia cohortium, alarum, legionum, modicis vicis quadripartita Ciuilis inuaserit: Decimam legionem, Arenaci; secundam, Batauoduri; & Grinnes Vadamq́; cohortiū alarumq́; castra: ita dimisis copiis, vt ipse & Verax sorore eius genitus, Classicúsq; ac Tutor suam quisque manum traherent: nec omnia patrandi fiduciâ, sed multa ausis aliquâ in parte fortunam affore. Simul Cerialem, neque satis cautum; & pluribus nuntiis huc illuc cursantē, posse medio intercipi. Quibus obuenerant castra decumanorum, oppugnationem legionis arduam rati, egressum militem & cædendis materiis operatum turbauere, occiso præfecto castrorum & quinque primoribus centurionum, paucisque militibus. Ceteri se munimentis defendére. Et interim Germanorum manus, Batauoduri, irrumpere inchoatum pontem nitebantur. Ambiguum prœlium nox diremit. Plus discriminis apud Grinnes Vadámq;. Vadā Ciuilis, Grinnes Classicus, oppugnabant. nec sisti poterant, interfecto fortissimo quoque: in quîs Briganticus præfectus alæ ceciderat, quem fidum Romanis, & Ciuili auunculo infensum diximus. Sed vbi Cerialis cum delectâ equitum manu subuênit, versa fortuna. præcipites Germani in amnem aguntur. Ciuilis dum fugientes retentat agnitus, petitúsque telis, relicto equo, transnatauit. Idē Germanis effugium. Tutorem Classicúmq; appulsæ lintres vexere. Ne tum quidem Romana classis pugnæ affuit, vt iussum erat. Sed obstitit formido, & remiges per alia militiæ munia dispersi. Sane Cerialis parum temporis ad exsequenda imperia dabat: subitus consiliis, sed euentu clarus. Aderat fortuna, etiam vbi artes defuissent. hinc ipsi exercituiq;, minor cura disci-

plinæ. Et paucos post dies quanquam periculum captiuitatis eua-
sisset, infamiam non vitauit. Profectus Nouesium Bonnámque
ad visenda castra, quæ hiematuris legionibus erigebantur,
nauibus remeabat, disiecto agmine, incuriosis vigiliis. Anim-
aduersum id Germanis, & insidias composuere. electa nox atra
nubibus, & prono amne rapti, nullo prohibente vallum ineunt.
Prima cædes astu adiuta: incisis tabernaculorum funibus, suis-
met coriis coopertos trucidabant. Aliud agmen, turbare clas-
sem, iniycere vincla, trahere puppes. Utque ad fallendum silentio,
ita cœpta cæde, quò plus terroris adderent, cuncta clamoribus
miscebant. Romani vulneribus exciti, quærunt arma, ruunt
per vias; pauci ornati militariter, plerique circum brachia
tortâ veste, & strictis mucronibus. dux semisomnis ac prope
intectus, errore hostium seruatur. Namque prætoriam nauem
vexillo insignem, illic ducem rati, abripiunt. Cerialis alibi
noctem egerat, vt plerique credidere. ob stuprum Claudiæ Sa-
cratæ, mulieris Vbiæ. vigiles flagitium suum ducis dedecore ex-
cusabant, tamquam iussi silere; ne quietem eius turbarent:
ita intermisso signo, & vocibus, se quoque in somnum lapsos.
Multâ luce reuecti hostes, captiuis nauibus, prætoriam tri-
remem, flumine Luppiâ, donum Velledæ traxere. Ciuilem cu-
pido incessit, naualem aciem ostentandi. Complet quot biremi-
um, quæque simplici ordine agebantur. Adiecta ingens lintrium
vis. tricenis quadragenisque armamenta liburnicis solita: & si-
mul captæ lintres, sagulis versicoloribus, haut indecorè pro ve-
lis iuuabantur. Spatium velut æquoris electum, quo Mosæ flu-
minis amnem Rhenus Oceano affundit. Caussa instruendæ
classis, super insitam genti vanitatem, vt eo terrore commeatus
Galliâ aduentantes interciperent. Cerialis miraculo magis,
quam metu, direxit classem: numero imparem, vsu remigum,
gubernatorum arte, nauium magnitudine potiorem. his flumẽ
secundum; illi vento agebantur. Sic prænecti, tentato telorum
iactu, dirimuntur. Ciuilis nihil vltra ausus, trans Rhenũ con-
cessit. Cerialis insulam Batauorum hostiliter populatus, agros
villasque Ciuilis intactos, notâ arte ducum sinebat: cùm interim
fluxu autumni, & crebris pluuialibus imbribus superfusus a-
mnis,

nnis, paluſtrem humilémque inſulam in faciem ſtagni oppleuit. nec claſſis, aut commeatus aderant: caſtráq; in plano ſita, vi fluminis differebantur. Potuiſſe tunc opprimi legiones, & voluiſſe Germanos, ſed dolo à ſe flexos, imputauit Ciuilis. Neq; abhorret vero, quando paucis pòſt diebus deditio inſecuta eſt. Nam Cerialis, per occultos nuntios, Batauis pacem, Ciuili veniam oſtentans, Velledam propinquóſque monebat, fortunam belli tot cladibus aduerſam, opportuno erga populum Ro. merito mutare. Cæſos Treueros, receptos Vbios, ereptam Batauis patriam: neque aliud Ciuilis amicitiâ peractum, quàm vulnera, fugas, luctus. exſulem eum & extorrem, recipientibus oneri: & ſatis peccauiſſe, quòd toties Rhenum tranſcenderint. ſi quid vltrà moliantur, inde iniuriam & culpam, hinc vltionem & deos fore. *Miſcebantur minis promiſſa. Et concuſſâ Transrhenanorum fide, inter Batauos quoque ſermones orti*, Non prorogandam vltrà ruinã: nec poſſe ab vnâ natione totius orbis ſeruitium depelli. quid perfectum cæde & incendiis legionum, niſi vt plures validioréſque accirentur? Si Veſpaſiano bellum nauauerint, Veſpaſianum rerum potiri. ſin populum Romanum armis prouocent; quotam partem generis humani Batauos eſſe? reſpicerent Rhætos Noricóſque, & ceterorum onera ſociorum: ſibi non tributa, ſed virtutes & viros indici. proximum id libertati: & ſi dominorum electio ſit; honeſtiùs principes Romanorum, quàm Germanorum feminas tolerari. *Hæc vulgus. Proceres*, atrociore Ciuilis rabie ſemet in arma truſos: illum domeſticis malis, excidium gentis oppoſuiſſe. tunc infenſos Batauis Deos, cùm obſiderentur legiones, interficerentur legati, bellum vni neceſſarium, ferale ipſis ſumeretur. Ventum ad extrema, ni reſipiſcere incipiant & noxii capitis pœnâ pœnitẽtiam fateantur. *Non fefellit Ciuilem ea inclinatio, & præuenire ſtatuit. ſuper tædium malorum, etiam ſpe vitæ, quæ plerũque magnos animos infringit. Petito colloquio, ſcinditur Nabaliæ fluminis pons. in cuius abrupta progreſſi duces, Ciuilis ita cœpit.* Si apud Vitellii legatum defenderer; neque fa-

cto meo venia, neque dictis fides debebatur. Cuncta in-
ter nos inimica, hostilia, ab illo cœpta, à me aucta erant.
Erga Vespasianum, vetus mihi obseruantia: & cùm pri-
uatus esset, amici vocabamur. Hoc Primo Antonio no-
tum, cuius epistolis ad bellum accitus sum, ne Germanicæ
legiones & Gallica iuuentus alpes transcenderet. Quæ
Antonius absens, Flaccus præsens monebat, arma in Ger-
maniâ moui, quæ Mucianus in Syriâ, Aponius in Mœsiâ,
Flauianus in Pannoniâ.

C. CORNELII TACITI DE SITV, MORIBVS ET POPVLIS GERMANIÆ LIBELLVS.

GERMANIA *omnis à Galliis Rhætijsq́; & Pannonijs
Rheno & Danubio fluminibus; à Sarmatis Dacisq́;
mutuo metu aut montibus separatur. Cætera Oceanus
ambit, latos sinus & insularum immensa spatia cõplectens, nu-
per cognitis quibusdã gentibus, ac regibus, quos bellum aperuit.
Rhenus Rhæticarũ alpiũ inaccesso ac præcipiti vertici ort⁹, mo-
dico flexu in Occidentẽ versus, septentrionali Oceano miscetur.
Danubius molli & clementer edito montis Abnobæ iugo effu-
sus, plures populos adit, donec in Ponticũ mare sex meatibus e-
rumpat. septimum enim os paludibus hauritur. Ipsos Germanos
indigenas crediderim, miniméq́; aliarum gẽtium aduẽtibus &
hospitiis mixtos: quia nec terra olim, sed classibus aduehebantur
qui mutare sedes quærebant: & immensus vltrà, vtq́; sic di-
xerim, aduersus Oceanus raris ab orbe nostro nauibus aditur.
Quis porro præter periculum horridi & ignoti maris, Asiâ
aut Africâ, aut Italiâ relictâ, Germaniam peteret? informem
terris, asperam cælo, tristem cultu aspectúque, nisi si patria sit.
Celebrant carminibus antiquis (quod vnũ apud illos memoriæ
& annaliũ genus est) Tuistonem Deum terrâ editum & filium*

Ma-

Mannum, *originem gentis conditoresq́ue. Manno tris filios assignant, è quorum nominibus proximi Oceano Ingæuones, medii Herminones, ceteri Istæuones vocentur. Quidam autem, licentiâ vetustatis*, plureis Deo ortos, pluresque gentis appellationes, Marsos, Gambriuios, Sueuos, Vandalios *affirmant*: eaque vera & antiqua nomina. ceterùm Germaniæ vocabulum recens, & nuper additum: quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, nunc Tungri, nunc Germani vocati sint. ita nationis nomen, non gentis eualuisse paulatim, vt omnes primùm à victore ob metum, mox à seipsis inuento nomine Germani vocarentur. Fuisse apud eos & Herculem *memorant*; primumq́ue omnium virorum fortium, ituri in prœlia canunt. *Sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu quem* Barritum *vocant, accēdunt animos, futuræq́ue pugnæ fortunam ipso cantu augurantur. terrent enim, trepidántue, prout sonuit acies. nec tam vocis ille, quàm virtutis concentus videtur. affectatur præcipuè asperitas soni, & fractum murmur obiectis ad os scutis, quo plenior & grauior vox repercussu intumescat. Ceterùm &* Vlixem *quidam opinantur* longo illo & fabuloso errore in hunc Oceanum delatum, adisse Germaniæ terras, Asciburgiumq́ue, quod in ripâ Rheni situm hodieq́ue incolitur, ab illo constitutum, nominatumque Ἀσκιπύργιον. Aram quinetiam Vlixi consecratam, adiecto Laertæ patris nomine, eodem loco olim repertam: monumentaq́ue, & tumulos quosdam Græcis litteris inscriptos in confinio Germaniæ Rhætiæq́ue adhuc exstare. *quæ neque confirmare argumentis, neque refellere in animo est: ex ingenio suo quisq́ue demat, vel addat fidem. Ipse eorum opinionibus accedo, qui Germaniæ populos nullis aliis aliarum nationum connubiis infectos, propriam & sinceram & tantum sui similem gentem exstitisse arbitrantur. Unde habitus quoque corporum, quamquam in tanto hominum numero, idem omnibus: truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, & tantùm ad impetum valida. laboris atque operum non eadem patientia: minimeq́ue sitim æstumq́ue tolerare, frigora*

atque inediam cœlo solóue assueuerunt. Terra etsi aliquan
specie differt, in vniuersum tamen aut siluis horrida, aut pal
dibus fœda: humidior quà Gallias; ventosior quà Noricum
Pannoniam aspicit: satis ferax, frugiferarum arborum imp
tiens, pecorum fœcunda, sed plerumque improcera. ne armen
quidem suus honor, aut gloria frontis. numero gaudent. e
solæ & gratissimæ opes sunt. Argentum & aurum propitii
irati Dii negauerint, dubito. Nec tamen affirmauerim, n
lam Germaniæ venam argentum aurúmue gignere. quis en
scrutatus est? possessione & vsu haut perinde afficiuntur.
videre apud illos argentea vasa, legatis & principibus eoru
muneri data, non in aliâ vilitate, quam quæ humo finguntu
quamquam proximi, ob vsum commerciorum, aurum & a
gentum in pretio habent, formasq́ quasdam nostræ pecu
agnoscunt, atque eligunt: interiores simplicius & antiqu
permutatione mercium vtuntur. Pecuniam probant veter
& diu notam, Serratos, Bigatosque. *Argentum quoque m*
gis quam aurum sequuntur, nullâ affectione animi, sed qu
numerus argēteorum facilior vsui est, promiscua ac vilia me
cantibus. Ne ferrum quidem superest, sicut ex genere telorum
colligitur. Rari gladiis, aut maioribus lanceis vtuntur. hast
vel ipsorum vocabulo frameas *gerunt, angusto & breui ferr*
sedita acri & ad vsum habili, vt eodem telo, prout ratio posc
vel cominus vel eminus pugnent. & eques quidem scuto fr
meaq́ contentus est. pedites & missilia spargunt, pluraq́ si
guli, atque in immensum vibrant, nudi aut sagulo leues. nul
cultus iactatio: scuta tantùm lectissimis coloribus distinguunt
paucis loricæ: vix vni alterìue cassis, aut galea. Equi non fo
mâ, non vel celeritate conspicui. sed nec variare gyros in more
nostrum docentur. In rectum aut vno flexu dextros agunt, i
coniuncto orbe, vt nemo posterior sit. In vniuersum æstimant
plus penes peditem roboris: eoq́ mixti prœliantur, aptâ & con
gruente ad equestrem pugnam velocitate peditum, quos ex o
mni iuuentute delectos ante aciem locant. Definitur & nu
merus: centeni ex singulis pagis sunt: idq́ ipsum inter suos v

ca

ntur. & quod primò numerus fuit, iam nomen & honor est. *Acies per cuneos componitur. Cedere loco, dummodo rursus* *stes, consilii quam formidinis arbitrantur. Corpora suorum* *iam in dubiis prœliis referunt. Scutum reliquisse præcipuum* *gitium. nec aut sacris adesse, aut concilium inire ignominio-* *us. multiq; superstites bellorum, infamiam laqueo finierunt.* *ges ex nobilitate, duces ex virtute sumunt. Nec regibus in-* *ita aut libera potestas; & duces exemplo potius quam impe-* *si prompti, si conspicui, si ante aciem agant admiratione præ-* *it.* *Ceterum neque animaduertere, neque vincire, neque* *rberare quidem nisi Sacerdotibus permissum: non quasi in* *nam, nec ducis iussu, sed velut* Deo imperante, quem ad- bellantib. credunt: *effigiesq;, & signa quædam detracta* *is in prœlium ferunt. Quodq; præcipuum fortitudinis inci-* *mentum est, non casus, nec fortuita conglobatio turmam* *t cuneum facit, sed familiæ & propinquitates. & in proxi-* *o pignora: vnde feminarum vlulatus audiri, vnde vagitus* *fantium. hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores.* *Ad matres, ad coniuges vulnera ferunt: nec illæ numerare,* *t exsugere plagas pauent. Cibósque & hortamina pugnan-* *us gestant. Memoriæ proditur,* quasdam acies inclina- s iam & labantes à feminis restitutas, constantiâ pre- m & obiectu pectorum, & monstratâ cominus capti- tate. *quam longè impatientius feminarum suarum nomine* *ment: adeò vt efficacius obligentur animi ciuitatum, quibus* *ter obsides puellæ quoque nobiles imperantur. Inesse* *inetiam sanctum aliquid, & prouidum putant: nec* *t consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt. Vi-* *mus sub Diuo Vespesiano Velledam. diu apud plerosque nu-* *inis loco habitam. Sed & olim Auriniam, & complureis a-* *s venerati sunt, non adulatione, nec tamquã facerent Deas.* *Deorum maximè Mercurium colunt, cui certis diebus,* *manis quoque hostiis litare fas habent. Herculẽ ac Martem* *ncessis animalibus placant: pars Sueuorum & Isidi sacrifi-* *t. Vnde caussa & origo peregrino sacro, parum comperi, nisi*

quòd signum ipsum in modum liburnæ figuratum, docet a
ctam religionem. Ceterùm nec cohibere parietibus Deos
in vllam humani oris speciem assimilare, ex magnitudin
lestium arbitrantur: lucos ac nemora consecrant, Deor
nominibus appellant secretum illud, quod solâ reuerenti
dent. Auspicia sortesq́ue, vt qui maximè obseruant. Sort
consuetudo simplex. virgam frugiferæ arbori decisam, in s
los amputant, eosq́ue notis quibusdam discretos super cand
vestem temerè ac fortuitò spargunt. mox si publicè consul
Sacerdos ciuitatis; sin priuatim, ipse paterfamiliæ pre
Deos, cœlumq́ue suspiciens, ter singulos tollit, sublatos secun
impressam antè notam interpretatur. Si prohibuerunt; nu
eâdem re in eundem diem consultatio. Sin permissum; aus
rum adhuc fides exigitur. & illud quidem etiam hic noui
uium voces, volatusq́ue interrogare. Proprium gentis, equo
quoque præsagia ac monitus experiri. publicè aluntur is
nemoribus ac lucis, candidi & nullo mortali opere con
quos pressos sacro curru sacerdos ac rex vel princeps ciu
comitantur, hinnitusq́ue ac fremitus obseruant. nec vlli au
maior fides non solùm apud plebem, sed apud proceres, apu
cerdotes. se enim ministros Deorum, illos conscios putant.
& alia obseruatio auspiciorum, quâ grauium bellorum eue
explorant. Eius gentis cum quâ bellum est, captiuum qu
modo interceptum, cum electo popularium suorum, pa
quemq́ue armis committunt. victoria huius vel illius, pro pr
dicio accipitur. De minoribus rebus principes consultan
de maioribus omnes. ita tamen, vt ea quoque, quorum p
plebem arbitrium est, apud principes pertractentur. Coëunt
si quid fortuitum & subitum inciderit, certis diebus, cùm
inchoatur luna aut impletur. nam agendis rebus hoc ausp
tissimum initium credunt. Nec dierum numerum vt nos
noctium computant. sic constituunt, sic condicunt. nox du
diem videtur. Illud ex libertate vitiũ, quòd non simul, nec
conueniunt, sed & alter, & tertius dies cunctatione coëunti
absumitur. Vt turbæ placuit, considunt armati. Silentiũ per
cerdotes, quib. tum & coërcendi ius est, imperatur. Mox

princeps, prout ætas cuique, prout nobilitas, prout decus bel-
um, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi
agis quàm iubendi potestate. Si displicuit sententia, fremitu
ernantur: sin placuit, frameas concutiunt. honoratissimum
ensus genus est, armis laudare. Licet apud concilium accu-
re quoque, & discrimen capitis intendere. Distinctio pœna-
m ex delicto. proditores & transfugas arboribus suspendunt.
nauos, & imbelles & corpore infames, cœno ac palude, inie-
i insuper crate, mergunt. Diuersitas supplicii illuc respicit,
nquam scelera ostendi oporteat, dum puniuntur, flagitia ab-
ndi. Sed & leuioribus delictis pro modo pœnarum, equorum
corumq́; numero conuicti multantur. pars multæ regi vel ci-
tati, pars ipsi qui vindicatur vel propinquis eius exsoluitur.
liguntur in iisdem conciliis & principes, qui iura per pagos
cosq́; reddunt. Centeni singulis ex plebe comites, consilium si-
ul & auctoritas, adsunt. Nihil autem neque publicæ neque
iuatæ rei, nisi armati agunt. sed arma sumere non ante cui-
uam moris, quàm ciuitas suffecturum probauerit. Tum in
so concilio vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus
uto frameaq́; iuuenem ornant. hæc apud illos toga, hic primus
uentæ honos: ante hoc, domus pars videntur, mox reipublicæ.
nsignis nobilitas aut magna patrum merita, principis digna-
ionem etiam adolescentulis assignant. Ceteris robustioribus ac
am pridem probatis aggregantur. nec rubor inter comites a-
pici. Gradus quin etiam & ipse comitatus habet, iudicio eius
uem sectantur. Magnaq́; & comitum æmulatio, quibus pri-
nus apud principem suum locus: & principum, cui plurimi &
cerrimi comites. Hæc dignitas, hæ vires, magno semper electo-
rum iuuenum globo circumdari, in pace decus, in bello præsi-
dium. Nec solùm in suâ gente cuiq́;, sed apud finitimas quoque
ciuitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus
emineat. expetuntur enim legationibus, & muneribus ornan-
14 tur, & ipsâ plerumque famâ bella profligant. Cùm ventum in
aciem, turpe principi virtute vinci; turpe comitatui, virtutem
principis non adæquare. Iam verò infame in omnem vitam ac
probrosum, superstitem principi suo ex acie recessisse. Illum de-

fendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriæ eius assignare, [cut off]
cipuum sacramentum est. Principes pro victoria pugnant, [cut off]
mites pro principe. Si ciuitas, in qua orti sunt, longa pace & [cut off]
torpeat; plerique nobilium adolescentium petunt vltro eas [cut off]
tiones, quæ tum bellum aliquod gerunt. quia & ingrata g[cut off]
quies, & facilius inter ancipitia clarescunt, magnumq; co[cut off]
tatum non nisi vi belloq; tueantur. exigunt enim p[cut off]
cipis sui liberalitate illum bellatorem equum, illam [cut off]
entam victricemq; frameam. Nam epulæ, & quam, u[cut off]
incomti, largi tamen apparatus, pro stipendio cedunt. Mat[cut off]
munificentiæ per bella, & raptus. Nec arare terram, aut ex[cut off]
ctare annum, tam facile persuaseris, quam vocare hosti[cut off]
vulnera mereri. pigrum quinimmo & iners videtur sudore [cut off]
quirere, quod possis sanguine parare. Quotiens bella non [cut off]
eunt, non multum venatibus, plus per otium transigunt, de[cut off]
somno ciboq;. Fortissimus quisque ac bellicosissimus nihi[cut off]
gens, delegata domus & penatium & agrorum cura fem[cut off]
senibusq;, & infirmissimo cuique ex familia. ipsi hebent: m[cut off]
diuersitate naturæ, cum iidem homines sic ament inertiam, [cut off]
oderint quietem. Mos est ciuitatibus vltro ac viritim [cut off]
ferre principibus vel armentorum vel frugum, quod pro ho[cut off]
re acceptum, etiam necessitatibus subuenit. Gaudent præci[cut off]
finitimarum gentium donis, quæ non modo a singulis, sed pub[cut off]
cè mittuntur; electi equi, magna arma, phaleræ, torque[cut off]
iam & pecuniam accipere docuimus. Nullas Germanoru[cut off]
populis vrbes habitari, satis notum est; ne pati quidem inter [cut off]
iunctas sedes. Colunt discreti ac diuersi, vt fons, vt campu[cut off]
vt nemus placuit. Vicos locant, non in nostrum morem, co[cut off]
nexis & cohærentibus ædificiis: suam quisque domum spa[cut off]
circumdat, siue aduersus casus ignis remedium, siue inscit[cut off]
ædificandi. Ne cæmentorum quidem apud illos aut tegularu[cut off]
vsus. Materia ad omnia vtuntur informi, & citra specie[cut off]
aut delectationem. Quædam loca diligentius illinunt terr[cut off]
ita pura ac splendente, vt picturam ac lineamenta coloru[cut off]
imitetur. Solent & subterraneos specus aperire, eosq; multo in[cut off]
super fimo onerant, suffugium hiemi & receptaculum frugi[cut off]

qui

uia rigorem frigorum eiusmodi locis molliunt: & siquando
ostis aduenit, aperta populatur. abdita autem & defossa, aut
norantur, aut eo ipso fallunt, quod quærenda sunt. Tegumen
mnibus sagum, fibula, aut si desit spina consertum. Cetera in-
cti, totos dies iuxta focum atque ignem agunt. Locupletissimi
este distinguuntur, non fluitante, sicut Sarmatæ ac Parthi,
d stricta & singulos artus exprimente. Gerunt & ferarum
lles, proximi ripæ negligenter, vlteriores exquisitius, vt qui-
us nullus per commercia cultus. Eligunt feras, & detracta ve-
mina spargunt maculis, pellibusq; belluarum, quas exterior
Oceanus, atque ignotum mare gignit. Nec alius feminis quam
viris habitus, nisi quòd feminæ sæpius lineis amictibus velan-
tur, easq; purpura variant, partemq; vestitus superioris in
manicas non extendunt, nudæ brachia ac lacertos. sed & pro-
xima pars pectoris patet. quamquam seuera illic matrimo-
nia. Nec vllam morum partem magis laudaueris. nam pro-
pè soli barbarorum singulis vxoribus contenti sunt, exceptis
admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis
nuptiis ambiuntur. Dotem non vxor marito, sed vxori
maritus offert. Intersunt parentes & propinqui, ac munera
probant: munera non ad delicias muliebres quæsita, nec quibus
noua nupta comatur, sed boues & frenatum equum, & scu-
tum cum frameâ, gladióque. In hæc munera vxor accipitur.
atque inuicem ipsa armorum aliquid viro affert. hoc maxi-
mum vinculum, hæc arcana sacra, hos coniugales Deos arbi-
trantur. Ne se mulier extra virtutum cogitationes, extraq;
bellorum casus putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis ad-
monetur, venire se laborum periculorumque sociá, idem
in pace, idem in prœlio passuram ausuram. hoc iuncti
boues, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. Sic
viuendum, sic pereundum. accipere se quæ liberis inuio-
lata ac digna reddat, quę nurus accipiant, rursusque ad
nepotes referant. *Ergo septâ pudicitiâ agunt, nullis spectacu-*
lorum illecebris, nullis cõuiuiorum irritationib. corruptæ. Lit-
terarũ secreta viri pariter ac feminæ ignorãt. Paucissima in tã
numerosa gẽte adulteria, quorũ pœna præsens, & maritis per-

missa. Accisis crinibus nudatam coràm propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit. publicatæ enim pudicitiæ nulla venia. non formâ, non ætate, non opib. maritum inuenerit. Nemo enim illic vitia ridet: nec corrumpere & corrumpi, seculum vocatur. Melius quidem adhuc eæ ciuitates, in quibus tantùm virgines nubunt, & cum spe votoq; vxoris semel transigitur. Sic vnum accipiunt maritum, quo modo vnum corpus, vnamq; vitam; ne vlla cogitatio vltra, ne longior cupiditas, ne tamquam maritum, sed tamquam matrimonium ament. Numerum liberorum finire, aut quemquam ex agnatis necare, flagitium habetur. plusq; ibi boni mores valent, quàm alibi bonæ leges. In omni domo nudi ac sordidi, in hos artus, in hæc corpora, quæ miramur, excrescunt. Sua quemq; mater vberib. alit, nec ancillis ac nutricibus delegantur. Dominum ac seruum nullis educationis deliciis dignoscas. Inter eadem pecora, in eâdem humo degunt, donec ætas separet ingenuos, virtus agnoscat. Sera iuuenum Venus, eoq; inexhausta pubertas. nec virgines festinantur. eadem iuuenta, similis proceritas. pares validiq; miscentur. ac robora parentum liberi referunt. Sororum filiis idem apud auunculum, qui apud patrem honor. Quidam sanctiorem artioremque hunc nexum sanguinis arbitrantur, & in accipiendis obsidibus magis exigunt, tamquam ii & animum firmius & domum latius teneant. Heredes tamen successoresq; sui cuiq; liberi: & nullum testamentum. Si liberi non sunt; proximus gradus in possessione, fratres, patrui, auunculi. Quanto plus propinquorum, quo maior affinium numerus, tanto gratiosior senectus. nec vlla orbitatis pretia. Suscipere tam inimicitias seu patris seu propinqui, quam amicitias necesse est. Nec implacabiles durant: luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitq; satisfactionem vniuersa domus, vtiliter in publicum, quia periculosiores sunt inimicitiæ iuxta libertatem. Conuictibus & hospitiis non alia gens effusius indulget. Quemcunque mortalium arcere tecto, nefas habetur. pro fortuna quisq; apparatis epulis excipit. Cùm defecere, qui modò hospes fuerat, monstrator hospitii & comes, proximam

domum

anum non inuitati adeunt. nec interest. pari humanitate accipiuntur. Notum ignotumq́, quantum ad ius hospitii nemo discernit. Abeunti, si quid poposceris, concedere moris: & poscendi inuicem eadem facilitas. Gaudent muneribus. sed nec data imputant, nec acceptis obligantur. Victus inter hospites comis. Statim è somno, quem plerumque in diem extrahunt, lauantur, sæpius calidâ, ut apud quos plurimum hiems occupat. Lauti, cibum capiunt. separatæ singulis sedes, & sua cuiq; mensa. Tum ad negotia, nec minus sæpe ad conuiuia procedunt armati. Diem noctemq́; continuare potando, nulli probrum. Crebræ ut inter vinolentos rixæ, raro conuiciis, sæpius cæde & vulneribus transiguntur. Sed & de reconciliandis inuicem inimicis, & iungendis affinitatibus, & adsciscendis principib. de pace denique ac bello plerumque in conuiuiis consultant: tanquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat. Gens non astuta nec callida, aperit adhuc secreta pectoris, licentiâ loci. Ergo detecta & nuda omnium mens, posterâ die retractatur: & salua vtriusq; temporis ratio est. deliberant, dum fingere nesciunt: constituunt, dum errare non possunt. Potui humor ex ordeo aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptus. Proximi ripæ, & vinum mercantur. Cibi simplices, agrestia poma, recens fera, aut lac concretum. Sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem. aduersus sitim, non eadem temperantia. Si indulseris ebrietati, suggerendo quantum concupiscunt; haud minus facile vitiis, quam armis vincentur. Genus spectaculorum vnum atque in omni cœtu idem. Nudi iuuenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se atque infestas frameas saltu iaciunt. Exercitatio artem parauit, ars decorem. non in quæstum tamen aut mercedem. quamuis audacis lasciuiæ pretium est voluptas spectantium. Aleam (quod mirere) sobrii inter seria exercent, tantâ lucrandi perdendiue temeritate, vt cùm omnia defecerunt, extremo ac nouissimo iactu de libertate & de corpore contendant. Victus voluntariam seruitutem adit. Quamuis iunior, quamuis robustior, alligari se ac venire patitur. ea est in re prauâ peruicacia: ipsi fidem vocant. Seruos

conditionis huius per commercia tradunt, vt ſe quoque pu-
re victoriæ exſoluant. Ceteris ſeruis, non in noſtrum more
deſcriptis per familiam miniſteriis, vtuntur. Suam quiſ-
ſedem, ſuos penates regit. Frumenti modum dominus, aut
coris, aut veſtis, vt colono iniungit: & ſeruus hactenus pa-
Cetera domus officia, vxor ac liberi exſequuntur. Verber-
ſeruum, ac vinculis & opere coërcere, rarum. Occidere ſol-
non diſciplinâ & ſeueritate, ſed impetu & irâ, vt inimicu-
niſi quod impune. Liberti non multum ſupra ſeruos ſunt,
rò aliquod momentum in domo, numquam in ciuitate, ex-
ptis dumtaxat iis gentibus, quæ regnantur. Ibi enim & ſu-
ingenuos & ſuper nobiles aſcendunt. Apud ceteros, imp-
libertini libertatis argumentum ſunt. Fenus agitare & in-
ras extendere, ignotum: ideoq́; magis ſeruatur, quam ſi v-
tum eſſet. Agri pro numero cultorum ab vniuerſis per v-
occupantur, quos mox inter ſe ſecundum dignationem pa-
untur. facilitatem partiendi, camporum ſpatia præſtant. A-
per annos mutant, & ſupereſt ager: nec enim cum vbertat-
amplitudine ſoli labore contendunt, vt pomaria conſerant
prata ſepiant, & hortos rigent. ſola terræ ſeges imperatur. V-
annum quoque ipſum non in totidem digerunt ſpecies. H-
& ver & æſtas intellectum ac vocabula habent: autumn-
rinde nomen ac bona ignorantur. Funerum nulla ambiti-
ſolum obſeruatur, vt corpora clarorum virorum certis li-
crementur. Struem rogi, nec veſtibus, nec odoribus cumula-
ſua cuique arma, quorundam igni & equus adicitur. S-
crum ceſpes erigit. Monumentorum arduum & operoſ-
honorem, vt grauem defunctis, aſpernantur. Lamenta ac la-
mas citò, dolorem & triſtitiam tardè ponunt. Feminis lu-
honeſtum eſt: viris meminiſſe. Hæc in commune, de omni-
Germanorum origine ac moribus accepimus. Nunc ſing-
rum gentium inſtituta, ritusq́; quatenus differant: quæ n-
nes è Germania in Gallias commigrauerint, expediam. V-
diores olim Gallorum res fuiſſe ſummus auctorum
uus Iulius tradit. eoq́; credibile eſt, etiã Gallos in Germa-
transgreſſos. Quantulum enim amnis obſtabat, quo minu-

mq; gens eualuerat, occuparet permutaretq; sedes promiscuas adhuc, & nullâ regnorum potentiâ diuisas? Igitur inter Hercyniam siluam, Rhenumq; & Mœnum amnes, Heluetii; vlteriora Boii, Gallica vtraq; gens, tenuêre. Manet adhuc Boiemi nomen, significatq; loci veterem memoriam, quamuis mutatis cultoribus. Sed vtrum Arauisci in Pannoniam ab Osis Germanorum natione, an Osi ab Arauiscis in Germaniam commigrauerint, cùm eodem adhuc sermone, institutis, moribus vtantur, incertum est: quia pari olim inopiâ ac libertate eadem vtriusq; ripæ bona malaq; erant. Treueri & Neruii circa affectationē Germanicæ originis vltrò ambitiosi sunt, tanquam per hanc gloriam sanguinis, à similitudine & inertia Gallorum separentur. Ipsam Rheni ripam haut dubiè Germanorum populi colunt, Vangiones, Treboci, Nemetes. Vbii quidem, quamquam Romana colonia esse meruerint, ac libentius Agrippinenses conditoris sui nomine vocentur, origine erubescunt, transgressi olim, & experimento fidei super ipsam Rheni ripam collocati, vt arcerent non vt custodirentur. Omnium harum gentium virtute præcipui Batauï, non multū ex ripâ, sed insulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus, & seditione domesticâ in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperii fierent. Manet honos, & antiquæ societatis insigne. nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit. exemti oneribus & collationibus, & tantum in vsum prœliorum sepositi, velut tela atq; arma, bellis reseruantur. Est in eodem obsequio & Mattiacorum gens. Protulit n. magnitudo populi Romani vltra Rhenum, vltraq; veteres terminos imperii reuerentiam. Ita sede finibusq; in suâ ripâ, mente animoq; nobiscum agunt, cetera similes Batauis, nisi quòd ipso adhuc terræ suæ solo & cœlo acrius animantur. Non numerauerim inter Germaniæ populos, quamquam trans Rhenum Danubiumq; consederint, eos qui Decumates agros exercent. Leuissimus quisque Gallorum, & inopiâ audax, dubiæ possessionis solum occupauêre. Mox limite acto promotisq; præsidiis, sinus imperii, & pars prouinciæ habentur. Vltra hos Catti ini-

tium ſedis ab Hercynio ſaltu inchoant, non ita effuſis ac p
ſtribus locis, vt ceteræ ciuitates, in quas Germania pa
durant ſiquidem colles, paulatimq; rareſcunt: & Catto
ſaltus Hercynius proſequitur ſimul atque deponit. Du
genti corpora, ſtricti artus, minax vultus, & maior anim
gor. Multum (vt inter Germanos) rationis ac ſolertiæ:
ponere electos, audire præpoſitos, noſſe ordines, intelligere
ſiones, differre impetus, diſponere diem, vallare noctem, f
nam inter dubia, virtutem inter certa numerare: quodq
riſſimum, nec niſi ratione diſciplinæ conceſſum, plus repon
duce quàm in exercitu. omne robur in pedite, quem ſuper
ferramentis quoque & copiis coonerant. Alios ad præ
ire videas, Cattos ad bellum. rari excurſus & fortuita p
Equeſtrium ſanè virium id proprium, citò parare victori
citò cedere. Velocitas iuxta formidinem, contatio propior
ſtantiæ eſt. Et aliis Germanorum populis vſurpatum, ra
priuata cuiuſque audentia, apud Cattos in conſenſum ver
primùm adoleuerint crinem barbamque ſummit
nec niſi hoſte cæſo exuere votiuum obligatumq́ue v
ti, oris habitum. Super ſanguinem & ſpolia, reue
frontem, ſeq́; tum demum pretia naſcendi retuliſſe
gnoſq́ue patriâ ac parentibus ferunt. Ignauis & imbel
manet ſqualor. Fortiſſimus quiſque ferreum inſuper ann
(ignominioſum id genti) velut vinculum geſtat, donec ſe
hoſtis abſoluat. Plurimis Cattorum hic placet habitus. Ia
canent inſignes & hoſtibus ſimul, ſuisq; monſtrati. omniu
nes hos initia pugnarum. hæc prima ſemper acies, viſu
Nam ne in pace quidem vultu mitiore manſueſcunt. Nul
mus, aut ager, aut aliqua curâ; prout ad quemq; venere a
tur. prodigi alieni, contetores ſui, donec exſanguis ſenectu
duræ virtuti impares faciat. Proximi Cattis certum iam
Rhenum, quiq́; terminus eſſe ſufficiat, Vſipii ac Tencter
lunt. Tencteri ſuper ſolitum bellorum decus, equeſtris diſc
næ arte præcellunt. Nec maior apud Cattos peditum laus, q
Tencteris equitum. Sic inſtituêre maiores, poſteri imitan
Hi luſus infantium, hæc iuuenum æmulatio; perſeuerant ſ

r familiam, & penates, & iura successionum, equi tradun- excipit filius, non vt cetera maximus natu, sed prout ferox & melior. Iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant: c Chamauos & Angriuarios immigrasse narratur, pulsis cteris ac penitus excisis, vicinarum consensu nationum, uperbiæ odio, seu prædæ dulcedine, seu fauore quodam erga leorum. nam ne spectaculo quidem prœlii inuidere. super nillia non armis telisq; Romanis, sed quod magnificentius blectationi oculisq; ceciderunt. Maneat quæso, duretq; ibus si non amor nostri, at certè odium sui. quando vrgen- s imperii fatis nihil iam præstare fortuna maius potest, m hostium discordiam. Angriuarios & Chamauos a tergo lgibini, & Chasuarii cludunt, aliæq; gentes haut perinde norata: a fronte Frisii excipiunt. Maioribus minoribusq; is vocabulum est, ex modo virium; vtraque nationes vs- ad Oceanum Rheno prætexuntur, ambiuntq; immensos per lacus, & Romanis classibus nauigatos. Ipsum quinet- Oceanum illà tentauimus. & superesse adhuc Herculis nnas fama vulgauit: siue adiit Hercules, seu quidquid v- magnificum est, in claritatem eius referre consensimus. defuit audentia Druso Germanico, sed obstitit Oceanus in ul atque in Herculem inquiri. Mox nemo tentauit: san- sq; ac reuerentius visum, de actis deorum credere, quàm .Hactenus in Occidentem, Germaniam nouimus. In Se- ntrionem, ingenti flexu redit. Ac primò statim Chauco- gens, quamquam incipiat à Frisiis, ac partem litoris occu- omnium quas exposui gentium lateribus obtenditur, donec attos vsque sinuetur. tam immensum terrarum spatium tenent tantùm Chauci, sed & implent: populus inter Ger- ios nobilissimus, quiq; magnitudinem suam malit iustitiâ i. sine cupiditate, sine impotentiâ, quieti secretiq;, nulla pro- nt bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur. Idq; ipuum virtutis ac virium argumentum est, quod vt supe- es agant, non per iniurias assequuntur. Promta tamen o- bus arma. ac si res poscat exercitus, plurimum virorum e- umq; & quiescentibus eadem fama. In latere Chauco-

rum Cattorumq;, Cheruſci nimiam ac marcentem diu p
illaceſſiti nutrierunt. idq; iocundius, quam tutius fuit. qui
ter impotentes & validos falsò quieſcas: vbi manu agitur,
deſtia ac probitas nomina ſuperioris ſunt. Ita qui olim bo
quiq; Cheruſci, nunc inertes ac ſtulti vocantur: Cattis vi
bus fortuna in ſapientiam ceſſit. Tacti ruinâ Cheruſco
& Foſi contermina gens, aduerſarum rerum ex æquo
cùm in ſecundis minores fuiſſent. Eundem Germaniæ ſi
proximi Oceano Cimbri tenent, parua nunc ciuitas, ſed
ingens. veterisq; famæ latè veſtigia manent vtrâque rip
ſtra, ac ſpatia, quorum ambitu nunc quoq; metiaris m
manusq; gentis, & tam magni exercitus fidem. Sexcent
& quadrageſimum annum vrbs noſtra agebat, cùm prim
Cimbrorum audita ſunt arma, Cæcilio Metello ac P
Carbone Coss. *Ex quo ſi ad alterum imperatoris Traia*
ſulatum computemus, ducenti, fermè & decem anni coll
tur. tamdiu Germania vincitur. Medio tam longi æui ſ
multa inuicem damna. non Samnis, non Pœni, non Hiſ
Galliæue; ne Parthi quidem ſæpius admonuêre. quippe
Arſacis acrior eſt Germanorum libertas. Quid n. aliud
quàm cædem Craſſi, amiſſo & ipſe Pacoro, infra Ventid
deiectus Oriens obiecerit? At Germani Carbone & Caſſ
Scauro Aurelio, & Seruilio Cepione, M. quoq; Manli
vel captis, quinque ſimul Conſulareis exercitus Populo
mano, Varum tresq; cum eo legiones etiam Cæſari abſtul
nec impunè C. Marius in Italiâ, diuus Iulius in Galliâ,
ſus ac Nero & Germanicus in ſuis eos ſedib. perculerunt.
ingentes C. Cæſaris minæ in ludibrium verſæ. Inde otiu
nec occaſione diſcordiæ noſtræ & ciuilium armorum, exp
tis legionum hibernis, etiam Gallias affectauêre: ac rurſu
ſi inde, proximis temporibus triumphati magis q̃ victi
Nunc de Sueuis dicendũ eſt, quorum non vna vt Catt
Tencterorúmue gens: maiorem enim Germaniæ partem
nent, propriis adhuc nationibus nominibusq; diſcreti, q
quam in commune Sueui *vocentur. Inſigne gentis, obli*
crinem, nodoq; ſubſtringere. Sic Sueui a ceteris Germa

S

uenorum ingenui à seruis separantur. Sic in aliis gentibus seu
gnatione aliquâ Sueuorum, seu (quod sæpè accidit) imita-
one, rarum & intra iuuentæ spatium: apud Sueuos vsque ad
nitiem horrentem capillum retrò sequuntur, ac sæpè in ipso
lo vertice religant. principes & ornatiorem habent. Ea cura
rmæ, sed innoxia. Neque enim vt ament amentúrue: in alti-
dinem quandam & terrorem adituri bella comti, vt ho-
ium oculis, ornantur. Vetustissimos se nobilissimosq́ Sueuo-
m Semnones memorant. Fides antiquitatis, religione firma-
r. Stato tempore in siluam auguriis patrum & priscâ formi-
ne sacram, omnes eiusdem sanguinis populi legationibus co-
unt, cæsoq́ publicè homine celebrant barbari ritus horrenda
rimordia. Est & alia luco reuerentia. Nemo nisi vinculo li-
at⁹ ingreditur, vt minor, & potestatem numinis p̄ se ferens. si
rtè prolapsus est, attolli & insurgere haut licitum. per hu-
um euoluuntur. eoq́ omnis superstitio respicit, tamquam in-
e initia gentis, ibi regnator omnium deus, cetera subiecta at-
ue parentia. Adicit auctoritatem fortuna Semnonum. cen-
m pagis habitatur: magnoq́ corpore efficitur, vt se Sueuo-
um caput credant. Contra Langobardos paucitas nobilitat,
uòd plurimis ac valentissimis nationibus cincti, non per obse-
uium, sed prœliis & periclitando tuti sunt. Redigni deinde
& Auiones, & Angli, & Varini, & Eudoses, & Suardones, &
Nuithones fluminibus aut siluis muniuntur. nec quidquam
otabile in singulis, nisi quòd in commune Herthum, id est,
Terram matrem colunt, eamq́ue interuenire rebus
hominum, inuehi populis, arbitrantur. *Est in insula Ocea-*
i Castum nemus, *dicatumq́ in eo vehiculum veste contectū,*
ttingere vni Sacerdoti concessum. Is adesse penetrali Deā in-
elligit, vectamq́ bubus feminis multâ cum veneratione prose-
quitur. Læti tunc dies, festa loca, quæcumq́ aduentu hospitioq́
dignatur. Non bella ineunt, non arma sumunt, clausum omne
ferrum. pax & quies tunc tantū nota, tunc tantū amata, donec
idē Sacerdos satiatā conuersatione mortaliū Deam *templo*
reddat. mox vehiculum & vestes, & si credere velis, numen i-
psum secreto lacu abluitur. Serui ministrāt, quos statim idē la-

cus haurit. Arcanus hinc terror, ſanctaq; ignorantia, quid ſi
illud quod tantùm perituri vident. Et hæc quidem pars Sueuo
rum in ſecretiora Germaniæ porrigitur. Propior (vt quo mo
do paulo antè Rhenum, ſic nunc Danubium ſequar) Her
mundurorum ciuitas, fida Romanis, eoq; ſolis Germanorum
non in ripâ commercium, ſed penitus, atque in ſplendidiſſim
Rhætiæ prouinciæ coloniâ. paſſim ſine cuſtode tranſeunt, &
cum ceteris gentibus arma modò caſtraq; noſtra oſtendamus
his domos, villasq; pateſecimus, non concupiſcentibus. In
Hermunduris Albis oritur flumen inclitum & notum olim
nunc tantùm auditur. Iuxta Hermunduros Nariſci, ac de
inde Marcomani & Quadi agunt. Præcipua Marcoma
norum gloria vireſq;, atque ipſa etiam ſedes pulſis olim Boii
virtute parta. Nec Nariſci Quadíue degenerant. Eaque Ger
maniæ velut frons eſt, quatenus Danubio prætexitur. Marco
manis, Quadíſue vſq; ad noſtram memoriam reges manſe
runt, ex gente ipſorum. nobile Marobodui & Tutri genus
iam & externos patiuntur. Sed vis & potentia regib. ex aucto
ritate Romanâ. raro armis noſtris, ſæpius pecuniâ iuuantur
Nec minus valent retrò Marſigni, Gothini, Oſi, Burii: terga
Marcomanorũ, Quadorumq; claudunt. è quib. Marſigni, &
Burii ſermone cultuq; Sueuos referunt. Gotthinos Gallica, O-
ſos Pannonica lingua coarguit non eſſe Germanos: & quòd tri
buta patiuntur. partem tributorum Sarmatæ, partem Quadi
vt alienigenis imponũt. Gothini, quò magis pudeat, & ferrũ ef
fodiunt. omneſq; hi populi pauca campeſtrium, ceterum ſaltus
& vertices montium iugumq; inſederunt. Dirimit enim
ſcinditq; Sueuiam continuum montium iugum, vltra quod
plurimæ gentes agunt. ex quibus latiſſimè patet Lygiorum no-
men in plures ciuitates diffuſum. Valentiſſimas nominaſſe ſuf-
ficiet, Arios, Helueconas, Manimos, Elyſios, Naharualos. A-
pud Naharualos antiquæ relionis lucus oſtenditur. Præſidet ſa-
cerdos muliebri ornatu, ſed deos interpretatione Romani Ca-
ſtorem Pollucemq; memorant. Eius numinis nomẽ Alcis. nulla
ſimulacra, nullũ peregrinæ ſuperſtitionis veſtigiũ. vt fratres ta-
men, vt iuuenes venerantur. Ceterùm Arii ſuper vires, qui-
bus

*us enumeratos paulo antè populos antecedunt, truces, insitæ fe-
ritati arte ac tempore lenocinantur. nigra scuta, tincta corpora,
atras ad prœlia noctes legunt: ipsáq; formidine atq; vmbrâ fe-
ralis exercitus terrorem inferunt, nullo hostium sustinente no-
uum ac velut infernum aspectum. nam primi in omnibus prœ-
liis oculi vincuntur. Trans Lygios Gothones regnantur, paulo
iam adductius quàm ceteræ Germanorum gentes; nondum ta-
mẽ supra libertatem. Protinus deinde ab Oceano Rugij, & Le-
mouij: omniúmque harum gentium insigne, rotunda scuta, bre-
ues gladij, & erga reges obsequium. Suionum hinc ciuitates, ipso
in Oceano, præter viros armaq; classibus valent. forma nauium
eò differt, quòd vtrimque prora paratam semper appulsui fron-
tem agit: nec velis ministrantur, nec remos in ordinem lateri-
bus adiungunt. Solutum vt in quibusdam fluminum, & muta-
bile vt res poscit, hinc vel illinc remigium. Est apud illos & opi-
bus honos: eóque vnus imperitat, nullis iam exceptionibus, non
precario iure parendi. nec arma vt apud ceteros Germanos in
promiscuo, sed clausa sub custode & quidem seruo: quia subitos
hostium incursus prohibet Oceanus. otiosa porrò armatorum
manus facilè lasciuiunt. enim verò neque nobilem, neque inge-
nuum, ne libertinum quidem armis præponere regia vtilitas est.
Trans Suionas aliud mare, pigrum, ac propè immotũ, quo cin-
gi cludiq; terrarum orbem hinc fides: quòd extremus cadentis
iam solis fulgor in ortus edurat, adeò clarus, vt sidera hebetet.*
Sonum insuper emergentis audiri, formasq; Deorum, &
radios capitis aspici *persuasio adijcit. Illuc vsque (& fama
vera) tantum natura. Ergo iam dextro Sueuici maris litore
Æstyorum gentes alluuntur: quibus ritus habitúsque Sueuo-
rum, lingua Britannicæ propior. Matrem deûm venerantur.
insigne superstitionis, formas Aprorum gestant. Id pro armis o-
mniumq; tutelâ, securum deæ cultorem etiam inter hostes præ-
stat. Rarus ferri, frequens fustium vsus. Frumenta ceterosq; fru-
ctus patientiùs quàm pro solitâ Germanorum inertiâ laborant.
Sed & mare scrutãtur, ac soli omnium succinum, quod ipsi Gle-
sum vocant, inter vada atq; in ipso litore legunt. Nec quæ na-
tura quæue ratio gignat, vt Barbaris, quæsitum compertúmue.*

diu quinetiam inter cetera eiectamenta maris iacebat, done
luxuria nostra dedit nomen. ipsis in nullo usu, rude legitur: in
forme perfertur, pretiúmque mirantes accipiunt. Succun
tamen arborum esse intelligas: quia terrena quædam atque et
iam volucria animalia plerumque interlucent, quæ implicat
humore mox durescente materiâ, cluduntur. Fecundiora igi
tur nemora lucósque sicut Orientis secretis, vbi thura balsa
máque sudantur, ita Occidentis insulis terrísque inesse credide
rim. quæ vicini solis radiis expressa atque liquentia in proxim
mare labuntur, ac vi tempestatum in aduersa litora exundã
Si naturam succini admoto igne tentes; in modum tedæ accen
ditur, alitq; flammam pinguem & olentem: mox vt in picen
resinámue lentescit. Suionibus Sitonum gentes continuantu
Cetera similes, vno differunt, quòd femina dominatur: in tan
tum non modò à libertate, sed etiam à seruitute degenerant. hi
Sueuiæ finis. Peucinorum, Venedorúmque, & Fennorum
nationes Germanis an Sarmatis ascribam dubito: quamquan
Peucini, quos quidam Bastarnas vocant, sermone, cultu, sede
ac domiciliis, vt Germani agunt. sordes omnium ac torpor. pro
cerum connubiis mixtis, nonnihil in Sarmatarum habitum
fœdantur. Venedi multum ex moribus traxerunt. Nam
quidquid inter Peucinos Fennosq; siluarum ac montium eri
gitur, latrociniis pererrant. hi tamen inter Germanos potius re-
feruntur, quia & domos figunt, & scuta gestant, & pedum vsi
ac pernicitate gaudent. quæ omnia diuersa Sarmatis sunt, i
plaustro equóque viuentibus. Fennis mira feritas, fœda pau-
pertas, non arma, non equi, non penates: victui herba, vesti-
tui pelles, cubile humus. sola in sagittis spes, quas inopiâ ferri os-
sibus asperant. Idemq; venatus viros pariter ac feminas alit.
Passim enim comitantur, partémque prædæ petunt. Nec aliud
infantibus ferarum imbriumq; suffugium, quàm vt in aliquo
ramorum nexu contegantur. huc redeunt iuuenes, hoc senum
receptaculum. Id beatius arbitrantur, quam ingemere agris,
illaborare domibus, suas alienásque fortunas spe metuq; versa-
re. Securi aduersus homines, securi aduersus deos, rem difficilli-
mam assecuti sunt, vt illis ne voto quidem opus sit. Cetera iam
fabu-

fabulosa. Hellusios & Oxionas ora hominum vultusq́; corpora atque artus ferarum gerere, quod ego vt incompertum, in medium relinquam.

IVLII AGRICOLÆ VITA, SCRIPTORE CORNELIO TACITO.

CLARORVM *virorum facta moresque posteris tradere antiquitus vsitatum, ne nostris quidem temporibus quamquam incuriosa suorum ætas omisit, quotiens magna aliqua ac nobilis virtus vicit ac supergressa est vitium paruis magnisq́; ciuitatibus commune, ignorantiam recti & inuidiam. Sed apud priores vt agere memoratu digna pronum, magisq́; in aperto erat: ita celeberrimus quisque ingenio, ad prodendam virtutis memoriam sine gratiâ aut ambitione, bonæ tantum conscientiæ pretio ducebatur. Ac plerique suam ipsi vitam narrare, fiduciam potius morum, quàm arrogantiam arbitrati sunt. nec id Rutilio & Scauro citra fidem, aut obtrectationi fuit. adeò virtute iisdē temporibus optimè æstimantur, quibus facillimè gignuntur. At mihi nunc narraturo vitam defuncti hominis, veniâ opus fuit. quam non petissem, ni incursaturus tam sæua & infesta virtutibus tempora.* 2 *Legimus cùm Aruleno Rustico Pætus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Heluidius laudati essent, capitale fuisse: neq́; in ipsos modò auctores, sed in libros quoque eorum sæuitum delegato triumuiris ministerio,* vt monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro vrerentur. *Scilicet illo igne vocem Po. Rom. & libertatem Senatus, & conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur, expulsis insuper sapientiæ professoribus, atque omni bonâ arte in exsilium actâ, ne quid vsquam honestum occurreret. Dedimus profectò grande patientiæ documentum, & sicut vetus ætas vidit, quid vltimum in libertate esset, ita nos quid in seruitute; ademto per inquisitiones & loquendi audiendique commercio. Memoriam quoque ipsam cum voce perdidissemus, si tam in nostrâ potestate*

esset obliuisci *quàm* tacere. *Nunc demum redit animus, & quamquam primo statim beatissimi sæculi ortu Nerua Cæsar res olim dissociabiles miscuerit, principatum ac libertatem, augeátque cottidie facilitatē imperij. Nerua Traianus; nec spem modo ac votum Securitas publica, sed ipsius voti fiduciam, ac robur assumserit: naturâ tamen infirmitatis humanæ, tardiora sunt remedia quàm mala. & vt corpora lentè augescunt, citò exstinguuntur; sic ingenia studiáque oppresseris faciliùs, quàm reuocaueris. Subit quippe etiam ipsius inertiæ dulcedo: & inuisa primò desidia, postremò amatur. Quid si per quidecim ãnos, grande mortalis æui spatium, multi fortuitis casibus, promtissimus quisque sæuitiâ principis interciderunt? Pauci, &, vt ita dixerim, non modò aliorum sed etiam nostri superstites sumus, exemtis è mediâ vitâ tot annis, quibus iuuenes ad senectutem, senes propè ad ipsos exactæ ætatis terminos per silentium venimus. non tamen pigebit vel inconditâ ac rudi voce memoriam prioris seruitutis, ac testimonium præsentium bonorum composuisse. Hic interim liber honori Agricolæ soceri mei destinatus, professione pietatis, aut laudatus erit, aut excusatus.* CNÆVS. *Iulius Agricola vetere & illustri Foroiuliensium coloniâ ortus, vtrumque auum procuratorē Cæsarum habuit: quæ equestris nobilitas est. pater Iulius Græcinus Senatorij ordinis, studio eloquentiæ sapientiæq; notus, iisq; virtutibus iram Caij Cæsaris meritus. Namq; Marcum Silanum accusare iussus, & quia abnuerat, interfectus est. Mater Iulia Procilla fuit, raræ castitatis. in huius sinu indulgentiáque educatus, per omnem honestarum artium cultum pueritiam adolescentiámq; transegit. Arcebat eum ab illecebris peccantium præter ipsius bonam integrámque naturam, quòd statim paruulus sedem ac magistrã studiorum Massiliam habuerat, locum Græcâ comitate & prouinciali parcimoniâ mistum, ac bene compositum. Memoriâ teneo solitum ipsum narrare, se in primâ iuuentâ studium philosophiæ acrius vltra quàm cõcessum Romano ac Senatori hausisse, ni prudentia matris incensum ac flagrantem animum coërcuisset. scilicet sublime & erectum ingenium pulchritudinem ac speciem excelsæ magnæque gloriæ vehementiùs quàm cautè*

appe-

appetebat: mox mitigauit ratio & ætas: retinuítque, quod est difficillimum, ex sapientiâ modum. Prima castrorum rudimẽta in Britanniâ Suetonio Paullino diligenti ac moderato duci approbauit, electus, quem contubernio æstimaret. Nec Agricola licenter more iuuenum, qui militiam in lasciuiam vertunt, neq; segniter ad voluptates & commeatus, titulũ tribunatus & inscitiam retulit: sed noscere prouinciam, nosci exercitui, discere à peritis, sequi optimos, nihil appetere ob iactationem, nihil ob formidinem recusare, simulq; anxius & intentus agere. Non sanè aliàs exercitatior magísque in ambiguo Britannia fuit. trucidati veterani, incensæ coloniæ, intercepti exercitus. tum de salute, mox de victoriâ certauere. Quæ cuncta etsi consiliis ductúque alterius agebantur, ac summa rerum & reciperatæ prouinciæ gloria in ducem cessit; artem & vsum & stimulos addidere iuueni: intrauítque animum militaris gloriæ cupido, ingrata temporibus, quibus sinistra erga eminẽtes interpretatio, nec minus periculum ex magnâ famâ, quàm ex malâ. Hinc ad capessendos magistratus in vrbem digressus, Domitiã Decidianam splendidis natalibus ortam sibi iunxit. idq; matrimonium ad maiora nitenti, decus ac robur fuit. vixeruntq; mirâ concordiâ, per mutuam caritatem, & inuicem se anteponendo, nisi quòd in bonâ vxore tantò maior laus, quantò in malâ plus culpæ est. Sors Quæsturæ prouinciam Asiam, proconsulem Saluium Titianum dedit. quorum neutro corruptus est: quamquã & prouincia diues ac parata peccantibus, & proconsul in omnem auiditatem pronus, quantalibet facilitate redemturus esset mutuam dissimulationem mali. Auctus est ibi filiâ in subsidium, & solatium simul. nam filium antè sublatum, breui amisit. Mox inter Quæsturam, ac Tribunatum plebis, atque etiam ipsum tribunatus annum quiete & otio transit, gnarus sub Nerone temporum, quibus inertia pro sapientiâ fuit. Idem Præturæ tenor, & silentium. nec enim iurisdictio obuenerat. Ludos, & inania honoris, modo rationis atque abundantiæ duxit, vti longè à luxuriâ, ita famæ propior. Tum electus à Galbâ ad dona templorum recognoscenda, diligentissimâ conquisitione fecit, ne cuius alterius sacrilegium resp. quàm Neronis sensisset. Sequen

annus graui vulnere animum domúmque eius afflixit. nam classis Othoniana licenter vaga dum in Templo (Liguriæ pa est) hostiliter populatur, matrem Agricolæ in prædiis suis in- terfecit: prædiáque ipsa, & magnam patrimonij partem di- puit, quæ caussa cædis fuerat. Igitur ad solemnia pietatis prof- ctus Agricola, nuntio affectati à Vespasiano imperij deprehe- sus, ac statim in partes transgressus est. Initia principatus ac st- tum vrbis Mucianus regebat, admodum iuuene Domiti- no, & ex paternâ fortunâ tantùm licentiam vsurpante. Is mi- sum ad dilectus agendos Agricolam, integréque ac strenuè ve- satum, vicesimæ legioni tardè ad sacramentum transgressæ pr- posuit, vbi decessor seditiosè agere narrabatur: quippe lega quoque Consularibus nimia ac formidolosa erat. Nec leg- tus prætorius ad cohibendum potens, incertum suo an militum ingenio: ita successor simul & vltor electus, rarissimâ moder- tione maluit videri inuenisse bonos quàm fecisse. Præera tunc Britanniæ Vectius Bolanus, placidiùs quàm feroci pr- uinciâ dignum est. temperauit Agricola vim suam, ardorem compescuit, ne incresceret, peritus obsequi, eruditúsque vtil honestis miscere. Breui deinde Britannia Consularem Peti- um Cerialem accepit. Habuerunt virtutes spatium exempl- rum. Sed primò Cerialis modò labores & discrimina, mo & gloriam communicabat: sæpe parti exercitus in exper- mentum, aliquando maioribus copiis ex euentu præfecit. ne Agricola vnquam in suam famam gestis exsultauit. ad au- ctorem & ducem, vt minister fortunam referebat: ita virtu in obsequendo, verecundiâ in prædicando, extra inuidiam, ne extra gloriam erat. Reuertentem ab legatione legionis Diu Vespasianus inter patricios asciuit, ac deinde prouinciæ Aqu- taniæ præposuit, splendidæ in primis dignitatis administrati- ne, ac spe Consulatus cui destinarat. Credunt plerique mil- taribus ingeniis subtilitatem deesse, quia castrensis iurisdictio s- cura & obtusior, ac plura manu agens, calliditatem fori no exerceat. Agricola naturali prudentiâ, quamuis inter toga- tos, facilè iustéque agebat. Iam vero tempora curarum re- missionúmque diuisa. vbi conuentus ac iudicia poscerent; gra- ui-

is, intentus, seuerus, & sæpius misericors: vbi officio satisfa-
tum, nulla vltrà potestatis persona. tristitiam & arroganti-
m, & auaritiam exuerat: nec illi, quod est rarissimum, aut
cilitas auctoritatem, aut seueritas amorem diminuit. Inte-
ritatem atque abstinentiam in tanto viro referre, iniuria vir-
utum fuerit. Ne famam quidem, cui etiam sæpe boni indul-
ent, ostentandæ virtute, aut per artem quæsiuit: procul ab æ-
mulatione aduersus collegas, procul à contentione aduersus pro-
uratores. & vincere inglorium, & atteri sordidum arbitra-
atur. Minus triennium in eâ legatione detentus, ac statim
d spem Consulatus reuocatus est, comitante opinione Britan-
iam ei prouinciam dari, nullis in hoc suis sermonibus, sed
uia par videbatur. haut semper errat fama; aliquando & eli-
it. Consul egregiæ tum spei filiam iuueni mihi despondit, ac post
onsulatum collocauit, & statim Britanniæ præpositus est, ad-
ecto Pontificatus sacerdotio. Britanniæ situm populósque
nultis scriptoribus memoratos, non in comparationem curæ
ngeniive referam; sed quia tum primùm perdomita est. itaque
uæ priores nondum comperta, eloquentiâ percoluere, rerum
de tradentur. Britannia insularum quas Romana notitia
omplectitur maxima, spatio ac cælo in Orientem Germaniæ,
n Occidentem Hispaniæ obtenditur: Gallis in Meridiem e-
iam inspicitur: Septemtrionalia eius, nullis contrà terris, va-
sto atque aperto mari pulsantur. Formam totius Britanniæ
Liuius veterum, Fabius Rusticus recentium, eloquentissimi
auctores, oblongæ scutulæ vel bipenni assimulauere. & est
ea facies citra Caledoniam, vnde & in vniuersum fama est
transgressa. sed immensum & enorme spatium procurrentium
extremo iam litore terrarum, velut in cuneum tenuatur.
Hanc oram nouissimi maris tunc primùm Romana classis cir-
cumuecta, insulam esse Britanniam affirmauit, ac simul inco-
gnitas ad id tempus insulas, quas Orcadas vocant, inuênit do-
muitque. dispecta est & Thyle, quam hactenus nix, & hiems
abdebat. sed mare pigrum & graue remigantibus perhibent.
ne ventis quidem proinde attolli: credo quòd rariores ter-
ræ montésque, caussa ac materia tempestatum, & pro-

funda moles continui maris, tardius impellitur. Naturam Oc-
ani atque æstus neque quærere huius operis est, ac multi rettul-
re. vnum addiderim: nusquam latius dominari mare, mult-
fluminum huc atque illuc ferre, nec litore tenus accrescere a-
resorberi, sed influere penitus atque ambire, etiam iugis atq-
montibus inseri velut in suo. Ceterùm Britanniam qui mort-
les initio coluerint, indigenæ an aduecti, vt inter Barbaros, p-
rum compertum. Habitus corporum varij: atque ex eo arg-
menta. namque rutilæ Caledoniam habitantium comæ, mag-
artus Germanicam originem asseuerāt. Silurum colorati vu-
tus, & torti plerumque crines, & positu contra Hispaniam,
beros veteres traiecisse, easq; sedes occupasse fidem faciunt pr-
ximi Gallis, & similes sunt: seu durante originis vi; seu procu-
rentibus in diuersa terris positio cæli corporibus habitum ded-
in vniuersum tamen æstimanti, Gallos vicinum solum occupa-
se, credibile est. Eorum sacra deprehendas, superstitionum pe-
suasione. Sermo haut multum diuersus. in deposcendis pericul-
eadem audacia; & vbi aduenêre, in detrectandis eadem formi-
do. plus tamen ferociæ Britanni præferunt, vt quos nondum lō-
ga pax emollierit. nam Gallos quoque in bellis floruisse accep-
mus. mox segnitia cum otio intrauit, amissâ virtute pariter a-
libertate: quod Britannorum olim victis euenit. ceteri manen-
quales Galli fuerunt. In pedite robur, quædam nationes & cur-
ru prœliantur. honestior auriga, clientes propugnant. olim reg-
bus parebant, nunc per principes factionibus & studiis trahun-
tur. nec aliud aduersus validissimas gentes pro nobis vtilius,
quam quòd in commune non consulunt. Rarus duabus tribúsue ciuitatibus, ad propulsandum commune periculum conuentus: ita dum singuli pugnant, vniuersi vincuntur. Cælum crebris imbribus ac nebulis fœdum. asperitas frigorum abest. Dierum spatia vltra nostri orbis mensuram, & nox clara, & extrema Britanniæ parte breuis, vt finem atque initium lucis exiguo discrimine internoscas. Quod si nubes non officiant, aspici per noctem Solis fulgorem, nec occidere & exsurgere, sed transire affirmant: scilicet extrema & plana terrarum humili vmbra nō erigunt tenebras; infráq; cælum & sidera nox cadit. Solum præter

te o'eam vitemq́; & cetera calidioribus terris oriri sueta, pa-
ti s frugum, fecundum. tardè mitescunt, citò prouen-u nt. eadē-
q vtriusque rei caussa, multus humor terrarum, cæliq́ue.
F t Britanniâ aurum & argentum & alia metalla, pretium
vi toriæ. gignit & Oceanus margarita, sed subfusca ac liuentia.
Q idam artem abesse legentibus arbitrantur. nam in rubro
m ri viua ac spirantia saxis auelli, in Britanniâ prout expul-
sa nt colligi ego faciliùs crediderim naturam margaritis dees-
se uàm nobis auaritiam. Ipsi Britanniâ delectum, ac tri-
bu , & iniuncta imperij munera impigrè obeunt, si iniuriæ ab-
si : has ægrè tolerant; iam domiti vt pareant, nondum vt
se iant. Igitur primus omnium Romanorum Diuus Iuli-
us um exercitu Britanniam ingressus, quamquam prosperâ
pu nâ terruerit incolas, ac litore potitus sit, potest videri osten-
di e posteris non tradidisse. Mox bella ciuilia, & in rempubli-
ca versa principum arma, ac longa obliuio Britanniæ etiam
in pace. Consilium *id Diuus Augustus vocabat. Tiberius*
pr cipuè. Agitasse C. Cæsarem de intrandâ Britanniâ satis con-
st , ni velox ingenio, mobilis pœnitentiâ, & ingentes aduersus
G rmaniam conatus frustra fuissent. Diuus Claudius auctor
o ris, transuectis legionibus auxilijsq́;, & assumto in partem
r um Vespasiano. quod initium venturæ mox fortunæ fuit,
c mitæ gentes, capti reges, & monstratus fatis Vespasianus.
C nsularium primus Aulus Plautius præpositus, ac subinde
O torius Scapula, vterque bello egregius: redactáque paulla-
t n in formam prouinciæ proxima pars Britanniæ. addita insu-
p r veteranorum colonia. quædam ciuitates Cogiduno regi do-
n tæ. is ad nostram vsque memoriam fidissimus mansit, vetere
* iam pridem receptâ populi Romani consuetudine, vt habe-*
r t instrumenta seruitutis & reges. Mox Didius Gallus par-
t à prioribus continuit, paucis admodum castellis in vlteriora
p omotis, per quæ fama aucti officij quæreretur. Didium Ve-
r nius excepit, isq́; intra annum exstinctus est. Suetonius hinc
P aullinus biennio prosperas res habuit, subactis nationibus fir-
m atisq́; præsidiis: quorum fiduciâ Monam insulam vt vires
re bellibus ministrantem aggressus, terga occasioni patefecit.

Namque absentiâ legati remoto metu, Britanni agitare in-
se mala seruitutis, conferre iniurias, & interpretando accen-
re. Nihil profici patientiâ, nisi vt grauiora tamquam
facili tolerantibus imperentur. singulos sibi olim re-
fuisse, nunc binos imponi; è quibus legatus in sangui-
procurator in bona sæuiret. æquè discordiam præposi-
rum, æquè concordiam subiectis exitiosam: alterius
nus centuriones; alterius vim & contumelias miscere.
hil iam cupiditati, nihil libidini exceptum. in prœlio
tiorem esse qui spoliet, nunc ab ignauis plerumque &
bellibus eripi domos, abstrahi liberos, iniungi dilect
tamquam mori tantùm pro patriâ nescientibus. quā
enim transisse militum, si sese Britanni numerent?
Germanias excussisse iugum; & flumine, non Oceano
tendi: sibi patriam, coniuges, parentes: illis auaritiam
luxuriam caussas belli esse. recessuros vt diuus Iulius
cessisset, modò virtutes maiorum suorum æmularent
néue prœlii vnius aut alterius euentu pauescerent. p
impetus, maiorem constantiam penes miseros esse. i
Britannorum etiā deos misereri, qui Romanum duc
absentem, qui relegatum in aliâ insulâ exercitum deti
rent: iam ipsos, quod difficillimum fuerit, delibera
porrò in eiusmodi consiliis periculosius esse deprehen
quàm audere. *His atque talibus inuicem instincti, Voad*
generis regij feminâ duce (neq; enim sexum in imperiis disc
nunt) sumsere vniuersi bellum: ac sparsos per castella mil
consectati, expugnatis præsidiis, ipsam coloniam inuasere, vt
dem seruitutis. nec vllum in Barbaris sæuitiæ genus omisit
& victoria. Quod nisi Paullinus, eo cognito prouinciæ mo
propere subuenisset, amissa Britannia foret; quam vnius pr
lij fortunâ veteri patientiæ restituit: tenentibus arma plerisq
quos conscientia defectionis, & proprius ex legato timor agi
bat. Hic cùm egregius cetera, arroganter in deditos, & vt
quoque iniuriæ vltor, durius consuleret; missus Petronius T
pilianus tamquam exorabilior, & delictis hostium nouus, eo

pœ

*pœnitentiæ mitior. compositis prioribus nihil vltrà ausus, Tre-
bellio Maximo prouinciam tradidit. Trebellius segnior &
nullis castrorum experimentis, comitate quâdam curandi pro-
uinciam tenuit. Didicere iam Barbari quoque ignoscere vi-
tiis blandientibus. & interuentus ciuilium armorum præbuit
iustam segnitiæ excusationem. sed discordiâ laboratum, cùm as-
suetus expeditionibus miles otio lasciuiret. Trebellius fugâ ac
latebris vitatâ exercitus irâ, indecorus atque humilis, preca-
rio mox præfuit: ac velut pacti, exercitus licentiam, dux salu-
tem. hæc seditio sine sanguine stetit. Nec Vectius Bolanus, ma-
nentibus adhuc ciuilibus bellis, agitauit Britanniam disciplinâ.
Eadem inertia erga hostes, similis petulantia castrorum: nisi
quòd innocens Bolanus, & nullis delictis inuisus, caritatem pa-
rauerat loco auctoritatis. Sed vbi cum cetero orbe Vespasianus
& Britanniam reciperauit, magni duces, egregij exercitus,
minuta hostium spes: & terrorum statim intulit Petilius Ceri-
alis, Brigãtum ciuitatẽ q̃ numerosissima prouinciæ totius per-
hibetur, aggressus. multa prœlia, & aliquando non incruenta:
magnámque Brigantum partem aut victoriâ amplexus, aut
bello. Et cùm Cerialis quidem alterius successoris curam fa-
mámque obruisset, sustinuit quoque molem Iulius Frontinus
vir magnus quantum licebat, validámque & pugnacem Silu-
rum gentem armis subegit, super virtutem hostium locorum
quoque difficultates eluctatus Hunc Britanniæ statum has bel-
lorum vices media iam æstate transgressus Agricola inuenit,
cùm & milites velut omissâ expeditione ad securitatem, & ho-
stes ad occasionem verterentur. Ordouicum ciuitas haut mul-
tò ante aduentum eius, alam in finibus suis agentem, propè vni-
uersam obtriuerat: eóque initio erecta prouincia, vt quibus
bellum volentibus erat, probare exemplum, aut recentis legati
animum opperiri. Tum Agricola, (quamquam transacta æ-
stas, sparsi per prouinciam numeri, præsumta apud militem il-
lius anni quies, tarda & cõtraria bellũ inchoaturo, & plerisq; cu-
stodiri suspecta potius videbatur) ire obuiam discrimini statuit:
contractisq; legionum vexillis & modicâ auxiliorum manu,*

quia in æquum digredi Ordouices non audebant, ipse an
gmen, quò ceteris par animus simili periculo esset, erexit
em. cæsaq; propè vniuersa gente, non ignarus instandum f
ac prout prima cessissent fore vniuersa. Monam insulam
ius possessione reuocatum Paullinum rebellione totius Bri
niæ supra memoraui, redigere in potestatem animo inte
Sed vt in dubijs consilijs, naues deerant, ratio & constantia
cis transuexit: depositis omnibus sarcinis, lectissimos aux
rium, quibus nota vada, & patrius nandi vsus quo simu
& arma & equos regunt, ita repentè immisit, vt obstupe
hostes qui classem, qui naues, qui mare exspectabant, nihi
duum aut inuictum crediderint sic ad bellum venientibus
petitâ pace, ac deditâ insulâ, clarus ac magnus haberi A
cola: quippe cui ingredienti prouinciam, quod tempus al
ostentationem aut officiorum ambitum transigunt, labor &
riculum placuisset. Nec Agricola prosperitate rerum in v
tatem vsus, expeditionem aut victoriam vocabat, victos
tinuisse: ne laureatis quidem gesta prosecutus est. sed ipsâ d
mulatione famæ famam auxit, æstimantibus quantâ futur
tam magna tacuisset. Ceterùm animorum prouinciæ pru
simulq; doctus per aliena experimenta, parum profici arm
iniuriæ sequerentur, caussas bellorum statuit exscindere.
suisque orsus, primam domum suam coërcuit, quod pleri
haut minus arduum est, quam prouinciam regere: nihil
libertos seruósque publicæ rei: non studiis priuatis, nec ex c
mendatione aut precibus centurionum milites ascire, sed o
mum quemque fidelissimum putare: omnia scire, non om
exsequi: paruis peccatis veniam, magnis seueritatem com
dare: nec pœnâ semper, sed sæpius pœnitentiâ contentus e
officiis & administrationibus potius non peccaturos, quam
nare cùm peccassent. Frumenti & tributorum auction
æqualitate munerum mollire, circumcisis quæ in quæstum
perta, ipso tributo grauius tolerabantur. namque per ludib
um assidere clausis horreis, & emere vltrò frumenta, ac v
dere pretio cogebantur. deuortia itinerum & longinquitas
gionum indicebatur, vt ciuitates a proximis hibernis in rem

*& auia deferrent, donec quod omnibus in promtu erat, pau-
lucrosum fieret. Hæc primo statim anno comprimendo, e-
gregiam famam paci circumdedit; quæ vel incuriâ vel tole-
rantiâ priorum, haut minus quàm bellum timebatur. Sed vbi
æstas aduenit contracto exercitu, militum in agmine laudare
modestiam, disiectos coërcere: loca castris ipse capere, æstuaria
ac siluas ipse prætentare: & nihil interim apud hostes quietum
pati, quo minus subitis excursibus popularetur. atque vbi sa-
tis terruerat, parcendo rursus irritamenta pacis ostentare.
Quibus rebus multæ ciuitates quæ in illum diem ex æquo ege-
rant, datis obsidibus iram posuere, & præsidiis castellisq; cir-
cumdatæ, tantâ ratione curâque, vt nulla antè Britanniæ no-
ua pars illacessita transierit. Sequens hiems saluberrimis con-
siliis absumta: namque vt homines dispersi ac rudes, eoq; bello
faciles; quieti & otio per voluptates assuescerent: hortari pri-
uatim, adiuuare publicè,* vt templa, fora, domus exstruerēt,
*laudando promtos, & castigando segnes. ita honoris æmulatio,
pro necessitate erat. Jam verò principum filios liberalibus arti-
bus erudire, & ingenia Britannorum studiis Gallorum antefer-
re, vt qui modo linguam Romanam abnuebant, eloquentiam
concupiscerent. inde etiam habitus nostri honor, & frequens
toga. paullatimq; discessum ad delinimenta vitiorum, porticus,
& balnea, & conuiuiorum elegantiam. idq; apud imperitos
hu*manitas *vocabatur, cùm* pars seruitutis *esset. Tertius
expeditionum annus nouas gentes aperuit, vastatis vsque ad
Tanaum (æstuario nomen est) nationibus. quâ formidine territi
hostes quamquam conflictatum sæuis tempestatibus exercitum,
lacessere non ausi. ponendisq; insuper castellis spatium fuit. Ad-
notabant periti, non alium ducem opportunitates locorum sa-
pientius legisse, nullum ab Agricolâ positum castellum aut vi
hostium expugnatum, aut pactione ac fugâ desertum. crebræ
eruptiones. nam aduersus moras obsidionis, annuis copiis firma-
bantur. ita intrepida ibi hiems, & sibi quisque præsidio, irritis
hostibus, eoque desperantibus, quia soliti plerumque damna æ-
statis hibernis euentibus pensare, tum æstate atque hieme iux-
ta pellebantur. Nec Agricola vnquam per alios gesta auidus*

intercepit; seu centurio, seu præfectus, incorruptum facti e-
stem habebat. Apud quosdam acerbior in conuiciis narra-
tur, vt bonis comis, ita aduersus malos iniucundus. ceterù
iracundiâ nihil super erat. secretum & silentium eius nõ
meres. honestius putabat offendere, quàm odisse. Quarta
obtinendis q̃ percurrerat insumta. ac si virtus exercituu
Romani nominis gloria pateretur, inuentus in ipsâ Brita
terminus. Nam Glota & Bodotria diuersi maris æstu per
mensum reuecti, angusto terrarum spatio dirimuntur.
tum præsidiis firmabatur: atque omnis propior sinus teneb
summotis velut in aliam insulam hostibus. Quinto expec
num anno naue primâ transgressus, ignotas ad id tempus
tes crebris simul ac prosperis prœliis domuit: eamque pa
Britanniæ quæ Hiberniam aspicit, copiis instruxit, in spem
gis quàm ob formidinem. siquidem Hibernia medio inter
tanniam atque Hispaniam sita, & Gallico quoque mari op
tuna, valẽtissimam imperij partem magnis inuicem vsibu
scuerit. Spatium eius si Brittaniæ comparetur angustius, n
maris insulas superat. Solum cælúmque & ingenia cultusq
minum haut multum à Britanniâ differunt, melius aditus
túsque per commercia & negotiatores cogniti. Agricola ex
sum seditione domesticâ vnum ex regulis gentis excepera
specie amicitiæ in occasionem retinebat. Sæpe ex eo audiui, le
ne vnâ & modicis auxiliis debellari obtinerique Hiberniam
se. Idq́ etiam aduersus Britanniam profuturum, si Roman
bique arma, & velut è conspectu libertas tolleretur. Ceter
æstate quâ sextum officij annum inchoabat, amplas ciuit
trans Bodotriam sitas, quia motus vniuersarum vltra gẽti
& infesta hostili exercitu itinera timebantur, portus classe
plorauit; quæ ab Agricolâ primum assumta in partem viri
sequebatur egregiâ specie, cùm simul terrâ simul mari bellũ
pelleretur. ac sæpe iisdem castris pedes equesq; & nauticus m
mixti copiis & lætitiâ, sua quisq; facta suos casus attollerent
modò siluarum & montium profunda, modò tempestatum
fluctuum aduersa, hinc terra & hostis, hinc auctus Ocea

m

itari iactantiâ compararētur. Britannos quoque, vt ex ca-
is audiebatur, visa classis obstupefaciebat, tamquam aper-
naris sui secreto vltimum victis perfugium claudere.
Ad manus & arma conuersi Caledoniam incolentes populi
u magno, maiore famâ, vti mos est de ignotis, oppugnasse
ò, castella adorti, metum vt prouocantes addiderant: re-
liendumq; citra Bodotriam, & excedendum potius,
n pellerentur, specie prudentiū ignaui admonebant. cum
im cognoscit, hostes pluribus agminibus irrupturos. Ac ne
ante numero, & peritiâ locorum circumiretur, diuiso &
n tres partes exercitu incessit. Quod vbi cognitum hosti,
ito repentè consilio, vniuersi nonam legionem vt maximè
lidam, nocte aggressi inter somnum ac trepidationem cæsis
bus irrupêre. Iamq; in ipsis castris pugnabant, cùm Agri-
ter hostiū ab exploratoribus edoctus, & vestigiis insecutus,
issimos equitum peditumq; assultare tergis pugnā-
iubet, mox ab vniuersis adiici clamorem: & propin-
ce fulsere signa. ita ancipiti malo territi Britanni: & Ro-
redit animus, ac securi pro salute, de gloria certabant. vl-
ingetiam irrupêre. & fuit atrox in ipsis portarum angustiis
m, donec pulsi hostes, vtroque exercitu certante, his vt
opem, illis ne eguisse auxilio viderentur. quod nisi palu-
siluæ fugientes texissent, debellatum illâ victoriâ foret. Cu-
tantiâ ac famâ ferox exercitus: nihil virtuti suæ inuium,
randam Caledoniam, inueniendumq; tandem Britanniæ
num continuo prœliorum cursu fremebant: atque illi mo-
iti ac sapientes, prompti post euētum ac magniloqui erant.
issima hæc bellorum conditio est; prospera omnes sibi vin-
t, aduersa vni imputantur. At Britanni non virtute sed
one & arte ducis rati, nihil ex arrogantia remittere, quò
iuuentutem armarent, coniuges ac liberos in loca tuta
ferrent, cœtibus ac sacrificiis conspirationem ciuitatum
ent. atque ita irritatis vtrimque animis discessum. Eâ-
tate cohors Vsipiorum per Germanias conscripta, in Bri-
m transmissa, magnum ac memorabile facinus ausa est.
centurione ac militibus, qui ad tradēdam disciplinā im-

mixti manipulis exemplum & rectores habebantur, tre burnicas adactis per vim gubernatoribus ascendêre: & vno migrante, suspectis duobus eóque interfectis, nondum vul rumore vt miraculum prouehebantur. mox hac atque illa pti, & cum plerisque Britannorum sua defensantium pr congressi ac sæpè victores, aliquando pulsi, eo ad extremum opiæ venere, vt infirmissimos suorum, mox sorte ductos ve rentur. atque ita circumuecti Britanniam, amissis per i tiam regendi nauibus, pro prædonibus habiti, primum à uis, mox à Frisiis intercepti sunt. ac fuere quos per comm venumdatos, & in nostram vsque ripam mutatione emen adductos, indicium tanti casus illustrauit. Initio æstatis A cola domestico vulnere ictus, anno antè natum filium a Quem casum neque vt plerique fortium virorum ambi neque per lamenta rursus ac mœrorem muliebriter tulit. luctu, bellum inter remedia erat. Igitur præmissâ classe pluribus locis prædata, magnum & incertum terrorem fac expedito exercitu cui ex Britannis fortissimos & longâ pac ploratos addiderat, ad montem Grampium peruenit, q iam hostes insederant. Nam Britanni nihil fracti pugn oris euentu, & vltionem aut seruitium exspectantes, tan que docti commune periculum concordiâ propulsandum, tionibus & fœderibus omnium ciuitatum vires exciuer Iamq; super triginta milia armatorum aspiciebantur, & huc affluebat omnis iuuentus, & quibus cruda ac viridis ctus, clari bello, ac sua quisque decora gestantes cùm inter res duces virtute & genere præstans, nomine Galgacus, contractam multitudinem prœlium poscentẽ, in hunc mo locutus fertur. Quotiens caussas belli & necessitatem stram intueor, magnus mihi animus est, hodiernum em, consensumque vestrum, initium libertatis totius tanniæ fore. Nam & vniuersi seruitutis expertes: & læ vltrà terræ, ac ne mare quidem securum, immin nobis classe Romanâ. ita prœliũ atq; arma, q̃ fortibus nesta, eadẽ etiã ignauis tutissima sunt. Priores pugnę, q aduersus Romanos variâ fortunâ certatũ est, spem ac

fid

ſidium in noſtris manibus habebant:quia nobiliſſimi totius Britanniæ, eoque in ipſis penetralibus ſiti, nec ſeruientium litora aſpicientes, oculos quoque à contactu dominationis inuiolatos habebamus. Nos terrarum ac libertatis extremos, receſſus ipſe ac ſinus famæ in hunc diem defendit. nunc terminus Britanniæ patet. atque omne ignotum, pro magnifico eſt. Sed nulla iam vltrà gẽs, nihil niſi fluctus & ſaxa; & interiores Romani. quorum ſuperbiam fruſtrà per obſequium & modeſtiam effugeris. raptores orbis, poſtquam cuncta vaſtantibus defuêre terræ: & mare ſcrutantur: ſi locuples hoſtis eſt, auari: ſi pauper, ambitioſi. quos non Oriens, non Occidens, ſatiauerit: ſoli omnium, opes atque inopiam pari affectu concupiſcunt. auferre, trucidare, rapere falſis nominibus imperium; atque vbi ſolitudinem faciunt, pacem appellant. Liberos cuique ac propinquos ſuos naturâ cariſſimos eſſe voluit: hi per dilectus alibi ſeruituri auferuntur. Coniuges ſororeſq; & ſi hoſtilem libidinem effugiant, nomine amicorum atque hoſtium polluuntur. Bona fortunaſque, in tributum egerunt; in annonam, frumentum. corpora ipſa ac manus, ſiluis ac paludibus emuniendis, verbera inter ac contumelias, conterunt. Nata ſeruituti mancipia ſemel veneunt, atque vltrò à dominis aluntur: Britannia ſeruitutem ſuam cottidie emit, cottidie paſcit. At ſicut in familiâ recentiſſimus quiſque ſeruorum & conſeruis ludibrio eſt; ſic in hoc orbis terrarum vetere famulatu, noui nos & viles in excidium petimur. Neque enim arua nobis, aut metalla, aut portus ſunt, quibus exercendis reſeruemur. Virtus porrò ac ferocia ſubiectorum, ingrata imperantibus. & longinquitas ac ſecretum ipſum, quò tutius, eò ſuſpectius. Ita ſublatâ ſpe veniæ, tandem ſumite animum, tam quibus ſalus, quàm quibus gloria cariſſima eſt. Brigantes, feminâ duce, exurere coloniam, expugnare caſtra; ac niſi felicitas in ſecordiam vertiſſet, exuere iugum potuêre: nos integri & indomiti & libertatem non in præſentiâ laturi, primo ſtatim congreſ-

su vnde ostendamus quos sibi Caledonia viros seposue rit. An eamdem Romanis in bello virtutem, quàm in pa ce lasciuiam adesse creditis? Nostris illi discessionibus ac discordiis clari, vitia hostium in gloriam exercitus sui vertunt: quem contractum ex diuersissimis gentibus, vt secundæ res tenent, ita aduersæ dissoluent. nisi si Gallos, & Germanos, & (pudet dictu) Britannorum plerosq; dominationi alienæ sanguinem commodantes, diutius tamen hostes quàm seruos, fide & affectu teneri putatis. metus & terror est, infirma vincula caritatis. quę vbi remouetis, qui timere desierint, odisse incipient. Omnia victoriæ incitamenta pro nobis sunt: nullæ Romanos cóiuges accendunt: nulli parentes fugam exprobraturi sunt: aut nulla plerisque patria, aut alia est: paucos numero circum trepidos ignorantiâ, cœlum ipsum ac mare & siluas ignota omnia circumspectantes, clausos quodammodo ac vinctos Dii nobis tradiderunt. Ne terreat vanus aspectus, & auri fulgor atque argenti, quod neque tegit, neque vulnerat. In ipsâ hostium acie inueniemus nostras manus. agnoscent Britanni suam caussam. recordabuntur Galli priorem libertatem. deserent illos ceteri Germani, tamquam nuper Vsipii reliquerũt. Nec quidquam vltrà formidinis, vacua castella, senum coloniæ, inter malè parentes & iniustè imperantes, ægra municipia & discordantia. hic dux, hic exercitus. ibi tributa & metalla, & ceteræ seruientium pœnæ, quas in æternum proferre, aut statim vlcisci, in hoc campo est. Proinde ituri in aciem & maioreis vestros, & posteros cogitate. *Excepêre orationem alacres, & barbari moris cantu & fremitu clamoribusq; dissonis. Iamq; agmina, & armorum fulgores, audentissimi cuiusq; procursu: simul instruebantur acies. cùm Agricola quamquam lætum & vix monitis coërcitum militem adhuc ratus, ita disseruit.* Octauus annus est, commilitones, ex quo virtute & auspiciis imperii Rom. fide atque operâ vestrâ Britanniam vicistis. tot expeditionibus, tot prœliis seu fortitudine aduersus hostes, seu patientiâ ac labore pænè aduer-

ſus ipſam rerum naturam opus fuit. Neque me militum,
:eque vos ducis pœnituit. Ergo egreſſi, ego veterum le-
gatorum, vos priorum exercituum terminos, finem Bri-
:anniæ non famâ nec rumore, ſed caſtris & armis tene-
nus. Inuenta Britannia, & ſubacta. Equidem in agmine,
:ùm vos paludes montéſue & flumina fatigarent, fortiſ-
imi cuiuſque vocem audiebam, *Quando dabitur hoſtis,
uando acies?* Veniunt à latebris ſuis extruſi. & vota virtuſ-
ue in aperto, omniaque prona victoribus, atque eadem
ictis aduerſa. Nam vt ſuperaſſe tantum itineris, ſiluas e-
aſiſſe, tranſiſſe æſtuaria, pulchrum ac decorum in fron-
em; ita fugientibus periculoſiſſima, quæ hodie proſper-
ima ſunt. Neque enim nobis aut locorum eadem noti-
ia, aut commeatuum eadem abundantia: ſed manus, &
rma, & in his omnia. Quoad ad me attinet, iam pridem
nihi decretum eſt, neque exercitus neque ducis terga tu-
a eſſe. Proinde & honeſta mors turpi vitâ potior, & inco-
imitas ac decus, eodem loco ſita ſunt. nec inglorium fue-
it, in ipſo terrarum ac naturæ fine cecidiſſe. Si nouæ gen-
es atque ignota acies conſtitiſſet: aliorum exercituum
xemplis vos hortarer. nunc veſtra decora recenſete, ve-
tros oculos interrogate. Ii ſunt quos proximo anno, v-
iam legionem furto noctis aggreſſos, clamore debella-
tis: ii ceterorum Britannorum fugaciſſimi. ideoq; tãdiu
ſuperſtites. Quomodo ſiluas ſaltuſque penetrantib. for-
tiſſimum quodque animal robore, pauida & inertia ipſo
agminis ſono pelluntur: ſic acerrimi Britannorum iam
pridem ceciderunt: reliquus eſt numerus ignauorum &
metuentium. quos quot tandem inueniſtis, non reſtite-
runt, ſed deprehẽſi ſunt nouiſſimi, & extremo metu cor-
pora defixêre in his veſtigiis, in quibus pulchram & ſpe-
ctabilem victoriam ederetis. Tranſigite cum expeditio-
nibus, imponite quinquaginta annis magnum diem, ap-
probate Reip. nunquam exercitui imputari potuiſſe, aut
moras belli, aut cauſſas rebellandi. *Et alloquente adhuc A-
gricolâ militũ ardor eminebat, & finẽ orationis ingens alacri-*

*tas consecuta est, statimq; ad arma discursum. instinctos ruen-
tesq; ita disposuit, vt peditum auxilia quæ octo millia erãt, me-
diam aciem firmarent: equitum tria millia, cornibus affunde-
rentur. legiones pro vallo stetêre, ingens victoriæ decus cit[r]
Romanum sanguinem bellanti, & auxilium si pellerentu[r]
Britannorum acies in speciem simul ac terrorem editioribu[s]
locis constiterant. ita vt primum agmen æquo, ceteri per ac-
cline iugum connexi velut insurgerent: media campi couina-
rius & eques strepitu ac discursu complebat. Tum Agricola su-
perante hostium multitudine veritus, ne simul in frontem, si-
mul & latera suorum pugnaretur, diductis ordinib. quãquam
porrectior acies futura erat, & arcessendas plerisq; legiones ad-
monelã, promtior in spem, & firmus aduersis, dimisso equo pe-
des ante vexilla constitit. Ac primo congressu eminus certa-
batur. simul constantiâ, simul arte Britanni, ingentibus gladi[is]
& breuibus cetris, missilia nostrorum vitare, vel excutere, at[q;]
ipsi magnam vim telorum superfundere: donec Agricola tr[es]
Batauorum cohortes ac Tungrorum duas cohortatus est, v[t]*
rem ad mucrones ac manus adducerent. *quod & ipsis ve-
tustate militiæ exercitatum, & hostibus inhabile parua scut[a]
& enormes gladios gerentibus. nam Britannorum gladii si[ne]
mucrone complexum armorum, & in aperto pugnam non to-
lerabant. Igitur vt Batauí miscere ictus, ferire vmbonibus, or[a]
fœdare, & tractis qui in æquo obstiterant, erigere in colles aci[em]
cœpêre; ceteræ cohortes æmulatione & impetu commistæ proxi-
mos quosque cædere. ac plerique semineces aut integri festina-
tione victoriæ relinquebantur. Interim equitum turmæ fugêre
couinarii peditum se prœlio miscuêre: & quamquam recẽtem
terrorem intulerant, densis tamen hostium agminibus & inæ-
qualibus locis hærebant. minimeq; equestris ea pugnæ facies e-
rat, cùm in gradu stantes simul equorum corporibus impelle-
rentur. ac sæpe vagi currus, exterriti sine rectoribus equi, vt
quemq; formido tulerat, transuersos, aut obuios incursabant. Et
Britanni qui adhuc pugnæ expertes summa collium insederant,
& paucitatem nostrorum vacui spernebant, digredi paullatim
& circumire terga vincentium cœperant: ni idipsum veritus*

Agrico-

Agricola quattuor equitum alas ad subita belli retentas, ve-
ienitibus opposuisset; quantoq; ferocius accurrerant, tanto a-
rius pulsos in fugam disiecisset. Ita consilium Britannorum in
psos versum. transuectaq; præcepto ducis à fronte pugnantium
læ, auersam hostium aciem inuasere. Tum verò patentib. locis
rande & atrox spectaculum: sequi, vulnerare, capere, atque
osdem oblatis aliis trucidare. Iam hostium, prout cuiq; inge-
ium erat, cateruæ armatorũ paucioribus terga præstare, quidã
iermes vltrò ruere, ac se morti offerre. Passim arma, & cor-
ora, & laceri artus, & cruenta humus: & aliquando etiam
ictis ira virtusq;. postquam siluis appropinquarunt, collecti,
rimos sequentium incautos & locorum ignaros circumuenie-
ant. Quod ni frequens vbiq; Agricola, validas & expeditas
ohortes indaginis modo, & sicubi artiora erant, partem equi-
um dimissis equis, simul rariores siluas equitum persultare ius-
sset, acceptum aliquod vulnus per nimiam fiduciam foret. Ce-
rùm vbi compositos firmis ordinibus sequi rursus videre, in
gam versi, non agminib. vt prius, nec alius alium respectantes,
ari, & vitabundi inuicem, longinqua atq; auia petiêre. finis
quendi nox & satietas fuit. cæsa hostium ad decem millia: no-
rorum treceni quadraginta cecidêre, in quîs Aulus Atticus
ræfectus cohortis, iuuenili ardore & ferociâ equi hostibus illa-
us. Et nox quidem gaudio prædaq; læta victorib. Britanni pa-
ântes mixtoq; virorum mulierumq; ploratu, traherēq; vul-
eratos, vocare integros, deserere domos, ac per iram vltrò in-
endere: eligere latebras, & statim relinquere: miscere inuicem
onsilia aliqua, dein sperare: aliquando frangi aspectu pigno-
um suorum, sæpius concitari. satisq; constabat sæuisse quosdam
coniuges ac liberos, tamquam misererentur. Proximus dies
aciem victoriæ latius aperuit. vastum vbiq; silentium, secreti
olles, fumantia procul tecta, nemo exploratoribus obuius. quib.
omnem partem dimissis, vbi incerta fugæ vestigia, neque vs-
uam conglobari hostes compertum, & exactâ iã æstate spargi
ellum nequibat, in fines Horestorum exercitum deducit. Ibi
cceptis obsidibus, præfecto classis circumuehi Britanniam præ-
pit. datæ ad id vires, & præcesserat terror. ipse peditem atque

equites lento itinere, quo nouarum gentium animi ipsâ tran[s]tus morâ terrerentur, in hibernis locauit. Et simul classis secu[n]dâ tempestate ac famâ Trutulensem portum tenuit, vnde pr[o]ximo latere Britanniæ lecto omni redierat. Hunc rerum cu[r]sum, quamquam nullâ verborum iactantiâ, epistolis Agric[o]læ actum, vt Domitiano moris erat, fronte lætus, pectore a[n]xius excepit. Inerat conscientia, derisui fuisse nuper falsu[m] è Germaniâ triumphum, emtis per commercia, quoru[m] habitus & crines in captiuorum species formarentur: nunc veram magnamque victoriam, tot millibus host[ium] cæsis, ingenti famâ celebrari. Id sibi maximè formidol[o]sum, priuati hominis nomen supra principis attolli: fr[u]stra studia fori, & ciuilium artium decus in silentium [a]cta, si militarem gloriam alius occuparet: & cetera vtcũ[que] facilius dissimulari, ducis boni imperatoriã virtutẽ es[se]. *Talibus curis exercitus, quodq; sæuæ cogitationis indicium [e]rat, secreto suo satiatus, optimum in præsentiâ statuit* repon[e]re odium, *donec impetus famæ & fauor exercitus languesc[e]ret. nam etiam tum Agricola Britanniam obtinebat. Igit[ur]* triũphalia ornamenta, & illustris statuæ honorẽ, & qui[c]quid pro triũpho datur, multo verborũ honore cumul[a]ta, decerni in senatu iubet: *addiq; insuper opinionem,* Syria[m] prouinciã Agricolæ destinari, *vacuã tum morte Atilii Ru[fi] Consularis, & maiorib. reseruatam. Credidêre pleriq;* libert[um] ex secretiorib. ministeriis missum ad Agricolam, codici[l]los quibus ei Syria dabatur tulisse, cum præcepto, vt si i[n] Britañiâ foret, traderẽtur: eumq; libertũ in ipso freto O[c]ceani obuiũ Agricolæ, ne appellato quidẽ eo ad Dom[i]tianũ remeasse. *siue verum istud, siue ex ingenio principis f[i]ctum ac compositum est. Tradiderat interim Agricola succe[s]sori suo prouinciam quietam tutamq;. Ac ne notabilis celebr[i]tate & frequentiâ occurrentium introitus esset, vitato amic[o]rum officio, noctu in vrbẽ, noctu in palatium, ita vt præceptu[m] erat, venit: exceptusq; breui osculo & nullo sermone, turbæ ser[]uientium immixtus est. Ceterùm vt militare nomen, graue in[]ter otiosos, aliis virtutib. temperaret, tranquillitatem atque o[]tiu[m]*

ium penitus auxit, cultu modicus, sermone facilis, vno aut alero amicorum comitatus: adeo vt plerique, quibus magnos vios per ambitionem æstimare mos est, viso aspectoq; Agricolâ, uærerent famam, pauci interpretarentur. Crebrò per eos dies pud Domitianum absens accusatus, absens absolutus est. caus periculi non crimen ullum, aut querela læsi cuiusquam, sed fensus virtutib. princeps, & gloria viri, ac pessimum inimirum genus, laudantes. Et ea insecuta sunt reipublicæ tempo, quæ sileri Agricolam non sinerent: tot exercitus in Mœsiâ aciaq;, & Germaniâ Pannoniaq;, temeritate aut per ignaam ducum amissi: tot militares viri cum tot cohortibus exgnati & capti. nec iã de limite imperii & ripâ, sed de hiber legionum & possessione dubitatum. Ita cum damna damnis tinuarentur, atq; omnis annus funeribus & cladib. insignire, poscebatur ore vulgi dux Agricola: comparantibus cunctis gorem, constantiam, & expertum bellis animum cum inertiâ formidine eorum. Quibus sermonib satis constat Domitiani oq; aures verberatas, dum optimus quisq; libertorum amore fide, pessimi malignitate & liuore. pronum deteriorib prinm exstimulabant. Sic Agricola simul suis virtutibus, simul is aliorum, in ipsam gloriam præceps agebatur. Aderat iam ius quo proconsulatum Asiæ & Africæ sortiretur, & occiso ucâ nuper, nec Agricolæ consilium deerat, nec Domitiano emplum. Accessêre quidam cogitationum principis periti, iturus ne esset in prouinciã, vltrò Agricolam interrogarẽt. primò occultiùs quietem & otium laudare, mox operam m in approbandâ excusatione offerre: postremò non iam obri, suadentes simul terrentesq;, pertraxêre ad Domitianum. paratus simulatione, in arrogantiam compositus, & audiit ces excusantis, & cùm annuisset, agi sibi gratias passus est: erubuit beneficii inuidiâ. salariũ tamẽ procõsulari solitũ of, & quibusdam a seipso cõcessum, Agricolæ non dedit: siue nsus non petitum, siue ex cõscientiâ, ne quod vetuerat vider emisse. Proprium humani ingenii est, odisse quem læseris: mitiani verò natura præceps in iram, & quò obscurior eò uocabilior, moderatione tamen prudentiaq; Agricolæ leatur. quia non contumaciâ, neq; inani iactatione libertatis

famam fatumq́; prouocabat. Sciant quibus moris illicita mir
ri, posse etiam sub malis principibus magnos viros esse: obs
quiumq́; ac modestiam, si industria ac vigor adsint, eò lau
excedere, quò pleriq; per abrupta, sed in nullum rei post vsu
ambitiosâ morte inclaruerunt. Finis vitæ eius nobis luctuos
amicis tristis, extraneis etiam ignotisq́; non sine curâ fuit. V
gus quoque, & hic aliud agens populus, & ventitauêre ad
mum, & per fora & circulos locuti sunt: nec quisquam aud
morte Agricolæ, aut lætatus est, aut statim oblitus est. Auge
miserationem constans rumor, veneno interceptum. Nobis
hil comperti affirmare ausim. ceterùm per omnē valetudin
eius, crebrius quàm ex more principatus per nuntios visen
& libertorum primi, & medicorum intimi venêre: siue c
illud siue inquisitio erat. Supremo quidem die momenta def
entis per dispositos cursores nuntiata constabat, nullo credent
accelerari, quæ tristis audiret. Speciem tamen doloris an
vultuq́; præ se tulit, securus iam odii, & qui facilius dissim
ret gaudium quam metum. Satis constabat lecto testame
Agricolæ, quo coheredem optimæ vxori & piissimæ filiæ Do
tianum scripsit, lætatum eum, velut honore iudicioq́;: tam c
& corrupta mens assiduis adulationib. erat, vt nesciret a b
patre non scribi heredem, nisi malum principem. Natus
Agricola Caio Cæsare tertiùm cons. idib. Iuniis: excessit se
& quinquagesimo anno decimo kal. Septemb. Collegâ Pris
Coss. Quòd si habitum quoq; eius posteri noscere velint,
centior quam sublimior fuit. nihil metus in vultu: gratia ori
pererat. bonum virum facilè crederes, magnum libẽter. Et
quidem, quamquā medio in spatio integræ ætatis ereptus, qu
tum ad gloriam longissimum æuum peregit. Quippe & v
bona, quæ in virtutib. sita sunt, impleuerat, & Consularibu
Triumphalibus ornamentis prædito, quid aliud adstrueret
tuna poterat? Opib. nimiis non gaudebat, speciosæ contiger
filiâ atq; vxore superstitib. potest videri etiam beatus incol
dignitate, florente famâ, saluis affinitatibus & amicitiis fu
effugisse. Nam sicuti durare in hac beatissimi sæculi luce
principem Traianum videre, quod augurio votisq́; apud

s

ſtras aures ominabatur: ita feſtinatæ mortis grande ſolatium
tulit, euaſiſſe poſtremum illud tempus, quo Domitianus non
iam per interualla ac ſpiramenta temporum, ſed continuo &
velut uno ictu rempublicam exhauſit. Non vidit Agricola ob-
ſeſſam curiam, & clauſum armis ſenatum, & eadem ſtrage tot
onſularium cædes, tot nobiliſſimarum feminarum exſilia &
ugas. Vnâ adhuc victoriâ Carus Metius cenſebatur, & in-
ra Albanam villam ſententia Meſſallini ſtrepebat, & Maſ-
i Bebius iam tum reus erat. Mox noſtræ duxêre Heluidium
n carcerem manus: nos Maurici, Ruſticiq; viſus, nos inno-
enti ſanguine Senecio perfudit. Nero tamen ſubtraxit oculos,
uſſitq; ſcelera, non ſpectauit; præcipua ſub Domitiano miſe-
iarum pars erat, videre & aſpici: cùm ſuſpiria noſtra ſubſcri-
erentur: cùm denotandis tot hominum palloribus ſufficeret
æuus ille vultus & rubor, à quo ſe contra pudorem muniebat.
u verò felix Agricola non vitæ tantùm claritate, ſed etiam
pportunitate mortis. vt perhibent qui interfuerunt nouiſſimis
rmonibus tuis, conſtans & libens fatum excepiſti, tamquam
ro virili portione innocentiam principi donares. Sed mihi fi-
eq; præter acerbitatem parentis erepti, auget mæſtitiã, quòd
ſidere valetudini, fouere deficientem, ſatiari vultu, comple-
u, non contigit. excepiſſem certè mandata vocesq;, quas peni-
us animo figeremus. Noſter hic dolor, noſtrum vulnus: nobis
am longæ abſentiæ conditione ante quadriennium amiſſus es.
Omnia ſine dubio, optime parentum, aſſidente amantiſſimâ v-
ore, ſuperfuêre honori tuo: paucioribus tamen lacrymis com-
oſitus es, & nouiſſimâ in luce deſiderauêre aliquid oculi tui. Si
uis piorum manibus locus, ſi, vt ſapientibus placet, non cum
orpore exſtinguuntur magnæ animæ; placidè quieſcas, noſq;
omum tuam ab infirmo deſiderio, & muliebribus lamentis ad
ontemplationem virtutum tuarum voces, quas neque lugeri,
eque plangi fas eſt: admiratione te potius temporalibus laudib.
r ſi natura ſuppeditet, militum decoramus. Is verus honos, ea
niunctiſſimi cuiuſque pietas. Id filiæ quoque vxoriq; præce-
erim. ſic patris, ſic mariti memoriam venerari, vt omnia fa-
a dictaq; eius ſecum reuoluant, famamq; ac figuram animi

*magis quàm corporis complectantur. non quia intercedendu[m]
putem in imaginibus quæ marmore aut ære finguntur: ſed
vultus hominum, ita ſimulacra vultus imbecilla ac morta[lia]
ſunt, forma mentis æterna. quam tenere & exprimere non p[er]
alienam materiam & artem, ſed tuis ipſe moribus poſſis. Qui[c-]
quid ex Agricola amauimus, quidquid mirati ſumus, man[et]
manſurumq; eſt in animis hominum, in æternitate temporu[m],
famâ rerum. Nam multos veterum velut inglorios & igno[bi-]
les obliuio obruet, Agricola poſteritati narratus & tradit[us]
ſuperſtes erit.*

FABII QVINCTILIAN[I]
VT VIDETVR, DIALOGVS; AN SV[I]
ſæculi oratores antiquis, & quare, concedant: Cor. Tacito vulgo inſcriptus.

SÆPE *ex me requiris, Iuſte Fabi, cur cùm priora ſæc[ula]
tot eminentium oratorum ingeniis gloriaq; efflorueri[nt,]
noſtra potiſſimùm ætas deſerta, & laude orbata, vix [no-]
men ipſum oratoris retineat. neque enim ita appellamus, [niſi]
antiquos: horum autem temporum diſerti, cauſſidici, & ad[uo-]
cati, & patroni, & quiduis potius quam oratores vocan[tur.]
Cui percontationi tuæ reſpondere, & tam magnæ quæſti[onis]
pondus excipere, vt aut de ingeniis noſtris malè exiſtimand[um]
ſit, ſi idem aſſequi non poſſumus, aut de iudiciis, ſi nolumus;
hercule auderem, ſi mea ſententia proferenda, ac non diſert[iſſi-]
morum vt noſtris temporibus hominum ſermo repetendus [eſ-]
ſet. quos eandem hanc quæſtionem pertractantes, iuuenis [ad-]
modum audiui. Ita non ingenio, ſed memoriâ ac recordati[one]
opꝰ eſt, vt quæ à præſtantiſſimis viris & excogitata ſubtiliter, [&]
dicta grauiter accepi, cùm ſinguli diuerſas vel eaſdem, ſed p[ro-]
babiles cauſſas afferrent, dum formam ſui quiſque & anim[i &]
ingenii redderet, iiſdem nunc numeris, iiſdemq; rationib. p[er-]
ſequar, ſeruato ordine diſputationis. neq; enim defuit, qui [di-]
uerſam quoq; partem ſuſciperet, ac multum vexatâ & ir[riſâ]
vetuſtate, noſtrorum temporum eloquentiam antiquorum [in-]
geniis anteferret. Nam poſtero die quam accuratius Ma[ternus]*

nus Catonem recitauerat, cùm offendisse potentium animos diceretur, tamquam in eo tragœdiæ argumento sui oblitus, tantùm Catonem cogitasset, eaq; de re per vrbem frequens sermo haberetur, venerunt ad eum M. Aper & Iulius Secundus, celeberrima tum ingenia fori nostri: quos ego in iudiciis non vtrosque modò studiosè audiebam, sed domi quoque & in publico affectabar, mirâ studiorum cupiditate, & quodam ardore iuuenili, vt fabulas quoque eorum & disputationes, & arcana semotæ dictionis penitus exciperem. quamuis malignè plerique opinarentur, nec Secundo promtum esse sermonem, & Aprum ingenio potius & vi naturæ, quàm institutione & litteris famam eloquentiæ consecutum. Nam & Secundo purus, & pressus, &, in quantum satis erat, profluens, sermo non defuit: & Aper communi eruditione imbutus, contemnebat potius litteras quam nesciebat. tamquam maiorem industriæ & laboris gloriam habiturus, si ingenium eius nullis alienarū artium adminiculis inniti videretur. Igitur vt intrauimus cubiculum Materni, sedentem ipsum, quem pridie recitauerat librum, intra manus habentem, deprehendimus. Tum Secundus: Nil ne te, inquit, Materne, fabulæ malignorum terrent, quo minus offensas Catonis tui ames? An ideo librum istum apprehendisti, vt diligentius retractares, & sublatis si qua prauam interpretandi materiam dederunt, emitteres Catonē non quide meliorē, sed tamen securiorē? Tum ille, Leges tu quidem si volueris & agnosces quæ audisti. quòd si qua omisit Cato, sequenti tractatione Thyestes dicet. Hanc n. tragœdiam disposui iam, & intra me ipse formaui. Atque ideo maturare libri huius editionem festino, vt dimissâ priore curâ, nouæ cogitationi toto pectore incumbam. Adeò te tragœdiæ istæ nō satiāt, inquit Aper, quo minus omissis orationum & curarum studiis omne tempus modò circa Medeam, ecce nunc circa Thyestem consumas? cū tot amicorum caussæ, tot coloniarum & municipiorum clientelæ in forum vocent, quibus vix sufficeres, etiam si non nouum tibi ipse negotium importasses, Domitium & Catonem: id est, nostras quoque historias, & Romana nomina, Græcorum fabulis aggregares. Et Matern⁹, Perturbarer hâc tuâ seueritate,

*n si frequens ac assidua nobis contentio iam propè in consuetu
dinem vertisset. Nam nec tu agitare & insequi poëtas inter
mittis, & ego cui desidiam aduocationum obiicis, cotidianum
hoc patrocinium defendendæ aduersus te poëticæ exerceo. Qu
lætor magis oblatum nobis iudicem, qui me vel in futurum ve
tet versus facere, vel quod iam pridem opto, suâ quoque aucto
ritate compellat, vt omissis forensium Musarum angustiis, i
quibus satis mihi superq; sudatum est, sanctiorem istam & au
gustiorem eloquentiam colam. Ego verò, inquit Secundus, an
tequam me iudicem Aper recuset, faciam quod probi & mo
desti iudices solent, vt in his cognitionibus excusent, in quibu
manifestum est, alterã apud eos partem gratiæ præualere. Qu
enim nescit, neminem mihi coniunctiorem esse & vsu amicitiæ
& assiduitate contubernii quàm Saleium Bassum, cùm opti
mum virum tum absolutissimum poëtam? porrò si poëtica ac
cusatur, non alium video reum locupletiorem. Securus sit, in
quit Aper, & Saleius Bassus, & quisquis alius studium poëti
cæ & carminum gloriam fouet, cùm caussas agere non possit. e
ego enim quatenus arbitrium litis huius inueniri non patia
Maternum sollicite plurimum defendi. sed & ipsum solum a
pud eos arguam, quod natus ad eloquentiam virilem & orato
riam, quâ parare simul & tueri amicitias, adsciscere natione
complecti prouincias possit, amittit studium, quo non aliud in
ciuitate nostrâ vel ad vtilitatem fructuosius, vel ad dignitate
amplius, vel ad vrbis famã pulcrius, vel ad totius imperii atq
omnium gentium notitiam illustrius excogitari potest. Nam
ad vtilitatem vitæ omnia consilia, facta nostra dirigenda sun
quid erit tutius quam eam exercere artem, quâ semper arma
tus præsidium amicis, opem alienis, salutem periclitantib. inui
dis verò & inimicis metum & terrorem vltrò feras, ipse secu
rus & velut quâdam perpetuâ potentiâ ac potestate munitus
cuius vis & vtilitas rebus propè fluentibus, aliorum præsidio &
tutelâ intelligitur. sin proprium periculum increpuit; non her
cule lorica aut gladius in acie firmius munimentum, quam
reo & periclitanti eloquentiæ præsidium simul & telum, qu
propugnare pariter & incessere, vel in iudicio, siue in senatu
siu*

ſiue apud principem poſſis. Quid aliud infeſtis patribus nuper Eprius Marcellus, quam eloquentiam ſuam oppoſuit? qui accinctus & minax diſertam quidem ſed inexercitatam & eiuſmodi certaminum rudem Heluidii ſapientiam eluſit. Plura de vtilitate non dico, cui parti minimè contradicturum Maternum meum arbitrer. Ad voluptatem oratoriæ eloquentiæ tranſeo, cuius iucunditas non vno aliòue momento, ſed omnib. propè dieb. & propè omnibus horis contingit. Quid enim dulcius libero & ingenuo animo, & ad voluptates honeſtas nato, quàm videre plenam ſemper & frequentem domum concurſu ſplendidiſſimorum hominum? idq; ſcire, non pecuniæ, non orbitati, neq; officii alicuius adminiſtrationi, ſed ſibiipſi dari? illos quinimmo orbos & locupletes & potentes venire plerumq; ad iuuenem & pauperem, vt aut ſua aut amicorum diſcrimina commendent. Vlla ne tanta ingentium opum ac magnæ potentiæ voluptas, quam ſpectare homines veteres, & ſenes, & totius orbis gratiâ ſubnixos, in ſummâ omnium rerum abundantiâ confitentes id quod optimum ſit ſe non habere? Iam verò qui togatorum comitatus & egreſſus? quæ in publico ſpecies? quæ in iudiciis veneratio? quod gaudium conſurgendi aſſiſtendiq; inter tacentes, in vnum conuerſos? coire populum, & circumfundi coràm, & accipere affectum quemcunq; orator induerit? Vulgata dicentium gaudia, & imperitorum quoq; oculis expoſita, percenſeo. Illa ſecretiora, & tantùm ipſis orantibus nota, maiora ſunt. Siue accuratam meditatamq; affert orationem; eſt quoddam ſicut ipſius dictionis, ita gaudii pondus & conſtantia. ſiue nouam & recentem curam non ſine aliqua trepidatione animus attulerit; ipſa ſollicitudo commendat euentum, & lenocinatur voluptati. Sed extemporalis audaciæ, atq; ipſius temeritatis vel præcipua iucunditas eſt. Nam ingenio quoque, ſicut in agro, quamquam alia diu ſerantur atque elaborentur, gratiora tamen, quæ ſuâ ſponte naſcuntur. Equidem vt de me ipſo fatear, non eum diem lætiorem egi, quo mihi latus clauus oblatus eſt, vel quo homo nouus & in ciuitate minimè fauorabili natus, quæſturam, aut tribunatum, aut præturam accepi: quã eos quibus mihi pro mediocritate huius quantulæcumque in-

*dicendo facultatis, aut reũ prospere defendere, aut apud centũ
uiros caussam aliquã feliciter orare, aut apud principem ipsi
illos libertos & procuratores principũ tueri & defendere datur
Tũ mihi supra Tribunatus & Præturas & Cõsulatus ascen
dere videor, tũ abire: quod si non in alio oritur, nec in codicill
datur, nec cũ gratiâ venit. Quæ fama & laus cuiusuis artis c
oratorũ gloriâ cõparanda est, qui non illustres in vrbe solùm a
pud negotiosos & rebus intentos, sed ẽt apud iuuenes & adole
scentes, quibus morum indoles est & bona spes sui? Quorum no
mina prius parentes liberis suis ingerũt? quos sæpius vulgus im
peritum & tunicatus hic populus trãseunteis nomine vocat, &
digito demõstrat? Aduenæ quoq; & peregrini, iã in municipi
& coloniis suis auditos, cùm primùm vrbem attigerunt, requi
runt ac vulgus agnoscere concupiscunt. Ausim cõtendere Mar
cellum hunc Eprium, de quo modò locutus sum, & Crispum
Vibium (libentiùs n. nouis & recentibus q̃ remotis & oblitte
ratis exemplis vtor) non minus esse in extremis partib. terra
rum, quam Capuæ aut Vercellis, vbi nati dicuntur. nec hoc il
lis alterius ter millies sestertium præstat, quamq̃ ad has ipsas o
pes possunt videri eloquentiæ beneficio venisse. Ipsa eloquentia
cuius numen & cœlestis vis multa quidem omnibus sæculis ex
empla edidit, ad quantã vsq; fortunam homines ingenii virib
peruenerint. Sed hæc, vt s̃. dixi, proxima, & quæ non auditu co
gnoscenda sed oculis spectanda haberemus. Nam quo sordidi
& abiectius nati sunt, quoq; notabilior paupertas & angusti
rerum nascentes eos circumsteterunt, eò clariora & ad demon
strandam oratoriæ eloquentiæ vtilitatem illustriora exempl
sunt. quòd sine commendatione natalium, sine substantia facul
tatum, neuter morib. egregius, alter habitu quoq; corporis con-
temtus, per multos iam annos potentissimi sunt ciuitatis a
donec libuit principes fori, nunc principes in Cæsaris amicitiâ a-
gunt feruntq; cuncta: atq; ab ipso principe cum quâdam reue-
rentiâ diliguntur. Quia Vespasianus venerabilis senex & pa-
tientissimus veri, bene intelligit, ceteros quidem amicos suos niti
iis q̃ ab ipso acceperint, quæq; ipsi accumulare, & in alios conge-
rere promtum est: Marcellum autem & Crispium, attulisse ad
ami-*

amicitiam suam, quod nō à principe acceperint, nec accipi possit. Minimum inter tot ac tanta locum obtinent imagines, ac tituli & statuae. quae neq; ipsa tamen negliguntur: tam hercule quàm diuitiae & opes, quas facilius inuenies qui vituperet quā fastidiat. His igitur & honorib. & ornamentis, & facultatibus, refertas domos eorum videmus, qui se ab ineunte adolescentiā caussis forensib. & oratorio studio dederunt. Nam carmina & versus, quib. totam vitam Maternus insumere optat (inde n. omnis fluxit oratio) neque dignitatem vllam auctoribus suis conciliant, neque vtilitates alunt: voluptatem autem breuem, laudem inanē & infructuosam cōsequuntur. Licet haec ipsa, & quae deinde dicturus sum, aures tuae ô Materne respuant, cui bono est si apud te Agamemnon aut Iason disertè loquitur? quis ideò domum defensus, & tibi obligatus redit? Quis Saleium nostrū egregiū poetā, vel (si hoc honorificentius est) praeclarissimū vatem deducit, aut salutat, aut prosequitur? Nēpe si amicus eius, si propinquus, si denique ipse in aliquod negotium inciderit, ad hunc Secundum recurret, aut ad te Materne, non quia poëta es, neque vt pro eo versus facias. hi n. Basso domi nascuntur, pulchri quidem & iucundi. quorum tamen hic exitus est, vt cum toto anno, per omnes dies, magnâ noctium parte, vnum librum extudit & elucubrauit, rogare vltro & ambire cogatur, vt sint qui dignentur audire: & ne id quidem gratis. nam & domus mutuatur, & auditoriū exstruit, & subsellia conducit, & libellos dispergit: & vt beatissimus recitationem eius euentus prosequatur; omnis illa laus intra vnum aut alterum diem velut in herbâ vel flore praecepta, ad nullam certam & solidam peruenit frugem: nec aut amicitiam inde refert, aut clientelam, aut mansurum in animo cuiusquam beneficium, sed clamorem vagum, & voces inanes, & gaudium volucre. Laudauimus nuper vt mirā & eximiā Vespasiani liberalitatem, quod quingenta sestertia Basso donasset. Pulchrum id quidem, indulgentiā Principis ingenio mereri; quātò tamē pulchrius, si ita res familiaris exigat, se ipsum colere, suum genium ꝓpitiare, suam experiri liberalitatem? Adijce quòd poëtis, si modò dignum aliquid elaborare & efficere velint, relinquēda cōuersa-

tio amicorum, & iucũditas vrbis, deserenda cetera officia, vt
ipsi dicunt, in nemora & lucos, id est, in solitudinem receder
dum est. Nec opinio quidem & fama cui soli seruiunt, & quo
vnum esse pretium omnis sui laboris fatentur, æquè poëtas qu
oratores sequitur. quoniam mediocreis poëtas nemo nouit, b
nos pauci. Quando enim rarissimarum recitationum fama
totam vrbem penetrat? nedum vt per tot prouincias innot
scat. Quotus quisque cum ex Hispaniâ vel Asiâ, ne quid
Gallis nostris loquamur, in vrbem venit, Saleium Bassum r
quirit? atque adeo si quis requirit & semel vidit, transit & con
tentus est: vt si picturam aliquam vel statuam vidisset. Neq
hunc meum sermonem sic accipi volo, tamquam eos quibus n
tura sua oratorum ingenium denegauit, deterream à carmin
bus, si modò in hac studiorum parte oblectare otium & nomen
inserere possunt famæ. ego verò omnem eloquentiam omnesq́;
ius partes sacras & venerabiles puto. nec solùm cothurnum v
strum, aut heroïci carminis sonum, sed lyricorum quoque iu
cunditatem, & elogorum lasciuias, & iamborum amaritud
nem, epigrammatum lusus, & quamcumque aliam speciem
loquentia habeat, anteponendam ceteris aliarum artium stu
diis credo. sed tecum mihi Materne res est, quòd cùm natur
tua in ipsam arcem eloquentiæ ferat, errare mauis, & summ
adeptus, in leuiorib. subsistis. Vt si in Græciâ natus esses, vbi lu
dicras quoque artis exercere honestũ est, ac tibi Nicostrati ro
bur ac vires dii dedissent, non paterer immanes illos & ad pu
gnam natos lacertos, leuitate iaculi aut iactu disci vanescere: s
nũc te ab auditoriis & theatris, in forũ & ad caussas, & ad ve
ra prœlia voco. cũ præsertim ne ad id quidem confugere possi
quod plerisque patrocinatur, tamq̃ minus obnoxiũ sit offender
poëtarum quam oratorum studium. Efferuescit enim vis pul
cherrimæ naturæ, nec pro amico aliquo, sed quod periculosiu
est, pro Catone offendis. nec excusatur offensa necessitudine of-
ficii, aut fide aduocationis, aut fortuitæ & subitæ dictionis im-
petu: meditatus videris elegisse personam notabilem, & cũ au-
ctoritate dicturam. Sentio quid responderi possit. hinc ingenti
ex his assensus, hinc in ipsis auditoriis præcipuè laudari, & mox

omnium

mnium sermonibus ferri. Tolle igitur quietis & securitatis ex-
cusationem, cùm tibi sumas aduersarium superiorem. nobis sa-
is sit priuatas & nostri sæculi controuersias tueri, in quibus ex-
ressis si quando necesse sit pro periclitante amico potentiorum
aures offendere; & probata sit fides, & libertas excusata. Quæ
cùm dixisset Aper acriùs, vt solebat, & intento ore: remissus
& subridens Maternus, Paraui, inquit, me non minus diu
ccusare oratores quàm Aper laudat. Fore enim arbitrabar
t à laudatione eorum degressus detractaret poëtas, atque car-
minum studium prosterneret: arte quâdam mitigauit, conce-
dendo his qui caussas agere non possent, vt versus facerent. Ego
utē sicut in caussis agendis efficere aliquid & eniti fortasse pos-
sum, ita recitatione tragœdiarum ingredi famā auspicatus sum,
um quidem cum in Nerone improbam & studiorum quoque
sacra profanantem vaticinij potentiam fregi. hodie si quid in
obis notitiæ ac nominis est, magis arbitror carminum quàm
rationum gloriâ partum. ac iam me deiungere à forensi labore
onstitui, nec comitatus istos & egressus aut frequentiam salu-
tationum concupisco: non magis quàm æra & imagines, quæ et-
iam me nolente in domum meam irruperunt. Nam statum
uiusque ac securitatem melius innocentiâ tueor quàm eloquē-
tiâ. nec vereor, ne mihi vnquam verba in Senatu nisi pro alte-
rius discrimine facienda sint. Nemora verò, & luci, & secre-
tum ipsum quod Aper increpabat, tantam mihi afferunt volu-
ptatē, vt inter p̃cipuos carminū fruct⁹ numerē, quod nec in stre-
pitu nec sedēte ante ostiū litigatore, nec inter sordes ac lacrymas
reorum componuntur, sed secedit animus in loca pura atque
innocentia, fruiturq; sedibus sacris. Hæc eloquentiæ primordia,
hæc penetralia: hoc primùm habitu cultúque commoda mor-
talibus, in illa casta & nullis contacta vitiis pectora influxit. sic
oracula loquebantur. Nam lucrosæ huius & sanguinantis elo-
quentiæ vsus, recens, & malis moribus natus, atque, vt tu di-
cebas Aper, in locum teli repertus. Ceterùm felix illud, &, vt
more nostro loquar, aureum sæculum, & oratorum & crimi-
num inops, poëtis & vatibus abundat, qui benefacta canerent,
non qui malè admissa defenderent. Nec vllis aut gloria maior,

aut augustior honor: primùm apud deos, quorum proferre r
sponsa & interesse epulis ferebantur: deinde apud illos diis g
nitos sacrosq; reges, inter quos neminem caussidicorum, sed O
phea ac Linum, ac si introspicere altius velis, ipsum Apol
nem accepimus. vel si hæc fabulosa nimis & composita vide
tur, illud certè mihi concedis Aper, non minorem Home
quàm Demostheni apud posteros: nec angustioribus termi
famam Euripidis, aut Sophoclis, quàm Lysiæ aut Hyperidis i
cludi. plures hodie reperies qui Ciceronis gloriam, quàm Vi
gilij detractent. Nec vllus Asinij aut Messallæ liber tam
lustris est, quàm Medea Ouidij, aut Varij Thyestes. Ac
fortunam quidem vatum, & illud felix contubernium, comp
rare timuerim cum inquietâ & anxiâ oratorum vitâ. licet
los certamina & pericula sua ad consulatus euexerint: malo
curum & secretum VIRGILII *secessum, in quo tamen n*
que apud diuum Augustum gratiâ caruit, neque apud pop
lum Romanum notitiâ. Testes Augusti epistolæ, testis ipse pop
lus, qui auditis in theatro versibus Virgilij, surrexit vniuers
& fortè præsentem spectantémque Virgilium veneratus est,
quasi Augustum. Ne nostris quidem temporibus, Secund
Pomponius Afro Domitio, vel dignitate vitæ, vel perpet
tate famæ, cesserit. Nam Crispus & Marcellus, ad quor
exempla me vocas, quid habent in hac præsenti fortunâ conc
piscendum? an quòd timent, an quòd timentur? quòd cùm c
tidie aliquid rogentur, hi quibus præstant indignantur? qu
alligati cum adulatione, nec imperantibus vnquam satis s
ui videntur, nec nobis satis liberi? Quæ hæc summa eorum
tentia est? tantum posse liberti solent. Me verò dulces, vt V
gilius ait, Musæ, remotum a sollicitudinibus, & curis, & n
cessitate cottidie aliquid contra animum faciendi, in illa sa
illosq; fontes ferant: nec insanum vltrà & lubricum forum
mamque pallentem trepidus experiar. non me fremitus sa
tantium, nec anhelans libertus excitet: nec incertus futuri,
stamentum pro pignore scribam: nec plus habeam, quàm qu
possim cui velim relinquere, quandocumque fatalis & m
dies veniet. statuárque tumulo non mæstus & atrox, sed hila

&

coronatus: & pro memoriâ mei, nec consulat quisquam nec
get. Vix dum finierat Maternus concitatus & velut in-
nctus, cùm Vipsanius Messalla cubiculum eius ingressus est,
picatusq; ex ipsâ intentione singulorum, altiorem inter eos
e sermonem: Num parum tempestiuus, inquit, interueni, se-
etum consilium & caussæ alicuius meditationem tractanti-
s? Minimè, minimè, inquit Secundus, atque adeo vellem
aturius interuenisses. delectasset enim te & Apri nostri ac-
ratissimus sermo, cùm Maternum vt omne ingenium ac
udium suum ad caussas agendas conuerteret, exhortatus est:
Materni pro carminibus suis læta, vtq; poëtas defendi dece-
t, audientior, poëtarum quàm oratorum similior oratio. Me
rò, inquit, & sermo ipse infinitâ voluptate affecisset, atque id
sum delectat, quòd vos viri optimi & temporum nostrorum
atores, non forensibus tantùm negotiis, & declamatorio stu-
o ingenia vestra exercetis, sed eiusmodi etiam disputationes
iungitis, quæ & ingenium alunt & eruditionem: & litte-
rum iucundissimum oblectamentum, cùm vobis qui illa dis-
tatis, afferunt, tum etiam his, ad quorum aures peruene-
it. Itaque hercule non minus probari video in te Secunde,
od Iulij Asiatici vitam componendo, spem hominibus feci-
plurimum eiusmodi librorum, quàm in Apro quòd nondum
scholasticis controuersiis recessit; & otium suum mauult no-
rum rhetorum more, quàm veterum oratorum consumere.
um Aper, Non desinis Messalla vetera tantùm & anti-
a mirari, nostrorum autem temporum studia irridere atque
ntemnere. Nam hunc tuum sermonem sæpe excepi, cùm ob-
us & tuæ & fratris tui eloquentiæ, neminem hoc tempore o-
torem esse contenderes. Antiquis eò credo audacius, quòd
aligni in ijs opinionem non verebaris, cùm eam gloriam quam
bi alij concedunt, ipse tibi denegares. Neque illius, inquit,
rmonis mei pœnitētiam ago, neque aut Secundum, aut Ma-
rnum, aut teipsum Aper, (quamquam interdum in contra-
um disputes) aliter sentire credo. Ac velim impetratum ab
iquo vestrûm, vt caussas huius infinitæ differentiæ scrutetur
reddat, quas mecum ipse plerumq; cōquiro. & quod quibus-

dam ſolatio eſt, mihi auget quæſtionem, quia video etiam Græ
accidiſſe, vt longiùs abſit Æſchine & Demoſthene Sacerdo
ſte Nicetes, & ſi quis alius Epheſum vel Mitylenas conten
ſcholaſticorum clamoribus quatit, quàm Afer aut Africa
aut vos ipſi à Cicerone aut Aſinio receſſiſtis. Magnam, inq
Secundus, & dignam tractatu quæſtionē mouiſti: ſed quis e
iuſtiùs explicauerit quàm tu, ad cuius ſummam eruditiona
& præſtantiſſimum ingenium cura quoque & meditatio ac
ſit? Et Meſſalla, Aperiam, inquit, cogitationes meas, ſi illu
vobis antè impetrauero, vt vos quoque ſermonē hunc noſtr
adiuuetis. Pro duobus, inquit Maternus, promitto. nam
ego & Secundus exſequemur partes, quas intellexerimus t
tam omiſiſſe quàm nobis reliquiſſe. Aprum enim ſolere diſſ
tire, & tu paullo antè dixiſti, & ipſe ſatis manifeſtus eſt iam
dum in contrarium accingi, nec æquo animo perferre hanc
ſtram pro antiquorum laude concordiam. Non enim inquit
per, inauditum & indefenſum ſæculum noſtrū patiar hâc
ſtrâ conſpiratione damnari. Sed hoc primum interrogabo, q
vocetis antiquos, quam oratorum ætatem ſignificatione iſta
terminetis? Ego enim cùm audio antiquos, quoſdam vet
& olim natos intelligo, ac mihi verſantur ante oculos Vlyſſe
Neſtor, quorum ætas mille fere & C C. annis ſæculum noſtr
antecedit: vos autem Demoſthenem & Hyperidem profer
quos ſatis conſtat Philippi & Alexandri temporibus floru
ita tamen vt vtrique ſuperſtites eſſent. Ex quo apparet, nō n
tò plures quam C C C. annos intereſſe inter noſtram & De
ſthenis ætatem. quod ſpatium temporis, ſi ad infirmitatem
porum noſtrorum referas, fortaſſe longum videatur: ſi ad n
ram ſæculorum & reſpectum huius immenſi æui, perquam
ue, & in proximo eſt. Nam ſi, ſicut Cicero in Hortenſio ſcri
is eſt magnus & verus annus, quo eadem poſitio cæli ſiderum
quæ cum maximè eſt, rurſum exſiſtet, iſque annus horum
vocamus annorum XII. ∞ DCCCLIV. complectitur: i
pit Demoſthenes veſter quem vos veterem & antiquum fi
tis, non ſolum anno quo nos, ſed ferè eodem menſe exſtitiſſe.
tranſeo ad Latinos oratores, in quibus non Menenium vt

Agrippā, qui potest videri antiqu⁹, nostrorū tēporum disertis anteponere soletis: sed Ciceronē & Cæsarem, & Cælium, & Caluum, & Brutum, & Asinium, & Messallam. quos quidem cur antiquis temporibus potius adscribatis quàm nostris, non video. nam vt de Cicerone ipso loquar, Hirtio nempe & Pansâ consulibus, vt Tiro libertus eius scripsit, VII. Idus Decemb. occisus est, quo anno diuus Augustus in locum Pansæ & Hirtij se & Q. Pedium COSS. suffecit. statue VI. & L. annos, quibus mox diuus Augustus Remp. rexit: adijce Tiberij tres & viginti, & propè quadriennium Caij, ac bis quaternosdenos Claudij & Neronis annos, atque ipsum Galbæ & Othonis, & Vitellij vnum annum, ac sextam iam felicis hui⁹ principatus stationem, quâ Vespasianus Remp. fouet, C. & XX. anni ab interitu Ciceronis in hunc diē colliguntur: vnius hominis ætas. Nam ipse ego in Britanniâ vidi senem, qui se fateretur & pugnæ interfuisse, quâ Cæsarem inferentem arma Britanniæ, arcere litoribus, & pellere aggressi sunt. Ita si eum qui armatus C. Cæsari restitit, vel captiuitas, vel voluntas, vel fatum aliquod in vrbē pertraxisset, idem Cæsarem ipsum & Ciceronem audire potuit, & nostris quoque actionibus interesse. Proximo quidem congiario ipsi vidistis plerosque senes, qui se à diuo quoque Augusto semel atq; iterum accepisse congiarium narrabant. ex quo colligi potest, & Coruinum ab illis & Asinium audiri potuisse. Nam Coruinus in medium vsque Augusti principatum, Asinius penè ad extremum durauit. Nec diuidatis sæculum, & antiquos ac veteres vocetis oratores, quos eorumdem hominum aures agnoscere ac velut coniungere & copulare potuerūt. Hæc ideo prædixi, vt si qua ex horum oratorum famâ gloriáq; laus temporibus adquiritur; eandē docerem in medio sitam, & propiorem nobis quam Ser. Galbæ, C. Carboni, quósque alios antiquos meritò vocaremus. Sunt enim horridi, & impoliti, & rudes, & informes: & quos vtinam imitatus non esset Caluus vester aut Cœlius, aut ipse Cicero? Agere enim fortiùs iam & audentiùs volo, si illud antè prædixero, mutari cum temporibus formas & genera dicendi. Sicut Catoni seni comparatus C. Gracchus, plenior & vberior: sic Graccho politior & ornatior,

Crassus: sic vtroque distinctior & vrbanior & altior, Cice
Cicerone mitior Coruinus & dulcior, & in verbis magis e
boratus. Nec quæro quis disertissimus. hoc interim probasse
tentus sum, non esse vnum eloquentiæ vultum, sed in illis q
que quos vocatis antiquos, plures species deprehendi: nec sta
deterius esse quod diuersum est: vitio autem malignitatis
manæ vetera semper in laude, præsentia in fastidio esse. N
dubitamus inuentos, qui pro Catone Appium Cæcum m
mirarentur? Satis constat nec Ciceroni quidem obtrectat
defuisse, quibus inflatus & tumens, nec satis pressus, supra
dum exsultans & superfluens, & parum antiquus videre
Legisti vtique & Calui, & Bruti, ad Ciceronem missas
stolas. ex quibus facile est deprehendere, Caluum quidem
ceroni visum exsanguem, & attritum, Brutum autem otio
atque disiunctum. Rursumq; Ciceronem à Caluo quidem
lè audiuisse, tanquam solutum & eneruem: à Bruto aute
vt ipsius verbis vtar, tanquam fractum atque elumbem.
me interroges, omnes mihi videntur verum dixisse. sed mo
singulos veniam, nec mihi cum vniuersis negotium est. N
quatenus antiquorum admiratores hunc velut terminum
tiquitatis constituere solent, quem vsque ad Cassium Seuer
faciunt, quem primum affirmant flexisse ab illâ vetere, a
dicendi viâ directâ: non infirmitate ingenij, nec inscitiâ
terarum trãstulisse se ad id dicendi genus contendo, sed iud
& intellectu. Vidit namque, vt paullo ante dicebam,
conditione temporum ac diuersitate aurium formam quo
ac speciem orationis esse mutandam. Facilè perferebat prior
populus, vt imperitus & rudis, imperitissimarum oration
spatia: atque id ipsum laudi dabatur, si dicendo quis diem
meret. Ita verò longa principiorum præparatio, & narrat
altè repetita series, & multarum diuisionum ostentatio, &
le argumentorum gradus, & quidquid aliud aridissimis H
magoræ & Apollodori libris præcipitur, in honore erat:
quis odoratus philosophiam, atque ex eâ locum aliquem or
oni suæ insereret, in cælum laudibus ferebatur. Nec mirum
rant enim hæc noua & incognita: & ipsorum quoque orator

pau

paucissimi, præcepta rhetorum aut philosophorum placita co-
gnouerant. At hercule peruulgatis iam omnibus, cùm vix in
cortinâ quisquam assistat, qui elementis studiorum & si non
instructus, at certè imbutus sit, nouis & exquisitis eloquentiæ
itineribus opus est, per quæ orator fastidium aurium effugiat,
utique apud eos iudices qui vi aut potestate non iure & legibus
cognoscunt, & nec accipiunt tempora sed constituunt, nec ex-
pectandum habent oratorem dum illi libeat de ipso negotio di-
cere, sed sæpe vltrò admonent, atque aliò transgredientem re-
uocant & festinare se testantur. Quis nunc ferat oratorem
de infirmitate valetudinis suæ præfantem? qualia sunt ferè
principia Coruini. Quis quinque in Verrem libros exspe-
ctauerit? Quis de exceptione & formulâ perpetietur illa im-
mensa volumina, quæ pro M. Tullio aut A. Cæcinâ legimus?
Præcurrit hoc tempore iudex dicentem, & nisi aut cursu ar-
gumentorum, aut colore sententiarum, aut nitore & cultu de-
scriptionum inuitatus & corruptus est, auersatur dicentem.
Vulgus quoque assistentium & affluens & vagus auditor, as-
sueuit iam exigere lætitiam & pulchritudinem orationis; nec
magis perfert in iudiciis tristem & impexam antiquitatem,
quam si quis in scenâ Roscij, aut Turpionis Ambiuij expri-
mere gestus velit. Iam verò iuuenes & in ipsâ studiorum incude
positi, qui profectus sui caussâ oratores sectantur, non solùm au-
dire sed etiam referre domum aliquid illustre & dignum me-
moriâ volunt. Traduntq; inuicem ac sæpe in colonias ac pro-
uincias suas scribunt, siue in suis aliquis argutâ & breui senten-
tiâ effulsit, siue locus exquisito & poëtico cultu enituit. Exigitur
enim iam ab oratore etiam poëticus decor, non Attij aut Pa-
cuuij veterno inquinatus, sed ex Horatij, & Virgilij, & Luca-
ni sacrario prolatus. Horum igitur auribus & iudicijs obtem-
perans nostrorum oratorum ætas pulcrior & ornatior exstitit.
Neque ideo minus efficaces sunt orationes nostræ, quia ad aures
iudicantium cum voluptate perueniunt. Quid enim si infirmi-
ora horum temporum templa credas, quia non rudi cæmento,
& informibus tegulis exstruuntur, sed marmore nitent & auro
radiantur? Equidem fatebor vobis simpliciter me in quibusdã

antiquorum vix risum, in quibusdam autem vix somnum
nere, nec vnum de populo. Canuti aut Aride Furnio & To
nio, quiq; alios in eodem valetudinario hæc ossa & hanc ma
em probant. Ipse mihi Caluus cùm vnum & viginti, vt pu
libros reliquerit, vix in vnâ aut alterâ oratiũculâ satisfacit.
dissentire ceteros ab hoc meo iudicio video. quotus enim qu
Calui in Asitium aut in Drusum legit? at hercule in homin
studiosorum manibus versantur accusationes, quæ in Vatini
conscribuntur, ac præcipuè secunda ex his oratio. est enim v
bis ornata, & sententiis, auribus iudicum accomodata: vt s
ipsum quoque Caluum intellexisse quid melius esset nec vol
tatem quin sublimius & cultius diceret; sed ingenium ac v
defuisse. Quid ex Cœlianis orationibus? nempe hæ placent
in vniuersa parte factum in quibus nitorem & altitudinem
rum temporum agnoscimus. Sordes autem verborum, & h
compositio & inconditi sensus redolent antiquitatẽ. nec que
quam adeò antiquarium puto, vt Cœlium ex eâ parte lau
quâ antiquus est. Concedamus sanè C. Cæsari, vt propter m
gnitudinem cogitationum & occupationes rerum, minus
quẽtiâ effecerit, quàm diuinum eius ingenium postulabat:
hercule quam Brutum philosophiæ suæ relinquamus. Nam
orationibus minorem esse famâ suâ, etiam admiratores eius
tentur. nisi fortè quisquam aut Cæsaris pro Decio Samnite,
Bruti pro Deiotaro Rege, ceterosq; eiusdem lentitudinis ac
poris libros legit, nisi qui & carmina eorundem miratur. fe
runt enim & carmina, & in Bibliothecas retulerunt, non m
lius quàm Cicero, at felicius, quia illos fecisse pauciores sciu
Asinius quoque, quamquam propioribus temporibus natus
videtur mihi inter Menenios & Appios studuisse. Pacu
um certè, & Attium, non solùm tragœdiis, sed etiam oratio
bus suis expressit. adeò durus & siccus est. Oratio autem, si
corpus hominis, ea demum pulchra est, in qua non eminent v
næ, nec ossa numerantur. sed temperatus ac bonus sanguis i
plet membra & exsurgit toris, ipsos quoq; neruos rubore te
& decore commendat. Nolo Coruinum insequi, quia non pe
psum steiit quo minus lætitiam nitoremq; nostrorũ tempor

exp

exprimeret. viderimus inquam iudicio eius vis aut animi aut
2 *ingenij suffecerit. Ad Ciceronem venio, cui eadem pugna cum æqualibus suis fuit, quæ mihi vobiscum est. Illi enim antiquos mirabãtur, ipse suorum temporum eloquentiam anteponebat. nec vllâ re magis eiusdem ætatis oratores præcurrit, quàm iudicio. Primus enim excoluit orationem, primus & verbis dilectum adhibuit, & compositioni artem: locosq; lætiores attentauit, & quasdam sententias inuênit: vtique in his orationibus quas senior iam & iuxta finem vitæ composuit, id est, postquam magis profecerat, vsuque & experimentis didicerat, quod optimum dicendi genus est. Nam priores eius orationes, non carent vitiis antiquitatis. lentus est in principiis, longus in narrationibus, otiosus circa excessus: tardè commouetur, rarò incalescit: pauci sensus opt. & cum quodam lumine terminantur. nihil excerpere, nihil referre possis: & velut in rudi ædificio, firmus sanè paries & duraturus, sed non satis expolitus & splendens. Ego autem oratorem, sicut locupletem ac laudatum patrem familiæ, non eo tantum volo tecto tegi, quod imbrem ac ventum arceat, sed etiam quod visum & oculos delectet: non â solum instrui suppellectile quæ necessariis vsibus sufficiat, sed t in apparatu eius, & aurum, & gemmæ, vt sumere in manus, & aspicere sæpius liceat: quædã verò procul arceantur, vt iam bliterata & olentia: nullum sit verbum velut rubigine infectum, nulli sensus tardâ & inerti structurâ, in morem An alium, componantur: fugiat fœdam & insulsam scurrilitaem, variet compositionem, nec omnes clausulas vno & eodem odo terminet. Nolo irridere* rotam fortunæ, & ius Verinum, *& illud tertio quoque sensu in omnibus pro sententiâ ositum,* esse videatur. *Nam & hoc inuitus rettuli, & plura nisi, quæ tamen sola mirantur atque exprimunt hi qui se anquos oratores vocabant. neminè nominabo, genus hominũ siasse cõtentus: sed vobis vtiq; versantur ante oculos, q Luciliũ o Horatio, & Lucretium pro Virgilio legunt: quibus eloentia tui Aufidij Bassi, aut Seuilij Noniani, ex comparaie Sisennæ aut Varronis sordet: qui rhetorum nostrorum cõentarios fastidiunt, oderunt, Calui mirantur: quos more pri-*

ſco apud iudicem fabulantes, non auditores ſequuntur, non po-
pulus audit, vix denique litigator perpetitur. adeò mæſti & in-
culti, illam ipſam quam iactant ſanitatem, infirmitate & ie-
iunio conſequuntur. Porrò ne in corpore quidem valetudinem
medici probant, quæ animi anxietate contingat. parum eſt æ-
grum non eſſe, fortem & lætum & alacrem volo. propè abeſt ab
infirmitate in quo ſola ſanitas laudatur. Vos verò diſertiſſimi
vt poteſtis, vt facitis, illuſtrate ſæculum noſtrum pulcherrim
genere dicendi. Nam & te Meſſalla, video lætiſſima quequ
antiquorum imitantem. Et vos Materne ac Secunde, ita gra
uitati ſummum nitorem & cultum verborum miſcetis; ea ele
ctio inuentionis, is ordo rerum, & quotiens cauſſa poſcit, vber
tas; ea quotiens permittitur, breuitas; is compoſitionis deco
tas; ſententiarum planitas; ſic exprimitis affectus, ſic libertatem
tēperatis: vt etiam ſi noſtra iudicia malignitas & inuidia ta
dauerit, verum de vobis dicturi ſint poſteri noſtri. Quæ cu
Aper dixiſſet, Agnoſcitis ne, inquit Maternus, vim & a
dorem Apri noſtri? quo torrente, quo impetu ſæculum noſtru
defendit? quàm copiosè ac variè vexauit antiquos? quanto n
ſolùm ingenio ac ſpiritu, ſed etiam eruditione & arte, ab ip
mutuatus eſt, per quæ mox ipſos inceſſeret? Tuum tam
Meſſalla promiſſum immutaſſe non debes. neque enim def
ſores antiquorum exigimus, nec quemquam noſtrorum, qua
quam modò laudati ſumus, his quos inſectatus eſt Aper, co
paramus. ac ne ipſe quidem ita ſentit, ſed more veteri & a
veſtris philoſophis ſæpe celebrato, ſumſit ſibi contradicendi p
tes. Exprime nobis non laudationem antiquorum, ſ
enim illos fama ſua laudat, ſed cauſſas cur in tantum
eloquentiâ eorum receſſerimus; cùm præſertim centum &
annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effici ratio tempor
collegerit. Tum Meſſalla: Sequar à te præſcriptam form
Materne. neque enim diu contradicendum eſt Apro,
primùm, vt opinor, nominis controuerſiam mouit, tamqu
parum propriè antiqui vocarentur, quos ſatis conſtat ante
rum annos fuiſſe. Mihi autem de vocabulo pugna non
ſiue illos antiquos, ſiue maiores, ſiue quo alio mauult nomine

pe

pellet: dummodo in confesso sit, eminentiorem illorum temporum eloquentiam fuisse. Ne illi quidem parti sermonis eius repugno, si comminus fatetur plures formas dicendi etiam iisdem sæculis, nedum diuersis extitisse. Sed quomodo inter Atticos oratores primæ Demostheni tribuuntur, proximum autem locum Æschines & Hyperides & Lysias & Lycurgus obtinent; omnium autem consensu hæc oratorum ætas maximè probatur: sic apud nos Cicero quidem cæteros eorumdem temporum disertos antecessit: Caluus autem & Asinius & Cæsar & Cœlius & Brutus sic iure & prioribus & sequentibus anteponuntur. nec refert quòd inter se specie differant, cùm genere consentiant. At strictior Caluus, numerosior Asinius, splendidior Cæsar; amarior Cœlius, grauior Brutus, vehementior & plenior & valentior Cicero; omnes tamen eamdem sanitatem eloquentiæ ferunt: vt si omnium pariter libros in manum sumseris, quamuis in diuersis ingeniis, esse quandam iudicij ac voluminis similitudinem & cognationem. Nam quòd inuicem se obtrectauerunt, & supersunt aliqua epistolis eorum inserta, ex quibus mutua malignitas detegitur, non est oratorum vitium, sed hominum. Nam & Caluum & Asinium & ipsum Ciceronem credo solitos & inuidere, & liuere, & ceteris humanæ infirmitatis vitiis affici. solum inter hos arbitror Brutum, non malignitate nec inuidiâ, sed simpliciter & ingenuè iudiciũ animi sui detexisse. an inuideret Ciceroni, qui mihi videtur ne Cæsari quidem inuidisse? Quod ad Ser. Galbam & C. Lælium attinet, & si quos alios antiquorum agitare non desistit, non exigit defensorem, cùm fateatur quædam eloquentiæ eorum, vt nascenti adhuc nec satis adultæ defuisse. Ceterùm si omisso optimo illo, & perfectissimo genere eloquentiæ, eligenda sit forma dicendi; malim hercule C. Gracchi impetum, aut L. Crassi maturitatem, quàm calamistros Mæcenatis, aut tinnitus Gallionis. adeò melius oratorẽ, vel hirtâ togâ induere, quàm fucatis & meretricis vestib⁹ insignire. Neq; enim oratorius iste, immo hercule ne virilis quidẽ cult⁹ est, quo pleriq; tẽporũ nostrorũ actores ita vtũtur, vt lasciuiâ verborũ & leuitate sententiarũ, & licẽtiâ cõpo-

ſitionis, hiſtrionales modos exprimant. quodq́; vix auditu fas
eſſe debeat, laudis & gloriæ & ingenij loco plerique iactant, can-
tari ſaltarique commentarios ſuos. Vnde oritur illa fœda &
præpoſtera, ſed tamen frequens quibuſdam exclamatio, vt ora-
tores noſtri tenerè dicere, hiſtriones diſertè ſaltare dicantur. E-
quidem non negauerim Caſſium Seuerum, quem ſolum Aper
noſter nominare auſus eſt, ſi his comparetur qui poſtea fuerũt,
poſſe oratorem vocari, quamquam in magnâ parte librorum
ſuorum plus vis habeat quàm ſanguinis. Primus enim con-
temto ordine rerum, omiſſâ modeſtiâ, ac pudore verborum
ipſis etiam quibus vtitur armis incompoſitus, & ſtudio ferien
di plerumque deiectus non pugnat, ſed rixatur. Ceterùm, v
dixi, ſequentibus comparatus, & varietate eruditionis, & le
pôre vrbanitatis, & ipſarum virium robore, multum cetero
ſuperat. quorum neminem Aper nominare, & velut in aci
em educere ſuſtinuit. Ego autem exſpectabam, vt incuſato A
ſinio, & Cœlio, & Caluo, aliud nouum agmen produceret, plu
riſque vel certè totidem nominaret, ex quibus alium Ciceron
alium Cæſari, ſingulis demum ſingulos opponeremus. Nunc de
tractaſſe nominatim antiquos oratores contentus, neminem ſ
quentium laudare auſus eſt, niſi in publicum & in commun
veritus credo ne multos offenderet, ſi paucos excerpſiſſet. qu
tus enim quiſque ſcholaſticorum non hac ſuâ perſuaſione fr
tur, vt ſe ante Ciceronẽ numeret, ſed planè poſt Gabinianũ?
ego non verebor nominare ſingulos, quo faciliùs propoſitis e
emplis appareat quibus gradibus fracta ſit & deminuta eloq
tia. Appropera, inquit Maternus, & potius exſolue prom
ſum. neque enim hoc colligi deſideramus, diſertiores eſſe
tiquos; quod apud me equidem in confeſſo eſt, ſed cauſſas
quirimus, quas te ſolitum tractare, paullo antè, planè mi
eloquentiâ & temporum noſtrorum, miratus antequam te
per offenderet maiores tuos laceſſendo. Non ſum, inquit, off
ſus Aprinâ diſputatione, nec vos offendi decebit, ſi quid ſ
aures veſtras perſtringet, cùm ſciatis hanc eſſe eiuſmodi ſer
num legem, iudicium animi citra damnum affectus proſ
Perge, inquit Maternus, de antiquis loquaris. vtere a

quâ libertate, à quâ vel magis degenerauerimus, quàm ab elo-
8 quentiâ. Et Messalla, Non reconditas Materne caussas re-
quiris, nec aut tibi ipsi, aut huic Secundo, vel huic Apro igno-
tas, & iam mihi partes assignatis proferendi in medium, quæ o-
mnes sentimus. Quis enim ignorat & eloquentiam & ceteras
artes desciuisse ab istâ vetere gloriâ, non inopiâ hominum sed
desidiâ iuuentutis, & negligentia parentum, & inscientiâ præ-
cipientium, & obliuione moris antiqui? quæ mala primùm in
vrbe nata, mox per Italiam fusa iam in prouincias manant:
quãquam nostra nobis notiora sunt. Ego de vrbe & his propriis
ac vernaculis vitiis loquar, quæ natos statim excipiunt, & per
singulos ætatis gradus cumulantur, si prius de seueritate ac di-
sciplinâ maiorum circa educandos formandosq; liberos pauca
prædixero. Iam primum suus cuique filius ex castâ parente
natus, non in cellâ emtæ nutricis, sed gremio ac sinu matris e-
ducabatur, cuius præcipua laus erat, tueri domum, & inser-
uire liberis. Eligebatur autem aliqua maior natu propinqua,
cuius probatis spectatisq; moribus, omnis cuiuspiam familiæ
suboles committeretur, coram quâ neque dicere fas erat quod
turpe dictu, neque facere quod inhonestum factu videretur. Ac
non studia modo curasq;, sed remissiones etiam lusúsq; puero-
rum, sanctitate quadam ac verecundiâ temperabat. Sic Corne-
liam Gracchorum, sic Aureliam Cæsaris, sic Attiam Augu-
sti matrem præfuisse educationibus, ac produxisse principes li-
beros accepim⁹. quæ disciplina ac seueritas eò pertinebat, vt sin-
cera & integra & nullis prauitatibus detorta vniuscuiusq; na-
tura, toto statim pectore arriperet artes honestas: & siue ad rem
militarem, siue ad iuris scientiam siue ad eloquentiæ studiũ in-
9 clinasset, id solum ageret, id vniuersum hauriret. At nunc na-
tus infans delegatur Græculæ alicui ancillæ, cui adiungitur v-
nus aut alter ex omnibus seruis plerumque vilissimus, nec cui-
quam serio ministerio accommodatus. horum fabulis & erro-
ribus, teneri statim & rudes animi imbuuntur. Nec quisquam
in totâ domo pensi habet, quid coram infante domino, aut dicat,
aut faciat: quando etiam ipsi parentes nec probitati neque mo-
destiæ paruulos assuefaciũt, sed lasciuiæ & libertati. p quæ paul-

latim impudentia irrepit, & sui alienique contemtus. Iam verò propria & peculiaria huius vrbis vitia penè in vtero matris concipi mihi videntur, histrionalis fauor, & gladiatorum equorúmque studia quibus occupatus & obsessus animus quantulum loci bonis artibus relinquit? quotum quemque inueneris qui domi quidquam aliud loquatur? quos alios adolescentulorum sermones excipimus, si quando auditoria intrauimus? Nec præceptores quidem vllas crebriores cum auditoribus suis fabulas habent? colligunt enim discipulos non seueritate disciplinæ, nec ingenij experimento, sed ambitione salutantium, & illecebris adulationis. Transeo prima discentium elementa, in quibus & ipsis parum elaboratur. nec in auctoribus cognoscendis, nec in euoluenda antiquitate, nec in notitiam vel rerum vel hominum, vel temporum satis operæ insumitur. sed expetuntur quos Rhetoras vocant: quorum professio quando primum in hanc vrbem introducta sit, quamq; nullam apud maiores nostros auctoritatem habuit, statim de curiis. Referam necesse est animum ad eam disciplinam, quâ vsos esse eos oratores accepimus, quorum infinitus labor & cotidiana meditatio, & in omni genere studiorum exercitationes, ipsorum etiam continentur libris. Notus est vobis vtique Ciceronis liber qui Brutus inscribitur, in cuius extremâ parte, (nam prior commemorationem veterum oratorum habet,) sua initia, suos gradus, suæ eloquentiæ velut quandam educationem refert. se apud Q. Mucium ius ciuile didicisse, apud Philonem Academicum, apud Diodotum Stoicum omnis philosophiæ partes penitus hausisse: neque his doctoribus contentum, quorum ei copia in vrbe contigerat, Achaiam quoque & Asiam peragrasse, vt omnem omnium artium varietatem complecteretur. Itaq; hercule in libris Ciceronis deprehendere licet, non geometriæ, non musicæ, non grammaticæ, non denique vllius ingenuæ artis scientiam ei defuisse. Ille dialecticæ subtilitatem, ille moralis partis vtilitatem, ille rerum motus caussasq; cognouit. ita enim est, optimi viri, ita ex multâ eruditione, ex pluribus artibus, & omnium rerum scientiâ, exundat & exuberat illa admirabilis eloquentia. neque oratoris vis & facultas, sicut ceterarum rerum, angu-

angustis & breuibus terminis cluditur: sed is est orator, qui de omni quæstione pulchrè & ornatè & ad persuadendum aptè dicere, pro dignitate rerum, ad vtilitatem temporum, cum voluptate audientium possit. Hæc sibi illi veteres persuadebant. ad hæc efficienda intelligebant opus esse, non vt rhetorum scholis declamarent, nec vt fictis nec vllo modo ad veritatem accedentibus controuersiis linguam modo & vocem exercerent, sed vt his artibus pectus implerent, in quibus de bonis ac malis, de honesto ac turpi, de iusto & iniusto disputatur. Hæc enim est oratori subiecta ad dicendum materia. Nam in iudiciis ferè de æquitate, in deliberationibus de honestate dicimus, ita vt plerumque hæc ipsa inuicem misceantur. de quibus copiosè & variè & ornatè nemo dicere potest, nisi qui cognouit naturam humanam, & vim virtutum, prauitatémque vitiorum, & intellectum eorum quæ nec in virtutibus neque in vitiis numerantur. Ex his fontibus etiam illa profluunt, vt facilius iram iudicis vel instiget vel leniat, qui scit quid ira: promptiùs ad miserationem impellat, qui scit quid sit misericordia & quibus animi motibus concitetur. In his artibus exercitationibúsque versatus orator, siue apud infestos siue apud cupidos, siue apud inuidentes, siue apud tristes, siue apud timentes dicendum habuerit, tenebit habenas animorum: & prout cuiusque natura postulabit, adhibebit manum & temperabit orationem, parato omni instrumento, & ad omnem vsum reposito. Sunt apud quos astrictum, & collectum, & singula statim argumenta concludens dicendi genus, plus fidei meretur. apud hos dedisse operam dialecticæ proficiet. Alios fusa, & æqualis, & ex communibus ducta sensibus oratio, magis delectat. ad hos permouendus mutuabimur aliquid à Peripateticis hi aptos & in omnem disputationem paratos iam locos dabunt: Academici pugnacitatem, Plato altitudinem, Xenophon iucunditatem. ne Epicuri quidem & Metrodori honestas quasdam exclamationes assumere, hisq́; prout res poscit, vti, alienum erit oratori. neque enim sapientem informamus, neq; Stoicorũ ciuitatem; sed eum qui non quasdam artes audire, sed omnes liberaliter debet. Idcóque & iuris ciuilis scientiam veteres oratores

comprehendebant, & grammaticâ, musicâ, & geometricâ imbuebantur. Incidunt enim caussæ plurimæ quidem ac pænè omnes, quibus iuris notitia desideratur: pleræq; autem in quibus hæ quoque scientiæ requiruntur. Nec quisquam respondeat: suffi-
cit vt ad tempus simplex quiddã & vniforme doceamur.
Primum enim aliter vtimur propriis, aliter commodatis: longéque interesse manifestũ est, possideat quis quæ profert, an mutuetur. Deinde ipsa multarum artium scientia etiam aliud agentes nos ornat, atque vbi minimè credas, eminet & excellit. Idq; non doctus modò & prudens auditor, sed etiam populus intelligit: ac statim ita laude prosequitur, vt legitimè studuisse, v per omnes eloquentiæ numeros isse, vt deniq; oratorem etiam fateatur. quem non posse aliter exsistere, nec exstitisse vmquam confirmo, nisi eum qui tamquam in aciem omnibus armis instructus, sic in forum omnibus artib. armatus exierit. quòd adeo negligitur ab horum temporum disertis, vt in actionibus eorum fix quoque cottidiani sermonis, fœda ac pudenda vitia deprehendantur, vt ignorent leges, non teneant S. C. ius ciuitatis vltrò derideant: sapientiæ verò studium & præcepta prudentium penitus reformident: in paucissimos sensus & angustas sententias detrudant eloquentiam, velut expulsam regno suo vt quæ olim omnium artium domina pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circumcisa & amputata, sine apparatu, sine honore, pænè dixerim sine ingenuitate, quasi vna ex sordidissimis artificiis discatur. Ergo hanc primam & præcipuam caussam arbitror, cur tantum ab eloquentiâ antiquorum oratorum recesserimus. Si testes desiderantur, quos potior nominabo quàm apud Græcos Demosthenem? quem studiosissimum Platonis auditorem fuisse memoriæ proditum est. Et Cicero his vt opinior verbis, quidquid in eloquentiâ effecerit id se non rhetorum, sed Academiæ spatiis consecutum
Sunt aliæ caussæ magnæ & graues, quas à vobis aperiri æquum est, quoniam quidem ego iam meum munus expleui, & quæ mihi in consuetudine est, satis multos offendi: qui si fortè hæc audirent, certum habeo dicturos, me, dum iuris & philosophiæ scientiam tamquam oratori necessariam laudo, ineptiis meis plau

pusisse. Et Maternus, Mihi quidem, inquit, susceptum à te
unus adeò peregisse nondum videris, vt inchoasse tantum, &
elut vestigia ac lineamenta quædam ostendisse videaris. Nam
ubus instrui veteres oratores soliti sint, dixisti, differentiamq;
stræ desidiæ & inscientiæ aduersus acerrima & fecundissima
rum studia demonstrasti: cetera exspecto, vt quemadmodum
: te didici quid aut illi scirent, aut nos nesciamus, ita hoc quo-
ue cognoscam, quibus exercitationibus iuuenes iam & forum
gressi confirmare & alere ingenia sua soliti sint. neque enim
te & scientiâ, sed longè magis facultate eloquentiam conti-
eri, nec tu puto abnues, & hi significare vultu videntur. De-
de cùm Aper & Secundus idem abnuissent, Messala quasi
rsus incipiens: Quoniam initia & semina veteris eloquentiæ
tis demonstrasse videor, docendo quibus artibus antiqui ora-
res institui erudiriq; soliti sint, persequar nunc exercitatio-
em eorum: quamquam ipsis artibus inest exercitatio, nec quis-
uam percipere tot reconditas aut tam varias res potest, nisi vt
ientiæ meditatio, meditationi facultas, facultati vis eloquen-
æ accedat. per quæ colligitur eamdem esse rationem, & perci-
endi quæ proferas, & proferendi quæ perceperis. sed si cui ob-
uriora hæc videntur, isq; scientiam ab exercitatione separat,
l certè concedet, instructum & plenum his artibus animum,
ngè paratiorem ad eas exercitationes venturum, quæ propriæ
4 irca oratoriam videntur. Ergo apud maiores nostros iuuenis
lle, qui foro & eloquentiæ parabatur, imbutus iam domesticâ
disciplinâ, refertus honestis studiis; deducebatur à patre, vel à
propinquis, ad eum oratorem qui principem locum in ciuitate
enebat. hunc sectari, hunc prosequi, huius omnibus dictionibus
nteresse, siue in iudiciis siue in concionibus assuescebat, ita vt
ltercationes quoque excipere, & iurgiis interesse, vtq; sic dixe-
rim, pugnare in prœlio disceret. magnus ex hoc vsus, multum
constantiæ, plurimum iudicii iuuenibus statim contingebat, in
mediâ luce studentibus atq; inter ipsa discrimina, vbi nemo
impunè stultè aliquid, aut contrariè dicit, quo minus & iudex
respuat, & aduersarius exprobret, ipsi deniq; aduocati asper-
nentur. Igitur verâ statim & incorruptâ eloquentiâ imbuebã-

tur: & quamquam vnum sequerentur, tamen omnes eiusde
ætatis patronos in plurimis & caussis & iudiciis cognosceb
habebántq; ipsius populi diuersissimarum aurium copiam
quâ facilè deprehendebatur quid in quoque vel probare
vel displiceret. Ita nec præceptor deerat optimus quidem &
lectissimus, qui faciem eloquentiæ non imaginem præstaret:
aduersarii & æmuli, ferro non rudibus dimicantes: sed audi
rium semper plenum, semper nouum, ex inuidis & fauentib
vt nec bene dicta dissimularentur. Scitis enim magnam illa
& duraturam eloquentiæ famam, non minus in diuersis s
selliis parari quàm suis: quin immò constantiùs surgere ibi
deliùs corroborari. Atq; hercule sub einsmodi præceptioni
iuuenis ille de quo loquimur, oratorum discipulus, fori audi
sectator iudiciorum, eruditus & assuefactus alienis experim
tis, cui cottidie audienti notæ leges, non noui iudicum vult
frequens in oculis consuetudo concionum, sæpè cognitæ po
aures, siue accusationem susceperat, siue defensionem, solus
tim & vnus cuicumque caussa par erat. Nonodecimo æ
anno L. Crassus C. Carbonem, vno & vicesimo Cæsar Dolab
lam, altero & XX. Asinius Pollio C. Catonem, non multò a
antecedens Caluus Vatinium, iis orationibus insecuti sunt, q
hodieq; cum admiratione legimus. At nunc adolescentuli
stri deducuntur in scenas scholasticorum, qui rhetores vocāt
quos paullo ante Ciceronis tempora exstitisse, nec placuisse m
ioribus nostris ex eo manifestum est, quòd Marco Crasso
Domitio censoribus cludere, vt ait Cicero, ludum impuden
iussi sunt. Sed, vt dicere institueram, deducimur in scholas, q
bus non facilè dixerim vtrùmne locus ipse, an condiscipuli, a
genus studiorum plus mali ingeniis afferant. Nam in loco n
reuerentia, sed in quem nemo nisi imperitus æquè intrat. I
condiscipulis nihil profectus, cùm pueri inter pueros, & ado
scentuli inter adolescentulos pari securitate dicant & audiant
Ipsæ verò exercitationes magnâ ex parte contrariæ. Nempe
nim duo genera materiarum apud rhetores tractantur, sua
riæ, & controuersiæ. Ex iis suasoriæ quidem etsi tamquam pla
leuiores & minus prudentiæ exigentes pueris delegantur; co

trou

trouersiæ robustioribus assignantur, quales per fidem, & quam incredibiliter compositæ? Sequitur autem vt materiæ abhorrenti à veritate declamatio quoque adhibeatur. Sic fit vt tyrannicidarum præmia, aut vitiatarum electiones, aut pestilentiæ remedia, aut incesta matrum, aut quidquid in schola quotidie agitur, in foro vel rarò vel nunquam, ingentibus verbis persequantur: cùm ad veros iudices ventum est rem cogitare, nihil humile, nihil abiectum eloqui poterat. Magna eloquentia sicut flamma materiâ alitur, & motibus excitatur, & vrendo clarescit. Eadem ratio in nostrâ quoque ciuitate antiquorum eloquentiam prouexit. Nam & si horum quoque temporum oratores ea consecuti sunt, quæ compositâ & quietâ & beatâ Rep. tribui fas erat: tamen istâ perturbatione ac licentiâ plura sibi assequi videbantur. cùm mixtis omnibus & moderatore vno carentibus, tantum quisque orator saperet, quantum erranti populo persuaderi poterat. Hinc leges assiduæ, populare nomen, hinc conciones magistratuum pene pernoctantium in rostris, hinc accusationes potentium reorum, & assignatæ etiam domibus inimicitiæ, hinc procerum factiones & assidua senatus aduersus plebem certamina. quæ singula & si distrahebant Rempublicam, exercebant tamen illorum temporum eloquentiam, & magnis cumulare præmiis videbantur. Quia quantò quisque plus dicendo poterat, tantò facilius honores assequebatur, tantò magis in ipsis honoribus collegas suos anteibat; tantò plus apud principes gratiæ, plus auctoritatis apud patres, plus notitiæ ac nominis apud plebem probabat. hi clientelis etiam exterarum nationum redundabant. hos ituri in prouincias magistratus reuerebantur, hos reuersi colebant. hos & præturæ & consulatus vocare vltrò videbantur. hi ne priuati quidem sine potestate erant, cùm & populum & senatum consilio & auctoritate regerent. quinimmo sibi ipsi persuaserant, neminem sine eloquentiâ aut assequi posse in ciuitate, aut tueri conspicuum & eminentem locum. nec mirum, cùm etiam inuiti ad populum producerentur: cùm parum esset in senatu breuiter censere, nisi qui ingenio & eloquentiâ sentētiam suam tueretur: cùm in aliquam inuidiam aut crimē vocati, suâ

voce respondendum haberent; cùm testimonia quoque in iu-
cis non absentes nec per tabellam dare, sed coram & pr-
dicere cogerentur. Ita ad summa eloquentiæ præmia, mag-
iam necessitas accedebat, & commoda. Disertum habe-
chrum & gloriosum, sed contra, mutum & elinguem
deforme habebatur. Ergo non minus rubore quàm præm-
mulabantur. ne clientulorum loco potius quàm patron-
numerarentur: ne traditæ a maioribus necessitudines a
transirent: ne tamquam inertes & non suffecturi honori-
non impetrarent, aut impetratos malè tuerentur. Nesc-
venerint in manus vestras hæc vetera, quæ & antiqu-
bibliothecis adhuc manent & nunc maximè a M-
contrahuntur: ac iam vndecim, vt opinor, Actorum li-
tribus Epistolarum composita, & edita sunt. Ex his i-
potest Gn. Pompeium & Marcum Grassum, non vir-
do & armis, sed ingenio quoque & oratione valuisse: Le-
& Metellos, & Lucullos, & Curiones, & ceteram pro-
manum, multum in his studiis operæ curæq; posuisse: nec
quam illis temporibus magnam potentiam sine eloquent-
secutum. His accedebat splendor rerum, & magnitudo
rũ, quæ & ipsa plurimum eloquentiæ præstant. Nam m-
interest vtrùmne de furto, aut formulà & interdicto d-
habeas, an de ambitu comitiorum, expilatis sociis, & c-
trucidatis. quæ mala sicut non accidere melius est, isq; o-
ciuitatis status habendus est, quo nihil tale patimur: ita
acciderent, ingentem eloquentiæ materiam subminist-
Crescit enim cum amplitudine rerum vis ingenii, nec q-
claram & illustrem orationem efficere potest, nisi qui c-
parem inuenit. Non opinor Demosthenem orationes illu-
quas aduersus tutores suos composuit: nec Ciceronem, m-
oratorem P. Quintius defensus aut Licinius Archias f-
Catilina, & Milo, & Verres, & Antonius, hanc illi-
circumdederunt: non quia tanti fuit R. P. malos ferre ci-
vberem ad dicendum materiam oratores haberent: sed,
inde admoneo, quæstionis meminerimus, sciamusq; nos
loqui, quæ facilius turbidis & inquietis temporib. exsti-

orat vtilius ac melius esse frui pace, quàm bello vexari? Plu-
tamen bonos prœliatores bella quam pax ferunt. Similis elo-
entiæ conditio. Nam quò sæpius steterit tamquam in acie,
uoq; plures & intulerit ictus & exceperit, quò maior aduersa-
s, eo acrior qui pugnas sibi asperas desumserit, tantò altior &
ce sior & illis nobilitatus criminibus, in ore hominum agit,
orum ea natura est vt secura nolint. Transeo ad formam &
suetudinem veterum iudiciorum: quæ & si nunc aptior est
erit eloquentia, tantò illud forum magis exercebat, in quo
mo intra paucissimas horas perorare cogebatur, & liberæ cō-
rendinationes erant, & modum dicendi sibi quisque sume-
it; & numerus neque dierum neque patronorum finiebatur.
rimus tertio consulatu Gn. Pompeius astrinxit imposuitq;
eluti frenos eloquentiæ, ita tamen vt omnia in foro, omnia in
gib. omnia apud prætores gererentur: apud quos quanto ma-
ra negotia olim exerceri solita sunt, quod maius argumitum
t, quàm quòd caussæ centumuirales quæ nunc primum obti-
ent locum, adeò splendore aliorum iudiciorum obruebantur,
t neque Ciceronis, neque Cæsaris, neque Bruti, neque Cœlii,
eque Calui; non denique vllius magni oratoris liber apud cē-
umuiros dictus legatur, exceptis orationibus Asinii, quæ pro
æredibus Vrbiniæ inscribuntur, ab ipso tamen Pollione me-
diis diui Augusti temporibus habitæ, postquam longa tempo-
rum quies, & continuū populi otium, & assidua senatus tran-
quillitas, & maximi principis disciplina, ipsam quoque equē-
tiam sicut omnia alia pacauerat? Paruum & ridiculum for-
tasse videtur quod dicturus sum, dicam tamen vel ideo ut ri-
deatur. Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attulisse pæ-
nulas istas, quibus adstricti & velut inclusi cum iudicibus fa-
bulamur? quantum virium detraxisse orationi auditia &
tabularia credimus, in quibus iā ferè plurimæ caussæ explican-
tur? Nam quomodo nobiles equos cursus & spatia probāt; sic
est aliquis oratorum campus, per quem nisi liberi & soluti fe-
rantur, debilitatur ac frangitur eloquentia. Ipsam quinimo
curam & diligentem styli anxietatem contrariam experiur:
quia sæpe interrogat iudex; quando incipias; & ex interroga-

tione eius incipiendum est. frequenter probationibus & testi-
silentium patronus indicit. vnus inter hæc dicenti ac alter
sit, & res velut in solitudine agitur. Oratori autem clamore p-
suq; opus est, & velut quodam theatro: qualia cottidie anti-
oratoribus contingebant: cum tot pariter ac tam nobiles fo-
coartarent: cum clientelæ quoq;, & tribus, & municipior-
legationes, ac partes Italiæ periclitantib. assisterent: cum in-
risq; iudiciis crederet populus Rom. sua interesse quid iu-
retur. Satis constat C. Cornelium, & M. Scaurum, & T.
lonem, & L. Bestiam, & P. Vatinium, concursu totius ciui-
& accusatos & defensos. vt frigidissimos quoq; oratores ipsa
tantis populi studia, excitare & incendere potuerint. Itaq;
cule eiusmodi libri exstant, vt ipsi quoq; qui egerunt, non
magis orationib. censeantur. Iam verò conciones assiduæ, &
tum ius quoq; potentissimum quemq; vexandi, atque ipsa i-
micitiarum gloria, cum se plurimi disertorum, ne a P. quidem S-
pione, aut Sylla, aut Gn. Pompeio abstinuerint, & ad incessen-
principes viros, vt est natura inuidiæ, populi quoque histrio-
auribus vterentur, quantum ardorem ingeniis, quas oratorib. fa-
admouebant? Non de otiosa & quieta re loquimur, & quæ p-
bitate & modestia gaudeat: sed est magna ista & notabilis e-
quentia, alumna licentiæ, quam stulti libertatem vocabant, com-
seditionum, effrenati populi incitamentum, sine obsequio, s-
seruitute, contumax, temeraria, arrogans, quæ in bene constitu-
ciuitatib. non oritur. Quem n. oratorem Lacedæmonium, quem
Cretensem accepimus? quarum ciuitatum seuerissima discip-
na, & seuerissimæ leges traduntur. Nec Macedonum quide-
ac Persarum, ac vllius gentis, quæ certo imperio contenta fuer-
eloquentiam nouimus. Rhodii quidam, Athenienses plurimi
ratores exstiterunt: apud quos omnia populus, omnia imperiti
omnia, vt sic dixerim, omnes poterant. Nostra quoque ciuit-
donec errauit, donec se partibus, & dissensionibus, & discordi-
confecit, donec nulla fuit in foro pax, nulla in senatu concordi-
nulla iudiciis moderatio, nulla superiorum reuerentia, nul-
lus magistratuum modus: tulit sine dubio valentiorem eloquen-
tiam, sicut indomitus ager habet quasdam herbas lætiores. Se-
ne

...tanti Reipublicæ Gracchorum eloquentia fuit, vt pateretur
...leges: nec bene formam eloquentiæ Cicero talis exitu pensauit.
...quoq; quod superest antiquis oratoribus, forum non emen-
...re, nec vsquam ad votum compositæ ciuitatis argumentum
...quidem, quod nemo nos aduocat, nisi aut nocens aut miser.
...od municipium in ciuitatem nostram venit, nisi quod aut vi-
...us populus, aut domestica discordia agitat? quam prouinciam
...tur, nisi spoliatam vexatamq;? Atqui melius fuisset non
...eri, quàm iudicari. Quòd si inueniretur aliqua ciuitas in
...a nemo peccaret, superuacuus esset inter innocentes orator,
...ter sanos medicus. Quomodo tamen minimum vsus mini-
...umq; profectus ars medentis habet in his gentibus, quæ fir-
...issimâ valetudine ac saluberrimis corporibus vtuntur: sic
...inor oratorum obscuriorq; gloria est inter bonos mores, & in
...sequium regentis paratos. Quid enim opus est longis in sena-
...sententiis, cùm optimi citò consentiant? Quid multis apud
...pulum concionibus, cùm de republicâ non imperiti & multi
...liberent, sed sapientissimus & vnus? Quid voluntariis accu-
...tionibus, cùm tam rarò & tam parcè peccetur? Quid inui-
...osis & excedentibus modum defensionib. cùm clementia co-
...noscentis obuiam periclitantibus eat? Credite optimi, & in
...uantum opus est disertissimi viri, si aut vos prioribus sæculis,
...ut isti quos miramur, his nati essent, ac Deus aliquis vitas ve-
...tras, vestra tempora repentè mutasset: nec vobis summa illa
...aus & gloria in eloquentiâ, neq; illis modus & temperamen-
...um defuisset. Nunc quoniam nemo eodem tempore assequi po-
...est magnam famam & magnam quietem, bonis sæculi sui quisq;
...itra obtrectationem alterius, vtatur. Finierat Maternus.
Tum Messala: Erant quibus contradicerem, erant de quib.
...lura dici vellem, nisi iam dies esset exactus. Fiet, inquit Ma-
...ernus, postea arbitratu tuo, & si qua tibi obscura in hoc meo
...ermone visa sunt, de his rursus conferemus. Ac simul assurgens
...& Aprum complexus, Ego, inquit, te poëtis; Messala, anti-
...quariis, criminabimur. Ac ego vos rhetoribus & scholasticis,
...inquit. Cùm adrisissent, discessimus.

FINIS.

C. CORNELII TACITI AB EXCESSU DIVI AUGUSTI ANNALIUM

LIBER PRIMUS.

VRBEM ROMAM *à principio reges habuêre. Libertatem, & Consulatum L. Brutus instituit. Dictaturæ ad tempus sumebantur: neque Decemuiralis potestas vltra biennium, neque Tribunorum militum Consulare ius diu valuit. Non Cinnæ, non Sullæ longa dominatio. & Pompeii Crassiq; potentia, citò in Cæsarem: Lepidi, atq; Antonii arma, in Augustum cessêre. qui cuncta discordiis ciuilibus fessa, nomine Principis sub imperium accepit. Sed veteris populi Rom. prospera vel aduersa, claris scriptoribus memorata sunt: temporibusq; Augusti dicendis non defuêre decora ingenia, donec gliscente adulatione deterrerentur. Tiberii Caiiq;, & Claudii, ac Neronis res, florentibus ipsis, ob metum falsæ; postquam occiderant, recentibus odiis compositæ sunt. Inde consilium mihi pauca de Augusto, & extrema tradere: mox Tiberii principatum, & cetera. sine irâ, & studio; quorum caussas procul habeo. Postquam Bruto, & Cassio cæsis, nulla iam publica arma; Pompeius apud Siciliam oppressus, exutoq; Lepido, interfecto Antonio, ne Iulianis quidem partibus, nisi Cæsar dux reliquus: posito Triumuiri nomine, Consulem se ferens, & ad tuendam plebem Tribunicio iure contentum; vbi militem donis, populum annonâ, cunctos dulcedine otii pellexit; insurgere paulatim, munia Senatus, magistratuum, legum in se trahere, nullo aduersante: cùm ferocissimi per acies, aut proscriptione*

cecidiſſent. ceteri nobiliũ, quanto quis ſeruitio promptior, opib. & honorib. extollerentur: ac nouis ex rebus aucti, tuta & pr ſentia, quàm vetera & periculoſa mallent. Neq; prouinciæ i rerum ſtatũ abnuebant, ſuſpecto Senatus populiq; imperio certamina potentiũ & auaritiam magiſtratuũ: inualido le auxilio, q vi, ambitu, poſtremò pecunia turbabantur. Ceteru Auguſtus ſubſidia dominationi Claudium Marcellum, ſo ris filium admodum adoleſcentem, Pontificatu & curuli A dilitate: M. Agrippam ignobilem loco, bonũ militia, & v ctoriæ ſociũ, geminatis conſulatibus extulit. mox defuncto M cello, generũ ſumſit: Tiberium Neronem, & Claudiũ Dr ſum priuignos, imperatoriis nominibus auxit, integra etiam domo ſua. nam genitos Agrippa Caiũ ac Luciũ, in familia Cæſarũ induxerat: nec dum poſita puerili prætexta, Princi iuuentutis appellari, deſtinare Conſules, ſpecie recuſantis, f grantiſſimè cupiuerat. Vt Agrippa vita conceſſit, L. Cæſare euntem ad Hiſpanienſes exercitus, Caiũ remeantem Armen & vulnere inualidũ, mors fato propera, vel nouercæ Liuiæ lus abſtulit; Druſoq; pridem exſtincto, Nero ſolus è priuig erat: illuc cũcta vergere. filius, collega imperii, conſors Tribu ciæ poteſtatis adſumitur, omniſq; per exercitus oſtentatur: n obſcuris, vt antea, matris artibus, ſed palàm hortatu. nam ſen Auguſtum deuinxerat adeò, vti nepotem vnicũ Agrippa Poſtumũ in inſulam Planaſiam proiiceret: rudem ſane bon rum artiũ, & robore corporis ſtolidi ferocem, nullius tamen f gitii compertũ. At hercule Germanicũ Druſo ortũ, octo ap Rhenũ legionibus impoſuit, adſcirique per adoptionem à T berio iuſſit, quamquam eſſet in domo Tiberii filius iuuenis; quò pluribus munimentis inſiſteret. Bellũ ea tempeſtate nul niſi aduerſus Germanos ſupererat: abolendæ magis infamia amiſſum cũ Quinctilio Varo exercitũ, quam cupidine pro rendi imperij, aut dignũ ob præmiũ. Domi res tranquillæ. ea magiſtratuũ vocabula. iuniores poſt Actiacã victoriã, etiã nes pleriq; inter bella ciuiũ nati. quotusquiſq; reliquus, qui Re vidiſſet? Igitur verſo ciuitatis ſtatu, nihil vſquã priſci & inte moris: omnis exuta æqualitate iuſſa principis aſpectare. nulla

præſ

præsens formidine, dum Augustus ætate validus, seq; & domū & pacem sustentauit. Postquam prouecta iam senectus, ægro & corpore fatigabatur, aderatq; finis & spes nouæ: pauci bona libertatis incassum disserere; plures bellum pauescere; alij cupere; pars multò maxima imminentis dominos varijs rumorib. differebant. trucē Agrippā, & ignominiâ accensum, nō ætate, neq; rerū experientiâ tantæ moli parem. Tiberiū Neronē maturū annis, spectatū bello: sed vetere atq; insitâ Claudię familię superbiâ; multaq; indicia seuitiæ, quamq̃ premantur erumpere. Hūc & primâ ab infantiâ eductū in domo regnatrice: congestos iuueni consulatus, triumphos. ne iis quidē annis, quibus Rhodi specie secessus exsulem egerit, aliquid quàm iram, & simulationem, & secretas libidines meditatū. accedere matrem muliebri impotentiâ: seruiendū feminæ, duobusq; insuper adolescentibus, qui Remp. interim premāt, quandoq; distrahant. Hæc atq; talia agitantibus, grauescere valetudo Augusti. & quidā scelus vxoris suspectabant. Quippe rumor incesserat, paucos ante mēses Augustum electis conscijs, & comite vno Fabio Maximo, Planasiā vectum ad visendum Agrippā. multas illic vtrimq; lacrymas, & signa caritatis, spemq; ex eo fore vt iuuenis penatibus aui redderetur. Quod Maximum vxori Martiæ aperuisse, illā Liuiæ. gnarum id Cæsari. neq; multo pòst, exstincto Maximo (dubium an quæsitâ morte) auditos in funere eius Martiæ gemitus semet incusantis, quòd caussa exitii marito fuisset. Vtcumq; se ea res habuit, vixdum ingressus Illyricū Tiberius, properis matris litteris accitur. neq; satis compertum est spirātem adhuc Augustum apud vrbem Nolā, an exanimem repererit. acribus namq; custodiis domum, & vias sepserat Liuia: lætiq; interdum nuntij vulgabantur, donec prouisis quæ tempus monebat, simul excessisse Augustum, & rerum potiri Neronem fama eadem tulit. Primum facinus noui principatus fuit, Postumi Agrippæ cædes: quem ignarum inermúmque, quamuis firmatus animo centurio, ægrè confecit. Nihil de eâ re Tiberius apud Senatum disseruit. patris iussa simulabat, quibus præscripsisset Tribuno custodiæ adposito, ne

contaretur Agrippam morte adficere, quandocun
ipſe ſupremum diem expleuiſſet. *Multa ſine dubio*
Auguſtus de morib. adoleſcentis queſtus, vt exſilium ei
natus conſulto ſanciretur, perfecerat: ceterùm in nulliu
ſuorum necem durauit. neq; mortem nepoti pro ſecurita
uigni inlatam, credibile erat. propius vero, Tiberium
uiam, illum metu, hanc nouercalibus odiis, ſuſpecti & im
uenis cædem feſtinauiſſe. Nuncianti centurioni, vt mos
factum eſſe quod imperaſſet: neque imperaſſe ſeſe,
tionem facti reddendam apud Senatum, *reſpondit.*
poſtquam Salluſtius Criſpus particeps ſecretorum (is ad
num miſerat codicillos) comperit: metuens ne reus ſubd
iuxta periculoſo ficta ſeu vera promeret, monuit Liuia
arcana domus, ne conſilia amicorum, miniſteria m
vulgarentur: néue Tiberius vim principatus reſol
cuncta ad Senatum vocando. eam conditionem e
perandi, vt non aliter ratio conſtet, q̃ ſi vni reddatu
Romæ ruere in ſeruitium Conſules, Patres, Eques. quan
inluſtrior, tanto magis falſi ac feſtinantes, vultuq́; comp
læti exceſſu principis, neu triſtiores primordio; lacryma
dium, queſtus, adulatione miſcebant. Sex. Pompeius
Apuleius COSS. *primi in verba Tiberij Cæſaris iura*
púdq; eos Seius Strabo, & C. Turranius: ille prætoria
horum præfectus, hic annonæ. mox ſenatus mileſq́; & p
nam Tiberius cuncta per Conſules incipiebat, tanquam
Rep. & ambiguus imperandi. ne edictum quidem, qu
in curiam vocabat, niſi Tribuniciæ poteſtatis præſcript
ſuit ſub Auguſto acceptæ. verba edicti fuere pauca, & ſe
modeſto. de honoribus parentis conſulturum: neq; abſ
corpore: idq; vnum ex publicis muneribus vſurpare.
functo Auguſto ſignum prætorijs cohortibus, vt Imper
derat excubiæ, arma, cetera aulæ. miles in forum, miles
comitabatur. literas ad exercitus, tanquam adepto pri
miſit: nuſquam contabundus, niſi cùm in ſenatu loq
Cauſſa præcipue ex formidine, ne Germanicus in cuiu
tot legiones, immenſa ſociorum auxilia, mirus apud po

r, habere imperium, quàm exſpectare mallet. Dabat & famæ vocatus electúsque potius a Rep. videretur, quàm p̄ uxoriū ...bitum, & ſenili adoptione inrepſiſſe. Poſtea cognitum eſt ad ...roſpiciendas etiā procerum voluntates, inductam dubitatio-...m. nam verba, vultus, in crimen detorquens recōdebat. Ni- ... primo Senatus die agi paſſus, niſi de ſupremis Auguſti. cuius ...tamentū inlatum per virgines Veſtæ, Tiberium & Liuiam ...redes habuit. Liuia in familiam Iuliam, nomenq; Auguſtæ ...ſumebatur. In ſpem ſecundam, nepotes p̄nepotésq;: tertio gra- ... primores ciuitatis ſcripſerat: pleroſq; inuiſos ſibi, ſed iactan- ...ígloriáq; ad poſteros. Legata non vltra ciuilem modum, niſi ... populo & plebi CCCCXXXV. *prætoriarum cohortium militi-...s ſingula nummûm milia; legionariis autē cohortib. ciuium ...manorum, trecenos nummos vtritim dedit. Tum conſultatū ... honorib. ex quîs maximè inſignes viſi*: vt portâ triumphali ...iceretur funus, *Gallus Aſinius*; vt legū latarum tituli, vi-...arū ab eo gentiū vocabula anteferrentur, *L. Arruntius ...ſuere. addebat Meſſalla Valerius*, renouandum per annos ...ramentū in nomen Tiberii, (*interrogatúſque a Tiberio*, ...m ſe mandante eam ſententiā promſiſſet?) ſponte di-...ſſe, *reſpondit*: neq; in iis quæ ad Remp. pertinerent, con-...io niſi ſuo vſurum, vel cum periculo offenſionis. *ea ſola ...lulandi ſpecies ſupererat. conclamāt Patres*, corpus ad rogū ...umeris Senatorū ferendū. *Remiſit Cæſar adroganti mode-...atione: populumq; edicto monuit*, ne vt quondā nimiis ſtu-...iis funus diui Iulii turbaſſent; ita Auguſtum in foro, po-...us quàm in campo Martis ſede deſtinatâ cremari vellēt. ...*Die funeris, milites velut præſidio ſtetêre, multum irridentibus, ...ui ipſi videra... ...iq; à parentibus acceperant, diē illum cru-...i adhuc ſeruitii, & libertatis improſperè repetitæ, cùm occiſus ...ictator Cæſar, aliis peſſimum, aliis pulcherrimum, facinus vi-...eretur*: nunc ſenem principē longâ potentiâ, prouiſis et-...am heredū in Remp. opibus, auxilio ſcilicet militari tuē-...um, vt ſepultura eius quieta foret. *Multus hinc ipſo de Au-...uſto ſermo, pleriſq; vana mirantibus*: quòd idem dies acce-...ti quondā Imperii princeps, & vitę ſupremus, q̄ Nolæ

in domo & cubiculo, in quo pater eius Octauius, vitã
niuisset. numerus etiã Consulatuũ celebrabatur, quo
leriũ Coruinũ & C. Mariũ simul æquauerat. continua
septem & triginta annos Tribunicia potestas: nomẽ
peratoris semel atq; vicies partũ: aliaq; honorum mu
plicata aut noua. *At apud prudentes vita eius variè extolli*
tur, arguebatúrue: *Hi*, pietate erga parentẽ, & necessitu
ne Reip. in quâ nullus tunc legib. locus, ad arma ciuili
ctum, q̃ neq; parari possent neq; haberi per bonas ar
multa Antonio, vt interfectores patris vlcisc[e]retur, m
Lepido cõcessisse. Postq̃ hic secordiâ senuerit, ille per l
dines pessum datus sit; nõ aliud discordãtis patriæ re
diũ fuisse, q̃ vt ab vno regeretur. Non regno tñ, neq;
ctat[o]râ, sed Principis nomine constitutã Remp. mari
ceano, aut amnibus longinquis septũ imperiũ: legio
prouincias, classes, cuncta inter se connexa: ius apu
ues, modestiam apud socios. vrbem ipsam magnifico
natu: pauca admodum vi tractata, quò ceteris quies e
Dicebatur contra, pietatẽ erga parentem, & tempora R
obtentui sumta, ceterùm cupidine dominandi conci
per largitiones veteranos, paratũ ab adolescente priu
exercitũ, corruptas Consulis legiones, simulatã Pom
ianarum gratiã partium. mox vbi decreto Patrum, fas
& ius prætoris inuaserit: cæsis Hircio & Pansâ (siue h
illos; seu Pãsam, venenũ vulneri adfusum, sui milites H
cium, & machinator doli Cæsar abstulerãt) vtriusq; co
occupauisse. extortum inuito Senatu Consulatum; arm
que, q̃ in Anton. acceperit, contra Remp. versa. pros
ptionẽ ciuium, diuisiones agrorum, ne ipsis quidẽ qui
cêre laudatas. sanè Cassii, & Brutorum exitus paternis i
micitiis datos (quamq̃ fas sit priuata odia publicis vtil
tibus remittere) sed Pompeium imagine pacis, sed Le
speciem amicitiæ deceptos. pôst Anton. Tarẽtino Brun
sinoq; fœdere, & nuptiis sororis illectum, subdolæ adfi
tatis pęnas morte exsoluisse. Pacẽ sine dubio post hęc
rùm cruentã. Lollianas, Varianasq; clades: interfectos R

mæ V

mæ Varrones, Egnatios, Iulos. *Nec domeſticis abſtinebatur.* abducta Neroni vxor: & cõſulti ꝑ ludibriũ pontifices, an concepto, necdum edito partu rite nuberet: Q. Atedii & Vedii Pollionis luxus: poſtremò Liuia grauis in Remp. mater, grauis domui Cæſarũ nouerca. nihil Deorũ honorib. relictũ, cùm ſe templis & effigie numinũ, per flamines & ſacerdotes coli vellet. ne Tiberium quidem caritate aut Reip. curâ ſucceſſorẽ adſcitũ: ſed quoniã adrogantiã ſæuitiamq; eius introſpexerit, comparatione deterrimâ ſibi gloriã quæſiuiſſe. *Etenim Auguſtus, paucis antè annis, cùm Tiberio Tribuniciã poteſtatẽ a patribus rurſũ poſtularet; quã-quã honora oratione, quædã de habitu cultuq; & inſtitutis eius iecerat, quæ velut excuſando exprobraret. Ceterùm ſepulturæ* I *more ꝑfecta, templũ & cœleſtes religiones decernuntur. Verſæ inde ad Tiberiũ preces, & ille variè diſſerebat,* de magnitudine imperii, ſuâ modeſtiâ. ſolã diui Auguſti mentem tantæ molis capacẽ: ſe in partẽ curarũ ab illo vocatũ, experiẽdo didiciſſe, quàm arduũ, q̃ ſubiectũ fortunæ, regẽdi cuncta onus. p oinde in ciuitate tot illuſtribus viris ſubnixâ, non ad vnũ oĩa deferrẽt. plures faciliùs munia Reip. ſociatis laboribus exſecuturos. *Plus in oratione tali dignitatis, quàm fidei erat: Tiberioq; etiã in rebus quas nõ occuleret, ſeu natura, ſiue adſuetudine ſuſpenſa ſemper & obſcura verba: tũc verò, nitenti vt ſenſus ſuos penitus abderet, in incertũ & ambiguũ magis implicabantur. At patres, quib. vnus metus, ſi intelligere viderentur, in queſtus, lacrymas, vota effũdi: ad deos, ad effigiem Auguſti, ad genua ipſius manus tẽdere: cùm ꝓferri libellũ recitariq; iuſſit. Opes publicæ continebãtur. quantũ ciuiũ, ſociorũq; in armis: quot claſſes, regna, ꝓuinciæ, tributa, aut vectigalia, & neceſſitates ac largitiones. q̃ cũcta ſua manu ꝑſcripſerat Auguſtus: addideratq; conſiliũ, coërcendi intra terminos imperij. in-* 2 *certũ metu, an ꝓ inuidiã. Inter quæ ſenatu ad infimas obteſtationes procumbente, dixit forte Tiberius,* ſe, vt non toti Reip. parem, ita quæcunq; pars ſibi mandaretur, eius tutelam ſuſcepturũ. *Tum Aſinius Gallus,* interrogo, *inquit,* Cæſar, quã partẽ Reip. mandari tibi velis? *Perculſus improuiſa in-*

terrogatione, paulum reticuit, dein collecto animo respōdit: N
quāq̃ decorū pudori suo, legere aliquid aut euitare ex e
cui in vniuersū excusari mallet. *Rursus Gallus (etenim vu
tu offensionem coniectauerat)* nō idcirco interrogatū *ait*,
diuideret quæ separari nequirent: sed vt suâ confessio
argueretur, vnū esse Reip. corpus, atq; vnius animo reg
dum. *addidit laudem de Augusto, Tiberiumq; ipsum victori
rum suarum, quæq; in togâ per tot annos egregiè fecisset, adm
nuit. Nec ideò irā eius leniuit pridem inuisus, tanquā ductâ
matrimoniū Vipsaniâ M. Agrippæ filiâ, quæ quondā Tibe
vxor fuerat, plusquàm ciuilia agitaret, Pollionisq; Asinii pat
ferociam retineret. Post quæ, L. Arruntius haud multum di
crepans à Galli oratione perinde offendit. quanq̃ Tiberio nul
vetus in Arruntium ira: sed diuitem, promptum, artib. egr
gis & pari famâ publicè, sic spectabat. quippe Augustus suprem
sermonibus cùm tractaret, q̃ nam adipisci principē locum su
fecturi abnuerent, aut impares vellent, vel iidem possent cup
réntque:* M Lepidū *dixerat* capacē, sed aspernantē: Gall
Asinium, auidū & minorē: L. Arruntiū, non indignū, &
si casus daretur, ausurū. *De prioribus consentitur. p̄ Arru
tio quidam Cn. Pisonem tradidêre: omnésq; præter Lepidum
variis mox criminibus struente Tiberio circūuenti sunt. Et
Q. Haterius & Mamercus Scaurus, suspicacē animum per
strinxêre. Haterius cùm dixisset,* Quousq; patieris Cęsar n
adesse caput Reip? *Scaurus quia dixerat*, spē esse ex eo n
irritas fore Senatus preces, quòd relationi Consulū iur
Tribuniciæ potestatis nō intercessisset. *In Hateriū statim
inuectus est; Scaurū, cui implacabilius irascebatur, silentio tra
misit. fessusq; clamore omniū, expostulatione singulorum, flex
paulatim no vt fateretur suscipi a se imperium, sed vt negare &
rogari desineret. Constat Hateriū, cùm deprecandi caussa pala
tium introisset, ambulantisq; Tiberii genua aduolueretur, p̄p
à militib. interfectū, quia Tiberius casu, an manibus eius im
peditus p̄ciderat. neq; tamen periculo talis viri mitigatus est,
donec Haterius Augustam oraret, eiusq; curatissimis preci
bus protegeretur. Multa patrum & in Augustam adulatio
ali*

ii parentem, alii matrem patriæ appellandam, plerique vt
omini Cæsaris adscriberetur, Iuliæ filius, censebant. ille
noderandos feminarum honores dictitans, eâdemq; se
mperantia vsurum in his quæ sibi tribuerentur, ceterùm
nxius inuidiâ, & muliebre fastigium in diminutionem sui ac-
piens, ne lictorem quidem ei decerni passus est: aramq; ado-
ionis, & alia huiuscemodi prohibuit. At Germanico Cæsa-
proconsulare imperium petiuit, missiq; legati qui deferrent,
nul mæstitiam eius ob excessum Augusti solarentur. quo mi-
us idem pro Druso postularetur, ea caussa, quòd designatus
nsul Drusus, præsensq; erat. Candidatos Præturæ duodecim
ominauit, numerum ab Augusto traditum: & hortante Se-
atu vt augeret, iureiurando obstrinxit, se non excessurū. Tum
imùm e campo comitia ad Patres translata sunt. nam ad eam
em, etsi potissima arbitrio Principis, quædam tamen studiis
ibuum fiebant. neque populus ademtum ius questus est, nisi
ani rumore: & Senatus largitionibus ac precibus sordidis ex-
lutus libens tenuit, moderante Tiberio, ne plures quàm qua-
or candidatos commendaret, sine repulsâ & ambitu designā-
s. Inter quæ Tribuni plebeii petiuere, vt proprio sumtu e-
rent ludos, qui de nomine Augusti Fastis additi Augu-
ales vocarentur. sed decreta pecunia ex ærario, vtque per
ircum triumphali veste vterentur. curru vehi haud permis-
m. mox celebratio annua ad Prætorem translata, cui inter ci-
es & peregrinos iurisdictio euenisset. Hic rerum vrbanarum
atus erat, cùm Pannonicas legiones seditio incessit: nullis no-
is caussis, nisi quòd mutatus princeps licentiam turbarum, &
c ciuili bello spem præmiorum ostendebat. Castris æstiuis tres
nul legiones habebantur, præsidente Iunio Blæso: qui fine Au-
isti, & initiis Tiberii auditis, ob iustitium aut gaudium, in-
rmiserat solita munia. eo principio lasciuire miles, discorda-
, pessimi cuiusque sermonibus præbere aures, denique luxum
otium cupere, disciplinam & laborem aspernari. Erat
castris Percennius quidam, dux olim theatralium operarū,
in gregarius miles, procax linguâ, & miscere cœtus histriona-
studio doctus. Is imperitos animos, & quænam post Augu-

A* 5

ſtum militiæ conditio ambigentes, impellere paulatim noctur
colloquiis aut flexo in veſperam die, & dilapſis meliorib. det
rimum quemq; congregare. Poſtremò promptis iam & aliis
ditionis miniſtris, velut concionabundus interrogabat, C
paucis centurionibus, paucioribus tribunis in modu
ſeruorum obedirent? quando auſuros expoſcere rem
dia niſi nouum & nutantem adhuc principem precib
vel armis adirent? ſatis per tot annos ignauiâ peccatu
quòd tricena aut quadragena ſtipendia ſenes, & pleriq
truncato ex vulneribus corpore, tolerent. ne dimi
quidem finem eſſe militiæ, ſed apud vexillum retent
alio vocabulo, eoſdem labores perferre. ac ſi quis tot
ſus vitâ ſuperauerit; trahi adhuc diuerſas in terras,
per nomen agrorum, vligines paludum, vel inculta mo
tium accipiant. Enimuero militiam ipſam grauem,
fructuoſam: denis in diem aſſibus animam & corpus
ſtimari. hinc veſtem, arma, tentoria, hinc ſæuitiam cen
rionum, & vacationes munerum redimi. at hercle ver
ra, & vulnera, duram hiemem, exercitas æſtates, bell
atrox, aut ſterilem pacem, ſempiterna. nec aliud leuam
tum, quàm ſi certis ſub legibus militia iniretur. vt ſing
los denarios mererent; ſextuſdecimus ſtipendii annus
nem adferret; ne vltrà ſub vexillis tenerentur, ſed iiſd
in caſtris præmium pecuniâ ſolueretur. An prætorias
hortes, quæ binos denarios acceperint, quæ poſt ſex
cim annos penatibus ſuis reddantur, plus periculor
ſuſcipere? Non obtrectari à ſe vrbanas excubias; ſibi
men apud horridas gentes è contuberniis hoſtem aſp
Adſtrepebat vulgus diuerſis incitamentis: hi verberũ no
illi canitiem, *plurimi* detrita tegmina & nudum corpus
probrantes. Poſtremò eò furoris venêre, vt tres legiones miſ
in vnam agitauerint. depulſi æmulatione, quia ſuæ quiſque l
oni eum honorem quærebant, aliò vertunt, atq; vna tres a
las & ſigna cohortium locant: ſimul congerunt ceſpites, exſt
unt tribunal, quò magis conſpicua ſedes foret. Properantib.
ſus aduênit. increpabâtque, ac retinebat ſingulos, clamit

Meâ potius cæde imbuite manus. leuiore flagitio legatum interficietis, quàm ab imperatore deſciſcitis. aut incolumis fidem legionum retinebo, aut iugulatus pœnitentiam adcelerabo. *Aggerebatur nihilominus ceſpes, iamq; pectori vſq; adcreuerat, cum tandem peruicaciâ victi inceptum omiſere. Blæſus multâ dicendi arte,* Non per ſeditionem & turbas deſideria militum ad Cæſarem ferenda, ait. neque veteres ab imperatoribus priſcis, neque ipſos à diuo Auguſto tam noua petiuiſſe. & parum in tempore, incipientes principis curas onerari. Si tamen tenderent in pace tentare, quæ ne ciuilium quidem bellorum victores expoſtulauerint: cur contra morem obſequii, contra fas diſciplinæ, vim meditentur? decernerent legatos, ſeque coram mandata darent. *Adclamauere, vt filius Blæſi tribunus legatione ea fungeretur, peteretq; militibus miſſionem ab ſexdecim annis. cetera mãdaturos, vbi prima proueniſſent. Profecto iuuene, modicum otium: ſed ſuperbire miles,* quòd filius legati orator publicæ cauſſæ, ſatis oſtenderet, neceſſitate expreſſa, quæ per modeſtiam nõ obtinuiſſent. *Interea manipuli ante cœptam ſeditionem Nauportum miſſi, ob itinera & pontes, & alios vſus, poſtquam turbatum in caſtris accepere, vexilla conuellunt: direptiſq; proximis vicis, ipſoq; Nauporto quod municipii inſtar erat, retinentis centuriones in riſu & contumeliis, poſtremò verberibus inſectantur: præcipuâ in Aufidienum Rufum præfectum caſtrorum irâ. quem direptum vehiculo ſarcinis grauant, aguntq; primo in agmine, per ludibrium rogitantes,* an tam immenſa onera, tam longa itinera libenter ferret? *Quippe Rufus diu manipularis, dein centurio, mox caſtris præfectus, antiquam duramq; militiam reuocabat, inuictus operis ac laboris, & eò immitior quia tolerauerat. Horũ aduentu redintegratur ſeditio, & vagi circumiecta populabantur. Blæſus paucos maximè prædâ onuſtos, ad terrorem ceterorum, adfici verberibus, claudi carcere iubet. nam etiam tum legato a centurionibus, & optimo quoq; manipularium parebatur. Illi obniti trahentibus, prenſare circumſtantium genua, ciere modò nomina ſingulorũ, modò centuriã quiſq; cuius manipularis erat*

cohortem, legionem, eadem omnibus imminere *clamitantes:*
simul probra in Legatum *cumulant*, cælum ac deos obte-
stantur. *nihil reliqui faciunt, quò minus inuidiam, misericor-*
diam, metum, & iras permouerent. Adcurritur ab vniuer-
sis, & carcere effracto, soluunt vincula. desertorésque ac re-
rum capitalium damnatos, sibi iam miscent. Flagrantior ind
vis: plures seditioni duces. & Vibulenus quidam gregarius mi
les, ante tribunal Blæsi adleuatus circumstantium humeris, a
pud turbatos, & quid pararet intentos. Vos quidem, *inquit*
his innocentibus, & miserrimis lucem & spiritum reddi
distis, sed quis fratri meo vitam, quis fratrem mihi red
dit? quem missum ad vos à Germanico exercitu de com
munibus commodis, nocte proximâ iugulauit per gla
diatores suos, quos in exitium militum habet atq; armat
Responde Blęse, vbi cadauer abieceris? ne hostes quiden
sepulturam inuident. cùm osculis, cùm lacrimis doloren
meum impleuero: me quoque trucidari iube. dum inter
fectos nullum ob scelus, sed quia vtilitati legionum con
sulebamus, ij sepeliant. *Incendebat hæc fletu, & pectus atq*
os manibus verberans: mox disiectis quorum per humeros sust
nebatur, præceps & singulorum pedibus aduolutus, tantum cō
sternationis inuidiæq; conciuit, vt pars militum, gladiatores q
è seruitio Blæsi erant, pars ceteram eiusdem familiam vinciret
alii ad quærendum corpus effunderentur. ac ni properè neq
corpus vllum reperiri, & seruos adhibitis cruciatibus abnuer
cædem, neq; illi fuisse vnquam fratrem pernotuisset, haud mu
tum ab exitio Legati aberant. Tribunos tamen, ac præfectu
castrorum extrusere. sarcinæ fugientium direptæ. & centur
Lucillius interficitur, cui militaribus facetiis vocabulum, Ce
dò alteram, *indiderant: quia fractâ vite in tergo militis,* alte
ram *clarâ voce, ac rursus* aliam *poscebat. ceteros latebræ*
xêre, vno retento Clemente Iulio, qui perferendis militum m
datis habebatur idoneus, ob promtum ingenium. Quin ip
inter se legiones Octaua & Quintadecima ferrum parabant
dum centurionem cognomento Sirpicum, illa morti depos
Quintadecumani tuentur: ni miles Nonanus preces, & adue
su

2 *ſum aſpernantis, minas interieciſſet. Hæc audita, quanquam abſtruſum, & triſtiſſima quæque maximè occultantem Tiberium perpulêre, vt Druſum filium cum primoribus ciuitatis, duabuſq; prætoriis cohortibus mitteret, nullis ſatis certis mandatis, ex re conſulturum. & cohortes dilecto milite ſupra ſolitum firmatæ. additur magna pars prætoriani equitis, & robora Germanorum, qui tum cuſtodes imperatori aderant: ſimul prætorii præfectus Ælius Seianus, collega Straboni patri ſuo datus, magnâ apud Tiberium auctoritate, rector iuueni, & ceteris periculorum præmiorúmque oſtentator. Druſo propinquanti, quaſi per officium obuiæ fuere legiones: non lætæ, vt adſolet, neq; inſignibus fulgentes, ſed inluuie deformi, & vultu, quamquam mæſtitiam imitarentur, contumaciæ propiores.*

2 *Poſtquam vallum introiit: portas ſtationibus firmant, globos armatorum certis caſtrorum locis opperiri iubent. ceteri tribunal ingenti agmine circumueniunt. Stabat Druſus ſilentium manu poſcens. illi quoties oculos ad multitudinem retulerant, vocibus truculentis ſtrepere; rurſum viſo Cæſare, trepidare. murmur incertum, atrox clamor, & repentè quies. diuerſis animorum motibus, pauebant, terrebántque. Tandem interrupto tumultu litteras patris recitat. in quîs perſcriptum erat,* præcipuam ipſi fortiſſimarum legionum curam, quibus cum plurima bella tolerauiſſet. vbi primùm à luctu requieſſet animus, acturum apud patres de poſtulatis eorum. miſiſſe interim filium, vt ſine contatione concederet quæ ſtatim tribui poſſent: cetera Senatui ſeruanda, quem neque gratiæ, neque ſeueritatis expertem haberi

5 par eſſet. *Reſponſum eſt à concione*, mandata Clementi Centurioni quæ præferret. *Is orditur*, de miſſione a ſexdecim annis: de præmiis finitæ militiæ: vt denarius diurnum ſtipendium foret: ne veterani ſub vexillo haberentur. *Ad ea Druſus cùm arbitrium Senatus & patris obtenderet, clamore turbatur.* Cur veniſſet, neque augendis militum ſtipendiis, neque adleuandis laboribus, deniq; nullâ benefaciendi licentiâ? at hercule verbera, & necem cunctis permitti. Tiberium olim nomine Auguſti deſi-

deria legionum frustrari solitum: easdem artes Drusum retulisse. numquámne nisi ad se filios familiarum venturos? nouum id planè, quòd imperator sola militis cōmoda ad Senatum reiiciat. eundem ergo senatum consulendum quoties supplicia aut prœlia indicantur. an præmia sub dominis, pœnas sine arbitro esse? *Postremò deserunt tribunal, vt quis prætorianorum militum, amicorúmue Cæsaris occurreret, manus intentantes, caussam discordiæ, & initium armorum. maximè infensi Cn. Lentulo, quòd is ante alios ætate & gloriâ belli, firmare Drusum credebatur, & illa militiæ flagitia primus aspernari. Nec multo pòst digredientem cum Cæsare, ac prouisu periculi hiberna castra repetentem, circumsistunt, rogitantes, quò pergeret? ad imperatorem, an ad patres? vt illic quoque commodis legionum aduersaretur? simul ingruunt, saxa iaciunt. iamq; lapidis ictu cruentus, & exitii certus, adcursu multitudinis, quæ cum Druso aduenerat, protectus est. Noctem minacem, & in scelus erupturam fors leniuit. nam Luna clariore pæne cælo visa languescere. Id miles, rationis ignarus,* omen præsentium accepit, ac suis laboribus defectionem sideris adsimilans, prospereque cessura quæ pergerent, si fulgor & claritudo Deę redderetur. *Igitur æris sono, tubarum cornuumq; concentu strepere: prout splendidior, obscuriórue, lætari, aut mærere. & postquam ortæ nubes offecère visui, creditumq; conditam tenebris: vt sunt mobiles ad superstitionem perculsæ semel mentes,* sibi ęternum laborem portendi, sua facinora auersari Deos lamentantur. *Vtendum inclinatione ea Cæsar, & quæ casus obtulerat in sapientiam vertenda ratus, circumiri tentoria iubet. Accitur centurio Clemens, & si qui alii bonis artibus grati in vulgus: ij vigiliis, stationibus, custodiis portarum se inserunt, spem offerunt,* metum *intendunt:* Quousque filium imperatoris obsidebimus? quis certaminum finis? Percennióne, & Vibuleno sacramentum dicturi sumus? Percennius & Vibulenus stipendia militibus, agros emeritis largientur? deniq; pro Neronibus & Drusis, imperium populi Roman. capessent? quin potius, vt nouissimi in culpam, ita primi ad pœnitentiam sumus?

Tarda

Tarda ſunt quæ in commune expoſtulantur: priuatam
gratiam ſtatim mereare, ſtatim recipias. Commotis per hæc
mentibus, & inter ſe ſuſpectis tironem à veterano, legionem à
legione diſſociant. Tum redire paulatim amor obſequii: omit-
tunt portas, ſigna vnum in locum principio ſeditionis congre-
gata, ſuas in ſedes referunt. Druſus orto die, & vocatâ con-
cione, quamquam rudis dicendi, nobilitate ingenita, incuſat
priora, probat præſentia. negat ſe terrore & minis vinci:
flexos ad modeſtiam ſi videat, ſi ſupplices audiat, ſcriptu-
rum patri, vt placatus legionum preces exciperet. orantib.
rurſum idem Blæſus & L. Apronius eques Romanus è cohorte
Druſi, Iuſtusq; Catonius primi ordinis centurio, ad Tiberium
mittuntur. Certatum inde ſententiis, cùm alii operiẽdos lega-
tos, atq; interim comitate permulcendum militem cenſe-
rent; alii fortiorib. remediis agendũ. nihil in vulgo modi-
cum: terrere, ni paueant: vbi pertimuerint, impunè cõte-
mni. dum ſuperſtitio vrgeat, adiiciendos ex duce metus,
ſublatis ſeditionis auctorib. Promtum ad aſperiora ingeniũ
Druſo erat. vocatos Vibulenum & Percennium interfici iubet.
Tradunt pleriq; intra tabernaculum ducis obrutos, alii corpora
extra vallum abiecta oſtentui. Tum vt quiſq; præcipuus turba-
tor conquiſiti. & pars extra caſtra palantes à centurionibus, aut
prætoriarum cohortium militib. cæſi: quoſdam ipſi manipuli do-
cumentum fidei tradidere. Auxerat militum curas præmatu-
ra hiems, imbribus continuis adeoq; ſæuis, vt non egredi tento-
ria, congregari inter ſe, vix tutari ſigna poſſent, quæ turbine at-
que vnda raptabãtur. durabat & formido cœleſtis iræ, nec fru-
ſtra aduerſus impios hebeſcere ſidera, ruere tempeſtates.
non aliud malorum leuamentum, quàm ſi linquerent ca-
ſtra infauſta temerataq;, & ſoluti piaculo ſuis quiſque hi-
bernis redderentur. primum octaua, dein quintadecuma legio
rediere. Nonanus opperiendas Tiberii epiſtolas clamitaue-
rat. mox deſolatus aliorum diſceſſione, imminentem neceſſitatẽ
ſponte p̃uênit. & Druſus nõ exſpectato legatorũ regreſſu, quia p̃-
ſentia ſatis conſederant, in vrbem rediit. Iiſdem fermè diebus,
iiſdem cauſſis Germanicæ legiones turbatæ, quanto plures, tanto

violentiùs: & magnâ spe fore vt Germanicus Cæsar imperiu
alterius pati nequiret, daretque se legionibus, vi suâ cuncta tr
cturus. Duo apud ripam Rheni exercitus erant. cui nome
superiori, sub C. Silio legato; inferiorem A. Cæcina curabat. r
gimen summæ rei penes Germanicum, agendo Galliarum c
sui tum intentum. Sed quibus Silius moderabatur, mente a
biguâ, fortunam seditionis alienæ speculabantur. inferioris
ercitus miles in rabiem prolapsus est, orto ab vna & vicesim
nis quintanisq; initio, & tractis primâ quoque, ac vicesima
gionibus. nam iisdem æstiuis in finibus Vbiorum habebant
per otium, aut leuia munia. Igitur audito fine Augusti, v
nacula multitudo, nuper acto in vrbe dilectu, lasciuiæ sueta,
borum intolerans, implere ceterorúm rudes animos: Ven
tempus, quo veterani maturam missionem, iuuenes l
giora stipendia, cuncti modum miseriarum exposcere
sæuitiamq; centurionum vlciscerentur. *Non vnus hæc*
Pannonicas inter legiones, Percennius, nec apud trepidas
litum aures alios validiores exercitus respicientium, sed m
seditionis ora vocésque. suâ in manu sitam rem Romana
suis victoriis augeri Remp. in suum cognomentum a
sciscі imperatores. *Nec Legatus obuiam ibat. quippe pl*
um vecordia constantiam exemerat. repentè lymphati di
ctis gladiis, in centuriones inuadunt. ea vetustissima milita
odiis materies, & sæuiendi principium. prostratos verber
mulcant, sexageni singulos, vt numerum centurionum adæq
rent. Tum conuulsos laniatósque, & partim exanimos,
vallum, aut in amnem Rhenum proiiciunt. Septimius
perfugisset ad tribunal, pedibúsque Cæcinæ aduolueretur, eo
flagitatus est, donec ad exitium dederetur. Cassius Chæ
mox cæde C. Cæsaris memoriam apud posteros adeptus, t
adolescens & animi ferox, inter obstantes & armatos ferro
patefecit. Non tribunus vltrà, non castrorum præfectus ius
nuit. vigilias, stationes, & si qua alia præsens vsus indixer
ipsi partiebantur. Id militares animos altiùs coniectan
præcipuum indicium magni atq; implacabilis motus, quod
disiecti, nil paucorum instinctu, sed pariter ardescerent. pa

bler

ſilerent: tantâ æqualitate & conſtantiâ, vt regi crederes. Interea Germanico per Gallias, vt diximus, cenſus accipienti, exceſſiſſe Auguſtum *adfertur. Neptem eius Agrippinam in matrimonio, pluréſque ex eâ liberos habebat. ipſe Druſo fratre Tiberij genitus, Auguſtæ nepos: ſed anxius occultis in ſe patrui auiæq́; odiis, quorum cauſſæ acriores, quia iniquæ. quippe Druſi magna apud populum Romanum memoria, credebaturq́; ſi rerum potitus foret, libertatem redditurus. vnde in Germanicum fauor, & ſpes eadem. Nam iuueni ciuile ingenium, mira comitas, & diuerſa a Tiberij ſermone, vultu, adrogantibus & obſcuris. Accedebant muliebres offenſiones, nouercalibus Liuiæ in Agrippinam ſtimulis: atq; ipſa Agrippina paulo commotior, niſi quòd caſtitate, & mariti amore, quamuis indomitum animum in bonum vertebat. Sed Germanicus quantò ſummæ ſpei propior, tantò impenſius pro Tiberio niti. Sequanos proximos, & Belgarum ciuitates in verba eius adigit. Dehinc audito legionum tumultu, raptim profectus, obuias extra caſtra habuit, deiectis in terram oculis velut pœnitentiâ. Poſtquam vallum iniit, diſſoni queſtus audiri cœpere. & quidam prehensâ manu eius, per ſpeciem oſculandi, inſeruerunt digitos, vt vacua dentibus ora contingeret: alii curuata ſenio membra oſtendebant. Adſiſtentem concionem, quia permixta videbatur,* diſcedere in manipulos, *iubet:* ſic melius audituros reſponſum: vexilla præferri, vt id ſaltem diſcerneret cohortes. *tardè obtemperauere. Tunc* à veneratione Auguſti, *orſus flexit* ad victorias triumphosq́; Tiberii, *præcipuis laudibus celebrans,* q̃ apud Germanias illis cum legionib. pulcherrima feciſſet. Italiæ inde conſenſum; Galliarum fidē, *extollit,* nil vſquam turbidum aut diſcors. *Silentio hæc, vel murmure modico audita ſunt. vt ſeditionē attigit,* vbi modeſtia militaris? vbi veteris diſciplinæ decus? quônam tribunos? quò centuriones exegiſſent? *rogitans: nudant vniuerſi corpora, cicatrices ex vulneribus, verberum notas exprobrant: mox indiſcretis vocib.* pretia vacationum, anguſtias ſtipendii, duritiā operum, *ac propriis nominib. incuſant,* vallum, foſſas: pabuli, materię, lignorum adgeſtus, & ſi qua alia ex neceſſitate, aut aduerſus

otium castrorum quæruntur. *Atrocissimus veteranorum*
clamor oriebatur, qui tricena aut supra stipendia numerantes
mederetur fessis, neu mortẽ in iisdem laboribus, sed finem
tam exercitæ militiæ, neq; inopem requiẽ, *orabant. fuere*
qui legatam à diuo Augusto pecuniam *reposcerent, faustis i*
Germanicum ominib. &, si vellet imperium, promtos ostenta
uere. Tum verò quasi scelere cõtaminaretur, præceps tribuna
desiluit. opposuerunt abeunti arma, minitantes, ni regrederetur.
At ille, moriturum potius quàm fidem exueret *clamitans*
ferrum à latere diripuit. elatumq; deferebat in pectus, ni prox
mi prehensam dextram vi attinuissent. extrema & conglob
ta inter se pars concionis, ac vix credibile dictu, quidam sing
li propius incedentes, feriret, *hortabantur: & miles, nomi*
Calusidius, strictum obtulit gladium, addito, Acutiorem e
se. *Sæuum id maliq; moris etiam furentibus visum: ac spatiu*
fuit, quo Cæsar ab amicis in tabernaculum raperetur. consult
tum ibi de remedio. etenim nuntiabatur parari legatos, q
superiorem exercitum ad caussam eandem traherent: de
stinatum excidio Vbiorum opidum: imbutasq; p̄dâ man
in direptionem Galliarum erupturas. *Augebat metũ gna*
rus Romanæ seditionis, &, si omitteretur ripa, inuasurus hosti
at si auxilia & socii aduersum abscedentis legiones armarẽtu
ciuile bellum suscipi. periculosa seueritas, flagitiosa largitio. s
nihil militi, seu omnia concederentur, in ancipiti Respubl. Igit
voluntatis inter se rationib. placitũ, vt epistolæ nomine princi
scriberentur, missionẽ dari vicena stipendia meritis, exa
ctorari qui senadena fecissent, ac retineri sub vexillo, cet
rorum immunes, nisi propulsandi hostis. legata quæ pe
uerant, exsolui duplicariq;. *Sensit miles in tempus confic*
statimq; flagitauit. missio per tribunos maturatur; largitio di
ferebatur in hiberna cuiusq; non abscessere quintani vnaet v
gesimaniq;, donec iisdem in æstiuis contracta ex viatico amic
rũ ipsiusq; Cæsaris pecunia persolueretur. Primam ac vicesim
legiones Cæcina legatus in ciuitatem Vbiorum reduxit, tur
agmine, cùm fisci de imperatore rapti inter signa interq; aqu
las veherentur. Germanicus superiorem ad exercitum pro
ctu

ctus, secundam & tertiamdecumam & sextamdecumam legiones nihil cunctatas sacramento adigit. Quartadecumani paulũ dubitauerant. pecunia & missio, quamuis non flagitantibus oblata est. At in Chaucis cœptauere seditionem, præsidiũ agitantes vexillarii discordium legionũ, & præsenti duorum militũ supplicio paulum repressi sunt. Iusserat id Mennius castrorum præfectus, bono magis exemplo, quàm concesso iure. deinde intumescente motu profugus repertusq́; , postquam intutæ latebræ, præsidium ab audaciâ mutuatur: Non præfectũ ab iis, sed Germanicum ducem, sed Tiberium imperatorẽ violari. *simul exterritis qui obstiterant, raptum vexillum ad ripam vertit, &* si quis agmine decessisset pro desertore fore, *clamitans, reduxit in hiberna turbidos, & nihil ausos. Interea legati ab Sexturegressum iam apud aram Vbiorum Germanicum adeunt. Duæ ibi legiones prima atq́; vicesima, veteraniq́; nuper missi sub vexillo hiemabant. Pauidos & conscientiâ vecordes intrat metus,* venisse Patrũm iussu, qui irrita facerent, quæ per seditionem expresserant. *vtq́; mos vulgo, quamuis falsis reum subdere, Munatium Plancum Consulatu functum, principem legationis, auctorem Senatusconsulti incusant: & nocte concubiâ vexillum in domo Germanici situm flagitare occipiunt: cõcursuq́; ad ianuam facto, moliuntur fores: extractum cubili Cæsarem, tradere vexillum intento mortis metu subigunt. mox vagi per vias, obuios habuere legatos, auditâ consternatione ad Germanicum tendentes. ingerunt contumelias, cædem parant: Planco maximè, quem dignitas fugâ impediuerat. neque aliud periclitanti subsidium, quàm castra primæ legionis. illic signa & aquilam amplexus, religione sese tutabatur: ac ni aquilifer Calpurnius vim extremam arcuisset, rarum etiam inter hostes, legatus populi Romani, Romanis in castris, sanguine suo altaria Deûm commaculauisset. Luce demum, postquam dux, & miles, & facta noscebantur, ingressus castra Germanicus. perduci ad se Plancum imperat, recipitq́; in tribunal. Tum* fatalem *increpans* rabiem, neq; militum, sed Deum irâ resurgere, *cur venerint legati aperit:* ius legationis, atque ipsius Plãci grauẽ & imeritũ casum, simul quãtũ dedecoris

adierit legio, *facundè miseratur. attonitáq; magis quàm quie-*
tâ concione, legatos præsidio auxiliarium equitum dimittit. Eo
in metu arguere Germanicum omnes, quod non ad superiorem
exercitũ pergeret, vbi obsequia, & contra rebellis auxiliũ.
Satis superq; missione & pecuniâ. & mollib. consultis pec-
catum: vel si vilis ipsi salus, cur filium paruulum, cur gra-
uidam coniugem inter furentes, & omnis humani iuris
violatores haberet? illos saltem auo & Reip. redderet. *Diu*
cunctatus, aspernantem vxorem, cùm se Diuo Augusto ortã,
neq; degenerẽ ad pericula testaretur, *postremò vterum eius*
& communem filium multo cum fletu complexus, vt abiret
perpulit. Incedebat muliebre & miserabile agmen, profuga du-
cis vxor paruulum sinu filium gerẽs, lamentantes circum ami-
corum coniuges, quæ simul trahebantur: nec minus tristes qui
manebant. Non florentis Cæsaris, neq; suis in castris, sed velut in
vrbe victâ facies gemitusq; ac planctus, etiam militum aures
oráq; aduertêre. progrediuntur contuberniis. quis ille flebilis
sonus? quod tam triste? feminas inlustres, non centurionẽ
ad tutelam, non militem, nihil imperatoriæ vxoris, aut co-
mitatus soliti, pergere ad Treueros, & externæ fidei! *Pu-*
dor inde & miseratio, & patris Agrippæ, Augusti aui memoria,
socer Drusus: ipsa insigni fecunditate, præclarâ pudicitiâ. iam
infans in castris genitus, in cõtubernio legionum eductus, quem
militari vocabulo Caligulam appellabant, quia plerumque ad
concilianda vulgi studia eo tegmine pedum induebatur. Sed ni-
hil æquè flexit, quam inuidia in Treueros. orant, obsistunt, re-
diret, maneret: *pars Agrippinæ occursantes. plurimi ad Ger-*
manicum regressi. isq; vt erat recẽs dolore & irâ, apud circum-
fusos ita cœpit. Non mihi vxor, aut filius, patre & Rep. ca-
riores sunt: sed illum quidem sua maiestas, imperium Ro-
manum ceteri exercitus defendent. coniugem, & libero
meos, quos pro gloriâ vestrâ libens ad exitium offerrem
nunc procul a furentibus summoueo: vt quidquid istu
sceleris imminet, meo tantum sanguine pietur: néue oc-
cisus Augusti pronepos, interfecta Tiberii nurus, no-
centiores vos faciat. quid enim per hos dies inausum, in-

temera-

emeratúmue vobis? Quod nomen huic cœtui dabo? mi-
itesne appellem? qui filium imperatoris vestri, vallo & ar-
nis circumsedistis. An ciues? quibus tam proiecta Sena-
us auctoritas. hostium quoque ius, & sacra legationis, &
as gentium rupistis. Diuus Iulius seditionem exercitus
erbo vno compescuit, *Quirites*, vocando, qui sacramen-
um eius detractabant. Diuus Augustus vultu & aspectu,
ctiacas legiones exterruit. nos vt nondum eosdem, ita
x illis ortos, si Hispaniæ Syriæúe miles aspernaretur, ta-
nen mirum & indignum erat: primáne, & vicesima legi-
ones, illa signis à Tiberio acceptis, tu tot præliorum socia,
ot præmiis aucta, egregiam duci vestro gratiam refertis?
unc ego nuntium patri, læta omnia aliis è prouinciis au-
lienti, feram? ipsius tirones, ipsius veteranos, non missio-
e, non pecuniâ satiatos? hîc tantùm interfici cēturiones,
iici tribunos, includi legatos? infecta sanguine castra,
lumina? meque precariam animam inter infensos trahe-
43 e? Cur enim primo concionis die, ferrum illud quod pecto-
i meo infigere parabam, detraxistis? O improuidi amici!
nelius & amantius ille, qui gladium offerebat. cecidissem
ertè nondum tot flagitiorum exercitui meo conscius. le-
gissetis ducem, qui meam quidem mortem impunitam
sineret, Vari tamen & trium legionum vlcisceretur. Ne-
que enim Dii sinant, vt Belgarum, quanquam offeren-
tium, decus istud & claritudo sit, subuenisse Romano no-
mini, compressisse Germaniæ populos. Tua diue Augu-
ste cælo recepta mens, tua pater Druse imago, tui memo-
ria, iisdem istis cum militibus, quos iam pudor & gloria
intrat, eluant hanc maculam, irásque ciuiles in exitium
hostibus vertant. Vos quoque quorum alia nunc ora, alia
pectora contueor, si legatos Senatui, obsequium impera-
tori, si mihi coniugem ac filium redditis, discedite à con-
tactu ac diuidite turbidos. id stabile ad pœnitentiam, id
44. fidei vinculum erit. *Supplices ad hæc, & vera exprobari fa-
tentes, orabant*, puniret noxios, ignosceret lapsis, & duceret
in hostē: reuocaretur coniunx, rediret legionū alumnus,

néue obſes Gallis traderetur. *Reditum Agrippinæ excuſauit ob imminentem partum, & hiemem. venturum filium. cetera ipſi exſequerentur. Diſcurrunt mutati, & ſeditioſiſſimum quẽque vinctos trahunt ad legatum legionis primæ, C. Cetronium: qui iudicium & pœnas de ſingulis, in hunc modum exercuit. Stabant pro concione legiones, diſtrictis gladiis. reus in ſuggeſtu per tribunum oſtendebatur. ſi* nocentem *adclamauerant, præceps datus trucidabatur. & gaudebat cædibus miles, tanquam ſemet abſolueret. nec Cæſar arcebat, quando nullo ipſius iuſſu, penes eoſdem ſæuitia facti & inuidia erat. ſecuti exemplum veterani, haut multò pòſt in Rætiam mittuntur, ſpecie defendendæ prouinciæ ob imminentis Sueuos: ceterùm vt auellerentur caſtris, trucibus adhuc non minus aſperitate remedii, quàm ſceleris memoriâ. Centurionatum inde egit. citatus ab imperatore,* nomen, ordinem, patriam, numerum ſtipendiorum, quæ ſtrenuè in prœliis feciſſet; & cui erant donaria militaria, edebat. *ſi tribuni, ſi legio,* induſtriam innocentiamque *adprobauerant, retinebat ordines: vbi* auaritiam, aut crudelitatem *conſenſu obiectauiſſent, ſoluebatur militiâ. Sic cõpoſitis præſentibus, haut minor moles ſupererat, ob ferociam quintæ, & vndeuiceſimæ legionum, ſexageſimum apud lapidem, (loco Vetera nomen eſt) hibernantium. nam primi ſeditionem cœptauerant, atrociſſimum quodq; facinus horum manibus patratum. nec pœnâ commilitonum exterriti, nec pœnitentiâ conuerſi, iras retinebant. Igitur Cæſar arma, claſſem, ſocios demittere Rheno parat: ſi imperium detrectetur, bello certaturus. At Romæ nondum cognito, qui fuiſſet exitus in Illyrico, & legionum Germanicarum motu audito; trepida ciuitas* incuſare Tiberium, quòd dum patres, & plebem, inualida & inermia, contatione fictâ ludificetur, diſſideat interim miles, neq; duorũ adoleſcentium nondũ adultâ auctoritate cõprimi queat. ire ipſum, & opponere maieſtatem imperatoriam debuiſſe; ceſſuris, vbi principẽ longâ experientiâ, eundemq; ſeueritatis & munificentiæ ſummũ vidiſſent. An Auguſtum feſſâ ætate, toties in Germanias commeare potuiſſe: Tiberiũ vigentem annis, ſedere in Senatu verba patrum cauillan-

illãtem. Satis proſpectum vrbanæ ſeruituti: militarib. a-
imis adhibenda fomenta, vt ferre pacem velint. *Immotũ*
duerſus eos ſermones, fixumq; Tiberio fuit, non omittere caput
rũm, neq; ſe remq; publicam in caſum dare. Multa quippe &
uerſa angebant: validior per Germaniã exercitus; ꝓpior
pud Pannoniam: ille Galliarum opib. ſubnixus, hic Italię
mminens. quos igitur anteferret? ac ne poſtpoſiti, contu-
neliâ incenderentur. At per filios pariter adiri, maieſtate
luâ, cui maior è longinquo reuerentia. ſimul adoleſcen-
ibus excuſatum, quædam ad patrẽ reiicere: reſiſtentiſque
Germanico, aut Druſo, poſſe à ſe mitigari vel infringi: q̃
liud ſubſidium ſi imperatorem ſpreuiſſent? *Ceterũm vt iã*
amq; iturus legit comites, conquiſiuit impedimenta, adornauit
naues. mox hiemem, aut negotia variè cauſſatus, primò prudẽ-
tes, dein vulgum, diutiſſimè prouincias fefellit. At Germani-
cus quanquam contracto exercitu, & paratâ in defectores vlti-
one, dandum adhuc ſpatium ratus, ſi recenti exemplo ſibi ipſi
conſulerẽt, præmittit litteras ad Cæcinam, venire ſe validâ ma-
nu, ac ni ſupplicium in malos præſumant, vſurum promiſcuâ
cæde. Eas Cæcina aquiliferis ſigniferiſq;, &, quod maximè ca-
ſtrorum ſincerum erat, occultè recitat: vtq; cunctos infamiæ,
ſeipſos morti eximãt, *hortatur.* nam in pace cauſſas & me-
rita ſpectari; vbi bellum ingruat, innocentes ac noxios iu-
xtà cadere. *Illi, tentatis quos idoneos rebantur, poſtquam ma-*
iorem legionum partem in officio vident: de ſententiâ legati, ſta-
tuunt tempus, quo fœdiſſimum quemque & ſeditioni promtum
ferro inuadant. Tunc ſigno inter ſe dato, irrumpunt contuber-
nia, trucidant ignaros: nullo, niſi conſciis, noſcente quod cædis
initium, quis finis. Diuerſa omnium, quæ vnquam accidêre, ci-
uilium armorum facies. non prælio, non aduerſis è caſtris, ſed
iiſdem è cubilibus, quos ſimul veſcentis dies, ſimul quietos nox
habuerat, diſcedunt in partes, ingerunt tela. clamor, vulnera,
ſanguis palam: cauſſa in occulto. cetera fors regit: & quidam
bonorum caſi. poſtquam, intellecto in quos ſæuiretur, peſſi-
mi quoque arma rapuerant. neque legatus, aut tribunus
moderator adfuit: permiſſa vulgo licentia atque vltio &

satietas. Mox ingressus castra Germanicus, non medicinam illud *plurimis cum lacrymis*, sed cladem adpellans, cremari corpora iubet. *Truces etiā tum animos cupido inuolat eundi in hostem, piaculum furoris. nec aliter posse placari commilitonum manes, quam si pectorib. impiis honesta vulnera accepissent. Sequitur ardorem militum Cæsar, iunctóq; ponte tramittit duodecim millia e legionibus, sex & viginti socias cohortes, octo equitum alas, quarum eâ seditione intemerata modestia fuit. Læti neque procul Germani agitabant, dum iustitio ob amissum Augustum, pòst discordiis attinemur. At Romanus agmine propero siluam Cæsiam limitemq; a Tiberio cœptum scindit. castra in limite locat, frontem ac tergum vallo; latera, concædibus munitus. Inde saltus obscuros permeat, consultátque* ex duobus itineribus, breue & solitum sequatur: an impeditius & intentatum, eoque hostibus incautum. *Dilectâ longiore viâ, cetera adcelerantur. etenim attulerant exploratores* festam eam Germanis noctem, ac solemnibus epulis ludicram. *Cæcina cum expeditis cohortibus præire, & obstantia siluarum amoliri iubetur: legiones modico interuallo sequuntur. Iuuit nox sideribus inlustris. ventúmq; ad vicos Marsorum, & circumdatæ stationes, stratis etiam tum per cubilia, propterq; mensas, nullo metu, non antepositis vigiliis. adeò cuncta incuriâ disiecta erant, neque belli timor: ac ne pax quidem nisi languida, & soluta inter temulentos. Cæsar auidas legiones, quò latior populatio foret, quatuor in cuneos dispertit. quinquaginta millium spatium, ferro flammisq; peruastat. non sexus, non ætas miserationem attulit. profana simul & sacra, & celeberrimum illis gentibus templum, quod Tanfanæ vocabant, solo æquantur. sine vulnere milites, qui semisomnos, inermos, aut palantis ceciderant. Exciuit ea cædes Bructeros, Tubantes, Vsipetes: saltúsque per quos exercitui regressus, insedêre. quod gnarum duci: incessitque itineri & prælio. pars equitum, & auxiliariæ cohortes ducebant: mox prima legio. & mediis impedimentis, sinistrum latus vna&vicesimani, dextrum quintani clausere. vicesima legio terga firmauit, pòst ceteri sociorum. Sed hostes, donec agmen per saltus porri-*

porigeretur, immoti; dein latera & frontem modicè adsultã- tes otâ vi nouissimos incurrêre. turbabanturq́ue densis Germa- norum cateruis leues cohortes, cùm Cæsar aduectus ad vice- nos voce magnâ, hoc illud tẽpus oblitterãdæ seditionis *tabat,* pergerent, properarent culpã in decus vertere. *rsere animis, vnoq́ue impetu perruptum hostem, redigunt in pta, cæduntq́ue. simul primi agminis copiæ euasêre siluas, ca- , communiuere. Quietum inde iter. fidénsque recentibus, iorum oblîtus miles, in hibernis locatur. Nunciata ea, Ti- m lætitiâ curâq́ue adfecere. gaudebat oppressam seditionem: uod largiendis pecuniis, & missione festinatâ fauorem mi- n quæsiuisset, bellicâ quoque Germanici gloriâ angebatur. tulit tamen ad senatum de rebus gestis, multáque de vir- eius memorauit: magis in speciem verbis adornata, quàm nitus sentire crederetur. Paucioribus Drusum, & finem ici motus laudauit; sed intentior, & fidâ oratione. cunctáq́ue Germanicus indulserat, seruauit, etiam apud Pannonicos citus. Eodem anno, Iulia supremum diem obijt, ob impu- iam olim à patre Augusta Pandateria insula. mox opido ginorum, qui Siculum fretum accolunt, clausa. Fuerat in imonio Tiberii, florentib. Caio & Lucio Cæsaribus, spre- tque vt imparem: nec alia tam intima Tiberio caussa, cur dum abscederet. imperium adeptus, extorrem, infamem, ost interfectum Postumum Agrippam, omnis spei egenã, ia ac tabe longa peremit, obscuram fore necem longinqui- exsiliuratus. Par caussa sæuitiæ in Sempronium Gracchum, familia nobili, sollers ingenio, & prauè facundus, eamdem am in matrimonio M. Agrippæ temerauerat. nec is libi- finis. traditam Tiberio, peruicax adulter contumacia & in maritum accendebat. litteræque quas Iulia patri Au- cũ insectatione Tiberii scripsit, a Graccho composita cre- ntur. Igitur amotus Cercinam, Africi maris insulam, qua- decim annis exsilium tolerauit. Tunc milites ad cædẽ missi, nere in prominenti litoris nihil lætum opperientem. quorum ntu* breue tempus petiuit, vt suprema mandata vxori ariæ per litteras daret: *ceruicemq́ue percussoribus obtulit.*

constantiâ mortis, haut indignus Sempronio nomine; vitâ,
generauerat. quidam non Româ eos milites, sed ab L. Aspre-
te proconsule Africæ missos tradidere, auctore Tiberio, qui
mam cædis posse in Asprenatem verti, frustra sperauerat. Iı
annus nouas cærimonias accepit, addito sodalium Augu-
lium sacerdotio, vt quondam T. Tatius retinendis Sabin
sacris, sodales Titius instituerat. sorte ducti e primoribus ci-
tatis vnus & viginti. Tiberius, Drususq; & Claudius, & Ge-
manicus adiiciuntur. Ludos Augustales tunc primùm cœ
turbauit discordia, ex certamine histrionum. Indulserat ei
dicro Augustus, dum Mæcenati obtemperat effuso in a-
rem Bathylli. neque ipse abhorrebat talibus studiis, & c
rebatur misceri voluptatibus vulgi. alia Tiberio morum
sed populum per tot annos molliter habitum, nondum aude
ad duriora vertere. Druso Cæsare, C. Norbano Coss. *dece-*
tur Germanico triumphus manente bello; quod quanqu
in æstatem summâ ope parabat, initio veris & repentin
Cattos excursu, præcepit. nam spes incesserat dissidere hos
in Arminium ac Segestem, insignem vtrumque perfidia
nos, aut fide. Arminius, turbator Germaniæ: Segestes, p
rebellionem *sæpe alias, & supremo conuiuio post quodi*
maitum, aperuit: suasitq; Varo, vt se, & Arminium, & c
ros proceres vincîret: nihil ausuram plebem princip
amotis; atque ipsi tempus fore quo crimina, & innc
discerneret. *sed Varus fato, & vi Arminij cecidit. Se*
quamquam consensu gentis in bellum tractus, discors n
bat, auctis priuatim odiis, quòd Arminius filiam eius a
ctam rapuerat. gener inuisus, inimici soceri, quæq; apu
cordes vincula caritatis, incitamenta irarum apud inf
rant. Igitur Germanicus quatuor legiones, quinque au-
rium millia, & tumultuarias cateruas Germanorum cis
num colentium Cæcinæ tradit: totidem legiones, duplice
ciorum numerum ipse ducit: positóque castello super v
paterni præsidii in monte Tauno, expeditum exercitu
Cattos rapit, L. Apronio ad munitiones viarum, & flu

recto. nam, rarum illi cælo, siccitate, & amnibus modicis inoffensum iter properauerat: imbrésque & fluminum auctus regredienti metuebantur. sed Cattis adeò improuisus aduenit, vt quod imbecillum ætate ac sexu, statim captum aut trucidatum sit: iuuentus flumen Adranam nando tramiserit: Romanósque pontem cœptantis arcebant. dein tormentis sagittisque pulsi, tentatis frustra conditionibus pacis, cùm quidam ad Germanicum perfugissent, reliqui omissis pagis vicísque in siluas disperguntur. Cæsar incenso Mattio (id genti caput) aperta populatus, vertit ad Rhenum: non auso hoste terga abeuntium lacessere, quod illi moris, quoties astu magis, quàm per formidinem cessit. Fuerat animus Cheruscis iuuare Cattos, sed exterruit Cæcina huc illuc ferens arma. & Marsos congredi ausos prospero prælio cohibuit. Neque multo post legati à Segeste venerunt, auxilium orantes aduersus vim popularium, à quîs circumsidebatur; validiore apud eos Arminio, quanto bellum suadebat. Nam barbaris, quanto quis audacia promptus, tanto magis fidus, rebus commotis potior habetur. Addiderat Segestes legatis filium, nomine Segimundum. sed iuuenis conscientiâ cunctabatur. quippe anno quo Germaniæ desciuêre, sacerdos apud Aram Vbiorum creatus ruperat vittas, profugus ad rebelles. Adductus tamen in spem clementiæ Romanæ, pertulit patris mandata, benignéque exceptus, cum præsidio Gallicam in ripam missus est. Germanico pretium fuit, conuertere agmen: pugnatúmque in obsidentis, & ereptus Segestes magnâ cum propinquorum & clientium manu. Inerant feminæ nobiles, inter quas vxor Arminij, eadémque filia Segestis, mariti magis quam parentis animo, neque victa in lacrymas, neque voce supplex, compressis intra sinum manibus grauidum vterum intuens. Ferebantur & spolia Varianæ cladis, plerisque eorum qui tum in deditionem veniebant prædæ data. Simul Segestes ipse ingens visu, & memoriâ bonæ societatis impauidus. verba eius in hunc modum fuere. Non hic mihi primus erga populum Romanum fidei & constantiæ dies. ex quo à Diuo Augusto ciuitate donatus sum, amicos inimicosque ex vestris vtilitatibus delegi: neque

odio patriæ, (quippe proditores, etiam iis quos ante-
nunt, inuisi sunt) verùm quia Romanis Germanisq; i-
dem conducere: & pacem, quàm bellum probabam. E-
go raptorem filiæ meæ, violatorem fœderis vestri Armi-
nium, apud Varum, qui tum exercitui præsidebat, r...
feci. dilatus segnitiâ ducis, quia parum præsidii in leg...
erat, vt me & Arminium, & conscios vincîret, flagitau...
stis illa nox, mihi vtinã potius nouissima! quæ secuta...
defleri magis, quàm defendi possunt. ceterùm & i...
catenas Arminio, & à factione eius iniectas perp...
sum. Atque vbi primùm tui copia; vetera nouis, & q...
turbidis ante habeo; neque ob præmium, sed vt me...
fidiâ exsoluam: simul genti Germanorum idoneus ...
ciliator, si pœnitentiam quàm perniciem maluerit. ...
iuuẽtâ & errore filii veniam precor. filiam necessitat...
adductam, fateor: tuum erit consultare, vtrum præu...
quòd ex Arminio concepit, an quòd ex me genita e...
sar, clementi responso, liberis propinquisq; eius incolu...
tem; ipsi sedem veterem in prouinciâ pollicetur. *E...*
tum reduxit, nomenq; Imperatoris *auctore Tiberio* ...
Arminij vxor, virilis sexus stirpem edidit; educatus Ra...
puer, quo mox ludibrio conflictatus sit, in tempore mem...
Fama dediti benignéque excepti Segestis vulgata, vt qui...
bellum inuitis aut cupientib. erat, spe vel dolore accipitu...
minium super insitam violentiam, rapta vxor, subiectus ...
tio vxoris vterus, vecordem agebant: volitabátque pe...
ruscos, arma in Segestem, arma in Cæsarem poscens. neq; ...
temperabat. Egregium patrem, magnũ imperatorem ...
tem exercitum, quorum tot manus vnam muliercul...
uexerint. Sibi tres legiones, totidem legatos procub...
Non enim se proditione, neque aduersus feminas g...
das, sed palàm aduersus armatos bellum tractare. cer...
huc Germanorum in lucis signa Romana, quæ diis p...
suspenderit. coleret Segestes victam ripam; redder...
sacerdotium: hominem Germanos nunquam satis ...
saturos, quòd inter Albim & Rhenum virgas, & se...

& togam viderint. aliis gentibus, ignorantiâ imperii Romani, inexperta esse supplicia, nescia tributa: quæ quando exuerint, inritusque discesserit ille inter numina dicatus Augustus, ille delectus Tiberius; ne imperitum adolescentulum, ne seditiosum exercitum pauescerent. Si patriam, parentes, antiqua mallent quàm dominos, & colonias nouas; Arminium potiùs gloriæ ac libertatis, quàm Segestem flagitiosæ seruitutis ducem sequerentur. *Conciti per hæc, non modo Cherusci, sed conterminæ gentes: tractusq́ in partes Inguiomerus Arminij patruus, veteri apud Romanos auctoritate. vnde maior Cæsari metus. & ne bellum mole vna ingrueret, Cæcinam cum quadraginta cohortibus Romanis distrahendo hosti, per Bructeros ad flumen Amisiam mittit. Equitem Pedo præfectus, finibus Frisiorum ducit. ipse impositas nauibus quatuor legiones per lacus vexit: simúlque pedes, eques, classis, apud prædictum amnem conuenêre. Chauci cum auxilia pollicerentur, in commilitium adsciti sunt. Bructeros sua vrenteis, expedita cũ manu L. Stertinius, missu Germanici fudit; interq́ cædem & prædam, reperit vndeuicesimæ legionis aquilam, cum Varo amissam. Ductum inde agmen ad vltimos Bructerorum: quantúmque Amisiam & Luppiam amnes inter, vastatum: haut procul Teutoburgiensi saltu, in quo reliquiæ Vari legionúmque insepultæ dicebantur. Igitur cupido Cæsarem inuadit soluendi suprema militibus, ducique; permoto ad miserationem omni qui aderat exercitu, ob propinquos, amicos, deniq́ ob casus bellorum & sortem hominum. præmisso Cæcina, vt occulta saltuum scrutaretur, pontésque & aggeres humido paludum & fallacibus campis imponeret, incedunt mæstos locos, visúque ac memoria deformes. Prima Vari castra, lato ambitu, & dimensis principijs, trium legionum manus ostentabant: dein semiruto vallo, humili fossa, accisæ iam reliquiæ consedisse intelligebantur. Medio campi albentia ossa, vt fugerant, vt restiterant, disiecta vel aggerata. adiacebant fragmina telorum, equorúmque artus, simul truncis arborum antefixa ora. lucis propinquis barbaræ aræ, apud quas tribunos, ac primorum ordinum centuriones mactauerant. & cladis eius*

ſuperſtites pugnam aut vincula elapſi, referebant, hic ceciſſe legatos, illic raptas aquilas; primum vbi vulnus Varo adactum; vbi infelici dextrâ & ſuo ictu mortem inuenerit; quo tribunali concionatus Arminius: quot patibula captiuis, quæ ſcrobes: vtq́ue ſignis & aquilis per ſuperbiam inluſerit. *Igitur Romanus qui aderat exercitus, ſextum poſt cladis annum, trium legionum oſſa, nullo noſcente alienas reliquias an ſuorum humo tegeret, omnes vt coniunctos, vt conſanguineos, auctâ in hoſtem irâ, mæſti ſimul & infenſi condebant. Primum extruendo tumulo ceſpitem Cæſar poſuit, gratiſſimo munere in defunctos, & præſentibus doloris ſocius. Quod Tiberio haut probatum: ſeu cuncta Germanici in deterius trahenti; ſiue exercitum imagine cæſorum inſepultorúmque tardatum ad prælia, & formidoloſiorem hoſtium credebat.* neque imperatorem auguratu & vetuſtiſſimis cærimoniis præditum, attrectare feralia debuiſſe. *Sed Germanicus cedentem in auia Arminium ſecutus, vbi primùm copia fuit, euehi equites, campumq́; quem hoſtis inſederat, eripi iubet. Arminius colligi ſuos, & propinquare ſiluis monitos, vertit repentè: mox ſignum prorumpendi dedit iis, quos per ſaltus occultauerat. Tunc nouâ acie turbatus eques, miſſæq́; ſubſidiariæ cohortes, & fugientium agmine impulſæ, auxerant conſternationem: trudebantúrque in paludem gnaram vincentibus, iniquam neſciis, ni Cæſar productas legiones inſtruxiſſet. inde hoſtibus terror, fiducia militi: & manibus æquis abſceſſum. Mox reductum ad Amiſiam exercitu, legiones claſſe vt aduexerat, reportat. Pars equitum, litore Oceani, petere Rhenum iuſſa. Cæcina qui ſuum militem ducebat, monitus, quanquam notis itineribus regrederetur, Pontes longos quàm maturrimè ſuperare. Anguſtus is trames, vaſtas inter paludes, & quondam à L. Domitio aggeratus: cetera limoſa, tenacia graui cæno, aut riuis incerta erant: circum ſiluæ paulatim adcliues. quas tum Arminius impleuit; compendiis viarum, & cito agmine, onuſtum ſarcinis armiſque militum cùm anteueniſſet. Cæcinæ dubitanti quonam modo ruptos vetuſtate pontes reponeret, ſimúlque propulſaret hoſtem, caſtrametari in loco placuit; vt opus, & alij prœlium*

præ

cælium inciperent. Barbari perfringere stationes, seque in-
re munitoribus nisi, lacessunt, circumgrediuntur, occur-
nt. miscetur operantium bellantiúmque clamor, & cun-
a pariter Romanis aduersa. locus vligine profundâ, idem
gradum instabilis, procedentibus lubricus, corpora gna-
a loricis, neque librare pila inter vndas poterant. Contrà
heruscis sueta apud paludes prœlia, procera membra, ha-
ingentes ad vulnera facienda, quamuis procul. nox de-
um inclinantis tum legiones aduersæ pugnæ exemit. Ger-
ani ob prospera indefessi, ne tum quidem sumtâ quiete,
antum aquarum circumsurgentibus iugis oritur, vertê-
in subiecta. mersáque humo, & obruto, quod effectum ope-
, duplicatus militi labor. Quadragesimum id stipendium
cina parendi, aut imperitandi habebat: secundarum am-
uarúmque rerum sciens, eóque interritus. Igitur futura
luens, non aliud repperit, quam vt hostem siluis coërceret,
nec saucij, quantúmque grauioris agminis, anteirent. nam
dio montium & paludum, porrigebatur planities, quæ te-
em aciem pateretur. Deliguntur legiones, quinta dextro la-
, vndeuigesima in læuum, primani ducendum ad agmen,
esimanus aduersum secuturos. Nox per diuersa inquies,
m barbari festis epulis, læto cantu, aut truci sonore subiecta
llium ac resultantis saltus complerent: apud Romanos
ualidi ignes, interruptæ voces, atque ipsi passim adiacerent
illo, oberrarent tentorijs, insomnes magis quam peruigi-
. ducémque terruit dira quies. nam Quinctilium Varum
nguine oblitum, & paludibus emer[illegible]m, cernere & audire
sus est, velut vocantem, non tamen obsecutus, & manum
tendentis repulisse. Cœptâ luce, missæ in latera legiones,
etu, an contumaciâ, locum deseruêre: capto propere cam-
, humentia vltrà. Neque tamen Arminius, quanquam
ero incursu, statim prorupit: sed vt hæsere cœno fossisque im-
dimenta, turbati circum milites, incertus signorum ordo,
que tali in tempore sibi quisque properus, & lentæ aduersum
peria aures, irrumpere Germanos iubet, clamitans, En Va-
s, & eodem iterum fato victæ legiones. *Simul hæc: &*

cam dilectis scindit agmen, equisq; maximè vulnera inger
sanguine suo, & lubrico paludum lapsantes, excussis recto
disiicere obuios, proterere iacentes. plurimus circa aquil
bor, quæ neq; aduersum ferri ingruentia tela, neq; figi
humo poterant. Cæcina dum sustentat aciem, suffosso equo
psus circumueniebatur, ni prima legio sese opposuisset. iu
stium auiditas, omissa cæde, prædam sectantium: enisæq;
nes, vesperascente die, in aperta & solida. neq; is miseriar
nis. struendum vallum, petendus agger. amissa magna ex
per quæ egeritur humus, aut exciditur cespes. non tentori
nipulis, non fomenta sauciis. infectos cæno aut cruore cibo
dentes, funestas tenebras, & tot hominum millibus vnum
reliquum diem lamentabantur. Fortè equus abruptis v
vagus, & clamore territus, quosdam occurrentium ob
uit. tanta inde consternatio inrupisse Germanos credent
cuncti ruerent ad portas; quarum Decumana maxim
batur, auersa hosti, & fugientibus tutior. Cæcina, compe
nam esse formidinem, cùm tamen neq; auctoritate, neq;
bus, ne manu quidem obsistere, aut retinere militem qu
iectus in limine portæ, miseratione demum, quia per cor
gati eundum erat, clausit viam. simul tribuni & cent
falsum pauorem docuerunt. Tunc contractos in princip
sósque dicta cum silentio accipere, temporis, ac necessita
net. Vnam in armis salutem, sed ea consilio tempe
manendumque intra vallum, donec expugnan
stes spe, propius succederent: mox vndique eru
dum. illâ eruptione ad Rhenum perueniri. quòd
rent, pluris siluas, profundas magis paludes, sæuiti
stium superesse. at victoribus decus, gloriam, qu
cara, quæ in castris honesta memorat. reticuit de a
Equos dehinc, orsus à suis, legatorum tribunorumqu
ambitione, fortissimo cuiq; bellatori tradit: vt hi, mox
hostem inuaderent. Haut minus inquies Germanus
dine, & diuersis ducum sententiis agebat: Arminio, sin
gredi, egressosq; rursum per humida & impedita circu
rent, suadente: atrociora Inguiomero, & læta barbaris

lu s armis ambirent. promtam expugnationem, plures capti- u ,incorruptam prædam fore. Igitur ortâ die, p orsum fossas, in ciūt crates, summa valli prensant, raro super milite, & quasi metum defixo. Postquàm hæsere munimentis, datur cohortibus signum, cornuaq; ac tubæ concinuere. exin clamore & impetu tergis Germanorum circumfunduntur, exprobrantes, nō h siluas, nec paludes, sed æquis locis æquos Deos. *Hosti fa le excidium: & paucos & semermos cogitanti, sonus tubarum, fulgor armorum, quantò inopina, tantò maiora offenduntu cadebántque, vt rebus secundis auidi, ita aduersis incauti. A rminius integer; Inguiomerus post graue vulnus, pugnam deruêre. vulgus trucidatum est, donec ira & dies permansit. n te demum reuersæ legiones, quamuis plus vulnerum, eadem ci orum egestas fatigaret, vim, sanitatem, copias, cuncta in v toriâ habuere. Peruaserat interim* circumuenti exercitu fama, & infesto Germanorum agmine Gallias peti. *ai i Agrippina impositum Rheno pontem solui prohibuisset, e nt qui id flagitium formidine auderent. sed femina ingens a mi, munia ducis per eos dies induit, militibúsque vt quis in s, aut saucius, vestem & fomenta dilargita est. Tradit C. P nius, Germanicorum bellorum scriptor, stetisse apud principium pontis, laudes & grates reuersis legionibus habentem. Id T berii animum altius penetrauit.* non enim simplices eas c ras: nec aduersus externos militem quæri. nihil reli- c im imperatoribus, vbi femina manipulos interuisat, si- g a adeat, largitionem tentet. tanquam parùm ambitio- s filium ducis gregali habitu circumferat, Cæsarémque C ligulam appellari velit. Potiorem iam apud exercitus A grippinam, quàm legatos, quàm duces: compressam à r uliere seditionem, cui nomen principis obsistere non c iiuerit. *Accendebat hæc onerabatq; Seianus, peritiâ mo- r m Tiberij, odia in lōgum iaciens, quæ reconderet, auctaq; p omeret. At Germanicus legionum, quas nauibus vexerat, s undā & quartādecimam itinere terrestri P. Vitellio ducen- c s tradit, quo leuior classis vadoso mari innaret, vel recipro ce s eret. Vitellius primum iter sicca humo, aut modicè allabente*

æstu, quietum habuit. mox impulsu aquilonis, simul sidere æq-
noctij, quo maximè tumescit Oceanus, rapi agique agmen.
opplebantur terræ. eadem freto, litori, campis facies. neq; disc-
ni poterant incerta ab solidis. breuia à profundis. sternuntur
ctibus, hauriuntur gurgitibus: iumenta, sarcinæ, corpora e-
nima, interfluunt, occursant. permiscentur inter se manip-
modò pectore, modò ore tenus exstantes, aliquando subtracti
lo disiecti aut obruti. non vox, & mutui hortatus iuuabant,
uersante vndâ. nihil strenuus ab ignauo, sapiens à prudenti,
silia â casu differre: cuncta pari violentiâ inuoluebant
Tandem Vitellius in editiora enisus, eôdem agmen subdu-
pernoctauere sine vtensilibus, sine igni; magna pars nudo
mulcato corpore, haut minus miserabiles, quam quos ho-
circumsidet. quippe illis etiam honestæ mortis vsus: his ing-
rium exitium. lux reddidit terram. penetratúmque ad
mnem Visurgim, quò Cæsar classe contenderat. impositæ de-
de legiones, vagante famâ submersas. nec fides salutis, an-
quàm Cæsarem exercitúmque reducem videre. Iam Ste-
nius ad accipiendum in deditionem Segimerum fratrem Se-
stis præmissus, ipsum & filium eius in ciuitatem Vbiorum pe-
duxerat. data vtrique venia, facilè Segimero, contatius fi-
quia Quinctilii Vari corpus inlusisse dicebatur. *Ceter-*
ad supplenda exercitus damna certauêre Galliæ, Hispania, I-
lia: quod cuique promptum, arma, equos, aurum, offeren-
quorum laudato studio Germanicus, armis modò & equi-
bellum sumtis, propriâ pecuniâ militem iuuit. vtque cladis
moriam etiam comitate leniret, circumire saucios; facta sin-
lorũ extollere; vulnera intuens, alium spe, alium gloriâ, cun-
alloquio & curâ, sibiq; & prœlio firmabat. Decreta eo a-
triumphalia insignia A. Cæcinæ, L. Apronio, C. Silio, ob re-
Germanico gestas. Nomen patris patriæ *Tiberius a populo*
pius ingestum, repudiauit: neq; in acta sua iurari, quamqu-
censente Senatu, permisit: cuncta mortalium incerta, q-
toq; plus adeptus foret, tanto se magis in lubrico dictit-
non tamen ideo faciebat fidem ciuilis animi. nam legem ma-
statis reduxerat, cui nomen apud veteres idem, sed alia in iu-

ei n venicbant, si quis proditione exercitum, aut plebem sedi-
di nibus, denique malè gestâ Rep. maiestatem populi Romani
m uisset. facta arguebantur, dicta impunè erant. Primus
A gustus cognitionem de famosis libellis, specie legis eius tra-
cta t, commotus Cassij Seueri libidine, quâ viros feminásque
inl stres procacibus scriptis diffamauerat. mox Tiberius, con-
sul nte Pompeio Macro prætore, an iudicia maiestatis red-
der itur, exercendas leges esse respondit. Hunc quoque aspera-
uer carmina, incertis auctoribus vulgata in sæuitiam super-
bia q; eius, & discordem cum matre animum. Haut pigebit
ref re, in Falanio & Rubrio, modicis equitibus Romanis, præ-
ten ita crimina: vt quibus initiis, quantâ Tiberij arte, gra-
uiss num exitium irrepserit, dein repressum sit, postremò arsc-
rit, unctáque corripuerit, noscatur. Falanio obijciebat accu-
sat ,quòd inter cultores Augusti, qui per omnes domos
n odum collegiorum habebãtur, Cassium quendam
mi ium corpore infamem adsciuisset: quodque venditis
ho is, statuam Augusti simul mancipasset. Rubrio crimi-
ni dabatur, violatum periurio nomen Augusti. Quæ vbi
Ti rio notuêre, scripsit consulibus, Non ideò decretum pa-
tri o cælum, vt in pernitiem ciuium is honor vertere-
tur. Cassium histrionem solitum inter alios eiusdem artis
in resse ludis, quos mater sua in memoriam Augusti sa-
cra set. Nec contra religiones fieri, quòd effigies eius, vt
ali numinum simulacra, venditionibus hortorum & do-
mi um accedant. Iusiurandum perinde æstimandum,
qu m si Iouem fefellisset. deorum iniurias diis curæ. Nec
m ò pòst Granium Marcellum prætorem Bithyniæ, Quæ-
sto psius Cæpio Crispinus maiestatis postulauit, subscribente
Ro ano Hispone. qui formam vitæ inijt, quam postea celebrem
mi riæ temporum, & audaciæ hominum fecerunt. nam egens,
ign tus, inquies, dum occultis libellis sæuitiæ principis adrepit
mo clarissimo cuique periculum facessit, potentiam apud vnũ,
odi apud omnes adeptus, dedit exemplum quod secuti ex pau-
per ous diuites, ex contemtis metuendi, perniciem aliis ac po-
tre um sibi inuenêre. Sed Marcellum insimulabat, sinistros

de Tiberio ſermones habuiſſe. *ineuitabile crimen, cùm*
moribus principis fœdiſſima quæque deligeret accuſator, ob
ctaretque reo. nam quia vera erant, etiam dicta credebantu
Addidit Hiſpo, ſtatuam Marcelli altiùs quam Cæſarum
tam: & aliâ in ſtatuâ, amputato capite Auguſti, effigie
Tiberii inditam. *ad quod exarſit adeò, vt rupta taciturnit*
proclamaret, ſe quoq; in eâ causâ laturum ſententiam
làm & iuratum, quò ceteris eadem neceſſitas fieret. *A*
nebant etiam tum veſtigia morientis libertatis. Igitur Cn. P
Quo *inquit*, loco cenſebis Cæſar? ſi primus, habebo qu
ſequar: ſi poſt omnes, vereor ne imprudens diſſentia
permotus his, quantoq; incautius efferbuerat, pœnitentiâ
tiens, tulit abſolui reum criminibus maieſtatis. de pecuniis re
tundis, ad reciperatores itum eſt. Nec patrum cognitionibu
tiatus, iudiciis adſidebat in cornu tribunalis, ne Prætorem cu
li depelleret: multaq; eo coram, aduerſus ambitum & po
tium preces conſtituta. ſed dum veritati conſulitur, libertas
rumpebatur. Inter quæ Pius Aurelius Senator, queſtus m
publicæ viæ, ductuq; aquarum, labefactas ædis ſuas, a
lium patrum inuocabat. reſiſtentibus ærarii prætoribus,
uênit Cæſar, pretiumq; ædium Aurelio tribuit, erogandæ pe
neſta pecuniæ cupiens, quam virtutem diu retinuit, cùm ce
exueret. Propertio Celeri prætorio, veniam ordinis ob pau
tatem petenti, decies ſeſtertium largitus eſt, ſatis comperto
ternas ei anguſtias eſſe. tentantis eadem alios, probare cau
Senatui iuſſit: cupidine ſeueritatis, in his etiam quæ ritè f
ret, acerbus. vnde ceteri ſilentium & paupertatem cõfeſſion
beneficio præpoſuere. Eodem anno continuis imbribus a
Tiberis, plana vrbis ſtagnauerat. relabentem ſecuta eſt a
ciorum & hominum ſtrages. Igitur cenſuit Aſinius Gallu
libri Sibyllini adirentur. *renuit Tiberius, perinde diuina*
manaq; obtegens. ſed remedium coërcendi fluminis Ateio C
toni, & L. Arruntio mandatum. Achaiam ac Macedon
onera deprecantis, leuari in præſens pro cõſulari impe
tradique Cæſari placuit. *Edendis gladiatoribus, quos Ger*
nici fratris, ac ſuo nomine obtulerat, Druſus p̃ſedit, quam

ili sanguine nimis gaudens. quod vulgus formidolosum; &
ater arguisse dicebat. *cur abstinuerit spectaculo ipse, varie*
abebant; alij tædio cœtus, *quidam* tristitiâ ingenii, & me-
ı cõparationis, quia Augustus comiter interfuisset. *Non*
ediderim ad ostentandã sæuitiam, mouendásque populi offen-
nes, concessam filio materiem: quamquam id quoq; dictum
t. Theatri licentia proximo priore anno cœpta, grauius tum
upit, occisis non modo è plebe, sed militibus & centurione, vul-
rato tribuno prætoriæ cohortis, dum probra in magistratus &
ssensionem vulgi prohibent. Actum de ea seditione, apud
atres, dicebãturq; sententiæ, vt Præceptorib. ius virgarum
histriones esset. *Intercessit Haterius Agrippa tribunus*
bei, increpitusq; est Asinij Galli oratione, silente Tiberio, qui
simulacra libertatis Senatui præbebat. valuit tamen inter-
sio, quia diuus Augustus immunes verberum histriones
ondam responderat, neque fas Tiberio infringere di-
ı eius. *De modo lucaris, & aduersus lasciuiam fautorum*
ılta decernuntur, ex quîs maximè insignia: Ne domos Pã-
nimorum Senator introiret: ne egredientis in publi-
Equites Romani cingerent: aut alibi quàm in theatro
ꝭ tarentur. & spectantium immodestiã exsilio multãdi
testas Prætoribus fieret. Templum vt in coloniã Tar-
:onensi strueretur Augusto, *petentibus Hispanis permis-*
n; datumq; in omnes prouincias exemplum. Centesimã re-
m venaliũ post bella ciuilia institutã, *deprecante populo, e-*
:it Tiberius, militare ærarium eo subsidio niti. simul im-
rem oneri Remp. nisi vicesimo militiæ anno veterani
nitterent. *ita proximæ seditionis malè consulta, quibus sex-*
:im stipendiorum finem expresserant, abolita in posterum.
tum deinde in Senatu ab Arruntio & Ateio, an ob mode-
ıdas Tiberis exundationes verterentur flumina & la-
s, per quos augescit. *Auditæq; municipiorũ & coloniarum*
ationes, orantibus Florentinis, ne Clanis solito alueo de-
otus in amnem Arnum transferretur, idq: ipsis perni-
m adferret. *Congruentia his Interamnates disseruere,* pes-
n ituros fœcundissimos Italiæ campos, si amnis Nar (*id*

rum parabatur) in riuos diductus superstagnauisset. *Ne Reatini silebant, Velinum lacum, qua in Narem effundi- tur, obstrui recusantes.* quippe in adiacentia inruptur optimè rebus mortalium consuluisse naturam, quæ ora fluminibus, suos cursus, vtque originem ita fines de- derit. spectandas etiam religiones sociorum, qui sacr lucos, & aras patriis amnibus dicauerint. quin ipsum i- berim nolle prorsus accolis fluuiis orbatum, minore g- ria fluere. *Seu preces coloniarum, seu difficultas operum superstitio, valuit, vt in sententiam Pisonis concederetur* nil mutandum censuerat. *Prorogatur Poppæo Sabino uincia Mœsia, additis Achaiâ & Macedoniâ. Id qu morum Tiberij fuit, continuare imperia, ac plerosq; ad fin vitæ in ijsdem exercitibus, aut iurisdictionibus habere. C variæ traduntur. alij* tædio nouæ curæ, semel placita pr ternis seruauisse: *quidam* inuidiâ, ne plures fruere *sunt qui existiment*, vt callidum eius ingenium, ita an iudicium. neque enim eminentis virtutes sectabatu rursum vitia oderat. ex optimis, periculum sibi; à pes dedecus publicum metuebat. *quâ hæsitatione postre prouectus est, vt mandauerit quibusdam prouincias, quos di vrbe non erat passurus. De comitijs consularibus, quæ primum illo principe, ac deinceps fuêre, vix quidquam fir ausim. adeo diuersa, non modo apud auctores, sed in ipsi tionibus reperiuntur. Modo* subtractis candidatorum minibus, originem cuiusque & vitam & stipendia de psit, *vt qui forent intelligeretur. aliquando, eâ quoque sign tione subtractâ,* candidatos hortatus, ne ambitu co turbarent, suam ad id curam pollicitus est. *plerumqu* tantum apud se professos *differuit*, quorum nomina sulibus edidisset. posse & alias profiteri, si gratiæ, au ritis confiderent. *speciosa verbis, re inania, aut sub quantóque maiore libertatis imagine tegebantur, tanto er ra ad infensius seruitium.*

C. CO

C. CORNELII TACITI AB EXCESSV DIVI AVGVSTI ANNALIVM

Liber Secvndvs.

SISENNA *Statilio Tauro, L. Libone* Coss. *mota Orientis regna, prouinciæq; Romanæ; initio apud Parthos orto, qui petitum Româ, acceptúmque regem, quãs gentis Arsacidarum, vt externum aspernabantur. is fuit Vonones, obses Augusto datus à Phrabate. nam Phrabates, quamquam depulisset exercitus, ducésque Romanos, cuncta venerantium officia ad Augustum verterat: partémque prolis firmandæ amicitiæ miserat. haut perinde nostri metu, quàm fidei popularium diffisus. Post finem Phrabatis & sequentium regum, ob internas cædes, venêre in vrbem legati à primoribus Parthis. qui Vononem vetustissimum liberorum eius accirent. Magnificum id sibi credidit Cæsar, auxitq; opibus. & accepere barbari lætantes. vt fermè ad noua imperia. Mox subit pudor,* degenerauisse Parthos, petitũ alio ex orbe regem, hostium artibus infectum. iam inter prouincias Romanas solium Arsacidarum haberi, dariq;. Vbi illã gloriã trucidantium Crassum, exturbantium Antoniũ, si mancipiũ Cæsaris, tot per annos seruitutẽ perpessum, Parthis imperitet? *Accendebat dedignântes & ipse, diuersus à maiorum institutis, raro venatu, segni equorum curâ. quoties per vrbes incederet lecticæ gestamine, fastúque erga patrias epulas.* irridebantur & Græci comites, ac vilissima vtensilium anulo clausa. sed prompti aditus, obuia comitas, ignotæ Parthis virtutes, noua vitia; & quia ipsorũ maioribus aliena, perinde odiũ prauis & honestis. *Igitur Artabadanus Arsacidarũ è sanguine, apud Dahas adultus excitur; primoq; congressu fusus, reparat vires, regnoq; potitur. Victo Vononi perfugiũ Armenia fuit, vacua tũc, interq; Parthorũ & Romanas opes infida, ob scelus Antonij: qui Artauasdem regem Armeniorum specie amicitiæ inlectum, dein catenis oneratũ, postremò inter-*

ficerat. Eius filius Artaxias, memoriâ patris nobis infensu Arsacidarum vi seq; regnumq; tutatus est. occiso Artaxiâ p dolum propinquorum, datus a Cæsare Armeniis Tigranes, d ductusq; in regnum à Tiberio Nerone. Nec Tigrani diuturn imperium fuit, neque liberis eius, quamquam sociatis more e terno in matrimonium regnumq;. dein iussu Augusti imposit Artauasdes, & non sine clade nostrâ deiectus. Tum C. Cæ componendæ Armeniæ deligitur. is Ariobarzanem origine M dum, ob insignem corporis formam, & præclarum an mum, volentibus Armeniis præfecit. *Ariobarzane mor fortuitâ absumto, stirpem eius haut tolerauere: tentatoq; fem næ imperio, cui nomen Erato, eaq; breui pulsâ, incerti soluti & magis sine domino, quam in libertate, profugum Vononen in regnum accipiunt. Sed vbi minitari Artabanus, & pa subsidii in Armeniis, vel si nostrâ vi defenderetur, bellum a uersus Parthos sumendum erat: rector Syriæ Creticus Silan excitum custodiâ circumdat, manente luxu & regio nomi quod ludibrium vt effugere agitauerit Vonones, in loco red mus. Ceterùm Tiberio haut ingratum accidit, turbari res rientis, vt eâ specie Germanicum suetis legionibus abstraher nouisq; prouinciis impositum, dolo simul & casibus obiectar At ille, quanto acriora in eum studia militum, & auersa p trui voluntas, celerandæ victoriæ intentior, tractare prælior vias, & quæ sibi tertium iam annum belligeranti sæua vel p spera euenissent.* fundi Germanos acie, & iustis locis; iuu siluis, paludibus, breui æstate, & præmaturâ hyeme: su militem, haut perinde vulneribus, quàm spatiis itineru damno armorum adfici: fessas Gallias ministrãdis equ longum impedimentorum agmen, opportunum ad in dias, defensantibus iniquum. at si mare intretur; prom ipsis possessionẽ & hostib. ignotam: simul bellũ matur incipi, legionesq; & cõmeatus pariter vehi: integrũ eq tẽ, equosq; per ora & alueos fluminũ mediâ in Germa fore. *Igitur huc intẽdit, missis ad census Galliarũ, P. Vitellio Cantio. Silius & Anteius, & Cæcina fabricãdæ classi pponi tur. Mille naues sufficere visæ, properatæq; aliæ breues, angu pu*

puppi proraq́; , & lato vtero, quo facilius fluctus tolerarent: quædam, planæ carinis, vt sine noxâ siderent: plures, appositis vtrimq. gubernaculis, conuerso vt repente remigio, hinc vel illinc adpellerent: multæ pontibus stratæ, super quas tormenta veherentur, simul aptæ ferendis equis, aut commeatui, velis habiles, citæ remis, augebantur alacritate militum in speciem ac terrorem. Insula Batauorum in quam conuenirent prædicta, ob faciles adpulsus, accipiendisq́; copiis, & transmittendum ad bellum opportuna. Nam Rhenus vno alueo continuus, aut modicas insulas circumueniens, apud principium agri Bataui, velut in duos amnes diuiditur, seruatq́; nomen & violentiam cursus, qua Germaniam præuehitur, donec Oceano misceatur: ad Gallicam ripam latior & placidior adfluens, verso cognomento Vahalem accolæ dicunt: mox id quoque vocabulum mutat Mosâ flumine, eiusq́; immenso ore eundem in Oceanum effunditur.

7 Sed Cæsar, dum adiguntur naues, Silium legatũ cum expeditâ manu inruptionem in Chattos facere iubet. ipse, audito castellum Lupiæ flumini adpositum obsideri, sex legiones eò duxit. neq; Silio ob subitos imbres aliud actum, quàm vt modicam prædam, & Arpi principis Chattorum coniugem, filiamq́; raperet. Neq; Cæsari copiam pugnæ obsessores fecere, ad famam aduentus eius dilapsi. tumultum tamen nuper Varianis legionibus structum, & veterem aram Druso sitam disiecerant. Restituit aram, honoriq́; patris princeps ipse cum legionibus decucurrit. Tumulum iterare haut visum. & cuncta

8 inter castellum, Alisonem, ac Rhenum nouis limitibus, aggeribusq́; permunita. Iamq́; classis aduenerat, cùm præmisso commeatu, & distributis in legiones ac socios nauibus, fossam, cui Drusianæ nomen, ingressus, precatusq; Drusum patrem, vt se eadem ausum, libens placatúsque exemplo ac memoria consiliorum atq; operum iuuaret: lacus inde & Oceanum vsq; ad Amisiam flumen secundâ nauigatione peruehitur. classis Amisiæ relicta, læuo amne. erratumq́; in eo, quòd non subuexit. transposuit militem dextras in terras iturum. ita plures dies efficiendis pontibus absumti. Et eques quidem ac legiones prima æstuaria, non dum adcrescente vndâ, intrepidi transiere:

postremum auxiliorum agmen, Bataniq; in parte eâ, dum insultant aquis artemq; nandi ostentant, turbati, & quidam hausti sunt. Metanti castra Cæsari Angriuariorum defectio à tergo nuntiatur. Missus illicò Stertinius cum equite & armaturâ leui, igne & cædib. perfidiam vltus est. Flumen Visurgis Romanos Cheruscosq; interfluebat. eius in ripâ cum ceteris primoribus Arminius adstitit, quæsitoq; an Cæsar venisset, postquam adesse responsum est, vt liceret cum fratre conloqui orauit. Erat is in exercitu cognomento Flauius, insignis fide, & amisso per vulnus oculo paucis antè annis, duce Tiberio. tum permissum. progressusq; salutatur ab Arminio. qui amotis stipatorib. vt sagittarii nostrâ pro ripâ dispositi abscederent, postulat; & postquam digressi, vnde ea deformitas oris interrogat fratrē. illo locum, & prœlium referente, quodnam præmium recepisset exquirit. Flauius aucta stipendia, torquem, & coronam, aliâq; militaria dona memorat, inridente Arminio vilia seruitii pretia. Exin diuersi orduntur: hic magnitudinē Romanam, opes Cæsaris, & victis graues pœnas, in deditionē venienti paratā clementiā: neq; coniugem & filiū eius hostiliter haberi. Ille fas patriæ, libertatē auitā, penetralis Germaniæ Deos, matrē precum sociam. ne propinquorum & adfiniū, deniq. gentis suę desertor & proditor, quā imperator esse mallet. Paulatim inde ad iurgia prolapsi, quo minus pugnam consererent, ne flumine quidē interiecto cohibebantur: ni Stertinius adcurrens. plenū iræ, armaq; & equū poscentem Flauium attinuisset. cernebatur contra minitabundus Arminius. prœliumq; denuntians nam pleraq; Latino sermone interiaciebat, vt qui Romanis in castris ductor populariū meruisset. Postero die, Germanorum acies trans Visurgim stetit. Cæsar, nisi pontibus præsidiisq; impositis, dare in discrimen legiones haut imperatorium ratus, equitem vado tramittit. præfuere Stertinius, & è numero primipilarium Æmilius, distātibus locis inuecti, vt hostem diducerent. quà celerrimus amnis, Carioualda dux Batauorum erupit. eum Cherusci fugam simulantes, in planitiem saltibus circumiectam traxere: dein coorti, & vndiq; effusi trudunt aduersos. instant cedentibus, collectosq; in or-

in orbem, pars congressi, quidam eminus proturbant. Carioualda, diu sustentatâ hostium sæuitiâ, hortatus suos vt ingruentes cateruas globo frangerēt, *atq; ipse in densissimos inrumpens, congestis telis & suffosso equo labitur, ac multi nobilium circa. ceteros vis sua, aut equites cum Stertinio Æmilioq; sub-*
2 *uenientes periculo exemêre. Cæsar transgressus Visurgim indicio perfugæ cognoscit*, delectum ab Arminio locum pugnæ, conuenisse & alias nationes in siluam Herculi sacram, ausurosq; nocturnam castrorum oppugnationem. *habita indici fides, & cernebantur ignes, suggressiq; propius speculatores* audiri fremitum equorum, immensiq; & inconditi agminis murmur *attulere. Igitur propinquo summæ rei discrimine, explorãdos militũ animos ratus, quonam id modo incorruptum foret, secũ agitabat.* Tribunos & centuriones læta sæpius, quàm comperta nuntiare; libertorũ seruilia ingenia; amicis inesse adulationē: si concio vocetur, illic quoque, quæ pauci incipiant, reliquos adstrepere. penitus noscendas mẽtes, cũm secreti & incustoditi, inter militaris cibos,
3 spem aut metum proferrent. *Nocte cœptâ, egressus augurali, per occulta & vigilibus ignara, comite vno, contectus humeros ferinâ pelle, adit castrorum vias, adsistit tabernaculis, fruiturq; famâ sui: cùm hic* nobilitatē ducis, decorē *alius, plurimi* patientiã, comitatē, per seria per iocos eundem animũ, *laudib. ferrent*: reddendamq; gratiam in acie *faterentur*: simul perfidos & ruptores pacis, vltioni & gloriæ mactãdos. *Inter quæ vnus hostium Latinæ linguæ sciens, acto ad vallum equo, voce magnâ*, coniuges, & agros, & stipendii indies, donec bellaretur, sestertios centenos, si quis transfugisset, *Arminii nomine pollicetur. Incẽdit ea contumelia legionũ iras.* veniret dies, daretur pugna: sumturum militē Germanorum agros, tracturũ cõiuges: accipe omē, & matrimonia ac pecunias p̃dæ hostiũ destinare. *Tertia fermè vigilia, adsultatũ est castris sine coniectu teli: postquam crebras pro munimentis*
4 *cohortes, & nihil remissum sensêre. Nox eadem lætã Germanico quietem tulit, viditq; se operatum, & sanguine sacro respersâ prætextâ, pulchriorem aliam manibus auiæ Augustæ accepisse.*

Auctus omine, addicentibus auspiciis, vocat concionem, & quæ sapientiâ præuisa aptaq; imminenti pugnæ disserit. Non cãpos modò militi Romano ad prœlium bonos, sed si ratio adsit, siluas & saltus. nec enim immensa barbarorum scuta, enormis hastas, inter truncos arborum, & enata humo virgulta, perinde haberi quàm pila, & gladios, & hærentia corpori tegmina. densarent ictus, ora mucronibus quærerent: non loricam Germano, non galeam: ne scuta quidem ferro, neruóue firmata, sed viminũ textus, vel tenuis & fucatas colore tabulas. primam vtcunque aciem hastatam; ceteris, præusta aut breuia tela. iam corpus, vt visu toruum, & ad breuem impetum validum; sic nullâ vulnerum patientiâ. sine pudore flagitii, sine curâ ducum, abire, fugere: pauidos aduersis; inter secunda, non diuini, non humani iuris memores. Si tædio viarum ac maris finem cupiant: hac acie parari. propiorem iam Albim, quàm Rhenum; neque bellum vltrà, modò se patris, patruique vestigia prementem, iisdem in terris victorem sisterent. *Orationem ducis secutus militum ardor: signumq; pugnæ datum. Nec Arminius, aut ceteri Germanorum proceres omittebant suos quisq; testari.* Hos esse Romanos Variani exercitus fugacissimos, qui ne bellum tolerarẽt, seditionem induerint: quorum pars onusta vulneribus tergum, pars fluctibus & procellis fractos artus, infensis rursum hostibus, aduersis Diis obiiciant, nullâ boni spe. classem quippe & auia Oceani quæsita, ne quis venientibus occurreret, ne pulsos premeret: sed vbi miscuerint manus, inane victis ventorum remorúmue subsidium. meminissent modò auaritiæ, crudelitatis, superbiæ: aliud sibi reliquum quàm tenere libertatem, aut mori ante seruitium? *Sic accensos & prœlium poscentes in campum, cui Idistauiso nomen, deducunt. is medius inter Visurgim & colles, vt ripæ fluminis cedũt, aut prominentia montium resistunt, inæqualiter sinuatur. ponè tergum insurgebat silua, editis in altum ramis, & purâ humo inter arborum truncos. campum & prima siluarum, barbara acies tenuit: soli Cherusci iuga insedere, vt prœliantibus Romanis de-*

nis de-

nis desuper incurrerent. Noster exercitus sic incessit. auxiliares Galli, Germaniq; in fronte: post quos pedites sagittarii: dein quatuor legiones, & cum duabus prætoriis cohortibus, ac dilecto equite Cæsar: exin totidem aliæ legiones, & leuis armatura cū equite sagittario: ceteræq; sociorum cohortes. Intentus paratusq; miles, vt ordo agminis, in aciem adsisteret. Visis Cheruscorum cateruis, quæ per ferociam proruperant: validissimos equitum incurrere latus; Stertinium cum ceteris turmis circumgredi, tergaq; inuadere iubet, ipse in tempore adfuturus. *Interea pulcherrimum augurium, octo aquilæ petere siluas, & intrare visæ, Imperatorem aduertêre. exclamat,* Irent, sequerentur Romanas aues, propria legionum numina. *simul pedestris acies infertur, & præmissus eques, postremos ac latera impulit. mirumq; dictu, duo hostium agmina diuersâ fugâ, qui siluam tenuerant in aperta, qui campis adstiterant, in siluam ruebant. medii inter hos Cherusci, collibus detrudebantur, inter quos insignis Arminius manu, voce, vulnere, sustentabat pugnam. Incubueratq; sagittariis, illa rupturus, ni Rætorum Vindelicorumq; & Gallicæ cohortes signa obiecissent. nisu tamē corporis, & impetu equi peruasit, oblitus faciem suo cruore ne nosceretur. quidam* agnitum à Chaucis inter auxilia Romana agentibus, emissumq; *tradiderunt. Virtus seu fraus eadem, Inguiomero effugium dedit. ceteri passim trucidati. & plerosq; tranare Visurgim conantes, iniecta tela aut vis fluminis, postremò moles ruentium, & incidentes ripæ, operuere. quidam turpi fugâ in summa arborum nisi, ramisq; se occultantes, admotis sagittariis per ludibrium figebantur: alios prorutæ arbores adflixêre. Magna ea victoria, neque cruenta nobis fuit. Quintâ ab horâ diei ad noctem cæsi hostes, decem milia passuum cadaueribus atq; armis oppleuere: repertis inter spolia eorum catenis, quas in Romanos, vt non dubio euentu, portauerant. Miles in loco prœlii, Tiberium* imperatorem *salutauit, struxitq; aggerem & in modum trophæorum arma,* subscriptis victarum gentium nominibus, *imposuit. Haut perinde Germanos vulnera, luctus, excidia, quàm ea species dolore & irâ adfecit. qui modo abire sedibus, trans Albim concedere pa-*

rabant, pugnam volunt, arma rapiunt: plebes, primores, iuuentus, senes, agmen Romanum repentè incursant, turbant postremò diligunt locum, flumine & siluis clausum, arcâ intus planitie, & humidâ; siluas quoq; profunda palus ambibat, nisi quòd latus vnum Angriuarii lato aggere extulerant, quo à Cheruscis dirimerentur. hic pedes adstitit; equitem propinquis lucis texêre, vt ingressis siluam legionibus a tergo foret. Nihil ex iis Cæsari incognitum: consilia, locos, prompta, occulta nouerat, astusq; hostium in perniciem ipsis vertebat. Seio Tuberoni legato tradit equitem, campumq;. peditum aciem ita instruxit, vt pars æquo in siluam aditu incederet, pars obiectum aggerem eniteretur. quod arduum, sibi: cetera legatis permisit. quibus plana euenerant, facilè inrupêre: quîs impugnandus agger, vt si murum succederent, grauibus supernè ictibus conflictabantur. Sensit dux imparem cominus pugnam, remotisque paulum legionibus, funditores libratoresque excutere tela, & proturbare hostem iubet. missæ è tormentis hastæ, quantoq; conspicui magis propugnatores, tantò pluribus vulneribus deiecti. Primus Cæsar cum prætoriis cohortibus, capto vallo, dedit impetum in siluas. conlato illic gradu certatum. hostem à tergo palus, Romanos flumen aut montes claudebant. vtrisque necessitas in loco, spes in virtute, salus ex victoriâ. Nec minor Germanis animus; sed genere pugnæ & armorum superabantur: cùm ingens multitudo, artis locis, prælongas hastas non protenderet, non colligeret, neque adsultibus & velocitate corporum vteretur, coacta stabile ad prœlium: contra miles, cui scutum pectori adpressum, & insidens capulo manus, latos barbarorum artus, nuda ora foderet, viamq; strage hostium aperiret. inpromto iam Arminio, ob continua pericula, siue illum recens acceptum vulnus tardauerat. Quin & Inguiomerum tota volitantem acie, fortuna magis quam virtus deserebat. & Germanicus quò magis adgnosceretur, detraxerat tegimen capiti, orabátque insisterent cędibus, nil opus captiuis, solam internicionem gentis finem bello fore. Iamq; sero diei subducit ex acie legionem faciendis castris, cetera ad noctem cruore hostium

stium satiatæ sunt. equites ambiguè certauêre. Laudatis pro cõcione victoribus Cæsar, congeriem armorum struxit, superbo cũ titulo, DEBELLATIS INTER RHENVM ALBIMQVE NATIONIBVS EXERCITVM TIBERII CÆSARIS EA MONIMENTA MARTI ET IOVI ET AVGVSTO SACRAVISSE. *de se nihil addidit, metu inuidiæ, an ratus conscientiam facti satis esse. Mox bellum in Angriuarios Stertinio mandat, ni deditionem properauissent. atque illi supplices, nihil abnuendo, veniam omnium accepêre. Sed æstate iam adulta, legionum aliæ itinere terrestri in hibernacula remissæ, plures Cæsar classi impositas per flumen Amisiam Oceano inuexit. Ac primò placidum æquor mille nauium remis strepere, aut velis impelli: mox atro nubium globo effusa grando: simul variis vndique procellis, incerti fluctus prospectum adimere, regimẽ impedire: milesq; pauidus, & casuũ maris ignarus, dum turbat nautas, vel intempestiuè iuuat, officia prudẽtiũ corrũpebat. omne dehinc cœlũ & mare omne in austrum cessit, qui tumidis Germaniæ terris, profundis amnibus, immenso nubium tractu validus, & rigore vicini Septentrionis horridior, rapuit disiecitq; naues in aperta Oceani, aut insulas, saxis abruptis, vel per occulta vada, infestas. quibus paulum ægreq; vitatis postquam mutabat æstus, eodemq; quo ventus ferebat; non adhærere anchoris, non exhaurire inrumpentis vndas poterant. equi, iumenta, sarcinæ, etiam arma præcipitantur, quò leuarentur aluei manantes per latera, & fluctu superurgente. Quanto violentior cetero mari Oceanus, & truculentia cæli præstat Germania, tantum illa clades nouitate & magnitudine excessit, hostilibus circum litoribus, aut ita vasto & profundo, vt credatur nouissimum ac sine terris mare. pars nauium haustæ sunt, plures, apud insulas longius sitas eiectæ: milesq; nullo illic hominum cultu, fame absumtus, nisi quos corpora equorum eodem elisa tolerauerant. sola Germanici triremis Chaucorum terram adpulit, quem per omnes illos dies noctésque apud scopulos & prominentis oras, cũ se tanti exitii reum clamitaret, vix cohibuere amici, quo minus eodem mari oppeteret. Tandem relabente æstu, & secun-*

dante vento, claudæ naues, raro remigio, aut intentis vestibus, & quædam à validioribus tractæ, reuertêre: quas raptim refectas misit, vt scrutarentur insulas. collecti eâ curâ plerique. multos Angriuarii nuper in fidem accepti, redemtos ab interioribus reddidere. quidam in Britanniam rapti, & remissi a regulis. Vt quis ex longinquo reuenerat, miracula narrabant, vim turbinum, & inauditas volucres, monstra maris, ambiguas hominum & beluarum formas: *visa, siue ex metu credita. Sed fama classis amissæ, vt Germanos ad spem belli, ita Cæsarem ad coërcendum erexit. C. Silio cum triginta peditum, tribus equitum millibus ire in Chattos imperat: ipse maioribus copiis Marsos irrumpit: quorum dux Malouendus nuper in deditionem acceptus, propinquo loco defossam Varianæ legionis aquilam modico præsidio seruari indicat. Missa extemplo manus, quæ hostem a fronte eliceret, alii qui terga circumgressi recluderent humum. & vtrisque adfuit fortuna. eo promtior Cæsar pergit introrsus, populatur, exscindit non ausum congredi hostem: aut sicubi restiterat, statim pulsum, nec vnquam magis, vt ex captiuis cognitum est, pauentem. Quippe* inuictos & nullis casibus superabiles Romanos prædicabant, qui perditâ classe, amissis armis, post constrata equorum virorumq; corporibus litora, eâdem virtute, pari ferociâ, & veluti aucti numero inrupissent. *Reductus inde in hiberna miles, lætus animi, quòd aduersa maris, expeditione prospera pensauisset. addidit munificentiam Cæsar, quantum quis damni professus erat exsoluendo. Nec dubium habebatur,* labare hostes, petendæque pacis consilia sumere, & si proxima æstas adiiceretur, posse bellum patrari: *sed crebris epistolis Tiberius monebat,* rediret ad decretum triumphum. satis iam euentuum, satis casuum: prospera illi & magna prœlia: eorum quoque meminisset, quæ venti & fluctus, nullâ ducis culpâ, grauia tamen & sæua damna intulissent. nouies a Diuo Augusto in Germaniam missum, plura consilio quàm vi perfecisse. sic Sugambros in deditionem acceptos, sic Sueuos, regemque Maroboduum pace obstrictum. posse & Cheruscos, ceterasque rebellium gentes

quando

quando Romanæ vltioni consultum est, internis discordiis relinqui. *Precante Germanico* annum efficiendis cœptis, *acrius modestiam eius adgreditur, alterum Consulatum offerendo, cuius munia præsens obiret. simul adnectebat.* si foret adhuc bellandū, relinqueret materiē Drusi fratris gloriæ, qui nullo tum alio hoste, nō nisi apud Germanias adsequi nomen imperatoriū, & deportare laureā posset. *Haut cunctatus est vltra Germanicus, quanquam fingi ea, seq; per inuidiā parto iam decori abstrahi intelligeret. Sub idem tempus, è familiâ Scriboniorum Libo Drusus* defertur moliri res nouas. *Eius negotii initium, ordinem finem curatiùs differam; quia tū primùm reperta sunt, quæ per tot annos Remp. exedêre. Firmius Catus Senator, ex intimâ Libonis amicitiâ, iuuenē improuidū & facilē inanib. ad Chaldæorum promissa, Magorū sacra, somniorum ét interpretes impulit: dum* proauum Pompeium, amitā Scriboniam, quæ quondā Augusti cōiunx fuerat, consobrinos Cæsares, plenā imaginib. domum ostentat: *hortaturq; ad luxum & æs alienum, socius libidinum & necessitatum, quò pluribus indiciis inligaret. Vt satis testium, & qui serui eadem noscerent, reperit: aditum ad principem postulat, demonstrato crimine & reo per Flaccum Vescularium equitem Romanum, cui propior cum Tiberio vsus erat. Cæsar indicium haut aspernatus, congressus abnuit.* posse enim, eodem Flacco internuntio, sermones commeare. *atq; interim Libonē ornat Præturâ, conuictibus adhibet, non vultu alienatus, non verbis commotior (adeò iram condiderat) cunctaq; eius dicta factaq; cùm prohibere posset, scire malebat. donec Iunius quidā tentatus vt infernas vmbras carminibus eliceret, ad Fulcinium Trionem indicium detulit. celebre inter accusatores Trionis ingenium erat, auidumq; famæ malæ. Statim corripit reū, adit Consules. Senatus cognitionem poscit: & vocantur Patres, addito,* consultandum super re magnâ & atroci. *Libo interim veste mutatâ cū primorib. feminis, circūire domos,* orare adfines, vocē aduersùm pericula poscere: *aduuentib. cunctis, cùm diuersa prætenderent, eâdem formidine. Die senatus, metu & ægritudine fessus, siue, vt tradidêre quidam, simulato morbo,*

D *

lecticâ delatus ad fores curiæ, innisusq́; fratri, & manus ac su-
plices voces ad Tiberium tendens, immoto eius vultu excipit
mox libellos & auctores recitat Cæsar, ita moderans, ne leni
néue asperare crimina videretur. Accesserant præter Trion
& Catum accusatores, Fonteius Agrippa, & C. Liuius, cer-
bantq́; cui ius perorādi in reum daretur: donec Liuius, quia
ipsi inter se concederent, & Libo sine patrono introisset, singi-
tim se crimina obiecturum professus, protulit libellos vecor
adeò, vt consultauerit Libo, an habiturus foret opes, quis
Appiam Brundisium vsq; pecuniâ operiret. inerant & a
huiuscemodi, stolida, vana; si mollius acciperes, miseranda. V
tamen libello, manu Libonis, nominib. Cæsarum aut senatoru
additas atroces vel occultis notas, accusator arguebat. Nega
reo, agnoscentes seruos per tormenta interrogari placuit. Et q
vetere Senatus consulto, quæstio in caput domini prohibebat
callidus & noui iuris repertor Tiberius, mancipari singulo
ctori publico iubet: scil. vt in Libonē ex seruis, saluo senatusc
sulto quæreretur. Ob quæ posterum diem reus petiuit. domu
digressus, extremas preces P. Quirinio propinquo suo ad prin
pem mandauit, responsum est, vt Senatum rogaret. Cinge
tur interim milite domus, strepebātq́; etiam in vestibulo, vt
diri, vt aspici possent: cùm Libo, ipsis, quas in nouissimam vo
ptatem adhibuerat, epulis excruciatus, vocare percussorē, p
hensare seruorum dextras, inserere gladium. atq; illis, dum
pidant, dum refugiunt, euertentib. adpositum mensâ lumen
ralib. iam sibi tenebris duos ictus in viscera direxit. Ad gem
conlabentis, accurrēre liberti, & cæde visâ miles abstitit. Ac
satio tamē apud Patres adseueratione eâdem peracta, iurau
Tiberius petiturum se vitam, quamuis nocenti, nisi v
luntariā mortem properauisset. Bona inter accusatores d
duntur: & Præturæ extra ordinem datæ, his qui Senatòru
dinis erant. Tunc Cotta Messallinus, ne imago Libonis
equias posterorum comitaretur, censuit: Gn. Lentulus
quis Scribonius cognomentū Drusi adsumeret. suppli
tionū dies, Pomponii Flacci sententiâ constituti. vt dona
ui, Marti, Cōcordiæ, vtq́; Iduum Septemb. dies quo se

bo

bo interfecerat, dies festus haberetur, *L.P.& Gallus Asinius, & Papius Mutilus, & L. Apronius decreuêre: quorum auctoritates, adulationesq; retuli, vt sciretur vetus id in Rep. malum. Facta &* de Mathematicis Magisq; Italiâ pellendis *Senatusconsulta: quorum è numero, L. Pituanius saxo deiectus est. In P. Martium consules extra portam Exquilinam, cùm classicum canere iussissent, more prisco aduertêre. Proximo senatus die, multa in luxũ ciuitatis dicta à Q. Haterio Consulari, Octauio Frontone Praturâ functo: decretumq;* ne vasa auro solida ministrandis cibis fierent, ne vestis serica viros fœdaret. *Excessit Fronto, ac postulauit* modũ argento, suppellectili, familiæ. *Erat quippè adhuc frequens Senatoribus, si quid è Rep. crederent, loco sententiæ promere. Contra Gallus Asinius disseruit,* Auctu imperii adoleuisse ẽt priuatas opes, idq; nõ nouũ, sed è vetustissimis morib. aliam apud Fabricios, aliã apud Scipiones pecuniam, & cuncta ad Remp. referri. quâ tenui; angustas ciuiũ domos; postq̃ eò magnificentiæ venerit, gliscere singulos. neq; in familiâ & argento, quęque ad vsum parentur, nimium aliquid, aut modicum, nisi ex fortunâ possidentis. distinctos Senatus & Equitum cẽsus: non quia diuersi naturâ, sed vt locis, ordinib. dignationib. antistent, talesq; ad requiem animi aut salubritatem corporum parentur. nisi fortè clarissimo cuiq; plures curas, maiora pericula subeunda; delinimentis curarum & periculorum carendum esse. *Facilem adsensum Gallo, sub nominibus honestis, confessio vitiorum & similitudo audientium dedit. Adiecerat & Tiberius,* non id tempus censuræ: nec si quid in moribus labaret, defuturum corrigendi auctorẽ. *Inter quæ L. Piso* ambitum fori, corrupta iudicia, sęuitiam oratorum, accusationes minitantium *increpans,* abire se, & cedere vrbe, victurum in aliquo abdito & longinquo rure *testabatur, simul curiam relinquebat. Cõmotus est Tiberius, & quamquam mitibus verbis Pisonem permulsisset, propinquos quoque eius impulit, vt abeuntem auctoritate vel precibus tenerent. Haut minus liberi doloris documentum idem Piso mox dedit, vocatã in ius Vrgulaniã, q̃ supra leges amicitia Augustæ*

extulerat. nec aut Vrgulania obtemperauit, in domum Cæſa-
ris ſpreto Piſone vecta; aut ille abſtitit, quamquam Auguſta
ſe violari & imminui quereretur. *Tiberius hactenus indul-*
gere matri ciuile ratus, vt ſe iturum ad Prætoris tribunal, ad-
futurum Vrgulaniæ diceret, proceſſit palatio, procul ſequi iuſſis
militibus. ſpectabatur, occurſante populo, compoſitus ore, & ſer-
monibus variis tempus atq; iter ducens: donec propinquis Pi-
ſonem fruſtra coërcentibus, deferri Auguſta pecuniam quæ pe-
tebatur iuberet. Isq; finis rei. ex quâ neq; Piſo inglorius, & Cæ-
ſar maiore famâ fuit. Ceterùm Vrgulaniæ potentia adeò nimia
ciuitati erat, vt teſtis in cauſsâ quadam quæ apud Senatum
tractabatur, venire dedignaretur. miſſus eſt Prætor, qui do-
mi interrogaret: cùm virgines Veſtales in foro & iudicio audi-
ri, quoties teſtimonium dicerent, vetus mos fuerit. Res eo an-
no prolatas haut referrem, ni pretium foret, Gn. Piſonis & A-
ſinii Galli ſuper eo negotio diuerſas ſententias noſcere. Piſo, quã-
quam abfuturum ſe dixerat Cæſar, ob id magis agendum cẽ-
ſebat, vt abſente principe, Senatus & Equites poſſent ſua
munia ſuſtinere. decorum Reip. fore. *Gallus, quia ſpeciem*
libertatis Piſo præceperat, nihil ſatis inluſtre, aut ex dignita-
te populi Romani niſi coràm & ſub oculis Cæſaris: eoque
conuentum Italiæ & adfluentis ꝓuincias, p̃ſentia eius ſer-
uanda *dicebat. Audiente hæc Tiberio ac ſilente, magnis vtrim-*
que contentionib. acta; ſed res dilatæ. Et certamen Gallo aduerſus
Cæſarem exortũ eſt. nam cenſuit in quinquenniũ magiſtra-
tuũ comitia habenda: vtq; legionum legati, qui ante præ-
turam eâ militiâ fungebantur, iam tum Prætores deſtina-
rentur: princeps duodecim candidatos, *in annos ſingulos no-*
minaret. Haut dubiũ erat, eã ſententiã altiùs penetrare, & ar-
cana imperii tentari. Tiberius tamen quaſi augeretur poteſtas
eius differuit. Graue moderationi ſuę tot eligere, tot differ-
re. vix per ſingulos annos offenſiones vitari, q̃uis repul-
ſam propinqua ſpes ſoletur: quantum odii fore ab his qui
vltra quinquenniũ proiiciantur! vnde proſpici poſſe quæ
cuique tam longo temporis ſpacio mens, domus, fortu-
na? ſuperbire homines etiam annuâ deſignatione: quid
ſi ho-

ſi honorem per quinquennium agitent? quintuplicari prorſus magiſtratus, ſubuerti leges, quæ ſua ſpacia exercẽdæ candidatorum induſtriæ, quærendisq́; aut potiundis
7 honoribus ſtatuerint. *Fauorabili in ſpeciem oratione vim imperii tenuit, cenſusq́; quorundam Senatorum iuuit. quò magis mirum fuit, quòd preces M. Hortali nobilis iuuenis, in paupertate manifeſtâ, ſuperbius accepiſſet. Nepos erat oratoris Hortenſii, inlectus a diuo Auguſto liberalitate decies ſeſtertiûm ducere vxorem, ſuſcipere liberos, ne clariſſima familia exſtingueretur. Igitur quatuor filiis ante limen curiæ adſtantibus, loco ſententiæ, quum in palatio ſenatus haberetur, modo Hortenſii inter oratores ſitam imaginem, modò Auguſti intuens, ad hunc modum cœpit.* Patres conſcripti, hos quorum numerum & pueritiam videtis, non ſponte ſuſtuli, ſed quia princeps monebat: ſimul maiores mei meruerant, vt poſteros haberent. nam ego, qui non pecuniã, nõ ſtudia populi, neq; eloquentiam gentile domus noſtræ bonum varietate temporũ accipere vel parare potuiſſem, ſatis habebam, ſi tenues res meæ nec mihi pudori, nec cuiquam oneri forent. iuſſus ab imperatore, vxorem duxi. En ſtirps & progenies tot conſulum, tot dictatorum. nec ad inuidiam iſta, ſed conciliandæ miſericordiæ refero. adſequentur florente te Cæſar quos dederis honoris, interim Q. Hortenſii pronepotes, diui Auguſti alumnos, ab inopiâ
8 defende. *Inclinatio Senatus incitamentum Tiberio fuit, quò promptius aduerſaretur, his fermè verbis vſus.* Si quantum pauperum eſt, venire huc, & liberis ſuis petere pecunias cœperint: ſinguli numquam exſatiabuntur, Reſp. deficiet. nec ſanè ideo à maioribus conceſſum eſt egredi aliquando relationem, & quod in commune conducat loco ſententiæ proferre, vt priuata negotia, res familiares noſtras hic augeamus: cum inuidiâ ſenatus & principum, ſiue indulſerint largitionem, ſiue abnuerint. non enim preces ſunt iſtuc, ſed efflagitatio intempeſtiua quidem & improuiſa: cùm aliis de rebus conuenerint patres, conſurgere, & numero atque ætate liberùm ſuorum, vrgere

modestiam senatus, eandem vim in me transmittere, ac velut perfringere ærarium: quod si ambitione exhauseri mus, per scelera supplendum erit. dedit tibi Hortale di uus Augustus pecuniam, sed non compellatus, nec e lege vt semper daretur. languescet alioqui industria, in tendetur socordia, si nullus ex se metus, aut spes: & se curi omnes aliena subsidia exspectabunt, sibi ignaui, no bis graues. *Hæc atque talia, quamquam cum adsensu audit ab his, quibus omnia principum honesta atque inhonesta lauda re mos est, plures per silentium aut occultum murmur excepêr sensitq́; Tiberius. & cùm paulum reticuisset*, Hortalo se re spondisse, *ait*, ceterum si Patribus videretur, daturum li beris eius ducena sestertia singulis, qui sexus virilis essen *egêre alii grates: siluit Hortalus, pauore, an auitæ nobilitatis e iam inter angustias fortunæ retinens. neque miseratus est pos hac Tiberius, quamuis domus Hortensii pudendā ad inopia dilaberetur. Eodem anno, mancipii vnius audacia, ni matur subuentum foret, discordiis armisq́; ciuilibus Remp. perculiss Postumi Agrippæ seruus, nomine Clemens, comperto fine A gusti, pergere, in insulam Planasiam, & fraude aut vi raptum Arippam ferre ad exercitus Germanicos, non seruili animo c cepit. ausa eius impediuit tarditas onerariæ nauis. atq; interi patratā cæde, ad maiora & magis præcipitia conuersus, furat cineres, vectusq́; (oram Ethruriæ promontorium, ignotis lo sese abdit, donec crinē barbamq́; promitteret. nam ætate & f ma haut dissimili in dominum erat. tum per idoneos & secr eius socios, crebescit* viuere Agrippam, *occultis primùm s monibus, vt vetita solent: mox vago rumore apud imperiti mi cuiusq́; promtas aures, aut rursum apud turbidos, eoq́; n cupientes. atque ipse adire municipia obscuro diei, neq́; pro lam aspici, neque diutius iisdem locis. sed quia veritas visu mora, falsa festinatione & incertis valescunt, relinquebat mam, aut præueniebat. Vulgabatur interim per Italiam, s* uatum munere Deûm Agrippam, *credebatur Romæ. i Hostiam inuectum multitudo ingens, iam in vrbe clandesti cœtus celebrabant: cùm Tiberium anceps cura distrahere,*

ne

*ne militum seruum suum coërceret; an inanem credulitatem
tempore ipso vanescere sineret. modò nihil spernendum, modò
non omnia metuenda, ambiguus pudoris ac metus reputabat.
postremò dat negotium Sallustio Crispo. ille è clientibus duos
(quidam milites fuisse tradunt) delegit, atque* hortatur, simu-
latâ conscientiâ adeant, offerant pecuniam, fidem, atque
pericula polliceantur. *Exsequuntur vt iussum erat. dein spe-
culati noctem incustoditam, acceptâ idoneâ manu vinctũ clauso
re in palatiũ traxère. percõtanti Tiberio,* Quomodo Agrip-
pa factus esset? *respondisse fertur,* Quomodo tu Cæsar. *Vt
ederet socios, subigi non potuit. nec Tiberius pœnam eius palam
ausus, in secretâ palatii parte interfici iussit, corpusq; clàm auferr-
i. & quamquam multi è domo principis, equitesq; ac senatores,
sustentasse opibus, iuuisse consiliis dicerentur, haut quæsitum.
Fine anni arcus propter ædem Saturni ob recepta signa cum Va-
ro amissa; ductu Germanici, auspiciis Tiberii: & ædes Fortis
Fortunæ Tiberim iuxta in hortis, quos Cæsar Dictator populo
Rom. legauerat: sacrarium genti Iuliæ, effigiesq; diuo Augusto
apud Bouillas, dicantur. C. Cœlio, L. Pomponio* COSS. *Germa-
nicus Cæsar* A D. VII. *Kalendas Iunias triumphauit de Che-
ruscis Chattisq; & Angriuariis, quæq; aliæ nationes vsq; ad Al-
bim colunt. vecta spolia, captiui, simulacra montium, fluminũ,
prœliorum: bellumq; quia conficere prohibitus erat, pro confecto
accipiebatur. augebat intuentium visus eximia ipsius species.
currusq; quinque liberis onustus, sed suberat occulta formido
reputantibus,* haut prosperum in Druso patre eius fauorẽ
vulgi, auunculum eiusdem Marcellum flagrantib. plebis
studiis intra iuuentam ereptum, breues & infaustos popu-
li Romani amores. *Ceterùm Tiberius, nomine Germanici,
trecenos plebi sestertios viritim dedit, seq; collegam Consulatui
eius destinauit. nec ideo sinceræ caritatis fidem adsecutus, amo-
liri iuuenẽ specie honoris statuit, struxitq; caussas, aut fortè ob-
latas arripuit. Rex Archelaus quinquagesimũ annum Cappa-
dociâ potiebatur, inuisus Tiberio, quod eũ Rhodi agentem nullo
officio coluisset. nec id Archelaus per superbiam omiserat, sed ab
intimis Augusti monitus; quia florente C. Cæsare, missoq; ad res*

Orientis, intuta Tiberii amicitia credebatur. Vt versâ Cæsa
rum sobole, imperium adeptus est, elicit Archelaum matri
litteris, quæ nō dissimulatis filii offensionib. clementiā offerebat
si ad precandum veniret. ille ignarus doli, vel si intelligere cre
deretur vim metuens, in vrbem properat: exceptusq; immiti
principe, & mox accusatus in Senatu, non ob crimina quæ fin
gebantur, sed angore, simul fessus senio, & quia regibus æqua ne
dum infima insolita sunt, finem vitæ sponte an fato impleuit. Re
gnum in prouinciam redactum est, fructibusque eius leua
posse centesimæ vectigal *professus Cæsar*, ducentesimam i
posterum statuit. *Per idem tempus Antiocho Comagenorum*
Philopatore Cilicum regib. defunctis, turbabātur nationes, ple
risq; Romanum, aliis regium imperium cupientib. & pro
uinciæ Syria atq; Iudæa, fessæ oneribus, diminutionē tri
buti orabant. *Igitur hæc, & de Armeniâ quæ supra memora*
ui, apud Patres disseruit, nec posse motum Orientē nisi Ger
manici sapientiâ componi. nam suam ętatē vergere, Dru
nondum satis adoleuisse. *Tunc decreto Patrum*, permiss
Germanico prouinciæ, quæ mari diuiduntur, maiusq;
imperiū quoquò adisset, q̄ his qui sorte aut missu princ
pis obtinerēt. *Sed Tiberius demouerat Syriâ Creticū Silan*
per adfinitatem connexū Germanico, quia Silani filia Nero
vetustissimo liberorū eius pacta erat: præfeceratq; Gn. Pisone
ingenio violentum, & obsequii ignarū, insitâ ferociâ a patre P
sone, qui ciuili bello resurgentes in Africa partes acerrimo m
nisterio aduersus Cæsarem iuuit. mox Brutum & Cassium
cutus, concesso reditu, petitione honorum abstinuit, donec vlt
ambiretur delatum ab Augusto Consulatum accipere. sed pr
ter paternos spiritus, vxoris quoq; Plancinæ nobilitate & op
accendebatur. vix Tiberio concedere, liberos eius vt multum
infra despectare: nec dubium habebat, se dilectum, qui Syriæ in
poneretur, ad spes Germanici coërcendas. Credidere quidam
data & à Tiberio occulta mandata, & Plancinam ha
dubiè Augusta monuit, muliebri æmulatione Agrippi
insectādi. *diuisa namq; & discors aula erat, tacitis in Drusu*
aut Germanicū studiis. Tiberius, vt proprium & sui sanguin

Dr

Drusum fouebat: Germanico, alienatio patrui, amorem apud ceteros auxerat; & quia claritudine materni generis anteibat, auum M. Antonium, auunculum Augustum ferens. contra Druso proauus eques Rom. Pomponius Atticus, dedecere Claudiorum imagines videbatur. & coniunx Germanici Agrippina, fecunditate ac fama Liuiam vxorem Drusi præcellebat. sed fratres egregiè concordes, & proximorum certaminibus inconcussi. Nec multo post Drusus in Illyricum missus est, vt suesceret militiæ, studiaq́; exercitus pararet; simul iuuenem urbano luxu lasciuientem melius in castris haberi Tiberius, seque tutiorem rebatur, vtroq́; filio legiones obtinente. Sed Sueui prætendebantur, auxilium aduersus Cheruscos orantes. *nam discessu Romanorum, ac vacui externo metu, gentis adsuetudine, & tum æmulatione gloriæ, arma in se verterant. vis nationum, virtus ducum in æquo: sed Maroboduum regis nomen inuisum apud populares: Arminium pro libertate bellantem fauor habebat. Igitur non modò Cherusci sociiq́; eorum, vetus Arminii miles, sumsere bellum: sed è regno etiam Marobodui Sueuæ gentes, Semnones ac Longobardi, defecere ad eum. quibus additis præpollebat, ni Inguiomerus cum manu clientum ad Maroboduum perfugisset: non aliã ob caussam, quam quia fratris filio iuueni, patruus senex parêre dedignabatur. Diriguntur acies pari vtrimq́; spe, nec vt olim apud Germanos vagis incursibus, aut disiectas per cateruas. quippe longo aduersus nos militia, insueuerant sequi signa, subsidiis firmari, dicta imperatorum accipere. At tunc Arminius equo conlustrans cuncta, vt quosq́; aduectus erat.* Reciperatam libertatem, trucidatas legiones, spolia adhuc & tela Romanis direpta, in manibus multorum ostentabat. contrà fugacem Maroboduum appellans, præliorum expertem, Hercyniæ latebris defensum, ac mox per dona & legationes petiuisse fœdus, proditorem patriæ, satellitem Cæsaris, haut minus infensis animis exturbandum quàm Varũ Quinctilium interfecerint. meminissent modò tot prœliorum, quorum euentu, & ad postremum eiectis Romanis, satis probatum, penes vtros summa belli fuerit. *Neq; Maro-*

*boduus iactantiâ sui, aut probris in hostem abstinebat. sed In
guiomerum tenens*, Illo in corpore decus omne Cherusco
rum, illius consiliis gesta, quæ prosperè ceciderint, testa
batur. vecordem Arminium, & rerum nescium, alienam
gloriam in se trahere: quoniam tres vacuas legiones &
ducem fraudis ignarum perfidiâ deceperit: magnâ cum
clade Germaniæ, & ignominiâ suâ, cùm coniunx, cùm
filius eius seruitium adhuc tolerent. At se duodecim le
gionibus petitum duce Tiberio, illibatam Germanorum
gloriam seruauisse. mox conditionibus æquis discessum
neque pœnitere quòd ipsorum in manu sit, integrum
aduersus Romanos bellum, an pacem incruentam ma
lint. *His vocibus instinctos exercitus, propriæ quoque caus
stimulabant. cùm à Cheruscis Longobardisque pro antiqu
decore, aut recenti libertate; & contra, augendæ dominatior
certaretur. Non aliâs maiore mole concursum, neque ambi
guo magis euentu fusis vtrimq; dextris cornibus. Sperabaturq
rursum pugna, ni Maroboduus castra in colles subduxisset
Id signum perculsi fuit: & transfugis paulatim nudatus, in
Marcomannos concessit, misitq; legatos ad Tiberium oratu
ros auxilia. Responsum est*, non iure eum aduersus Che
ruscos arma Romana inuocare, qui pugnantis in eũdem
hostem Romanos nullâ ope iuuisset. *Missus tamen Dru
sus, vt retulimus, pacis firmator. Eodem anno duodecim celebre
Asiæ vrbes conlapsæ, nocturno motu terræ. quo improuisior gra
uiorq; pestis fuit. neq; solitum in tali casu effugium subueniebat
in aperta prorumpendi, quia diductis terris hauriebantur.* se
disse immensos montes, visa in arduo quæ plana fuerint
effulsisse inter ruinã ignes memorant. *Asperrima in Sar
dianos lues plurimum in eosdem misericordiæ traxit. nam* cen
tiens sestertiûm pollicitus Cæsar, & quantũ ærario, aut fi
sco pendebant, in quinquenniũ remisit. *Magnetes à Sipy
lo ꝓximi damno ac remedio habiti. Temnios, Philadelphenos
Ægeatas, Apollonienses, quiq; Mosceni aut Macedones Hyr
cani vocãtur, & Hierocæsarea, Myrinam, Cymen, Tmolũ le
uari idem in tempus tributis, mittique ex Senatu placuit, qu
præsen*

ræsentia spectaret, refueretq́;. dilectus est M. Altius è præto-ius, ne Consulari obtinente Asiam æmulatio inter pares, & ex o impedimentum oriretur. Magnificam in publicum largi-onem auxit Cæsar haut minus gratâ liberalitate, quòd bona Æmiliæ Musæ locupletis intestatæ petita in fiscum, Æmilio Lepido cuius è domo videbatur; & Patulei diuitis equitis Ro-mani hereditatem (quamquam ipse heres in parte legeretur) tradidit M. Seruilio, quem prioribus neq; suspectis tabulis scri-ptum compererat: nobilitatem vtriusq; pecuniâ iuuandã præfatus. *Neq; hereditatem cuiusquam adiit, nisi cùm amici-tiâ meruisset. Ignotos & aliis infensos, eóque principem nuncu-pantes, procul arcebat. Ceterùm vt honestam innocentium paupertatem leuauit; ita prodigos & ob flagitia egentes Vibi-dium Varronem, Marium Nepotem, Appium Appianum, Cornelium Sullam, Q. Vitellium mouit senatu, aut spõte cedere passus est. Iisdem temporibus Deûm ædes vetustate aut igni abolitas, cœptasq; ab Augusto, dedicauit. Libero Liberæq; & Cereri, iuxta Circum maximum, quas A. Postumius Dicta-tor vouerat: eodemq́; in loco ædem Floræ ab Lucio & Marco Publiciis ædilibus constitutam: & Iano templum, quod apud forũ olitoriũ C. Duillius struxerat, qui primus rem Romanam prosperè mari gessit, triumphũq́; naualem de Pœnis meruit. Spei ædes à Germanico sacratur: hanc Atilius vouerat eodem bello. Adolescebat interea* lex maiestatis. *Et Apuleiam Variliã so-roris Augusti neptem*, quia probrosis sermonibus Diuum Augustũ ac Tiberiũ, & matrem eius inlusisset, Cæsarique cõnexa, adulterio teneretur, *maiestatis delator arcessebat.* De adulterio satis caueri lege Iuliâ visũ. Maiestatis crimẽ distingui *Cæsar postulauit*; damnariq́; si qua de Augusto in-religiosè dixisset, *In* se iacta nolle ad cognitionem vocari. *Interrogatus à Consule* quid de iis censeret, q̃ de matre eius locuta secus argueretur? *reticuit: dein ꝓximo senatus die, il-lius quoq; nomine orauit*, ne cui verba in eã quoquo modo habita crimini forẽt. *liberauitq; Apuleiã leg. maiestatis.* adul-terii grauiorẽ pœnã deprecatus, vt exẽplo maiorũ ꝓpin-quis suis vltra ducentesimũ lapidẽ remoueretẽ suasit. *Adul-*

tero Manlio Italiâ atq; Africâ interdictum est. De Præ-
re in locum Vipsanij Galli, quem mors abstulerat, subrogan-
certamen incessit. Germanicus atq; Drusus (nam etiam tu
Romæ erant) Haterium Agrippam propinquum Germa-
fouebant: contrà plerique nitebantur, vt numerus liberor
in candidatis præpolleret, quod lex iubebat. lætabatur Ti-
rius, cùm inter filios eius & leges Senatus disceptaret. victa
sine dubio lex: sed neq; statim, & paucis suffragiis: quom
letiam cùm valerent, leges vincebantur. Eodem anno cœptu
in Africâ bellum, duce hostium Tacfarinate. is natione N-
mida, in castris Romanis auxiliaris stipendia meritus, mox
sertor, vagos primùm & latrociniis suetos ad prædam & rap
congregare; dein more militiæ per vexilla, & turmas com
nere; postremò non inconditæ turbæ, sed Musulanorum d
haberi. valida ea gens, & solitudinibus Africæ propinqua, n
lo etiam tum vrbium cultu, cepit arma Maurósque acco
in bellum traxit. dux & his Mazippa. diuisúsq; exercit
vt Tacfarinas lectos viros, & Romanum in modum arma
castris attineret, disciplinâ & imperiis suesceret: Mazip
cum copiâ, incendia & cædes, & terrorem circumferr
compulerántque Cinithios, haut spernendam nationem, in e
dem; cùm Furius Camillus Proconsul Africæ, legionem
quod sub signis sociorum, in vnum conductos ad hostem dux
modicam manum, si multitudinem Numidarum atq; Ma
rorum spectares; sed nihil æquè cauebatur, quam ne bellum m
tu eluderent. spe victoriæ inducti sunt, vt vincerentur. Igitur l
gio medio, leues cohortes duæq; alæ in cornibus locãtur. nec Ta
farinas pugnam detractauit. fusi Numidæ, multósque pòst a
nos Furio nomini partum decus militiæ. nam pòst illum recip
ratorem. vrbis, filiumq; eius Camillum, penes alias familias im
peratoria laus fuerat. Atq; hic quem memorauimus, bellorum
expers habebatur. eò pronior Tiberius res gestas apud Senat
celebrauit: & decreuere patres triumphalia insignia. quo
Camillo ob modestiam vitæ impunè fuit. Sequens annus Tibe
rium tertio, Germanicum iterum consules habuit. sed eum ho
norem Germanicus iniit apud vrbem Achaiæ Nicopolim, qu

venera

nerat per Illyricam oram, viso fratre Druso in Dalmatiâ a-
nte, Hadriatici ac mox Ionij maris aduersam nauigationem
rpessus. igitur paucos dies insumsit reficiendæ classi, simul sinus
Actiacâ victoriâ inclitos, & sacratas ab Augusto manubias,
straq; Antonii cum recordatione maiorum suorum adijt.
mq; ei, vt memoraui, auunculus Augustus, auus Antonius
ant, magnaq; illic imago tristium lætorumq;. Hinc ventum
Athenas. fœderiq; sociæ & vetustæ vrbis datum, vt vno licto-
vteretur. Excepere Græci quæsitissimis honorib. vetera suo-
m facta dictaque præferentes, quò plus dignationis a-
latio haberet. Petitâ inde Eubœa, tramisit Lesbum, vbi
grippina nouissimo partu Iuliam edidit. tum extrema Asiæ,
rinthumq; ac Byzantium Thracias vrbes, mox Proponti-
s angustias, & os Ponticum intrat, cupidine veteres locos, &
mâ celebratos noscendi. pariterq; prouincias internis certa-
inibus, aut magistratuum iniuriis fessas refouebat atq; illum
regressu sacra Samothracum visere nitentem, obuii aquilo-
s depulere. Igitur aliaq;, quæ ibi varietate fortunæ & nostri o-
sine veneranda, relegit Asiam, appellitq; Colophona, vt Cla-
Apollinis oraculo vteretur. Non femina illic, vt apud Del-
s, sed certis è familiis & fermè Mileto accitus sacerdos nu-
rum modò consultantium, & nomina audit: tum in specum
gressus, haustâ fontis arcani aquâ, ignarus plerumq; littera-
m & carminum, edit responsa; versibus compositis super re-
s, quas quis mēte concepit. & ferebatur, Germanico per am-
ges, vt mos oraculis, maturum excitium cecinisse. At Cn.
iso, quò properantiùs destinata inciperet, ciuitatem Atheniē-
m turbido incessu exterritam oratione sæuâ increpat: obli-
è Germanicum perstringens, quod contra decus Romani
ominis nō Athenienses tot cladibus exstinctos, sed col-
uiem illam nationum comitate nimiâ coluisset. hos e-
m esse Mithradatis aduersus Sullam, Antonii aduersus
uum Augustum socios. etiam vetera obiectabat, quæ in
Macedones improsperè, violenter in suos fecissent, offensus vrbi
opriâ quoq; irâ; quia Theophilum quendam Areo iudicio
si damnatum, precibus suis non concederent. Exin nauiga-

tione celeri per Cycladas, & compendia maris, adsequitur Ge
manicum apud insulam Rhodum, haut nescium quibus in
ctationibus petitus foret: sed tantâ mãsuetudine agebat, vt cu
orta tempestas raperet in abrupta, possetq; interitus inimici
casum referri, miserit triremes; quarum subsididio discrim
eximeretur. Neq; tamen mitigatus Piso, & vix diei mora
perpessus, linquit Germanicum, præuenitque. & postquam
riam ac legiones attigit, largitione, ambitu, infimos manipu
rium iuuando, cùm veteres centuriones, seueros tribunos dem
ueret, locáque eorum clientibus suis, vel deterrimo cuique at
bueret, desidiam in castris, licentiam in vrbibus, vagu
ac lasciuientem per agros militem sineret, eò vsque corrup
nis prouectus est, vt sermone vulgi, parens legionum *ha*
retur. Nec Plancina se intra decora feminis tenebat, sed ex
citio equitum, decursibus cohortium interesse: in Agripp
in Germanicum contumelias iacere: quibusdam etiam bo
rum militum ad mala obsequia promptis, quòd haut inu
imperatore ea fieri *occultus rumor incedebat. Nota hæc G*
manico, sed præuerti ad Armenios instantior cura fuit. A
bigua gens ea antiquitus, hominum ingeniis, & situ terraru
quo nostris prouinciis latè prætenta, penitus ad Medos po
gitur, maximisq; imperiis interiecti, & sæpius discordes su
aduersus Romanos odio, & in Parthum inuidiâ. Regem
tempestate non habebant amoto Vonone, sed fauor nationi
clinabat in Zenonem Polemonis regis Pontici filium, quē
prima ab infantiâ instituta & cultum Armeniorum æ
latus, venatu, epulis, & quæ alia barbari celebrant, pro
res plebemque iuxta deuinxerat. *Igitur Germanicus in*
be Artaxatâ, adprobãtibus nobilibus, circumfusâ multit
ne, insigne regium capiti eius imposuit. ceteri venerantes re
Artaxiam consalutauere; *quod illi vocabulum indidera*
ex nomine vrbis. At Cappadoces in formam prouinciæ red
Q. Veranium legatum accepere. & quædam ex regiis tri
deminuta, quò mitius Romanum imperium sperarciur. (C
genis Qu. Seruæus præponitur, tum primum ad ius Præ
translatis. Cunctaq; socialia prospere composita, non ideo la

Ger

Germanicum habebant, ob ſuperbiam Piſonis, qui iuſſus partem legionum ipſe, aut per filium in Armeniam ducere. *vtrumq́; neglexerat. Cyrri demum apud hyberna decumæ legionis conuenêre, firmato vultu Piſo aduerſus metum, Germanicus ne minari crederetur. & erat, vt retuli, clementior. ſed amici accendendis offenſionibus callidi, intendere vera, adgerere falſa, ipſumq́; & Plancinam, & filios variis modis criminari. poſtremò paucis familiarium adhibitis ſermo cœptus à Cæſare, qualem ira & diſſimulatio gignit. Reſponſum à Piſone precibus contumacibus, diſceſſeruntq́; opertis odiis. poſt quæ rarus in tribunali Cæſaris Piſo; & ſi quando adſideret, atrox, ac diſſentire manifeſtus. vox quoq́; eius audita eſt in cõuiuio, cùm apud regem Nabatæorum corona aureæ magno pondere Cæſari & Agrippinæ, leues Piſoni & ceteris offerrẽtur;* principis Romani, nõ Parthi regis filio eas epulas dari. *abiecitq́; ſimul coronam, & multa in luxum addidit, quæ Germanico, quamquã acerba, tolerabantur tamen. Inter quæ ab rege Parthorũ Artabano legati venere. miſerat* amicitiam ac fœdus memoraturos, & cupere renouari dextras, daturumq́; honori Germanici, vt ripam Euphratis accederet; petere interim ne Vonones in Syriâ haberetur, neu proceres gentium propinquis nuntiis ad diſcordias traheret. *Ad ea Germanicus,* de ſocietate Romanorũ Parthorumq́; magnifice: de aduentu regis & cultu ſui, cũ decore ac modeſtiâ *reſpondit. Vonones Pompeiopolim Ciliciæ maritimam vrbem amotus eſt. datũ id non modò precibus Artabatani, ſed contumeliâ Piſonis, cui gratiſſimus erat ob plurima officia & dona, quibus Plancinã deuinxerat. M. Silano, L. Norbano* Coss. *Germanicus Ægyptũ proficiſcitur, cognoſcendæ antiquitatis,* ſed cura prouinciæ prætendebatur. *leuauitq́; apertis horreis pretia frugum: multaq́; in vulgus grata vſurpauit, ſine milite incedere, pedibus intectis, & pari cũ Græcis amictu, P. Scipionis æmulatione;* quẽ eadem factitauiſſe apud Siciliam, quãuis flagrante adhuc Pœnorum bello, *accepimus. Tiberius cultu, habituq́; eius lenibus verbis perſtricto, acerrimè increpuit,* quòd contra inſtituta Auguſti, nõ ſpõte principis, Alexandriã introiſſet.

nam Augustus inter alia dominationis arcana, vetitis, nisi per missu, ingredi senatoribus aut equitibus Romanis illustribu sepo suit Ægyptum: ne fame vrgeret Italiam, quisquis eam prouinciã, claustraq; terræ ac maris, quamuis leui præsidio ad uersum ingentes exercitus insedisset. Sed Germanicus, nondum comperto profectionem eam incusari, Nilo subuehebatur, orsu opido à Canopo. Condidere id Spartani, ob sepultum illic recto rem nauis Canopum: quâ tempestate Menelaus Graeciam repetens, diuersum ad mare terramq; Libyã delatus. Inde pro ximum amnis os dicatum Herculi, quem indigenæ ortum apud se & antiquissimum perhibent, eosq; qui postea pari virtute fue rint, in cognomentum eius adscitos. Mox visit veterum The barum magna vestigia. & manebant structis molibus litter Ægyptiæ, priorem opulentiam complexæ: iussusq; è senioribus sacerdotum patrium sermonem interpretari, referebat habita se quondam septingenta milia ætate militari: atq; eo cum exer citu regem Rhamsen Libyâ, Æthiopiâ, Medisq; & Persi & Bactriano, ac Scythiâ potitum, quasq; terras Suri Arme niiq; & contigui Cappadoces colunt, inde Bithynum, hinc Ly cium ad mare imperio tenuisse. legebantur & indicta genti bus tributa, pondus argenti & auri, numerus armorum e quorumque, & dona templis ebur, atque odores, quasqu copias frumenti & omnium vtensilium quæq; natio pé deret, *haut minus magnifica, quàm nunc vi Parthorum, au potentiâ Romanâ iubentur. Ceterum Germanicus aliis quoq; miraculis intendit animum, quorum præcipua fuere Memno nis saxea effigies, vbi radiis solis icta est vocalem sonũ reddens disiectásque inter & vix peruias arenas, instar montium edu cta Pyramides, certamine & opibus regum: lacusq; effossâ hu mo, superfluentis Nili receptacula: atq; alibi angustia, & pro funda altitudo, nullis inquirentium spatiis penetrabilis. Exin ventum Elephantinen ac Syenen, claustra olim Romani im perij; quod nunc rubrum ad mare patescit. Dum ea æstas Ger manico plures per prouincias transigitur, haut leue decus Dru sus quæsiuit* inliciens Germanos ad discordias, vtque fra cto iam Maroboduo vsque in exitium insisteretur. *Erat*

inte

ter Gothones nobilis iuuenis nomine Catualda, profugus olim Marobodui, & tunc dubiis rebus eius, vltionem ausus. Is *alidâ manu fines Marcomannorum ingreditur, corru-* *ptisq; primoribus ad societatem, inrumpit regiam, castellumq; iuxtà situm. veteres illic Sueuorum prædæ, & nostris è prouinciis lixæ, ac negotiatores reperti, quos ius commercii, dein cupi-* *do augendi pecuniam, postremùm obliuio patriæ, suis quemq;* *sedibus hostilem in agrum transtulit. Maroboduo vndiq;* *deserto, non aliud subsidium quam misericordia Cæsaris fuit.* *transgressus Danubium, quà Noricam prouinciam præfluit,* *scripsit Tiberio, non vt profugus aut supplex, sed ex memoriâ* *prioris fortunæ.* nam multis nationibus clarissimum quondam regem ad se vocantibus, Romanam amicitiam prætulisse. *responsum à Cæsare,* tutam ei honoratamq; sedem in Italiâ fore, si maneret: sin rebus eius aliud conduceret, abiturum fide quâ venisset. *ceterum apud Senatum disseruit,* non Philippum Atheniensibus, non Pyrrhum, aut Antiochum, populo Romano perinde metuendos fuisse. *Extat oratio quâ* magnitudinem viri, violentiam subiectarum ei gentiũ, & quàm propinquus Italię hostis, suaq; in destruendo eo consilia extulit. *Et Maroboduus quidem Rauennæ habitus, si quando insolescerent Sueui, quasi redituus in regnum ostentabatur. sed non excessit Italiâ per duodeuiginti annos; consenuitq; multum imminutâ claritate, ob nimiam viuendi cupidinem. Idem Catualdæ casus, neque aliud perfugium. pulsus haut multo pòst Hermundurorum opibus, & Vibilio duce; receptusq;, Forum-Iulium Narbonensis Galliæ coloniam mittitur. Barbari vtrumque comitati, ne quietas prouincias immixti turbarent, Danubium vltrà inter flumina Marum & Cusum locantur, dato rege Vannio gentis Quadorum. Simul nuntiato, regem Artaxiam Armeniis à Germanico datum, decreuêre Patres,* vt Germanicus atque Drusus ouantes vrbem introirent. *structi & Arcus circum latera templi Martis Vltoris, cum effigie Cæsarum: lætiore Tiberio, quia pacem sapientia firmauerat, quàm si bellum per acies confecisset. Igitur Rhescuporim quoque Thraciæ regem*

astu adgreditur. omnem eam nationem Rhœmetalces ten
rat. quo defuncto, Augustus partem Thracum Rhescupor
fratri eius, partem filio Cotyi permisit. In eâ diuisione arua
vrbes, & vicina Græcis, Cotyi: quod incultum, ferox, ad
xum hostibus Rhescuporidi cessit. ipsorumque regum inger
illi mite, & amœnum; huic atrox, auidum, & societatis im
tiens erat. & primò subdola concordia egêre. mox Rhescup
egredi fines, vertere in se Cotyi data, & resistenti vim fac
contanter sub Augusto, quem auctorem vtriusque regn
sperneretur, vindicem metuebat. enimuero auditâ mutati
principis, immittere latronum globos, exscindere castella, ca
sus bello. Nihil æquè Tiberium anxium habebat, quàm
composita turbarentur. diligit centurionem qui nuntiaret
gibus, ne armis disceptarent. statimque a Cotye dimissa sun
quæ parauerat, auxilia. Rhescuporis fictâ modestiâ postul
eundem in locum coiretur, posse de controuersiis c
loquio transigi. nec diu dubitatum de tempore, loco, dein c
ditionib. cùm alter facilitate, alter fraude cuncta inter se c
cederent, acciperentque. Rhescuporis sanciendo, vt dictitab
fœderi, conuiuium adicit; tractaque in multam noctem læti
per epulas ac vinolentiam incautum Cotyn, & postquam
lum intellexerat, sacra regni, eiusdem familiæ deos, & h
spitalis mensas obtestantem, catenis onerat. Thraciaque
mni potitus, scripsit ad Tiberium, structas sibi insidias, p
uentum insidiatorem: simul bellum aduersus Bastarnas, Sc
tasque prætendens, nouis peditum & equitum copiis sese firm
bat. Molliter rescriptum, si fraus abesset, posse eum i
nocentiæ fidere: ceterùm neque se, neque Senatum, n
cognitâ caussâ, ius & iniuriam discreturos. proinde t
dituro Cotye veniret, transferretque inuidiam crimin
Eas literas Latinius Pandus proprætor Mœsiæ, cum militib
quîs Cotys traderetur, in Thraciam misit. Rhescuporis int
metum & iram cunctatus, maluit patrati, quàm incepti facinor
reus esse: occidi Cotyn iubet, mortemque sponte sumtam
mentitur. Nec tamen Cæsar placitas semel artes mutauit, se
defuncto Pando, quem sibi infensum Rhescuporis arguebat

Pomponium Flaccum veterem ſtipendiis, & artâ cum rege amicitiâ, eoq; accommodatiorem ad fallendum, ob id maximè Mœſiæ præfecit. Flaccus in Thraciam tranſgreſſus, per ingentia promiſſa, quamuis ambiguum & ſcelera ſua reputantem, perpulit, vt præſidia Romana intraret. circumdata hinc regi ſpecie honoris valida manus, tribuniq;, & centuriones, monendo, ſuadendo, & quanto longiùs abſcedebatur apertiore cuſtodiâ, poſtremò gnarum neceſſitatis in vrbem traxêre. Accuſatus in ſenatu ab vxore Cotyis damnatur, vt procul regno teneretur. Thracia in Rhœmetalcen filium, quem paternis conſiliis aduerſatum conſtabat, inq; liberos Cotyis diuiditur. iiſq; nondum adultis Trebelienus Rufus præturâ functus datur, qui regnum interim tractaret; exemplo, quo maiores M. Lepidum Ptolemæi liberis tutorem, in Ægyptum miſerant. Rheſcuporis Alexandriam deuectus, atque illic fugam tentans, an ficto crimine, interficitur. Per idem tempus Vonones, quem amotum in Ciliciam memoraui, corruptis cuſtodibus effugere ad Armenios, inde in Albanos Heniochoſq; & conſanguineum ſibi regem Scytharum conatus eſt, ſpecie venandi, omiſſis maritimis locis, auia ſaltuum petiit, mox pernicitate equi ad amnem Pyramum contendit, cuius pontes accolæ ruperant auditâ regis fugâ. neque vado penetrari poterat. Igitur in ripâ fluminis, à Vibio Frontone præfecto equitum vincitur. mox Remmius Euocatus priori cuſtodiæ regis adpoſitus, quaſi per iram gladio eum tranſfigit. vnde maior fides, conſcientiâ ſceleris & metu indicii mortem Vononi illatam. At Germanicus Ægypto remeans, cuncta quæ apud legiones aut vrbes iuſſerat, abolita, vel in contrarium verſa cognoſcit. hinc graues in Piſonem contumeliæ, nec minus acerba quæ ab illo in Cæſarem tentabantur. Dein Piſo abire Suriâ ſtatuit, mox aduerſâ Germanici valetudine detentus, vbi recreatum accepit, votaq; pro incolumitate ſoluebantur, admotas hoſtias, ſacrificalem apparatum, feſtam Antiochienſium plebem, per lictores proturbat. Tum Seleuciam digreditur, opperiens ægritudinem quæ rurſum Germanico acciderat. ſæuam vim morbi augebat perſuaſio veneni à Piſone ac-

cepti: & reperiebantur solo ac parietibus erutæ humanorum corporum reliquiæ, carmina, & deuotiones, & nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum, semiusti cineres, ac ✱ ibe obliti, aliaq; maleficia quis creditur animas numinibus infernis sacrari. simul missi à Pisone incusabantur, vt valetudinis aduersa rimantes. *Ea Germanico haut minus irâ, quàm per metum accepta*; si limen obsideretur, si effundendus spiritus sub oculis inimicorum foret. quid deinde miserrimæ coniugi, quid infantibus liberis euenturum? lenta videri veneficia: festinare & vrgere vt prouinciam, vt legiones solus habeat: sed non vsque eò defectum Germanicum, neque præmia cædis apud interfectorem mansura. *componit epistolas, quis amicitiam ei renuntiabat. Addunt pleriq; iussum prouinciâ decedere. nec Piso moratus vltra, nauis soluit, moderabaturq; cursui, quò propius regrederetur, si mors Germanici Suriam aperuisset. Cæsar paulisper ad spem erectus, dein fesso corpore, vbi finis aderat, adsistentes amicos in hunc modum alloquitur.* Si fato concederem, iustus mihi dolor etiam aduersus deos esset, quòd me parentibus, liberis, patriæ, intra iuuentam præmaturo exitu raperent. nunc scelere Pisonis & Plancinæ interceptus, vltimas preces pectoribus vestris relinquo, referatis patri ac fratri quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus insidiis circumuentus miserrimam vitã pessimâ morte finierim. Si quos spes meæ, si quos propinquus sanguis, etiam quos inuidia erga viuentem mouebat; inlacrymabunt, quondam florentem, & tot bellorum superstitem, muliebri fraude cecidisse. Erit vobis locus querendi apud Senatum, inuocandi leges. Non hoc præcipuum amicorum munus est, prosequi defunctum ignauo questu: sed quæ voluerit meminisse, quæ mandauerit exsequi. flebunt Germanicum etiam ignoti; vindicabitis vos, si me potius quàm fortunam meam fouebatis. Ostendite populo Romano diui Augusti neptem, eandemque coniugem meam: numerate sex liberos. Misericordia cum accusantibus erit fingentibusque scelesta mandata, aut non credent homi-

nes,

nes, aut non ignoſcent. *Iurauêre amici, dextram morientis contingentes,* ſpiritum ante quàm vltionem amiſſuros. 7 *Tum ad vxorem verſus,* per memoriam ſui, per communes liberos orauit, exueret ferociam, ſæuienti fortunæ ſubmitteret animum, neu regreſſa in vrbem æmulatione potentiæ, validiores inritaret. *Hæc palàm, & alia ſecretò,* per quæ oſtendere credebatur metum ex Tiberio. *Neque multo pòſt exſtinguitur, ingenti luctu prouinciæ & circumiacentium populorum. Indoluêre exteræ nationes regeſq;. tanta illi comitas in ſocios, manſuetudo in hoſtes: viſuq; & auditu iuxtà venerabilis, cùm magnitudinem & grauitatem ſummæ for-* 73 *tunæ retineret, inuidiam & adrogantiam effugerat. Funus ſine imaginibus & pompâ, per laudes, & memoriam virtutum eius celebre fuit. Et erant qui formam, ætatem, genus mortis, ob propinquitatem etiam locorum, in quibus interiit, Magni Alexandri fatis adæquarent.* Nam vtrumque corpore decoro, genere inſigni, haut multum triginta annos egreſſum, ſuorum inſidiis externas inter gentes occidiſſe. ſed hunc mitem erga amicos, modicum voluptatum, vno matrimonio, certis liberis egiſſe: neque minus prœliatorem, etiam ſi temeritas abfuerit, præpedituſque ſit perculſas tot victoriis Germanias ſeruitio premere. quòd ſi ſolus arbiter rerum, ſi iure & nomine regio fuiſſet, tanto promtius adſecuturum gloriam militiæ, quantum clementiâ, temperantiâ, ceteris bonis artibus præſtitiſſet. *Corpus antequam cremaretur, nudatum in foro Antiochenſium, qui locus ſepulturæ deſtinabatur. Prætuleritne veneficii ſigna, parum conſtitit. nam vt quis miſericordia in Germanicum, & præſumtâ ſuſpicione, aut fauore in Piſonem, pronior,* 74 *diuerſi interpretabantur. Conſultatum inde inter legatos, quiq; alii Senatorum aderant,* quis nam Suriæ præficeretur. *& ceteris modicè niſis, inter Vibium Marſum, & Gn. Sentium diu quæſitum. dein Marſus ſeniori, & acrius tendenti Sentio conceſſit. Iſq; infamem veneficiis eâ in prouinciâ, & Plancinæ percaram nomine Martinam in vrbem miſit, poſtulantibus Vitellio ac Veranio, ceteriſq; qui crimina & accuſationē tam-*

quam aduersus receptos iam reos instruebant. At Agrippina
quamquam defessa luctu, & corpore ægro, omnium tamen qu
vltionem morarentur intolerans, ascendit classem cum cineri
bus Germanici, & liberis; miserantibus cunctis, quòd femin
nobilitate princeps, pulcherrimo modo matrimonio in
ter venerantes gratantisque aspici solita, tunc feralis reli
quias sinu ferret, incerta vltionis, anxia sui, & infelici fe
cunditate fortunæ toties obnoxia. *Pisonem interim apu*
Coum insulam nuntius adsequitur, excessisse Germanicum
Quo intemperanter accepto, cædit victimas, adit templa: nequ
ipse gaudium moderans, & magis insolescente Plancinâ, qu
luctum amissæ sororis, tum primùm læto cultu mutauit. Ad
fluebant centuriones, monebantque, promta illi legionum stu
dia, repeteret prouinciam non iure ablatam, & vacuam
Igitur quid agendum consultanti, M. Piso filius properan
dum in vrbem censebat: nihil adhuc inexpiabile admis
sum, neque suspiciones imbecillas aut inania famę perti
mescenda. discordiam erga Germanicum odio fortass
dignam, non pœnâ: & ademtione prouinciæ, satisfactum
inimicis. Quòd si regrederetur, obsistente Sentio, ciuil
bellum incipi; nec duraturos in partibus centurione
militesque, apud quos recens imperatoris sui memoria
& penitus infixus in Cæsares amor præualeret. *Contra*
Domitius Celer ex intimâ eius amicitiâ disseruit, Vtendum
euentu. Pisonem, non Sentium, Suriæ præpositum. Huic
fasces & ius prætoris, huic legiones datas. si quid hostil
ingruat, quem iustius arma oppositurum, quàm qui le-
gati auctoritatem, & propria mandata acceperit? Relin-
quendum etiam rumoribus tempus, quo senescant. ple-
rumque innocentes, recenti inuidiæ impares. At si teneat
exercitum, augeat vires; multa quæ prouideri non pos-
sint, fortuito in melius casura. An festinamus cum Ger-
manici cineribus adpellere, vt te inauditum & indefen-
sum planctus Agrippinæ, ac vulgus imperitum, primo
rumore rapiant? Est tibi Augustæ conscientia, est Cæsaris
fauor, sed in occulto: & periisse Germanicum nulli ia-

ctantiùs

antiùs mærent, quàm qui maximè lætantur. *Haut ma-à mole Piso promtus ferocibus in sententiam trahitur, misq; ad Tiberium epistolis, incusat* Germanicum luxus & perbiæ: seque pulsum, vt locus rebus nouis patefieret. ram exercitus, eâdem fide quâ tenuerit, repetiuisse. *Si-ul Domitium impositum triremi vitare litorum oram, præ-rq; insulas lato mari pergere in Suriam iubet. concurrentes sertores per manipulos componit, armat lixas, traiectisq; in-tinentem nauibus, vexillum tironum in Suriam euntium ercipit. Regulis Cilicum vt se auxiliis iuuarent scribit; haut nauo ad ministeria belli iuuene Pisone, quamquam susci-endum bellum abnuisset. Igitur oram Lyciæ ac Pam-yliæ prælegentes, obuiis nauibus, quæ Agrippinam hebant, vtrimque infensi, arma primò expediêre. dein utuâ formidine, non vltra iurgium processum est. Mar-sq; Vibius nuntiauit Pisoni*, Romam ad dicendam caus-m veniret. *Ille eludens respondit*, adfuturum vbi Prætor, ui de veneficiis quæreret, reo atque accusatoribus diem rædixisset. *Interim Domitius Laodiceam vrbem Suriæ ad-ulsus, cùm hiberna sextæ legionis peteret, quòd eam maximè onis consiliis idoneam rebatur, à Pacuuio legato præuenitur. d Sentius Pisoni per litteras aperit, monetq;* ne castra corru-toribus, ne prouinciam bello tentet. *quosq; Germanici memores, aut inimicis eius aduersos cognouerat, contrahit,* magnitudinem imperatoris idêtidem ingerens, & Rempublicam armis peti: *ducitq; validam manum, & prœlio pa-ratam. Nec Piso, quamquam cœpta secus cadebant, omisit tutissima è præsentibus. sed castellum Ciliciæ munitum admo-dum, cui nomen Celenderis, occupat. Nam admixtis deserto-ribus, & tirone nuper intercepto, suisq; & Plancinæ seruitiis, auxilia Cilicum quæ reguli miserant, in numerum legionis composuerat. Cæsarisq; se legatum testabatur* prouinciâ quam is dedisset arceri, non à legionibus (earum quippe accitu venire) sed à Sentio, priuatum odium falsis criminibus tegente, consisterent in acie, non pugnaturis militibus, vbi Pisonem ab ipsis parentem quondam

appellatum, si iure ageretur potiorem; si armis, non in
lidum, vidissent. *Tum pro munimentis castelli manipulos*
plicat, colle arduo & derupto. nam cetera mari cinguntur.
tra veterani, ordinibus ac subsidiis instructi. hinc militum,
de locorum asperitas. sed non animus, non spes, ne tela quide
nisi agrestia ad subitum vsum properata. vt venêre in man
non vltrà dubitatum, quàm dum Romanæ cohortes in æqu
eniterentur. vertunt terga Cilices, seq; castello claudunt. In
rim Piso classem haut procul opperientem oppugnare fru
tentauit: regressusq;, & pro muris modò semet adflictan
modò singulos nomine ciens, præmiis vocans, seditionem
ptabat: adeoq; commouerat, vt signifer legionis sextæ signu
ad eum transtulerit. Tum Sentius occanere cornua tuba
& peti aggerem. erigi scalas iussit, ac promtissimum que
que succedere: alios tormentis hastas, saxa, & faces in
rere. *Tandem victâ pertinaciâ Piso orauit*, vti traditis ar
maneret in castello, dum Cęsar cui Syriam permitte
consulitur. *Non receptæ conditiones, nec aliud quàm naue*
tutum in vrbem iter concessum est. At Romæ postqua
Germanici valetudo percrebuit, cunctaq; vt ex longin
aucta in deterius adferebantur: dolor, ira, & erumpeba
questus. Ideo nimirum in extremas terras relegatum:
eo Pisoni permissam prouinciam: hoc egisse secretos A
gustæ cum Plancinâ sermones: vera prorsus de Druso
niores locutos, displicere regnantibus ciuilia filiorum
genia: neque ob aliud interceptos, quàm quia popul
Romanum æquo iure complecti redditâ libertate ag
uerint. *Hos vulgi sermones audita mors adeò incendit, vt a*
edictum magistratuum, ante Senatusconsultum, sumto iust
desererentur fora, clauderentur domus, passim silentia & ge
tus, nihil compositum in ostentationem. Et quamquam ne
insignibus lugentium abstinerent, altius animis mæreba
Fortè negotiatores viuente adhuc Germanico Syriâ egressi,
tiora de valetudine eius attulêre. *statim credita, statim v*
gata sunt. vt quisque obuius, quamuis leuiter audita in a
atque illi in plures cumulata gaudio transferunt. cursa

per vrbem, moliũtur templorum fores. iuuit credulitatem nox, & promtior inter tenebras adfirmatio. Nec obstitit falsis Tiberi⁹, donec tẽpore ac spatio vanescerẽt. Et popul⁹ quasi rursum ereptum acrius doluit. Honores vt quis amore in Germanicum aut ingenio validus, reperti decretique. vt nomen eius Saliari carmine, caneretur; sedes curules sacerdotum Augustalium locis, superq; eas querceæ coronæ statuerentur; ludos Circenses eburna effigies præiret; néue quis flamen aut augur in locum Germanici, nisi gẽtis Iuliæ, crearetur. *Arcus additi Romæ, & apud ripam Rheni, & in monte Syriæ Amano, cum inscriptione rerũ gestarum,* AC MORTEM OB REMP. OBIISSE: *sepulcrum Antiochiæ vbi crematus: tribunal Epidaphnæ, quo in loco vitam finierat. Statuarũ locorùmue in quîs coleretur, haut facilè quis numerum inierit. Cùm censeretur* clypeus, auro & magnitudine insignis, inter auctores eloquentię; *adseruit Tiberius. solitũ paremq; ceteris dicaturum.* neq; enim eloquentiã fortunâ discerni, & satis inlustre, si veteres inter scriptores haberetur. *Equester ordo* cuneũ Germanici *appellauit, q* Iuniorũ *dicebatur; instituitq;* vti turmę Idibus Iuliis imaginẽ eius sequerent. *pleraq; manẽt, quædam statim omissa sunt aut vetustas oblitterauit. Ceterùm recẽti adhuc mæstitiâ soror Germanici Liuia, nupta Druso, duos virilis sexus simul enixa est. quod rarum lætumq; etiam modicis penatibus, tanto gaudio Principem adfecit, vt non temperauerit, quin iactaret apud patres,* nulli antè Romanorum eiusdem fastigii viro geminam stirpẽ editam. *nam cuncta etiam fortuita ad gloriam vertebat. Sed populo tali in tempore id quoque dolorem tulit. tamquã auctus liberis Drusus, domum Germanici magis vrgeret. Eodem anno grauibus Senatus decretis* libido feminarum coërcita, cautumq; ne quæstum corpore faceret, cui auus, aut pater, aut marit⁹ Eques Ro. fuisset. *nam Vistilia prætoriâ familiâ genita, licentiam stupri apud ædiles vulgauerat; more inter veteres recepto, qui satis pœnarũ aduersum impudicas in ipsâ professione flagitij credebant. exacta & a Titidio Labeone Vistiliæ marito,* cur in vxore delicti manifesta vltionem legis omisisset? *atq; illo prætendẽte*

ſexaginta dies ad conſultandum datos nec dum præteriſſe, ſatiſ
viſum de Viſtiliâ ſtatuere. eaq; in inſulam Seriphon abdita eſt
Actum & de ſacris Ægyptiis Iudaicisq; pellendis factumq;
Patrum conſultum, vt quatuor milia libertini generis e
ſuperſtitione infecta, quîs idonea ætas, in inſulã Sardini
veherentur, coërcendis illic latrociniis, & ſi ob grauitatem cæ
li interiiſſent, vile damnum: ceteri cederent Italiâ, niſi cer
tam ante diem profanos ritus exuiſſent. Poſt quæ rettuli
Cæſar capiendam virginem in locum Occiæ, quæ ſeptem &
quinquaginta per annos ſummâ ſanctimoniâ Veſtalibus ſacr
præſederat: egitq; grates Fonteio Agrippæ, & Domitio Polli
oni, quod offerendo filias, de officio in Remp. certarent. prælat
eſt Pollionis filia, non ob aliud, quàm quod mater eius in ec
dem coniugio manebat. nam Agrippa diſſidio domum imm
nuerat. & Cæſar quamuis poſthabitam, decies ſeſtertij dote ſ
latus eſt. Sæuitiam annonæ incuſante plebe, ſtatuit frumen
pretium quod emtor penderet, binosq; nummos ſe additu
rum negotiatoribus in ſingulos modios. Neque tamen
ea parentis patriæ delatum & antea vocabulum adſumſit,
cerbeq; increpuit eos qui diuinas occupationes, ipſumq; d
minum dixerant. vnde anguſta & lubrica oratio, ſub prin
pe, qui libertatem metuebat, adulationem oderat. Reperio ap
ſcriptores Senatoresq; eorundẽ temporum, Adgandeſtrij pri
cipis Cattorum lectas in ſenatu litteras, quibus mortem A
minii promittebat, ſi patrandæ neci venenum mitte
tur: reſponſumq; eſſe, non fraude neque occultis, ſed pal
& armatum populum Romanum hoſtes ſuos vlciſci. q
gloriâ æquabat ſe Tiberius priſcis imperatoribus, qui venen
in Pyrrhum regem vetuerant, prodiderántque. Ceterum A
minius, abſcedentibus Romanis & pulſo Maroboduo, regn
adfectans, libertatem popularium aduerſam habuit: petit
armis, cum variâ fortunâ certaret, dolo propinquorum ceci
liberator haut dubiè Germaniæ, & qui non primordia po
Rom. ſicut alij reges ducesq;; ſed florentiſſimum imperium
ceſſierit: prœliis ambiguus, bello non victus. ſeptem & trig
annos vitæ, duodecim potentiæ expleuit: caniturq; adhuc b
ba

*tras apud gentes, Græcorum annalibus ignotus, qui sua tan-
m mirantur: Romanis haut perinde celebris, dum vetera ex-
llimus, recentium incuriosi.*

C. CORNELII TA-
CITI AB EXCESSV DI-
VI AVGVSTI ANNALIVM

LIBER TERTIVS.

NIHIL *intermissâ nauigatione hiberni maris Agrip-
pina Corcyram insulam aduehitur, litora Calabriæ cõ-
tra sitam. Illic paucos dies componendo animo insumit,
violenta luctu, & nescia tolerandi. Interim aduentu eius audi-
intimus quisque amicorum, & plerique militares, vt quique
Germanico stipendia fecerant, multiq́ etiam ignoti vicinis
e municipiis, pars officium in principem rati, plures illos secuti,
ere ad opidum Brundisium; quod nauiganti celerrimum fi-
dissimumq́ adpulsu erat. Atque vbi primùm ex alto visa clas-
complentur non modò portus & proxima maris, sed mœnia
ecta, quaq́ longissimè prospectari poterat mærentium turbâ,
rogitantium inter se,* silentióne an voce aliquâ egredien-
m exciperent. *neque satis constabat quid pro tempore foret:
m classis paulatim successit, non alacri vt adsolet remigio, sed
nctis ad tristitiam compositis. Postquam duobus cum liberis
alem vrnam tenens egressa naui, defixit oculos; idẽ omnium
mitus, neque discerneres, proximos, alienos, virorum, femina-
mne planctus: nisi quòd comitatum Agrippinæ longo mærore
um, obuij & recentes in dolore anteibant. Miserat duas præ-
tas cohortes Cæsar, addito* vt magistratus Calabriæ, Apu-
li, & Campani, suprema erga memoriã filii sui munera
ngerẽtur. *Igitur tribunorum, centurionũq́ humeris cineres
tabantur: præcedebant incomta signa, versi fasces: atque vbi
onias transgrederentur, atrata plebes, trabeati equites, pro o-
us loci, vestem, odores, aliaq́ funerum sollennia cremabant.
m quorum diuersa opida, tamen obuii, & victimas atque*

aras Diis Manibus ſtatuentes, lacrymis & conclamation[e]
dolorem teſtabantur. Druſus Terracinam progreſſu[s]
cum Claudio fratre; liberiſq; Germanici, qui in vrbe fuer[ant].
Conſules, M. Valerius & M. Aurelius (iam enim magiſt[ratum]
occœperant) & Senatus, ac magna pars populi viam cōple[re]
diſiecti, & vt cuiq; libitum flentes. aberat quippe adulatio, [gna-]
ris omnibus lætam Tiberio Germanici mortem malè diſſ[imu-]
lari. Tiberius atque Auguſta publico abſtinuere, inferius [ma-]
ieſtate ſuâ rati ſi palàm lamentarentur; an ne omnium o[culis]
vultum eorum ſcrutantibus, falſi intelligerētur. Matrem [An-]
toniam non apud auctores rerum, nō diurnâ actorum ſcri[ptu-]
râ; reperio vllo inſigni officio functam, cùm ſuper Agripp[inam]
& Druſum, & Claudium, ceteri quoque conſanguinei n[omi-]
natim perſcripti ſint: ſeu valetudine præpediebatur, ſeu v[ictus]
luctu animus, magnitudinem mali perferre viſu non tole[rauit.]
facilius crediderim, Tiberio & Auguſtâ, qui domo n[on ex-]
cedebant, cohibitam: vt par mæror, & matris exemplo a[uia]
quoque & patruus attineri viderentur. Dies quo reliq[uiæ tu-]
mulo Auguſti inferebantur, modò per ſilentium vaſtus, [modò]
ploratibus inquies: plena vrbis itinera, conlucentes per ca[mpum]
Martis faces. illic miles cum armis, ſine inſignibus ma[giſtra-]
tus, populus per tribus, concidiſſe Remp. nihil ſpei re[liquum]
clamitabant: promptius apertiuſq;, quàm vt meminiſſe [impe-]
ritantium crederes. Nihil tamen Tiberium magis pene[trauit,]
quàm ſtudia hominum accenſa in Agrippinam; cùm [decus]
patriæ, ſolum Auguſti ſanguinē, vnicum antiquitat[is ſpe-]
cimen appellarent, verſiq; ad cælum ac Deos, integrā il[li ſob-]
olem, ac ſuperſtitem iniquorum precarētur. Fuere q[ui pu-]
blici funeris pompam requirerent, compararentq; quæ [in Dru-]
ſum patrem Germanici honora & magnifica Auguſt[us fecis-]
ſet. ipſum quippe aſperrimo hiemis, Ticinū vſq; pr[ogreſ-]
ſum, neq; abſcedentem à corpore ſimul vrbem intr[aſſe:]
circumfuſas lecto Claudiorum Iuliorúmq; imagi[nes:]
fletum in foro, laudatum pro roſtris, cuncta à mai[oribus]
reperta, aut quę poſteri inuenerint cumulata. At G[erma-]
nico ne ſolitos q[ui]dem, & cuicumq; nobili debitos [hono-]
[res.]

r;,contigisse. sanè corpus ob lōginquitatē itinerū exter-
r; terris quoquo modo crematū: sed tanto plura decora
ox tribui par fuisse, quāto prima fors negauisset. nō fra-
ti nisi vnius diei viâ, non patruū saltē portâ tenus obuiā.
v illa veterū instituta? ppositam thoro effigiem, medi-
ta ad memoriā virtutis carmina, & laudationes & lacry-
ns, vel doloris limitamēta? *Gnarū id Tiberio fuit. vtq; pre-
ret vulgi sermones, monuit edicto.* Multos inlustrium Ro-
norū ob Remp. obiisse, neminē tā flagrāti desiderio ce-
le ratum. idque & sibi & cunctis egregium, si modus ad-
eretur. nō enim eadem decora principibus viris & im-
p atori populo, quæ modicis domibus, aut ciuitatibus.
C nuenisse recenti dolore luctum, & ex mœrore solatia.
referendum iam animum ad firmitudinem, vt quon-
n diuus Iulius amissâ vnicâ filiâ, vt diuus Augustus e-
tis nepotibus abstruserint tristitiam. Nil opus vetusti-
ous exemplis: quoties populus Romanus clades exer-
um, interitum ducum, funditus amissas nobiles fami-
constanter tulerit. Principes mortales, Remp. æternā
proin repeterent solennia: & quia ludorum Mega-
ium spectaculum suberat, etiam voluptates resume-
t. *Tum exuto iustitio, reditum ad munia: & Drusus Illy-
s ad exercitus profectus est, erectis omnium animis petēdæ e
one vltionis: & crebro questu,* quod vagus interim per
æna Asiæ atque Achaiæ, adroganti & subdolâ morâ,
erum probationes subuerteret. *Nam vulgatum erat,*
sam, *vt dixi,* à Gn. Sentio famosam veneficiis Martinā,
itâ morte Brundisii exstinctam, venenumq; nodo cri-
eius occultatū, nec vlla in corpore signa sumpti exitii
rta. *At Piso præmisso in vrbem filio, datisq; mandatis, per
principem molliret, ad Drusum pergit; quem haut fratris
itu trucem, quàm remoto æmulo æquiorem sibi sperabat.
eri quo integrum iudicium ostentaret, exceptum comiter
nē, sueta erga filios familiarium nobiles liberalitate auget.
sus Pisoni,* si vera forēt quæ iacerētur, præcipuū in do-
suum locū respōdit: sed malle falsa & inania, nec cui-

quam mortem Germanici exitiosam esse. *Hæc palàm*
vitato omni secreto: neque dubitabantur præscripta & à T
rio; cùm incallidus alioqui & facilis iuuentâ, senilibus tum
tibus vteretur. Piso Dalmatico mari tramisso, relictisq; a
Anconam nauibus, per Picenum, ac mox Flaminiam vi
adsequitur legionem, quæ è Pannoniâ in vrbem, dein præ
Africæ ducebatur. eaq; res agitata rumoribus, vt in agm
atque itinere crebrò se militibus ostentauisset. *ab Nar*
vitandæ suspicionis, an quia pauidis cõsilia in incerto sunt,
ac mox Tiberi deuectus auxit vulgi iras, quia nauem tu
Cæsarum adpulerat; diéque, & ripâ frequenti, magno cli
um agmine ipse, feminarum comitatu Plancina, & vultu
cres incessêre. Fuit inter irritamenta inuidiæ domus foro in
nens, festo ornatu, conuiuiumq; & epulæ, & celebritate loc
hil occultum. Posterâ die, Fulcinius Trio Pisonem apud
sules postulauit. contrà Vitellius, ac Veranius, ceteriq; Ger
nicum comitati tendebant, nullas esse partes Trioni; ne
accusatores, sed rerum indices & testes, mandata Ger
nici perlaturos. *Ille dimissa eius caussæ delatione, vt pri*
vitam accusaret obtinuit: petitumq; est à principe, cognit
exciperet. *quod ne reus quidem abnuebat, studia populi &*
trum metuens. contrà Tiberium spernẽdis rumoribu
lidum, & conscientiæ matris innexum esse: veraq; a
det.. ius credita, iudice ab vno facilius discerni: odiu
inuidiã apud multos valere. *Haut fallebat Tiberium*
cognitionis, quaq; ipse famâ distraberetur. Igitur paucis
liarum adhibitis, minas accusantium, & hinc preces audi
tegramq; caussam ad Senatum remittit. Atque interim
sus rediens Illyrico, quamquam Patres censuissent ob rec
Maroboduum, & res priore æstate gestas vt ovans in
prolato honore vrbem intrauit. post quæ, reo T. Arrunt
Fulcinium, Asinium Gallum, Æsernium, Marcellum,
Pompeium patronos petenti, iisq; diuersa excusantibus
Lepidus, & L. Piso, & Liuineius Regulus adfuere, arre
mni ciuitate, quanta fides amicis Germanici, quæ fi
reo, satin' cohiberet ac premeret sensus suos Tiberi

pr

promeret. *iis haut alias intentior populus, plus sibi in principe occultæ vocis, aut suspicacis silentij permisit. Die senatus, Cæsar oratione habuit meditato temperamento.* Patris sui legatum atque amicum Pisonem fuisse, adiutorémq; Germanico datum à se, auctore senatu, rebus apud Orientem administrandis. illic contumacia & certaminibus asperasset iuuenem, exituque eius lætatus esset, an scelere exstinxisset, in-tegris animis diiudicandum. Nam si legatus officii termi-nos, obsequium erga imperatorē exuit, eiusdemq; morte, & luctu meo lætatus est; odero, seponamq; à domo meâ, & priuatas inimicitias non Principis vlciscar. Sin facinus n cuiuscunque mortalium nece vindicandum detegi-ur: vos verò & liberos Germanici, & nos parentes iustis olatiis adficite. simulque illud reputate, turbidè & sedi-iosè tractauerit exercitus Piso, quæsita sint per ambitio-iem studia militum, armis repetita prouincia; an falsa hęc n mai⁹ vulgauerint accusatores. quorum ego nimiis stu-iis iure succcenseo. Nam quo pertinuit, nudare corpus contrectandum vulgi oculis permittere, differrique et-m per externos, tanquam veneno interceptus esset, si ıcerta adhuc ista & scrutanda sunt? Defleo equidem fili-m meum, semperque deflebo: sed neque reum prohibeo quominus cuncta proferat, quibus innocentia eius sub-euari, aut si qua fuit iniquitas Germanici, coargui possit. osque oro, ne, quia dolori meo caussa connexa est, obie-ta crimina pro adprobatis accipiatis. Si quos propin-uus sanguis, aut fides sua patronos dedit, quantum quis-ue eloquentiâ & curâ valet, iuuate periclitantem. Ad e-ndem laborem, eandem constantiam accusatores hor-or. Id solum Germanico super leges præstiterimus, quòd Curiâ potius quàm in foro, apud Senatum quàm apud dices, de morte eius anquiritur. cetera pari modestiâ actent. nemo Drusi lacrymas, nemo mæstitiā meā spe-et nec si qua in nos aduersa fingunt. *Exin* biduū crimi-bus obiicendis statuitur, vtque sex dierum spatio inter-icto, reus per triduū defenderetur. *Tum Fulcinius vetera*

& inania orditur, ambitiosè auareq; habitam Hispaniam
quodneque conuictum noxæ reo, si recentia purgaret; neque d
fensum absolutioni erat, si teneretur maioribus flagitiis. Post q
Seruæus, & Veranius, & Vitellius consimili studio, sed mul
eloquentiâ Vitellius, obiecere, odio Germanici, & rerum n
uarum studio, Pisonē vulgus militum per licentiam & s
ciorum iniurias eò vsque corrupisse, vt parens legionu
à deterrimis appellaretur: contrà, in optimum quemq
maximè in comites & amicos Germanici sæuisse: postr
mò ipsum deuotiōibus & veneno peremisse: sacra hinc
immolationes nefandas ipsius atq; Plancinæ: petitā arm
Remp. vtq; reus agi posset, acie victū. *Defensio in ceteris t*
pidauit. nam neq; ambitionē militarē, neque prouinciam pe
mo cuique obnoxiam, ne contumelias quidem aduersum im
ratorem infitiari poterat. solum veneni crimen visus est dilu
quod ne accusatores quidem satis firmabant, in conuiuio G
manici, cum super eum Piso discumberet, infectos manibus e
cibos arguentes. quippe absurdum videbatur, inter aliena s
uitia, & tot adstantium visu, ipso Germanico coram id aus
offerebatq; familiam reus, & ministros in tormenta flagi
bat. *Sed iudices per diuersa implacabiles erant. Cæsar ob*
lum prouinciæ inlatum: Senatus, nunquam satis credito, s
fraude Germanicum interiisse. *scripsissēt expostulātes: q*
haut minus Tiberius quàm Piso abnuêre. Simul populi a
Curiam voces audiebantur, non temperaturos manibus
patrum sentētias euasisset: *effigiesq; Pisonis traxerant in*
monias ac diuellebant, ni iussu principis protectæ repositæqu
rent. Igitur inditus lecticæ, & à tribuno prætoriæ cohortis de
ctus est: vario rumore, custos salutis, an mortis exactor
queretur. *Eadem Plancinæ inuidia, maior gratia: eóque an*
guum habebatur, quantum Cæsari in eam liceret. atque
donec mediæ Pisoni spes, sociam se cuiuscumque fortunæ, & s
ferret, comitem exitij promittebat. Vt secretis Augustæ prec
veniam obtinuit, paulatim segregari à marito, diuidere
fensionem *cœpit. quod reus postquam sibi exitiabile intell*
an adhuc experiretur dubitans, hortantibus filiis durat m

ſenatumq; rurſum ingreditur: redintegratámque accuſationem, infenſas Patrum voces, aduerſa & ſæua cuncta perpeſſus, nullo magis exterritus eſt, quàm quòd Tiberium ſine miſeratione, ſine irâ, obſtinatum clauſumq; vidit, ne quo adfectu perrumperetur. relatus domum, tamquam defenſionem in poſterum meditaretur. pauca conſcribit, obſignatq; & liberto tradit. Tum ſolita curando corpori exſequitur. dein multam poſt noctem, egreſſâ cubiculo vxore, operiri fores iuſſit: & cœptâ luce, perfoſſo iugulo, iacente humi gladio, repertus eſt. Audire me memini ex ſenioribus, viſum ſæpius inter manus Piſonis libellum, quem ipſe non vulgauerit, ſed amicos eius dictitauiſſe, litteras Tiberii, & mandata in Germanicum cõtinere: ac deſtinatum promere apud patres, principemq; arguere, ni eluſus à Seiano per vana promiſſa foret. nec illum ſponte exſtinctum, verùm immiſſo percuſſore. *quorũ neutrũ adſeuerauerim. neque tamen occulere debui narratum ab iis, qui noſtram ad iuuẽtam durauerunt. Cæſar flexo in mœſtitiam ore,* ſuam inuidiam tali morte quæſitam apud Senatũ, *crebriſq; interrogationibus exquirit* qualẽ Piſo diẽ ſupremum, noctemq; exegiſſet? *Atque illo pleraque ſapiẽter, quædam inconſultius reſpondente, recitat codicillos à Piſone in hunc fermè modum compoſitos.* Conſpiratione inimicorum, & inuidia falſi criminis oppreſſus, quatenus veritati & innocentiæ meæ nuſquam locus eſt, deos immortales teſtor, vixiſſe me Cæſar cum fide aduersùm te, neque aliâ in matrem tuam pietate: voſque oro liberis meis conſulatis. ex quibus Cn. Piſo qualicumque fortunę meæ non eſt adiunctus, cùm omne hoc tempus in vrbe egerit. M. Piſo repetere Syriam dehortatus eſt. atque vtinam ego potius filio iuueni, quàm ille patri ſeni ceſſiſſet! eò impenſus precor, ne meæ prauitatis pœnas innoxius luat. Per quinque & quadraginta annorum obſequium, per collegium conſulatus quondam diuo Auguſto parenti tuo probatus, & tibi amicus, nec quidquam poſt hæc rogaturus, ſalutem infelicis filii rogo. *De Plancinâ nihil addidit. Poſt quæ Tiberius adoleſcentem crimine ciuilis belli purgauit:* pa-

F*

tris quippe iuſſa, nec potuiſſe filium detractare: ſimul n
bilitatem domus, etiam ipſius, quoquo modo meriti, g
uem caſum miſeratus. *Pro Plancina cum pudore & flagi*
diſſeruit, matris preces obtendens: *in quam optimi cuiu*
ſecreti queſtus magis ardeſcebant. Id ergo fas auiæ, inter
ctricem nepotis adſpicere, adloqui, eripere ſenatui? qu
pro omnibus ciuibus leges obtineant, vni Germani
non contigiſſe. Vitellii & Veranii voce defletum Cæſa
ab imperatore & Auguſta defenſam Plancinam. proin
venena, & artes tam feliciter expertas verteret in Agr
pinam, in liberos eius, egregiamque auiã ac patruum ſa
guine miſerrimæ domus exſatiaret. *Biduum ſuper hac in*
gine cognitionis abſumtum; vrgente Tiberio liberos Piſon
matrem vti tuerentur. *Et cum accuſatores ac teſtes certa*
perorarent reſpondente nullo, miſeratio quam inuidia auge
tur. Primus ſententiam rogatus Aurelius Cotta Conſul (n
referente Caſare, magiſtratus eo etiam munere fungebant
nomen Piſonis radendum faſtis *cenſuit:* partem bonor
publicandam: *pars* vt Gn. Piſoni filio concederetur,
prænomen mutaret. M. Piſo exutâ dignitate, & acce
quinquagies ſeſtertio, in decem annos relegatur, conc
Plancinæ incolumitate ob preces Auguſtæ. *Multa e*
ſententia mitigata ſunt a principe: ne nomẽ Piſonis faſtis
imeretur, quando M. Antonii qui bellũ patrię feciſſet,
li Antonii qui domũ Auguſti violaſſet, manerent. *&*
Piſonẽ ignominiæ exemit, conceſſitq́; ei paterna bona; ſatis
mus, vt ſæpe memoraui, aduerſum pecuniã, & tum pudore
ſolutæ Plancinæ placabilior. Atq; idem, cum Valerius Me
linus ſignum aureũ in æde Martis Vltoris, *Cæcina Seu*
aram Vltioni ſtatuendam *cenſuiſſent, prohibuit:* ob exter
ea victorias ſacrari *dictitans*, domeſtica mala triſtitiâ o
riẽda. *Addiderat Meſſallinus*, Tiberio, & Auguſtæ, & A
tõiæ, & Agrippinæ Druſoq́;, ob vindictã Germanici, g
tes agẽdas, *omiſeratq́; Claudij mentionẽ. & Meſſallinum*
dẽ L. Aſprenas Senatu coram pcontatus eſt, ac prudẽs pr
riſſet? *at tũ demum nomen Claudij adſcriptũ eſt. Mihi qu*

p

plura recētium, seu veterum reuoluo, tanto magis ludibria rerum mortalium cunctis in negotiis obuersantur. quippe famâ, spe, veneratione potius omnes destinabātur imperio. quàm quē futurum principem Fortuna in occulto tenebat. Paucis pòst diebus Cæsar auctor Senatui fuit, Vitellio, atque Veranio, & Seruæo sacerdotia tribuendi. Fulcinio suffragium ad honores pollicitus, monuit, ne facundiā violentiâ præcipitaret. Is finis fuit vlciscendâ Germanici morte, non modò apud illos homines qui tum agebant, etiam secutis tēporibus vario rumore iactata. adeò maxima quæque ambigua sunt, dum alij quoquo modo audita pro compertis habent; alij vera in cōtrarium vertunt. & gliscit vtrumque posteritate. At Drusus vrbe egressus repetendis auspiciis, mox ouās introiit. paucosq; pòst dies Vipsania mater eius excessit, vna omnium Agrippæ liberorum miti obitu. Nam ceteros manifestum ferro, vel creditum est, veneno aut fame exstinctos. Eodem anno Tacfarinas, quem priore æstate pulsum a Camillo memoraui, bellum in Africâ renouat, vagis primum populationibus & ob pernicitatem inultis: dein vicos exscindere, trahere graues prædas: postremò haut procul Pagydâ flumine, cohortē Romanam circumsedit. Præerat castello Decrius impiger manu, exercitus militiâ & illam obsidionē flagitij ratus. Is cohortatus milites, vt copiam pugnæ in aperto facerent, aciem pro castris instruit. Primoq; impetu pulsâ cohorte, promptus inter tela occursat fugientibus, increpat signiferos, quòd inconditis aut desertoribus miles Romanus terga daret. simul excepta vulnera. & quamquam trāsfosso oculo, aduersum os in hostem intendit, neque prœlium omisit donec desertus suis caderet. Quæ postquam L. Apronio (nam Camillo successerat) comperta; magis dedecore suorum, quàm gloriâ hostis anxius, raro ea tempestate, & è vetere memoriâ facinore, decumum quemque ignominiosæ cohortis, sorte ductos, fusti necat. Tantúmque seueritate profectum, vt vexillum veteranorum non amplius quingenti numero, easdem Tacfarinatis copias, præsidium, cui Thala nomen, adgressas fuderint. Quo prœlio Rufus Heluius gregarius miles seruati ciuis decus retulit, donatusq; est ab Apronio torquibus & hastâ. Cæsar

addidit ciuicam coronam, quòd non eam quoque Apro
us iure procõsulis tribuisset, questus *magis, quàm offens*
Sed Tacfarinas perculsis Numidis & obsidia aspernantib
spargit bellum; vbi instaretur, cedens, ac rursum in terga re
ans. & dum ea ratio barbaro fuit, irritum fessumq́; Roman
impunè ludificabatur. Postq̃ deflexit ad maritimos locos; i
gatus prædâ, statiuis castris adhærebat. missuq́; patris Apro
Cesianus cum equite & cohortibus auxiliariis, quîs velocissi
legionum addiderat, prosperam aduersum Numidas pugn
facit, pellitq́; in deserta. At Romæ Lepida, cui super Aem
orum decus L. Sulla ac Cn. Pompeius proaui erant, defe
simulauisse partum ex P. Quirino diuite atque orbo. a
ciebantur adulteria, venena; quæsitumq́; per Chaldæo
domum Cæsaris, *defendente ream Manio Lepido fr*
Quirinius post dictum repudium adhuc infensus, quamu
fami ac nocenti miseratione addiderat. Haut facilè quis d
xerit illâ in cognitione mentē Principis: adeò vertit ac mi
iræ & clementiæ signa; deprecatus primò Senatum, ne m
statis crimina tractarentur. *Mox M. Seruilium è Cons*
ribus, aliosq́; testes inlexit ad proferenda, quæ velut reticer
luerat. idemq́; seruos Lepidæ, cùm militari custodiâ habe
tur, transtulit ad Consules: neque per tormenta interro
passus est, de his quæ ad domum suam pertinerēt. *Ex*
etiam Drusum Consulem designatum dicendæ primo loco
tentiæ quod alij ciuile rebantur, ne ceteris adsentiēdi n
sitas fieret: *quidam* ad sæuitiã trahebant. neq; enim c
rũ nisi dãnandi officio. *Lepida ludorum diebus, qui co*
onem interuenerant, theatrum cum claris feminis ingress
mentatione flebili maiores suos ciens, ipsumq́; Pompei
ius ea monimenta & adstantes imagines visebãtur, tantũ
ricordiæ pmouit, vt effusi in lacrymas sæua & detestãda
rinio clamitarēt, *cuius senectæ atque orbitati & obscuri*
domui, destinata quondã vxor L. Cæsari, ac auo August
rus, dederetur. dein tormentis seruorum patefacta sunt fla
itumq́; in sententiã Rubellij Blandi, a quo aquâ atq; ign
cebatur. *Huic Drusus adsensit, quãquam alij mitius ce*

ſent. mox Scauro q; filiã ex eâ genuerat, datũ, ne bona publi-
carentur. *Tum demum aperuit Tiberius,* compertum ſibi
4 ex P. Quirinii ſeruis, veneno eum à Lepidâ petitum. *Inlu-
trium domuũ aduerſa (etenim haut multum diſtanti tempo-
e Calpurnij Piſonem, Aemilij Lepidam amiſerant) ſolatio
dfecit D. Silanus Iuniæ familiæ redditus caſum eius paucis re-
tam. Vt valida diuo Auguſto in Remp. fortuna; ita domi im-
roſpera fuit, ob impudicitiam filiæ ac neptis quas vrbe depulit,
dulteroſq; earum morte aut fugâ puniuit. nam culpam inter
iros ac feminas vulgatam, graui nomine læſarum religionum,
violatæ maieſtatis appellando, clementiam maiorum ſuaſq;
ſe leges egrediebatur. Sed aliorum exitus, ſimul cetera illius
atis memorabo, ſi effectis in quæ tendi, plures ad curas vitam
oduxero. D. Silanus in nepti Auguſti adulter, quamquam
n vltra foret ſæuitum, quam* vt amicitiâ Cæſaris prohibe-
tur; *exſilium ſibi demonſtrari intellexit: nec niſi Tiberio im-
itanti deprecari Senatum ac Principem auſus eſt, M. Si-
i fratris potentiâ, qui per inſignem nobilitatem & eloquen-
m præcellebat. Sed Tiberius grates agenti Silano, Patribus
am reſpondit,* ſe quoque lætari quòd frater eius è pere-
natione longinquâ reuertiſſet. idq; iure licitũ, quia nõ
natuſconſultò, non lege pulſus foret: ſibi tamen aduer-
ſ eum integras parentis ſui offenſiones: neq; reditu Si-
l ni, diſſoluta quæ Auguſtus voluiſſet. *Fuit poſthac in vrbe,
n que honores adeptus eſt. Relatũ deinde* de moderanda Pa-
p Poppæâ, *quam ſenior Auguſtus poſt Iulias rogationes inci-
t dis cælibum pœnis, & augendo ærario ſanxerat. nec ideo con-
i ia & educationes liberûm frequentabantur, præualidâ orbi-
t .ceterum multitudo periclitantiũ gliſcebat, cùm omnis do-
m s delatorum interpretationibus ſubuerteretur. vtq; antehac
fl itiis, ita tunc legibus laborabatur. Ea res admonet, vt de
p cipiis iuris, & quibus modis ad hanc multitudinem infi i-
ta ac varietatem legum peruentum ſit, altiùs diſſeram. Vetu-
ſt ſſimi mortalium, nullâ adhuc malâ libidine, ſine probro, ſce-
le , eoq; ſine pœnâ aut coercitionibus agebant. neque præmiis o-
p erat, cùm honeſta ſuopte ingenio peterentur; & vbi nihil*

contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur.
postquam exui æqualitas, & pro modestiâ ac pudore, ambi
& vis incedebat; prouenêre dominationes: multosq; apud p
pulos æternum mansere. Quidam statim, aut postquam R
pertæsum, leges maluerunt. Hæ primò rudibus hominum a
mis simplices erant. maximèque fama celebrauit Cretensi
quas Minos: Spartanorum, quas Lycurgus: ac mox A
niensibus quæsitores iam & plures Solon perscripsit. Nobis
mulus, vt libitum, imperitauerat: dein Numa religionibu
diuino iure populum deuinxit; repertaq; quædam à Tul
Anco: sed præcipuus Seruius Tullius sanctor legum fuit,
etiam reges obtemperarent. Pulso Tarquinio, aduersum P
factiones multa populus parauit tuendæ libertatis, & firm
concordiæ: creatique Decemuiri, & accitis quæ vsquam
gia, compositæ duodecim tabulæ, finis æqui iuris. nam secu
ges, etsi aliquando in maleficos ex delicto, sæpius tamen d
sione ordinum, & apiscendi inlicitos honores, aut pellend
ros viros, aliáque ob praua per vim latæ sunt. Hinc Gra
& Saturnini, turbatores plebis; nec minor largitor nomi
natus Drusus; corrupti spe, aut inlusi per intercessionem
Ac bello quidem Italico, mox ciuili omissum, quin mu
diuersa sciscerentur; donec L. Sulla Dictator, abolitis vel c
sis prioribus cùm plura addidisset, otium ei rei haut in lo
parauit, statim turbidis Lepidi rogationibus. neque mu
Tribunis reddita licentia, quoquò vellent populum agi
Iámque non modò in commune, sed in singulos homin
quæstiones: & corruptissimâ Repub. plurimæ leges. Tu
Pompeius tertiùm Consul, corrigendis moribus delect
grauior remediis quàm delicta erant, suarumq; legũ auc
ac subuersor, quæ armis tuebatur armis amisit. Exin co
per viginti annos discordia, non mos, non ius. deterrima
impunè; ac multa honesta, exitio fuere. Sexto demum Co
Cæsar Augustus potentiæ securus, quæ Triumuiratu i
aboleuit: deditq; iura quîs pace & principe vteremur.
ex eo vincla, inditi custodes, & lege Papiâ Poppæâ præ
ducti visi à priuilegiis parentum cessaretur, velut paren

um populus vacantia teneret. sed altius penetrabant, vrbemq;
& Italiam, & quod vsquam ciuiũ, corripuerant: multorumq;
excisi status, & terror omnibus intentabatur: ni Tiberius sta-
tuendo remedio quinq; Cõsularium, quinque è Prætoriis, toti-
dem è cetero Senatu sorte duxisset. apud quos exsolutis plerique
legis nexus, modicum in præsens leuamentum fuere. Per idem
tempus Neronem è liberis Germanici iam ingressum iuuen-
tam, commendauit Patribus; vtq; munere capessendi vi-
gintiuiratus solueretur, & quinquennio maturius quàm
per leges Quæsituram peteret, non sine inrisu audiẽtium po-
stulauit. prætendebat sibi atque fratri decreta eadem, petẽte
Augusto. sed neque tum fuisse dubitauerim, qui eiusmodi preces
occulti inluderent. ac tamen initia fastigij Cæsaribus erant. ma-
gisq; in oculis vetus mos. & priuignis cum vitrico leuior neces-
situdo, quàm auo aduersum nepotem. Additur Pontifica-
tus, & quo primum die forum ingressus est, congiarium plebi,
admodum læta, quòd Germanici stirpem iam puberem aspici-
ebat. Auctum dehinc gaudium, nuptiis Neronis & Iuliæ
Drusi filiæ. Vtq; hæc secundo rumore, ita aduersis animis ac-
ceptum, quòd filio Claudii socer Seianus destinaretur.
polluisse nobilitatem familiæ videbantur, suspectumq; iã
nimiæ spei Seianum vltrò extulisse. Fine anni concessere vi-
ta insignes viri, L. Volusius, & Sallustius Crispus. Volusio vetus
familia, neque tamen Præturam egressa. ipse Consulatum intu-
lit, Censoriâ etiam potestate legendis equitum decuriis functus,
opumq; quîs domus illa immensum viguit, primus accumula-
tor. Crispum Equestri ortum loco, C. Sallustius, rerum Roma-
narum florentissimus auctor, sororis nepotem in nomẽ ad-
sciuit. atque ille, quãquam prompto ad capessendos honores adi-
tu, Mecœnatem æmulatus, sine dignitate Senatoriâ multos tri-
umphalium, Consulariumq; potentiâ anteiit. diuersus à vete-
rum instituto, per cultum & munditias; copiáq; & affluentiâ,
luxu propior. suberat tamen vigor animi, ingentibus negotiis
par; eò acrior, quo somnum & inertiam magis ostentabat. Igi-
tur incolumi Mæcenate proximus, mox præcipuus cui secreta impe-
ratorũ inniterẽtur, & interficiendi Postumi Agrippæ cõscius.

ætate prouectâ speciem magis in amicitiâ principis quàm vi
tenuit. idq; & Mæcenati acciderat: fato potentiæ raro semp
terna: an satias capit, aut illos cùm omnia tribuerunt, aut h
cùm iam nihil reliquum est quod cupiant. *Sequitur Tibe*
quartus, Drusi secundus Consulatus, patris atque filij colle
insignis. nam biennio antè, Germanici cum Tiberio idē hon
neque patruo lætus, neque naturâ tam connexus fuerat. *E*
anni principio Tiberius, quasi firmandæ valetudini, in Cam
niam concessit: longam & continuam absentiam paulatim
ditans; siue vt amoto patre, Drusus mun a Consulatus solus
pleret. Ac fortè parua res magnum ad certamen progressa, p
buit iuueni materiã apiscendi fauoris. Domitius Corbulo
turâ functus de L. Sullâ nobili iuuene questus est apud Sen
quòd sibi inter spectacula gladiatorũ, loco nõ decessi
pro Corbulone ætas, patrius mos, studia seniorum erant: con
Mamercus Scaurus & L. Arruntius, aliiq; Sullæ propi
nitebantur. certabant orationibus. & memorabantur exe
maiorum, qui iuuentutis inreuerẽtiam grauibus dec
notauissent. *donec Drusus apta temperandis animis diss*
& satisfactum Corbuloni per Mamercum, qui patruus
ac Vitricus Sullæ, & oratorum eâ ætate vberrimus erat.
Corbulo plurima per Italiã itinera, fraude mancipum
curiâ magistratuum interrupta & impeũia *clamit*
exsecutionem eius negotij libens suscepit. quod haut perin
blicè vsui habitum, quàm exitiosum multis, quorum in
niam atque famam damnationibus & hastâ sæuiebat.
multo pòst missis ad Senatum litteris Tiberius. motã r
Africam incursu Tacfarinatis *docuit*; iudicioq; Patr
gẽdum procõsulẽ, gnarum militiæ, corpore validũ,
io suffecturum. *quod initium Sex. Pompeius agitandi*
sus M. Lepidum odij nactus, vt secordẽ, inopem, & n
bus suis dedecorum, eoq; etiã Asiæ sorte depellend
sauit. aduerso Senatu, q Lepidũ mitẽ magis quàm ign
paternas ei angustias & nobilitatẽ sine probro actã,
ri quàm ignominiæ habendã *ducebat. Igitur missus*
Et de Africâ decretũ vt Cæsar legeret, cui mandand

Inter quæ Seuerus Cæcina censuit, ne quem magistratum, cui prouincia obuenisset, vxor comitaretur: *multum antè repetito*, concordem sibi coniugem, & sex partus enixam: séque quæ in publicum statueret domi seruauisse, cohibitâ intra Italiam, quamquam ipse pluris per prouincias quadraginta stipendia expleuisset. Haut enim frustrà placitum olim, ne feminæ in socios aut gentes externas traherentur. inesse mulierum comitatui, quę pacem luxu, bellum formidine morentur, & Romanum agmen ad similitudinem barbari incessus conuertant. nō imbecillem tantùm, & imparem laboribus sexum; sed si licentia adsit, sæuum, ambitiosum, potestatis auidum. incedere inter milites, habere ad manum centuriones: præsedisse nuper feminam exercitio cohortium, decursu legionum. cogitarent ipsi, quoties repetundarum aliqui arguerentur, plura vxoribus obiectari. his statim adhærescere deterrimum quemque prouincialium: ab his negotia suscipi, transigi: duorum egressus coli, duo esse prętoria peruicacibus magis & impotentibus mulierum iussis, quæ Oppiis quondam, aliisque legibus constrictæ, nunc vinclis exsolutis, domos, fora, iam & exercitus regerent. *Paucorum hæc adsensu audita; plures obturbabant*, neque relatum de negotio, neque Cæcinam dignum tantæ rei censorem. *mox Valerius Messalinus, cui parens Messalla, ineratq́; imago paternæ facundiæ, respondit.* Multa duritie veterum melius & lætius mutata. neque enim, vt olim, obsideri vrbem bellis, aut prouincias hostilis esse. & pauca feminarum necessitatibus concedi, quæ ne coniugum quidem penates, adeò socios non onerent. cetera promiscua cum marito, nec vllum in eo pacis impedimentum. bella planè accinctis obeunda: sed reuertentibus post laborem, quod honestius quàm vxorium leuamentum? At quasdam in ambitionem aut auaritiā prolapsas. Quid ipsorum magistratuum, nonne plerosque variis libidinibus obnoxios? non tamen ideo neminem in prouinciam mitti. corruptos sæpè prauitatibus vxorum maritos: num

ergo omnes cælibes integros? placuisse quondam Oppi
leges, sic temporibus Reipubl. postulantibus: remissu
aliquid postea, & mitigatum, quia expedierit. frustrà n
stram ignauiam alia ad vocabula transferri. nam viri in
culpam, si femina modum excedat. porrò ob vnius aut a
terius imbecillum animum, malè eripi maritis consort
rerum secundarum aduersarumque; simul sexum natu
inualidum deseri, & exponi suo luxu, cupidinibus alieni
vix præsenti custodiâ manere inlæsa coniugia: quid for
si per plures annos in modum dissidii oblitterentur? Si
obuiam irent iis quæ alibi peccarentur, vt flagitiorum vi
bis meminissent. *Addidit pauca Drusus de matrimoni
suo.* nam principibus adeunda sæpiùs longinqua imperi
Quoties diuum Augustum in Occidentem atque Orien
tem meauisse comite Liuiâ? se quoque in Illyricum pro
fectum, &, si ita conducat, alias ad gentes iturum; hau
semper æquo animo, si ab vxore carissimâ, & tot com
munium liberorum parente diuelleretur. *Sic Cæcinæ sen
tentia elusa. Et proximi senatus die, Tiberius per litteras casti
gatis obliquè patribus*, quòd cuncta curarum ad principem
reiicerent, *M. Lepidum & Iunium Blæsum nominauit: e
quis proconsul Africæ legeretur. Tum audita amborum ver
ba, intentiùs excusante se Lepido, cùm* valetudinem corpo
ris, ætatem liberûm, nubilem filiam obtenderet: *intellige
returque etiam quod silebat,* auunculum esse Seiani Blæsum
atque eò prævalidum. *Respondit Blæsus specie recusantis, se
neque eâdem adseueratione, & consensu adulantium auditu
est. Exin promtum, quod multorum intimis questibus tegeba
tur. Incedebat enim deterrimo cuique licentia, impunè probra,
& inuidiam in bonos excitandi, arreptâ imagine Cæsaris: li
bertique etiam ac serui, patrono vel domino, cùm voces, cùm
manus intentarent, vltrò metuebantur. Igitur C. Cestius sena
tor disseruit;* Principes quidem instar deorum esse: sed ne
que à diis nisi iustas supplicum preces audiri, neque
quemquam in Capitolium, aliáue vrbis templa perfuge
re, vt

re, vt eo ſubſidio ad flagitia vtatur. Abolitas leges, & fun-
ditus verſas, vbi in foro, in limine curiæ, ab Anniâ Rufil-
lâ, quam fraudis ſub iudice damnauiſſet, probra ſibi &
minæ intendantur. neque ipſe audeat ius experiri, ob ef-
figiem imperatoris oppoſitam. *Haut diſſimilia alii, & qui-
dam atrociora circumſtrepebant: precabanturq; Druſum,
daret vltionis exemplum. donec accitam conuictamq; attineri
publicâ cuſtodiâ iuſſit. Et Conſidius Æquus, & Cœlius Cur-
ſor equites Roman.* quòd fictis maieſtatis criminibus Ma-
gium Cæcilianum Prætorem petiuiſſent, *auctore principe,
ac decreto Senatus puniti. Vtrumque in laudem Druſi trahe-
batur*: ab eo, in vrbe inter cœtus & ſermones hominum
obuerſante, ſecreta patris mitigari. neque luxus in iuuene
adeò diſplicebat. huc potius intenderet; diem editionib.
noctem conuiuiis traheret, quàm ſolus & nullis volupta-
tibus auocatus mæſtam vigilantiam, & malas curas exer-
ceret. *non enim Tiberius, non accuſatores fatiſcebant. Et An-
charius Priſcus Cæſium Cordum proconſulem Cretæ* poſtu-
lauerat repetundis, addito maieſtatis crimine: *quod tum
omnium accuſationum complementum erat. Cæſar Antiſtium
Veterem è primoribus Macedoniæ abſolutum adulterii*, in-
crepitis iudicibus, ad dicendam maieſtatis cauſſam retra-
xit, vt turbidum, & Rheſcuporidis conſiliis permixtum,
quâ tempeſtate Cotye fratre interfecto, bellum aduerſus
nos voluerat. *Igitur* aquâ & igni interdictum reo, *adpoſi-
tumq;* vt teneretur Inſulâ, neque Macedoniæ neq; Thra-
ciæ opportunâ. *Nam Thracia diuiſo imperio in Rhœmetal-
cen & liberos Cotyis, quîs ob infantiam tutor erat Trebellienus
Rufus, inſolentiâ noſtri diſcors agebat*; neque minus Rhœ-
metalcen quàm Trebellienum incuſans, *popularium in-
iurias inultas ſinere. Cœlaletæ, Odruſæq;, & alii, validæ natio-
nes, arma cepêre, ducibus diuerſis & paribus inter ſe per igno-
bilitatem: quæ cauſſa fuit, ne in bellum atrox coaleſcerent. pars
turbant præſentia, alii montem Hæmum tranſgrediuntur, vt
remotos populos concirent. plurimi ac maximè compoſiti re-
gem, vrbemq; Philippopolim à Macedone Philippo ſitam, cir-*

cumsidunt. Quæ vbi cognita P. Velleio, (is proximum exerc
itum præsidebat) alarios equites ac leues cohortium mittit
eos, qui prædabundi aut adsumendis auxiliis vagabantur. Ip
robur peditum, ad exsoluendum obsidium ducit. Simulque cu
cta prosperè acta, cæsis populatoribus, & dissensione ortâ ap
obsidentes, regisque opportunâ eruptione, & aduentu legion
neque aciem aut prœlium dici decuerit, in quo semel
mes ac palantes trucidati sunt, sine nostro sanguine. E
dem anno Galliarum ciuitates, ob magnitudinem æris alie
rebellionem cœptauêre, cuius exstimulator acerrimus int
Treueros Iulius Florus, apud Æduos Iulius Sacrouir. nobil
tas ambobus, & maiorum bona facta, eoque Romana ciuitas
lim data, cùm id rarum, nec nisi virtuti pretium esset. Ii secre
tis conloquiis, ferocissimo quoque adsumto, aut quibus ob egest
tem, ac metum ex flagitiis maxima peccandi necessitudo; com
ponunt, Florus Belgas, Sacrouir propiores Gallos concire. Igi
tur per conciliabula & cœtus seditiosa disserebant, de conti
nuatione tributorum, grauitate fenoris, sæuitiâ ac super
biâ pręsidentium. & discordare militem, audito Germa
nici exitio. egregium resumendæ libertati tempus, si ipsi
florentes, quàm inops Italia, quàm imbellis vrbana ple
bes, nihil validum in exercitibus, nisi quod externum
cogitarent. Haut fermè vlla ciuitas intacta seminibus eius
motus fuit. sed erupêre primi Andecani, ac Turonii. quorum
Andecauos Acilius Auiola legatus, excitâ cohorte, quæ Lug-
duni præsidium agitabat, coërcuit. Turonii, legionario milit
quem Visellius Varro inferioris Germaniæ legatus miserat,
oppressi, eodem Auiolâ duce, & quibusdam Galliarum pri-
moribus; qui tulêre auxilium, quò dissimularent defectionem,
magisque in tempore efferrent. spectatus & Sacrouir intecto ca-
pite pugnam pro Romanis ciens, ostentandæ, vt ferebat, vir-
tutis: sed captiui, ne incesseretur telis, adgnoscendum se
præbuisse, arguebant. Consultus super eo Tiberius, aspernatus
est indicium, aluitque dubitatione bellum. Interim Florus insi-
stere destinatis, pellicere alam equitum, quæ conscripta Treue-
ris, militiâ disciplinaque nostrâ habebatur, vt cęsis negotiato-
ribus

ibus Romanis bellum inciperet. paucíq; equitum corrupti,
lures in officio mansêre. Aliud vulgus obæratorum aut clien-
um arma cepit: petebantq; saltus, quibus nomen Arduenna,
ìm legiones vtroq; ab exercitu, quas Visellius & C. Silius ad-
ersis itineribus obiecerant, arcuerunt. præmissúsq; cum dele-
'â manu Iulius Indus è ciuitate eâdem, discors Floro, & ob id
auandæ operæ auidior, inconditam multitudinem adhuc dis-
ecit. Florus incertis latebris victores frustratus, postremò visis
nilitibus qui effugia insederant, suâ manu cecidit. Isq; Treue-
3 ici tumultus finis. Apud Æduos maior moles exorta, quan-
o ciuitas opulentior, & comprimendi procul præsidium. Au-
ustodunum caput gentis, armatis cohortibus, Sacrouir occu-
auerat, nobilissimam Galliarum subolem, liberalibus studiis
bi operatam, vt eo pignore parentes propinquósq; eorum ad-
ungeret. simul arma occultè fabricata iuuētuti dispertit. Qua-
draginta millia fuêre, quintâ sui parte legionariis armis, ceterí
um venabulis & cultris, quæq; alia venantibus tela sunt. ad-
duntur è seruitiis gladiaturæ destinati, quibus more gentico
ontinuum ferri tegimen (Cruppellarios vocant) inferendis
ctibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles, augebantur hæ
opiæ vicinarum ciuitatum vt nondum apertâ consensione, ita
virium promtis studiis; & certamine ducum Romanorum,
quos inter ambigebatur, vtroq; bellum sibi poscente. mox
4 Varro inualidus senectâ, vigenti Silio concessit. At Romæ non
Treueros modò & Æduos, sed quattuor & sexaginta Gal-
liarum ciuitates desciuisse, adsumptos in societatem Ger-
manos, dubias Hispanias, cuncta (vt mos famæ) in maius
credita. optimus quisq; Reip. curâ mærebat: multi odio præ-
sentium, & cupidine mutationis, suis quoque periculis læta-
bantur. increpabantq; Tiberium, quòd in tanto rerum mo-
tu, libellis accusatorum insumeret operam. An Iulium
Sacrouirum, maiestatis crimine, reum in Senatu fore? ex-
stitisse tandem viros, qui cruentas epistolas armis cohibe-
rent. miseram pacem vel bello bene mutari. Tanto impen-
sius in securitatem compositus, neq; loco, neq; vultu mutato, sed
vt solitum, per illos dies egit: altitudine animi, an compererat

modica esse, & vulgatis leuiora? Interim Silius cum legionibi
duabus incedens, præmissâ auxiliari manu, vastat Sequan
rum pagos, qui finium extremi & Æduis contermini, soci
in armis erant. Mox Augustodunum petit propero agm
ne, certantibus inter se signiferis, fremente etiam gregario mil
te, ne suetam requiem, ne spatia noctium opperiretur: v
derent modò aduersos, & aspicerentur. id satis ad victo
riam. Duodecimum apud lapidem, Sacrouir, copiæq; patent
bus locis apparuêre. In fronte statuerat ferratos, in cornibus c
hortes, à tergo semermos. Ipse inter primores equo insigni adi
memorare veteres Gallorum glorias, quęque Roman
aduersa intulissent: quàm decora victoribus liberta
quanto intolerantior seruitus iterum victis. Non diu h
nec apud lætos. etenim propinquabat legionum acies. incond
tiq; ac militiæ nescii opidani, neq; oculis neq; auribus satis com
petebant. contra Silius, & si præsumta spes hortandi caussas ex
emerat, clamitabat tamen; Pudendum ipsis, quòd Germ
niarum victores, aduersum Gallos tamquam in hoste
ducerentur. vna nuper cohors rebellem Turonium, v
ala Treuerum, paucæ huius ipsius exercitus turmæ pr
fligauêre Sequanos. quanto pecuniâ dites, & voluptat
bus opulentos, tanto magis imbelles Æduos, euincite,
fugientibus consulite. Ingens ad ea clamor. & circumfudit
ques: frontemq; pedites inuasêre. nec cunctatum apud later
paulum moræ attulêre ferrati, restantibus laminis aduersum
pila & gladios. sed miles correptis securibus & dolabris, v
murum perrumperet, cædere tegmina & corpora. quidam
trudibus aut furcis, inertem molem prosternere. iacentesq
nullo ad resurgendum nisu, quasi exanimes linquebantur. Sa
crouir primò Augustodunum, dein metu deditionis in villa
propinquam cum fidissimis pergit. Illic suâ manu, reliqui m
tuis ictibus occidêre. incensâ super villâ, omnes cremauit. Tu
demum Tiberius ortum patratumq; bellum Senatui scr
psit. neq; demsit, aut addidit vero; sed fide ac virtute legatos,
consiliis superfuisse. simul caussas, cur non ipse, non Drusus pr
fecti ad id bellum forent, adiunxit; magnitudinem imper

xtollens. neq; decorum principibus, si vna alteráue ciuitas urbet, omissâ vrbe, vnde in omnia regimen. nunc quia on metu ducatur, iturum vt præsentia spectaret, componeretque. *Decreuêre Patres* vota pro reditu eius, supplicationesque, & alia decora. *Solus Dolabella Cornelius um anteire ceteros parat, absurdam in adulationem progressus, censuit* vt ouans è Campania vrbem introiret. *Igitur cuta Cæsaris litteræ, quibus* se non tam vacuum gloriâ *prædicabat*, vt post ferocissimas gentes perdomitas, tot recetos in iuuentâ, aut spretos triumphos, iam senior pere-

48 grinationis suburbanæ inane præmium peteret. *Sub idem empus*, vt mors Sulpicii Quirinii publicis exsequiis frequentaretur *petiuit à Senatu. Nihil ad veterem & patriiam Sulpiciorum familiam Quirinius pertinuit, ortus apud unicipium Lanuuium: sed impiger militiæ, & acribus miniteriis Consulatum sub Diuo Augusto, mox expugnatis per Ciliciam Homonadensium castellis insignia triumphi adeptus, datusq; rector C. Cæsari Armeniam obtinenti, Tiberium quoue Rhodi agentem coluerat. quod tunc patefecit in senatu:* udatis in se officiis, & incusato M. Lollio, quem auctoem C. Cęsari prauitatis & discordiarum arguebat. *sed ceteris haut læta memoria Quirinii erat, ob intenta, vt memoraui, Lepidæ pericula, sordidamq; & prapotentem senectam.*

49 *Fine anni C. Lutorium Priscum equitem Romanum, post celebre carmen, quo Germanici suprema defleuerat, pecuniâ donatum à Cæsare, corripuit delator:* obiectans ægro Druso composuisse, quòd si exstinctus foret, maiore præmio vulgaretur. *Id C. Lutorius in domo P. Petronii, socru eius Vitelliæ coram, multisq; inlustribus feminis, per vaniloquentiam egerat. Vt delator exstitit, ceteris ad dicendum testimonium xterritis, sola Vitellia* nihil se audiuisse *adseuerauit. sed arguentibus, ad perniciem plus fidei fuit. sententiaq; Haterii Agrippæ Consulis designati* indictum reo vltimum suppliciũ.

50 *Contrà M. Lepidus in hunc modum exorsus est.* Si P. C. vnum id spectamus, quàm nefariâ voce Lutorius Priscus mentem suam & aures hominum polluerit; neque carcer, neque laqueus, ne seruiles quidem cruciatus in eum

suffecerint. sin flagitia & facinora sine modo sunt; suppli
ciis ac remediis, principis moderatio, maiorumque & ve
stra exempla temperant; & vana à scelestis, dicta à malefi
ciis differunt: est locus sententiæ, per quam neque hui
delictum impune sit, & nos clementiæ simul ac seuerita
tis non pœniteat. Sæpè audiui principem nostrum co
querentem, si quis sumtâ morte misericordiam eius præ
uenisset. vita Lutorii in integro est, qui neque seruatus i
periculum Reipublicæ, neque interfectus in exemplu
ibit. studia illi vt plena vecordiæ, ita inania & fluxa sun
nec quidquam graue ac serium ex eo metuas, qui suoru
ipse flagitiorum proditor, non virorum animis, sed mu
liercularum adrepit. cedat tamen vrbe, & bonis amissis
quâ & igni arceatur. quod perinde censeo, ac si lege maie
statis teneretur. *Solus Lepido Rubellius Blandus è Consula*
bus adsensit. ceteri sententiam Agrippæ secuti. ductusq; in ca
cerem Priscus, ac statim exanimatus. Id Tiberius solitis s
ambagibus apud senatum incusauit, cùm extolleret pietatem
quamuis modicas principis iniurias acriter vlciscentium, d
precaretur tam præcipitis verborum pœnas: laudaret Lepi
nec Agrippam argueret. Igitur factum S. C. nec decreta p
trum, ante diem decimum, ad ærarium deferrentur: idq; vi
spatium damnatis prorogaretur. sed non Senatui libertas
pœnitendum erat; neq; Tiberius interiectu temporis mitig
batur. C. Sulpicius, D. Haterius Consules, sequuntur. Intu
bidus externis rebus annus, domi suspectâ seueritate aduersu
luxum; qui immensum proruperat, ad cũcta quîs pecunia p
digitur. Sed alia sumtuum quamuis grauiora, dissimulatu p
rumq; pretiis occultabantur; ventris & ganeæ paratus *a*
duis sermonibus vulgati, fecerant curam, ne princeps antiq
parcimoniæ, duriùs aduerteret. Nam incipiente C. Bibulo,
teri quoq; Ædiles differuerant, sperni sumtuariam lege
vetitaq; vtensilium pretia augeri in dies: nec mediocrib
remediis resisti posse. *& consulti Patres*, integrum id n
gotium ad principem distulerant. *Sed Tiberius* sæpè ap
se pensitato, an coërceri tã profusæ cupidines possent

co

oërcitio plus damni in Remp. ferret: quàm indecorum
dtrectare quod non obtineretur, vel retentum ignomi-
iam & infamiam virorum inlustrium posceret; *postre-*
ò litteras ad Senatum composuit, quarum sententia in hunc
odum fuit. Ceteris forsitan in rebus P. C. magis expedia
ie coràm interrogari, & dicere quid è Rep. censeam: in
ac relatione, subtrahi oculos meos melius fuit, ne den
ntibus vobis ora; ac metum singulorum qui pudend
xus arguerentur, ipse etiam viderem eos, ac velut depre-
enderem. quod si mecum antè viri strenui ædiles consilium
abuissent; nescio an suasurus fuerim omittere potius
ræualida & adulta vitia: quàm hoc adsequi, vt palam fie-
t, quibus flagitiis impares essemus. sed illi quidem offi-
o functi sunt, vt ceteros quoque magistratus sua munia
nplere velim. mihi autem neque honestum silere, neque
oloqui expeditum, quia non ædilis aut prætoris, aut cõ-
ilis partes sustineo: maius aliquid & excelsius à princi-
e postulatur; & cùm rectè factorum sibi quisq; gratiam
ahant, vnius inuidiâ ab omnibus peccatur. Quid enim
imum prohibere, & priscum ad morem recidere adgre-
ar? villarum ne infinita spatia, familiarum numerum,
nationes? argenti & auri pondus? æris? tabularumque
iracula? promiscuas viris & feminis vestes? atque illa
eminarũ ꝓpria, quîs lapidũ caussa pecuniæ nostrę ad ex-
ernas aut hostilis gentes transferunt? Nec ignoro in cõ-
iuiis & circulis incusari ista, & modum posci. sed si quis
egem sanciat, pœnas indicat; ijdem illi ciuitatem verti,
plendidissimo cuique exitium parari, neminem criminis
xpertem clamitabunt. Atqui ne corporis quidem mor-
os veteres; & diu auctos, nisi per dura & aspera coërceas.
orruptus simul & corruptor, æger & flagrans animus,
aut leuioribus remediis restinguendus est, quàm libidi-
ibus ardescit. tot à maioribus repertæ leges, tot quas di-
us Augustus tulit. illæ obliuione, hæ (quod flagitiosius
st) contemtu abolitæ, securiorem luxum fecêre. nam si
elis, quod nondum vetitum est; timeas, ne vetêre. at si

prohibita impunè transcenderis, neque metus vltrà, n
que pudor est. cur ergo olim parcimonia pollebat? q
sibi quisque moderabatur: quia vnius vrbis ciues eram
ne irritamenta quidem eadem, intra Italiam dominat
bus. externis victoriis aliena; ciuilibus, etiam no
consumere didicimus. Quantulum istud est, de quo
diles admonent? Quàm, si cetera respicias, in leui
bendum! At Hercule nemo refert, quòd Italia exte
opis indiget, quòd vita populi Romani per incerta
ris & tempestatum quotidie voluitur. ac nisi prouin
rum copiæ & dominis, & seruitiis, & agris subueneri
nostra nos scilicet nemora, nostræque villæ tuebunt
Hanc P. C. curam sustinet Princeps. hæc omissa, fu
tus Rempubl. trahet. reliquis intra animum medend
est. nos, pudor; pauperes, necessitas; diuites, satias in
lius mutet. Aut si quis ex magistratibus, tantam in
striam ac seueritatem pollicetur, vt ire obuiam qu
hunc & laudo, & exonerari laborum meorum pa
fateor. sin accusare vitia volunt, dein cùm gloria
ius rei adepti sunt, simultates faciunt, ac mihi re
quunt; credite P. C. me quoque non esse offensio
auidum. quas cùm graues, & plerumque iniquas
Repub. suscipiam, inanes & irritas neque mihi aut v
vsui futuras iure deprecor. *Auditis Cæsaris litteris, re*
sa Ædilibus talis cura; *luxúsque mensæ, à fine Actiac*
li, ad ea arma quis Ser. Galba rerum adeptus est. per a
centum profusis sumtibus exerciti, paulatim exoleuêre. C
sas eius mutationis quærere libet. Dites olim familiæ nobil
aut claritudine insignes, studio magnificentiæ prolabeba
nam etiam tum plebem, socios, regna colere, & coli licitu
quisq; opibus, domo, paratu speciosus, per nomen & clien
inlustrior habebatur. postquam cædibus sæuitum, & mag
do famæ exitio erat; ceteri ad sapientiora conuertêre.
noui homines è municipijs & colonijs, atque etiam proui
in Senatum crebrò adsumti, domesticam parcimoniam
lerunt. & quamquam fortunâ vel industriâ plerique pec

ſam ad ſenectam peruenirent; manſit tamen prior animus.
Sed præcipuus adſtricti moris auctor Veſpaſianus fuit, antiquo
ipſe cultu victûque. obſequium inde in principem, & æmulandi
amor, validior quàm pœna ex legibus & metus. niſi fortè rebus
cunctis ineſt quidam velut orbis, vt quemadmodum tempo-
rum vices, ita morum vertantur. nec omnia apud priores me-
liora, ſed noſtra quoque ætas multa laudis & artium imitanda
poſteris tulit. verum hæc nobis maiores certamina ex honeſto
56 maneant. Tiberius famâ moderationis partâ, quòd ingruentis
accuſatores repreſſerat, mittit litteras ad Senatum, quis pote-
ſtatem tribuniciam Druſo petebat. Id ſummi faſtigij voca-
bulum Auguſtus repperit, ne regis aut dictatoris nomen ad-
ſumeret, ac tamen appellatione aliquâ cetera imperia præmi-
neret. M. deinde Agrippam ſociũ eius poteſtatis, quo defuncto
Tiberiũ Neronem delegit, ne ſucceſſor in incerto foret. ſic cohi-
beri prauas aliorũ ſpes rebatur: ſimul modeſtiæ Neronis, & ſuæ
magnitudini fidebat. Quo tunc exemplo, Tiberius Druſum
ſummæ rei admouet: cùm incolumi Germanico, integrum in-
ter duos iudicium tenuiſſet. Sed principio litterarũ veneratus
Deos, vt conſilia ſua Reip. proſperarent, modica de mori-
bus adoleſcentis, neq; in falſum aucta retulit. eſſe illi cõ-
iugem & tres liberos, eamq́; ætatem quâ ipſe quondam à
Diuo Auguſto ad capeſſendũ hoc munus vocatus ſit. Ne-
que nũc properè, ſed per octo annos capto experimento,
cõpreſſis ſeditionibus, cõpoſitis bellis, triũphalem & bis
57 conſulẽ, noti laboris participẽ ſumi. Præceperant animis o-
rationem patres. quo quæſitior adulatio fuit. nec tamen repertũ,
niſi vt effigies principũ, aras deûm, templa & arcus, aliaq́; ſolita
cenſerent. niſi quòd M. Silanus ex contumeliâ Conſulatus, ho-
norem principibus petiuit: dixitq́; pro ſententiâ, vt publicis
priuatisue monimentis ad memoriam temporum, non
Conſulũ nomina præſcriberentur, ſed eorũ, q tribuniciã
poteſtatem gererent. Atq; Haterius cùm eius diei Senatus
cõſulta aureis litteris figenda in curiâ cenſuiſſet, deridiculo
58 fuit, ſenex fœdiſſimæ adulationis tantum infamiâ vſurus. Inter
quæ prouincia Africâ Iunio Blæſo prorogata, Seruius Maluginenſis

flamen Dialis, vt Asiam sorte haberet postulauit; frustr
vulgatum, *dictitans*, non licere Dialibus egredi Italia. ne
que aliud ius suum quàm Martialium, Quirinaliumqu
Flaminum: porrò si hi duxissent prouincias, cur Dial
bus id vetitum? nulla de eo populi scita, non in libris ca
rimoniarum reperiri. Sæpe Pontifices dialia sacra feci
se, si flamen valetudine aut munere publico impedir
tur. duobus & septuaginta annis post Cornelii Meru
cædem, neminem suffectum: neque tamen cessauit
religiones. Quòd si per tot annos possit non creari, nul
sacrorum damno; quanto facilius abfuturum, ad vni
anni proconsulare imperium? Priuatis olim simultati
effectũ, vt a Pontificibus maximis ire in prouincias pr
hiberentur: nunc Deûm munere, summum Ponti
cum etiam summum hominum esse; non æmulation
non odio, aut priuatis adfectionibus obnoxium. *A
uersus quæ cum augur Lentulus aliiq́; variè dissererent, eò c
cursum est*, vt Pontificis maximi sententiam opperire
tur. *Tiberius, dilatâ notione de iure Flaminis, decretas
tribuniciam Drusi potestatem cærimonias temperauit*; *non
natim arguens* insolentiam sententiæ, aureasque litte
contra patrium morem. *Recitatæ & Drusi epistolæ, qua
quam ad modestiam flexæ, pro superbissimis accipiuntur.* H
recidisse cuncta, vt ne iuuenis quidem tanto honore
cepto, adiret vrbis deos, ingrederetur senatum, auspi
saltem gentile apud solum inciperet? Bellum scilicet,
diuerso terrarum distineri, litora & lacus Campaniæ, cu
maximè peragrantem. sic imbui rectorem generis hun
ni: id primum è paternis consiliis discere. sanè graua
tur aspectum ciuium senex imperator, fessamque ætat
& actos labores prætenderet: Druso quod, nisi ex ad
gantia, impedimentum? *Sed Tiberius vim principatus
firmans, imaginem antiquitatis Senatui præbebat, postul
prouinciarum ad disquisitionem patrum mittendo. Crebre
bat enim Græcas per vrbes licentia atque impunitas asyla
tuendi. Complebantur templa pessimis seruitiorum. eodem
s*

ſidio obærati aduerſum creditores, ſuſpectíque capitalium criminum receptabantur. Nec vllum ſatis validum imperium erat coërcendis ſeditionibus populi, flagitia hominum vt cærimonias Deûm protegentis. Igitur placitum vt mitterent ciuitatis iura atque legatos. *Et quædam quod falsò vſurpauerant ſponte omiſere. Multæ vetuſtis ſuperſtitionibus, aut meritis in populum Romanum fidebant. Magnáque eius diei ſpecies fuit, quo Senatus maiorum beneficia, ſociorum pacta, regum etiam qui ante vim Romanam valuerant decreta, ipſorúmque numinum religiones introſpexit; libero, vt quondam,*
6 *quid firmaret mutarétue. Primi omnium Epheſii adiêre, memorantes,* non, vt vulgus crederet. Dianam atque Apollinem Delo genitos: eſſe apud ſe Cenchrium amnem, locum Ortygiam, vbi Latonam partu grauidam & oleæ, quæ tum etiam maneat, adniſam, edidiſſe ea numina: Deorûmque monitu ſacratum nemus. Atque ipſum illic Apollinem, poſt interfectos Cyclopas, Iouis iram vitauiſſe. Mox Liberum patrem bello victorem, ſupplicibus Amazonum quæ aram inſederant, ignouiſſe. Auctam hinc conceſſu Herculis, cùm Lydia potiretur, cærimoniam templo: neque Perſarum ditione, diminutum ius.
6 Poſt Macedonas, dein nos ſeruauiſſe. *Proximo Magnetes,* L. Scipionis, & L. Sullæ conſtitutis nitebantur. *quorum ille Antiocho, hic Mithradate, pulſis, fidem atque virtutem Magnetum decorauere*, vti Dianæ Leucophrynæ perfugium inuiolabile foret. *Aphrodiſienſes poſthæc & Stratonicenſes* Dictatoris Cæſaris ob vetuſta in parteis merita, & recens Diui Auguſti decretum attulêre. laudati quòd Parthorum inruptionem, nihil mutatâ in populum Romanum conſtantiâ pertuliſſent. *Sed Aphrodiſienſium ciuitas, Veneris: Stratonicenſium, Iouis & Triuiæ religionem tuebantur. Altius Hierocæſarienſes expoſuêre*, Perſicam apud ſe Dianam, delubrum rege Cyro dicatum. *& memorabantur* Perpernæ, Iſaurici, multaque alia imperatorum nomina, qui non modo templo, ſed duobus milibus paſſuum eandem ſanctitatem tribuerant. *Exin Cyprij tribus delubri*

quorũ vetustissimũ Paphiæ Veneri auctor Ærias, pòst filius eius Amathus Veneri Amathusiæ, & Ioui Salaminio Teucer Telamonis patris irâ profugus, posuissent. Auditæ aliarũ quoque ciuitatũ legationes. quorũ copiâ fessi patres, & quia studijs certabatur Consulibus permisêre, vt perspecto iure, & si qua iniquitas inuolueretur, rẽ integrã rursum ad Senatũ referrent. *Consules super eas ciuitates quas memoraui, apud Pergamũ, Æsculapij compertũ asylũ retulerunt:* ceteros obscuris ob vetustatem initiis niti. nam Smyrnæos oraculũ Apollinis, cuius imperio Stratonicidi Veneri templũ dicauerint: Tenios eiusdẽ carmen referre, quo sacrare Neptuni effigiẽ, ædẽq; iussi sint. propiora Sardianos, Alexãdri victoris id donũ: neq; minus Milesios Dario rege vti. sed cultus numinũ vtrisq;, Dianã aut Apollinẽ venerãdi. *Petiêre & Cretenses simulacro Diui Augusti. Factaq; Senatusconsulta, quîs multo cũ honore, modus tamen præscribebatur; iussiq; ipsis in templis figi æra,* sacrandã ad memoriã; neu specie religionis in ambitionẽ delaberentur. *Sub idem tempus Iuliæ Augustæ valetudo atrox, necessitudinem Principi fecit festinati in vrbem reditu: sincerâ adhuc inter matrem filiũq; concordiâ; siue occultis odijs. Neq; enim multo ante, cùm haut procul theatro Marcelli effigiẽ Diuo Augusto Iulia dicaret; Tiberij nomen, suo postscripserat. idq; ille* credebatur, vt inferius maiestate Principis, graui & dissimulatâ offensione abdidisse. *Sed tum supplicia Dijs, ludiq; Magni ab Senatu decernũtur, quos Pontifices, & Augures, & Quindecimuiri, Septemuiris simul & sodalib. Augustalibus ederent. Censuerat L. Apronius,* vt Feciales quoq; iis ludis præsiderent. *Contradixit Cæsar, distincto sacerdotiorũ iure, & repetitis exẽplis.* neq; enim vnquã Fecialib. hoc maiestatis fuisse. ideò Augustales adiectos, quia propriũ eius domus sacerdotiũ esset, pro quâ vota persoluerentur. *Exsequi sententias haut institui nisi insignes per honestum aut notabili dedecore: quod præcipuũ munus annaliũ reor, ne virtutes sileantur, vtq; prauis dictis factisq; ex posteritate & infamia metus sit. Ceterũm tempora illa adeò infecta & adulatione sordidâ fuêre, vt nõ modò primores ciuitatis, quibus claritudo*

sua

ꝗ obsequiis ꝓtegenda erat; sed oẽs Consulares, magna pars eorũ Pretura functi, multiq; etiã pedarij Senatores certatim exsurgerent, fœdaq; & nimia censerent. Memoriæ ꝓditur, Tiberiũ, quoties Curia egrederetur, Græcis verbis in hũc modũ eloqui solitũ, O HOMINES AD SERVITVTEM PARATOS! scil. etiã illũ, q libertatem publicã nollet, tam ꝓiectæ seruientiũ patientiæ tædebat. 6 Paulatim dehinc, ab indecoris ad infesta transgrediebatur. C. Silanũ ꝓconsulem Asiæ, repetũdarũ a sociis postulatũ, Mamercus Scaurus è Cõsularibus, Junius Otho Prætor, Brutidius Niger Ædilis, simul corripiũt. obiectabãtq; violatũ Augusti numẽ, spretã Tiberii maiestatẽ, Mamercus antiqua exẽpla iaciens, L. Cottã à Scip. Africano; Ser. Galbã à Catone Censorio; P. Rutiliũ à M. Scauro accusatos. videl. Scipio & Cato talia vlciscebãtur; aut ille Scaurus, quem ꝓauũ suũ, opprobriũ maiorũ Mamercus, infami operâ dehonestabat. Junio Othoni litterariũ ludũ exercere vetus ars fuit, mox Seiani potentiâ Senator, obscura initia impudentibus ausis ꝓpolluebat. Brutidiũ artib. honestis copiosum, & si rectũ iter ꝑgeret, ad clarissima quæq; iturũ festinatio exstimulabat; dũ æquales, dein superiores, postremò suasmet ipse spes anteire parat. q multos etiã bonos pessum dedit, q spretis quæ tarda cũ securitate, præmatura vel cũ exitio ꝓperant. 7 Auxere numerũ accusatorũ Gellius Poplicola, & M. Paconius. ille quæstor Silani, hic legatus. Nec dubium habebatur, sæuitiæ captarumq; pecuniarum teneri reum. sed multa adgerebantur etiam insontibus periculosa; cum super tot Senatores aduersos, facundissimis totius Asiæ, eoque ad accusandum delectis responderet solus & orandi nescius, proprio in metu, qui exercitam quoque eloquentiam debilitat. non temperante Tiberio, quin premeret voce, vultu, eo quòd ipse creberrimè interrogabat: neque refellere, aut eludere, dabatur. ac sæpe etiam confitendum erat, ne frustra quæsiuisset. Seruos quoque Silani, vt tormentis interrogentur, actor publicus mancipio acceperat. & ne quis necessariorum iuuaret periclitantem, maiestatis crimina subdebantur, vinclum & necessitas silendi. Igitur petito paucorum dierum interiectu,

*defensionem sui deseruit; ausis ad Cæsarem codicillis, quibus in*uidiam & preces *miscuerat. Tiberius quæ in Silanum para*bat, *quò excusatius sub exemplo acciperentur*, libellos diui Augusti de Voleso Messala eiusdem Asiæ proconsule, factumque in eum Senatusconsultum recitari iubet. *Tum L. Pisonem sententiam rogat. ille multum* de clementiâ principis *præfatus*, aquâ atque igni Silano interdicendum censuit, ipsumque in Insulam Gyarum relegandum. *Eadem cæteri, nisi quod Gn. Lentulus* separanda Silani materna bona, (*quippe aliâ parente geniti*) reddendaque filio dixit, *annuente Tiberio. At Cornelius Dolobella, dum adulationem longius sequitur, increpitis C. Silani moribus, addidit*, ne quis vitâ probrosus, & opertus infamiâ prouinciam sortiretur: idque princeps dijudicaret. nam à legibus delicta puniri. quanto fore mitius in ipsos, melius in socios, prouideri ne peccaretur? *Aduersum quæ disseruit Cæsar.* non quidem sibi ignara, quæ de Silano vulgabantur, sed non ex rumore statuendũ. multos in prouinciis contra quàm spes aut metus de illis fuerit, egisse. excitari quosdam ad meliora, magnitudine rerum; hebescere alios. neque posse principem suâ scientiâ cuncta complecti: neque expedire, vt ambitione alienâ trahatur. ideò leges in facta constitui, quia futuro in incerto sint. sic à maioribus institutum, vt si antissent delicta, pœnæ sequerẽtur: ne verterent sapienter reperta, & semper placita. satis onerum principibus, satis etiã potentiæ: minutura, quoties gliscat potestas: nec vtendum imperio, vbi legibus agi possit. *Quanto rarior apud Tiberium popularitas, tanto lætioribus animis accepta. Atq; ille prudens moderandi, si propriâ irâ non impelleretur, addidit* insulam Gyarũ immitem & sine cultu hominũ esse: darent Iuniæ familiæ, & viro quondã ordinis eiusdẽ, vt Cytherã potius cõcederet. id sororẽ quoq; Silani Torquatã, priscæ sanctimoniæ virginem expetere. *In hanc sententiam facta discessio. Post auditi Cyrenenses, & accusante Anchario Prisco Cæsius Cordus* repetundarũ dãnat. *L. Ennium Equitem Rom.* maiestatis postulatũ, quod effigiem princi-

principis promiscuum ad vsum argenti vertisset, *recipi Cæsar inter reos vetuit: palam aspernante Ateio Capitone, quasi per libertatem.* Non enim debere eripi Patribus vim statuendi, neq; tantum maleficium impunè habendum. sane lentus in suo dolore esset; Reip. iniurias ne largiretur. *Intellexit hæc Tiberius vt erant magis, quàm vt dicebantur: perstititq; intercedere. Capito insignitior infamia fuit: quòd humani diuiniq; iuris sciens, egregium publicum, & bonas domi artes dehonestauisset. Incessit dein religio,* quonam in templo locandum foret donum, quod pro valetudine Augustæ Equites Romani vouerant Equestri Fortunę. *nam etsi delubra eius Deæ multa in vrbe, nullum tamē tali cognomento erat. repertum est* ædem esse apud Antium quæ sic nuncuparetur, cunctasque cærimonias Italicis in opidis, templaque, & numinum effigies, iuris atque imperii Romani esse. *ita donum apud Antium statuitur. Et quando de religionibus tractabatur, dilatum nuper responsum aduersus Seruium Maluginensem Flaminem Dialem, promsit Cæsar: recitauitq; decretum Pontificum.* Quoties valetudo aduersa Flaminem Dialem incessisset, vt Pontificis maximi arbitrio plusquā binoctium, abesset: dum ne diebus publici sacrificii; neu sæpius quàm bis, eundem in annum. *quæ principe Augusto constituta, satis ostendebant, annuam absentiam & prouinciarum administrationem Dialibus non concedi. memorabaturq;* L. Metelli Pontificis maximi exemplum, qui Aulū Postumium Flaminem attinuisset. *Ita sors Asiæ in eum, qui Consularium Maluginensi proximus erat, conlata. Iisdem diebus Lepidus a Senatu petiuit,* vt basilicam Paulli, Æmilia monumenta, propriâ pecuniâ firmaret, ornaretq;. *erat etiam tū in more publica munificentia. nec Augustus arguerat Taurū, Philippum, Balbum, hostiles exuuias, aut exundantis opes ornatum ad vrbis, & posterûm gloriam conferre. quo tum exemplo Lepidus, quamquam pecuniæ modicus, auitum decus reuoluit. At* Pompeii theatrum igne fortuito haustum, Cæsar exstructurum pollicitus est, eò quòd nemo è familia restaurando sufficeret, manente tamen nomine Pompeii.

ſimul laudibus Seianum extulit, tamquam labore vigilan-
tiaq; eius tanta vis vnum intra damnum ſtetiſſet. *Et cen-*
ſuere Patres effigiem Seiano. quę apud theatrum Pompeii
locaretur. *neq; multo poſt Cæſar cum Iunium Blæſum procon-*
ſulem Africæ triumphi inſignibus attolleret, dare id ſe, *dixit*
honori Seiani, *cuius ille auunculus erat. Ac tamen res Blæſi di-*
gnæ decore tali fuere. nam Tacfarinas quamquã ſæpius depulſus
reparatis per intima Africæ auxiliis, huc adrogantiæ venerat,
vt legatos ad Tiberium mitteret, ſedemq; vltrò ſibi atq; ex-
ercitui ſuo poſtularet, aut bellum inexplicabile minitare-
tur. *Non alias magis ſuâ populiq; contumeliâ Ro. indoluiſſe Cæ-*
ſarem ferunt: quàm quòd deſertor & prædo, hoſtiũ more ageret.
ne Spartaco quidem, poſt tot Conſularium exercituum
clades inultã Italiã vrenti, quamq̃ Sertorii atq; Mithrada-
tis ingentib. bellis labaret Reſp. datũ, vt pacto in fidẽ acci-
peretur. nedum pulcherrimo populi Romani faſtigio, la-
tro Tacfarinas, pace & conceſſione agrorũ redimeretur
Dat negotium Blæſo, ceteros quidẽ ad ſpem proliceret arm
ſine noxâ ponẽdi, ipſius aũt ducis quoquo modo potirci
Et recepti eâ veniâ pleriq;. mox aduerſùm artes Tacfarinati
haut diſſimili modo belligeratũ. Nam quia ille robore exercitu
impar, furãdi melior, pluris per globos incurſaret, eluderetq;, &
inſidias ſimul tentaret: tres inceſſus, totidem agmina parãtur. e.
quîs Cornelius Scipio legatus præfuit, quâ prædatio in Leptin
& ſuffugia Garamantum: alio latere, ne Cirtenſium pagi impu
nè traherentur, propriam manum Clæſus filius duxit. Medio, c
dilectis caſtella & munitiones idoneis locis imponens, dux ipſe
arta & infenſa hoſtibus cuncta fecerat: quia quoquò inclinarẽ
pars aliqua militis Romani in ore, in latere, & ſæpe a terg
erat. multiq; eo modo cæſi, aut circumuenti. Tunc tripar
titum exercitum plures in manus diſpergit, præponitq; cen
tu iones virtutis expertæ: nec, vt mos fuerat, actâ æſtate r
trahit copias, aut in hibernaculis veteris prouinciæ componi
ſed vt in limine belli, diſpoſitis caſtellis, per expeditos & ſolit
dinum gnaros mutantem mapalia Tacfarinatem proturba
donec fratre eius capto, regreſſus eſt, properantius tamen qua

ex vt

ex vtilitate sociorum, relictis per quos resurgeret bellum. Sed Tiberius pro confecto interpretatus, id quoque Blæso tribuit vt Imperator à legionibus salutaretur: prisco erga duces honore, qui bene gestâ Repub. gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur. erantque plures simul Imperatores, nec super ceterorum æqualitatem. concessit quibusdam & Augustus id vocabulum, ac tunc Tiberius Blæso postremum. Obiere eo anno viri illustres, Asinius Saloninus, M. Agrippâ & Pollione Asinio auis, fratre Druso insignis, Cæsariq; progener destinatus, & Capito Ateius, de quo memoraui, principem in ciuitate locum studiis ciuilibus adsecutus, sed auo centurione Sullano, patre Prætorio. Consulatum ei adcelerauerat Augustus, vt Labeonem Antistium iisdem artibus præcellentem, dignatione eius magistratus anteiret. namque illa ætas duo pacis decora simul tulit. sed Labeo incorruptâ libertate, & ob id famâ celebratior: Capitonis obsequium dominantibus magis probabatur. Illi, quòd Præturam intra stetit, commendatio ex iniuriâ: huic, quòd Consulatum adeptus est, odium ex inuidiâ oriebatur. Et Iunia sexagesimo quarto post Philippensem aciem anno supremum diem expleuit, Catone auunculo genita, C. Cassii vxor, M. Bruti soror. Testamentum eius multo apud vulgum rumore fuit: quia in magnis opibus, cùm fermè cunctos proceres cum honore nominauisset, Cæsarem omisit. quòd ciuiliter acceptum: neque prohibuit quo minus laudatione pro rostris, ceterisq; sollennibus funus cohonestaretur. Viginti clarissimarum familiarum imagines antelatæ sunt, Manlii, Quinctii, aliaq; eiusdem nobilitatis nomina: sed præfulgebant Cassius atque Brutus, eo ipso, quòd effigies eorum non visebantur.

C. CORNELII TA-CITI AB EXCESSV DI-VI AVGVSTI ANNALIVM

LIBER QVARTVS.

C. Asinio, C. Antistio Coss. nonus Tiberio annus er[...]*compositæ Reip. florentis domus:*(*nam Germanici mo*[...]*tem inter prospera ducebat*)*cum repentè turbare for*[...]*na cœpit; sæuire ipse, aut sæuientibus vires præbere. Initium e*[...]*caussa penes Ælium Seianum, cohortibus prætoriis præfectum*[...]*cuius de potentiâ suprà memoraui. Nunc originem, mores, e*[...]*quo facinore dominationem captauerit, expediam. Genitu*[...]*Vulsiniis, patre Seio Strabone equite Romano, & primâ iuue*[...]*tâ C. Cæsarem diui Augusti nepotem sectatus, non sine rumo*[...] Apicio diuiti & prodigo stuprum veno dedisse: *mox T*[...]*berium variis artibus deuinxit adeò, vt obscurum aduersum*[...]*alios, sibi vni incautum intectumq; efficeret. non tam sollerti*[...]*quippe iisdem artibus victus est*) *quam Deûm irâ in rem R*[...]*manam, cuius pari exitio viguit, ceciditque. Corpus illi lab*[...]*rum tolerans, animus audax, sui obtegens, in alios criminato*[...]*iuxtà adulatio & superbia. palàm cōpositus pudor, intus sum*[...]*ma apiscendi libido: eiusq; caussâ, modò largitio & luxus, s*[...]*pius industria ac vigilantia, haut minus noxiæ, quoties para*[...]*do regno finguntur. Vim præfecturæ modicam antea intendi*[...]*dispersas per vrbem cohortes vna in castra conducendo: vt*[...]*mul imperia acciperent, numeróq; & robore, & visu inter*[...]*fiducia ipsis, in ceteros metus crederetur. Prætendebat* lasciui[...] militem diductum: si quid subitum ingruat, maiore a[...] xilio pariter subueniri. & seuerius acturos, si vallum st[...] tuatur procul vrbis inlecebris. *Vt perfecta sunt castra, im*[...]*pere paulatim militares animos, adeundo, appellando: sim*[...]*centuriones ac tribunos ipse diligere. neque Senatorio ambi*[...]*abstinebat, clientes suos honoribus aut prouinciis ornando, f*[...]*cili Tiberio, atque ita prono, vt* socium laborum, *non modò*

serm

sermonibus, sed apud patres & populum celebraret, coliq; per theatra & fora effigies eius, interque principia legionum sineret. *Ceterùm plena Cæsarum domus, iuuenis filius, nepotes adulti, moram cupitis adferebant. & quia vi tot simul corripere intutum, dolus interualla scelerum poscebat. placuit tamen occultior via, & à Druso incipere, in quem recenti irâ ferebatur. Nam Drusus impatiens æmuli, & animo commotior, orto fortè iurgio intenderat Seiano manus; & contra tendentis os verberauerat. Igitur cuncta tentanti promtissimum visum, ad vxorem eius Liuiam conuertere. quæ soror Germanici, formæ initio ætatis indecoræ, mox pulchritudine præcellebat. Hanc, vt amore incensus, adulterio pellexit. & postquam primi flagitii potitus est, neq; femina amissâ pudicitiâ alia abnuerit;* ad coniugii spem, consortium regni, & necem mariti *impulit. Atq; illa cui auunculus Augustus, socer Tiberius, ex Druso liberi, seq; ac maiores & posteros municipali adultero fœdabat; vt pro honestis & præsentibus, flagitiosa & incerta exspectaret. Sumitur in conscientiam Eudemus amicus ac medicus Liuiæ, specie artis frequens secretis. pellit domo Seianus vxorem Apicatam, ex qua tres liberos genuerat, ne pellici suspectaretur. Sed magnitudo facinoris metum, prolationes, diuersa interdum consilia adferebat. Interim anni principio, Drusus ex Germanici liberis togam virilem sumsit. quæq; fratri eius Neroni decreuerat Senatus, repetita. addidit orationem Cæsar multa cum laude filii sui,* quòd patriâ beneuolentiâ in fratris liberos foret. *Nam Drusus (quamquam arduū sit, eôdem loci potentiam & concordiam esse) æquus adolescentibus, aut certè non aduersus habebatur. Exin* vetus & sæpe simulatum proficiscendi in prouincias consilium *refertur.* multitudinem veteranorum prætexebat imperator, & dilectibus supplendos exercitus. nam volūtarium militem deesse. ac si suppeditet, non eâdem virtute ac modestiâ agere: quia plerumque inopes ac vagi sponte militiam sumant. *percensuitq; cursim* numerum legionum, & quas prouincias tutarentur. *Quod mihi quoq; exsequendum reor, quæ tum Romana copia in armis, qui socii reges, quanto sit angustius imperitatum. Italiam vtroq; mari duæ classes, Mise-*

num apud & Rauennam, proximumq́; Galliæ litus rostrata naues *præsidebant, quas Actiacâ victoriâ captas Augustus in opidum Foro-Iuliense miserat,* valido cum remige. *Sed præcipuum robur Rhenum iuxtà, commune in Germanos Gallosq́; subsidium,* octo legiones *erant. Hispaniæ recens perdomita* tribus *habebantur. Mauros Iuba rex acceperat, donũ populi Romani. cetera Africæ, per* duas legiones, *pariq́;* numero Ægyptus. *dehinc initio ab Suriâ vsq; ad flumen Euphratē, quantum ingenti terrarum sinu ambitur,* quattuor legionib. *coërcitum; accolis Hybero, Albanoq́;, & aliis regib. qui magnitudine nostrâ proteguntur aduersùm externa imperia. & Thraciã Rhœmetalces ac liberi Cotyis, ripamq́; Danubii; legionũ* duæ *in Pannonia,* duæ *in Mœsia attinebant.* totidem *apud Dalmatiam locatis, quæ positu regionis à tergo illis, ac si repentinum auxilium Italia posceret, haut procul accirentur. quamquam insideret vrbem proprius miles;* tres vrbanæ, nouem prętoriæ cohortes, *Etruriâ fermè Vmbriaq́; dilectæ, aut vetere Latio, & colonis antiquitus Romanis. At apud idonea prouinciarum* sociæ triremes, alæq; & auxilia cohortium. *neq; multò secus in iis virium; sed persequi incertum fuit; cùm ex vsu temporis huc illuc mearent, gliscerent numero, & aliquando minuerentur. Congruens crediderim recensere ceteras quoque Reip. partes quibus modis ad eam diem habitæ sint: quando Tiberio mutati in deterius principatus initium ille annus attulit. Iam primum publica negotia, & priuatorum maxima, apud patres tractabantur. dabaturq́; primoribus disserere: & in adulationem lapsos, cohibebat ipse. mandabatq́; honores, nobilitatem maiorũ claritudinem militiæ, inlustres domi artes spectando: vt satis constaret, non alios potiores fuisse. sua Consulibus, sua Prætoribus species. Minorum quoque magistratuum exercita potestas legesq́;, si maiestatis quæstio eximeretur, bono in vsu. At frumenta, & pecuniæ vectigales, cetera publicorum fructuum societatibus Equitum Romanorum agitabantur. Res suas Cæsar spectatissimo cuique, quibusdam ignotis ex famâ mandabat; semelq́; adsumti tenebantur, prorsus sine modo, cùm plerique iisdem negotiis insenescerent. Plebes acri quidem an-*

non.

nonâ fatigabatur: sed nulla in eo culpa ex principe. quin infecunditati terrarum, aut asperis maris obuiam iit, quantum impendio, diligentiaq; poterat. & ne prouinciæ nouis oneribus turbarentur, vtq; vetera sine auaritiâ aut crudelitate magistratuum tolerarent, prouidebat. corporum verbera, ademtiones bonorum aberant. Rari per Italiam Cæsaris agri; modesta seruitia; intra paucos libertos domus: ac si quando cum priuatis disceptaret, forum & ius, quæ cuncta, non quidem comi viâ, sed horridus ac plerumq; formidatus retinebat tamen, donec morte Drusi verterentur. nam dum superfluit, mansere: quia Seianus incipiente adhuc potentiâ, bonis consiliis notescere volebat, & vltor metuebatur, non occultus odii, & crebro querens incolumi filio adiutorem imperii alium vocari. & quãtum superesse vt collega dicatur? Primas dominandi spes in arduo; vbi sis ingressus, adesse studia & ministros exstructa iam sponte præfecti castra, datos in manum milites: cerni effigiem eius, in monumentis Gn. Pompeii: communes illi cum familiâ Drusorum fore nepotes. precandam post hæc modestiam, vt contentus esset. *Neque rarò, neque apud paucos talia iaciebat; & secreta quoque eius, corruptâ vxore, prodebantur. Igitur Seianus maturandum ratus, diligit venenum, quo paulatim inrepente, fortuitus morbus adsimularetur. Id Druso datum per Lygdum Spadonem, vt octo post annos cognitum est. Cæterùm Tiberius per omnes valetudinis eius dies, nullo metu, an vt firmitudinem animi ostentaret, etiam defuncto necdum sepulto, Curiam ingressus est. Consulesq; sede vulgari per speciem mæstitiæ sedentes,* honoris locique admonuit; *& effusum in lacrimas Senatum, victo gemitu, simul oratione continuâ erexit.* Non quidem sibi ignarum, posse argui, quòd tam recenti dolore subierit oculos senatus: vix propinquorum adloquia tolerari, vix diem adspici à plerisque lugentium. neque illos imbecillitatis damnandos; se tamen fortiora solatia è complexu Reip. petiuisse. *Miseratusq;* Augustæ extremam senectam, rudem adhuc nepotum, & vergentem ætatem suam, vt Germanici liberi, vnica præsentium malorum

leuamenta inducerentur, *petiuit. Egressi Consules, firmatos adloquio adolescentulos, deductosq; ante Cæsarem statuũt. Quibus adprehensis,* Patres conscripti, Hos: *inquit,* orbatos parente, tradidi patruo ipsorum, precatusq; sum, quamquã esset illi propria suboles, ne secus quàm suum sanguinem foueret ac tolleret, sibique & posteris confirmaret. erepto Druso, preces ad vos conuerto, diisque & patriâ coràm obtestor, Augusti pronepotes, clarissimis maioribus genitos suscipite, regite: vestram meamq; vicem explete. Hi vobis Nero & Druse parentum loco. ita nati estis, vt bona malaq; vestra ad Remp. pertineant. *Magno ea fletu, & mox precationibus faustis audita, ac si modum orationi posuisset: misericordiâ sui gloriaq; animos audientium impleuerat. ad vana & toties inrisa reuolutus,* de reddendâ Rep. vtq; Cõsules seu quis alius regimen susciperent. *vero quoq; & honesto fidem demsit. Memoriæ Drusi eadem quæ in Germanicum decernũtur; plerisq; additis, vt fermè amat posterior adulatio. Funus imaginum pompâ maximè inlustre fuit, cùm origo Iuliæ gentis Æneas, omnesq; Albanorum reges, & conditor vrbis Romulus, pòst Sabina nobilitas, Appius Clausus, ceteraq; Claudiorum effigies, longo ordine spectarentur. In tradendâ morte Drusi, quæ plurimis maximeq; fidis auctorib. memorata sunt rettuli, sed non omiserim eorundem temporum rumorem validum adeò, vt nondum exolescat.* Corruptâ ad scelus Liuiâ Seianum Lygdi quoq; Spadonis animum stupro vinxisse quòd is Lygdus ætate atq; formâ carus domino, interque primores ministros erat. deinde inter conscios, vbi locus veneficii, tempusq; composita sunt; eò audaciæ prouectũ vt verteret, & occulto indicio Drusum veneni in patrem arguens, moneret Tiberium, vitandam potionem quæ prima ei apud filium epulanti offerretur. eâ fraude tum senem, postquam conuiuium inierat; exceptum poculum Druso tradidisse. atq; illo ignaro & iuueniliter hauriente auctam suspicionem, tamquam metu & pudore, sibimet inrogaret mortem quam patri struxerat. *Hæc vulgo iactata, super id quòd nullo auctore certo firmantur, promte refuta-*

ueris

ueris. Quis enim mediocri prudentia, nedum Tiberius tā-
tis rebus exercitus, inaudito filio exitium offerret, idq; suâ
manu & nullo ad pœnitendū regressu? Quin potius mini-
strū veneni excruciaret, auctorē exquireret; insitâ deniq; ēt
in extraneos contatione & morâ, aduersùm vnicū & nul-
lius antè flagitii compertū vteretur. *Sed quia Seianus faci-
norum omnium repertor habebatur*, ex nimiâ caritate in eum
Cæsaris, & ceterorum in vtrumq; odio, quamuis fabulosa
& immania credebantur: *atrociore semper famâ, erga domi-
nantium exitus. Ordo alioqui sceleris per Apicatam Seiani p̄-
ditus, tormentis Eudemi, ac Lygdi patefactus est. neq; quisquam
scriptor tam infensus exstitit, vt Tiberio obiectaret, cum omnia
alia conquirerent, intenderentq;. Mihi tradendi arguendiq;
rumoris caussa fuit, vt claro sub exemplo falsas auditiones depel-
lerem, peteremq; ab iis quorum in manus cura nostra venerit,
ne diuulgata atque incredibilia, auidè accepta, veris neque in*
2 *miraculum corruptis antehabeant. Ceterum laudante filium
pro rostris Tiberio, Senatus populusq; habitum ac voces dolen-
tium simulatione magis quàm libens induebat, domumq; Ger-
manici reuiuiscere occulti lætabantur. Quod principium fauo-
ris, & mater Agrippina spem malè tegens, perniciem adcelera-
re. Nam Seianus vbi videt mortem Drusi inultam interfe-
ctoribus, sine mærore publico esse, ferox scelerum, & quia pri-
ma prouenerant, volutare secum*, quonam modo Germani-
ci liberos peruerteret, quorum non dubia successio. neque
spargi venenum in tres poterat, egregiâ custodum fide, &
pudicitiâ Agrippinæ impenetrabili. *Igitur* contumaciam
eius insectari, *vetus Augustæ odium, recentem Liuiæ* con-
scientiam *exagitare*, vt superbiam fecunditate subnixam,
popularib. studiis inhiare dominationi, *apud Cæsarē argue-
rent. Atq; hæc callidis criminatorib. inter quos delegerat Iulium
Postumum per adulterium Mutiliæ Priscæ inter intimos auiæ,
& consiliis suis peridoneum: quia Prisca in animo Augustæ va-
lida, anum suapte naturâ potentiæ anxiam, insociabilem nurui
efficiebat. Agrippinæ quoq; proximi inliciebantur*, prauis ser-
3 monib. tumidos spiritus perstimulare. *At Tiberius nihil*

intermissâ rerum curâ, negotia pro solatiis accipiens, ius ciui-
um, preces sociorum tractabat. Factáque auctore eo Senatus-
consulta, vt ciuitati Cibyraticæ apud Asiam, Ægirẽsi apu
Achaiam motu terræ labefactis, subueniretur remission
tributi in triennium. *Et Vibius Serenus proconsul vlterior*
Hispaniæ de vi publicâ damnatus, ob atrocitatem temp
rum in insulam Amorgum deportatur. *Carsius Sacerd*
reus tamquam frumento hostem Tacfarinatem iuuisse
absoluitur; eiusdémque criminis C. Gracchus. Hunc comit
exsilij admodum infantem, pater Sempronius in insulam C
cinam tulerat. Illic adultus inter extorres & liberalium arti
nescios, mox per Africam ac Siciliam mutando sordidas m
ces sustentabatur. nec tamen effugit magnæ fortunæ pericula.
ni Ælius Lamia & L. Apronius qui Africam obtinuera
insontem protexissent, claritudine infausti generis, & pater
aduersis foret abstractus. Is quoque annus legationes Græcar
ciuitatum habuit; Samijs Iunonis, Cois Aesculapij delubro,
tustum asyli ius vt firmaretur, petentibus. *Samij dec*
Amphictyonum nitebantur, quis præcipuum fuit rerum o
um iudicium, quâ tempestate Græci conditis per Asiam
bus orâ maris potiebantur. Neque dispar apud Coos antiqu
& accedebat meritum ex loco. Nam ciues Romanos te
Æsculapij induxerant, cùm iussu regis Mithradatis apu
ctas Asiæ insulas & vrbes trucidarentur. Variis dehinc
prius irritis Prætorum questibus, postremò Cæsar de imm
stiâ histrionum *rettulit*. multa ab iis in publicum sedit
fœda per domos tentari. Oscum quondam ludicru
uissimæ apud vulgum oblectationis, eò flagitiorum
rium venisse, vt auctoritate Patrum coërcendum sit.
tum histrones Italiâ. Idem annus alio quoq; luctu Cæsare
fecit, alterum ex geminis Drusi liberis exstinguendo: nequ
nus morte amici. Is fuit Lucilius Longus, omnium illi tri
lætorumq; socius, vnusq; è Senatoribus Rhodij secessus com
quamquam nouo homini, censorium funus, effigiem
forũ Augusti, publicâ pecuniâ Patres decreuere: *apu*
etiam tum cuncta tractabantur. adeò vt procurator Asi

elius Capito, accusante prouinciâ caussam dixerit, magnâ cũ a seueratione principis, nõ se ius nisi in seruitia & pecunias f miliares dedisse. quòd si vim Prætoris vsurpasset, mani-b sq; militũ vsus foret; spreta in eo mãdata sua audirẽt so-c s. *Ita reus cognito negotio, damnatur. Ob q̃ vltionẽ, & quia p ore anno in C. Silanum vindicatum erat, decreuere Asiæ v es* tẽplum Tiberio matriq; eius, ac Senatui. *& permis-su statuere. egitq; Nero grates eâ caussâ Patribus atq; auo; læ-ta nter audiẽtium adfectiones, qui*, recẽti memoriâ Germa-ni, illũ adspici, illũ audiri rebantur. *aderantq; iuueni mo-d ia, ac forma, principe viro digna; notis in eũ Seiani odiis ob pe culum gratiora. Sub idẽ tempus* de Flamine Diali in lo-cu Seruii Maluginensis defuncti legẽdo, *simul* rogandâ n â lege *differuit Cæsar.* Nam patricios confarreatis pa-rẽ bus genitos, tres simul nominari, ex quîs vnus legere-tu vetusto more: neq; adesse, vt olim, eã copiã, omissâ cõ-fa eãdi adsuetudine, aut inter paucos retentâ. pluresq; e-u ei caussas adferebat; potissimam, penes incuriã virorũ fe narumq; Accedere ipsius cærimoniæ difficultates, q̃ p ultò vitarentur. Et quando exiret è iure patrio, qui id a nium apisceretur, quæque in manum flaminis con-ue iret. Ita medendum Senatus decreto, aut lege; sicut Au ustus quædam ex horridâ illâ antiquitate, ad præsen-t r vsum flexisset. *Igitur tractatis religionibus, placitum, in-st e flaminum nihil demutari. Sed lata lex*, quâ flaminica Di s sacrorum caussâ in potestate viri, cetera promiscuo fe narum iure ageret. & filius Maluginensis patri suffe-ctu Vtq; glisceret dignatio sacerdotum, atque ipsis prõ-pt nimus foret ad capessendas cærimonias, decretum C o neliæ virgini, quæ in locum Scantię capiebatur, LLS. ... quoties Augusta theatrum introisset, vt sedes int r Ve liũ cõsideret. *Cornelio Cethego, Visello Varrone* Coss. *P nt ces eorũq; exemplo ceteri sacerdotes, cùm pro incolumitate in pis vota susciperent, Neronẽ quoq; & Drusum iisdẽ Diis c m endauere; non tam caritate iuuenum, quam adulatione: quæ oribus corruptis, perinde anceps si nulla, & vbi nimia est.*

Nam Tiberius haut vnquam domui Germanici mitis, tum *verò æquari adoleſcentes ſenectæ ſuæ, impatienter indoluit: acc* *tosq; Pontifices percontatus eſt,* num id precibus Agrippin aut minis tribuiſſent. *Et illi quidem quamquam* abnuerer *modicè perſtricti: etenim pars magna è propinquis ipſius, a* *primores ciuitatis erant. ceterùm in Senatu, oratione mon* *in poſterum,* ne quis mobiles adoleſcentium animos, pr maturis honorib. ad ſuperbiam extolleret. *inſtabat qui* *Seianus incuſabatq;* diductam ciuitatem, vt ciuili bello. qui ſe partium Agrippinæ vocent: ac ni reſiſtatur, f pluris, neq; aliud gliſcentis diſcordiæ remedium, quà vnus alterue maximè promti ſubuerterentur. *Quà ca* *C. Silium & Titium Sabinum adgreditur. amicitia Germ* *ci pernicioſa vtriq;. Silio, & quòd ingentis exercitus ſeptem* *annos moderator, partisq; apud Germaniam triumphalib.* *crouiriani belli victor, quanto maiore mole procideret: plu* *midinis in alios diſpergebatur. credebant pleriq;* auctã off onem ipſius intemperantiâ, *immodicè iactantis,* ſuum litem in obſequio durauiſſe, cũm alii ad ſeditiones p berentur: neq; manſurum Tiberio imperium, ſi iis q legionibus cupido nouandi fuiſſet. *Deſtrui per hæc for* *ſuam Cæſar, imparemq; tanto merito rebatur. Nam benefi* *vſq; læta ſunt, dũ videtur exſolui poſſe: vbi multum anteu* *pro gratiâ odium redditur. Erat vxor Silio Soſia Galla, ca* *Agrippinæ inuiſa principi. Hos corripi, dilato ad tempus* *no, placitum: immiſſusq; Varro Conſul, qui* paternas in citias obtendẽs, *odiis Seiani per dedecus ſuum gratifica* *precante reo* breuem morã, dum accuſator Conſulat ret, *aduerſatus eſt Cæſar:* ſolitum quippe magiſtratib. priuatis dicere. nec infringendũ Conſulis ius, cui⁹ v niteretur, ne quod reſp. detrimentũ caperet. *Propriũ* *berio fuit, ſcelera nuper reperta priſcis verbis obtegere.* *multâ adſeueratione, quaſi aut legib. cũ Silio ageretur, au* *ro Conſul, aut illud Reſp. eſſet, coguntur Patres: ſilente reo* *defenſionem cœptaret, non occultante cuius ira premeret.* *ſcientia belli, Sacrouir diu diſſimulatus, victoria per aua*

œdata, & vxor Sosiæ arguebantur. nec dubiè repetundarum
riminib. *hærebant. sed cuncta* quęstione maiestatis *exercita,*
& Silius imminentem damnationem voluntario fine præuertit.
Sæuitum tamen in bona, non vt stipendiariis pecuniæ redderen-
tur, quorum nemo repetebat: sed liberalitas Augusti auulsa, cō-
putatis singillatim quæ fisco petebantur. ea prima Tiberio erga
pecuniam alienam diligentia fuit. Sosia in exsiliū pellitur Asinii
Galli sententiâ, qui partem bonorum publicandam, *pars*
t liberis relinqueretur, *censuerat. contra M. Lepidus* quar-
am accusatorib. secundùm necessitudinē legis, cetera li-
beris concessit. *Hunc ego Lepidum, temporib. illis, grauem &*
sapientem virū fuisse comperio. Nam pleraq; ab sæuis adulatio-
nib. aliorum, in melius deflexit: neq; tamen temperamenti ege-
bat, cùm æquabili auctoritate & gratiâ apud Tiberiū viguerit.
vnde dubitare cogor, fato & sorte nascendi, vt cetera, ita prin-
cipum inclinatio in hos, offensio in illos: an sit aliquid in nostris
consiliis, liceatq; inter abruptam contumaciam, & deforme ob-
sequium, pergere iter ambitione ac periculis vacuum. At Mes-
salinus Cotta haut minus claris maioribus sed animo diuersus,
censuit cauendū Senatusconsulto, vt quamq̃ insontes magi-
stratus & culpæ alienę nescii prouincialib. vxorū crimini-
bus, perinde quàm suis plecterētur. *Actum dehinc de Cal-*
purnio Pisone, nobili ac feroci viro. Is namq;, vt rettuli, cessurū
se vrbe ob factiones accusatorū *in Senatu clamitauerat: &*
spretâ potentiâ Augustæ, trahere in ius Vrgulaniam, domoq;
principis excire ausus erat. Quæ in præsens Tiberius ciuiliter
habuit. sed in animo reuoluente iras, etiamsi impetus offensionis
languerat, memoria valebat: Pisoneq; Granius secreti sermo-
nis incusauit aduersùm maiestatē *habiti. adiecitq;* in domo
eius venenum esse, eumq; gladio accinctum introire cu-
riam. *Quod vt atrocius vero tramissum. ceterorum quæ multa*
cumulabantur, receptus est reus, neq; peractus ob mortē oppor-
tunam: Relatum & de Cassio Seuero exsule, *qui sordidæ ori-*
ginis, maleficæ vitæ, sed orandi validus, per immodicas inimici-
tias, vt iudicio iurati Senatus Cretā amoueretur, effecerat: atq;
illic eadem actitando, recentia veteraq; odia aduertit: bonis

exutus, interdicto igni atq; aquâ, saxo Seriphio cōsenuit. Per idem tempus Plautius Siluanus Prætor, incertis caussis Apro-niam coniugē in præceps iecit; tractúsque ad Cæsarem ab L. Apronio socero, turbatâ mente respondit, tamquam ipse somno grauis atq; eò ignarus, & vxor sponte mortem sumsisset. Non cunctanter Tiberius pergit in domum, visit cubiculum, in quo reluctantis & impulsæ vestigia cernebantur. Refert ad Senatum, datisq; iudicibus Vrgulania Siluani auia pugionem nepoti misit quod perinde creditū quasi principis monitu, ob amicitiam Augustæ cum Vrgulaniâ. Reus frustra tentato ferro, venas præbuit exsoluendas. Mox Numantina prior vxor eius, accusata iniecisse carminibus & veneficiis vecordiā marito, insons iudicatur. Is demum annus populum Romanū diu aduersum Numidam Tacfarinatē bello absoluit. nā priores duces sibi impetrando triumphalium insigni sufficere res suas crediderant, hostem omittebant. Iamq; tres laureatæ in vrbe statuæ; & adhuc raptabat Africam Tacfarinas, auctus Maurorum auxiliis, qui Ptolemæo Iubæ filio iuuentâ incurioso, libertos regios, & seruilia imperia bello mutauerant. Erat illi prædarum receptor ac socius populandi, rex Garamantum; non vt exercitu incederet, sed missis leuibus copiis, quæ ex longinquo in maius audiebantur: ipsaq; è prouinciâ, vt quis fortunæ inops, moribus turbidus, promtius ruebant, quia Cæsar post res a Blæso gestas, quasi nullis iam in Africâ hostibus, reportari nonam legionem iusserat. nec proconsul eius anni P. Dolabella retinere ausus erat, iussa principis magis quam incerta belli metuēs. Igitur Tacfarinas, disperso rumore, rē Romanā aliis quoque ab nationibus lacerari, eoq; paulatim Africâ decedere, ac posse reliquos circūueniri, si cuncti, quibus libertas seruitio potior, incubuissent: auget vires, positisq; castris Thubuscum oppidum circumsidet. At Dolabella contracto quod erat militū, terrore nominis Romani, & quia Numidæ peditum aciem ferre nequeūt, primo sui incessu soluit obsidium, locorumque opportuna permuniuit. simul principes Musulamorū defectionem coeptātes securi percussit. Dein quia pluribus aduersum Tacfarinatē expeditionibus cognitū, nō graui nec vno incursu consectandum

ëta

ſtandum hoſtem vagum: excito cum popularibus rege Ptolemæo, quattuor agmina parat, quæ legatis ac tribunis data: & prædatorias manus, delecti Maurorum duxere. Ipſe conſultor
2. aderat omnibus. Nec multo pòſt adfertur, Numidas apud caſtellũ ſemirutũ, ab ipſis quondã incenſum, cui nomẽ Auzea, poſitis mapalibus cõſediſſe: fiſos loco, quia vaſtis circùm ſaltibus claudebatur. Tũ expeditæ cohortes alæq; quam in partẽ ducerẽtur ignaræ, cito agmine rapiuntur. Simulq; cœptus dies, & concentu tubarũ, ac truci clamore aderant ſemiſomnes in barbaros: præpeditis Numidarũ equis, aut diuerſos paſtus pererrantibus. Ab Romanis cõfertus pedes, diſpoſitæ turmæ, cuncta prœlio prouiſa: hoſtibus contra omnium neſciis, non arma, non ordo, non conſilium, ſed pecorum modo, trahi, occidi, capi. Infenſus miles memoriâ laborũ, & aduerſum eludentes optatæ toties pugnæ, ſe quiſq; vltione & ſanguine explebant. Differtur per manipulos Tacfarinatẽ omnes notũ tot prœliis conſectentur: non niſi duce interfecto, requiẽ belli fore. At ille delectis circum ſtipatoribus, vinctoq; iã filio, & effuſis vndiq; Romanis, ruẽdo in tela, captiuitatem haut inultâ morte
3 effugit. Iſq; finis armis impoſitus. Dolabellæ petenti abnuit triumphalia Tiberius, Seiano tribuens, ne Blæſi auunculi eius laus obſoleſceret. Sed neq; Blæſus ideo inluſtrior, & huic negatus honor gloriã intendit. quippe minore exercitu, inſigneis captiuos, cædem ducis, belliq; confecti famam deportarat. Sequebantur & Garamantum legati raro in vrbe viſi, quos Tacfarinate cæſo, perculſa gens & culpæ neſcia, ad ſatisfaciendum populo Rom. miſerat. Cognitis dehinc Ptolemæi per id bellum ſtudijs, repetitus ex vetuſto mos, miſſuſq; è Senatoribus qui ſcipionẽ eburnũ, togam pictã, antiqua patrum munera daret, regemq;
4 & ſocium atque amicum appellaret. Eâdem æſtate, mota per Italiam ſeruilis belli ſemina fors oppreſſit. Auctor tumultus T. Curtiſius quondam prætoriæ cohortis miles. primò cœtibus clandeſtinis, apud Brundiſium, & circumiecta opida; mox poſitis propalàm libellis, ad libertatem vocabat agreſtia per lõginquos ſaltus & ferocia ſeruitia: cum velut munere Deûm, tres biremes adpulere ad vſus cõmeantiũ illo mari. Et erat iiſdẽ

regionib. Curtius Lupus quæstor, cui prouincia vetere ex more Cales euenerat. Js dispositâ classiariorum copiâ, cœptantem tum maximè coniuratione disiecit. Missusq; a Cæsare propere Staius tribunus cum validâ manu, ducem ipsum & proximos audaciæ in vrbem traxit: iam trepidam, ob multitudinem familiarum, quæ gliscebat immensum, minore in dies plebe ingenuâ. Jisdem Consulibus miseriarum ac sæuitiæ exemplum atrox, reus pater, accusator filius, nomen viri, Q. Vibius Serenus, in Senatũ inducti sunt, ab exsilio retractus, illuuieque ac squalore obsitus, & tum catenâ vinctus perorante filio. Præparatur adolescens multis munditiis, alacri vultu. structas principi insidias, missos in Galliam concitores belli, *index idem & testis dicebat, adnectebatq;* Cæcilium Cornutum Prætorium ministrauisse pecuniam. *qui tædio curarum, & quia periculum pro exitio habebatur, mortem in se festinauit. At contrà reus nihil infracto animo, obuersus in filium,* quatere vincula, vocare vltores Deos, vt sibi quidem redderent exilium, vbi procul tali more ageret, filium autem quandoq; supplicia sequerentur. *Adseuerabatq;* innocentẽ Cornutum, & falsa exterritum. idq; facile intellectu, si proderentur alii: non enim se cædem principis & res nouas vno socio cogitasse. *Tum accusator* Gn. Lentulũ & Seium Tuberonẽ nominat *magno pudore Cæsaris, cũ primores ciuitatis, intimi ipsius amici Lentulus senectutis extremæ, Tubero defecto corpore, tumultus hostilis, & turbandæ Reip. arcesserentur. Sed hi quidem statim exemti. Jn patrem, ex seruis quæsitum. & quæstio aduersa accusatori fuit. qui scelere vecors, simul vulgi rumore territus,* robur & saxum, aut parricidarum pœnas minitantium, *cessit vrbe. ac retractus Rauennâ, exsequi accusationem adigitur: non occultante Tiberio vetus odium, aduersus exsulem Serenum. nam post damnatum Libonem, missis ad Cæsarem litteris* exprobrauerat, suum tantum studium sine fructu fuisse. *addideratq; quædam contumacius, quàm tutum apud aures superbas & offensioni promiores. ea Cæsar octo post annos rettulit, medium tempus variè arguens: etiamsi tormenta, peruicacia seruorũ, cõtra euenissent. Dictis dein sententiis,* vt Seren. more maio-

maiorum puniretur, *quò molliret inuidiam, interceßit. Gallus Asinius*, Gyaro aut Donusâ claudendum censere. *id quoq; aspernatus est*, egenam aquæ vtramque insulam, referens dandosque vitæ vsus cui vita concederetur. *ita Serenus Amorgum reportatur. Et quia Cornutus suâ manu ceciderat, actum de præmiis accusatorum abolendis, si quis maiestatis postulatus ante perfectum iudicium se ipse vitâ priuauisset. ibaturq; in eam sententiam, ni durius contraq; morem suũ palàm pro accusatoribus Cæsar*; Inritas leges Remp. in præcipiti, *conquestus esset*. subuerterent potius iura, quàm custodes eorum amouerent. *Sic delatores, genus hominum publico exitio repertum. & pœnis quidem nunquam satis coërcitum, per præmia eliciebantur.*

3 *His tam adsiduis tamq; mæstis modica lætitia interiicitur, quòd C. Cominium equitem Romanum* probrosi in se carminis conuictum, *Cæsar precibus fratris, qui Senator erat, concessit. Quo magis mirum habebatur, gnarum meliorum, & quæ fama clementiam sequeretur, tristiora malle. neq; enim secordiâ peccabat; nec occultum est, quando ex veritate, quando adumbratâ lætitiâ, facta imperatorum celebrentur. quin ipse compositus aliàs, & velut eluctantiũ verborum, solutius promptiusq; eloquebatur, quoties subueniret. At P. Suilium quæstorem quondam Germanici, cùm Italia arceretur*, conuictus pecuniam ob rem iudicandam cepisse, amouendum in insulam censuit; *tantâ contentione animi*, vt & iurando obstringeret è Rep. id esse. *Quod asperè acceptum ad præsens, mox in laudem vertit, regresso Suilio: què vidit sequens ætas præpotentem, venalem, & Claudii principis amicitiâ diu prosperè, nunquam benè vsum. Eadem pœna in Catum Firmium Senatorem statuitur*, tamquam falsis maiestatis criminibus sororem petiuisset. *Catus, vt rettuli, Libonem inlexerat insidiis, deinde indicio perculerat. eius operæ memor Tiberius, sed alia prætendens*, exsilium deprecatus est: quo minus Senatu pelleretur, non obstitit.

32 *Pleraque eorũ quæ rettuli, quæq; referam, parua forsitan & leuia memoratu videri non nescius sum. sed nemo Annales nostros cum scriptura eorum contenderit, qui veteres populi Romani res compo-*

fuêre. Ingentia illi bella, expugnationes vrbium, fuos captosq́
reges; aut si quando ad interna præuerterent, discordias Consu-
lum aduersum Tribunos, agrarias frumentariasq́ leges, ple-
bis & optimatium certamina, libero egressu memorabant.
Nobis in arto, & inglorius labor. Immota quippe aut modi-
cè lacessita pax, mœstæ vrbis res, & princeps proferendi imperii
incuriosus erat. Non tamen sine vsu fuerit, introspicere illa
primo aspectu leuia; ex quîs magnarum sæpe rerum motus ori-
untur. Nam cunctas nationes & vrbes populus, aut primores
aut singuli regunt. delecta ex his & constituta Reipubl. forma
laudari facilius, quàm euenire; vel si euênit, haut diuturna esse
potest. Igitur vt olim plebe validâ, vel cùm Patres pollerent,
noscenda vulgi natura, & quibus modis temperanter habere-
tur; Senatusq́ & Optimatum ingenia qui maximè perdidi-
cerant, callidi temporum & sapientes credebantur: sic con-
uerso statu, neque aliâ rerum quam si vnus imperitet, hæc con-
quiri tradiq́ in rem fuerit. quia pauci prudentiâ, honesta a
deterioribus, vtilia ab noxiis discernunt: plures, aliorum euen-
tis docentur. ceterùm vt profutura; ita minimum oblectation
adferunt. nam situs gentium, varietas prœliorum, clari ducun
exitus, retinent ac redintegrant legentium animum: nos sa
na iussa, continuas accusationes, fallaces amicitias, perniciem
innocentium, & easdem exitu caussas coniungimus; obuiâ
rum similitudine, & satietate. Tum quòd antiquis scriptorib
rarus obtrectator, neque refert cuiusquam, Punicas Roma
násue acies lætiùs extuleris: at multorum qui Tiberio regen
pœnam vel infamiam subiere, posteri manent. vtq́ familiæ ip
iam exstinctæ sint; reperies qui ob similitudinem morum, alie
na malefacta sibi obiectari putent. etiam gloria ac virtus in
fensos habet, vt animus ex propinquo diuersa arguens. Sed a
incœpta redeo. Cornelio Cosso, Asinio Agrippa Coss. Crem
tius Cordus postulatur, nouo ac tunc primùm audito crimin
quòd editis annalibus, laudatoq; M. Bruto, C. Cassiu
Romanorum vltimum dixisset. Accusabant Satrius Sec
dus, & Pinarius Natta, Seiani clientes. id perniciabile reo.
Cæsar truci vultu defensionem accipiens quam Cremutius
lingu

linquendæ vitæ certus, in hunc modum exorsus est. Verba mea P.C. arguuntur: adeò factorum innocens sum. Sed neque hæc in principem, aut principis parentem, quos lex maiestatis amplectitur: Brutum & Cassium laudauisse dicor. quorum res gestas cùm plurimi composuerint, nemo sine honore memorauit. Titus Liuius eloquentiæ ac fidei præclarus in primis, Gn. Pompeium tantis laudibus tulit, vt Pompeianum eum Augustus appellaret. neque id amicitiæ eorum offecit. Scipionem, Afranium, hunc ipsum Cassium, hunc Brutum, nusquam latrones & parricidas, quæ nunc vocabula imponuntur, sæpè vt insignis viros nominat. Asinii Pollionis scripta, egregiam eorundem memoriam tradunt. Messala Coruinus, imperatorem suum Cassium prædicabat: & vterque opibusque atque honoribus peruiguêre. Marci Ciceronis libro, quo Catonem cęlo æquauit, quid aliud dictator Cæsar quàm rescripta oratione, velut apud iudices respondit? Antonii epistolæ, Bruti conciones, falsa quidem in Augustum probra, sed multâ cum acerbitate habent. carmina Bibaculi & Catulli, referta contumeliis Cæsarum leguntur. sed ipse Diuus Iulius, ipse Diuus Augustus & tulêre ista, & reliquêre; haut facilè dixerim, moderatione magis an sapientiâ. namque spreta exolescunt: si irascare, adgnita videntur. Non attingo Græcos, quorum non modò libertas, etiam libido impunita. aut si quis aduertit, dictis dicta vltus est. Sed maximè solutum, & sine obtrectatore fuit, prodere de iis quos mors odio aut gratiæ exemisset. num cum armatis Cassio & Bruto, ac Philippenses campos obtinentibus, belli ciuilis causâ populum per conciones incendo? an illi quidem septuagesimum ante annum peremti, quo modo imaginibus suis noscuntur, quas nec victor quidem aboleuit, sic partem memoriæ apud scriptores retinent? suum cuique decus posteritas rependit. nec deerũt, si damnatio ingruit, qui non modò Cassii & Bruti, sed etiam mei meminerint. *Egressus dein senatu, vitam abstinentiâ finiuit.* libros p Ædiles cremãdos cẽsuẽ e Patres. *sed ma-*

ferunt occultati, & editi. Quo magis secordiam eorum inridere libet, qui præsenti potentiâ, credunt exstingui posse etiã sequentis æui memoriam. Nam contrà, punitis ingeniis gliscit auctoritas, neque aliud externi reges, aut qui eâdem sæuitiâ vsi sunt, nisi dedecus sibi, atque illis gloriam peperêre. Ceterùm postulãdis reis, tam continuus annus fuit, vt feriarum Latinarum diebus. Præfectum vrbis Drusum, auspicandi gratiâ tribunal ingressum, adierit Calpurnius Saluianus in Sex. Marium. quod à Cæsare palàm increpitum, *caussa exsilij Saluiano fuit.* O*biecta publicè Cyzicenis* incuria cærimoniarum Diui Augusti, *additis* violentię criminibus aduersùm ciues Romanos. *& amisere libertatem, quàm bello Mithradatis meruerant circumsessi, nec minus suâ constantiâ, quàm præsidio Luculli pulso rege. At Fonteius Capito, qui proconsul Asiam curauerat, absoluitur; comperto ficta in eum crimina, per Vibiũ Serenum, neq; tamen id Sereno noxæ fuit, quem odium publicũ tutiorem faciebat. nam vt quis districtior accusator, velut sacrosanctus erat; leues, ignobiles, pœnis adficiebantur. Per idem tempus Hispania vlterior, missis ad Senatũ legatis* orauit, vt exemplo Asiæ delubrum Tiberio matrique eius exstrueret: *quâ occasione Cæsar, validus alioqui spernendis honoribus, & respondendum ratus iis quorum rumore* arguebatur in ambitionem flexisse, *huiuscemodi orationem cœpit.* Scio P. C. constantiam meam à plerisque desideratã, quòd Asiæ ciuitatibus nuper idem istud petentibus, non sim aduersatus. ergo & prioris silentij defensionem; & quid in futurum statuerim, simul aperiam. Cùm diuus Augustus, sibi atque vrbi Romæ templum apud Pergamum sisti non prohibuisset; qui omnia facta dictaque eius vice legis obseruem, placitum iam exemplum promtius secutus sum, quia cultui meo veneratio Senatus adiũgebatur. Ceterùm vt semel recepisse, veniam habuerit; ita ꝑ omnes prouincias, effigie numinum sacrari, ambitiosum, superbum. & vanescet Augusti honor, si promiscuis adulationibus vulgatur. Ego me P. C. mortalem esse, & hominum officia fungi, satisque habere, si locum principem impleã

& vo-

& vos testor, & meminisse posteros volo. qui satis superq; memoriæ meæ tribuent, vt maioribus meis dignum, rerũ vestrarum prouidum, constantem in periculis, offensionum pro vtilitate publicâ non pauidum, credãt. Hæc mihi in animis vestris templa, hæ pulcherrimæ effigies, & mansuræ. Nam quæ saxo struuntur, si iudicium posterorum in odium vertit, pro sepulcris spernuntur. Proinde socios, ciues, & Deos & Deas ipsas precor: hos, vt mihi ad finem vsque vitæ, quietam & intelligentem humani diuiniq; iuris mentem duint; illos, vt quandocumque concessero, cum laude & bonis recordationibus, facta atque famam nominis mei prosequantur. *Perstititq; posthac secretis etiam sermonibus aspernari talem sui cultum. quod alij modestiam; multi quia diffideret, quidam vt degeneris animi interpretabantur.* Optumos quippe mortalium, altissima cupere. Sic Herculem & Liberum apud Græcos, Quirinum apud nos, Deûm numero additos. Melius Augustũ, qui sperauerit. Cetera principibus statim adesse: vnum insatiabiliter parandum, prosperam sui memoriam. nam contemtu famæ, contemni virtutes. *At Seianus nimiâ fortunâ secors, & muliebri insuper cupidine incensus*, promissum matrimonium flagitante Liuiâ, *componit ad Cæsarem codicillos. moris quippe tum erat, quamquam præsentem, scripto adire. eius talis forma fuit.* Beneuolentiâ patris Augusti, & mox plurimis Tiberii iudiciis ita insueuisse, vt spes votaque sua non prius ad Deos, quàm ad principum aures conferret. Neque fulgorem honorum vnquam precatũ: excubias ac labores, vt vnum è militibus, pro incolumitate imperatoris malle. Attamen quod pulcherrimum, adeptum, vt coniunctione Cæsaris dignus crederet. hinc initium spei. Et quoniam audiuerit Augustum, in conlocandâ filiâ, nonnihil etiam de Equitibus Romanis consultauisse: ita si maritus Liuiæ quæreretur, haberet in animo amicum solâ necessitudinis gloriâ vsurum. non enim exuere imposita munia: satis æstimare, firmari domum aduersum iniquas Agrippinæ offensiones. idque liberorũ

causâ.nam sibi multum superq; vitæ fore, quod tali cum principe expleuisset. *Ad ea Tiberius, laudatâ pietate Seiani, suisq; in eum beneficiis modicè percursis, cum tempus tamquam ad integram consultationem petiuisset, adiunxit.* Ceteris mortalibus in eo stare consilia, quid sibi conducere putent: Principum diuersam esse sortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda. ideò se non illuc decurrere, quod promtum rescriptu: posse ipsam Liuiam statuere, nubendum post Drusum, an in penatibus iisdem tolerandum haberet: esse illi matrem & auiam, propiora consilia. simplicius acturum. de inimicitiis primùm Agrippinæ: quas longè acrius arsuras, si matrimonium Liuiæ, velut in partes, domum Cæsarum distraxisset. sic quoque erumpere æmulationem feminarum, eaque discordiâ nepotes suos conuelli: quid si intendatur certamen, tali coniugio? Falleris enim Seiane, si te mansurum in eodem ordine putas, & Liuiam quæ C. Cæsari, mox Druso nupta fuerit, eâ mente acturam vt cum equite Romano senescat. Ego vt sinam, credis ne passuros, qui fratrem eius, qui patrem maioresque nostros, in summis imperiis vidêre? Vis tu quidem istum intrà locum sistere. sed illi magistratus & primores qui te inuito perrumpunt, omnibusque de rebus consulunt, excessisse iam pridem equestre fastigium, longeque antisse patris mei amicitias non occulti ferunt, perque inuidiam tui me quoque incusant. At enim Augustus filiam suam Equiti Romano tradere meditatus est. Mirum hercule, si cùm in omnis curas distraheretur, immensumque attolli prouideret, quem coniunctione tali super alios extulisset, C. Proculeium & quosdam in sermonib. habuit, insigni tranquillitate vitæ, nullis Reipub. negotiis permixtos. Sed si dubitatione Augusti mouemur; quanto validius est quod M. Agrippæ, mox mihi conlocauit? Atque ego hæc, pro amicitiâ, non occultaui. Ceterùm neque tuis, neque Liuiæ destinatis aduersabor. Ipse quid intra animnm volutauerim, quibus adhuc necessitudinibus immiscere te mihi

parem

arem : omittam ad præſens referre. id tantum aperiam, ihil eſſe tam excelſum, quod non virtutes iſtæ, tuusq́; in ne animus mereantur. datóq; tempore, vel in Senatu vel n concione non reticebo. *Rurſum Seianus, non tam de* 41 *atrimonio, ſed altius metuens tacita ſuſpicionum: vulgi ru-morem, ingruentem inuidiam deprecatur. Ac ne aſſiduos in do-mum cœtus arcendo, infringeret potentiam, aut receptando, fa-cultatem criminantibus præberet: huc flexit,* vt Tiberium ad itam procul Româ, amœnis locis degendam impelleret. *Multa quippe prouidebat.* ſuâ in manu aditus, litterarumq́; nagnâ ex parte ſe arbitrum fore, cùm per milites cõmea-rent: mox Cæſarem vergente, iam ſenectâ ſecretoq; loci nollitum, munia imperii faciliùs tramiſſurum : & minui ibi inuidiam, ademptâ ſalutantum turbâ; ſublatiſq́; ina-nibus, verâ potentiâ augere, *Igitur paulatim*, negotia vr-bis, populi adcurſus, multitudinem adfluẽtium increpat, extollens laudib. quietem & ſolitudinẽ: quis abeſſe tædia 42 & offenſiones, ac prçcipua rerum maximè agitari. *Ac forte habita per illos dies de Votieno Montano celebris ingenii viro cognitio, contantem iam Tiberium perpulit,* vt vitandos cre-deret Patrum cœtus voceſq́; quę plerumq; veræ & graues coram ingerebantur. *nam poſtulato Votieno ob cõtumelias in Cæſarem dictas, teſtis Æmylius è militaribus viris dum ſtudio probandi cuncta refert, & quamquã inter obſtrepentes magnâ adſeueratione nititur; audiuit Tiberius probra, quîs per occul-tum lacerabatur. adeoq́; perculſus eſt,* vt ſe vel ſtatim vel in cognitione purgaturum clamitaret: *precibuſq́; proximorũ, adulatione omnium, ægrè componeret animum. Et Votienus quidem maieſtatis pœnis adfectus eſt. Cæſar obiectam ſibi aduer-ſus reos inclementiam eo peruicaciùs amplexus, Aquiliam ad-ulterii delatam, cum Vario Ligure, quamquam Lentulus Ge-tulicus Conſul deſignatus lege Iulia damnaſſet, exſilio puniuit: Apidiumq́; Merulam,* quòd in acta diui Auguſti non iura-43 uerat, *albo ſenatorio eraſit. Auditæ de hinc Lacedæmoniorum & Meſſeniorum legationes,* de iure templi Dianæ Limene-tidis; *quòd ſuis à maioribus ſuaq́; in terrá dicatũ, Lacedæmonii firmabant* annaliũ memoriâ, vatumq́; carminibus. ſed M

cedonis Philippi, cum quo bellassent, armis ademtum; ac pòst C. Cæsaris, & M. Antonii sententiâ, redditum. *Contra Messenij veterem inter Herculis posteros diuisionem Peloponnesi protulere.* suoque regi Dentheliatem agrum, in quo id delubrum, cessisse: monimentaq; eius rei sculpta saxis, & ære prisco manere. quod si vatum, annalium ad testimonia vocentur; plures sibi ac locupletiores esse. neque Philippum potentiâ, sed ex vero statuisse. idem regis Antigoni, idem imperatoris Mummii iudicium. sic Milesios permisso publicè arbitrio, postremò Atidium Geminū Prætorem Achaiæ decreuisse. *Ita secundùm Messenios datum. Et Segestani ædem Veneris, montem apud Erycum vetustate delapsam, restaurari postulauere: nota memorantes de origine eius, & læta Tiberio. suscepit curam libens, vt consanguineus. Tunc tractatæ Massiliensium preces, probatumq; P. Rutilii exemplum. namq; eum legibus pulsum, ciuem sibi Smyrnæi addiderant. quo iure Vulcatius Moschus exsul in Massilienses receptus, bona sua Reip. eorum, vt patriæ reliquerat. Obiere eo anno viri nobiles, Gn. Lentulus, & L. Domitius. Lentulo super Consulatum & triumphalia de Getulis, gloriæ fuerat benè tolerata paupertas, dein magnæ opes innocenter partæ & modestè habitæ. Domitium decorauit pater ciuili bello maris potens, donec Antonij partibus, mox Cæsaris misceretur. Auus, Pharsalicâ acie, pro optimatibus ceciderat. ipse electus, cui minor Antonia Octauiâ genita in matrimonium daretur. Pòst exercitu flumen Albim transcendit, longiùs penetrat â Germaniâ, quàm quisquam priorum. easq; ob res insignia triumphi adeptus est. Obijt & L. Antonius multâ claritudine generis, sed improspera. nam patre eius Iulo Antonio ob adulterium Iuliæ morte punito, hunc admodum adolescentulum sororis nepotem seposuit Augustus in ciuitatem Massiliensem, vbi specie studiorum nomen exsilij tegeretur.* habitis tamen supremis honor: ossaque tumulo Octauiorum inlata, per decretum Senatus. *Iisdem Consulibus facinus atrox in citeriore Hispaniâ admissum à quodam agreste, nationis Termestinæ. is Prætorem prouinciæ, L. Pisonem pace incuriosum ex improuiso in itine*

inere adortus, vno vulnere in mortem adficit: ac pernicitate
qui profugus, postquam saltuosos locos attigerat, dimisso equo,
r derupta & auia sequenteis frustratus est. neque diu fefellit.
im prehenso ductoq; per proximos pagos equo, cuius foret co-
nitum. & repertus cum tormentis edere conscios adigeretur;
oce magnâ, sermone patrio, frustrà se interrogari, clamita-
t, adsisterent socii ac spectarent: nullam vim tantam do-
ris fore, vt veritatem eliceret. idemq; cùm posterò ad quæ-
ionem retraheretur, eo nisu proripuit se custodibus, saxoq;
iput adflixit, vt statim examinaretur. Sed Piso Termestino-
im dolo casus habetur: qui pecunias è publico interceptas a-
6 rius, quàm vt tolerarent barbari, cogebat. Lentulo Getulico,
. Caluisio Coss. decreta triumphi insignia Poppæo Sabino,
ontusis Thracum gentibus, qui montium editis, inculti, atq;
o ferocius agitabant. Caussa motus, super hominum ingenium,
uòd pati dilectus, & validissimum quemq; militiæ nostræ da-
e aspernabantur; ne regibus quidem parêre nisi ex libidi-
e soliti aut si mitterent auxilia suos ductores præficere,
ec nisi aduersùm accolas belligerare. Ac tum rumor in-
fserat fore, vt disiecti aliisq; nationibus permixti, diuer-
s in terras traherentur. Sed antequam arma inciperent
nisere legatos, amicitiam, obsequiumq; memoraturos; &
nansura hæc si nullo nouo onere tentarentur. sin vt vi-
tis seruitium indiceretur; esse sibi ferrum & iuuẽtutem,
c promtum libertati, aut ad mortem animum. Simul ca-
tella rupibus indita, conlatosq; illuc parentes & coniuges osten-
abant, bellumq; impeditum, arduum, cruentum minita-
7 bantur. At Sabinus, donec exercitus in vnum conduceret, da-
is mitibus responsis, dum Pomponius Labeo è Mœsiâ cum le-
ione, rex Rhœmetalces cum auxiliis popularium, qui fidem
non mutauerant, veniret: additâ præsenti copiâ, ad hostem per-
it, compositum iam per angustias saltuum quidam audentiùs
pertis in collibus visebantur. quos dux Romanus acie sug-
ressus, haut ægrè pepulit, sanguine barbarorum modico, ob
ropinqua suffugia. Mox castris in loco communitis, validâ
anu montem occupat, angustum, & æquali dorso continuum

vsq; ad proximum castellum, quod magna vis armata aut-
condita tuebatur. simul in ferocissimos qui ante vallum m
gentis cum carminibus & tripudiis præsultabant, mittit d
ctos sagittariorum. Ii dum eminus grassabantur, crebra
multa vulnera fecêre; propius incedentes, eruptione subitâ t
bati sunt, receptiq; subsidio Sugambræ cohortis, quam Ro
nus promtam ad pericula, nec minus cantuum & armoru
tumultu trucem, haut procul instruxerat. Translata d
castra hostem propter, relictis apud priora munimenta Th
cib. quos nobis adfuisse memoraui. Iisq; permissum vastar
rere, trahere prædas, dum populatio lucem intra siste
noctemq; in castris tutam & vigilem capesserent. id pr
seruatum: mox versi in luxum, & raptis opulenti, omit
stationes, lasciuiâ epularum, aut somno & vino procumber
gitur hostes incuriâ eorum comperiâ, duo agmina parant: q
rum altero, populatores inuaderentur; alii castra Romana
pugnarent, non spe capiendi, sed vt clamore, telis, suo quisq;
riculo intentus, sonorem alterius prœlii non acciperet. ten
insuper delectæ, augendam ad formidinem. Sed qui vallum
gionum tentabant, facilè pelluntur. Thracum auxilia repe
no concursu territa, cùm pars munitionibus adiacerent, pl
extra palarentur, tanto infensius cæsi, quanto perfugæ & p
ditores ferre arma ad suum patriaq; seruitium incusa
tur. Posterá die Sabinus exercitum æquo loco ostendit si b
bari successu noctis alacres, prœlium auderent. & postquam
stello, aut coniunctis tumulis non digrediebantur; obsidium
pit per præsidia, quæ opportunè iam muniebat. dein fossam lo
camq; contexens, quatuor millia passuum ambitu amplex
est. tum paulatim, vt aquã pabulumq; eriperet, cõtrahere cla
stra, artaq; circumdare. & struebatur agger, vnde saxa, has
ignes propinquum iam in hostem iacerentur. sed nihil æque
sitis fatigabat, cũ ingens multitudo bellatorum, imbellium, v
reliquo fonte vterẽtur. Simul æquè armenta (vt mos barbar
iuxta clausa, egestate pabuli exanimari: adiacêre corpora h
minũ, quos vulnera, quos sitis peremerat: pollui cuncta sanie,
dore, contactu. Rebusq; turbatis, malum extremum discord
acce

accessit: his deditionem, *aliis* mortem, & mutuos inter se i-
ctus parantibus. *& erant qui* non inultum exitium, sed e-
ruptionem suaderent: *neq; ignobiles, quamuis diuersi senten-*
tiis. Verùm è ducib. Dinis prouectus senecta, & longo vsu vim
atq; clementiam Romanã edoctus, ponenda arma, vnũ ad-
flictis id remedium, differebat. *Primusq; se cum coniuge &*
liberis victori permisit. secuti ætate aut sexu imbecilli, & qui-
bus maior vitæ quàm gloriæ cupido. At iuuentus Tarsam in-
ter & Turesim distrahebatur. vtriq; destinatũ cum liberta-
te occidere. *sed Tarsa* properũ finem, abrũpendas pariter
spes ac metus clamitans, *dedit exẽplum, demisso in pectus fer-*
ro. nec defuère qui eodẽ modo oppeterẽt. Turesis suâ cum manu
noctẽ opperitur, haut nescio duce nostro. Igitur firmatæ statio-
nes densiorib. globis. & ingruebat nox nimbo atrox, hostisq; cla-
more turbido. modò per vastũ silentiũ incertos obsessores effece-
rat: cũ Sabinus circumire, hortari, ne ad ambigua sonitus,
aut simulationẽ quietis, casum insidiantib. aperirent, sed
sua quisq; munia seruarent immoti, telisq; non in falsum
iactis. *Interea barbari catervis decurrentes, nunc in vallum*
manualia saxa, præustas sudes, decisa robora iacere: nunc vir-
gultis & cratibus, & corporib. exanimis, complere fossas: quidã
pontes & scalas antè fabricati inferre propugnaculis, eaq; pre-
hensare, detrahere, & aduersus resistenteis cominus niti. miles
contra deturbare telis, pellere vmbonibus, muralia pila, conge-
stas lapidum moles prouoluere. His partæ victoriæ spes, & si ce-
dant, insignitius flagitiũ: illis extrema iam salus, & adsistentes
plerisq; matres & coniuges, earumq; lamenta addunt animos.
Nox aliis in audaciam, aliis ad formidinem opportuna: incerti
ictus, vulnera improuisa: suorum atq; hostium ignoratio: &
montis anfractu repercussæ velut à tergo voces, adeo cuncta mi-
scuerãt, vt quedã munimenta Romani quasi perrupta omise-
rint. neq; tamen peruasère hostes nisi admodum pauci. ceteros,
deleto promtissimo quoq; aut saucio, adpetente iã luce trusère ad
summa castelli. vbi tandem coacta deditio, & proxima sponte
incolarum recepta. reliquis, quo minus vi aut obsidio subige-
rentur, prematura montis Hæmi & sæua hiems subuênit. At

Romæ commotâ principis domo, vt series futuri in Agripp
nam exitii inciperet, Claudia Pulchra sobrina eius postulatu
accusante Domitio Afro. Is recens Præturâ, modicus dign
tionis, & quoquo facinore properus clarescere, crimen impu
dicitiæ, adulterum Furnium, veneficia in principem
deuotiones obiectabat. Agrippina semper atrox, tum
periculo propinquæ accensa, pergit ad Tiberium, ac fortè saci
ficantem patri repperit. quo initio inuidiæ, non eiusdem
mactare Diuo Augusto victimas, & posteros eius in
ctari. non in effigies mutas diuinum spiritum trãsfusu
sed imaginem veram cœlesti sanguine ortam intellig
discrimen, suscipere sordes. frustrà Pulchram præscri
cui sola exitii caussa sit, quòd Agrippinam stultè pror
ad cultum delegerit, oblita Sosiæ ob eadem adflictæ. A
dita hæc raram occulti pectoris vocem elicuere, correptan
Græco versu admonuit: ideò lædi, quia non regnaret. P
chra, & Furnius damnantur. Afer primoribus orator
additus, diuulgato ingenio, & secutâ adseueratione Cæsa
quâ suo iure disertum eum appellauit. mox capessendis
cusationibus, aut reos tutando, prosperiore eloquentiæ qua
morum fama fuit. nisi quòd ætas extrema multum ẽt eloque
demsit, dum fessâ mente retinet silentii impatientiã. At Ag
pina peruicax iræ, & morbo corporis implicata, cùm visere
Cæsar, profusis diu ac per silentium lacrymis, mox inuidiam
preces orditur: subueniret solitudini, daret maritum, ha
lem adhuc iuuentam sibi, neq; aliud probis quàm ex r
trimonio solatium: esse in ciuitate, ** Germanici con
gem: ac liberos eius recipere dignarentur. Sed Cæsar n
ignarus quantũ ex Rep. peteretur; ne tamen offensionis aut
tus manifestus foret, sine responso, quamq̃ instante, reliquit.
ego à scriptorib. annaliũ non traditũ, repperi in commenta
Agrippinæ filiæ: quæ Neronis principis mater, vitam suam
casus suorum posteris memorauit. Ceterùm Seianus mæren
& improuidam altiùs perculit, immissis qui per speciem a
citiæ monerent, paratũ ei venenum, vitandas soceri epu
Atq; illa simulationum nescia, cùm propter discumberet, n
vi

ultu aut sermone flecti, nullos attingere cibos; donec aduertit Tiberius, fortè, an quia audiuerat? idq; quo acrius experiretur, oma vt erant adposita laudans, nurui suâ manu tradidit. au-cta ex eo suspicio Agrippinæ, & intacta ore, seruis tramisit. nec amen Tiberii vox coram secuta, sed obuersus ad matrem, nõ hirum *ait,* si quid seuerius in eam statuisset, à quâ venefi-ii insimularetur. *Inde rumor,* parari exitiũ: neq; id impe-torẽ palàm audere, secretum ad perpetrandum q̃ri. *Sed æsar quò famam auerteret, adesse frequens Senatui, legatosq; Asiæ ambigentes quânam in ciuitate templũ statueretur, plu-is per dies audiuit. Vndecim vrbes certabant pari ambitione, iribus diuersæ. neq; multum inter se distantia memorabant,* e vetustate generis, studio in populum Romanum, per ella Persi & Aristonici aliorumq; regum. *Verùm Hypæ-ni Trallianiq; Laodicenis & Magnetibus simul transmissi, t parum validi. Ne Ilienses quidem, cùm* parentẽ vrbis Ro-æ Troiã *referrent, nisi antiquitatis gloriâ pollebant. paulum ddubitatũ, quòd Halicarnassii* mille & ducentos per annos ullo motu terræ nutauisse sedes suas, viuoq; in saxo fun-menta tẽpli *adseuerauerant. Pergamenos (eo ipso niteban-r) æde Augusto ibi sitâ, satis adeptos creditum. Ephesii, Mi-siiq;, hi Apollinis, illi Dianæ cerimoniâ occupauisse ciuitates si. Ita Sardianos inter, Smyrnæosq; deliberatum. Sardiani de-retum Etruriæ recitauêre, vt consanguinei.* nam Tyrrhenũ ydumque Atye rege genitos, ob multitudinem diuisisse entẽ. Lydũ patriis in terris resedisse; Tyrrheno datũ no-as vt cõderet sedes. & ducũ è nominib. indita vocabula, lis per Asiã, his in Italiã: auctamq; adhuc Lydorum opu-ntiã, missis in Græciã populis, cui mox à Pelope nomen. mul litteras imperatorũ, & icta nobiscum fœdera bello lacedonũ, vbertatemq; fluminũ suorum, temperiẽ cœ-, ac dites circum terras *memorabant. At Smyrnæi repetitâ etustate,* seu Tantalus Ioue ortus, illos, siue Theseus di-inâ & ipse stirpe, siue vna Amazonum condidisset: *tran-endêre ad ea, quis maximè fidebant in populũ Romanum offi-s,* missâ nauali copiâ nõ modò externa ad bella, sed quæ

in Italiâ tolerabantur: seq; primos templum vrbis Rom
statuisse, M. Porcio Consule, magnis quidem iam Roma
ni populi rebus, nondum tñ ad summum elatis, stante ad
huc Punica vrbe, & validis per Asiam regibus *simul L. Su*
lam testem adferebant, grauissimo in discrimine exercitu
ob asperitatem hiemis, & pænuriam vestis, cùm id Smy
nam in concionem nuntiatum foret, omnes qui astaban
detraxisse corpori tegmina, nostrisq; legionibus misis
Ita rogati sententiam Patres, Smyrnæos prætulerunt. Censui
Vibius Marsus, vt M. Lepido, *cui ea prouincia obuenera*
super numerũ legaretur qui tẽpli curã susciperet. *& qu*
Lepidus ipse deligere per modestiam abnuebat, Valerius N
è Pretoriis sorte missus est. Inter quæ diu meditato, prolat
sæpius consilio, tandem Cæsar in Campaniam specie dedica
templũ apud Capuã Ioui, apud Nolã Augusto; sed certus p
cul vrbe degere. Caussam abscessus quãquam secutus plurin
auctorum ad Seiani artes rettuli, quia tamen cæde eius pat
tâ sex postea annos pari secreto coniũxit, plerumq; permou
num ad ipsum referri verius sit, sæuitiam ac libidinem cum
ctis promeret, locis occultantem. Erant qui crederent, in se
ctute quoque coporis habitum pudori fuisse. *quippe*
prægracilis & incurua proceritas, nudus capillo vertex, v
rosa facies, ac plerumq; medicaminibus interstincta, & Rh
secreto, vitare cœtus, recondere voluptates insuêrat. Tradi
etiam matris impotentiâ extrusum, quã dominationis soci
aspernabatur, neq; depellere poterat, cũ dominationem ipsa
donũ eius accepisset. Nam dubitauerat Augustus Germa
sororis nepotem, & cunctis laudatum, rei Romanæ impon
sed precibus vxoris euictus, Tiberio Germanicum, sibi T
rium adsciuit. idq; Augusta exprobrabat, reposcebat. Pr
ctio arto comitatu fuit. vnus Senator cõsulatu functus, Cocc
Nerua, cui legum peritia: eques Romanus, præter Seianum
inlustribus Curtius Atticus. ceteri liberalibus studiis præ
fermè Græci, quorum sermonibus leuaretur. Ferebant p
cœlestium, iis motibus siderum excessisse Româ Tibe
vt reditus illi negaretur. *vnde exitii caussa multis fuit, p*

per

prum finem vitæ coniectantibus, vulgantibusq́;. neq; n.
ta incredibilem caussam prouidebant, vt vndecim per
an os libens patriâ careret. *Mox patuit breue confinium*
ars, & falsi; veraq́; quam obscuris tegerentur. nam in vrbem
n regressurum, *haut forte dictum: ceterorum nescii egêre,*
cu propinquo rure, aut litore, & sępè mœnia vrbis adsidens
ex emam senectam compleuerit. Ac fortè illis diebus oblatum
C iri anceps periculum, auxit vana rumoris: præbuitq́; ipsi
m eriem, cur amicitiæ constantiæq́; Seiani magis fideret. Ve-
s antur in villâ cui vocabulum Speluncæ, *mare Amuncla-*
n inter Fundanosq́; montes, natiuo in specu. eius os lapsis re-
pe è saxis, obruit quosdā ministros. hinc metus in omnes, &
fug eorum qui conuiuiū celebrabant. Seianus genu, vultuq́; &
ma ibus super Cæsarem suspensus, opposuit sese incidentibus:
at e habitu tali repertus est à militibus qui subsidio vene-
ra . Maior ex eo, & quamquam exitiosa suaderet, vt non
axius, cum fide audiebatur. Adsimulabatq́; iudicis partes
d rsus Germanici stirpē, subditis qui accusatorum nomina
f erent, maximeq́; insectarentur Neronē proximū suc-
cei oni, *& quāquam modestâ iuuentâ, plerumq́; tamen quid*
in asentiarum conduceret oblitum: dum à libertis & clienti-
bu ipiscendæ potentiæ properis exstimulatur, vt erectum & fi-
de em animi ostenderet: velle id populum Roman. cupere
ex citus, neq; ausurum contra Seianū, qui nunc patien
tia senis, & segnitiam iuuenis iuxtà insultet. *Hæc atque*
al audienti, nihil quidem prauæ cogitationis, sed interdum
vo s procedebant contumaces, & inconsultæ: quas adpositis cu-
to s exceptas auctasq́; cùm deferrent, neq; Neroni defende-
re retur, diuersæ insuper sollicitudinū formæ oriebantur. nam
ali occursum eius vitare, quidā salutatione redditâ statim
aue ti, plerique inceptum sermonem abrumpere; insistentibus
con a inridentibusq́;, qui Seiano fautores aderant. Enimuero
Ti rius toruus, aut falsum renidens vultu. seu loqueretur, seu
ac et iuuenis; crimen ex silentio, ex voce. ne nox quidem
secu , cùm vxor vigilias, somnos, suspiria matri Liuiæ, at-
que a Seiano patefaceret. qui fratrem quoque Neronis Dru

ſum traxit in partes, ſpe obiectâ principis loci, ſi priorem æt-
te & iam labefactum dimouiſſet. Atrox Druſi ingenium
ſuper cupidinem potentiæ, & ſolita fratribus odia, accende-
tur inuidiâ: quòd mater Agrippina promtior Neroni er-
neque tamen Seianus ita Druſum fouebat, ut non in eum q-
que ſemina futuri exitii meditaretur: gnarus præferocem,
inſidiis magis opportunum. Fine anni exceſsêre inſignes v-
Aſinius Agrippa, claris maioribus quàm vetuſtis, vitaq;
degener; & Q. Haterius familiâ Senatoriâ, eloquentiæ qu-
vixit celebratæ: monimenta ingenii eius haut perinde r-
nentur. Scilicet impetu magis, quàm curâ vigebat. vtq; a-
rum meditatio & labor in poſterum valeſcit; ſic Hateri-
norum illud & profluens, cum ipſo ſimul exſtinctum eſt.
Licinio. L. Calpurnio Coſſ. ingentium bellorum cladem æq-
uit malum improuiſum eius initium ſimul & finis extitit.
cœpto apud Fidenam amphiteatro, Atilius quidam libe-
generis, quo ſpectaculum gladiatorum celebraret, neque
damenta per ſolidum ſubdidit, neque firmis nexibus ligne-
compagem ſuperſtruxit: vt qui non abundantiâ pecuniæ
municipali ambitione, ſed in ſordidâ mercede id negotiū
ſiuiſſet. Adfluxêre auidi talium, imperitante Tiberio p-
voluptatibus habiti, virile ac muliebre ſexus, omnis ætæ
propinquitatem loci effuſius. vnde grauior peſtis fuit, con-
mole, dein conuulsâ, dum ruit intus, aut in exteriora eff-
tur: immenſamq; vim mortalium ſpectaculo intentos, au-
circum adſtabant, præceps trahit, atq; operit. Et illi qu-
quos principium ſtragis in mortē adflixerat, vt tali ſorte
ciatum effugêre. Miſerandi magis, quos abruptâ parte
poris, nondū vita deſeruerat: qui per diē viſu, per noctem
latib. & gemitu, coniuges aut liberos noſcebant. Jā ceteri
exciti, hic fratrē, propinquum ille, alius parentes la-
tari. *etiam quorum diuersâ de cauſsâ amici aut neceſſari-*
rant, pauere tamen: neq; dum comperto quos illa vis pe-
ſet, latior ex incerto metus. Vt cœpêre dimoueri obruta;
ſus ad exanimes, complectentium, oſculantium. & ſæpe
men, ſi cōfuſior facies, & par forma, aut ætas, errorē adm-

tibus fecerat. Quinquaginta hominum milia, eo casu debilitata vel obtrita sunt. Cautumq́; in posterum Senatusconsulto, ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum milium res, néue amphitheatrum imponeretur, nisi solo firmitatis spectatæ. *Atilius in exilium actus est. Ceterùm sub recentem cladem patuere procerum domus, fomẽta, & medici passim præbiti. fuitq́; vrbs per illos dies, quamquam mæstâ facie, veterum institutis similis, qui magna post prœlia saucios largitione, & curâ sustentabant. Nondum ea clades excleuerat, cum ignis violentia vrbem vltra solitum adfecit, deusto monte Cælio. feralemq́; annum ferebant, & ominibus aduersis susceptum principi consilium absentiæ, qui mos vulgo. fortuita ad culpam trahentes, ni Cæsar obuiam isset, tribuendo pecunias ex modo detrimenti. Actæq́; ei grates apud Senatum, ab inlustribus: famaq́; apud populum, quia sine ambitione, aut proximorum precibus, ignotos etiam & vltrò accitos munificentiâ iuuerat. Adduntur sententiæ*, vt mons Cælius in posterum Augustus appellaretur: *quãdo cunctis circum flagrantibus, sola Tiberij effigies sita in domo Iunij senatoris, inuiolata mansisset.* Euenisse id olim Claudiæ Quinctæ, eiusque statuam vim ignium bis elapsam, maiores apud ædẽ Matris deûm consecrauisse. sanctos acceptosque numinibus Claudios: & augendam cærimoniam loco, in quo tantum in Principem honorẽ Dii ostenderint. *Haut fuerit absurdum tradere, montem eum antiquitus Querquetulanum cognomento fuisse, quòd talis siluæ frequens, fecundusq́; erat: mox Cælium appellitatum à Cæle Vibennâ, qui dux gentis Etruscæ cum auxilium appellatum ductauisset, sedem eam acceperat à Tarquinio Prisco, seu quis alius regum dedit. nam scriptores in eo dissentiunt. cetera non ambigua sunt, magnas eas copias per plana etiam ac foro propinqua habitauisse, vnde Thuscum vicum è vocabulo aduenarum dictum. Sed vt studia procerum, & largitio principis aduersum casum solatium tulerant; ita accusatorum maior in dies & infestior vis sine leuamẽto grassabatur. corripueratq́; Varum Quinctilium diuitem & Cæsari propinquam, Domitius Afer, Claudiæ Pulchræ matris eius condẽna-*

tor; nullo mirante, quòd diu egens, & parto nuper præmio malè vsus, plura ad flagitia accingeretur. Publium Dolabellam socium delationis exstitisse, miraculo erat; quia claris maioribus, & Varo connexus, suam ipse nobilitatem, suum sanguinem perditum ibat. Restitit tamen Senatus, & opperiendum imperatorē censuit. quod vnum vrgentiū malorū suffugium in tempus erat. At Cæsar dedicatis per Campaniā templis, quāquam edicto monuisset, ne quis quietem eius irrumperet, concursúsq; opidanorum disposito milite prohiberentur; perosus tamen municipia, & colonias, omniaq́; in continenti sita, Capreas se in insulam abdidit, trium milium freto ab extremis Surrentini promontorij diiunctam. Solitudinem eius placuisse maximè crediderim, quoniam importuosum circa mare, & vix modicis nauigijs pauca subsidia. neq; adpulerit quisquam, nisi gnaro custode. cæli temperies hieme mitis, obiectu montis quo sæua ventorum arcentur. æstas in Fauonium obuersa, & aperto circum pelago peramœna, prospectabatq́; pulcherrimum sinum, antequam Vesuuius mons ardescens faciem loci verteret. Græcos ea tenuisse, Capreasq́; Thelebois habitatas, fama tradit. Sed tum Tiberius duodecim villarum nominibus, & molibus insederat, quanto intentus olim publicas ad curas, tāto occultior in luxus, & malum otium resolutus. Manebat quippe suspicionum & credendi temeritas, quam Seianus augere etiā in vrbe suetus, acrius turbabat, non iam occultis aduersum Agrippinā & Neronē insidiis. quîs additus miles, nuntios, introitus, aperta, secreta, velut in annales referebat. vltroq́; struebantur, q monerent perfugere ad Germaniæ exercitus, vel celeberrimo fori effigiē Diui Augusti amplecti, populumq́; ac Senatum auxilio vocare. Eaq́; spreta ab illis, velut pararēt, obiiciebātur. Iunio Silano & Silio Nerua Coss. fœdum anni principium incessit, tracto in carcerem illustri equite Romano Titio Sabino, ob amicitiā Germanici. neq; enim omiserat coniugē, liberosq́; eius pcolere, sectator domi, comes in publico, post tot clientes vnus; eoq́; apud bonos laudatus, & grauis iniquis. Hunc Latini' Latiaris, Porcius Cato, Petitius Rufus, M. Opsius Præturâ functi adgrediuntur, cupidine Consulat';

6

adquem

ad quē non niſi ꝑ Seianũ aditus. neq; Seiani voluntas, niſi ſcele-re quærebatur. Cōpoſitũ inter ipſos, vt Latiaris, q̄ modico vſu Sabinũ cōtingebat, ſtrueret dolum, ceteri teſtes adeſ-ſent: deinde accuſationem inciperēt. *Igitur Latiaris iacere fortuitos primùm ſermones. mox laudare conſtantiam.* quòd nō, vt ceteri florētis domus amicus, adflictā deſeruiſſet: *ſi-mul honora de Germanico, Agrippinam miſerans, diſſerebat. Et poſtquàm Sabinus, vt ſunt molles in calamitate mortalium animi, effudit lacrymas iunxit queſtus;* audent iàm onerat Seianum, ſæuitiam, ſuperbiam, ſpes eius. ne in Tiberium quidem conuicio abſtinet. *Iiq; ſermones, tamquā vetita miſcuiſſent, ſpeciem artæ amicitiæ facere. Ac iam vltrò Sabinus quærere Latiarē, ventitare domũ, dolores ſuos quaſi ad fidiſſimũ deferre. Cōſultant quos memoraui,* quo nā modo ea plurium auditu acciperētur. nā loco, in quē coibatur, ſeruāda ſoli-tudinis facies; & ſi ponè fores adſiſterēt, metus viſus, ſoni-tus, aut fortè ortæ ſuſpicionis erat. *Tectum inter & laquea-ria, tres Senatores, haut minus turpi latebrâ quàm deteſtandâ fraude, ſeſe abſtrudunt; foraminibus & rimis aurē admouent. Interea Latiaris repertum in publico Sabinum, velut recēs co-gnita narraturus, domũ & in cubiculum trahit: præteritaq; & inſtantia, quorum affatim copia, ac nouos terrores cumulat. E-adem ille, & diutius; quando mæſta, vbi ſemel prorupêre, diffi-cilius reticentur. Properata inde accuſatio, miſſiſq; ad Cæſarem litteris* ordinē fraudis, ſuumq; ipſi dedecus narrauere. *Non alias magis anxia & pauens ciuitas, etiam aduerſum proxi-mos. cōgreſſus, colloquia, nota ignotaq; aures vitari; etiam mu-ta atque inanima, tectum & parietes circumſpectabantur. Sed Cæſar ſollennia incipientis anni kal. Ianuarias, epiſtolâ precat*⁹: *vertit in Sabinum,* corruptos quoſdam libertorum, & pe-titum ſe *arguens, vltionémq; haut obſcurè poſcebat. nec mora, quin decerneretur. & trahebatur dānatus, quantum obductâ veſte & adſtrictis faucibus niti poterat, clamitās,* Sic inchoari annũ, has Seiano victimas cadere. *Quo intēdiſſet oculos, quò verba acciderēt, fuga, vaſtitas: deſeri itinera, fora: & q̄dā regre-diebātur, oſtētabātq; ſe rurſũ, idipſũ pauētes, q̄ timuiſſēt!* Quē

enim diem vacuum pœnâ, vbi inter ſacra & vota, quo tẽ-
pore verbis etiam profanis abſtineri mos eſſet, vincla &
laqueus inducantur? non prudentem Tiberium tantam
inuidiam adiiſſe: quæſitum meditatumque, ne quid im-
pedire credatur quo minus noui magiſtratus, quo modo
delubra & altaria, ſic carcerem recludant. *Secutæ inſuper
litteræ*, grates agentis, quòd hominem infenſum Reipub.
puniuiſſent. *adiecto*, trepidam ſibi vitam, ſuſpectas inimi-
corum inſidias; *nullo nominatim compellato. neque tamẽ du-
bitabatur in Neronem & Agrippinam intendi. Ni mihi deſti-
natum foret, ſuum quæq; in annum referre; auebat animus an-
teire, ſtatimq; memorare exitus, quos Latinius atque Opſius
ceteriq; flagitij eius repertores habuere, non modò poſtquàm C.
Cæſar rerum potitus eſt, ſed incolumi Tiberio. qui ſcelerum mi-
niſtros, vt peruerti ab aliis nolebat; ita plerumq; ſatiatus, & ob-
latis in eandem operam recentibus, veteres & prægraues adfli-
xit. verùm has atq; alias ſontium pœnas, in tempore trademus.
Tum cenſuit Aſinius Gallus, cuius liberorum Agrippina ma-
tertera erat petẽdum à principe*, vt metus ſuos Senatui fate-
retur, amoueriq; ſineret. *Nullam æquè Tiberius, vt reba-
tur, ex virtutibus ſuis quam diſſimulationẽ diligebat. eò ægrius
accepit, recludi quæ premeret. ſed mitigauit Seianus, non Galli
amore, verùm vt cunctationes principis aperirentur: gnarus lẽ-
tum in meditando, vbi prorupiſſet, triſtibus dictis atrocia facta
coniungere. Per idem tempus Iulia mortem obijt, quam neptem
Auguſtus conuictam adulterij damnauerat, proieceratq; in in-
ſulam Trimerum, haut procul Apulis litoribus. illic viginti
annis exſilium tolerauit, Auguſtæ ope ſuſtentata: quæ florentes
priuignos cùm per occultum ſubuertiſſet, miſericordiã erga ad-
flictos palã oſtentabat. Eodẽ anno Friſij tranſrhenanus populus
pacẽ exuère; noſtrâ magis auaritiâ, quàm obſequij impatientes.
Tributũ ijs Druſus iuſſerat modicum, ꝑ anguſtiâ rerum:* vt in
vſus militares, coria boũ penderent. *non intenta cuiuſquam
curâ, q̃ firmitudo, quæ menſura. donec Olennius è primipilari-
bus, regendis Friſiis impoſitus*, terga virorum delegit, quorũ
ad formã acciperentur. *Id aliis quoq; nationibus arduũ, apud
Germa-*

Germanos difficilius tolerabatur, quis ingētium belluarum feraces saltus, modica domi armenta sunt. Ac primò boues ipsos, mox agros, postremò corpora coniugum aut liberorum, seruitio tradebant. Hinc ira & questus & postquam non subueniebat, remedium ex bello. rapti qui tributo aderant milites, & patibulo adfixi. Olennius infensos fugâ praeuênit, receptus castello cui nomen Fleuum: & haut spernēda illic ciuium sociorumq́ manus litora Oceani praesidebat. Quod vbi L. Apronio inferioris Germaniae propraetori cognitum, vexilla legionum è superiore prouinciâ, peditumq́ & equitum auxiliarium delectos acciuit: ac simul vtrumque exercitum Rheno deuectum, Frisiis intulit; soluto iam castelli obsidio, & ad sua tutanda digressis rebellibus. Igitur proxima aestuaria aggeribus & pontibus, traducēdo grauiori agmini, firmat. atque interim, repertis vadis, alam Canin efatē, & quod peditum Germanorum inter nostros merebat, circumgredi terga hostium iubet. *qui iā acie compositi pellunt turmas sociales, equitesq́ legionū subsidio missos. Tum tres leues cohortes; ac rursum duae; dein tempore interiecto, acrius equites immissus. satis validi si simul incubuissent, per interuallum aduentantes, neq́ constantiam addiderant turbatis, & pauore fugientium auferebantur. Cethego Labeoni legato quintae legionis, quod reliquum auxiliorum tradit. atque ille dubiâ suorum re, in anceps tractus,* missis nuntiis vim legionum implorabat. *Prorumpunt quintani ante alios, & acri pugnâ hoste pulso, recipiunt cohortis alâsque fessas vulneribus. Neq́ dux Romanus vltum iit, aut corpora humauit: quāquam multi tribunorum praefectorumq́ & insignes centuriones cecidissent. Mox compertum à transfugis,* nongentos Romanorū apud lucū, quem Baduhennae vocant, pugnâ in posterum extractâ, confectos: & aliā quadringentorū manū, occupatâ Cruptoricis quondā stipendiarii villâ postq̄ ꝓditio metuebatur, mutuis ictibus ꝓcubuisse. *Clarum inde inter Germanos Frisium nomen: dissimulante Tiberio damna, ne cui bellū permitteret. neq́ Senatus in eo cura, an imperij extrema dehonestaretur. pauor internus occupauerat animos cui remediū adulatione quaerebatur. Ita quamquam diuersis super rebus con-*

suleretur, aram Clementiæ, aram Amicitiæ, effigiesq; circ[a] Cæsaris ac Seiani censuere: *crebrisq; precibus efflagitabant* visendi sui copiam facerent. *Non illi tamen in vrbem, au[t] propinqua vrbi digressi sunt. satis visum, omittere insulam, & in proximo Campaniæ adspici. eò venire patres, eques, magn[a] pars plebis, anxij erga Seianum; cuius durior congressus, atq; [e]per ambitũ & societate consiliorum parabatur. Satis consta[bat] auctam ei adrogantiam, fœdum illud in propatulo seruitiu[m] spectanti. quippe Romæ, sueti discursus: & magnitudine vr[bis], incertum, quod quisque ad negotium pergat. Ibi campo au[t] litore iacentes, nullo discrimine noctem ac diem, iuxta gratia[m] aut fastus ianitorũ perpetiebantur: donec idq; vetitũ. & reue[r]nere in vrbem trepidi, quos non sermone, non visu dignatus e[rat]. quidam malè alacres, quibus infaustæ amicitiæ grauis ex[i]tus imminebat. Ceterùm Tiberius neptem Agrippinam Ger[]manico ortam, cùm coràm Gn. Domitio tradidisset, in vrbe ce[]lebrari nuptias iussit. In Domitio, super vetustatẽ generis, pro[]pinquum Cæsaribus sanguinem delegerat. Nam is auiam Octa[]uiam, & per eam Augustum auunculum præferebat.*

C. CORNELII TACITI AB EXCESSV DIVI AVGVSTI ANNALIVM LIBER QVINTVS.

RVBELLIO & *Fufio* Coss. *quorum vtrique Gemi[]nus cognomentum erat, Iulia Augusta mortem obi[it] ætate extremâ, nobilitatis per Claudiam familiam, & adoptione Liuiorum Iuliorumq; clarissimæ. primum ei matri[]monium & liberi fuere, cum Tiberio Nerone: qui bello Perusi[]no profugus, pace inter Sex. Pompeium ac triumuiros pactâ, i[n] vrbem rediit. Exin Cæsar cupidine formæ aufert marito, incer[]tum an inuitam; adeo properus, vt ne spatio quidem ad enite[n]dũ dato penatibus suis grauidam induxerit. Nullam postha[c] subolẽ edidit, sed sanguini Augusti per coniũctionẽ Agrippin[æ] & Germanici adnexa, communes pronepotes habuit: sanctitat[e]*

domu[s]

domus priscum ad morem, comis vltrà quàm antiquis feminis probatum, mater impotens, vxor facilis, & cum artibus mariti, simulatione filij bene composita. Funus eius modicum, testamentum diu irritum fuit. laudatá est pro rostris à C. Cæsare pronepote, qui mox rerum potitus est. At Tiberius quòd supremis in matrem officiis defuisset, nihil mutatâ amœnitate vitæ, magnitudinē negotiorū, *p litteras excusauit: honoresq́; memoriæ eius ab Senatu largè decretos, quasi per modestiam imminuit, paucis admodū receptis, & addito,* ne cælestis religio decerneretur. sic ipsam maluisse. *quin & parte eiusdem epistolæ increpuit amicitias muliebres, Fusium consulem obliquè perstringens. is gratiâ Augustæ floruerat, aptus alliciēdis feminarum animis, dicax idem, & Tiberium acerbis facetiis irridere solitus, quarum apud præpotentes in longum memoria est. Ceterùm ex eo prupta iam & vergēs dominatio. nam incolumi Augustâ, erat adhuc pfugiū: quia Tiberio inueteratū erga matrē obsequiū; neq; Seianus audebat auctoritati parētis anteire. tunc velut frenis exsoluti, pruperunt. missæq; in Agrippinam ac Neronē litteræ, quas pridem adlatas & cohibitas ab Augustâ credidit vulg⁹. haut enim multum post mortē eius recitatæ sunt. verba inerant quæsitâ asperitate: sed* non arma, non rerū nouarum studium, amores iuuenum, & impudicitiā nepoti obiectabat. *in nurum ne id quidē cōfingere ausus;* adrogātiā oris & contumacē animum incusauit, *magno Senatus pauore ac silentio: donec pauci, quîs nulla ex honesto spes, & publica mala singulis in occasionē gratiæ trahuntur,* vt referrēt postulauere, *promtissimo Cotta Messalino cū atroci sententiâ. sed aliis a primoribus, maximeq; à magistratibus trepidabatur: quippe Tiberius & si infensè inuectus, cetera ambigua reliquerat. Fuit in Senatu Iunius Rusticus, cōponendis Patrū actis dilectus à Cæsare, eoq; meditationes eius introspicere creditus: is fatali quodam motu (neq; enim antè specimen constantiæ dederat) seu prauâ sollertiâ, dum imminentium oblitus incerta pauet, inserere se dubitantibus, ac monere Cōsules ne relationē inciperēt: differebatq;,* breuibus momētis summa verti posse, andumq; interstitiū pœnitentiæ senis. *Simul populus ef-*

figies Agrippinæ ac Neronis gerens,circumsistit curiã,festisq;
*in Cæsarem ominibus,*falsas litteras,&principe inuito exiti-
um domui eius intendi *clamitat.ita nihil triste illo die patra-*
tum.ferebantur etiam sub nominibus Consularium fictæ in Se-
ianum sententiæ,exercentibus plerisque per occultum, atque eo
procacius libidinem ingeniorum.vnde illi ira violentior,& ma-
*teries criminãdi:*spretum dolorem principis,ab Senatu de-
sciuisse populum:audiri iam & legi nouas conciones,no-
ua Patrum consulta. quid reliquum, nisi vt caperent fer-
rum?& quorum imagines pro vexillis secuti forent,duces
imperatoresq; diligerent? *Igitur Cæsar repetitis aduersum*
nepotẽ & nurum probris,increpitâque per edictum plebe, que-
stus apud Patres quòd fraude vnius Senatoris imperatoria
maiestas elusa publicè foret,*integra tamen sibi cuncta postu-*
*lauit. nec vltra deliberatum, quò minus non quidem extrem*a
decernerent,id enim vetitum;sed paratos ad vltionem, vi prin-
cipis impediri testarentur. *** *Quattuor & quadraginta ora*
tiones super ea re habitæ,ex quîs ob metum paucæ plures adsue
tudine, * mihi pudorem aut Seiano inuidiam allaturur
censui. * versa est fortuna,& ille quid
qui collegã &generum adsciuerat:sibi ignoscit.ceteri qu
per dedecora fouere.cum scelere insectantur.
* miserius sit ob amicitiam accusari,an am
cum accusare haut discreuerim, non crudelitatem, nc
clementiam cuiusquam experiar, sed liber & mihi ipsi
batus anteibo periculum.vos obtestor,ne memoriam n
stri per mærorẽ quàm læti retineatis; adiiciendo me qu
que iis, qui sine egregio publica mala effugerunt. *Ta*
singulos vt cuiq; adsistere, alloqui animus erat, retinens aut
mittens partem diei absumsit.multóque adhuc cœtu,& cun
intrepidum vultum eius spectantibus, cùm superesse tẽpus n
uissimis crederent,gladio quem sinu abdiderat incubuit.Neq
Cæsar vllis criminibus aut probris defunctũ insectatus est, c
in Blæsum multa fœdáque incusauisset.Relatum inde de P. V
tellio & Pomponio Secundo.illum indices arguebant, clau
ærarii cui præfectus erat, & militarẽ pecuniã rebus no
obt

obtulisse: *huic à Considio Præturâ functo obiectabatur* Velii Galli amicitia, qui punito Seiano, in hortos Pōponii quasi fidissimum ad subsidium perfugisset. *neque aliud periclitantibus auxilij, quàm in fratrum constantiâ fuit, qui vades exstitere. mox crebris prolationibus spem ac metum iuxtà grauatus Vitellius, petito per speciem studiorum scalpro, leuē ictum venis intulit, vitámq; ægritudine animi finiuit. At Pomponius multâ morum elegātiâ, & ingenio inlustri, dum aduersam fortunam æquus tolerat, Tiberio superstes fuit. Placitum posthac* vt in reliquos Seiani liberos aduerteretur; *vanescente quāquam plebis irâ, ac plerisque per priora supplicia lenitis. igitur portantur in carcerem, filius imminentium intelligens, puella adeò nescia, vt crebrò interrogaret, quod ob delictum, & quò traheretur? neque facturā vltrà. &, posse se puerili verbere moneri. Tradunt temporis eius auctores, quia triumuirali supplicio affici virginem inauditum habebatur, à carnifice laqueum iuxta compressam: exin oblisis faucibus, id ætatis corpora in Gemonias abiecta. Per idem tempus Asia atque Achaia exterritæ sunt, acri magis quam diuturno rumore,* Drusum Germanici filiū apud Cycladas insulas, mox in cōtinenti visum. *& erat iuuenis haut dispari ætate, quibusdā Cæsaris libertis velut agnitus, per do'umq; comitantibus. Allíciebantur ignari famâ nominis, & promtus Græcorū animis ad noua & mira. quippe lapsum custodiâ pergere ad paternos exercitus, Ægyptum aut Syriam inuasurum fingebant simul, credebantq;. iam iuuētutis concursu, iam publicis studiis frequentabatur, lætus præsentibus & inanium spe; cùm auditum id Poppæo Sabino. Is Macedoniæ tum intentus, Achaiam quoque curabat. Igitur quo vera seu falsa anteiret, Toronæum Thermæumque sinum præfestinans, mox Eubœam Ægæi maris insulam & Piræeum Atticæ oræ, dein Corinthiense litus, angustiásque Isthmi euadit: marique alio Nicopolim Romanam coloniam ingressus, ibi demum cognoscit, sollertius interrogatum* quis nam foret? *dixisse* M. Silano genitum. & multis sectatorum dilapsis, ascendisse nauem, tamquam Italiā peteret. *scripsitq; hæc Tiberio. neque nos originem finémue eius rei vltra comperimus.*

Exitu anni diu aucta discordia Consulum erupit. nam Trio facilis capessendis inimicitijs & foro exercitus, ut segnem Regulum ad opprimendos Seiani ministros oblique perstrinxerat. ille nisi lacesseretur modestiæ retinens, non modo retudit collegam, sed ut noxiũ coniurationis ad disquisitionem trahebat. Multisq; Patrum orantibus, ponerent odia in perniciem itur, *mansere infensi ac minitantes, donec magistratu abirent.*

C. CORNELII TACITI AB EXCESSU DIVI AUGUSTI ANNALIUM

LIBER SEXTUS.

CN. DOMITIUS & *Camillus Scribonianus consulatum inierãt; cum Cæsar tramisso quod Capreas & Surrentum interluit freto, Campaniam prælegebat, ambiguus an urbẽ intraret: seu quia cõtra destinauerat, speciẽ venturi simulans. & sæpe in propinqua digressus, aditis iuxta Tiberim hortis, saxa rursum & solitudinem maris repetiit, pudore scelerum & libidinum: quibus adeo indomitis exarserat, ut more regio pubem ingenuam stupris pollueret. nec formã tantum & decora corpora; sed in his modestam pueritiam, in aliis imagines maiorum, incitamentum cupidinis habebat. tuncq; primum ignota ante à vocabula reperta sunt*, sellariorũ & spintriarũ, *ex fœditate loci ac multiplici patientiâ. præpositiq; servi qui quærerent, pertraherent. dona in promtos, minas aduersus abnuentes; & si retinerent propinquus aut parens, vim, raptus, suaq; ipsi libita velut in captos exercebant. At Romæ principio anni, quasi recens cognitis Liuiæ flagitiis, ac non pridem etiam punitis, atroces sententiæ dicebantur*, in effigies quoq; ac memoriam eius. *& bona Seiani ablata ærario, ut in fiscum cogerentur, tum rettulere Scipiones. Hæc & Silani & Cassij, iisdem fermè aut paulum immutatis verbis adseueratione multi censebant; cum repentè Togonius Gallus, dum ignobilitatem suam magnis nominibus inserit. per derediculũ auditur. Nam principem orabat* diligere Senatores, ex quîs viginti sorte

duct

cti & ferro accincti, quoties curiam iniſſet, ſalutem eius defenderent. *crediderat nimirum epiſtolæ, ſubſidio ſibi alterum ex Conſulibus poſcentis, vt tutus à Capreis vrbem peteret. Tiberius tamen ludibria ſeriis permiſcere ſolitus, egit gratias beneuolentiæ patrum*: ſed quos omitti poſſe? quos diligi? ſemper ne eoſdem? an ſubinde alios? & honoribus perfunctos, an iuuenes? priuatos an è magiſtratibus? quam deinde ſpeciem fore, ſumentium in limine curiæ gladios? neque ſibi vitam tanti, ſi armis tegenda foret. *Hæc aduerſus Togonium, verbis moderans: neque vltra abolitionem ſententiæ ſuadere. At Iunium Gallionem, qui cenſuerat* vt prętoriani actis ſtipendiis ius apiſcerentur in quatuordecim ordinibus ſedendi, *violenter increpuit; velut coràm rogitans*, quid illi cum militibus? quos neque dicta imperatoris, neque præmia niſi ab imperatore accipere par eſſet. reperiſſe prorſus quod diuus Auguſtus non prouiderit. an potius diſcordiam & ſeditionem à ſatellite Seiani quæſitam? qua rudes animos, nomine honoris, ad corrumpendum militię morem propelleret. *hoc pretium Gallio meditatæ adulationis tulit, ſtatim curiâ, deinde Italiâ exactus. & quia incuſabatur facilè toleraturus exſilium, dilectâ Lesbo inſulâ, nobili & amœnâ, retrahitur in vrbem, cuſtoditurq́ domibus magiſtratuũ. Iiſdem litteris Cæſar Seſtium Pagonianum Prætorium perculit, magno Patrum gaudio*, audacem, maleficum, omnium ſecreta rimantem, dilectumq́; à Seiano cuius ope dolus C. Cæſari pararetur. *quod poſtquã patefactum, prorupêre concepta per idem odia, & ſummum ſupplicium decernebatur, ni profeſſus indicium foret. Vt verò Latinium Latiarẽ ingreſſus eſt, accuſator ac reus iuxtà inuiſi, gratiſſimum ſpectaculũ præbebatur. Latiaris, vt retuli, præcipuus olim circũueniendi Titij Sabini, & tunc luendæ pœnæ primus fuit. Inter quæ Haterius Agrippa conſules anni prioris inuaſit*, cur mutuâ accuſatione intẽtâ, nunc ſilerẽt? metũ prorſus & noxã conſciẽtæ pro fœdere haberi. at nõ Patribus reticẽda quæ audiuiſſent. *Regulus*, manere tẽpus vltionis, ſeq́; corã principe exſecuturum: *Trio*, æmulationem inter collegas, & ſi

qua diſcordes ieciſſent melius oblitterari, *reſpondit. Vrgē*
te Agrippâ, Sanguinius Maximus è Conſularibus orauit Se
natum, ne curas imperatoris, conquiſitis inſuper acerbita
tibus augerent: ſufficere ipſum ſtatuendis remediis *ſic Re*
gulo ſalus, & Trioni dilatio exitij. quæſita Haterius inuiſior fui
quia ſomno aut libidinoſis vigiliis marcidus, & ob ſegnitiā, quā
uis crudelem principem non metuens, inluſtribus viris perni
ciem inter ganeum ac ſtupra meditabatur. Exin Cotta Meſſa
linus ſæuiſſimæ cuiuſque ſententiæ auctor, eoq; inueteratâ inu
diâ, vbi primùm facultas data, arguitur pleraque, C. Cęſarem
quaſi inceſtæ virilitatis, & cùm die natali Auguſtæ inte
ſacerdotes epularetur Nouendialem eam cenam dixiſſe
querentémq; de potentiâ M. Lepidi, ac L. Arruntii, cum
quibus ob rem pecuniariam diſceptabat, addidiſſe; Illo
quidem Senatus, me autem tuebitur Tiberiolus meu
neq; contatius à primoribus ciuitatis reuincebatur: iiſq; inſtan
tibus, ad imperatorē prouocauit. nec multo pòſt litteræ adferun
tur, quibus in modum defenſionis, repetito inter ſe atq; Cotta
amicitiæ principio, crebriſq; eius officiis cōmemoratis, ne ve
ba prauè detorta, neu cōuiualiū fabularum ſimplicitas
crimen duceretur, *poſtulauit. Inſigne viſum eſt earum Cæſa*
ris litterarum initium, nam his verbis exorſus eſt: Quid ſcr
bam vobis P.C. aut quomodo ſcribam, aut quid omnin
non ſcribam hoc tempore, dii me deæq; peius perdant
perire quotidie ſentio, ſi ſcio. *Adeò facinora atq; flagitia ſ*
ipſi quoque in ſupplicium verterant. Neque fruſtra præſtan
ſimus ſapientia firmare ſolitus eſt, ſi recludantur tyranno
mentes, poſſe aſpici laniatus & ictus; quando vt corpo
verberibus, ita ſęuitiâ, libidine, malis conſultis, animus c
laceretur. *quippe Tiberium non fortuna, non ſolitudines pro*
gebant, quin tormenta pectoris ſuaſq; ipſe pœnas fateretur. T
factâ patribus poteſtate, ſtatuendi de Cæciliano Senatore, q
plurima aduerſum Cottam promſerat, placitum eandē pœ
nā inrogari, quam in Aruſeium & Sanquiniū accuſator
L. Arruntii. *quo non aliud honorificētius Cottæ euēnit, qui n*
bilis quidem ſed egens ob luxum, per flagitia infamis, ſanctiſ

mis A

mis Arruntij artibus dignitate vltionis æquabatur. Quintus
Seruæus posthac, & Minutius Thermus inducti. Ser-
uæus Præturâ functus, & quondam Germanici comes. Mi-
nutius equestri loco, modestè habitâ Seiani amicitiâ, vnde illis
maior miseratio. contrà Tiberius præcipuos ad scelera incre-
pãs, admonuit C. Cæstiũ patrẽ dicere Senatui quæ sibi scri-
psisset: *susceptiq; Cæstius accusationẽ. quod maximè exitiabile*
tulere illa tẽpora, cùm primores Senatus infimas etiam delatio-
nes exercerent, alij propalàm, multi per occultum: neq; discer-
neres alienos à coniunctis, amicos ab ignotis, quid repẽs, aut ve-
tustate obscurum: perinde in foro, in conuiuio, quaque de re lo-
cuti incusabantur, vt quis præuenire & reum destinare prope-
rat; pars ad subsidium sui, plures infecti quasi valetudine & cõ-
tactu. Sed Minutius & Seruæus damnati, indicibus accessere.
Tractiq; sunt in casum eundem Iulius Africanus è Santonis
Gallicâ ciuitate, Seius Quadratus. originem non repperi. Neq;
sum ignarus à plerisq; scriptoribus, omissa multorum pericula
& pœnas, dum copia fatiscunt; aut quæ ipsis nimia & mœsta fu-
erant, ne pari tædio lecturos adficerent, verentur. Nobis plera-
que digna congnitu obuenêre, quamquam ab aliis incelebrata.
Nam eâ tempestate quâ Seiani amicitiam ceteri falsò exue-
rant, ausus est eques Romanus M. Terentius ob id reus am-
plecti, ad hunc modum apud senatum ordiendo. Fortunæ qui-
dẽ meæ fortasse minus expediat adnoscere crimen, quàm
abnuere. sed vtcunque casura res est; fatebor & fuisse me
Seiano amicum, & vt essem expetisse, & postquàm adep-
tus eram, lętatum. Videram collegam patris regendis prę-
toriis cohortibus, mox vrbis & militiæ munia simul ob-
euntem. illius propinqui & adfines honoribus augeban-
tur: vt quisq; Seiano intimus, ita ad Cęsaris amicitiam va-
lidus. contrà quibus infensus esset, metu ac sordibus con-
flictabantur. nec quemquam exemplo adsumo. cunctos
qui nouissimi consilii expertes fuimus, meo vnius discri-
mine defendam. Non enim Seianum Vulsiniensem, sed
Claudiæ & Iuliæ domus partem, quas adfinitate occupa-
uerat, tuũ Cęsar generũ, tui consulatus sociũ, tua officia in

Rep capessentem colebamus. Nō est nostrū æstimare, quē supra ceteros, & quibus de caussis extollas. Tibi summum rerū iudicium dii dedere; nobis obsequii gloria relicta est. Spectamus porrò q̄ coràm habetur, cui ex te opes, honores, quîs plurima iuuandi nocendiue potētia. q̄ Seiano fuisse, nemo negauerit. abditos principis sensus, & si quod occultius parat, exquirere inlicitū, anceps: nec ideo adsequare. Ne P.C. vltimum Seiani diem, sed sexdecim annos cogitaueritis, etiā Satrium atq; Pōponium venerabamur libertis quoq; ac ianitoribus eius notescere, ꝓ magnifico accipiebat. Quid ergo? indistincta hæc defensio & promiscua dabitur? imò iustis terminis diuidat. Insidiæ in Remp. cōsilia cædis aduersum imperatorē, puniātur: de amicitia & officiis, idē finis & te Cæsar & nos absoluerit. *Constantia orationis, & quia repertus erat q̄ efferret quæ omnes animo agitabant, eo vsque potuere, vt accusatores eius, additis quæ ante deliquerant, exsilio aut morte mulctarentur. Secutæ de hinc Tiberij litteræ in Sex. Vestilium Prætorium, quem Druso fratri percarum in cohortem suam trastulerat. caussa offensionis Vestilio fuit, seu composuerat quædam in C. Cæsarem vt impudicum, siue ficto habita fides atq;* ob id conuictu principis prohibitus, *cùm senili manu ferrum tentauisset, obligauit venas:* precatúsque per codicillos, *immiti rescripto venas resoluit. Aceruatim ex eo Annius Pollio, Appius Silanus, Scauro Mamerco simul ac Sabino Caluisio,* maiestatis postulātur, *& Vicinianus Pollioni patri adiiciebatur, clari genus, & quidā summis honoribus. contremuerántq; patres.* nā quotus quisq; adfinitatis, aut amicitiæ tot inlustriū virorū, expers erat? *nisi Celsus vrbanæ cohortis tribunus, tū inter indices, Appium & Caluisium discrimini exemisset. Cæsar Pollionis, ac Viciniani Scauriq;* caussam vt ipse cū Senatu nosceret, *distulit; datisq; quibusdā in Scaurū tristibus notis. Ne feminæ quidē exsortes periculi,* quâ occupandæ Reip. argui non poterant, ob lacrymas incusabantur. *necatáq; est anus Vitia Fufij Gemini mater,* quòd filii necē fleuisset. *Hæc apud Senatum. Nec secus apud principē Vescularius Atticus, ac Iulius Marinus, ad mortem*

em aguntur, è vetustissimis familiariũ Rhodũ secuti, & apud
Capreas indiuidui Vescularius insidiarum in Libonẽ internũ-
ius: Marino participe. Seianus Curtiũ Atticũ oppresserat. quo
etius acceptũ sua exẽpla in consultores recidisse. Per idẽ
empus L. Piso Pontifex, rarum in tantâ claritudine, fato obiit:
ullius seruilis sententiæ sponte auctor, & quoties necessitas in-
rueret sapienter moderans. patrem ei Censorium fuisse memo-
aui, ætas ad octogesimum annum processit. decus triumphale in
Thraciâ meruerat. sed præcipua ex eo gloria, quòd præfectus
rbi recens, continuam potestatem, & insolentiâ parendi gra-
1 uiorem, mirè temperauit. Namque antea profectis domo regi-
us, ac mox magistratibus, ne vrbs sine imperio foret, in tem-
us diligebatur qui ius redderet, ac subitis mederetur. feruntq;
ue ab Romulo Dentrem Romulium, pòst ab Tullo Hostilio
Numam Marcium, & ab Tarquinio Superbo Spurium Lu-
retium impositos. dein Consules mandabant: duratque simu-
crum quoties ob ferias Latinas præficitur, qui Consulare mu-
us vsurpet. Ceterùm Augustus bellis ciuilibus Cilnium Mæ-
natẽ equestris ordinis, cunctis apud Romam atque Italiã præ-
suit. Mox rerum potitus, ob magnitudinem populi, ac tarda
gum auxilia, sumsit è Consularibus qui coerceret seruitia; &
uium audaciâ turbidum, nisi vim metuat. primusq; Mes-
illa Coruinus eã potestatẽ, & paucos intra dies finem accepit,
uasi nescius exercendi. Tum Taurus Statilius, quamquam
rouectâ ætate egregiè tolerauit. Dein Piso viginti per annos pa-
ter probatus, publico funere ex decreto Senatus celebratus est.
2 Relatum inde ad Patres à Quinctiliano tribuno plebei de libro
Sibullæ, quem Caninius Gallus quindecimuir recipi inter cete-
ros eiusdem vatis, & eâ de re Senatusconsultum postulauerat.
quo per discessionẽ facto, misit litteras Cæsar modicè tribunum
ncrepans, ignarũ antiqui moris ob iuuentã. Gallo expro-
rabat, q̃ scientiæ cærimoniarumq; vetus, incerto aucto-
æ, ante sententiã collegii nõ, vt assolet, lecto ꝑ magistros
estimatoq; carmine, apud infrequẽtem Senatum egisset.
Simul cõmonefecit: q̃a multa vana sub nomine celebri vul-
abãtur, sanxisse Augustum, quem intra diem ad Præto-

rem vrbanum deferrentur, neq; habere priuatim licere
quod à maioribus quoque decretum erat, post exustum socia
bello Capitolium, quæsitis Samo, Ilio, Erythris, per Africam e
iam ac Siciliam & Italicas colonias carminibus Sibullæ; v
seu plures fuere; datoq; sacerdotibus negotio, quantum huma
ope potuissent, vera discernere. Igitur tūc quoque notioni qui
decimuirûm is liber subiicitur. Iisdem Cōsulibus, grauitate a
nonæ iuxta seditionem ventū. multaq; & plures per dies in th
atro licentius efflagitata, quàm solitum aduersum imperato
quis commotus, incusauit magistratus Patresq;, quòd nō p
blica auctoritate populum coërcuissent: addiditq; quib
è prouinciis, & quanto maiorē quàm Augustus rei frum
tariæ copiam, aduectaret. Ita castigandæ plebi composit
Senatusconsultum, priscâ seueritate. neque segnius Consules e
xere. silentium ipsius non ciuile. vt crediderat, sed in superbi
accipiebatur. Fine anni Geminius, Celsus, Pompeius equites
mani cecidere coniurationis crimine. Ex quîs Geminius pro
gentiâ opum, ac mollitiâ vitæ amicus Seiano, nihil ad serium
Iulius Celsus tribunus in vinclis laxatam catenam, & circu
datam in diuersum tendens, suam ipse ceruicem perfregit. c
Rubrio Fabato, tamquam desperatis rebus Romanis, Part
rum ad misericordiam fugeret, custodes additi. sanus repertu
pud fretum Siciliæ, retractusq; per centurionem, nullas pro
biles caussas longinquæ peregrinationis adferebat. Mansit ta
incolumis, obliuione magis quàm clementiâ. Ser. Galbâ, L. S
lâ Coss. diu quæsito quos neptibus suis maritos destinaret
sar, postquam instabat virginum ætas, L. Cassium, M. Vin
um legit. Vinicio oppidanum genus; Callibus ortus, patre, a
auo Consularibus, cetera equestri familiâ erat, mitis ingenio
comtæ facundiæ. Cassius plebei Romæ generis, verùm anti
honoratique, & seuerâ patris disciplinâ eductus, facilitate s
us quàm industriâ commendabatur. Huic Drusillam, Vin
Iuliam, Germanico genitas cōiungit. superq; eâ re Senatu
psit, leui cū honore iuuenū. dein redditis absentiæ caussis
modū vagis, flexit ad grauiora, & offensiōes ob Rēp. cœp
vtq; Macro pfectus, tribunorumq; & centurionū pau
sec

secum introirent quoties curiam ingrederetur, *petiuit. factoq́ue* largè, & sine præscriptione generis, aut numeri, SCto; *ne tecta quidem vrbis, adeò publicum consilium numquam adiit, deuiis plerumque itineribus ambiens patriam & declinans.* *Interea magna vis accusatorum in eos inrupit, qui pecunias fœnore auctitabant, aduersum legem Dictatoris Cæsaris, quâ* de modo credendi, possidendique intra Italiam cauetur; *omissam olim, quia priuato vsui bonum publicum postponitur. Sanè vetus vrbi fænebre malum, & seditionum discordiarumq́ue creberrima caussa: eoq́ue cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. Nam primo duodecim tabulis sanctum,* ne quis vnciario fænore amplius exercetet, *cùm antea ex libidine locupletium agitaretur. dein rogatione tribuniciâ,* ad semuncias redacta: *postremò* vetita versura. *multisq́ue plebis scitis obuiam itum fraudibus, quæ toties repressæ, miras per artes rursum oriebantur. Sed tum Gracchus Prætor, cui ea quæstio euenerat, multitudine periclitantium subactus, rettulit ad Senatum. trepidiq́ue Patres (neque enim quisquam tali culpâ vacuus) veniam à principe petiuêre: & concedente,* annus in posterum, sexque menses dati, quîs secundum iussa legis, rationes familiares quisque componerent. *Hinc inopia rei nummariæ, commoto simul omniũ ære alieno: & quia tot damnatis, bonisq́ue eorum diuenditis, signatum argentum fisco vel ærario attinebatur. ad hoc Senatus præscripserat,* duas quisque fænoris partes in agris per Italiam conlocaret. *Sed creditores in solidum appellabant. nec decorum appellatis, minuere fidem. Ita primò concursatio, & preces; dein strepere Prætoris tribunal. eaq́ue quæ remedio quæsita, venditio, & emtio, in contrarium mutari; quia fœneratores omnem pecuniam mercandis agris condiderant. Copiam vendendi secuta vilitate, quanto quis obæratior, ægriùs distrahebant. multiq́ue fortunis prouoluebantur. euersio rei familiaris dignitatem ac famam præceps dabat: donec tulit opem Cæsar, disposito per mensas millies sestertio, factaq́ue mutuandi copiâ sine vsuris per triennium, si debitor populo in duplum prædiis cauisset. Sic refecta fides. & paulatim priuati quoq́ue creditores re-*

perti. neque emtio agrorum exercita ad formam Senatusconsulti. acribus, ut ferme talia, initiis, incurioso fine. Dein redeunt priores metus, postulato maiestatis Considio Proculo. *qui nullo pauore diem natalem celebrans, raptus in curiam pariterque damnatus interfectusque. & sorori eius Sanciæ aquâ atque igni interdictum, accusante Q. Pomponio. Is moribus inquies, hæc* & huiusmodi à se factitari *prætendebat,* ut partâ apud principem gratiâ, periculis Pomponii Secundi fratris mederetur. *Etiam in Pompeiam Macrinam exsilium statuitur, cuius maritum Argolicum, socerum Laconem è primoribus Achæorum Cæsar adflixerat. Pater quoque inlustris eques Romanus, ac frater Prætorius, cùm damnatio instaret, se ipsi interfecère. datum erat crimini* quòd Theophanem Mitylenæum proauum eorum, Gn. Magnus inter intimos habuisset: quodque defuncto Theophani, cœlestes honores Græca adulatio tribuerat. *Post quos Sex. Marius Hispaniarum ditissimus, defertur incestasse filiam, & saxo Tarpeio deiicitur. ac ne dubium haberetur, magnitudinē pecuniæ malo vertisse, aurariasque eius, quamquam publicarentur, sibimet Tiberius seposuit. inritatusque suppliciis, cunctos qui carcere attinebantur accusati societatis cum Seiano, necari iubet. Iacuit immensa strages: omnis sexus, omnis ætas, inlustres, ignobiles: dispersi, aut aggerati. neque propinquis, aut amicis adsistere, inlacrymare, ne visere quidem diutius dabatur. sed circumiecti custodes, & in mærorem cuiusque intenti, corpora putrefacta adsectabantur, dum in Tiberim traherentur: ubi fluitantia, aut ripis adpulsa, non cremare quisquam, non contingere. interciderat sortis humanæ commercium vi metus; quantumque sæuitia glisceret, miseratio arcebatur. Sub idem tempus C. Cæsar discedenti Capreas auo comes, Claudiam M. Silani filiam coniugio accepit; immanem animum subdolâ modestiâ tegens; non damnatione matris, non exsilio fratrum ruptâ voce, qualem diem Tiberius induisset, pari habitu, haut multum distantibus verbis. Unde mox scitum Passieni oratoris dictum percrebuit,* Neque meliorem vnquam seruum, neque deteriorem dominum fuisse. *Non omiserim præsagiū Tiberii, de Ser. Galbâ*

tum

tum Consule; quem accitum, & diuersis sermonibus pertentatum, postremò Græcis verbis in hanc sententiam adlocutus. Et tu Galba quandoq; degustabis imperium. *serā ac breuem potentiam significans, scientia Chaldæorum artis, cuius apiscendæ otium apud Rhodum, magistrum Trasullum, habuit, peritiam eius hoc modo expertus. Quoties super negotio consultaret, edita domus parte, ac liberti vnius conscientia vtebatur. Is litterarum ignarus, corpore valido, per auia ac derupta (nam saxis domus imminet) præibat eum cuius artem experiri Tiberius statuisset: & regredientem, si vanitatis aut fraudum suspicio incesserat, in subiectum mare præcipitabat, ne index arcani existeret. Igitur Trasullus iisdem rupibus inductus, postquam percontantem commouerat, imperium ipsi, & futura sollerter patefaciens: interrogatur, an suam quoque genitalem horam comperisset, quem tum annum, qualem diem haberet. Ille positus siderum, ac spatia dimensus, hærere primò, dein pauescere: & quantum introspiceret, magis ac magis trepidus admirationis & metus. postremò exclamat,* ambiguum sibi ac propè vltimum discrimen instare. *Tum complexus eum Tiberius,* præscium periculorum, & incolumem fore gratatur; *quæq; dixerat* oracli vice accipiens, *inter intimos amicorum tenet. Sed mihi hæc, ac talia audienti, in incerto iudicium est,* fatóne res mortalium & necessitate immutabili, an forte voluantur. *quippe sapientissimos veterum, quiq; sectam eorum æmulantur, diuersos reperies: ac multis* insitam opinionem, non initia nostri, non finem, non denique homines diis curæ. Ideò creberrima & tristia in bonos, læta apud deteriores esse. *Contrà alii,* fatum quidem congruere rebus putant, sed nō è vagis stellis, verū apud principia, & nexus naturaliū caussarum. ac tamen electionem vitæ nobis relinquunt: quam vbi elegeris, certum imminentium ordinem. neque mala vel bona, quæ vulgus putet: multos qui conflictari aduersis videantur, beatos; ac plerosque, quamquam magnas per opes, miserrimos: si illi grauem fortunam constanter tolerēt, hi prosperâ inconsultè vtantur. *Ceterum plurimis mortaliū non eximitur,* q

primo cuiusque ortu ventura destinentur: sed quædam
secus quàm dicta sint cadere, fallaciis ignara dicentium.
ita corrumpi fidem artis, cuius clara documenta, & anti-
qua ætas & nostra tulerit. *Quippe à filio eiusdem Trasulli*
prædictum Neronis imperium in tempore memorabitur, n
nunc incepto longiùs abierim. Iisdem Consulibus Asinii Gall
mors vulgatur, quem egestate cibi peremtum haut dubiũ
sponte vel necessitate, incertum habebatur. Consultusq; Cæsa
an sepeliri sineret, *non erubuit permittere, vltroq;* incusar
casus, qui reum abstulissent antequam coram conuince
retur. *scilicet medio triennio defuerat tempus subeundi iudi*
cium Consulari seni, tot Consularium parenti. Drusus deina
exstinguitur, cùm se miserandis alimentis, mandendo è cubi
tomento, nonum ad diem detinuisset. Tradidêre quidam, de
scriptum fuisse Macroni, si arma ab Seiano tentarentu
extractũ custodiâ iuuenẽ, *(nam in palatio attinebatur)* du
cẽ populo imponere. mox *quia rumor incedebat, fore vt nu*
rui ac nepoti conciliaretur Cæsar; sæuitiam, quàm pœnitentia
maluit. Quin & inuectus in defunctum, probra corporis, ex
itiabilem in suos, infensum Reip. animum obiecit: *recita*
riq; factorum, dictorumq; eius descripta per dies iussit, quono
aliud atrocius visum. adstitisse tot per annos, qui vultum
gemitus, occultum etiam murmur exciperent. & potuis
auum audire, legere, in publicum promere, vix fides; *n*
quòd Actui centurionis, & Didymi liberti epistolæ, seruoru
nomina præferebant, vt quis egredientem cubiculo Dru
sum pulsauerat, exterruerat, *etiam sua verba centurio sæu*
tiæ plena, tamquam egregium, vocesq; deficientis adiecera
quîs primò alienationem mentis simulans, quasi per d
mentiam, funesta Tiberio, mox vbi exspes vitæ fuit, m
ditatas, compositasque diras imprecabatur: vt quema
modum nurum, filiumque fratris, & nepotes, domum
omnem cædibus compleuisset; ita pœnas nomini gene
que maiorum, & posteris exsolueret. *Obturbabant quid*
patres, specie detestandi. sed penetrabat pauor, & admirati
callidum olim & tegendis sceleribus obscurum, huc co

fide

identiæ venisse, vt tamquam dimotis parietibus ostenderet nepotem sub verbere centurionis, inter seruorum ctus, extrema vitę alimenta frustrà orantem. *Nondum is dolor exoleuerat, cùm de Agrippinâ auditum. quam interfecto Seiano spe sustentatam prouixisse reor: & postquàm nihil de sæuitiâ remittebatur, voluntate exstinctam. nisi si negatis alimentis, adsimulatus est finis, qui videretur sponte sumtus. Enimuero Tiberius fœdissimis criminationibus exarsit,* impudicitiam arguens, & Asinium Gallum adulterum, eiusque morte ad tædium vitæ compulsam. *Sed Agrippina æqui impatiens, dominandi auida, virilibus curis, feminarum vitia exuerat. Eodem die defunctam quo biennio antè Seianus pœnas luisset, memoriæque id prodendum addidit Cæsar: iactauitque,* quòd non laqueo strangulata, neque in Gemonias proiecta foret. *Actæ ob id grates, decretumque,* vt quintodecimo kal. Nouembris vtriusq; necis die, per omnes annos, donum Ioui sacraretur. *Haut multo pòst Cocceius Nerua continuus principis, omnis diuini humanique iuris sciens, integro statu, corpore inlæso, moriendi consilium cepit. Quod vt Tiberio cognitum; adsidere, caussas requirere, addere preces, fateri postremò* graue conscientiæ, graue famæ suæ, si proximus amicorum nullis moriendi rationibus vitam fugeret. *auersatus sermonem Nerua, abstinentiâ cibi coniunxit. ferebant gnari cogitationum eius,* quanto propiùs mala Reip. viseret, irâ, & metu, dum integer, dum intentatus, honestum finem voluisse. *Ceterùm Agrippinæ pernicies, quod vix credibile, Plancinam traxit. Nupta olim Gn. Pisoni; & palam læta morte Germanici, cùm Piso caderet, precibus Augustæ, nec minùs inimicitiis Agrippinæ defensa erat. vt odium, & gratia desiere; ius valuit. petitaque, criminibus haut ignotis, suâ manu, sera magis, quàm immerita supplicia persoluit. Tot luctibus funestâ ciuitate, pars mæroris fuit, quòd Iulia Drusi filia, quondam Neronis vxor, denupsit in domum Rubellii Blandi, cuius auum Tiburtem equitem Romanum plerique meminerant. Extremo anni mors Ælii Lamiæ* funere censorio celebrata; *qui administrandæ Suriæ imagine tandem exsolutus, vrbi*

præfuerat. genus illi decorum, viuida ſenectus, & non perm
prouincia dignationem addiderat. Exin Flacco Pompo
Syriæ Proprætore defuncto, recitantur Cæſaris litteræ, quis
cuſabat egregium quemque, & regendis exercitibus ic
neum, abnuere id munus: ſeq; eâ neceſſitudine ad pre
cogi, per quas Conſularium aliqui capeſſere prouinc
adigerentur. *oblitus Arruntium ne in Hiſpaniam perger*
decimum iam annum attineri. Obiit eodem anno & M. L
pidus, de cuius moderatione, atq; ſapientiâ in prioribus lib
ſatis conlocaui. neque nobilitas diutius demonſtranda eſt. qu
pe Æmilium genus fecundum bonorum ciuium, & qui eâd
familiâ corruptis moribus, inluſtri tamen fortunâ egêre. Pa
lo Fabio, L. Vitellio Coss. *poſt longum ſæculorum ambitun*
auis Phœnix in Ægyptum venit; præbuitq; materiem doc
ſimis indigenarum, & Græcorum, multa ſuper eo miraculo d
ſerendi. de quibus congruunt, & plura ambigua, ſed cogn
non abſurda promere libet. Sacrum Soli id animal, & ore
diſtinctu pinnarum à ceteris auibus diuerſum, *conſentiu*
qui formam eius definiêre. De numero annorum *variat*
dantur. maximè vulgatum, quingentorum ſpatium. *ſu*
qui adſeuerent, mille quadringentos ſexaginta vnũ int
iici; prioresq; alites Seſoſtride primùm, pòſt Amaſide d
minantib. dein Ptolemæo, qui ex Macedonib. tertius r
gnauit, in ciuitatẽ cui Heliopolis nomẽ, aduolauiſſe, m
to ceterarũ volucrũ comitatu, nouã faciem mirantiũ.
antiquitas quidem obſcura. inter Ptolemæũ ac Tiberium n
nus ducenti quinquaginta anni fuerunt. vnde nonnulli falſ
hunc phœnicem, neq; Arabum è terris credidêre, nihi
vſurpauiſſe ex his quæ vetus memoria firmauit. confec
quippe annorum numero. vbi mors propinquet, ſuis
terris ſtruere nidum, eique vim genitalem adfundere.
quâ fetum oriri, & primam adulto curam ſepeliendi p
tris. neque id temerè, ſed ſublato murrhę pondere, tent
toque per longum iter, vbi par oneri, par meatui ſit, ſub
re patrium corpus, inque Solis aram perferre, atq; adol
re. *hæc incerta & fabuloſis aucta. Ceterùm* aſpici aliquã 10

Æg

Ægypto eam volucrem, *non ambigitur. At Romæ cæde con-
tinuâ, Pomponius Labeo, quẽ præfuiſſe Mœſiæ rettuli, per ab-
ruptas venas ſanguinem effudit. æmulataq́ue eſt coniunx Pa-
xæa. nam promtas eiuſmodi mortes, metus carnificis faciebat:
& quia damnati, publicatis bonis, ſepulturâ prohibebantur:
orum qui de ſe ſtatuebant, humabantur corpora, manebant
eſtamenta, pretium feſtinandi. Sed Cæſar miſſis ad ſenatum
itteris, diſſeruit*, morem fuiſſe maiorib. quoties dirimerẽt
micitias, interdicere domo, eumq; finem gratię ponere:
d ſe repetiuiſſe in Labeone. atque illum, quia malè admi-
iſtratæ prouinciæ, aliorumq́ue criminũ vrgebatur; cul-
am inuidiâ velauiſſe, fruſtrà conterritâ vxore, quam & ſi
ocentem, periculi tamen expertem fuiſſe. *Mamercus
em Scaurus rurſum poſtulatur, inſignis nobilitate & oran-
is cauſſis, vitâ probroſus. nihil hunc amicitia Seiani, ſed labe-
cit haut minus validum ad exitia Macronis odium, qui
aſdem artes occultiùs exercebat: detuleratq́ue* argumentũ tra-
œdiæ à Scauro ſcriptæ, additis verſibus qui in Tiberium
ecterentur. *Verùm ab Seruilio & Cornelio accuſatoribus,*
dulterium Liuiæ, magorum ſacra obiectabantur. *Scau-
us, vt dignum veteribus Æmiliis, damnationem anteit; hor-
ante Sextiâ vxore. quæ incitamentum mortis, & particeps
uit. Ac tamen accuſatores, ſi facultas incideret, pœnis adficie-
antur: vt Seruilius Corneliusq́ue perdito Scauro famoſi*, quia
ecuniam à Vario Ligure omittendæ delationis ceperãt.
n inſulas, interdicto igni atque aquâ demoti ſunt. *& Ab-
dius Ruſo functus ædilitate, dum Lentulo Getulico, ſub quo le-
ioni præfuerat, periculum faceſſit*, quòd is Seiani filium ge-
erum deſtinaſſet, vltrò damnatur, atque vrbe exigitur.
*etulicus eâ tempeſtate ſuperioris Germaniæ legiones curabat;
irumq́ue amorem adſecutus erat, effuſæ clementiæ, modicus
eueritate, & proximo quoque exercitui per L. Apronium ſo-
rum non ingratus. vnde fama conſtans, auſum mittere ad
æſarem litteras*, Adfinitatem ſibi cum Seiano haut ſpon-
ed conſilio Tiberii cœptam: perinde ſe quàm Tibe-
m falli potuiſſe. neq; errorem eundem illi ſine fraude;

aliis exitio habendum. ſibi fidem integram, &, ſi null
inſidiis peteretur, manſuram: ſucceſſorem non alit
quàm indicium mortis accepturum. firmarent velut fo
dus, quo princeps ceterarum rerum potiretur, ipſe pr
uinciam retineret. *Hæc mira quamquam, fidem ex eo trah
bant, quòd vnus omnium Seiani adfinium incolumis, multa
gratiâ manſit: reputante Tiberio* publicum ſibi odium, e
tremam ætatem, magisq; famâ quàm vi, ſtare res ſuas.
Ceſtio, M. Seruilio Coss. *nobiles Parthi in vrbem venêre
gnaro rege Artabano. Is metu Germanici fidus Romanis,
quabilis in ſuos; mox ſuperbiam in nos, ſæuitiam in popula
ſumſit. fretus bellis, quæ ſecunda aduerſus circumiectas nat
nes exercuerat, & ſenectutem Tiberii vt inermem deſpicie
auidusq; Armeniæ, cui defuncto rege* **Artaxiâ**, *Arſacen li
rorum ſuorum veterrimum impoſuit, additâ contumeliâ.
miſſis qui gazam à Vonone relictam in Syriâ Ciliciaq; re
ſcerent, ſimul veteres Perſarum ac Macedonum termi*
ſeq; inuaſurum poſſeſſa Cyro, & pòſt Alexandro, *per
niloquentiam ac minas iaciebat. Sed Parthis mittendi ſe
tos nuntios validiſſimus auctor fuit Sinnaces, inſigni famili
perinde opib. & proximus huic Abdus, ademtæ virilitatis.
deſpectum id apud barbaros, vltroq; potentiam habet. Ii ad
tis & aliis primoribus, quia neminem gentis Arſacidaru
ſummæ rei imponere poterant, interfectis ab Artabano pler
aut nondum adultis; Phrahaten regis Phrahatis filium R
poſcebant.* Nomine tantùm & auctore opus, vt ſponte
ſaris, vt genus Arſacis, ripam apud Euphratis cernere
*Cupitum id Tiberio. ornat Phrahaten, accingitq; patern
faſtigium: deſtinata retinens, conſiliis & aſtu res externas m
ri, arma procul habere. Interea cognitis inſidiis, Artab
tardari metu, modò cupidine vindictæ inardeſcere. Et barb
cõtatio, ſeruilis: ſtatim exſequi, regiũ videtur. Valuit tamẽ
litas, vt Abdũ ſpecie amicitiæ vocatũ ad epulas lẽto venen
ligaret; Sinnacẽ diſſimulatione ac donis, ſimul per negotia
raretur. Et Phrahates apud Syriam, dum omiſſo cultu Ro
no, cui per tot annos inſueuerat, inſtituta Parthorum ſu
pa*

patriis moribus impar, morbo absumtus est. Sed non Tiberius omisit incepta. Tiridaten sanguinis eiusdem, æmulum Artabano, reciperandæq; Armeniæ Hiberum Mithradatem dirigit, conciliatq; fratri Pharasmani, qui gentile imperium obtinebat. & cunctis, quę apud Orientem parabantur, L. Vitellium præfecit. *Eo de homine haut sum ignarus* sinistram in vrbe famã, pleraque fœda memorari: *ceterùm regendis prouinciis priscâ virtute egit. Vnde regressus, & formidine C. Cæsaris, familiaritate Claudij, turpe in seruitiũ mutatus; exemplar apud posteros adulatorij dedecoris habetur. cesseruntq; prima postremis, & bona iuuentæ senectus flagitiosa oblitterauit. At ex regulis, prior Mithradates Pharasmanen perpulit, dolo & vi conatus suos iuuare: repertiq; corruptores, ministros Arsacis multo auro ad scelus cogunt, simul Hiberi magnis copiis Armeniam irrumpunt, & vrbem Artaxata potiuntur. Quæ postquam Artabano cognita; filium Orodem vltorem parat, datq; Parthorum copias, mittit qui auxilia mercede facerent. Contrà, Pharasmanos adiungere Albanos, accire Sarmatas, quorum Sceptruchi vtrimq; donis acceptis; more gentico diuersa induêre. Sed Hiberi locorũ potentes, Caspiâ viâ Sarmatam in Armenios raptim effundunt. At qui in this aduentabant, facilè arcebantur; cùm alios incessus hostis clausisset, vnum reliquum, mare inter & extremos Albanorum montes, æstas impediret. quia flatibus Etesiarũ implentur vada, hibernus Auster reuoluit fluctus, pulsoq; introrsus freto, breuia litorum nudantur. Interim Orodem sociorum inopem, auctus auxilio Pharasmanes vocare ad pugnam, & detrectantem incessere, adequitare castris, infensare pabula; ac sæpe, modum obsidij, stationibus cingebat. donec Parthi contumeliarum insolentes, circumsisterent regem,* poscerent prœlium. *atq; illis sola in equite vis; Pharasmanes & pedite valebat. nam Hiberi Albaniq; saltuosos locos incolentes, duritiæ patientiæq; magis insueuere. Feruntq; se Thessalis ortos, qua tempestate Iason post auectam Medeam, genitosq; ex ea liberos, inanem mox regiam Æëtæ, vacuosq; Colchos repetiuit. Multa de nomine eius, & oraculum Phryxi celebrant. Nec quis-*

quam ariete ſacrificauerit, credito vexiſſe Phryxum: ſiue id a
nimal, ſeu nauis inſigne fuit. Ceterùm directâ vtrimque aci
Parthus imperium Orientis, claritudinem Arſacidarun
contraq; ignobilem Hiberum mercenario milite, diſſ
rebat. *Pharaſmanes* integros ſemet à Parthico dominatu
quanto maiora peterent, plus decoris victores, aut ſi ter
darent, flagitii atq; periculi laturos. ſimul horridam ſu
rum aciem, picta auro Medorum agmina; hinc viros, in
prædam oſtendere. *Enim verò apud Sarmatas non vna v*
ducis. ſe quiſq; ſtimulant, ne pugnam per ſagittas iniret, impe
& comminus præueniendum. Variæ hinc bellantiũ ſpecies. cu
Parthus ſeq; vel fugere pari arte ſuetus, diſtraheret turmas, ſ
tium ictib. quæreret: Sarmatæ omiſſo arcu, quo breuius vale
contis gladiiſq; ruerent, modò equeſtris prœlii more, frontis
tergi vices; aliquando, vt conſerta acies, corporib. & pulſu arm
rum pellerent, pellerentur. Iamq; & Albani Hiberiq; prenſa
detrudere, ancipitem pugnam hoſtib. facere. Quos ſuper, eq
& propioribus vulneribus pedites adflictabant. Inter quæ P
raſmanes Orodeſq; dum ſtrenuis adſunt, aut dubitantibus ſ
ueniunt, conſpicui, eoq; gnari; clamore, telis, equis concurr
inſtantius Pharaſmanes. nam vulnus per galeam adegit,
iterare valuit, prælatus equo, & fortiſſimis ſatellitum pr
gentibus ſaucium. Fama tamen occiſi falsò credita, exter
Parthos, victoriamq; conceſſere. Mox Artabanus tota re
regni vltum iit. id peritiâ locorum, ab Hiberis melius pugn
net: ideo abſcedebat, ni contractis legionibus Vitellius, &
dito rumore tamquam Meſopotamiam inuaſurus, met
Romani belli feciſſet. *Tum omiſſâ Armenia, verſaq;*
tabani res: illiciente Vitellio, deſererent regem ſæuun
pace, & aduerſis prœliorum exitioſum. *Igitur Sinnaces*
ante infenſum memoraui, patrem Abdageſem, aliosq; occ
conſulit, & tunc continuis cladibus promtiores ad defectio
trahit: adfluentibus paulatim, qui metu magis quàm ben
lentiâ ſubiecti, repertis auctoribus ſuſtulerant animum.
iam aliud Artabano reliquum, quàm ſi qui externorum
pori cuſtodes aderant: ſuis quiſq; ſedibus extorres, quis neq;
in

delectus,neq; mali cura,sed mercede aluntur, ministri scele-rum.His adsumtis,in longinqua & contermina Scythiæ fugam maturauit, spe auxilij: quia Hyrcanis Carmaniisq; per adfinitatem innexus erat. Atque interim posse Parthos absentium æquos,præsentibus mobiles, ad pœnitentiam mutari. At Vitellius profugo Artabano, & flexis ad nouum regem popularium animis, hortatus Tiridaten parata capessere, robur legionum, sociorumq; ripam ad Euphratis ducit. Sacrificantib. cùm hic more Romano Suouetaurilia daret, ille equũ placando amni adornasset; nuntiauere accolæ Euphratẽ nullâ imbrium vi,sponte& immensum attolli:simul albẽtibus spumis in modũ diadematis sinuare orbes; auspicium prosperi transgressus. quidam callidiùs interpretabãtur, initia conatus secunda,neq; diuturna: quia eorũ quæ terra cælóue portenderentur,certior fides; fluminũ instabilis natura,simul ostenderet omina,raperetq;. Sed ponte nauibus effecto,tramissoq; exercitu,primus Ornospades multis equitum milib.in castra venit:exsul quõdam,& Tiberio,cùm Dalmaticum bellum conficeret,haut inglorius auxiliator,eoq; ciuitate Romanâ donatus. mox repetitâ amicitiâ regis, multo apud eum honore, præfectus campis,qui Euphrate & Tigre inclutis amnibus circumflui Mesopotamiæ nomen acceperunt. Neque multo post. Sinnaces auget copias: & columen partium Abdagæses,gazam & paratus regios adicit. Vitellius ostentasse Romana arma satis ratus,monet Tiridaten primoresq;:hunc, Phraatis aui & altoris Cæsaris, quæ vtrobiq; pulchra, meminerit;illos,obsequiũ in regẽ,reuerentiã in nos, decus q sq; suum & fidem retineret. Exin cum legionib. in Syriam remeauit. Quæ duabus æstatibus gesta coniunxi, quò requiesceret animus a domesticis malis. Non enim Tiberium, quamquã triennio post cædem Seiani,quæ ceteros mollire solent,tẽpus,preces, satias,mitigabant,quin incerta vel abolita pro grauissimis & recentibus puniret. Eo metu Fulcinius Trio ingruentis accusatores haut perpessus,supremis tabulis multa & atrocia in Macronem ac præcipuos libertorum Cæsaris composuit:ipsi fluxã senio mentẽ, & cõtinuo abscessu, velut exiliũ obiectãdo. Quæ ab

heredibus occultata, recitari Tiberius iuſſit: patientiam lib-
tatis alienæ oſtentans, & contemtor ſuæ infamiæ, an ſcelerum
Seiani diu neſcius, mox quoque modo dicta vulgari maleb-
veritatiſque, cui adulatio officit, per probra ſaltem gnarus
ri. Iiſdem diebus Granius Martianus Senator a C. Gr-
cho maieſtatis poſtulatus, vim vitæ ſuæ attulit. Tatiuſq; G-
tianus Prætura functus, lege eâdem extremũ ad ſuppliciũ
mnatus. Nec diſpares Trebelliem Rufi, & Sextij Pacon-
exitus. Nam Trebellienus ſuâ manu cecidit; Pacomianus
carcere, ob carmina illic in principẽ factitata, ſtrangulatus
Hæc Tiberius non mari, vt olim, diuiſus, neque per longin-
nuntios accipiebat, ſed vrbem iuxta; eodem vt die vel n-
interiectu, litteris Conſulum reſcriberet: quaſi aſpiciens vn-
tem per domos ſanguinem, aut manus carnificum. Fine
Poppæus Sabinus conceſſit vitâ, modicus originis, princip-
amicitiâ Conſulatum ac triumphale decus adeptus. maxim-
prouinciis per quattuor & viginti annos impoſitus, nulla
eximiã artem, ſed quòd par negotijs, neq; ſupra erat. Q. P-
tius Sext. Papinius Coss. *ſequuntur. Eo anno* ** neq; q
L. Aruleius morte adfecti forent adſuetudine malo
vt atrox aduertebatur: *ſed exterruit, quòd Vibulenus*
grippa eques Romanus, cùm perorassent accuſatores, in ipſ-
riâ depromtum ſinu venenum hauſit: prolapſuſq; ac mori-
dus feſtinatis lictorum manibus in carcerem raptus eſt, fa-
que iam exanimis laqueo vexatæ. Ne Tigranes quidem
meniâ quondã potitus, ac tunc reus, nomine regio ſupplic-
uium effugit. At C. Galba Conſularis, & duo Blæſi volun-
exitu cecidere: Galba, triſtibus Cæſaris litteris prouinciã
tiri prohibitus; *Blæſiis ſacerdotia integrâ eorum domo*
nata, conuulsâ, diſtulerat: tunc vt vacua contulit in ali-
ſignum mortis intellexere, *& exſecuti ſunt. Et Æ-*
Lepida, quam iuueni Druſo nuptam rettuli, crebris crim-
bus maritum inſecuta, *quamquam inteſtabilis, tamen in-*
nita agebat, dum ſuperſuit pater Lepidus. poſt à delatorib.
ripitur, ob ſeruum adulterũ. *nec dubitabatur de flagitio*
go omiſſâ defenſione, finem vitæ ſibi poſuit. Per idem tempu-

tar

rum natio Cappadoci Archelao ſubiecta, quia noſtrum in
odum deferre cenſus, pati tributa adigebatur, in iuga Tau-
montis abſceſſit: locorúmque ingenio ſe e contra imbelles re-
copias tutabatur: donec M. Trebellius legatus à Vitellio
ſide Syriæ cum quattuor millibus legionariorum, & delectis
xilijs miſſus, duos collis, quos barbari inſederãt (minori Ca-
i, alteri Dauara nomen eſt) operibus circũdedit. & erum-
e auſos ferro; ceteros ſiti, ad deditionem coëgit. At Tiridates
entibus Parthis Nicephorium & Anthemuſiada, ceteráſ-
e vrbes, quæ Macedonibus ſitæ, Græca vocabula vſurpant,
lúmque & Artemitam Parthica opida recepit; certanti-
gaudio, qui Artabanum Scythas inter eductum ob ſæuitiã
ecrati, come Tiridatis ingenium Romanas per artes ſpera-
t. Plurimum adulationis Seleucenſes induêre, ciuitas po-
ſepta muris, neq; in barbarum corrupta, ſed conditoris Se-
ci retinens. Trecenti opibus, aut ſapientia delecti, vt Sena-
ſua populo vis, & quoties concordes agunt, ſpernitur Par-
: vbi diſſenſere, dum ſibi quiſq; contra æmulos ſubſidium
nt, accitus in partem, aduerſum omnes valeſcit. Id nu-
acciderat Artabano regnante, qui plebem primoribus
lidit ex ſuo vſu. nam populi imperium, iuxta libertatem;
corum dominatio, regiæ libidini propior eſt. Tum aduen-
tem Tiridaten extollũt, veterum regum honoribus, & quos
ens ætas largius inuenit. ſimul probra in Artabanum fun-
ant, materna origine Arſaciden, cetera degenerem.
ridates rem Seleucenſem populo permittit. mox conſultans,
o nam die ſolemnia regni capeſſeret; *litteras Phrahatis*
Hieronis, qui validiſſimas præfecturas obtinebant, accipit,
uem moram precantium. *Placitúmque opperiri viros*
pollentis. Atque interim Cteſiphon ſedes imperij petita. Sed
diem ex die prolatabant, multis coràm & adprobantibus,
ena patrio more Tiridatem inſigni regio euinxit. Ac ſi ſta-
interiora ceteraſq; nationes petiuiſſet, oppreſſa contantiũ
tatio, & omnes in vnũ cedebant. Adſidendo caſtellum, in q
niã & pellices Artabanus contulerat, dedit ſpatiũ exuend
Nam Phrahates & Hiero, & ſi qui alij dilectũ capiend

diademati diem non concelebrauerant, pars metu, quidam inuidiâ in Abdagesen, qui tum aulâ, & nouo rege potiebatur, ad Artabanum vertêre. Isque in Hyrcanis repertus est, in- uit obsitus, & alimenta arcu expediens. ac primò tamquam dolus pararetur, territus; vbi data fides reddendæ dominati- venisse, adleuatur animum, & quæ repentina mutatio exq- rit. Tum Hiero pueritiam Tiridatis increpat: neq; pen- Arsacidem imperium, sed inane nomen apud imbelli- externâ mollitiâ: vim in Abdagesis domo. *Sensit vetus gnandi, falsos in amore, odia non fingere. nec vltra moratus, dum Scytharum auxilia conciret, pergit properus, & præue- inimicorum astus, amicorũ pœnitentiã. neque exuerat pædor- ut vulgum miseratione aduerteret. non fraus, non preces; n- omissum, quo ambiguos inliceret, promptos firmarêtur. Iamque tâ manu propinqua Seleuciæ aduentabat; cum Tiridates si- famâ atque ipso Artabano perculsus, distrahi consiliis, iret co- an bellum cunctatione tractaret. Quibus prœlium & festi- casus placebant,* disiectos & longinquitate itineris fesso- animo quidem satis ad obsequium coaluisse *differunt;* ditores nuper hostesq; eius, quem rursum foueant. *Ve- Abdageses* regrediendum in Mesopotamiam: censeba- amne obiecto Armeniis interim Elymęisq; & ceteris a- go excitis, aucti copiis socialibus, & quas dux Rom- misisset, fortunam tentarent. *Ea sententia valuit, quia rima auctoritas penes Abdagesen, & Tiridates ignauus a- ricula erat. sed fugæ specie discessum, ac principio a gente A- facto, ceteri domos abeunt, vel in castra Artabani: donec T- dates cum paucis in Syriam reuectus, pudore proditionis o- exsoluit. Idem annus graui igne vrbem adficit, deustâ part- ci, quæ Auentino contigua, ipsoque Auêtino. quod damnum sar ad gloriam vertit, exsolutis domuum & insularum p- Millies sestertium eâ munificentiâ conlocatum: tanto acc- in vulgum, quanto modicus priuatis ædificationibus. Ne p- quidem nisi duo opera struxit, templum Augusto, & sce- Pompeiani theatri: eaque perfecta contemtu ambitionis, - sin Etutem haud dedicauit. sed æstimando cuiusque detri- quatuor progeneri Cæsaris, Gn. Domitius, Cassius Lõgin-*

Vinicius, Rubellius Blandus delecti, additusq; nominatione
Consulum P. Petronius Et pro ingenio cuiusq; quæsiti decretiq;
i principem honores. Quos omiserit receperitne in incerto fuit,
ɔ propinquum vitæ finem. Neque enim multo post supremi
Tiberio Consules, Gn. Acerronius, C. Pontius magistratum
cepere, nimiâ iam potentiâ Macronis: qui gratiam C. Cæsaris
umquã sibi neglectam, acrius in dies fouebat. impuleratq; post
ortem Claudiæ, quam nuptam ei rettuli, vxorem suam Enniã
imittendo, amore iuuenem inlicere. pactoq; matrimonii vin-
re, nihil abnuentem dum dominationis apisceretur. Nam &
commotus ingenio; simulationum tamen falsa, in sinu aui per-
6 dicerat. Gnarum hoc principi. eoq; dubitauit de tradendâ
ep. primùm inter nepotes, quorum Druso genitus, san-
uine & caritate propior, sed nõdum pubertatem ingres-
s: Germanici filio robur iuuentæ, vulgi studia, eaque
ɔud auum odii caussa. Etiam de Claudio agitanti, quòd is
ompositâ ætate bonarum artium cupiens erat, imminu-
mens eius obstitit. Sin extra domum successor quęrere-
r, ne memoria Augusti, ne nomen Cæsarũ in ludibria &
ntumelias verteret, metuebat. quippe illi nõ perinde curæ,
atia præsentium, quam in posteros ambitio. Mox incertus a-
mi, fesso corpore, consilium cui impar erat, fato permisit: iactis
mẽ vocib. per quas intelligeretur prouidus futurorum.
Iamq; Macroni non abditâ ambage, Occidentem ab eo de-
ri, Orientem spectari exprobrauit. Et C. Cæsari fortè orto
rmone L. Sullam inridenti, omnia Sullę vitia, & nullã eius-
em virtutem habiturum prædixit. simul crebris cum lacry-
is minorem ex nepotibus complexus, truci alterius vultu: oc-
des hunc tu, inquit. & te alius. Sed grauescente valetudine,
hil è libidinibus omittebat in patientiâ firmitudinem simulãs:
lituśq; eludere medicorum artes, atq; eos qui post tricesimum
atis annum ad internoscenda corpori suo vtilia vel noxia, ali-
ni consilii indigerent. Interim Romæ futuris etiam post Tibe-
um cædibus semina iaciebantur. Lælius Balbus Acutiam P.
itellij quondam vxorem maiestatis postulauerat: quâ da-
nata, cũ præmiũ accusatori decerneretur, Junius Otho tribunus

plebei interceſſit. vnde illis odia, mox Othoni exſilium. Dein,
multorum amoribus famoſa Albucilla, cui matrimonium cum
Satrio Secundo coniurationis indice fuerat, defertur impieta-
tis in principem. *connectebantur* vt conſcii & adulteri eius,
Gn. Domitius, Vibius Marſus, L. Arruntius. de claritudine
Domitij, ſupra memoraui. Marſus quoque vetuſtis honoribus
& inluſtris ſtudiis erat. Sed teſtium interrogationi, tormē-
tis ſeruorum Macronem præſediſſe commentarii ad Se-
natum miſſi ferebant: *nullæque in eos imperatoris litteræ, ſuſpi-*
cionem dabant, inualido ac fortaſſe ignaro, ficta pleraque ob ini-
micitas Macronis notas in Arruntiū. Igitur Domitius de-
fenſionem meditans, Marſus tamquam inediam deſtinauiſſet,
produxere vitam. Arruntius cunctationem & moras ſuadenti-
bus amicis: Non eadem omnibus decora reſpōdit. ſibi ſa-
tis ætatis. neque aliud pœnitendum, quàm quòd inter lu-
dibria & pericula anxiam ſenectam tolerauiſſet, diu Seia-
no, nunc Macroni, ſemper alicui potentium inuiſus; non
culpâ, ſed vt flagitiorum impatiens. Sanè paucos & ſupre-
mos principis dies poſſe vitari: quemadmodum euaſurū
imminentis iuuentam? An cùm Tiberius poſt tantam
rerum experientiam, vi dominationis conuulſus & mu-
tatus ſit: C. Cæſarem vix finitâ pueritiâ, ignarum omniū,
aut peſſimis innutritum, meliora capeſſiturum Macrone
duce? qui vt deterior ad opprimendum Seianū delectus,
plura per ſcelera Remp. conflictauiſſet. proſpectare iam
ſe acrius ſeruitium, eoque fugere ſimul acta & inſtantia.
Hæc vatū in modum dictitans, venas reſoluit. Documento ſe-
quentia erunt, benè Arruntium morte vſum. Albucilla inrito
ictu a ſemet vulnerata, iuſſu Senatus in carcerem fertur. Stu-
prorum eius miniſtri, Graſidius Sacerdos Prætorius vt in
inſulam deportaretur, Pontius Fregellanus amitteret or-
dinem Senatorium: *& eædem pœnæ in Laliū Balbū decernū-*
tur. id quidem à lætantibus, quia Balbus truci eloquentiâ habe-
batur, promtus aduerſum inſontes. Iiſdem diebus Sex. Papinius
Cōſulari familiâ, repentinū & informē exitū dilegit, iacto in pr̄-
ceps corpore. cauſſa ad matrē referebatur, *quæ pridē repudiata,*
adſen-

adsentationibus atq; luxu perpulisset iuuenem ad ea, quorum effugium non nisi morte inueniret. Igitur accusata in Senatu, quamquam genua patrum aduolueretur, luctumq; communẽ, & magis imbecillum tali super casu feminarum animum, aliaq; in eundem dolorem mœsta & miseranda diu ferret, vrbe tamẽ in decem annos prohibita est, donec minor filius lubricũ

50 iuuentæ exiret. *Iam Tiberium corpus, iam vires, nondum dissimulatio deserebat. Idem animi rigor, sermone ac vultu intentus, quæsitâ interdum comitate, quamuis manifestam defectionem tegebat. mutatisq; sæpius locis, tandem apud promontorium Miseni consedit, in villâ, cui L. Lucullus quondam dominus. illic eum adpropinquare supremis, tali modo compertũ. Erat medicus arte insignis, nomine Charicles, non quidem regere valetudines principis solitus, consilii tamen copiam præbere. Is velut propria ad negotia digrediens, & per speciem officii manum complexus, pulsum venarum attigit: neq; fefellit. Nam Tiberius incertum an offensus, tantoq; magis iram premens, instaurari epulas iubet, discumbitq; vltra solitum; quasi honori abeuntis amici tribueret. Charicles tamen* labi spiritum, nec vltra biduum duraturum Macroni firmauit. *Inde cuncta conloquiis inter præsentes, nuntiis apud legatos & exercitus festinabantur. Decimoseptimo kalend. Aprilis interclusâ animâ,* creditus est mortalitatem expleuisse. *Et multo gratantum concursu, ad capienda imperii primordia C. Cæsar egrediebatur. Cum repentè adfertur,* redire Tiberio vocem ac visus, vocarique qui recreandæ defectioni cibum adferrent. *Pauor hinc in omnes, & ceteri passim dispergi*, se quisq; mæstum aut nescium fingere. *Cæsar in silentium fixus, a summâ spe, nouissima exspectabat. Macro intrepidus*, opprimi senem iniectu

51 multæ vestis iubet, discediq; ab limine. *Sic Tiberius finiuit, octauo & septuagesimo ætatis anno. Pater ei Nero, & vtrimq; origo gentis Claudiæ, quamquam mater in Liuiam, & mox Iuliam familiam, adoptionib. transierit. casus primâ ab infantiâ ancipites. nam proscriptum patrem exsul secutus, vbi domũ Augusti priuignus introiit, multis æmulis conflictatus est; dũ Marcellus & Agrippa, mox Caius Luciusq; Cæsares, viguere.*

Etiam frater eius Drusus prosperiore ciuium amore erat. Se
maximè in lubrico egit acceptâ in matrimonium Juliâ, impu
dicitiam vxoris tolerans aut declinans. Dein Rhodo regressus
vacuos principis penates duodecim annis, mox rei Romanæ ar
bitrium tribus fermè & viginti optinuit. Morum quoq; tem
pora illi diuersa: egregium vitâ famaq; quoad priuatus, vel in
imperiis sub Augusto fuit: occultum ac subdolum fingendis vi
tutibus, donec Germanicus ac Drusus superfuere. Idem inte
bona malaq; mixtus, incolumi matre: intestabilis sæuitia, se
obtectis libidinib. dum Seianum dilexit, timuitue. Postremò in
scelera simul ac dedecora prorupit, postquam remoto pudore e
metu, suo tantum ingenio vtebatur.

C. CORNELII TA CITI AB EXCESSV DI VI AVGVSTI ANNALIVM

LIBER XI.

NAM Valerium Asiaticum bis consulem, fuis
quondam adulterum eius credidit: *pariterq; hort*
inhians, quos ille à Lucullo emtos insigni magnificenti
extollebat, Suilium accusandis vtrisq; immittit. Adiungitu
Sosibius Britannici educator, qui per speciem beneuolentiæ mo
neret Claudium, auri vim atq; opes principibus infensas
præcipuum auctorem Asiaticum interficiendi Cæsaris, n
extimuisse concionem populi Romani, gloriamq; faci
noris vltrò petere, clarum ex eo in vrbe, ditâ p prouin
cias famâ, parare iter ad Germanicos exercitus; quand
genitus Viennæ, multisq; & validis propinquitatib. sub
nixus, turbare gentiles nationes promtū haberet. *At Clau*
dius nihil vltra scrutatus, citis cum militibus tamquam oppri
mendo bello, Crispinum prætorii præfectum misit: a quo repertu
est apud Baias, vinclisq; inditis in vrbe raptus, neq; datâ Sena
tus copiâ intra cubiculum auditur, Messallinâ corā. Et Suilio
corruptionē militū, quos pecunia & stupro in omni flagi
tio obstrictos *arguebat, exin* adulterium Poppææ, *ac postre*

mum

mum, mollitiam corporis *obiectante. Ad quod victo silentio prorupit reus, &* Interroga, *inquit*. Suili filios tuos, virũ me esse fatebuntur: *ingessitq; defensionem, commoto maiorem in modum Claudio, Messalinæ quoque lacrymas exciuit. quibus abluendis cubiculo egrediens, monet Vitellium* ne elabi reum sineret. *Ipsa ad perniciem Poppææ festinat, subditis qui terrore carceris ad voluntariam mortem propellerent: adeò ignaro Cæsare, vt paucos post dies epulantem apud se maritum eius Scipionem percontaretur, cur sine vxore discubuisset? atque illem functam fato responderet. Sed consultanti super absolutione Asiatici, flens Vitellius commemoratâ vetustate amicitiæ*, vtque Antoniam principis matrẽ pariter obseruassent, *dein percursis* Asiatici in Remp. officiis, recentiq; aduersus Britanniam militiâ, quæq; alia conciliandæ misericordiæ videbantur: liberum ei mortis arbitrium permisit. *& secuta sunt Claudii verba, in eandem clementiam. Hortantib. dehinc quibusdam inediam & lenẽ exitum*, remittere beneficiũ *Asiaticus ait: vsurpatis quibus insueuerat exercitationibus, lauto corpore, hilarè epulatus*, cùm se honestiùs calliditate Tiberii, vel impetu C. Cæsaris periturũ dixisset, quàm quod fraude muliebri & impudico Vitellii ore caderet, *venas exsoluit, viso tamen antè rogo*, iussoq; trãsferri partẽ in aliam, ne opacitas arborũ vapore ignis minueretur. *Tantum illi securitatis nouissimæ fuit. Vocãtur post hæc patres, pergitq; Suilius addere reos equites Romanos illustres, quibus* Petra *cognomentũ. At caussa necis ex eo* ꝙ domum suam Mnesteris & Poppææ congressib. præbuissent. *Verum* nocturnæ quietis species *alteri obiecta*, tamq̃ vidisset Claudiũ spicea corona euinctũ, spicis retro conuersis: eaq; imagine grauitatẽ annonæ dixisset. Quidam pampineã coronã albentib. foliis visam, atq; ita interpretatũ *tradidere*, vergente autumno mortẽ principis ostẽdi. *Illud haut ambigitur, qualicumq; insomnio ipsi fratriq; perniciẽ allatã. Sestertiũ quindecies, & insignia Præturæ Crispino decreta. Adiecit Vitellius* sestertiũ decies Sosibio: ꝙ Britãnicũ p̃ceptis, Claudiũ cõsiliis iuuaret. *Rogatus sententiã & Scipio: cũ idẽ, inqt*, de admissis Poppææ

sentiam quod omnes, putate me idē dicere quod omnes. *eleganti temperamento inter coniugalem amorem, & Senatoriam necessitatem. Continuus inde & sæuus accusandis reis Suilius, multiq́; audaciæ eius æmuli. Nam cuncta legum & magistratuum munia in se trahens princeps, materiam prædandi patefecerat. nec quidquā publicæ mercis tam venale fuit, quam aduocatorum perfidia: adeò vt Samius insignis eques Romanus, quadringentis nummorum milib. Suilio datis, & cognitâ præuaricatione, ferro in domo eius incubuerit. Igitur incipiente C. Silio Consule designato, cuius de potentiâ & exitio in tempore memorabo, consurgunt Patres, legemq́; Cinciam flagitant.* qua cauetur antiquitus, ne quis ob caussam orandam pecuniā donúmue accipiat. *Deinde obstrepentibus his quibus ea contumelia parabatur, discors Suilio Silius acriter incubuit, veterum oratorum exempla referens,* qui famā in posteros, præmia eloquentiæ cogitauissent pulcerrima alioquin & bonarum artium principem sordidis ministeriis fœdari: nec fidem integram manere, vbi magnitudo quæstuum spectetur. quòd si in nullius mercedē negotia tueantur, pauciora fore: nunc inimicitias, accusationes, odia, & iniurias foueri, vt quomodo vis morborū pretia medentib. sic fori tabes pecuniā aduocatis ferat. meminissent C. Asinii, & Messallę, ac recentiorum Arruntii & Esernini. ad summa prouectos incorruptâ vitâ & facundiâ. *Talia dicente Consule designato, consentientibus aliis parabatur sententiâ, quâ lege repetundarum tenerentur: cùm Suilius, & Cossutianus, & ceteri qui non iudicium (quippe in manifestos) sed pœnā statim videbant, circumsistunt Cæsarem, ante acta deprecantes. Et postquam annuit tacens, incipiunt.* Quem illum tantâ superbiâ esse, vt æternitatem famæ spe præsumat? vsui & rebus subsidium præparari, ne quis inopiâ aduocatorū potentioribus obnoxius sit. neque tamen eloquentiam gratuitò contingere: omitti curas familiares, vt quis se alienis negotiis intendat. multos militiâ, quosdam exercendo agros tolerare vitam. Nihil à quoquam expeti, nisi cuius fructus antè prouiderit. Facilè Asinium, & Messallam,

inter Antonium & Augustum bellorum pręmiis refertos aut ditium familiarum heredes Esernimos & Arruntios, magnum animum induisse: promta sibi exempla quãtis mercedibus P. Clodius aut C. Curio concionari soliti sint. se modicos Senatores, quietâ Rep. nulla nisi pacis emolumenta peterent: cogitare plebem, quâ togâ enitesceret: sublatis studiorum pretiis, etiam studia peritura, vt minus decora. *Hæc ita haut frustra dicta princeps ratus*, capiendis pecuniis posuit modum, vsq; ad dena sestertia, quæ egressi repetundarum tenerentur. *Sub idem tempus Mithradates quem imperitasse Armeniis, & ad præsentiam Cæsaris vectum memoraui*, monente Cludio in regnum remeauit, *fisus Pharasmanis opibus. Is rex Hyberis, idemq; Mithradatis frater nuntiabat* discordare Parthos: summaq: imperii ambiguâ, minora sine cura haberi. *Nam inter Gotarzis pleraq; sæua (qui necem fratri Artabano, coniugiq; ac filio eius præparauerat, vnde metus eius in ceteros) acciuere Bardanem. Ille vt erat magnis ausis promtus, biduo tria milia stadiorum inuadit, ignarumq; & exterritum Gotarzem proturbat: neque cunctatur, quin proximas præfecturas corripiat, solis Seleucensibus dominationem eius abnuentibus. In quos vt patris sui quoq; defectores, ira magis quàm ex vsu præsenti accensus, implicatur obsidione vrbis validæ, & monumentis obiecti amnis muroq; & commeatibus firmatæ. Interim Gotarzes Daharum Hyrcanorumq; opibus auctus, bellum renouat: coactusq; Bardanes omittere Seleuciam, Bactrianos apud campos castra contulit. Tunc distractis Orientis virib. & quonam inclinarent incertis; casus Mithradati datus est occupandi Armeniam, vi militis Romani ad excidenda castellorum ardua, simulq; Hybero exercitu campos persultante: Nec enim restiuere Armenii, fuso qui prælium ausus erat Demonacte præfecto. Paululum cunctationis attulit rex minoris Armeniæ Cotys, versis illuc quibusdam procerum; deinde literis Cæsaris coërcitus. & cuncta in Mithradatem fluxere, atrociorem quam nouo regno conduceret. At Parthi imperatores cum pugnam pararent, fœdus repentè faciunt, cognitis popularium insidiis, quas Gotarzes fratri pate-*

fecerat. congressiq́; primo cunctanter, deinde complexi dextras, apud altaria Deûm pepigere, fraudem inimicorum vlcisci, atq; ipsi inter se concedere. Potiorq́; Bardanes visus retinendo regno. At Gotarzes, ne quid æmulationis exsisteret penitus in Hyrcaniam abiit: regressoq́; Bardani deditur Seleucia, septimo post defectionem anno; non sine dedecore Parthorum, quos vna ciuitas tamdiu eluserat. Exin validissimas præfecturas inuasit. & reciperare Armeniam, ni Vibio Marso Syriæ legato bellum minitante cohibitus foret. Atq; interim Gotarzes pœnitentiâ concessi regni, & reuocante nobilitate, cui in pace durius seruitium est, contrahit copias. & huic contra itum ad amnem Erindem: in cuius transgressu multum certato, peruicit Bardanes, prosperisq; prœliis medias nationes subegit ad flumen Ginden, quod Dahas Ariosq; disterminat. Ibi modus reb. secundis positus. nam Parthi quamquam victores, longinquam militiã aspernabantur. Igitur exstructis monimentis, quibus opes suas testabatur, nec cuiquam ante Arsacidarum tributa illis de gentibus parata, regreditur: ingens gloriâ, atq; eò ferocior, & subiectis intolerantior. Qui dolo antè composito, incautum venationiq́; intentum interfecere, primam intra iuuentam, sed claritudine paucos inter senum regum, si perinde amorem inter populares, quam metum apud hostes quæsiuisset. Nece Bardanis turbatæ Parthorum res, inter ambiguos quis in regnum acciperetur. Multi ad Gotarzen inclinabant; quidam ad Meherdatem prolem Phrahatis obsidio nobis datum. Deinde præualuit Gotarzes. potiusq; regiâ, per sæuitiem ac luxũ adegit Parthos mittere ad principem Romanum occultas preces, quis permitti Meherdatem patrium ad fastigium orabant. Iisdem Consulibus ludi sæculares octingentesimo post Romam conditam, quarto & sexagesimo quam Augustus ediderat, spectati sunt. Vtriusq; principis rationes prætermitto, satis narratas libris quibus res imperatoris Domitiani composui. nam is quoque edidit ludos seculares. iisq; intentiùs affui, sacerdotio Quindecimuirali præditus, ac tum Prætor. quod non iactantia refero, sed quia collegio Quindecimuirûm antiquitùs ea cura, & magistratus potissimùm exsequebantur officia cærimoniarum. Sedente

*lente Claudio Circensibus ludis, cùm pueri nobiles equis ludi-
rum Troiæ inirent, interq́; eos Britannicus imperatore geni-
us, & L. Domitius adoptione mox in imperium & cognomen-
um Neronis adscitus; fauor plebis acrior in Domitium, loco
ræsagii acceptus est. vulgabaturq́;* affuisse infantiæ eius dra-
ones in modum custodum, *fabulosa & externis miraculis
simulata. nam ipse haut quaquam sui detractor,* vnâ omni-
12 o anguem in cubiculo visam *narrare solitus est. Verùm in-
linatio populi super erat ex memoriâ Germanici, cuius illa re-
qua suboles virilis: & matri Agrippinæ miseratio augebatur,
b sæuitiam Messallinæ. quæ semper infesta, & tunc commotior,
uo minus strueret crimina & accusatores, nouo & furori pro-
imo amore destinebatur. Nam in C. Silium iuuentutis Roma-
æ pulcherrimum ita exarserat, vt Iuniam Syllanam nobilem
minam, matrimonio eius exturbaret, vacuoq́; adultero poti-
etur. Neq; Silius flagitii aut periculi nescius erat; sed certo si
bnueret exitio, & nonnullâ fallendi spe. simul magnis præmiis;
periri futura, & præsentibus frui pro solatio habebat. Illa non
rtim, sed multo comitatu ventitare domum, egressibus adhæ-
scere, largiri opes, honores: postremò velut trāslatâ iam fortu-
â, serui, liberti, paratus principis apud adulterum visebātur.
13 At Claudius matrimonii sui ignarus, & munia censoria vsur-
ans,* theatralem populi lasciuiam seueris edictis increpuit,
quòd in P Pomponium Consularem (*is carmina scenæ da-
bat*) inq; feminas illustres probra iecerat. *Et lege latâ,* sæui-
iam creditorum coërcuit, ne in mortē parētum pecuni-
is filiis familiarū fenori darent. *Fontesq́; aquarum Simbrui-
nis collib. deductos, vrbi intulit. Ac nouas litterarum formas ad-
didit, vulgauitq́;: comperto* Græcam quoq. litteraturam nō
simul cœptam, absolutamq́;. *Primi per figuras animalium
14 Ægyptii sensus mentis effingebant; & antiquissima monimen-
ta memoriæ humanæ impressa saxis cernuntur; & litterarum
semet inuentores perhibent: Inde Phœnicas, quia mari præpolle-
bant, intulisse Græciæ, gloriamq́; adeptos, tamquam repererint q̃
acceperāt. Quippe fama est* Cadmū classe Phęnicū vectū, ru-
ib. adhuc Græcorū populis artis ei⁹ auctorē fuisse. *Quidā*

Cecropem Athenienſem, vel Linum Thebanum, & temporibus Troianis Palamedem Argiuum *memorant*, ſexdecim literarum formas, mox alios, ac pręcipuum Simonidē ceteras reperiſſe. *At in Italiâ Etruſci ab Corinthio Damarato, Aborigines Arcade ab Euandro didicerunt. Et forma litteris Latinis, quæ veterrimis Græcorum. Sed nobis quoque paucæ primùm fuere: deinde additæ ſunt. Quo exemplo Claudius, tres litteras adiecit, quæ vſui, imperitante eo, poſt oblitteratæ, aſpiciuntur etiam nunc in ære publicandis plebiſcitis per fora ac templa fixo. Rettulit deinde ad Senatum ſuper collegio haruſpicum*, ne vetuſtiſſima Italię diſciplina per deſidiam exoleſceret: ſæpe aduerſis Reip. temporibus accitis, quorū monitu redintegratas cærimonias, & in poſterum rectiùs habitas. primoresq́; Etruriæ ſponte aut patrum Romanorum impulſu retinuiſſe ſcientiam, & in familias propagaſſe: quod nunc ſegnius fieri, publica circa bonas artes ſecordiâ, & quia externæ ſuperſtitiones valeſcant. & læta quidem in præſens omnia; ſed benignitati Deum gratiā referendam, ne ritus ſacrorum inter ambigua culti, per proſpera *oblitterarentur. Factum ex eo Senatuſconſultum* viderent Pontifices, quæ retinenda firmandaq́; haruſpicum. *Eodem anno Cheruſcorum gens regem Româ petiuit, amiſſis per interna bella nobilib. & vno reliquo ſtirpis regiæ, qui apud vrbem habebatur, nomine Italus. Paternum huic genus Flauio fratre Arminii. Mater ex Catumero principe Cattorum erat. ipſe formâ decorus, & armis equiſq; in patrium noſtrumq; morem exercitus. Igitur Cæſar, auctum pecuniâ, additis ſtipatoribus*, hortatur gentile decus magno animo capeſcere. illum primum Romæ ortum, nec obſidem, ſed ciuem, ire externum ad imperium. *Ac primò lætus Germanis aduentus, atq; eo magis*, quòd nullis diſcordiis imbutus pari in omnes ſtudio ageret; celebrari, coli, modò comitatem & temperantiam nulli inuiſam, ſępius vinolentiam ac libidines grata barbaris vſurpans. *Iamq; ad proximos iam longiùs clareſcere; cùm potentiam eius ſuſpectantes qui factionibus floruerant, diſcedunt ad conterminos populos, ac teſtificantur*

ficantur, Adimi veterem Germaniæ libertatem, & Romanas opes insurgere. adeò neminē iisdem in terris ortum, qui principis locum impleat: nisi exploratoris Flauii progenies supra cunctos attollatur? Frustra Arminium præscribi: cuius si filius hostili in solo adult⁹, in regnū venisset, posse extimesci, infectum alimoniâ, seruitio, cultu, omnibus externis. at si paterna Italo mens esset, non alium infensius arma contra patriam ac Deos penates, quàm parentes eius exercuisse. *His atque talibus, magnas copias coëgere. Nec pauciores Italum sequebantur.* Non enim irrupisse ad inuitos, sed accitum memorabant. quando nobilitate ceteros anteiret, virtutem experirentur, an dignum se patruo Arminio, auo Catumero præberet. nec patrem illi rubori esse, quod fidem aduersus Romanos volentibus Germanis sumtam, nūquam omisisset. falsò libertatis vocabulum obtendi ab iis, qui priuatim degeneres, in publicum exitiosi, nihil spei, nisi per discordias habeant. *Astrepebat huic alacre vulgus, & magno inter Barbaros prœlio victor rex; dehinc secundâ fortunâ ad superbiam prolapsus, pulsúsque, ac rursus Langobardorum opibus refectus, per læta per aduersa res Cheruscas afflictabat.* *Per idem tempus Chauci nullâ dissensione domi, & morte Sanquinij alacres, dum Corbulo aduentat, inferiorem Germaniam incursauere, duce Gannasco: qui natione Caninefas, auxiliaris & diu meritus, post trāsfuga, leuibus nauigiis prædabundus, Gallorum maximè oram vastabat, non ignarus dites & imbelles esse. At Corbulo prouinciam ingressus, magna cum curâ & mox gloriâ, cui principium illa militia fuit, triremes alueo Rheni, ceteras nauium, vt quæque habiles, per æstuaria & fossas adegit: lintribúsque hostium depressis & exturbato Gannasco, vbi præsentia satis composita sunt, legiones operum & laboris ignaras, populationibus lætantes, veterem ad morem reduxit:* ne quis agmine decederet, nec pugnam nisi iussus iniret. *stationes, vigiliæ, diurna nocturnáque munia, in armis agitabantur. Feruntq́ militem,* quia vallum non accinctus, atque alium quia pugione tantum accinctus foderet, morte punitos. *quæ nimia &*

incertum an falsò iacta, originem tamen è seueritate ducis traxere. intentúmque & magnis delictis inexorabilem scias, cui tantum asperitatis etiam aduersus leuia credebatur. Ceterùm is terror milites hostésque in diuersum affecit. nos virtutem auximus; Barbari ferociam infregere Et natio Frisiorum post rebellionem clade L. Apronij ceptam infensa, aut malè fida, datis obsidibus consedit apud agros à Corbulone descriptos. Idem Senatum, magistratus, leges imposuit. Ac ne iussa exuerent, præsidium immuniuit; missis qui maiores Chaucos ad deditionem pellicerent, simul Gannascum dolo aggrederentur. Nec irrita aut degeneres insidiæ fuere aduersus transfugam & violatorem fidei. Sed cæde eius motæ Chaucorum mentes, & Corbulo semina rebellionis præbebat, vt læta apud plerosque; ita apud quosdam sinistrâ famâ. cur hostem conciret? aduersa in Rempublicam casura: sin prosperè egisset, formidolosum paci virum insignem, & ignauo principi prægrauē. *Ideo Claudius adeò nouam in Germanias vim prohibuit; vt referri præsidia cis Rhenum iuberet. Iam castra in hostili solo molienti Corbuloni hæ litteræ redduntur. Ille re subitâ, quamquam multa simul offunderentur,* metus ex imperatore, contemtio ex barbaris ludibrium apud socios, *nihil aliud prolocutus, quàm* beatos quosdam duces Romanos, *signum receptui dedit. Ne tamen miles otium exueret, inter Mosam Rhenúmque trium & viginti millium spatio fossam produxit, qua incerta Oceani vitarentur. insignia tamen triumphi indulsit Cæsar, quamuis bellum negauisset. Nec multo pòst Curtius Rufus eundem honorem adipiscitur, qui in agro Mattiaco recluserat specus, quærendis venis argenti: vnde tenuis fructus, nec in longum fuit. at legionibus cum damno labor, effodere riuos, quæque in aperto grauia, humum infrà moliri. quîs subactus miles, & quia plures per prouincias similia tolerabantur, componit occultas litteras nomine exercituum precātium imperatorem,* vt quibus permissurus esset exercitus, triumphalia antè tribueret. *De origine Curtij Rufi, quem gladiatore genitum quidam prodidere, neque falsa promserim & vera exsequi pudet. Postquam adoleuit, sectator quæstoris cui Africa obtigerat, dum in opido Adrumeto va-*

cui

cuius per medium diei porticibus secretus agitat, oblata ei species
muliebris vltra modum humanum, & audita est vox: Tu es
Rufe, qui in hanc prouinciam pro Consule venies. tali o-
mine in spem sublatus, digressúsque in vrbem, & largitione a-
micorum, simul acri ingenio, quæsturam, & mox nobiles inter
candidatos præturam principis suffragio assequitur: cúm hisce
verbis Tiberius dedecus nataliũ eius velauisset, Curtius Ru-
fus videtur mihi ex se natus. Longâ post hæc senectâ, & ad-
uersus superiores tristi adulatione, arrogans minoribus, inter
pares difficilis, Consulare imperium, triumphi insignia, ac po-
stremò Africam obtinuit: atque ibi defunctus, fatale præsagium
impleuit. Interea Romæ, nullis palàm neq; cognitis mox caus-
sis, Gn. Nouius insignis eques Romanus, ferro accinctus repe-
ritur in cœtu salutantium principem: nam postquàm tormentis
dilaniabatur, de se Nouius, conscios non edidit, incertum an oc-
cultans. Iisdem Consulibus P. Dolabella censuit spectaculum
gladiatorũ per omnes annos celebrandum, pecuniâ eorũ
qui Quæsturam adipiscerentur. Apud maiores virtutis id
præmium fuerat, cunctísque ciuium, si bonis artibus fiderent, li-
citum petere magistratus: ac ne ætas quidem distinguebatur,
quin primâ iuuentâ Consulatum ac Dictaturas inirent. Sed
Quæstores, regibus etiam tum imperãtibus, instituti sunt: quod
lex curiata ostendit, ab L. Bruto repetita. Mansítq; consulibus
potestas diligendi, donec eum quoq; honorem populus mãdaret.
creatíq; primùm Valerius Potus, Æmylius Mamercus, LXIII.
anno post Tarquinios exactos, vt rem militarẽ comitarentur.
Dein gliscẽtibus negotijs, duo additi qui Romæ curarent. Mox
duplicatus numerus, stipendiariâ iã Italiâ, & accedẽtibus pro-
uinciarũ vectigalibus. Post lege Syllæ viginti creati supplẽdo Se-
natui, cui iudicia tradiderat. & quamquã Equites iudicia re-
ciperauissent; Quæstura tamẽ ex dignitate candidatorũ, aut fa-
cilitate tribuentiũ gratuitò cõcedebatur, donec sententiâ Dola-
bellæ velut venundaretur. A. Vitellio, L. Vipsanio Consulibus,
cùm de supplẽdo Senatu agitaretur, primorésq; Galliæ quæ
Comata appellatur, fœdera & ciuitatẽ Romanã pridem as-
secuti, ius adipiscendorum in vrbe honorum expeterent:

multus eâ super re variúsque rumor, & studiis diuersis apud principem certabatur; asseuerantium, Non adeò ægram Italiam, vt Senatum suppeditare vrbi suæ nequiret: suffecisse olim indigenas consanguineis populis, nec pœnitere veteris Reip. Quin adhuc memorari exempla, quæ priscis moribus ad virtutem & gloriam Romana indoles prodiderit. An parum quòd Veneti & Insubres Curiam inruperint, nisi cœtus alienigenarum velut captiuitas inferatur? quem vltrà honorem residuis nobilium? aut si quis pauper è Latio Senator foret? oppleturos omnia diuites illos, quorum aui proauíque hostilium nationum duces exercitus nostros ferro víque ceciderint; Diuum Iulium apud Alesiam obsederint. Recentia hæc. quid si memoria eorum inoriretur, qui Capitolio & arâ Romanâ manibus eorundem prostratis. fruerentur sanè vocabulo ciuitatis: insignia Patrum, decora magistratuum, ne vulgarent. *His atque talibus haud permotus princeps, etiam statim contra disseruit, & vocato Senatu ita exorsus est.* Maiores mei (quorum antiquissimus Clausus origine Sabinâ, simul in ciuitatem Romanam & in familias patriciorum adscitus est) hortantur, vti paribus consiliis Remp. capessam, transferendo huc quod vsquam egregium fuerit. Neque enim ignoro Iulios Albâ, Coruncanios Camerio, Porcios Tusculo: & ne vetera scrutemur, Etruriâ Lucaniâque, & omni Italiâ, in Senatum accitos. Postremò ipsam ad Alpes promotam, vt non modo singuli viritim, sed terræ gentésque in nomen nostrum coalescerẽt. Tunc solida domi quies, & aduersus externa floruimus, cùm Transpadani in ciuitatem recepti, cum specie deductarum per orbẽ terræ legionum, additis prouincialium validissimis, fesso imperio subuentum est. num pœnitet Balbos ex Hispania, nec minus insignes viros è Galliâ Narbonensi transiuisse? Manent posteri eorum, nec amore in hanc patriam nobis concedunt. Quid aliud exitio Lacedæmoniis & Atheniensibus fuit, quamquam armis pollerent, nisi quòd victos pro alienigenis arcebant? At conditor noster Romulus

tantum

tantum ſapientiâ valuit, vt pleroſque populos eodem die hoſtes, dein ciues habuerit. Aduenæ in nos regnauerunt. Libertinorum filiis magiſtratus mandari, non vt pleriq; falluntur, recens, ſed priori populo factitatum eſt. At cum Senonibus pugnauimus. ſcilicet Volſci & Æqui, numquam aduerſam nobis aciem ſtruxere? Capti à Gallis ſumus. ſed & Tuſcis obſides dedimus, & Samnitium iugum ſubiuimus. Attamen ſi cuncta bella recenſeas, nullum breuiore ſpatio quàm aduerſus Gallos confectum. continua inde ac fida pax. Iam moribus, artibus, affinitatibus noſtris mixti, aurum & opes ſuas inferant potius, quàm ſeparati habeant. Omnia P. C. quæ nunc vetuſtiſſima creduntur, noua fuere. plebei magiſtratus poſt patricios, Latini poſt plebeios, ceterarum Italiæ gentium poſt Latinos. Inueteraſcet hoc quoque: & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit. *Orationem principis ſecuto Patrum conſulto, primi Edui Senatorum in vrbe ius adepti ſunt. datum id fœderi antiquo, & quia ſoli Gallorum* fraternitatis nomen *cum populo Romano vſurpant. Iiſdem diebus in numerum patriciorum aſciuit Cæſar vetuſtiſſimum quemque è Senatu, aut quibus clari parentes fuerant: paucis iam reliquis familiarum, quas Romulus* maiorũ, *& L. Brutus* minorum gentium *appellauerant, exhauſtis etiam quas Dictator Cæſar lege Caſſiâ, & princeps Auguſtus lege Senià ſublegêre. Lætáque hæc in R. P. munia, multo gaudio Cenſoris inibantur.* Famoſos probris quo nam modo Senatu depelleret anxius, *mitem & recens repertam quam ex ſeueritate priſcâ rationem adhibuit: monendo,* ſecum quiſque de ſe conſultaret, peterêtque ius exuendi ordinis. facilem eius rei veniam, & motos Senatu, & excuſatos ſimul propoſiturum: vt iudicium Cenſorum ac pudor ſponte cedentium permixti, ignominiam mollirent. *Ob ea Vipſanius Conſul rettulit,* Patrem Senatus appellandum eſſe Claudiũ. quippe promiſcuum Patris patriæ cognomentum: noua in Rempub. merita, non vſitatis vocabulis honoranda. *Sed ipſe cohibuit Conſulem vt nimium aſſentantem. condiditque luſtrum, quo cenſa*

ſunt ciuium L X I X. *centena, &* X L I V. *millia. Iſque illi finis inſcitiæ erga domum ſuam fuit. haut multo pòſt, flagitia vxoris noſcere ac punire adactus, vt deinde ardeſceret in nuptias inceſtas. Iam Meſſallina facilitate adulterorũ in faſtidium verſa ad incognitas libidines profluebat; cùm abrumpi diſſimulationem etiam Silius, ſiue fatali vecordiâ, an imminentium periculorum remedium ipſa pericula ratus, vrgebat.* Quippe non eò ventum, vt ſenecta principis opperiretur. inſontibus innoxia conſilia; flagitiis manifeſtis, ſubſidium ab audaciâ petendum. adeſſe conſcios paria metuentes: ſe cælibem orbum, nuptiis, & adoptando Britannico paratum. manſuram eandem Meſſallinæ potentiam, additâ ſecuritate, ſi præuenirent Claudium, vt inſidiis incautum, ita iræ properum. *Segniter hæ voces acceptæ, non amore in maritum, ſed ne Silius ſumma adeptus, ſperneret adulteram, ſcelúſque inter ancipitia probatum, veris mox pretiis æſtimaret. nomen tamen matrimonij concupiuit, ob magnitudinem infamiæ: cuius apud prodigos nouiſſima voluptas eſt. Nec vltrà exſpectato, quàm dum ſacrificij gratiâ Claudius Hoſtiam proficiſceretur, cuncta nuptiarum ſollennia celebrat. Haut ſum ignarus* fabuloſum viſum iri, *tantum vllis mortalium ſecuritatis fuiſſe, in ciuitate omnium gnarâ & nihil reticente: nedum Conſulem deſignatum cum vxore principis, prædictâ die, adhibitis qui obſignarent velut ſuſcipiendorum liberorum cauſſâ, conueniſſe: atque illam* audiſſe auſpicum verba, ſubiſſe, ſacrificaſſe apud Deos diſcubitum inter conuiuas, oſcula, complexus, noctem denique actam licentiâ cõiugali. *Sed nihil compoſitum miraculi cauſſâ, verùm audita ſcriptaq; ſenioribus tradam. Igitur domus principis inhorruerat; maximeq; quos penes potentia, & ſi res verterent formido, non iam ſecretis colloquiis ſed aperte fremere,* Dum induſtria cubiculum principis occuli adulteros, dedecus quidem illatum, ſed excidium procul abfuiſſe. nunc iuuenem nobilem, dignitate formæ, iuuentâ, ac propinquo Conſulatu, maiorem ad ſpem accingi nec enim occultum, quid poſt tale matrimonium ſuper eſſet. *ſubibat ſine dubio metus, reputantes* hebetem Claudi

c vxori deuinctũ, multásq; mortes iussu Messallinæ paratas. Rursus ipsa facilitas imperatoris fiduciã dabat, si atrocitate criminis præualuissent, posse opprimi damnatã ntequam reã. Sed in eo discrimen verti, si defensio audi-etur, vtq́, clausæ aures etiã cõfitenti forẽt. *Ac primò Cali-us, iã mihi circa necem Cæsaris narratus, & Appianæ cædis olitor Narcissus, flagrantissimaq́ eo tẽpore gratiâ Pallas, agi-uêre; num Messallinam secretis minis depellerent amore Si-, cuncta alia dissimulantes. deinde metu, ne ad perniciem ltrò traherentur, desistunt, Pallas per ignauiam, Calistus pri-is quoque regiæ peritus, & potentiam cautis quàm acrioribus nsiliis tutius haberi perstitit Narcissus, solum idimmutãs, ne o sermone præsciam criminis & accusatoris faceret. Ipse ad casiones intentus, longâ apud Hostiã Cæsaris morâ, duas pel-es, quarum is corpori maximè insueuerat, largitione ac pro-issis, & vxore detectâ plus potentiæ ostentando, perpulit dela-nem subire. Exin Calpurnia (id pellici nomẽ) vbi datum se-etũ, Cæsaris genibus prouoluta,* nupsisse Messalinam Silio clamat. *simul Cleopatrã, quæ idẽ opperiens adstabat*, an cõ-risset, *interrogat: atq; illã annuente*, cieri Narcissum *postu-. Is veniã in præteritũ petẽs* quod ei cis Vectiũ, cis Plautiũ ssimulauisset, nec nunc adulteria obiecturũ *ait*, ne do-um, seruitia & ceteros fortunæ paratus reposceret; fru-etur imò iis, & redderet vxorẽ, rumperetq́; tabulas nu-tiales. an dissidium *inquit*, tuũ nosti? nã matrimoniũ Silii idit populus & Senatus & miles: ac ni properè agis, tenet rbẽ maritus. *Tum potissimum amicorum vocat, primumq́ ei frumentar æ præfectũ Turranium, pòst Lusium Getã præ-rianis impositum percontatur. Quibus fatentibus, tum cer-tim ceteri circumstrepunt*, iret in castra, firmaret prætori-cohortes, securitati antequam vindictæ consuleret. *Sa-constat eo pauore offusum Claudium, vt identidẽ interroga-t, an ipse imperij potẽs? an Silius priuatus esset? At Messallina aliâs solutior luxu, adulto autũno, simulacrũ vindemiæ per mũ celebrabat: vrgeri prela, fluere lacus, & feminæ pellibus cinctæ assultabãt, vt sacrificantes vel insaniẽtes Bacchæ. ipsa*

crine fluxo, thyrsum quatiens; iuxtaqúe Silius hedera vinctus, gerere cothurnos, iacere caput strepente circum procaci choro. Ferunt Vectium Valentem lasciuiâ in præaltam arborem conisum, interrogantibus quid aspiceret, *respondisse* tempestatem ab Hostiâ atrocem. *siue ceperat ea species; seu fortè lapsi vox in præsagium vertit. Non rumor interea, sed vndiq; nuntij incedunt, qui gnara Claudio cuncta, & venire promtum vl tioni afferrent. Igitur Messallina Lucullianos in hortos, Siliu dissimulando metu, ad munia fori digreditur. Ceteris passi dilabentibus, affuere centuriones, inditáque sunt vincula, v quis reperiebatur in publico aut per latebras. Messallina ta men quamquam res aduersa consilium adimerent, ire obuian & aspici à marito, quod sæpe subsidium habuerat, haut segnit intendit. iussitque* vt Britãnicus & Octauia in complexu patris pergerent. Et Vibidiam virginum Vestalium vetu stissimam *orauit,* Pontificis maximi aures adire, clement am expetere. *Atque interim tribus omnino comitantibus (repentè solitudinis erat) spatium vrbis pedibus emensa, veh culo quo purgamenta hortorum eripiuntur, Hostiensem via intrat: nullâ cuiusquam misericordiâ, quia flagitiorum defo mitas præualebat. Trepidabatur nihilominus à Cæsare. quip Getæ prætorij præfecto haut satis fidebat, ad honesta seu pra iuxtà leui. Ergo Narcissus, assumtis quibus idem metus,* nc aliam spem incolumitatis Cæsaris *affirmat,* quã si ius mil tum vno illo die in aliquem libertorum transferret: *séq offert suscepturum. Ac ne, dum in vrbem vehitur ad pœnite tiam a L. Vitellio, P. Largo Cæcina mutaretur; in eodem gest mine sedem poscit sumítque. Crebra posthæc fama fuit, inter a uersas principis voces, cùm modò incusaret flagitia vxoris, a quando ad memoriam coniugij, & infantiam liberorum reu ueretur, non aliud prolocutum Vitelliũ, quàm* ô facinus, ô sc lus. *Instabat quidè Narcissus aperire ambages, & veri copiã f cere: sed nõ ideo peruicit, quin suspẽsa & quò ducerẽtur inclinat ra responderet; exemplóq; eius Largus Cæcina vteretur. & erat in aspectu Messallina, clamitabátque* audiret Octauiæ Britannici matrem: *cùm obstreperet accusator,* Silium nupti

[n]uptias *referens: simul codicillos libidinum indices tradidit, [q]uibus visus Cæsaris auerteret. Nec multo post vrbem ingre[d]ienti offerebantur communes liberi, nisi Narcissus amoueri [e]os iussisset. Vibidiam depellere nequiuit, quæ multa cum inui[d]iâ flagitaret,* ne indefensa coniunx exitio daretur. *Ergo* [a]uditurum principem, & fore diluendi criminis facultatem, *respondit.* Iret interim virgo & sacra capesseret. *Mi[r]um inter hæc silentium Claudii. Vitellius ignaro propior. Omnia liberto obediebant. patefieri domum adulteri, atque illuc [d]educi imperatorem iubet. Ac primum in vestibulo, effigiem [p]atris Silii consulto Senatus abolitam demonstrat. Tum quid[q]uid habitum Neronibus & Drusis, in pretium probri cessisse. [I]ncensumque & ad minas prorumpentem, castris infert. paratâ [c]oncione militum; apud quos, præmonente Narcisso, pauca [u]erba fecit. nam & si iustum dolorem, pudor impediebat. Co[h]ortium clamor dehinc cōtinuus,* nomina reorum & pœnas *[f]lagitantium: admotusque Silius tribunali, non defensionem, non [m]oras tentauit, precatus* vt mors acceleraretur. *eadem con[st]antia & illustres equites Romanos cupidos maturæ necis fecit. [T]itium Proculum custodem a Silio Messallinæ datum, & in[d]icium offerentem Vectium Valentem & confessum, & Pom[p]eium Vrbicum, ac Saufellum Trogum ex consciis trahi ad [s]upplicium iubet. Decius quoque Calpurnianus vigilum præfe[c]tus, Sulpicius Rufus ludi procurator, Iuncus Virgilianus Se[n]ator, eadem pœnâ affecti. Solus Mnester contationem attu[l]it, dilaniatâ veste clamitans aspiceret verberum notas, remi[n]isceretur vocis, quâ se obnoxium iussis Messalinæ dedisset. A[l]ius largitione aut spei magnitudine, sibi ex necessitate culpam: nec cuiquam antè pereundum fuisse, si Silius rerum potiretur. Commotum his & pronum ad misericordiam Cæsarem perpulêre liberti, ne tot illustribus viris interfectis, histrioni consu[l]eretur: sponte an coactus tam magna peccauisset, nihil referre. Ne Trauli quidem Montani equitis Romani defensio rece[p]ta est. is modestâ iuuentâ, sed corpore insigni, accitus vltrò, noctemque intra vnam a Messallinâ proturbatus erat; paribus la[s]ciuiis ad cupidinem & fastidia. Suilio Cesonino, & Plautio*

Laterano mors remittitur: huic ob patrui egregium meritum
Cesoninus vitiis protectus est, tamquam in illo fœdissim
cœtu passus muliebria. Interim Messallina Lucullianis i
hortis prolatare vitam, componere preces, nonnullâ spe, & ali-
quando irâ, tantâ inter extrema superbiâ agebat. Ac ni caden
eius Narcissus properauisset, verterat pernicies in accusatorem.
Nam Claudius domum regressus, & tempestiuis epulis delini-
tus, vbi vino incaluisset, iri, iubet nuntiariq; miserę (hoc enim
verbo vsum ferunt,) dicendam ad caussam posterâ die ad-
esset. Quod vbi auditum, & languescere ira, redire amor, ac
cunctarētur, propinqua nox, & vxorii cubiculi memoria time-
bantur; prorupit Narcissus, denūtiatq; centurionib. & tribun
qui aderant, exsequi cædem. ita imperatorē iubere. custos &
exactor è libertis, Euodus datus. Isq; raptim in hortos pgressus
reperit fusam humi, assidente matre Lepidâ: quæ florenti fili
haut concors, supremis eius necessitatibus ad miseratione̅ euict
erat: suadebatq; ne percussorem opperiretur. transisse vi-
tā, neq; aliud quàm morti decus quærendum. Sed animo
libidines corrupto, nihil honestum inerat. lacrymæq; & questu
irriti ducebantur. Tum impetu venientium pulsæ fores, astiti
tribunus per silentium, at libertus increpans multis ac seruilib
probris. Tunc primum fortunam suam introspexit, ferrumq;
accepit, quod frustra iugulo ac pectori per trepidationem admo-
uens, ictu tribuni transfigitur. corpus matri concessum. Nun-
tiatumq; Claudio epulanti perisse Messallinam, non distinct
suâ an alienâ manu. nec ille quæsiuit, poposcitq; poculum, & so-
lita conuiuio celebrauit. Ne secutis quidem diebus, odii, gaudii,
iræ, tristitiæ, vllius deniq; humani affectus signa dedit: non cùm
lætantes accusatores aspiceret, non cùm filios mærentes. Iuuitq;
obliuionem eius Senatus, censendo nomen & effigies priuatis
ac publicis locis demouēdas. decreta Narcisso quæstoria in-
signia; leuissimum fastigii eius, cùm secundum Pallantem &
Calistum ageret, honesta quidem, sed ex quibus deterrima ori-
rentur, flagitiis inultis.

C. CORNELII TACITI AB EXCESSV DIVI AVGVSTI ANNALIVM

LIBER XII.

CÆDE *Meſſallinæ conuulſa principis domus, orto apud libertos certamine*, quis deligeret vxorē Claudio cęlibi vitæ intolanti, & cōiugum imperiis obnoxio. *[Ne]c minore ambitu feminæ exarſerant, ſuam quæq; nobilitatē, f[or]mam, opes, contendere, ac digna tanto matrimonio oſtentare. S[e]d maximè ambigebatur inter Lolliam Paullinam, M. Lollii C[o]nſularis filiam, & Iuliam Agrippinam Germanico genitam. H[ui]c Pallas, illi Caliſtus, fautores aderant. at Ælia Petina è fa[mi]liâ Tuberonum, Narciſſo fouebatur. Ipſe modò huc, modò il[luc] vt quemq; ſuadentiū audierat promtus, diſcordantes in cō[nsili]um vocat*, ac promere ſententiam, & adiicere rationes, i[ub]et. *Narciſſus* vetus matrimonium, familiam communē ([na]m *Antonia ex Petinâ erat*) nihil in penatib. eius nouum *d[ef]erebat*, ſi ſueta coniunx rediret, haut quaquam nouerc[ali]b. odiis viſura Britannicū & Octauiā, proxima ſuis pignora. *Caliſtus*, improbatam longo diſſidio, ac ſi rurſus aſſ[u]meretur, eo ipſo ſuperbam, longeq; rectiùs Lolliam in[du]ci, quando nullos liberos genuiſſet, vacuam æmulationi[s], & priuignis parentis loco futuram. *At Pallas*, id maxi[m]è in Agrippinâ *laudare*, quod Germanici nepotem ſecū tra[he]ret, dignum prorſus imperatoriâ fortunâ, ſtirpem no[bi]lem & familiæ Claudiæ, quæ poſteros coniungeret; ne [fe]mina experta fecunditatis, integrâ iuuentâ, claritudinē [C]æſarum aliā in domū ferret. *Præualuere hæc adiuta Agrip[pi]næ illecebris. Quæ ad eum per ſpeciem neceſſitudinis crebrò [i]ntitando pellicit patruum, vt prælata ceteris, & nondum v[x]or, potentiâ vxoriâ iam vteretur. Nam vbi ſui matrimonii c[er]ta fuit, ſtruere maiora, nuptiaſq; Domitii, quem ex Gn. [Ah]enobarbo genuerat, & Octauiæ Cæſaris filiæ moliri: quod ſine ſ[cel]ere perpetrari non poterat, quia L. Silano deſponderat Octa-*

xiam Cæſar iuuenemq; & alia clarum, inſigni triumphalium & gladiatorii muneris magnificentiâ, protulerat ad ſtudia vulgi. Sed nihil arduum videbatur in animo principis, cui non iudicium, non odium erat, niſi indita & iuſſa. Igitur Vitellius nomine Cenſoris, ſeruiles fallacias obtegens, ingruentiumq; dominationum prouiſor, quo gratiam Agrippinæ pararet, conſiliis eius implicari, ferre crimina in Silanum, cui ſanè decora & procax ſoror Iunia Caluina, haut multum antè Vitellii nurus fuerat. hinc initium accuſationis, fratriſq; non inceſtum, ſed incuſtoditum amorem ad infamiam traxit. & præbebat Cæſar aures, accipiendis aduerſum generum ſuſpicionibus caritate filiæ promtior. At Silanus inſidiarum neſcius, ac fortè eo anno Prætor, repentè per edictum Vitellii ordine Senatorio mouetur, quamquã lecto pridem Senatu, luſtroq; condito, ſimul affinitatem Claudius diremit. adactuſq; Silanus eiurare magiſtratum: & reliquus Præturæ dies in Eprium Marcellum collatus e[st].
C. Pompeio, Q. Verannio COSS. *pactum inter Claudium & Agrippinam matrimonium. Iam famâ, iam amore illicito firmabatur, nec dum celebrare ſolennia nuptiarum audebant, nullo exemplo deductâ in domum patrui, fratris filiâ. quin & inceſtum, ac ſi ſperneretur, ne in malum publicum erumperet, metuebatur. Nec antè omiſſa contatio, quàm Vitellius ſuis artibus id perpetrandum ſumſit. Percontatuſq; Cæſarem,* an iuſſis populi, an auctoritati Senatus cederet? *vbi ille* vnum ſe ciuium & conſenſui imparem reſpondit, *opperiri intra palatium iubet. ipſe Curiam ingreditur, ſummamq; Reip. a[ntea] obteſtans, veniam dicendi ante alios expoſcit, orditurq;.* Grauiſſimos principis labores, quîs orbem terræ capeſſat, egere adminiculis, vt domeſtica cura vacuus, in commune conſulat. quod porrò honeſtius cenſoriæ mentis leuam[en] quàm aſſumere coniugem proſperis dubiiſque ſocian[dam], cui cogitationes intimas, cui paruos liberos tradat, n[on] luxui aut voluptatibus aſſuefactus, ſed qui primâ ab i[u]uentâ legibus obtemperauiſſet. *Poſtquam hæc fauorabili oratione præmiſit, multaq; patrum aſſentatio ſequebatur; cap[to] rurſus initio,* Quando maritandum principem cunc[ti]

ſu[adent]

aderent, diligi oportere feminam nobilitate, puerperiis,
nctimoniâ inſignem. Nec diu inquirendum, quin A-
ipprina claritudine generis anteiret. datum ab eâ fe-
nditatis experimentum, & congruere artes honeſtas.
verò egregium, quod prouiſu Deûm vidua iungeretur
incipi, ſua tantùm matrimonia experto. audiuiſſe à pa-
ntibus, vidiſſe ipſos, arripi coniuges ad libita Cæſarum:
ocul id à præſenti modeſtiâ. ſtatueretur imò documen-
m, quo vxorem imperator acciperet. At enim noua no-
s in fratrum filias coniugia. ſed aliis gentibus ſollennia,
ec lege vllâ prohibita. Et ſobrinarum diu ignorata, tem-
ore addito percrebuiſſe: morem accommodari prout
onducat, & fore hoc quoque in his, quæ mox vſurpen-
7 r. *Haut defuère qui certatim, ſi contaretur Cæſar*, vi acturos
*ſtificantes, erumperent Curiâ. Conglobatur promiſcua mul-
udo*, populumque Romanum eadem rogare clamitat.
*Nec Claudius vltrà exſpectato, obuium apud forum præbet ſe
atantibus. Senatumque ingreſſus decretum poſtulat*, quo iu-
e inter patruos fratrumque filias nuptiæ etiam in po-
rum ſtatuerentur. *Neque tamen repertus eſt, niſi vnus ta-
matrimonii cupitor, Talledius Seuerus eques Romanus,
em plerique Agrippinæ gratiâ impulſum ferebant. Verſa ex
ciuitas, & cuncta feminæ obediebant, non per laſciuiam, vt
Meſſallina, rebus Romanis illudenti. addictum quaſi & vi-
le ſeruitium. palam ſeueritas, ac ſæpius ſuperbia: nihil domi
npudicum, niſi dominationi expediret: cupido auri immenſa
8 btentum habebat*, quaſi ſubſidium regno pararetur. *Die
uptiarum Silanus ſibi mortem conſciuit. ſiue eò vſque ſpem
itæ produxerat; ſeu dilecto die, augendam ad inuidiam. Cal-
ina ſoror eius Italiâ pulſa eſt. Addidit Claudius*, ſacra ex le-
ibus Tulli regis, piaculaque apud lucum Dianæ per Pon-
fices danda: *irridentibus cunctis*, quòd pœnæ procuratio-
eſque inceſti id temporis exquirerentur. *At Agrippina
malis tantùm facinoribus noteſceret*, veniam exilii pro
nnæo Senecâ, ſimul Præturam impetrat, *lætum in publi-
m rata, ob claritudinem ſtudiorum eius; vtque Domitii pue-*

vitia tali magiſtro adoleſceret, & conſiliis eiuſdem ad ſpem d
minationis vteretur. quia Seneca fidus in Agrippinam mem
riâ beneficii, & infenſus Claudio dolore iniuriæ credebat
Placitum dehinc non vltrà cunctari: *ſed deſignatum Conſul*
Memmium Pollionem ingentibus promiſſis inducunt, ſente
tiam expromere, quâ hortaretur Claudius, deſpõdere Oct
uiam Domitio. quod ætati vtriuſq; non abſurdum, & m
iora patefacturum erat. *Pollio haut diſparib. verbis, ac nu*
Vitellius, cenſet: deſpondeturq; Octauia. ac ſecundum prior
neceſſitudinem, ſponſus iam & gener Domitius æquari B
tannico, ſtudiis matris, arte eorum quîs ob accuſatam Meſſa
nam vltio ex filio timebatur. Per idem tempus legati Partho
ad expetendum, vt rettuli, Meherdatem miſſi, Senatum ing
diuntur, mandata in hunc modum incipiunt. Non ſe fœde
ignaros, nec defectione à familia Arſacidarum venire: ſ
filium Vononis, nepotem Phrahatis, accerſere aduerſ
dominationem Gotarzis, nobilitati plebiq; iuxtà into
randam. Iam fratres, iam propinquos, iam longiùs ſit
cædibus exhauſtos: adiici coniuges grauidas, liberos p
uos, dum ſecors domi, bellis infauſtus, ignauiam ſæui
tegat. Veterem ſibi ac publicè cœptam nobiſcum ami
tiam: & ſubueniendum ſociis virium æmulis, cedentib
que per reuerentiam. Ideo regum obſides liberos dari, v
domeſtici imperii tædeat, ſit regreſſus ad principem p
treſq;, quorum moribus aſſuefactus rex melior aſciſce
tur. *Vbi hæc atq; talia diſſertauere, incipit orationem Cæſar*
faſtigio Romano, Parthorúmq; obſequiis: *ſeque Diuo A*
guſto adæquabat, petitum ab eo regem *referens, omiſſa Ti*
rii memoriâ, quamquam is quoq; miſerat. Addiditq; præce
(etenim aderat Meherdates) vt non dominationem & ſe
uos, ſed rectorem & ciues cogitaret, clementiámq; ac i
ſtitiam quanto ignara barbaris, tãto toleratiora capeſſer
Hinc verſus ad legatos extollit laudibus alumnum vrbis, ſp
ctatæ ad id modeſtiæ: ac tamẽ ferenda regum ingenia, n
que vſui crebras mutationes. rem Romanam huc ſatieta
gloriæ prouectam, vt externis quoq; gentibus quiete
vel

relit. *Datum poſt hæc C. Caſſio qui Syriæ præerat, deducere iu-*
12 *uenem ripam ad Euphratis. Eâ tempeſtate Caſſius ceteros præ-*
minebat peritiâ legum. nam militares artes per otium ignota,
nduſtrioſq; ac ignauos pax in æquo tenet. Attamen quantum
ine bello dabatur, reuocare priſcum morem, exercere legiones,
urâ, prouiſu, agere perinde ac ſi hoſtis ingrueret. Ita dignum
naioribus ſuis, & familiâ Caſſiâ ratus, per illas quoque gentes
elebratâ. Igitur excitis quorum de ſententiâ petitus rex, po-
tiſque caſtris apud Zeugma, vnde maximè peruius amnis,
oſtquam illuſtres Parthi rexq; Arabum Abbarus adue-
erat; monet Meherdatem, barbarorum impetus acres,
ontatione langueſcere, aut in perfidiam mutari. itaque
rgeret cœpta. *Quod ſpretum fraude Abbari, qui iuuenem*
gnarum, & ſummam fortunam in luxu ratum, multos per
ies attinuit apud opidum Edeſſam. Et vocante Carrhene,
romtaſq; res oſtentante ſi citi aduenisſent, non cominus Me-
potamiam, ſed flexu Armeniam petunt, id temporis imper-
13 *unam, quia hiems occipiebat. Exin niuibus & montib. fesſi,*
oſtquam campis propinquabant, copiis Carrhenis adiungun-
r. Tranſmisſoq; amne Tigri, permeant Adiabenos, quorum
x Iuliates ſocietatem Meherdatis palàm induerat; in Gotar-
en per occulta & magis fida inclinabat. Sed capta in tranſitu
rbs Ninos vetuſtisſima ſedes Asſyriæ; caſtellum inſigne fa-
nâ, quòd poſtremo inter Darium atq; Alexandrum prœlio
Perſarum illic opes conciderant. Interea Gotarzes apud mon-
em cui nomen Sambulos, vota Diis loci ſuſcipiebat, præcipuâ
eligione Herculis: qui tempore ſtato, per quietem monet ſacer-
otes, vt, templum iuxta, equos venatui adornatos ſiſtant.
qui vbi pharetras telis onuſtas accepere, per ſaltus vagi, nocte
emum vacuis pharetris, multò cum anhelitu redeunt. Rurſus
Deus quas ſiluas pererrauerint, nocturno viſu demonſtrat: re-
14 *eriunturq; fuſæ pasſim feræ. Ceterùm Gotarzes nondum ſatis*
ucto exercitu, flumine Cormâ pro munimento vti. Et quam-
uam per inſectationes & nuntios ad prœlium *vocaretur,*
ectere moras, locos mutare, & misſis corruptoribus exuen-
m ad fidem hoſtes emercari. Ex quîs Izates Adiabenus,

mox Abbarus Arabum cum exercitu abſcedunt, leuitat
gentili, & quia experimentis cognitum eſt, Barbaros mall
Roma petere Reges quàm habere. *At Meherdates vali*
dis auxiliis nudatus, ceterorum proditione ſuſpectâ. quod vn
reliquum, rem in caſum dare, prœlioque experiri ſtatui
Nec detractauit pugnam Gotarzes, diminutis hoſtibus ferox
Concurſumq; magnâ cede, & ambiguo euentu: donec Carrhe
nem profligatis obuerſis, longius euectum integer à tergo globi
circumueniret. Tum omni ſpe perditâ, Meherdates promiſſ
Parrhacis paterni clientis ſecutus, dolo eius vincitur, tradi
turq; victori. Atque ille non propinquum neque Arſaci
de gente, ſed alienigenam & Romanum increpans, *auri*
deciſis viuere iubet, oſtentui clementiæ ſuæ & in nos dehoneſta
mento. Dein Gotarzes morbo obiit, accitusq; in regnum Vo
nones, Medis tum præſidens. Nulla huic proſpera aut aduerſ
quîs memoraretur. breui & inglorio imperio perfunctus eſ
resq; Parthorũ in filium eius Vologeſen translatæ. At Mi 15
thradates Boſphoranus amiſſis opibus vagus, poſteaquam Di
dium ducem Romanum, roburq; exercitus abiiſſe cognouerat
relictos in nouo regno Cotyn iuuentâ rudem, & paucas cohor
tium cum Iulio Aquilâ equite Romano; ſpretis vtriſq;, con
cire nationes, illicere perfugas. poſtremò exercitu coacto, regem
Dandaridarum exturbat, imperioq; eius potitur. Quæ vb
cognita, & iam iamq; Boſphorum inuaſurus habebatur, diff
ſus propriis viribus Aquila, & Cotys, quia Zorſines Soraco
rum rex hoſtilia reſumſerat, externas & ipſi gratias quæſiuê
re, miſſis legatis ad Eunonem qui Adorſorum genti præcelle
bat. Nec fuit in arduo ſocietas, potentiam Romanam aduerſu
rebellem Mithradatem oſtentantibus. Igitur pepigêre, e
queſtribus prœliis Eunones certaret, obſidia vrbiũ Ro
mani capeſſerent. *Tum compoſito agmine incedunt. cuiu* 16
frontem & terga, Adorſi; media cohortes & Boſphorani, tu
tabantur; noſtris, in armis. Sic pulſus hoſtis, ventumq; Soza o
pidum Dandaricæ, quod deſertum a Mithradate, ob ambi
guos popularium animos obtineri relicto ibi præſidio viſum.
Exin Soracos pergunt. & tranſgreſſi amnem Pandam, cir

cum

circumueniunt vrbem Vſpen, editam loco, & mœnibus ac foſſis munitam, niſi quòd mœnia non ſaxo, ſed cratibus & uinctis, ac mediâ humo aduerſum irrumpentes inualida erant: eductæq; altius turres, facibus atq; haſtis turbabant obſeſſos. ac ni prœlium nox diremiſſet, cœpta patrataq; expugnatio eundem intra diem foret. Poſtero miſere legatos, veniam liberis corporibus orãtes: Seruitii decem millia offerebant. quod aſpernati ſunt victores, quia trucidare deditos ſæuum, tantam multitudinem cuſtodiâ cingere arduum: vt belli potius iure caderent. Datũq; militibus, qui ſcalis euaſerant, ſignum cædis. Excidio Vſpenſiũ metus ceteris iniectus, nihil tutum ratis, cùm arma, munimenta, impediti vel eminentes loci, amnesq; & vrbes iuxta perrumperentur. Igitur Zorſines diu penſitato, Mithradatisne rebus extremis, an patrio regno conſuleret: poſtquam præualuit gentilis vtilitas, datis obſidibus, apud effigiem Cæſaris procubuit, magnâ gloriâ exercitus Romani, quem incruentum & victorem tridui itinere abfuiſſe ab amne Tanai conſtitit. Sed in regreſſu diſpar fortuna fuit; quia nauium quaſdam, quæ mari remeabant, in litora Taurorum delatas circumuenêre barbari, præfecto cohortis, & pleriſq; centurionum interfectis. Interea Mithradates nullo in armis ſubſidio, conſultat cuius miſericordiam experiretur. Frater Cotys proditor olim, deinde hoſtis metuebatur. Romanorum nemo id auctoritatis aderat, vt promiſſa eius magni penderentur. Ad Eunonem conuertit propriis odiis infenſum, & recens coniunctâ nobiſcum amicitiâ, validum. Igitur cultu, vultuq; quàm maximè ad præſentem fortunam comparato, regiam ingreditur, genibuſq; eius prouolutus, Mithradates, inquit, terrâ marique Romanis per tot annos quæſitus, ſponte adſum. Vtere vt voles prole magni Achemenis, quod mihi ſolum hoſtes non abſtulerunt. At Eunones claritudine viri, mutatione rerum, & prece haut degenere permotus, alleuat ſupplicem, laudatq; quod gentem Adorſorum, quòd ſuam dexteram petendæ veniæ delegerit. Simul legatos litteraſq; ad Cæſarem in hunc modum mittit. Po. Romani imperatoribus magnarumque nationum regibus, primam ex ſimilitudine fortunæ ami

citiam : ſibi & Claudio, ex communione victoriæ eſſe
Bellorum egregios fines, quoties ignoſcédo tranſigatur
Sic Zorſini victo nihil ereptum. Pro Mithradate quand
grauius mereretur, non potentiam, neq; regnum precar
ſed ne triumpharetur, néue pœnas capite expenderet. *At*
Claudius, quamquam nobilitatibus externis mitis, dubitau
tamen, accipere captiuum pacto ſalutis, an repetere arm
rectius foret. *Hinc dolor iniuriarum, & libido vindictæ ad*
gebat. Sed diſſerebatur contra : Suſcipi bellum auio itiner
importuoſo mari : ad hoc reges feroces, vagos populo
ſolũ frugũ egens: tum tędiũ ex morâ, pericula ex proper
tiâ; modicam victoribus laudem, ac multum infamia
pellerentur. quin arriperet oblata, & ſeruaret exſulem: c
inopi quanto longiorem vitam, tanto plus ſupplicii fo
His permotus, ſcripſit Eunoni, meritum quidem nouiſſi
exempla Mithradatem, nec ſibi vim ad exſequendum c
eſſe: verũm ita maioribus placitum, quantâ peruicaciâ
hoſtẽ, tantâ beneficentiâ aduerſus ſupplices vtendũ. na
triumphos de populis regniſq; integris adquiri. *Tradi*
poſt hoc Mithradates, vectuſq; Romam per Junium Colon
procuratorem Ponti ferocius quam pro fortunâ diſſeruiſſe ap
Cæſarem ferebatur. Elataq; vox eius in vulgum hiſce ver
Non ſum remiſſus ad te, ſed reuerſus: vel ſi non cre
dimitte & quære. *vultu quoq; interrito permanſit, cùm ro*
iuxta, cuſtodibus circumdatus, viſui populo præberetur. Co
ſularia inſignia *Coloni, Aquilæ* Prætoria *decernuntur. Iiſd*
Conſulibus atrox odii Agrippina ac Lolliæ infenſa, quòd ſi
de matrimonio principis certauiſſet; *molitur crimina*
accuſatorem, qui obiiceret Chaldæos, magos, interro
tumq; Apollinis Clarii ſimulacrũ ſuper nuptiis impera
ris. *Exin Claudius inauditâ reâ, multa de claritudine eius a*
Senatum præfatus, ſorore L. Voluſii genitã, maiorem ei pat
Cottam Meſſallinum eſſe, Mennio quondã Regulo nuptam
de C. Cæſaris nuptiis conſultò reticebat) addidit pernicioſ
Remp. conſilia, & materiem ſceleri detrahendã. Proin
blicatis bonis, cederet Italiâ. *Ita quinquagies ſeſtertiũ ex*

buis

us immensis exsuli relictum. Et Calpurnia illustris fœmina per-uertitur, quia formam eius laudauerat princeps, *nulla libi-dine, sed fortuito sermone. vnde vis Agrippinæ citra vltima ste-tit. In Lolliam mittitur tribunus, à quo ad mortem adigeretur.* *Damnatus &* lege repetundarũ *Cadius Rufus, accusantib. Bi-thynis. Galliæ Narbonensi ob egregiã in Patres reuerentiam da-tum,* vt Senatorib. eius prouinciæ, non exquisitâ principis sententiâ, iure quo Sicilia haberetur, res suas inuisere lice-ret. *Ituræiq; & Iudæi, defunctis regibus Sohemo atq; Agrippâ, prouinciæ Syriæ additi.* Salutis auguriũ quinq; & viginti an-nis omissũ repeti, ac deinde cõtinuari placitũ. *Et* pomœ-rium vrbis, auxit Cæsar *more prisco; quo iis qui protulere im-periũ, etiã terminos vrbis propagare datur. Nec tamẽ duces Ro-mani, quamquã magnis nationib. subactis, vsurpauerant, nisi L. Sylla, & Diu⁹ Augustus. Regũ in eo ambitio, vel gloria variè vulgata. Sed initiũ condendi, & q̃ pomœrium Romulus posuerit noscere haut absurdũ reor. Igitur a foro boario, vbi æreum tauri simulacrũ aspicimus, quia id genus animaliũ aratro subditur, sulcus designandi opidi cœptus, vt magnam Herculis aram am-plecteretur. Inde certis spatiis interiecti lapides, per ima montis Palatini ad aram Consi, mox ad Curias veteres, tum ad sacellũ Lariũ: forumq; Romanum & Capitolium non à Romulo, sed à T. Tatio additum vrbi credidere. Mox pro fortunâ pomœriũ auctum. Et quos tum Claudius terminos posuerit, facile cogni-tu, & publicis actis præscriptum. C. Antistio, M. Suilio* Coss. *Adoptio in Domitium auctoritate Pallantis festinatur. qui ob-strictus Agrippinæ vt conciliator nuptiarum, & mox stupro eius illigatus, stimulabat Claudiũ,* consuleret Reip. Britan-nici pueritiã robore circũdaret. Sic apud diuum Augustũ, quamquam nepotib. subnixum, viguisse priuignos: à Ti-berio, super propriam stirpem, Germanicum assumtum. Se quoq; accingeret iuuene, partem curarum capessitu-ro. *His euictus, biennio maiorem natu Domitium filio antepo-nit, habitâ apud Senatum oratione in eundem, quem a liberto acceperat, modum. Adnotabant periti,* nullã antehac adopti-oné inter patricios Claudios repiri, eosq; ab Attâ Clauso

continuos durauisse. *Ceterum actæ principi grates, exqui-
tiore in Domitium adulatione. Rogataq́; lex,* qua in familia
Claudiam & nomen Neronis transiret. *Augetur & A-
grippina cognomento* Augustæ. *quibus patratis, nemo adeò e-
pers misericordiæ fuit, quem non Britannici fortunæ mæror a-
ceret. desolatus paulatim etiam seruilibus ministeriis, per i-
tempestiua nouercæ officia, in ludibria vertebat, intelligens f-
si.* Neq; enim segnem ei fuisse indolem ferunt: *siue veru;
seu periculis commendatus, retinuit famam sine experimen.
Sed Agrippina, quò vim suam sociis quoq́; nationibus osten-
ret,* in opidum Vbiorum, in quo genita erat, veterai s
coloniamq́; deduci *imperat; cui nomen inditum ex voca-
lo ipsius. Ac fortè acciderat, vt eam gentem Rheno transg-
sam auus Agrippa in fidem acciperet. Iisdem temporibus
superiore Germaniâ trepidatum, aduentu Cattorum latr-
nia agitantium. Deinde L. Pomponius legatus auxiliares V-
giones ac Nemetas addito equite alario monuit,* vt anteir
populatores, vel delapsis improuisi circumfunderen
*Et secuta consilium ducis industria militum, diuisiq́; in du-
gmina, qui læuum iter petiuerant, recens reuersos, prædaq́;
luxum vsos & somno graues circumuenêre. Aucta lætitia, q
quosdam è clade Varianâ quadragesimum post annum, se-
tio exemerant. At qui dextris & propioribus compendii
rant, obuio hosti & aciem auso, plus cladis faciunt. Et pr
famaq́; onusti, ad montem Taunum reuertuntur, vbi Pon-
nius cum legionibus opperiebatur, si Catti cupidine vlcisc-
casum pugnæ præberent. Illi metu ne hinc Romanus, inde C-
rusci, cum queis æternum discordant, circumgrederentur, l-
tos in vrbem & obsides misere.* decretusq́; Pomponio triu-
phalis honos, *modica pars famæ eius apud posteros, in
carminum gloria præcellit. Per idem tempus Vannius Su-
à Druso Cæsare impositus, pellitur regno, primâ imperii
clarus acceptusq́; popularibus: mox diuturnitate in superb
mutans, & odio accolarum, simul domesticis discordiis circ-
uentus. Auctores fuere Iubilius Hermundurorum rex
Vangio ac Sido sorore Vannii geniti. Nec Claudius, quam*

ſæpe oratus, arma certantibus barbaris interpoſuit, tutũ Van-
nio perfugium promittens ſi pelleretur. ſcripſitq; P. Attilio
Hiſtro, qui Pannoniæ præſidebat, legionem ipſaq; è prouin-
ciâ lecta auxilia, pro ripâ componeret, ſubſidio victis, &
terrori aduerſus victores; ne fortunâ elati, noſtram quo-
que pacem turbarent. nam vis innumera Ligii, aliiq; gentes
aduentabant, famâ ditis regni quod Vannius XXX. per annos
prædationibus & vectigalibus auxerat. Ipſi manus propria pe-
dites, eques è Sarmatis Iazygibus erat, impar multitudini ho-
ſtium: eoq; caſtellis ſeſe defenſare, bellumq; ducere ſtatuerat.
Sed Iazyges obſidionis impatientes, & proximos per campos
vagi, neceſſitudinem pugnæ attulere, quia Ligius Hermundu-
ruſq; illic ingruebant. Igitur digreſſus caſtellis Vannius, fundi-
tur prœlio; quamquam rebus aduerſis laudatus, quòd & pu-
gnam manu capeſſiit, & corpore aduerſo vulnera excepit.
Ceterùm ad claſſem in Danubio opperientem perfugit. Secuti
mox clientes, & acceptis agris, in Pannoniâ locati ſunt. Regnũ
Vangio ac Sido inter ſe partiti ſunt egregiâ aduerſus nos fide:
ſubiectis ſuóne an ſeruitii ingenio, dum adipiſcerentur domina-
tiones multa caritate, & maiore odio poſtquam adepti ſunt. At
in Britanniâ P. Oſtorium proprætorem turbidæ res excepere,
effuſis in agrum ſociorum hoſtibus, eò violentius quòd nouum
ducem exercitu ignoto, & cœptâ hieme, iturum obuiam non
rebantur. Ille gnarus primis euentibus metum aut fidu-
ciam gigni, citas cohortes rapit; & caſis qui reſtiterunt, diſie-
ctos conſectatus, ne rurſus conglobarentur, infenſaq; & infida
pax non duci non militi requiem permitteret, detrahere arma
ſuſpectis, cinctoſq; caſtris Antonam & Sabrinam fluuios co-
hibere parat. Quod primi Iceni abnuêre, valida gens, nec prœ-
liis contuſi, quia ſocietatem noſtram volentes acceſſerant. hiſq;
auctoribus circumiectæ nationes locum pugnæ delegêre, ſeptum
agreſti aggere & aditu anguſto, ne peruius equiti foret. Ea
munimenta dux Romanus, quamquam ſine robore legionum
ſociales copias ducebat, perrumpere aggreditur, & diſtributis
cohortibus, turmas quoque equitum ad munia accingit. Tunc
dato ſigno perfringunt aggerem, ſuiſq; clauſtris impeditos tur-

bant. Atq; illi conſcientiâ rebellionis & obſeptis effugiis, mu
& clara facinora fecêre. quâ pugnâ filius legati, M. Oſtor
ſeruati ciuis decus meruit. Ceterùm clade Icenorum comp
ti qui bellum inter & pacem dubitabant; & ductus inde C
gos exercitus. Vaſtati agri, prædæ paſſim actæ: non auſis aci
hoſtibus, vel ſi ex occulto carpere agmen tentarent, punito d
Iamq; ventum haut procul mari, quod Hiberniam inſulã aſ-
ectat; cùm ortæ apud Brigantes diſcordiæ retraxêre ducem, -
ſtinationis certum, ne noua moliretur, niſi prioribus firmatis
Brigantes quidem, paucis qui arma cœptabant interfectis, in-
liquis datâ veniâ, reſedêre. Silurum gens, non atrocitate, nõ -
mentiâ mutabatur, quin bellum exerceret, caſtriſq; legionu
premenda foret. Id quo promtius veniret, colonia Camalodu
validâ veteranorum manu deducitur in agros captiuos, ſu-
dium aduerſus rebelles, & imbuendis ſociis ad officia legum.
inde in Siluras, ſuper propriam ferociam, Caractaci virib. c-
fiſos. quem multa ambigua, multa proſpera extulerant, vt ce
ros Britannorum imperatores præmineret. Sed aſtu, tum lo
rum fraude prior, vt militum inferior, transfert bellum in (-
douicas, adduiſq; qui pacem noſtram metuebant, nouiſſimu
caſum experitur: ſumto ad prœliũ loco, vt aditus, abſceſſus, c
cta nobis importuna, & ſuis in melius eſſent. Tunc montib.
duis, & ſi qua clementer accedi poterant, in modum valli ſ
præſtruit: & præfluebat amnis vado incerto, cateruaq; ma
pro munimentis conſtiterant. Ad hoc gentium ductores circ
ire, hortari, firmare animos, minuendo metu, accendenda
aliiſq; belli incitamentis. Enimuero Caractacus huc illuc v
tans, illum diem, illam aciem teſtabatur, aut reciperan
libertatis, aut ſeruitutis æternæ initium fore. vocabat
nomina maiorum, qui dictatorem Cæſarem pepuliſſe
quorum virtute vacui à ſecuribus & tributis, intemer
coniugum & liberorum corpora retinerent. *Hæc atq; t*
dicenti, adſtrepere vulgus; gentili quiſq; religione obſtringi
telis, non vulneribus ceſſuros. Obſtupefecit ea alacritas duc
Romanum: ſimul obiectus amnis, additum vallum, immi
iuga, nihil niſi atrox & propugnatoribus frequens, terrebat.

m

miles prœlium poscere, cuncta virtute expugnabilia, clami-
tare. præfectiq; ac tribuni paria differentes, ardorem exercitus
incendebant. Tum Ostorius, circumspectis quæ impenetrabilia,
quæq; peruia, ducit infensos, amnemq; haut difficulter euadit.
Vbi ventum ad aggerem, dum missilibus certabatur, plus vul-
nerum in nos, & pleraq; cædes oriebantur. Postea quam factâ te-
studine, rudes & informes saxorum compages distractæ, parq;
cominus acies; decedere Barbari in iuga montium. Sed eò quoq;
irrupere ferentarius grauisq; miles. illi, telis assultantes; hi, cō-
ferto gradu, turbatis contra Britannorū ordinibus, apud quos
nulla loricarum galearumue tegmina: & si auxiliaribus resi-
sterent, gladiis ac pilis legionariorum; si huc verterent, spatis
& hastis auxiliarium sternebantur. clara ea victoria fuit, ca-
ptaq; vxore & filiâ Caractaci, fratres quoq; in deditionem acce-
5 pti. Ipse (vt ferme intuta sunt aduersa) cùm fidem Cartisman-
duæ reginæ Brigantum petiuisset, vinctus ac victoribus tradi-
tus est, nono pòst anno quàm bellum in Britanniâ cœptum. Vn-
de fama eius euecta insulas, & proximas prouincias peruagata,
per Italiam quoq; celebrabatur: auebantq; visere, quis ille, tot
per annos, opes nostras spreuisset. Ne Romæ quidē ignobile
Caractaci nomen erat. Et Cæsar dum suum decus extollit, addi-
dit gloriam victo. Vocatus quippe vt ad insigne spectaculū
populus. Stetere in armis prætoriæ cohortes, campo qui castra
præiacet. Tunc incedentibus regiis clientelis phaleræ torquesq;,
quæq; externis bellis quæsierat, traducta; mox fratres & coniunx
& filia: postremò ipse ostentatus. Ceterorum preces degeneres fu-
ere, ex metu. At non Caractacus aut vultu demisso, aut verbis
misericordiam requirens, vbi tribunali astitit, in hunc modum
37 locutus est. Si quanta nobilitas & fortuna mihi fuit, tāta re-
rum prosperarum moderatio fuisset; amicus potius in
hanc vrbem, quàm captus venissem: neq; dedignatus esses
claris maioribus ortum, pluribus gentibus imperitantem
fœdere pacis accipere. Præsens sors mea vt mihi informis;
sic tibi magnifica est. habui equos, viros, arma, opes.
quid mirum, si hæc inuitus amisi? Nam si vos omnibus
imperitare vultis, sequitur vt omnes seruitutem accipiant.

Si ſtatim deditus traderer; neq; mea fortuna, neq; tua gloria inclaruiſſet: & ſupplicium mei obliuio ſequeretur. At ſi incolumem ſeruaueris, æternum exemplar clementiæ ero. *Ad ea Cæſar veniam ipſiq́; & coniugi, & fratribus, tribuit. Atque illi vinclis exſoluti, Agrippinam quoq; haut procul alio ſuggeſtu conſpicuam, iiſdem quibus principem laudibus gratibuſq; venerati ſunt. Nouum ſanè, & moribus veterum inſolitum, feminam ſignis Romanis præſidere. Ipſa ſemet parti à maioribus ſuis imperii ſociam ferebat. Vocati poſthac Patres,* multa & magnifica ſuper captiuitate Caractaci diſſeruere. Neque minus id clarum, quàm cùm Siphacem P. Scipio, Perſem L. Paullus, & ſi qui alii victos reges populo Ro. oſtendêre. *Cenſentur Oſtorio triumphi inſignia, proſperis ad id rebus eius, mox ambiguis: ſiue quòd amoto Caractaco, quaſi debellatum foret, minus intenta apud nos militia fuit; ſiue hoſtes miſeratione tanti regis, acriùs ad vltionem exarſere. Præfectum caſtrorum, & legionarias cohortes exſtruendis apud Siluras præſidiis relictas, circumfundunt. Ac ni citò vicis & caſtellis proximis ſubuentum foret; copiæ tum occidione occubuiſſent. Præfectus tamen & octo centuriones, ac promtiſſimus quiſque manipulus cecidere. nec multò poſt pabulãtis noſtros, ipſáſque miſſas ad ſubſidium turmas profligant. Tum Oſtorius cohortes expeditas expoſuit: nec ideo fugam ſiſtebat, ni legiones prœlium excepiſſent. Earum robore æquata pugna, dein nobis pro meliore fuit. Effugêre hoſtes tenui damno, quia inclinabat dies. Crebra hinc prœlia, & ſæpius in modum latrocinii: per ſaltus, per paludes, vt cuiq; ſors, aut virtus: temerè, prouiſa; ob iram, ob prædam; iuſſu, & aliquando ignaris ducibus. ac præcipuâ Silurum peruicaciâ, quos accendebat vulgata imperatoris Ro. vox:* vt quondam Sugambri exciſi, & in Gallias traiecti forent, ita Silurum nomen penitus exſtinguẽdum. *Igitur duas auxiliares cohortes, auaritiâ præfectorum incautius populantes, intercepêre. Spoliaq́; & captiuos largiendo, ceteras quoque nationes ad defectionem trahebant, cùm tædio curarum feſſus Oſtorius, conceſſit vitâ, lætis hoſtibus,* tamquam ducem haut ſpernendum; etſi non prælium, at certè

bellum

ellum absumsisset. *At Cæsar, cognitâ morte legati, ne pro-ncia sine rectore foret, A. Didium suffecit. Is properè vectus, n tamen integras res inuênit, aduersâ interim legionis pu-â, cui Manlius Valens praerat. auctaq; & apud hostes eius i fama, quo venientem ducem exterrerent: atq; illo augente dita, vt maior laus compositi, vel si durauissent, venia in-or tribueretur. Silures id quoque damnum intulerant, lateq; rsultabant, donec accursu Didii pellerentur. Sed post captum aractacum, præcipuus scientiâ rei militaris Venutius è Iu-ntum ciuitate, vt supra memoraui, fidusq; diu, & Romanis mis defensus, cùm Cartismanduam reginam matrimonio neret, mox orto dissidio, & statim bello, etiam aduersus nos stilia induerat. Sed primò tantum inter ipsos certabatur, cal-isq; Cartismandua artibus, fratrem ac propinquos Venutii ercepit. Inde accensi hostes, stimulante ignominiâ, ne feminæ perio subderentur, valida & lecta armis iuuentus regnum sinuadunt. quod nobis præuisum, & missæ auxilio cohortes re prœlium fecêre, cuius initio ambiguo, finis lætior fuit. Ne-e dispari euentu pugnatum à legione, cui Cesius Nasica præ-it. Nam Didius senectute grauis, & multâ copiâ honorum, ministros agere & arcere hostem satis habebat. Hæc, quam-am à duobus Ostorio Didioq; proprætoribus plures per an-gesta, coiunxi, ne diuisa haut perinde ad memoriam sui va-ent. Nunc ad temporum ordinem redeo. Ti. Claudio quin-m, Ser. Cornelio Orfito Coss. virilis toga Neroni matura-quo capessendæ Reip. habilis videretur. Et Cæsar adulatio-bus Senatus libens cessit,* vt vicesimo ætatis anno Consu-um Nero iniret: atq; interim designatus, proconsula-imperium extra vrbem haberet, ac princeps iuuentu-appellaretur. *Additum nomine eius donatiuum militi, ngiarium plebi. & ludicro Circensium, quod acquirendis u gi studiis edebatur, Britannicus in prætextâ, Nero trium-alium veste transuecti sunt. Spectaret populus hunc decore peratorio; illum puerili habitu, ac perinde fortunam vtri-que præsumeret. Simulq; qui centurionum tribunorumq; tem Britannici miserabantur, remoti fictis caussis, & alii*

per speciem honoris. etiam libertorum si quis incorruptâ fi
depellitur, tali occasione. Obuii inter se, Nero Britannicu
nomine, ille Domitium, *salutauere. quod vt discordiæ initiu*
Agrippina multo questu, ad maritum defert: sperni quip
adoptionẽ, quęq; censuerint Patres, iusserit populus, in
penates abrogari: ac nisi prauitas tam infensa docenti
arceatur, eruptura in publicam perniciẽ. *Cõmotus his q*
criminib. Claudius, optimum quemq; educatorem filii exsil
morte afficit: datosq; a nouercâ, custodiæ eius imponit. Non
tamen summa moliri Agrippina audebat, ni prætoriarum
hortiũ curâ exsoluerentur Lusius Geta, & Rufus Crispinus,
Messallinæ memores & liberis eius deuinctos credebat. Ig
distrahi cohortes ambitu duorum, & si ab vno reger
intentiorẽ fore disciplinã *asseuerante uxore, transfertu*
gimen cohortium ad Burrhum Afranium egregiæ militar
mæ, gnarum tamen cuius sponte præficeretur. Suumquoq;
gium Agrippina extollere altius, carpento Capitolium ing
qui mos sacerdotibus, & sacris antiquitùs concessus, venera
augebat feminæ: quam Imperatore genitam, sororem eius
rum potitus sit, & coniugem & matrem fuisse, unicum ad
diem exemplum est. Inter quæ præcipuus propugnator eiu
tellius, validissimâ gratiâ, ætate extremâ (adeò incertæ su
tentium res) accusatione corripitur, deferente Iunio Lu
natore. Is crimina maiestatis, & cupidinẽ imperii *obiect*
Præbuissetq; aures Cæsar, nisi Agrippinæ minis magis quam
tib. mutatus esset, vt accusatori aquâ atq; igne interdiceret
ctenus Vitellius voluerat. Multa eo anno prodigia euenere.
sum diris auib. Capitolium: crebris terræ motib. prorutæ d
ac dum latius metuitur, trepidatione vulgi, inualidus q
obtritus. Frugũ quoq; egestas, & orta ex eo fames, in prod
accipiebatur. nec occulti tantùm questus; sed iura redd
Claudium circumuasere clamorib. turbidis. pulsumq; in
mam fori partem vrgebant, donec militum globo infesti
rupit. Quindecim dierum alimẽta vrbi non amplius supe
constitit. magnaq; Deûm benignitate, & modestiâ hiem
extremis subuentum. At Hercule olim ex Italiæ region

ginquas in prouincias commeatus portabant. nec nunc infecun-
ditate laboratur, sed Africam potius & Ægyptum exercemus,
nauibusq; & casibus vita populi Romani permissa est. Eodem
anno bellum inter Armenios Hyberosq; exortum, Parthis quo-
que ac Romanis grauissimorum inter se motuum caussa fuit.
Genti Parthorum Vologeses imperitabat, maternâ origine ex
pellice Græca, concessu fratrum regnum adeptus. Hyberos Pha-
rasmanes vetustâ possessione, Armenios frater eius Mithrada-
tes obtinebat opib. nostris. Erat Pharasmani filius nomine Rha-
damistus, decorâ proceritate, vi corporis insignis, & patrias ar-
tes edoctus, claraq; inter accolas famâ. Is modicum Hyberiæ re-
gnum senectâ patris detineri ferocius crebriusq; iactabat, quàm
vt cupidinem occultaret. Igitur Pharasmanes iuuenem poten-
tiæ promtæ, & studio popularium accinctum, vergentibus iam
annis suis metuens, aliam ad spem trahere, & Armeniam osten-
tare, pulsis Parthis datam Mithradati à semet, memorando:
sed vim differendam, & potiorem dolum, quò incautum
opprimerent. Ita Rhadamistus simulatâ aduersus patrem di-
scordiâ, tamquam nouercæ odiis impar, pergit ad patruum. multaq;
ab eo comitate in speciem liberûm cultus, primores Armeniorũ
ad res nouas illicit, ignaro & ornante insuper Mithradate. Re-
conciliationis specie assumtâ, regressus ad patrẽ, quæ fraude con-
fici potuerint promta nuntiat, cetera armis exsequẽda. Interim
Pharasmanes belli caussas cõfingit. prœlianti sibi aduersus re-
gem Albanorũ, & Romanos auxilio vocanti fratrẽ aduer-
satũ; eamq; iniuriã excidio ipsius vltũ iturũ. Simul magnas
copias filio tradidit. Ille eruptione subitâ territum exutumq; cã-
pis Mithradatem, compulit in castellum Gorneas, tutum loco
ac præsidio militũ, quis Cælius Pollio præfectus, centurio Caspe-
rius præerat. Nihil tã ignarũ barbaris, quàm machinamẽta & astus
oppugnationum. At nobis ea pars militiæ maximè gnara est.
Ita Rhadamistus frustra vel cum damno tentatis munitionib.
obsidiũ incipit. Et cum vis negligeretur, auaritiã præfecti emer-
catur; obtestãte Casperio, ne socius rex, ne Armenia donũ
populi Romani, scelere & pecuniâ venderẽtur. Postremò
quia multitudinẽ hostiũ Pollio, iussa patris Rhadamistus obtende-

bant, pactus inducias abscedit: vt nisi Pharasmanem bello ab
sterruisset, T. Vinidium Quadratum præsidem Syriæ docere
quo in statu Armeniæ forent. Digressu centurionis velut cu
stode exsolutus præfectus, hortari Mithradatem ad sanciendu
fœdus; coniunctionem fratrum, ac priorem ætate Phara
manem, & cetera necessitudinum nomina referẽs, quò
filiam eius in matrimonio haberet, quòd ipse Rhadam
sto socer esset. Non abnuere pacem Hyberos, quamqu
in tempore validiores; & satis cognitam Armenioru
perfidiam. nec aliud præsidii quàm castellum commea
egenum. ne dubitaret armis, quàm incruentas conditi
nes malle. *Contante ad ea Mithradate, & suspectis præfe*
consiliis, quòd pellicem regiam polluerat, inq; omnem libidine
venalis habebatur; Casperius interim ad Pharasmanem pe
uadit: vtq; Hyberi obsidio decedant *expostulat. Ille prop*
làm incerta, & sæpius molliora respondens, secretis nuntiis m
net Rhadamistum, oppugnationem quoquo modo acc
lerare. *Augetur flagitii merces, & Pollio occultâ corrupt*
ne impellit milites, vt pacem flagitarent, seq; præsidio a
ituros minitarentur. *Quâ necessitate, Mithradates di*
locumq; fœderi accepit, castelloq; egreditur. Ac primò Rh
damistus in amplexus eius effusus, simulare obsequium, soc
rum ac parentem *appellare. Adicit iusiurandum*, non f
ro, non veneno vim allaturum: *simul in lucum propinqu*
trahit, prouisum illic sacrificium imperatum dictitans
Diis testibus pax firmaretur. *Mos est regibus quoties in*
tietatem coëant, implicare dextras, pollicesq; inter se vinci
nodoq; præstingere. Mox vbi sanguis in artus extremos se ef
derit, leui ictu cruorem eliciunt, atq; inuicem lambunt. Id f
dus arcanum habetur, quasi mutuo cruore sacratum. Sed t
qui ea vincula admouebat, decidisse simulans genua Mith
datis inuadit, ipsumq; prosternit: simulq; concursu pluri
iniciuntur catenæ, ac compedes (quod dedecorum Barbar
trahebatur. Moxq; vulgus duro imperio habitum, probra
verbera intentabat. Et erant contra, qui tantam fortu
commutationem miserarentur. *Secutaq; cum paruis lib*

coniu

coniunx, cuncta lamentatione complebat. Diuersis & contectis vehiculis abduntur, dum Pharasmanis iussa exquirerentur. Illi cupido regni fratre & filiâ potior, animusq; sceleribus paratus. visui tamen consuluit, ne coràm interficerentur. Et Rhadamistus quasi iurisiurandi memor, non ferrum, non venenum in sororem & patruum expromit, sed proiectos in humum, & veste multâ grauiq; opertos necat. Filii quoq; Mithradatis, quòd cædibus parentum illacrymauerant, trucidati sunt. At Quadratus cognoscens proditum Mithradatem, & regnum ab interfectoribus obtineri, vocat concilium, docet acta, & an vlcisceretur consultat. Paucis decus publicum curæ: plures tuta disserunt. Omnes scelus externum, cum lætitia habendum. Semina etiam odiorum iacienda, vt sæpe principes Romani eamdem Armeniam specie largitionis, turbandis Barbarorum animis præbuerint. Potiretur Rhadamistus malè partis, dum inuisus, infamis. quando id magis ex vsu, quàm si cum gloria adeptus foret. In hanc sententiam itum. Ne tamen annuisse facinori viderentur, & diuersa Cæsar præciperet; missi ad Pharasmanem nuntii, vt abscederet à finibus Armeniis, filiumq; abstraheret. Erat Cappadociæ procurator Iulius Pelignus, ignaui animi, & deridiculo corporis iuxtà despiciendus. sed Claudio perquàm familiaris, cùm priuatas olim conuersationes curaret, iners otium oblectaret. Is Pelignus auxiliis prouincialium contractis, tamquam recuperaturus Armeniam, dum socios magis quàm hostes prædatur, abscessu suorum, & incursantibus Barbaris, præsidii egens, ad Rhadamistum venit, donisq; eius euictus, vltrò regium insigne sumere cohortatur: sumentiq; adest auctor & satelles. Quod vbi turpi famâ diuulgatum; ne ceteri quoque ex Peligno coniectarentur, Heluidius Priscus legatus cum legione mittitur, rebus turbidis pro tempore vt consuleret. Igitur properè montem Taurū transgressus, moderatione plura quàm vi composuerat: cùm redire in Syriam iubetur, ne initium belli aduersus Parthos exsisteret. Nam Vologeses casum inuadendæ Armeniæ obuenisse ratus, quam à maioribus suis possessam, externus rex flagitio obtineret, contrahit copias, fratremq; Ti-

*ridatem deducere in regnum parat, ne qua pars domus sine im-
perio ageret. Incessu Parthorum, sine acie pulsi Hyberi: vrbesq;
Armeniorum Artaxata & Tigranocerta iugũ accepere. Dein
atrox hiems, seu parum prouisi commeatus, & orta ex vtroque
tabes, perpellũt Vologesen omittere præsentia. vacuamq; rursus
Armeniam Rhadamistus inuasit, truculentior quam antea,
tamquam aduersus defectores, & in tempore rebellaturos. Atq;
illi quamuis seruitio sueti, patientiam abrumpunt, armisq; re-
giam circumueniunt. Nec aliud Rhadamisto subsidium fuit,
quàm pernicitas equorum, quîs seq; & coniugem abstulit. Sed
coniunx grauida, primam vtcumq; fugam ob metum hostilem
& mariti caritatem tolerauit. Post festinatione continuâ, vbi
quati vterus, & viscera vibrantur, orare* vt morte honestâ
contumeliis captiuitatis eximeretur. *Ille primò amplecti, al-
leuare, adhortari, modò virtutẽ admirans, modò timore æger, ne
quis relictâ poturetur. Postremò violentiâ amoris, & facinori
non rudis, distringit acinacem, vulneratamq; ad ripam Ara-
xis trahit, flumini tradit, ne corpus etiam auferretur. Ipse præ-
ceps Hyberos ad patrium regnum peruadit. Interim Zenobiam
(id mulieri nomen) placidâ illuuie, spirantem ac vitæ manifesta
aduertêre pastores; & dignitate formæ haut degenerem reputan-
tes, obligant vulnus, agrestia medicamina adhibent; cognitoq;
nomine & casu, in vrbem Artaxata ferunt. vnde publicâ cura
deducta ad Tiridatem, comiterq; excepta, cultu regio habita
est. Fausto Sylla, Saluio Othone* Coss. *Furius Scribonianus in
exsilium agitur,* quasi finẽ principis ꝑ Chaldæos scrutaret. *
adnectebatur crimini Iunia mater eius,* vt casus prioris (*nam
relegata erat*) impatiens. *Pater Scriboniani Camillus arma
Dalmatiam mouerat. Idq; ad clementiam trahebat Cæsar, qui
stirpem hostilem iterum conseruaret. Neq; tamen exsuli long.
posthac vita fuit: morte fortuitâ, an per venenum extinctus es-
set, vt quisq; credidit, vulgauere.* De mathematicis Italiâ pel-
lendis factũ Senatusconsultũ, *atrox & irritum. Laudati de-
hinc oratione principis*, qui ob angustias familiares ordin-
Senatorio spõte cederent, *motiq; qui remanendo impudentia
paupertati adiucerẽt. Inter q̃ refertur ad Patres* de pœnâ fe-
mina

inarum, quæ ſeruis coniungerentur. *Statuiturq́;* vt igna-
domino ad id prolapſa, in ſeruitutē ſui conſenſiſſet, &
i nati eſſent, pro libertis haberentur. Pallanti, *quē reper-*
em eius relationis ediderat Cæſar, Prætoria inſignia, & cē-
s quinquageſies ſeſtertiū *cenſuit Conſul deſignatus Barea*
ranus: additū à Scipione Cornelio, grates publicè agendas,
regibus Arcadię ortus, veterrimā nobilitatē vſui publi-
poſtponeret, ſeq́; inter miniſtros Principis haberi ſine-
t. *Aſſeuerauit Claudius,* contentū honore Pallantē, intra
iorem paupertatē ſubſiſtere. *Et fixum eſt publico Senatuſ-*
nſultum, quo hibertinus ſeſtertii ter millies poſſeſſor, antiquæ
rcimoniæ laudib. cumulabatur. At non frater eius cognomē-
Felix pari moderatione agebat, iam pridem Iudææ impoſitus,
cuncta maleſacta ſibi impunè ratus, tantâ potentiâ ſubnixo.
nè præbuerant Iudæi ſpeciem motus ortâ ſeditione, poſtquam
gnitâ cæde (aii haut obtemperatū eſſet. manebat metus, ne
is principum eadē imperitaret. *Atq́; interim Felix intē-*
ſtiuis remediis delicta accendebat, æmulo ad deterrima Ven-
lio Cumano, cui pars prouinciæ habebatur: ita diuiſis, vt huic
alilæorum natio, Felici Samaritæ parerent, diſcordes olim &
m contemtu regentium minus coërcitis odiis. Igitur raptare
ter ſe, immittere latronū globos, cōponere inſidias, & aliquā-
prœliis congredi, ſpoliaq́; & prædas ad procuratores referre.
liq́; primò lætari, mox gliſcente pernicie, cùm arma militum
terieciſſent cæſi milites. Arſiſſetq́; bello prouincia, ni Quadra-
s Syriæ rector ſubueniſſet. Nec diu aduerſus Iudæos qui in
cem militum proruperant, dubitatum, quin capite pœnas lu-
ent: Cumanus & Felix contationē afferebant, quia Claudius
uſſis rebellionis auditis, ius ſtatuendi etiam de procuratoribus
ederat. Sed Quadratus Felicē inter iudices oſtentauit, receptū
tribunal, quo ſtudia accuſantium deterrerētur. damna-
ulq; flagitiorū, quæ duo deliquerant, Cumanus; *& quies*
rouinciæ reddita. Nec multo pòſt agreſtiū Cilicū nationes, quibus
litarū cognomentū, ſæpe & aliâs cōmotæ, tunc Troſobore du-
montes aſperos caſtris cepêre. Atq́; inde decurſu in litora aut
bes, vim cultorib. ac opidanis, ac plerumq́; in mercatores &

nauicularios audebant. Obſeſſaq; ciuitas Anemurienſis, & m[illegible]
è Syriâ in ſubſidium equites cum præfecto Curtio Seuero tur[illegible]
tur: quòd duri circum loci, peditibuſq; ad pugnam idonei, eq[illegible]
ſtre prœlium haut patiebantur. Dein rex eius oræ Antioch[illegible],
blandimentis aduerſus plebem, fraude in ducem, cùm Bar[illegible]
rorum copias diſſociaſſet; Troſobore pauciſq; primoribus in[illegible]
fectis, ceteros clementiâ compoſuit. Sub idem tempus, inter[illegible]
cum Fucinum amnemq; Lyrin perrupto monte, quo magn[illegible]
centia operis à pluribus viſeretur, lacu in ipſo nauale prœli[illegible]
adornatur, vt quondam Auguſtus ſtructo cis Tiberim ſtag[illegible],
ſed leuibus nauigiis & minore copia ediderat. Claudius tr[illegible]
mes quadriremeſq; & vndeuiginti hominum milia arma[illegible],
cincto ratibus ambitu, ne vaga effugia forent: attamen ſpat[illegible]
amplexus, ad vim remigii, & gubernantium artes, impe[illegible]
nauium prœlio ſolitos. in ratibus prætoriarum cohortium [illegible]
nipuli turmæq; adſtiterant, antepoſitis propugnaculis, ex[illegible]
catapultæ baliſtæq; tenderentur. Reliqua lacus, claſſiarii [illegible]
nauibus obtinebant. Ripas & colles, ac montium edita in[illegible]
dum theatri, multitudo innumera compleuit, proximis è [illegible]
nicipiis, & alii vrbe ex ipsâ, viſendi cupidine, aut offici[illegible]
principem. Ipſe inſigni paludamento, neq; procul Agrip[illegible]
chlamyde auratâ præſedêre. Pugnatum, quamquam inter[illegible]
tes, fortium virorum animo: ac poſt multum vulnerum, [illegible]
dioni exemti ſunt. Sed perfecto ſpectaculo apertum aqua[illegible]
iter, & incuria operis manifeſta fuit, haut ſatis depreſſi [illegible]
cus ima vel media. Eoq;, tempore interiecto, altiùs effoſ[illegible]
cus, & contrahendæ rurſus multitudini, gladiatorum ſp[illegible]
culum editur, inditis pontibus pedeſtrem ad pugnam. Qu[illegible]
conuiuium effluuio lacus appoſitum magnâ formidine cunct[illegible]
fecit, quia vis aquarum prorumpens, proxima trahebat, [illegible]
uulſis vlterioribus, aut fragore & ſonitu exterritis. Sim[illegible]
grippina trepidatione principis vſa, miniſtrum operis N[illegible]
ſum incuſat cupidinis ac prædarum. Nec ille reticet, i[illegible]
tentiam muliebrem nimiaſq; ſpes eius arguens. D. Iu[illegible]
Q. Haterio Coss. ſedecim annos natus Nero Octauiam [illegible]
ris filiam in matrimonium accepit. Vtq; ſtudiis honeſtis, & [illegible]

qu[illegible]

uentiæ gloriâ nitesceret; caussâ Iliensium susceptâ, Romanũ
roiâ demissum, & Iuliæ stirpis auctorem Æneam, aliaq;
ut procul fabulis vetera *facundè exsecutus, impetrat* vt
enses omni publico munere soluerentur. *Eodem orato-
Bononiensi Coloniæ igni haustæ subuentum, centies sestertii
rgitione. Redditur Rhodiis libertas, adempta sæpe aut firma-
prout bellis externis meruerant, aut domi seditione deliquе-
nt. Tributumq; Apamiensibus terræmotu conuulsis, in quin-
uennium remissum. At Claudius sæuissima quæque promere
igebatur eiusdem Agrippinæ artibus, quæ Statilium Tau-
m opibus illustrem hortis eius inhians peruertit, accusante
arquitio Prisco. Legatus is Tauri Africam imperio procon-
lari regentis, postquam reuenerant*, pauca repetundarum
imina, ceterùm magicas superstitiones *obiectabat. Nec
e diutius falsum accusatorem indignâ sorte perpessus, vim vi-
suæ attulit, ante sententiam Senatus. Tarquitius tamen cu-
â exactus est: quod Patres odio delatoris, contra ambitum A-
ippinæ peruicère. Eodem anno sæpius audita vox Principis*,
rem vim rerum habendam à procuratoribus suis iudi-
tarum, ac si ipse statuisset. *Ac ne fortuitò prolapsus videre-
r, Senatus quoq; consulto cautum, plenius quàm antea & v-
rius. Nam Diuus Augustus apud equestres qui Ægypto
æsiderent lege agi, decretaq; eorum proinde haberi iusserat, ac
magistratus Romani constituissent: mox alias per prouinci-
& in vrbe pleraq; concessa sunt, quæ olim à Prætoribus no-
bantur. Claudius omne ius tradidit, de quo toties seditione
t armis certatum, cùm Semproniis rogationibus equester or-
in possessione iudiciorum locaretur, aut rursum Seruiliæ leges
natui iudicia redderent. Mariusq; & Sylla olim de eo vel
æcipuè bellarunt. Sed tunc ordinum diuersa studia: & qui
icerant, publicè valebant. C. Oppius & Cornelius Balbus pri-
ni Cæsaris opibus potuere conditiones pacis & arbitria belli
ractare. Matios posthac & Vedios, & cetera equitum Roma-
orum præualida nomina, referre nihil attinuerit; cùm Clau-
ius libertos, quos rei familiari præfecerat, sibiq; & legibus adæ-
uauerit. Retulit dein* de immunitate Cois tribuendâ.

Multaq; super antiquitate eorum memorauit: Argiuos el
Cœum Latonæ parentem, vetustissimos insulæ cultores:
mox aduentu Æsculapii artem medēdi illatam, maximéq;
inter posteros eius celebrē fuisse, *nomina singulorum re*
& quib. quisq; ætatib. viguissent. Quin etiam dixit Xenop
tem, cuius scientiâ ipse vteretur, eâdem familiâ ortū.
cibusq; eius dandū, vt omni tributo vacui in posterū
sacrā & tantum Dei ministrā insulā colerent. *neq; dubi*
habetur, multa eorundem in Po. Rom. merita, sociasq; vict
potuisse tradi. Sed Claudius, facilitate solitâ, quod vni con
rat, nullis extrinsecus adiumentis velauit. At Byzantii,
dicendi copia, cùm magnitudinem onerum apud Senatum
precarentur, cuncta repetiuere; orsi à fœdere *quod nobisc*
icerāt, qua tempestate bellauimus aduersus regem Mace
cui vt degeneri, Pseudophilippi vocabulum impositum. n
posthac copias in Antiochū, Persen, Aristonicū, & p
co bello adiutum Antoniū. *memorabantq;* quæ Sylla
Lucullo, aut Pompeio obtulissent. mox recētia in C
merita. quando ea loca insiderēt, quæ transmeantib.
mariq; ducib. exercitibusq;, simul vehendo cōmeat
portuna forēt. *Namq; artissimo inter Europā Asiamq;*
tio, Byzantium in extremâ Europâ posuere Græci. quib. I
Apollinē consulentibus vbi conderent vrbē, *redditum o*
lum est: quęrerent sedē, cęcorū terris aduersam. *Eâ a*
Chalcedonii monstrabantur, quòd priores illuc aduecti, p
locorum vtilitate peiora legissent. Quippe Byzantium fer
lo, fecundoq; mari. quia vis piscium in Pontum erumpe
obliquis subter vndas saxis exterrita, omisso alterius lito
xu, hos ad portus defertur. Vnde primò quæstuosi & op
pòst magnitudine onerum vrgente, finem aut modum or
annitente principe qui Thracio Bosphoranoq; bello recen
iuuandosq; rettulit. Ita tributa in quinquennium remissa.
Asinio, M. Acilio Coss. *mutationem rerum in deterius*
di, cognitum est crebris prodigiis. Signa enim ac tentoria
tum igne cælesti arsere. Fastigio Capitolii examen apum
Biformes hominum partus. Et suis fetus editus, cui accip

gues erant. Numerabatur inter oſtenta, diminutus omnium
agiſtratuum numerus; Quæſtore, Ædili, Tribuno, ac Præ-
re, & Conſule, paucos intra menſes defunctis. Sed in præcipuo
uore Agrippina vocem Claudii, quam temulentus iecerat,
:ale ſibi, vt coniugũ flagitia ferret, dein puniret, *metuẽs,*
ere & celerare ſtatuit, perditâ prius Domitiâ lenibus & mu-
bribus cauſſis: quia Lepida minore Antoniâ genita, auuncu-
Auguſto, Agrippinæ ſobrinâ prior, ac Gnei mariti eius ſoror,
rem ſibi claritudinem credebat. nec forma, ætas, opes multum
tabant; & vtraq; impudica, infamis, violenta, haut minùs
tiis æmulabantur quam ſi qua ex fortunâ proſpera acceperãt.
imuero certamẽ acerrimũ, amita potius an mater apud Ne-
nem præualeret. Nam Lepida blandimentis & largitionibus
uenilem animum deuinciebat; truci contrà ac minaci Agrip-
nâ, quæ filio dare imperium, tolerare imperitantẽ nequibat.
eterùm obiecta ſunt quòd coniugiũ principis deuotionib.
tiuiſſet, quodq́; parũ coërcitis per Calabriam ſeruorum
minib. pacẽ Italię turbaret. *Ob hæc mors indicta, multum*
uerſante Narciſſo, qui Agrippinã magis magisq́; ſuſpectans,
omſiſſe inter proximos ferebatur, certam ſibi perniciem, ſeu
itannicus rerum, ſeu Nero potiretur. Verùm ita de ſe
eritum Cęſarem, vt vitam vſui eius impenderet. Conui-
am Meſſallinam & Silium. Pares iterum accuſandi cauſ-
s eſſe, ſi Nero imperitaret. Britãnico ſucceſſore, nullum
incipi meritum, ac nouercæ inſidiis domum omnem
nuelli, maiore flagitio, quàm ſi impudicitiã prioris cõ-
gis reticuiſſet. quamquam ne impudicitiam quidẽ nunc
eſſe, Pallante adultero. ne quis ambigat, decus, pudorẽ,
rpus, cuncta regno viliora habere. *Hæc atq; talia dicti-*
ns, amplecti Britannicum, robur ætatis quàm maturrimũ
ecari: modò ad Deos, modò ad ipſum tendere manus, adole-
eret, patris inimicos depelleret: matris etiam interfe-
ores vlciſceretur. *In tantâ mole curarum, Claudius valetu-*
ine aduersâ corripitur, refouendisq; virib. mollitie cæli & ſa-
britate aquarum, Sinueſſam pergit. Tum Agrippina ſceleris
m certa & oblatæ occaſionis propera, nec miniſtrorũ egens, de

genere veneni consultauit: ne repentino & præcipiti facinu prodderetur; silentum & tabidum delegisset, ne admotus supre-mis Claudius, & dolo intellecto, ad amorem filii rediret. Ex-quisitum aliquid placebat, quod turbaret mentem, & mortem differret. Deligitur artifex talium, vocabulo Locusta, nuper veneficii damnata, & diu inter instrumenta regni habita. Eius mulieris ingenio paratum virus, cuius minister è spadonibus fuit Halotus, inferre epulas, & explorare gustu solitus. Adeoq; cuncta mox pernotuere, vt temporum illorum scriptores pro-diderint, infusum delectabili cibo boletorum venenum; nec vim medicaminis statim intellectã, secordiáne Clau-dii an vinolentiâ *simul soluta aluus subuenisse videbatur. Igi-tur exterrita Agrippina, & quando vltima timebantur, spre-tâ præsentium inuidiâ, prouisam iam sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet. Ille tamquam nisus euomentis adiuua-ret, pinnam rapido veneno illitam faucibus eius demisisse cre-ditur: haut ignarus summa scelera incipi cum periculo, pagi cum præmio. Vocabatur interim Senatus*, votaq; pro inco-lumitate principis Consules & Sacerdotes nuncupabant, *cùm iam exanimis vestibus & fomentis obtegeretur, dum rå firmando Neronis imperio componuntur. Iam primùm Agrip-pina, velut dolore victa & solatia conquirens, tenere am-plexu Britannicum*, veram paterni oris effigiem *appellare, ac va-riis artibus demorari, ne cubiculo egrederetur. Antoniam quo-que & Octauiam sorores eius attinuit, & cunctos aditus custo-diis clauserat; crebroq; vulgabat*, ire in melius valetudinem principis, *quo miles bonâ in spe ageret, tempusq; prosperum ex monitis Chaldæorum attentaret. Tunc medio diei, tertium ante idus Octobr. foribus palatii repentè diductis, comitante Burrho Nero egreditur ad cohortem, quæ more militiæ excubiis adest. vbi monente Præfecto, festis vocibus exceptus, inditur lecticæ. Dubitauisse quosdam ferunt respectantes, rogitantesq;* vbi Bri-tannicus esset? *mox nullo in diuersum auctore, quæ offerban-tur secuti sunt. Illatusq; castris Nero, & congruentia tempori præfatus, promisso donatiuo, ad exemplum paternæ largitionis,* Imperator *consalutatur. Sententiam militum secuta Patrum*

consul-

nsulta. nec dubitatum est apud prouincias. Cælestesq́ honores
audio decernuntur, & funeris sollenne perinde ac Diuo Au-
sto celebratur: æmulante Agrippinâ proauiæ Liuiæ magni-
entiam. Testamentum tamen haut recitatum, ne antepoſi-
s filio priuignus, iniuriâ & inuidiâ animos vulgi turbaret.

C. CORNELII TA-
CITI AB EXCESSV DI-
VI AVGVSTI ANNALIVM
LIBER XIII.

PRIMA nouo principatu mors Iunii Silani proconsulis Asiæ, ignaro Nerone, per dolum Agrippinæ paratur. non quia ingenii violentiâ exitum irritauerit, segnis & minationibus aliis fastiditus, adeo vt C. Cæsar pecudem auam, eum appellare solitus sit: verùm Agrippina fratri eius L. lano necem molita vltorē metuebat, crebrâ vulgi famâ, anponendum esse vix dum pueritiam egresso Neroni, & perium per scelus adepto, virum ætate compositâ, intem, nobilem, & quod tunc spectaretur, è Cæsarum steris. quippe & Silanus D. Augusti abnepos erat. hæc causnecis: ministri fuere P. Celerius eques Romanus, & Ælius ertus, rei familiari Principis in Asiâ impositi. Ab iis pronsuli venenum inter epulas datum est, apertiùs quàm vt falent. Nec minus properato Narcissus Claudii libertus, de cuiurgiis aduersus Agrippinam rettuli, asperâ custodiâ, & nessitate extremâ ad mortem agitur; inuito principe, cuius abtis adhuc vitiis per auaritiam ac prodigētiam mirè congruet. Ibaturq́ in cædes, nisi Afranius Burrhus, & Annæus eneca obuiam issent. Hi rectores imperatoriæ iuuentæ, & pari societate potentiæ concordes, diuersâ arte ex æquo pollebant. urrhus militaribus curis, & seueritate morum; Seneca præptis eloquentiæ, & comitate honestâ. iuuantes inuicem, quo cilius lubricam principis ætatem, si virtutem aspernaretur, luptatibus concessis retinerent. Certamen vtrique vnum erat

contra ferociam Agrippinæ, quæ cunctis malæ dominati-
cupidinibus flagrans, habebat in partibus Pallantem, quo -
ctore Claudius nuptiis incestis & adoptione exitiosâ semet p-
uerterat. Sed neq; Neroni infra seruos ingenium; & Pallas -
sti arrogãtiâ modum liberti egressus, tædium sui mouerat. P-
palam tamen omnes in eam honores cumulabantur, signu-
more militiæ petenti tribuno dedit, OPTIMÆ MATRIS. *D-*
creti & à Senatu duo lictores, flaminium Claudiale, sim-
Claudio censoriũ funus, & mox consecratio. *Die fune-*
laudationẽ eius princeps exorsus est. Dũ antiquitatem gene-,
Consulatus, ac triumphos maiorũ enumerabat; intentus ips-
ceteri. Liberalium quoq; artium cõmemoratio, & nihil re-
eo Reip. triste ab externis accidisse, pronis animis audita. P-
quã ad prouidentiã sapientiamq; flexit; nemo risui tempera-,
quamq̃ oratio à Senecâ composita, multum cultus præferret -
fuit illi viro ingenium amœnum, & tẽporis illius auribus -
commodatum. Adnotabant seniores, quibus otium est ve-
& præsentia contendere, primum ex iis qui rerum potiti-
sent Neronem, alienæ facundiæ eguisse. *Nam dictator -*
sar summis oratoribus æmulus, & Augusto prõta ac profl-,
quæ deceret principẽ, eloquẽtia fuit. Tiberius artẽ quoq; ca-
bat, qua verba expenderet, tum validus sensibus aut cons-
ambiguus. Etiã C. Cæsaris turbata mẽs vim dicẽdi nõ corru-,
Nec in Claudio quoties meditata dissereret, elegantiam req-
rer es. Nero puerilibus statim annis, viuidum animum in -
detorsit. Cælare & pingere, cantus aut regimen equorum ex-
cere. & aliquando carminib. pangendis, inesse sibi elementa -
ctrinæ ostendebat. Ceterum peractis tristitiæ imitamentis, C- 4
riam ingressus, & de auctoritate Patrum, & consensu milit-
p̃fatus, cõsilia sibi & exẽpla capessendi egregiè imperii men-
rauit: nec iuuentã armis ciuilib. aut domesticis discord-
imbutã: nulla odia, nullas iniurias, nec cupidinẽ vltio-
efferre. *Tum formam futuri principatus præscripsit, ea ma-*
mè declinans, quorum recens flagrabat inuidia. Non n. se r-
gotiorũ omnium iudicem fore, vt clausis vnã intra do-
accusatoribus & reis, paucorũ potentia grassaretur. Nil

ı penatibus ſuis vænale, aut ambitioni peruium: diſcretã
omum & Remp. Teneret antiqua munia Senatus. Con-
ılum tribunalibus Italia & publicæ ꝓuinciæ aſſiſterent.
li Patrum aditum præberent; ſe mãdatis exercitib. con-
ılturum. *Nec defuit fides. Multaq; arbitrio Senatus cõſtituta*
int, Ne quis ad cauſſam orandã mercede aut donis eme-
etur; Ne deſignatis quidẽ quæſtorib. edendi gladiatores
eceſſitas eſſet. *Quod quidẽ aduerſante Agrippinâ, tamquã*
ɛta Claudii ſubuerterẽtur, obtinuere patres. qui in palatium
b id vocabantur, vt aſtaret abditis à tergo forib. velo diſcreta,
uod viſum arceret, aditus non adimeret. Quin & legatis Ar-
ıeniorum cauſſam gentis apud Neronẽ orantib. eſcendere ſug-
eſtum imperatoris, & præſidere ſimul parabat; niſi ceteris pa-
ore defixis, Seneca admonuiſſet, venıẽti matri occurreret. Ita
ꝑecie pietatis, obuiam itum dedecori. Fine anni turbidis rumo-
ibus ꝓrupiſſe rurſum Parthos, & rapi Armeniã *allatum*
ſt; pulſo Rhadamiſto, qui ſæpe regni eius potitus, dein
rofugus, tum quoq; bellum deſeruerat. *Igitur in vrbe ſer-*
monum auidâ, quemadmodum princeps vix ſeptendecim
nnos egreſſus, ſuſcipere eã molẽ aut propulſare poſſet. q̃
ubſidium in eo qui à feminâ regeretur: num prelia quo-
que & oppugnationes vrbium, & cetera belli per magi-
ſtros adminiſtrari poſſent, *anquirebant. Contrà alii* melius
cueniſſe diſſerunt, quàm ſi inualidus ſenectâ & ignauiâ
Claudius, militiæ ad labores vocaretur, ſeruilib. iuſſis ob-
tẽperaturus. Burrhum tamẽ & Senecã multarum rerũ ex-
perientiâ cognitos: & imperatori quantũ ad robur deeſ-
ſe? cùm octauodecimo ætatis anno Gn. Põpeius, nono-
decimo Cæſar Octauianus, ciuilia bella ſuſtinuerint. Ple-
raq; in ſummâ fortunâ auſpiciis & conſiliis, q̃ telis & ma-
nib. geri. Daturũ planè documentũ, honeſtis an ſecus a-
micis vteretur, ſi ducẽ amotâ inuidiâ egregiũ, quã ſi pecu-
niosum & gratiâ ſubnixũ ꝑ ambitũ diligeret. *Hæc atq; ta-*
lia vulgantib. Nero & iuuentutẽ ꝓximas ꝑ ꝓuincias q̃ſi-
tã ſupplendis Orientis legionibus admouere, legioneſq;
ipſas ꝓpius Armeniã collocari *iubet*. Duoſq; veteres reges

Agrippam & Iocchum expedire copias, quîs Parthoru
fines vltrò intrarent; ſimul pontes per amnem Euphr
tem iungi, & minorem Armeniam Ariſtobulo, regione
Sophenem Sohemo cum inſignibus regiis mandat. *Exo
tuſq́; in tempore æmulus Vologeſo, filius Vardanes. Et abſceſſe
Armeniâ Parthi, tamquam differrent bellum. Sed apud S
natum omnia in maius celebrata ſunt, ſententiis eorum, q*
ſupplicationes & diebus ſupplicationum veſtem princi
triumphalem, vtq́; ouans vrbem iniret, effigieſq; ei
pari magnitudine, ac Martis Vltoris eodem in templo *ce
ſuere: præter ſuetam adulationem læti, quòd Domitium Co
bulonem retinendæ Armeniæ præpoſuerat. videbaturq́; loc
virtutibus patefactus. Copiæ orientis ita diuiduntur, vt pa
auxiliarium cum duabus legionibus apud prouinciam Syrian
& legatum eius Quadratum Vinidium remaneret; par ciu
um ſociorumq́; numerus Corbuloni eſſet, additis cohortib. aliſ
quæ apud Cappadociam hiemabant.* Socii reges prout bel
conduceret, parêre *iuſſi. Sed ſtudia eorum in Corbulone
promtiora erant. qui vt famæ inſeruiret, quæ in nouis cœpt
validiſſima eſt, itinere properè confecto, apud Egas ciuitaten
Ciliciæ obuium Quadratum habuit, illuc progreſſum, ne ſi a
accipiendas copias Syriam intrauiſſet Corbulo, omnium ora
ſe verteret, corpore ingens, verbis magnificus, & ſuper exper
entiam ſapientiamq́;, etiam ſpecie inanium validus. Ceteru
vterq́; Vologeſem regem nuntiis monebant,* pacem quàm be
lum mallet, datiſq́; obſidibus, ſolitam prioribus reueren
tiam in populum Romanum continuaret. *Et Vologe
quo bellum ex commodo pararet, an vt æmulationis ſuſpectos
nomen obſidum amoueret, tradit nobiliſſimos ex familiâ A
ſacidarum. Accepitq́; eos centurio Hoſtorius ab Vinidio mi
ſus, fortè priore de cauſſa adito rege. Quodpoſtquam Carbul
ni cognitum eſt; ire præfectum cohortis Arrium Varum, c
recipere obſides iubet. Hinc ortum inter præfectum & cent
rionem iurgium, ne diutius externis ſpectaculo eſſet, arbitriu
rei obſidibus legatiſq́; qui eos ducebant, permiſſum. Atq́; il
ob recentem gloriam, & inclinatione quâdam etiam hoſtiun
Corbu*

Corbulonem prætulere. Unde discordia inter duces: querente Vinidio, prærepta quæ suis consiliis patrauisset; *testante contra Corbulone*, non prius conuersum regem ad offerendos obsides, quàm ipse dux bello dilectus, spes eius ad metum mutaret. *Nero quo componeret diuersos, sic euulgari iussit:* Ob res à Quadrato & Corbulone prosperè gestas, laurum fascibus imperatoriis addi. *quæ in alios consules egressa, coniunxi. Eodem anno Cæsar effigiem Gn. Domitio patri, Consularia insignia Asconio Labeoni, quo tutore vsus erat, petiuit à Senatu: sibiq3 statuas argento vel auro solidas, aduersus offerentes prohibuit. Et quamquam censuissent Patres*, vt principium anni inciperet mense Decemb. quo ortus erat Nero, *veterem religionem kalendarum Ianu. inchoando anno retinuit. Neque recepti sunt in reos Carinas Celer Senator, seruo accusante, aut Iulius Densus eques ter*, cui fauor in Britannicum crimini dabatur. *Claudio Nerone, L. Antistio Coss. cùm in acta principum iurarent magistratus, in sua acta collegam Antistium iurare prohibuit: magnis patrum laudibus, vt iuuenilis animus leuium quoque rerum gloriâ sublatus, maiores continuaret. Secutaq3 lenitas in Plautium Lateranũ, quem ob adulterium Messallinæ ordine remotum, reddidit Senatui, clementiam suam obstringens crebris orationibus; quas Seneca, testificando quàm honesta præciperet, vel iactandi ingenii, voce principis vulgabat. Ceterùm infracta paulatim potentia matris, delapso Nerone in amorem libertæ, cui vocabulum Acte fuit: simul assumtis in conscientiam Othone & Claudio Senecione adolescentulis decoris, quorum Otho familiâ Consulari, Senecio liberto Cæsaris patre genitus, ignarâ matre, dein frustra obnitente, penitus irrepserat per luxum & ambigua secreta, ne seuerioribus quidem principis amicis aduersantibus*, mulierculâ, nullâ cuiusquam iniuriâ, cupidines principis explente; quando vxore ab Octauiâ nobili quidem, & probitatis spectatæ, fato quodam, an quia præualent illicita, abhorrebat. *metuebaturq3 ne in stupra feminarum illustrium prorumperet, si illâ libidine prohiberetur. Sed Agrippina* libertam æmulam, nurum ancillam,

aliaq; eundem in modum muliebriter fremere: neq; pœnitentiā
filii, aut satietatem opperiri: quantoq; fœdiora exprobrabat, a-
criùs accendere. donec vi amoris subactus, exueret obsequium
in matrem, Senecæq; permitteret. Ex cuius familiarib. Annæus
Serenus, simulatione amoris aduersus eandē libertā primas a-
dolescētis cupidines velauerat, ꝑbueratq; nomen, vt q̄ princeps
furtim mulierculæ tribuebat, ille palàm largiret̄. *Tum A-*
grippina versis artib. per blandimenta iuuenem aggredi, suum
potius cubiculū ac sinum offerre contegendis quæ prima ætas, &
summa fortuna expeterent. Quin & fatebatur intempestiuan
seueritatem, & suarū opū quæ haut procul imperatoriis aberāt
copias tradebat. vt nimia nuper coërcendo filio; ita rursum in
temperanter demissa. Quæ mutatio neq; Neronem fefellit, & p
ximi amicorum metuebant, orabantq; caueri insidias mulie
ris semꝑ atrocis, tum & falsę. *Fortè illis diebus Cæsar inspect*
ornatu, quo principum coniuges ac parentes effulserant, dilig
vestem & gemmas, misitq; donum matri: nullâ parcimoniâ, c
præcipua & cupita aliis, prior deferret. Sed Agrippina non h
instrui cultus suos, sed ceteris arceri, *proclamat*, & diuider
filium, q̄ cuncta ex ipsâ haberet. *Nec defuere qui in deteri*
referrent. Et Nero infensus iis quib superbia muliebris innitebā
tur, demouet Pallantem curâ rerum quîs à Claudio impositu
velut arbitrum regni agebat. Ferebaturq; digrediēte eo, mag
prosequentium multitudine, non absurde dixisse: Ire Pallant
vt eiuraret. *Sanè pepigerat Pallas*, ne cuius facti in præte
tū interrogaret̄, paresq; rationes cū Repub. haberet. *Pr*
ceps post hæc Agrippina, ruere in terrorē & minas, neq; pr
cipis aurib. abstinere, quo minus testaretur, adultum iam e
Britannicum, verā dignamq; stirpem suscipiendo pat
imperio; ꝙ insitus & adoptiuus, ꝑ iniurias matris exer
ret. Nō abnuere se, quin cūcta infelicis domus mala pa
fierēt, suę in primis nuptiæ, suū veneficiū. Id solum dii
sibi ꝓuisum, quòd viueret priuignus. Iturā cum illo in
stra. Audiretur hinc Germanici filia, inde vilis rursus B
rhus & exsul Seneca, truncâ scil. manu, & professoriâ l
guâ, generis humani regimen expostulātes. *Simul intēd*

ma

manus, aggerere ꝓbra: consecratũ Claudium, infernos Silanorũ manes inuocare, & tot irrita facinora. *Turbatus his Nero, & propinquo die, quo quartumdecimum ætatis annum Britannicus explebat,* volutare secum, modò matris violentiam, modò ipsius indolem, vt quidem experimento nuper cognitã, quo tñ fauorẽ latè quæsiuisset. *Festis Saturno dieb. inter alia æqualiũ ludicra, regnum lusu sortientium, euenerat ea sors Neroni. Igitur ceteris diuersa, nec ruborem illatura; vbi Britannico iussit exsurgeret, progressusq; in mediũ cantum aliquem inciperet, irrisum ex eo sperans pueri sobrios quoq; conuictus, nedũ temulentos ignorantis: ille constanter exorsus est carmẽ,* quo euolutũ eum sede patriâ rebusq; summis *significabatur. Vnde orta miseratio manifestior, quia dissimulationẽ nox & lasciuia exemerat. Nero intellectâ inuidiâ, odium intendit. Vrgentibusq; Agrippinæ minis, quia nullũ crimen, neq; iubere cædẽ fratris palàm audebat, occulta molitur. Parari venenũ iubet, ministro Pollione Iulio prætoriæ cohortis tribuno, cuius curâ attinebatur damnata veneficii nomine Locusta, multâ scelerum famâ. Nã vt proximus quisq; Britannico, neq; fas, neq; fidem pensi haberet, olim ꝓuisum erat. Primũ venenum ab ipsis educatorib. accepit, transmisitq; exsolutâ aluo parum validũ, siue temperamentũ inerat, ne statim sæuiret. Sed Nero lenti sceleris impatiens, minitari tribuno,* iubere supplicium veneficæ; ꝙ dũ rumorẽ respiciunt, dum parant defensiones, securitatẽ morarentur. *Promittentib. dein tam p̃cipitem necem quam si ferro vrgeretur, cubiculũ Cæsaris iuxta decoquitur virus, cognitis antea venenis rapidũ. Mos habebatur, principũ liberos cũ ceteris idem ætatis nobilib. sedentes vesci in aspectu propinquorum, ꝓpriâ & parciore mensâ. Illic epulãte Britannico, quia cibos potusq; eius delectus ex ministris gustu explorabat, ne omitteretur institutum, aut vtriusq; morte proderetur scelus, talis dolus repertus est. Innoxia adhuc ac præcalida, & libata gustu potio traditur Britannico. Dein postquam feruore aspernabatur, frigidâ in aquá affunditur venenũ, ꝙ ita cũctos eius artus ꝑuasit, vt vox pariter & spiritus eius raperẽtur. Trepidatũ a circumsedentib. diffugiunt imprudentes. At quibus altior intellectus, resistunt defixi, & Neronem intuentes. Ille*

vt erat reclinis, & nescio similis, solitum ita, *ait,* per comitia-
lé morbum, quo primũ ab infantiâ afflictaretũ Britãnicus,
& redituros paulatim visus sensusq;. *At Agrippinæ ii*
pauor, ea consternatio mentis, quamuis vultu premeretur,
emicuit; vt perinde ignaram fuisse ac Octauiam sororem Bri-
tannici constiterit. quippe sibi supremum auxilium ereptum
& parricidii exemplum intelligebat. Octauia quoq; quamui
rudibus annis, dolorem, caritatem, omnis affectus absconder
didicerat. Ita post breue silentium, repetita conuiuii lætitia
Nox eadem necem Britannici & rogum coniunxit, prouis
antè funebri apparatu, qui modicus fuit. In campo tamen Mar
tio sepultus est, adeò turbidis imbribus, vt vulgus iram deûn
portendi *crediderit* aduersus facinus, cui plerique etiam
hominum ignoscebant, antiquas fratrum discordias, &
insociabile regnum æstimantes. *Tradunt pleriq; eorum*
temporum scriptores, crebris ante exitium diebus illusis
pueritiæ Britannici Neronem. *vt iam non præmatura, ne*
sæua mors videri queat, quamuis inter sacra mensæ, ne tempor
quidem ad complexum sorori dato, ante oculos inimici prope
rata sit, in illum supremum Claudiorum sanguinem, stupr
prius quàm veneno pollutum. Festinationem exsequiarum ed
cto Cæsar defendit, id à maioribus institutum referens, sub
trahere oculis acerba funera, neq; laudationib. aut pom
pâ detinere. Ceterùm & sibi amisso fratris auxilio, reli
quas spes in Rep. sitas: & tanto magis fouendum patri
populoq; principem, qui vnus superesset è familiâ sum
mum ad fastigium genitâ. *Exin largitione potissimos am*
corum auxit. Nec defuerunt, qui arguerent viros grauita
tem asseuerantes, quòd domos villasque id temporis qua
prædas diuisissent. *Alii necessitatem adhibitam credebar*
à principe, sceleris sibi conscio, & veniam sperante, si largiti
nibus validissimum quemq; obstrinxisset. At matris ira nu
lâ munificentiâ leniri; sed amplecti Octauiam, crebra cum a
micis secreta habere. Super ingenitam auaritiam, undiq;
pecunias quasi in subsidium corripiens, tribunos & centurion
comiter excipere. Nomina & virtutes nobilium, qui etiam

tum ſupererant, in honore habere: quaſi quæreret ducem & partes. Cognitum id Neroni, excubiasq; militares, quæ vt coniugi imperatoris ſoli, tum & vt matri ſeruabantur, & Germanos ſuper eundem honorem cuſtodes additos digredi iubet. Ac ne cœtu ſalutantium frequentaretur, ſeparat domum, matremq; transfert in eam, quæ Antoniæ fuerat: quoties ipſe illuc ventitaret, ſeptus turbâ centurionum, & poſt breue oſculum digrediens. Nihil rerum mortalium tam inſtabile ac fluxum eſt, quam fama potentiæ, non ſuâ vi nixæ. Statim relictum Agrippinæ limen: nemo ſolari, nemo adire, præter paucas fœminas, amore an odio, incertum. Ex quibus erat Iunia Silana, quam matrimonio C. Silii à Meſſallinâ depulſam, ſuprà rettuli, inſignis genere, formâ, laſciuâ, & Agrippinæ diu percara. mox occultis inter eas offenſionibus, quia Sextium Africanum nobilem iuuenem à nuptiis Silanæ deterruerat Agrippina, impudicam & vergentem annis dictitans; *non vt Africanum ſibi ſeponeret, ſed ne opibus & orbitate Silanæ maritus potiretur. Illa ſpe vltionis oblata, parat accuſatores ex clientibus ſuis Iturium & Caluiſium, non vetera, & ſæpius iam audita deferens,* quòd Britannici mortem lugeret, aut Octauiæ iniurias euulgaret: ſed deſtinauiſſe eam Rubellium Plautum, per maternam originem pari ac Nero gradu à Diuo Auguſto, ad res nouas extollere; coniugioque eius etiam imperio Remp. rurſus inuadere. *hæc Iturius & Caluiſius Atimeto Domitiæ Neronis amitæ liberto aperiunt. Qui lætus oblatis (quippe inter Agrippinam & Domitiam infenſa æmulatio exercebatur) Paridem hiſtrionem libertum & ipſum Domitiæ impulit* ire properè, crimenque atrociter deferre.

1 *Prouecta nox erat, & Neroni per vinolentiam trahebatur, cum ingreditur Paris, ſolitus alioquin id temporis luxus principis intendere. ſed tunc compoſitus ad mæſtitiam, expoſitoq; indicii ordine, ita audientem exterret, vt non tantùm matrem Plautumq; interficere, ſed Burrhum etiam demouere præfecturâ deſtinaret, tamquam Agrippinæ gratiâ prouectum, & vicem reddentem. Fabius Ruſticus auctor eſt,* ſcriptos eſſe ad Cæninam Thuſcum codicillos mandatâ ei prætoriarum

cohortium curâ, sed ope Senecæ dignationem Burrh
retentam. *Plinius & Cluuius* nihil dubitatum de fide præ
fecti *referunt. sanè Fabius inclinat ad laudes Senecæ; cuius a*
micitiâ floruit. Nos consensum auctorum secuturi, quæ diuer
sa prodiderint, sub nominibus ipsorum trademus. Nero trepi
dus, & interficiendæ matris auidus, non prius differri potui
quàm Burrhus necem eius promitteret, si facinoris coargueri
tur: Sed cuicumque, nedum parenti defensionem tribu
endam. nec accusatores adesse, sed vocem vnius ex inim
câ domo afferri. Refutare tenebras, & vigilatam conu
uio noctem, omniaq; temeritati & inscitiæ propiora. S
lenito principis metu & luce ortâ, itur ad Agrippinam, vt no
sceret obiecta, dissolueretque, vel pœnas lueret. *Burrh*
iis mandatis, Senecâ coràm, fungebatur. Aderant & ex libe
tis, arbitri sermonis. Deinde à Burrho postquam crimina
auctores exposuit, minaciter actum. Agrippina ferociæ memo
Non miror, *inquit,* Silanam numquam edito partu, m
trum affectus ignotos habere. Neq; n. perinde à parent
bus liberi; quàm ab impudicâ adulteri mutantur. Nec si
turius & Caluisius adesis omnibus fortunis, nouissima
suscipiendæ accusationis operã anni rependunt; ideo a
mihi infamia parricidii, aut Cæsari conscientia subeun
est. nam Domitiæ inimicitiis gratias agerem, si beniu
lentiâ mecum in Neronem meum certaret. Nunc p
concubinũ Atimetum, & histrionem Paridem quasi sc
næ fabulas componit. Baiarum suarum piscinas excol
bat, cùm meis consiliis adoptio, & proconsulare ius, & d
signatio consulatus, & cetera adipiscendo imperio præp
rarentur. Aut existat qui cohortes in vrbe tentatas, q
prouinciarum fidem labefactatam, denique seruos vel
bertos ad scelus corruptos arguat. Viuere ego Britanni
potiente rerum poterã: at si Plautus aut quis alius Rem
iudicaturus obtinuerit; desunt scilicet mihi accusator
qui non verba impatientiâ caritatis aliquando incaut
sed ea crimina obiiciant, quibus nisi à filio mater absol
non possim? *Commotis qui aderant, vltroq; spiritus eius m*

tiga

tigantib. colloquiũ filii expoſcit. Vbi nihil pro innocentiâ quaſi diffideret, nec beneficiis quaſi exprobraret diſſeruit, ſed vltionẽ in delatores & pmia amicis obtinuit. Præfectura annonæ Senio Rufo, cura ludorum qui à Cæſare parabãtur Arruntio Stellæ, Ægyptus C. Balbillo permittuntur. Syria P. Anteio deſtinata, & variis mox artib. eluſus; ad poſtremũ in vrbe retẽtus eſt. At Silana in exſilium acta. Caluiſius quoque & Iturius relegantur. De Atimeto ſuppliciũ ſumtũ, validiore apud libidines principis Paride, quàm vt pœna afficeretur. Plautus ad præſens ſilẽtio tranſmiſſus eſt. Deferuntur dehinc cõſenſiſſe Pallas, ac Burrhus, vt Cornelius Sulla claritudine generis, & affinitate Claudii, cui per nuptias Antonię gener erat, ad imperium vocaret. *Eius accuſationis auctor exſtitit Pætus quidã, exercẽdis apud ærariũ ſectionib. famoſus, & tũ vanitatis manifeſtus. Nec tam grata Pallãtis innocentia, quàm grauis ſuperbia fuit. quippe* nominatis libertis eius, quos cõſcios haberet, *reſpõdit*, nihil vnq̃ ſe domi, niſi nutu aut manu ſignificaſſe, vel ſi plura demõſtranda eſſent ſcripto vſum, ne vocẽ conſociaret. *Burrhus quamuis reus, inter iudices ſententiam dixit. Exſiliumq́; accuſatori irrogatum, & tabulæ exuſtæ ſunt, quib. oblitterata ærarii monimenta retrahebat. Fine anni ſtatio cohortis aſſidere ludis ſolita, demouetur, quo maior ſpecies libertatis eſſet; vtq́; miles theatrali licentiæ nõ permixtus, incorruptior ageret, & plebs daret experimentũ, an amotis cuſtodib. modeſtiam retineret. Vrbem princeps luſtrauit è reſponſo haruſpicũ,* quòd Iouis ac Mineruæ ædes de cælo tactæ erant. *Q. Voluſio, P. Scipione* Coss. *otium foris, fœda domi laſciuia, qua Nero itinera vrbis, & lupanaria, & diuerticula, veſte ſeruili in diſſimulationem ſui compoſitus pererrabat, comitantibus qui raperent ad venditionem expoſita, & obuiis vulnera inferrent; aduerſus ignaros adeò, vt ipſe quoq; acciperet ictus, & ore præferret.* Deinde *vbi Cæſarem eſſe qui graſſaretur pernotuit, augebãturq́; iniuria aduerſus viros feminasq́; inſignes, & quidã ſimili licentiâ, ſub nomine Neronis, inulti propriis cum globis eadem exercebant, & in modum captiuitatis nox agebatur. Iulius quidam Montanus Senatorii ordinis, ſed qui nondum honorem capeſſiſſet, congreſſus fortè per tenebras cum Principe quia vim tentantem acriter repulerat, deinde agnitum orauerat,*

quaſi exprobraſſet, mori adactus eſt. Nero autem metuentior i
poſterum, milites ſibi, & pleroſq; gladiatorum circumdedit, q
rixarum initia modica, & quaſi priuata ſinerent: ſi à læſis va
lidiùs ageretur; arma inferebant. Ludicram quoque licentiam
& fautores hiſtrionum velut in prœlia conuertit, impunitate &
præmiis; atq; ipſe occultus, & plerumq; coràm proſpectans: d
nec diſcordi populo, & grauioris motus terrore, non aliud reme
dium repertum eſt, quam vt hiſtriones Italiâ pellerentur, mi
leſq; theatro rurſum aſſideret. Per idem tempus actum in S
natu de fraudibus libertorum, efflagitatumq; vt aduerſu
malè meritos, reuocandæ libertatis ius patronis daretu
Nec deerant qui cenſerent. Sed Conſules relationem incipe
non auſi ignaro principe, perſcripſere tamen conſenſum Sen
tus. ille auctor conſtitutionis fieret, vt inter paucos & ſen
tentiæ aduerſos, quibuſdam coalitam libertate irreueren
tiam eò prorupiſſe frementibus, vi an æquo cum patron
iure agerent, ſententiam eorum conſultarent, an verb
ribus manus vltrò intenderent, impellerentúe pœna
ſuam diſſuadentes. Quid enim aliud læſo patrono co
ceſſum, quàm vt viceſimum vltra lapidem, in oram Cam
paniæ libertum releget? Ceteras actiones promiſcuas
pares eſſe. Tribuendum aliquod telum quod ſperni n
queat. Nec graue manumiſſis, per idem obſequium r
tinendi libertatem, per quod aſſecuti ſint. Ac criminu
manifeſtos, meritò ad ſeruitutem retrahi; vt metu coë
ceantur, quos beneficia non mutauiſſent. *Diſſerebatu*
contrà: Paucorum culpam ipſis exitioſam eſſe debere. n
hil vniuerſorum iuri derogandum. quippe latè fuſum
corpus. Hinc plerumq; tribus, decurias, miniſteria ma
giſtratibus & ſacerdotibus, cohortes etiam in vrbe co
ſcriptas. & plurimis equitum, plerisq; ſenatoribus, no
aliunde originem trahi. Si ſeparentur libertini; manif
ſtam fore pænuriam ingenuorum. non fruſtra maior
cùm dignitatem ordinum diuiderent, libertatem in cô
muni poſuiſſe. Quin & manumittendi duas ſpecies i
ſtitutas, vt relinqueretur pœnitentiæ aut nouo benefici
locu

cus. Quos vindictâ patronus nõ liberauerit; velut vin-
lo ſeruitutis attineri. Diſpiceret quiſque merita, tarde-
e concederet, quod datum non adimeretur. *Hæc ſen-
tia valuit. ſcripſitq́ Cæſar Senatui,* priuatim expenderent
uſſam libertorum, quoties à patronis arguerentur: in
mmune nihil derogent. *Nec multo pòſt, ereptus amitæ li-
tus Paris, quaſi iure ciuili, non ſine infamiâ principis, cuius
ſu perpetratum ingenuitatis iudicium erat. Manebat ni-
ominus quædam imago Reip. Nam inter Vibullium Præ-
em, & plebei tribunum Antiſtium ortum certamen, quòd
modeſtos fautores hiſtrionum & à prætore in vincula ductos,
bunus omitti iuſſiſſet. comprobauere patres, incuſatâ An-
ii licentiâ. Simul prohibiti tribuni* ius Prætorum & Con-
um præripere, aut vocare ex Italiâ cum quibus lege agi
ſſet. *Addidit L. Piſô deſignatus Conſul,* ne quid intra do-
ım pro poteſtate animaduerterent: neue multam ab iis
ctam, Quæſtores ærarii in publicas tabulas ante quat-
or menſes referrent: medio temporis contradicere li-
ret. deq́; eo Conſules ſtatuerent. *Cohibita artiùs & Æ-
um poteſtas, ſtatutumq́* quantum curules, quantum ple-
i pignoris caperent, vel pœnæ irrogarent. *Eò Heluidius
iſcus tribunus plebis aduerſus Obultronium Sabinum æra-
Quæſtorem contentiones proprias exercuit, tamquam ius
ſta aduerſus inopes inclementer augeret. Dein princeps cu-
n tabularum publicarum à Quæſtoribus ad præfectos tranſ-
it. Variè habita, ac ſæpe immutata eius rei forma. Nam
guſtus permiſit Senatui deligere præfectos. dein ambitu ſuf-
giorum ſuſpecto, ſorte ducebantur ex numero Prætorum
i præeſſent. Neque id diu manſit, quia ſors deerrabat ad pa-
m idoneos. Tunc Claudius Quæſtores rurſum impoſuit, uſq́
metu offenſionum ſegniùs conſulerent, extra ordinem hono-
s permiſit. Sed deerat robur ætatis eum primũ magiſtratum
peſſentibus. Igitur Nero præfecturâ perfunctos, & experien-
â probatos dilegit. Damnatus iiſdem Conſulibus Vipſanius
enâs,* ob Sardiniam prouinciam auarè habitam. *Abſolu-
Ceſtius Proculus repetundarum, cedentibus accuſatorib.*

Clodius Quirinalis, quòd præfectus remigum qui Rauen-
næ haberentur, velut infimã nationũ, Italiã luxuriâ ſæui-
tiaq; afflictauiſſet, *veneno damnationẽ anteuertit. Ami-
Rebius ex primorib. peritiâ legũ, & pecuniæ magnitudine, cr-
ciatus ægræ ſenectæ miſſo per venas ſanguine effugit: haut cred-
tus ſufficere ad conſtantiam ſumendæ mortis, ob libidines m-
liebriter infamis. At L. Voluſius egregiâ famâ conceſſit. cui t-
& nonaginta anni ſpatiũ viuendi, præcipuæq; opes bonis art-
inoffenſa tot imperatorum malitia fuit. Nerone ſecundum,
Piſone Conſulib. pauca memoriâ digna euenêre. niſi cui libea-
laudandis fundamentis & trabibus, quîs molem Amphithe-
tri apud Campum Martis Cæſar exſtruxerat, volumina i-
plere: cùm ex dignitate populi Rom. repertũ ſit, res illuſtres a-
nalib. talia diurnis vrbis actis mandare. Ceterùm coloniæ C-
pua atq; Nuceria, additis veteranis, firmatæ ſunt: plebeiq; co-
giarium quadrageni nummi viritim dati, & ſeſtertium qu-
dringenties ærario illatum eſt ad retinendã populi fidẽ. Vecti-
quoq; quintæ & viceſimæ venalium mancipiorum remiſſum
ſpecie magis quàm vi. quia cùm venditor pendere iuberet-
in partem pretii emtoribus accreſcebat. Edixit Cæſar*, ne q-
magiſtratus, aut procurator qui prouinciam obtine-
ſpectaculum gladiatorum, aut ferarum, aut quod al-
ludicrum ederet. *Nam ante non minus tali largitione, qu-
corripiendis pecuniis, ſubiectos affligebant; dũ quæ libidine-
liquerant, ambitu propugnant. Factũ & S. conſultum vlti-
iuxta & ſecuritati*, vt ſi quis à ſuis ſeruis interfectus eſſe-
quoq; qui teſtamento manumiſſi ſub eodem tecto ma-
ſiſſent; inter ſeruos ſupplicia penderent. *Redditur ord-
Luſius Varius conſularis, auaritiæ criminibus olim percul-
Et Pomponia Græcina inſignis fœmina Plautio, qui ouans-
Britannis retulit, nupta, ac ſuperſtitionis externæ rea*, ma-
iudicio permiſſa. *Iſq; priſco inſtituto, propinquis coram-
capite famaq; coniugis cognouit, & inſontem nuntiauit. Lo-
huic Pomponiæ ætas, & continua triſtitia fuit. Nam poſt-
liam Druſi filiam dolo Meſſallinæ interfectam, per quadrag-
ta annos, non cultu niſi lugubri, non animo niſi mæſto egit.*

imperitante Claudio impunè, mox ad gloriam vertit. Idem nus plures reos habuit. quorum P. Celerem, accusante Asiâ, ia absoluere nequibat Cæsar, traxit, senectâ donec mortem ret: Nam Celer interfecto, vt memoraui, Silano proconsule, gnitudine sceleris cetera flagitia obtegebat. Cossutianum pitonem Cilices detulerant, maculosum fœdumq;, & idem audaciæ in prouinciâ ratum, quod in vrbe exercuerat. Sed uicaci accusatione conflictatus, postremo defensionem omisit, lege repetundarum damnatus est. Pro Eprio Marcello, a Lycii res repetebant, eò vsque ambitus præualuit, vt qui n accusatorum eius exsilio multarentur, tamquam insonti riculum fecissent. *Nerone tertiùm Consule simul init nsulatum Valerius Messalla, cuius proauum oratorem ruinum, Diuo Augusto abauo Neronis, collegam in eo gistratu fuisse, pauci iam senum meminerant.* sed nobili faliæ honor auctus est, oblatis in singulos annos quinis sestertiis, *quibus Messala paupertatem innoxiam sintaret. Aurelio quoq; Cottæ & Haterio Antonino anam pecuniam statuit princeps, quamuis per luxum auitas o. dissipassent. Eius anni principio, mollibus adhuc initiis proatum inter Parthos Romanosq; de obtinendâ Armeniâ lum, acriter sumitur: quia nec Vologeses sinebat fratrem ridatem dati à se regni expertem esse, aut alienæ id potentiæ num habere: & Corbulo dignum magnitudine populi Roani rebatur, parta olim à Lucullo Pompeioq; recipere. Ad c Armenii ambiguâ fide vtraq; arma inuitabant, situ terrum, similitudine morum Parthis propiores, cōnubiisq; perixti, ac libertate ignotâ illuc magis ad seruitium inclinantes. d Corbuloni plus molis aduersus ignauiam militum, quàm ntra perfidiam hostium erat. quippe Syriâ transmotæ legioes, pace longâ segnes, munia Romanorum ægerrimè tolerant. Satis constitit fuisse in eo exercitu veteranos, qui non ationem, non vigilias inissent: vallum fossamq; quasi noua & mira viserent: sine galeis, sine loricis, nitidi & quæstuosi, ilitiâ per opida expletâ. Igitur dimissis quibus senecta aut aletudo aduersa erat, supplemētum petiuit. Et habiti per Ga-*

latiam ac Cappadociam dilectus. Adiectaq; ex Germania [cut off]
gio cum equitibus alariis, & peditatu cohortium: retentusq; [cut off]
mnis exercitus sub pellibus, quamuis hieme saeuâ adeò, vt [cut off]
ducta glacie, nisi effossa humus, tentoriis locum non praebe[cut off]
Ambusti multorum artus vi frigoris, & quidam inter ex[cut off]
bias exanimati sunt. Annotatusq; miles. qui fascem lig[cut off]
rum gestabat, ita praeriguisse manus, vt oneri adhaerentes, tr[cut off]
cis brachiis deciderent. Ipse cultu leui, capite intecto, in agm[cut off]
in laboribus, frequens adesse: laudem strenuis, solatium inu[cut off]
dis, exemplum omnibus ostendere. Dehinc quia duritiam [cut off]
militiaeq; multi abnuebant, deserebantq́; remedium seueri[cut off]
quaesitum est. Nec enim, vt in aliis exercitibus, primum a[cut off]
rumq; delictum venia prosequebatur, sed qui signa reliquer[cut off]
statim capite poenas luebat. Idq; vsu salubre, & misericor[cut off]
melius apparuit. Quippe pauciores illa castra deseruere, qua[cut off]
ea in quibus agnoscebatur. Interim Corbulo legionibus in[cut off]
castra habitis, donec ver adolesceret, dispositisq; per idoneo[cut off]
cos cohortibus auxiliariis, ne pugnam priores adirent, prae[cut off]
Curam praesidiorum Pactio Orphito primipili honore per[cut off]
cto mandat. Is quamquam incautos Barbaros, & bene[cut off]
rendae rei casum offerri *scripserat*, tenere se munimen[cut off]
& maiores copias opperiri *iubetur. Sed rupto imperio,* [cut off]
quam paucae è proximis castellis turmae aduenerant, pugna[cut off]
imperitiâ poscebant; congressus cum hoste funditur. Et da[cut off]
eius exterriti qui subsidium ferre debuerant, sua quisq; in[cut off]
stra trepidâ fugâ rediere. Quod grauiter Corbulo accepit. [cut off]
crepitumq; Pactium, & praefectos, milites q; tendere om[cut off]
extra vallum *iussit. inq; eâ contumeliâ detenti, nec nisi pr*[cut off]
vniuersi exercitus exsoluti sunt. At Tiridates super prop[cut off]
clientelas, ope Vologesi fratris adiutus, non furtim iam, sed[cut off]
l.im bello infensare Armeniam, quosq; fidos nobis rebatur[cut off]
populari, & si copiae contra ducerentur, eludere, huc quoqu[cut off]
illuc volitans, plura famâ quàm pugnâ extrahere. Igitur C[cut off]
bulo, quaesito diu praelio, frustra habitus, & exemplo hostiu[cut off]
circumferre bellum coactus, dispartit vires, vt legati pr[cut off]
ctiq; diuersos locos pariter inuaderent. Simul Antiochum

g

g*n monet*, proximas ſibi præfecturas petere. *Nam Pha-*
r manes interfecto filio Rhadamiſto, quaſi proditore ſui;
q fidem in nos teſtaretur, vetus aduerſus Armenios odium
p ntius exercebat. Tunc quoque primum illecti Iſichi, gens
b t aliàs ſocia Romanis, auia Armeniæ incurſauit. Ita conſi-
li Tiridati in contrarium vertebantur. Mittebatq́; oratores,
q ſuo Parthorumq́; nomine expoſtularent, cur datis nuper
o idibus, redintegrataq́; amicitiâ, quæ nouis quoq; be-
n ciis locum aperiret, vetere Armeniæ poſſeſſione de-
p eretur? Ideo nōdum ipſum Vologeſem commotum,
q a cauſſâ, quàm vi agere mallet. Sin perſtaretur in bel-
lo non defore Arſacidis virtutem fortunamq́ue, ſæpius
cl le Romanâ expertam. *Ad ea Corbulo, ſatis comperto,*
V ogeſem defectione Hyrcaniæ attineri, ſuadet Tiridati pre-
ci as Cæſarem aggredi: poſſe illi regnum ſtabile, & res
ir uentas contingere, ſi omiſſâ ſpe longinquâ & ſerâ,
p ſentem potioremq́; ſequeretur. *Placitum dehinc, quia*
c meantibus inuicem nuntiis, nihil in ſummâ pacis proficie-
b ur, colloquio ipſorum tempus locumq́; deſtinari. Mille equi-
tu præſidium Tiridates affore ſibi dicebat: quantum Corbu-
lo cuiusq; generis militum aſſiſteret, non ſtatuere, dum poſi-
t ricis & galeis, in faciem pacis veniretur. Cuicumq; mor-
t um, nedum veteri & prouido duci, barbaræ aſtutia patuiſ-
ſe. Ideo artum inde numerum finiri, & hinc maiorem
a rri, vt dolus patraretur. Nam equiti ſagittarum vſu
e cito ſi detecta corpora obiicerentur; nihil profutu-
ra multitudinem. *Diſſimulato tamen intellectu*, rectius de
h quæ in publicum conſulerentur, totis exercitibus co-
r diſſertaturos *reſpondit. Locumq́; dilegit, cuius pars alte-*
r olles erant clementer aſſurgentes, accipiendis peditum ordi-
n us; pars in planitiem porrigebatur, ad explicandas equitum
t rmas. Dieq́; pacto, prior Corbulo ſocias cohortes & auxilia
r um pro cornibus, medio ſextam legionem conſtituit: cui ac-
c a per noctem aliis ex caſtris, tria millia tertianorum permi-
ſ erat, vnâ cum aquilâ, quaſi eadem legio ſpectaretur. Tiri-
da es vergente iam die procul aſtitit, vnde videri magis quàm

*audiri posset. Ita sine congressu dux Romanus abscedere mi-
tem sua quemq; in castra iubet. Rex siue fraudem suspect
quia plura simul in locabatur; siue vt commeatus nostros
tico mari, & Trapezunte opido aduentantes interciperet,
perè discedit. Sed neq; commeatibus vim facere potuit, qui
montes ducebantur præsidiis nostris insessos: & Corbulo, ne
tum bellum traheretur, vtq; Armenios ad sua defendend
geret, exscindere parat castella. Sibiq; quod validissimum
câ præfecturâ cognomento Volandum sumit. minora Co
Flacco legato, & Insteio Capitoni castrorum præfecto ma
Tum circumspectis munimentis, & quæ expugnationi ia
prouisis, hortatur milites*, vt hostẽ vagũ, neq; paci aut
lio paratum, sed perfidiam & ignauiam fugâ confité
exuerent sedibus, gloriæq; pariter & prædæ consule
*Tum quadripartito exercitu, hos in testudinem conglo
subruendo vallo inducit; alios scalas mœnibus admouere;
tos tormentis faces & hastas incutere iubet. Libratoribu
ditoribusq; attributus locus, vnde eminus glandes torqu
ne qua pars subsidium laborantibus ferret, pari vndique
tantus inde ardor certantis exercitus fuit, vt intra tertia
partem, nudati propugnatoribus muri, obices portarum
uersi, capta escensu munimenta, omnesq; puberes trucida
nullo milite amisso, paucis admodũ vulneratis. & imbel
gus sub coronâ venundatum: reliqua præda victoribu
Pari fortunâ legatus ac præfectus vsi sunt, tribusq; vna
stellis expugnatis, cetera terrore, & alia sponte incolaru
deditionem veniebant. vnde orta fiducia caput gentis A
ta aggrediendi. Nec tamen proximo itinere ductæ legion
si amnem Araxem, qui mœnia alluit, ponte transgrede
sub ictum dabantur. procul & latioribus vadis transier
Tiridates pudore & metu, ne si concessisset obsidioni, n
in ipso videretur: si prohiberet, impeditis locis seq; & eq
copias illigaret: statuit postremò ostendere aciem, & d
prœlium incipere, vel simulatione fugæ, locum fraudi par
gitur repentè agmen Romanũ circumfundit, non igna
nostro, qui viæ pariter & pugnæ composuerat exercitum*

e dextro tertia legio, sinistro sexta incedebat, mediis decumanorum dilectis: recepta inter ordines impedimenta, & tergum mille equites tuebantur. quibus iusserat, vt instantibus cominus resisterent, refugos non sequerentur. In cornibus pedes sagittarius, & cetera manus equitum ibat, productior cornu in sinistro per ima collium, vt si hostis intrauisset, fronte simul & sinu exciperetur. Assultare ex diuerso Tiridates, non vsque ad iactum teli, sed tum minitans, tum specie trepidantis, si laxare ordines & diuersos consectari posset. Vbi nihil temeritate solutũ, nec amplius quàm decurio equitum audentius progressus, & sagittis confixus, ceteros ad obsequium exemplo firmauerat, propinquis iam tenebris abscessit. Et Corbulo castra in loco metatus, an expeditis legionibus nocte Artaxata pergeret, obsidioneq́; circumdaret, *agitauit, concessisse illuc Tiridatem ratus. Dein postquam exploratores attulere* longinquum regis iter, & Medi an Albani peterentur, incertum, *lucem opperitur: præmissaq́; leuis armatura, q̃ muros interim ambiret, oppugnationemq́; eminus inciperet. Sed opidani portis spõte patefactis, se suaq́; Romanis permisere. quod salutem ipsis tulit: Artaxatis ignis immissus, deletaq́; & solo æquata sunt. quia nec teneri sine valido præsidio, ob magnitudinem mœnium; nec id nobis virium erat, quòd firmando præsidio, & capessendo bello diuideretur. Vel si integra & incustodita relinquerentur, nulla in eo vtilitas aut gloria quòd capta essent. Adicitur miraculum velut numine oblatum. Nam cuncta extra tecta hactenus sole illustria fuere: quòd mœnibus cingebatur, ita repentè atra nube coopertum, fulguribusq́; discretum est, vt quasi infensantibus Deis exitio tradi crederetur. Ob hæc* consalutatus Imperator Nero, & *Senatusconsulto* supplicationes habitæ: statuæq́; & arcus, & continui consulatus principi: vtq́; inter festos referretur dies, quo patrata victoria, quo nũtiata, quo relatum de eâ esset, *aliaq́; in eandem formam decernuntur. adeò modum egressa, vt C. Cassius de ceteris honoribus assensus,* si pro benignitate fortunæ Diis grates agerentur; ne totũ quidẽ annũ supplicationib. sufficere *differuerit.* eoq́; oportere diuidi sacros & negotiosos dies, quîs

diuina colerētur, & humana nō impedirēt. *Varius deind*
sibus iactatus, & multorum odia meritus reus, haut tamen
inuidiâ Senecæ damnatur. Is fuit P. Suilius, imperitante C-
dio terribilis ac venalis, & mutatione temporum, non quā
inimici cuperent demissus: quiq; se nocentem videri, quam
plicem mallet. Eius opprimendi gratiâ repetitum credeba
Senatusconsultum, pœnaq; Cinciæ legis, aduersus eos qui p-
tio caussas orauissent. *nec Suilius questu aut exprobrat*
abstinebat, præter ferociam animi, extremâ senectâ liber,
Senecam increpans, infensum amicis Claudii, sub quo
stissimum exsilium pertulisset. Simul studiis inertibu
iuuenum imperitiæ suetum, inuidere iis qui viuidam
incorruptam eloquentiam tuendis ciuibus exercerent
quæstorem Germanici; illum domus eius adulterū f-
se. An grauius existimandum, sponte litigatoris præ
honestæ operæ assequi, quàm corrumpere cubicula pr-
cipum feminarum? Quâ sapientiâ, quibus philosop-
rum præceptis, intra quadriennium regiæ amicitiæ,
millies sestertium parauisset? Romæ testamenta & orb
velut indagine eius capi: Italiam & prouincias, imme
fenore hauriri. At sibi labore quæsitam, & modicam
cuniam esse. Crimen, periculum, omnia potius tol-
turum, quàm veterem ac olim partam dignationem su-
tæ felicitati submitteret. *Nec deerant qui hæc iisdem ver*
aut versa in deterius Senecæ deferrent. Repertiq; accusato
direptos socios cùm Suilius prouinciam Asiam regere
publicæ pecuniæ peculatum detulēre. *Mox quia inq*-
sitionem annuā impetrauerat, breuius visum, suburbana
mina incipi, quorum obuii testes erant. Ii, acerbitate accu-
tionis Q. Pomponium ad necessitatem belli ciuilis de-
sum: Iuliam Drusi filiam, Sabinamq; Poppæam ad m
actas: & Valerium Asiaticum, Lusium Saturninum, C-
nelium Lupum circumuentos: iam equitum Roma-
rum agmina damnata, omnemq; Claudii sæuitiam Su
obiectabant. *Ille,* nihil ex his sponte susceptum, sed pri-
cipi paruisse defendebat, *donec eam orationem Cæsar co*-
bi

buit, compertum ſibi referens ex commentariis patris ſui, nullam cuiuſquam accuſationem ab eo coactam. *Tum iuſſa Meſſallinæ prætendi, & labare defenſio.* Cur enim neminem alium electum, qui ſæuienti impudicæ vocem præberet? Puniendos rerum atrocium miniſtros, vbi pretia ſcelerum adepti, ſcelera ipſa aliis delegent. *Igitur ademtâ bonorum parte (nam filio & nepti pars concedebatur, eximebãturq; etiam quæ teſtamento matris, aut aui acceperant) in inſulas Baleares pellitur: non in ipſo diſcrimine, non poſt damnationem fractus animo. Ferebaturq; copioſâ & molli vitâ, ſecretum illud tolerauiſſe. Filium eius Nerulinum aggreſſis accuſatoribus per inuidiam patris, & crimina repetundarum, interceſſit princeps, tamquam ſatis expletâ vltione. Per idem tempus Octauius Sagitta plebei tribunus, Pontiæ mulieris nuptæ amore vecors, ingentibus donis adulterium, & mox vt omitteret maritum emercatur; ſuum matrimonium promittens, ac nuptias eius pactus. Sed vbi mulier vacua fuit, nectere moras, aduerſam patris voluntatem cauſſari, repertaq; ſpe ditioris coniugis, promiſſa exuere. Octauius contrà modò conqueri, modò minitari,* famam perditam, pecuniam exhauſtam *obteſtans:* deniq; ſalutem, quæ ſola reliqua eſſet, arbitrio eius permittens. *Ac poſtquam ſpernebatur;* noctem vnam ad ſolatium poſcit, quâ delinitus, modum in poſterum adhiberet. *Statuitur nox. Et Pontia conſciæ ancillæ cuſtodiam cubiculi mandat. Ille, vno cum liberto, ferrum veſte occultum infert. Tum, vt aſſolet in amore & irâ, iurgia, preces, exprobratio, ſatisfactio; & pars tenebrarum libidine ſepoſita. Et queſtu incenſus, nihil metuentem ferro tranſuerberat, & accurrentem ancillam vulnere abſterret, cubiculoq; prorumpit. Poſterâ die manifeſta cædes, haut ambiguus percuſſor.* quippe manſitaſſe vnà *conuincebatur. Sed libertus* ſuum illud facinus profiteri, ſe patroni iniurias vltum eſſe. *Commoueratq; quoſdam magnitudine exempli: donec ancilla ex vulnere refecta, verum aperuit. poſtulatusq; apud Conſules à patre interfectæ, poſtquam tribunatu abierat, ſententiâ Patrum, & lege Corneliâ de ſicariis condemnatur. Non minus inſignis eo anno*

impudicitia, maiorum Reip. malorum initium fecit. Erat in ci
uitate Sabina Poppæa, T. Ollio patre genita, sed nomen aui ma
terni sumserat, illustri memoriâ Poppæi Sabini Consulari &
triumphali decore præfulgentis. Nam Ollium honoribus non
dum functum, amicitia Seiani peruertit. Huic mulieri cunct
alia fuere, præter honestum animum. Quippe mater eius ætati
suæ feminas pulchritudine supergressa, gloriam pariter & for
mam dederat. Opes claritudini generis sufficiebant. Sermo co
mis, nec absurdum ingenium modestiam præferre, & lasciui
uti. rarus in publicum egressus; idq; velatâ parte oris, ne satia
ret aspectum, vel quia sic decebat. Famæ numquam peperci
maritos & adulteros non distinguens: neq; affectui suo, aut ali
no obnoxia. vnde vtilitas ostenderetur, illuc libidinem transfe
rebat. Igitur agentem eam in matrimonio Rufi Crispini equ
tis Romani, ex quo filium genuerat, Otho pellexit iuuentâ
luxu, & quia flagrantissimus in amicitiâ Neronis habebatu
Nec mora, quin adulterio matrimonium iungeretur. Otho, si 46
amore incautus, laudare formam elegãtiamq; vxoris apu
principem: siue vt accenderet, ac si eâdem feminâ potirentu
id quoq; vinculum potentiam ei adiiceret. Sæpe auditus est co
surgens è conuiuio Cæsaris, se ire ad illam, sibi concessam d
ctitans nobilitatem, pulchritudinem, vota omnium,
gaudia felicium. His atq; talibus irritamentis, non longa co
tatio interponitur. Sed accepto aditu, Poppæa primum per bla
dimenta & artes valescere, imparem cupidini se, & formâ N
ronis captam simulãs: mox acri iam principis amore, ad supe
biam vertens, si vltra vnam alteramq; noctem attineretur, n
ptam esse se dictitans, nec posse matrimonium amitte
deuinctam Othoni per genus vitæ, quod nemo adæqu
ret. Illum animo & cultu magnificum: ibi se summâ fo
tunâ digna visere. At Neronẽ pellice ancillâ, & assuetudi
Actes deuinctũ, nil è contubernio seruili, nisi abiectum
sordidũ traxisse. Deiicitur familiaritate suetâ, post cõgressu
comitatu Otho: & postremò, ne in vrbe æmulatus ageret, pu
tiæ Lusitaniæ præficitur. Vbi vsq; ad ciuilia arma, non ex pri
infamiâ, sed integrè sanctèq; egit, procax otii, & potestatis te
pera

perantior. Hactenus Nero flagitiis & ſcelerib. velamenta quæſiuit. Suſpectabat maximè Corneliũ Syllã, ſecors ingeniũ eius in contrariũ trahens, callidũq; & ſimulatorẽ interpretando. *Quẽ metũ Graptus ex libertis Cæſaris, vſu & ſenectâ à Tiberio vſq; domum principum edoctus, tali mendacio intendit. Pons Miluius in eo tempore celebris nocturnis illecebris erat: ventitabatq; illuc Nero, quo ſolutius vrbem extra laſciuiret. Igitur regredienti per viam Flaminiã compoſitas inſidias, fatoq; euitatas, quoniam diuerſo itinere Salluſtianos in hortos remeauerit, auctoremq; eius doli Syllam ementitur: quia fortè redeuntibus miniſtris principis, quidam per iuuenilem licentiã quæ tunc paſſim exercebatur, inanem metum fecerant. Neq; ſeruorum quiſquam, neq; clientium Syllæ agnitus. Maximè, deſpecta & nullius auſi capax natura eius, a crimine abhorrebat: perinde tamen quaſi conuictus eſſet, cedere patriâ, & Maſſilienſium mœnibus coërceri iubetur. Iiſdem Conſulib. auditæ Puteolanorum legationes, quas diuerſas Senatorius ordo plebsq; ad Senatum miſerant: illi* vim multitudinis; *hi* magiſtratuum & primi cuiuſq; auaritiam *increpãtes. Cumq; ſeditio ad ſaxa & minas ignium progreſſa necem & arma perliceret; C. Caſſius adhibendo remedio dilectus. quia ſeueritatem eius non tolerabant, precante ipſo, ad Scribonios fratres ea cura transfertur, datâ cohorte prætoriâ. cuius terrore & paucorum ſupplicio, redit opidanis concordia. Non referrem vulgatiſſimum Senatuſconſultum, quo ciuitati Syracuſanorum egredi numerũ edendis gladiatoribus finitum permittebatur; niſi Pætus Thraſea contradixiſſet, præbuiſſetq; materiam obtrectatoribus arguendæ ſententiæ.* Cur enim ſi Remp. egere libertate ſenatoriâ crederet, tam leuia conſectaretur? quin de bello aut pace, de vectigalibus & legibus, quibuſque aliis Romana continentur, ſuaderet diſſuaderetue? Licere patrib. quoties ius dicendæ ſententiæ accepiſſent, quæ vellent expromere, relationemq; in ea poſtulare. An ſolum emendatione dignum, ne Syracuſis ſpectacula largius ederentur? Cetera per omnes imperii partes perinde egregia, quàm ſi non Nero, ſed Thraſea regimen eorum teneret?

Quæ si summâ dissimulatione transmitterentur, quanto magis inanibus abstinendum? *Thrasea contrà, rationem poscentibus amicis*, non præsentium ignarum *respondebat*, eiusmodi consulta corrigere: sed Patrum honori dare, vt manifestum fieret, magnarum rerum curam nõ dissimulaturos, qui animum etiam leuissimis aduerterent. *Eodem anno crebris populi flagitationibus immodestiam publicanorũ arguentis, dubitauit Nero* an cuncta vectigalia omitti iuberet: idq; pulcherrimum donum generi mortalium daret. *Sed impetum eius, multum prius laudatâ magnitudine animi, attinuere Senatores*, dissolutionem imperii *docendo*, si fructus quibus Resp. sustineretur, deminuerentur. Quippe sublatis portoriis, sequens vt tributorum abolitio expostularetur. Plerasq; vectigalium societates, à Consulibus & tribunis plebis constitutas, acri etiam populi Rom. tum libertate. Reliqua mox ita prouisa, vt ratio quæstuum & necessitas erogationum inter se congruerent. Temperandas planè publicanorum cupidines, ne per tot annos sine querela tolerata, nouis acerbitatibus ad inuidiam verterent. *Ergo edixit princeps* vt leges cuiusq; publici occultæ ad id tempus, proscriberentur: omissas petitiones, non vltra annum resumerent. Romæ prætor per prouincias qui pro prætore aut consule essent, iura aduersus publicanos extra ordinem redderent. Militibus immunitas seruaretur, nisi in iis quæ veno exercerent. *Aliaq; admodum æqua: quæ breui seruata, dein frustra habita sunt. Manet tamen abolitio quadragesimæ quinquagesimæq;, & quæ alia exactionibus illicitis nomina publicani inuenerant. Temperata apud transmarinas prouincias frumenti subuectio. Et* ne censibus negotiatorum naues ascriberentur, tributumq; pro illis penderent, *constitutum. Reos ex prouinciâ Africâ, qui proconsulare imperium illic habuerant, Sulpicium Camerinũ, & Pomponium Siluanum, absoluit Cæsar. Camerinum aduersus priuatos & paucos, sæuitiæ magis quam captarum pecuniarum crimina obiicientes: Siluanum magna vis accusatorum circumsteterat, poscebatq; tempus euocandorum testium; reus*

illico defendi postulabat. Valuitq; pecuniosâ orbitate & senectâ, quam vltra eorum vitam produxit, quorum ambitu euaserat. Quietæ ad id tempus res in Germaniâ fuerant, ingenio ducum, qui peruulgatis triumphi insignibus, maius ex eo decus sperabant, si pacem continuauissent. Paullinus Pompeius, L. Vetus eâ tempestate exercitui præerant. Ne tamen segnem militem attinerent, ille inchoatum ante tres & sexaginta annos à Druso aggerem coërcendo Rheno, absoluit: Vetus, Mosellam atq; Ararim, factâ inter vtrumq; fossâ connectere parabat, vt copiæ per mare, dein Rhodano & Arare subuectæ, per eam fossam, mox fluuio Mosellâ, in Rhenum, exin Oceanum decurrerent; sublatisq; itinerum difficultatibus, nauigabilia inter se occidentis septentrionisq; litora fierent. Inuidit operi Ælius Gracilis Belgicæ legatus, deterrendo Veterem, ne legiones alienæ prouinciæ inferret, studiaq; Galliarum affectaret. formidolosum id imperatori dictitans; quo plerumq; prohibentur conatus honesti. Ceterùm continuo exercituum otio fama incessit, ereptum ius legatis ducendi in hostem. Eoq; Frisii iuuentutem saltibus aut paludibus, imbellem ætatem per lacus admouêre ripæ, agrosq; vacuos, & militum vsui sepositos insedere, auctore Verrito, & Malorige, qui nationem eam regebant, in quâ tum Germani regnabant. Iamq; fixerant domos, semina aruis intulerant, vtq; patrium solum exercebant; cùm Dubius Auitus acceptâ à Paullino prouinciâ, minitando vim Romanam, nisi abscederent Frisii veteres in locos, aut nouam sedem à Cæsare impetrarent, perpulit Verritum & Malorigem preces suscipere. Profectiq; Romam, dum aliis curis intentum Neronem opperiuntur, inter ea quæ Barbaris ostentantur, intrauere Pompeii theatrum, quò magnitudinem populi viserent. Illic per otium (neq; enim ludicris ignari oblectabantur) dum consessum caueæ, discrimina ordinum, quis Eques, vbi Senatus percontantur, aduertêre quosdam cultu externo in sedibus Senatorum: & quinam forent rogitantes, postquam audiuerant, earum gentium legatis id honoris datum, quæ virtute & amicitiâ Romana præcellerent, NVLLOS MORTALIVM ARMIS AVT FIDE AN-

TE GERMANOS ESSE, *exclamant, degrediunturq́; &*
inter Patres conſidunt. quod comiter a viſentibus exceptum
quaſi impetus antiqui, & bona æmulatio. Nero ciuitate Ro
manâ ambos donauit. Friſios decedere agris iuſſit. Atque illi
aſpernantibus, auxiliaris eques repente immiſſus, neceſſitatem
attulit, captis cæſiſúe qui pervicacius reſtiterant. Eoſdem agros
Anſibarii occupauere, validior gens, non modò ſuâ copiâ, ſed a
iacentium populorum miſeratione: quia pulſi à Chaucis & ſed
inopes, tutum exſilium orabant. Aderatq́; iis clarus per illa
gentes, & nobis quoq; fidus, nomine Boiocalus, vinctum ſe re
bellione Cheruſcâ, iuſſu Arminii referens, mox Tiberio & Ger
manico ducibus, ſtipendia meruiſſe, quinquaginta annorum
obſequia. Id quoque adiungere, quod gentem ſuam ditio
ni noſtræ ſubiiceret. Quotam partem campi iacer
in quam pecora & armenta militum aliquando tranſmi
terentur? Seruarent ſanè receptos gregib. inter homin
famã; modò ne vaſtitatem & ſolitudinem mallent, quà
amicos populos. Chamauorum quondam ea arua, mo
Tubantum, & pòſt Vſipiorum fuiſſe. Sicut cælum diis, i
terras generi mortalium datas: quæq́; ſint vacuæ, eas pu
blicas eſſe. Solem deinde reſpiciens, & cetera ſidera voca
quaſi coràm interrogabat, vellêntne contueri inane ſol
potius mare ſuperfunderent aduerſus terrarum erepto
res. *Et commotus his Auitus*, patienda meliorum imper
Id Diis quos implorarent placitum, vt arbitrium pen
Romanos maneret, quid darent, quid adimerent; neq
alios iudices, quàm ſeipſos paterentur. *Hæc in publicũ A*
ſibariis reſpondit, ipſi Boiocalo, ob memoriam amicitię dat
rum agros. *quod ille, vt proditionis pretium, aſpernatus ad*
dit: Deeſſe nobis terra, in quâ viuamus; in quâ moriamu
non poteſt. *atque ita infenſis vtrimque animis diſceſſum.*
Bructeros, Tencteros, vlteriores etiam nationes ſocias be
vocabant. Auitus ſcripto ad Curtilium Manciam ſuper
ris exercitus legatum, vt Rhenum tranſgreſſus, arma a te
oſtenderet, ipſe legiones in agrum Tencterûm induxit, excid
minitans, niſi cauſſam ſuam diſſociarent. *Igitur abſiſte*
tib

:ibus his, pari metu exterritis Bructeris, & ceteris quoq; aliena pericula deſerentibus, ſola Anſibariorum gens retrò ad Vſi-pios & Tubantes conceſſit. quorum terris exacti, cùm Cattos, dein Cheruſcos petiſſent, errore longo, hoſpites, egeni, hoſtes, in a-lieno quod iuuentutis erat, cæduntur. Imbellis ætas in prædam diuiſa eſt. Eâdem æſtate inter Hermunduros Cattosq; certa-um magno prœlio, dum flumen gignendo ſale fecundum, & cō-erminum, vi trahunt; ſuper libidinem cuncta armis agendi, religione inſitâ, eos maximè locos propinquare cælo, pre-cesq; mortalium à Deis nuſquam propius audiri. Inde in-dulgentiâ numinum illo in amne, illisq; ſiluis ſalem pro-uenire, non vt alias apud gentes eluuie maris areſcente vndâ, ſed ſuper ardentem arborum ſtruem fusâ, contra-riis inter ſe elementis, igne atq; aquis concretâ. *Sed bel-lum Hermunduris proſperum: Cattis exitio fuit. quia victores* diuerſam aciem Marti ac Mercurio ſacrauere, *quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur. Et minæ quidem ho-ſtiles in ipſos vertebantur. Sed ciuitas Iuhonum ſocia nobis ma-lo improuiſo afflicta eſt. Nam ignes terrâ editi, villas, arua, vicos, paſſim corripiebant, ferebanturq; in ipſa conditæ nuper Coloniæ mœnia. neq; extingui poterant; non ſi imbres caderent, non ſi fluuialibus aquis, aut quo alio humore niterentur: donec inopiâ remedii, & irâ cladis, agreſtes quidam eminus ſaxa ia-cere, dein reſidentibus flammis propius ſuggreſſi, ictu fuſtium, aliisq; verberibus, vt feras abſterrebant: poſtremò tegmina corpori direpta iniiciunt, quanto magis profana & vſu pollu-ta, tanto magis oppreſſura ignes. Eodem anno Ruminalem arborem in comitio, quæ ſuper octingentos & quadraginta an-te annos Remi Romuliq; infantiam texerat, mortuis ramalib. & areſcente trunco deminutam, prodigii loco habitum eſt, do-nec in nouos fetus reuiuiſceret.*

C. CORNELII TA-CITI AB EXCESSV DI-VI AVGVSTI ANNALIVM

LIBER XIV.

CAIO *Vipſanio*, *Fonteio* COSS. *diu meditatum ſcelu non vltra Nero diſtulit, vetuſtate imperii coalitâ au dacià, & flagrantior in dies amore Poppææ. quæ ſibi ma trimonium, & diſſidium Octauiæ incolumi Agrippinâ ha ſperans, crebris criminationibus, aliquando per facetias* incu ſare principem, & pupillum vocare, qui iuſſis alienis ob noxius non modò imperii, ſed libertatis etiam indigere Cur enim differri nuptias ſuas? formam ſcilic. diſplicere & triumphales auos? An fecunditatem; & verum anim timeri? ne vxor ſaltem iniurias patrum, iram populi ad uerſus ſuperbiam auaritiamq́; matris aperiat. Quòd ſi nu rum Agrippina non niſi filio infeſtam ferre poſſet, redd tur ipſa Othonis coniugio. ituram quoquò terrarum, v audiret potius contumelias imperatoris, quàm viſeret p riculis eius immixta. *Hæc atq; talia lacrymis & arte ad teræ penetrantia, nemo prohibebat: cupientibus cunctis infr gi matris potentiam, & credente nullo, vſq; ad cædem eius d ratura filii odia. Tradit Cluuius* ardore retinendæ Agri pinam potentiæ eò vſq; prouectam, vt medio diei, cùm temporis Nero per vinum & epulas incaleſceret, offerr ſe ſæpius temulento comtam, & inceſto paratam. Iamq́ laſciua oſcula, prænuntias flagitii blanditias, annotanti proximis, Senecam contra muliebres illecebras ſubſid um à feminâ petiuiſſe: immiſſamq́; Acten libertam, q ſimul ſuo periculo, & infamiâ Neronis anxia, deferre peruulgatum eſſe inceſtum gloriante matre, nec toler turos milites profani principis imperium. *Fabius Ruſtic* non Agrippinæ, ſed Neroni cupitum id memorat, eiu demq́; libertæ aſtu diſiectum. *Sed quæ Cluuius, eadem cet quoq; auctores prodidere; & fama huc inclinat, ſeu concepe*

anim

animo tantum immanitatis Agrippina, seu credibilior nouæ libidinis meditatio in ea visa est, quæ puellarib. annis stuprũ cum Lepido spe dominationis admiserat, pari cupidine vsq; ad libita Pallantis prouoluta, & exercita ad omne flagitium patrui nuptiis. Igitur Nero vitare secretos eius congressus. Abscedentẽ in hortos, aut Tusculanum vel Antiatem in agrum, laudare ꝙ otium lacesseret. Postremò vbicumq; haberetur, prægrauem ratus, interficere constituit: hactenus consultans, veneno, an ferro, vel quâ aliâ vi. Placuitq; primò venenum. Sed inter epulas principis si daretur, referri ad casum nõ poterat, tali iam Britannici exitio. Et ministros tentare arduum videbatur, mulieris vsu scelerum aduersus insidias intẽtæ. atq; ipsa præsumendo remedia munierat corpus. Ferrũ & cædes quonam modo occultaretur, nemo reperiebat; & ne quis illi tanto facinori delectus, iussa sperneret, metuebat. Obtulit ingenium Anicetus libertus, classis apud Misenũ præfectus, & pueritiæ Neronis educator, ac mutuis odiis Agrippinæ inuisus. Ergo nauẽ posse cõponi docet, cuius pars ipso in mari ꝑ artẽ soluta effunderet ignaram. Nihil tam capax fortuitorum quàm mare; & si naufragio intercepta sit, quem adeò iniquũ, vt sceleri assignet, ꝙ venti & fluctus deliquerint? Additurũ principẽ defunctæ templũ & aras, & cetera ostentandæ pietatis. Placuit sollertia, tempore etiam iuta, quando Quinquatruũ festos dies apud Baias frequentabat. Illuc matrẽ elicit, ferendas parentũ iracundias, & placandũ animũ dictitãs; quò rumorẽ recõciliationis efficeret, acciperetq; Agrippinam, facili feminarum credulitate ad gaudia venientem. Dehinc obuius in litora (nam Antio aduentabat) excipit manu & complexu, ducitq; Baulos: id villæ nomen est, quæ promontoriũ Misenum inter & Baianum lacum flexo mari alluitur. stabat inter alias nauis ornatior, tamquam id quoq; honori matris daretur. Quippe sueuerat triremi, & classiariorum remigio vehi. Ac tum inuitata ad epulas erat, vt occultãdo facinori nox adhiberetur. Satis constitit extitisse proditorem, & Agrippinam, auditis insidiis, an crederet ambiguam, gestamine sellæ Baias peruectam. Ibi blandimentum subleuauit metum,

*comiter excepta, ſuperq́; ipſum collocata. Nam pluribus ſer-
monibus modo familiaritate iuuenili Nero, & rurſus addu-
ctus quaſi ſeria conſociaret, tracto in longum conuictu, proſequi-
tur abeuntem artius oculis & pectori hærens; ſiue explendâ ſi-
mulatione, ſeu perituræ matris ſupremus aſpectus, quamuis fe-
rum animum retinebat. Noctem ſideribus illuſtrem, & placi-
do mari quietam, quaſi conuincendum ad ſcelus, Dii præbuere.
Nec multum erat progreſſa nauis, duobus è numero familiari-
um Agrippinam comitantibus: ex quibus Crepereius Gallu-
haut procul gubernaculis adſtabat, Acerronia ſuper pedes cu-
bitantis reclinis,* pœnitentiam filii & reciperatam matri
gratiam per gaudium memorabat. *cùm dato ſigno, ruere te-
ctum loci multo plumbo graue, preſſuſq́; Crepereius, & ſtatu-
exanimatus. Agrippina & Acerronia eminentibus tecti pa-
rietibus fortè validioribus, quamuis oneri cederent, protect-
ſunt: nec diſſolutio nauigii ſequebatur turbatis omnib. & quo-
pleriq́; ignari conſcios impediebant. Viſum dehinc remigibus, v-
num in latus inclinare, atque ita nauem ſubmergere. Sed neq-
ipſis promtus in rem ſubitam conſenſus; & alii contra niten-
dedêre facultatem lenioris in mare iactus. Verùm Acerroni-
imprudens, dum ſe Agrippinam eſſe,* & vt ſubueniretur ma-
tri principis, *clamitat, contis & remis, & quæ ſors obtulerat,
naualibus telis conficitur. Agrippina ſilens, eoq́; minus agn-
ta, vnum tamen vulnus humero excepit. Nando, deinde o-
curſu lembũculorum Lucrinum in lacum vecta, villæ ſuæ i-
ferunt. Illic reputans, ideo ſe fallacibus litteris accitam, & h-
nore præcipuo habitam, quodq́; litus iuxta non ventis acta, n-
ſaxis impulſa nauis, ſummâ ſui parte, veluti terreſtre machin-
mentum concidiſſet, obſeruans etiam Acerroniæ necem, ſim-
ſuum vulnus aſpiciens, ſolum inſidiarum remedium eſſe, ſi n-
intelligerentur: miſit libertum Agerinum, qui nuntiaret fili-*
benignitate Deum, & fortunâ eius euaſiſſe grauem c-
ſum. *orare.* vt quamuis periculo matris exterritus, viſen-
curam differret, ſibi ad præſens quiete opus. *Atq́; interi-
ſecuritate ſimulatâ, medicamina vulneri, & fomenta corpo-
adhibet. Teſtamentum Acerroniæ requiri, bonaq́; obſigna-*

iube-

ibet. id tantum non per simulationem. At Neroni nuntios pa-
rati facinoris opperienti, affertur euasisse ictu leui sauciam,
: hactenus adito discrimine ne auctor dubitaretur. *Tum*
auore exanimis, & iam iamq; affore *obtestans* vindictæ p-
eram, siue seruitia armaret, vel militem accenderet, siue
d Senatum & populum peruaderet, naufragium & vul-
us, & interfectos amicos obiiciendo quod contra subsi-
um sibi? nisi quid Burrhus & Seneca expergiscerentur,
tos statim acciuerat, incertum an & antè ignaros. Igitur lon-
um vtriusq; silentium, ne irriti dissuaderent; & eò descensum
edebant, vt nisi præueniretur Agrippina, pereundum Neroni
et. Post Seneca hactenus promptior, respicere Burrhum, ac
scitaretur, an militi imperanda cædes esset? *Ille*, prætori-
nos toti Cæsarum domui obstrictos, & memores Ger-
anici, nihil aduersus progeniem eius atrox ausuros re-
pondit: perpetraret Anicetus promissa. *Qui nihil cunta-*
us, poscit summam sceleris. Ad illam vocem Nero, illo sibi
ie dari imperium, auctoremque tanti muneris libertum
rofitetur. Iret properè, duceretq; promtissimos ad iussa.
se audito, venisse missu Agrippinæ nuntium Agerinum,
enam vltro criminis parat: gladiumq; dum mandata perfert,
iicit inter pedes eius. tum quasi deprehenso, vincla inici iu-
t: vt exitum principis molitam matrem, & pudore depre-
nsi sceleris sponte mortem sumsisse confingeret. Interim vul-
to Agrippinæ periculo, quasi casu euenisset, vt quisq; acce-
rat, decurrere ad litus. Hi molium obiectus, hi proximas
aphas scandere. Alii quantum corpus sinebat, vadere in ma-
; quidam manus protendere. Questibus, votis, clamore di-
ersa rogantium, aut incerta respondentium, *omnis ora*
ompleri: affluere ingens multitudo cum luminibus, atque vbi
acolumem esse pernotuit, vt ad gratandum sese expedire, donec
spectu armati & minitantis agminis disiecti sunt. Anicetus
villam statione circumdat, refractaq; ianuâ, obuios seruorum
rripit, donec ad fores cubiculi veniret: cui pauci adstabãt; cete-
s terrore irrumpentiũ exterritis. Cubiculo modicũ lumen in-
at, & ancillarũ vna: magis ac magis anxiâ Agrippinâ, quòd
mo à filio, ac ne Agerinus quidem. aliã ferè litore faciem

nunc, ſolitudinem ac repentinos ſtrepitus, & extrem
mali indicia. *Abeunte dehinc ancillâ,* Tu quoq; me deſeris
prolocuta, reſpicit Anicetum trierarcho Herculeo & Oloari
cẽturione claſſiario comitatum. Ac, ſi ad viſendum veniſſe
refotam nuntiaret: ſin facinus patraturus, nihil ſe de fili
credere: non imperatum parricidiũ. *Circumſiſtunt lectum*
percuſſores, & prior trierarchus fuſti caput eius afflixit. nam
mortẽ centurioni ferrum diſtringenti, protendens vterum, V
trem feri, *exclamauit: multiſꝗ vulneribus confecta eſt. H*
conſenſu traduntur. Aſpexerit ne matrem exanimẽ Nero,
formam corporis eius laudauerit, *ſunt qui tradiderint, ſu*
qui abnuant. Cremata eſt nocte eâdem, conuiuiali lecto, & e
ſequiis vilibus. neꝗ dum Nero rerum potiebatur congeſtâ a
clauſâ humo mox domeſticorum curâ, leuem tumulum acc
pit, viam Miſeni propter, & villam Cæſaris Dictatoris, q
ſubiectos ſinus editiſſima proſpectat. Accenſo rogo libertus eiu
cognomento Mneſter, ipſe ferro ſe tranſegit: incertum carita
in patronam, an metu exitii. Hunc ſui finem multos ante ann
crediderat Agrippina, contemſeratꝗ. Nam conſulenti ſup N
rone, reſponderunt Chaldæi, fore vt imperaret matremq; o
cideret: *atꝗ illa,* Occidat, *inquit,* dum imperet. *Sed à Cæſa*
perfecto demùm ſcelere, magnitudo eius intellecta eſt: reliq
noctis, modò per ſilentium defixus, ſæpius pauore exſurgens,
mentis inops lucem opperiebatur, tamquam exitium allatu
Atq; eum auctore Burrho, prima centurionum tribunorum
adulatio ad ſpem firmauit, prehenſantium manu, gratãtium
quòd diſcrimen improuiſum, & matris facinus euaſiſſ
Amici dehinc adire templa: & cœpto exemplo, proxima Ca
paniæ municipia victimis & legationibus lætitiam teſtari. I
diuersâ ſimulatione, mæſtus, & quaſi incolumitati ſuæ infen
ac morti parentis illacrymans; quia tamen non vt hominũ v
tus, ita locorum facies mutantur, obſeruabaturꝗ maris illiu
litorum grauis aſpectus (& erant qui crederent, ſonitum tu
collibus circum editis, planctuſq; tumulo matris audi
Neapolim conceſſit, litteraſꝗ ad Senatum miſit, quarum ſu
ma erat: Repertum cum ferro percuſſorem Agerinum,

intim

ıtimis Agrippinæ libertis,& luisse eam pœnam consciẽ-
â, quâ scelus parauisset. *Adiiciebat crimina longius repetita,*
uòd consortium imperii, iuraturasque in feminæ verba
ætorias cohortes, idemque dedecus Senatus & populi
erauisset: ac posteaquam frustra oblata sint, infensa mi-
ibus Patribusque & plebi, dissuasisset donatiuum & cõ-
rium periculaque viris illustribus instruxisset. Quan-
suo labore perpetratum, ne irrumperet Curiam, ne
ntibus externis responsa daret? *Temporum quoque*
udianorum obliquâ insectatione, cuncta eius dominationis
itia in matrem transtulit, publicâ fortunâ exstinctam
erens. Namq; & naufragium narrabat. quod fortuitum
sse, quis adeò hebes inueniretur, vt crederet? aut à mu-
e naufragâ missum cum telo vnum, qui cohortes, &
ses imperatoris perfringeret? *Ergo non iam Nero, cuius*
nanitas omnium questus anteibat, sed aduerso rumore Sene-
rat, quòd oratione tali confessionem *scripsisset. Miro tamẽ*
amine procerum decernũtur supplicationes apud omnia
uinaria, vtq; Quinquatrus, quib. apertæ essent insidiæ,
is annuis celebrarentur. Aureum Mineruæ simulacrũ
Curiâ, & iuxtà principis imago statueretur. Dies nata-
Agrippinæ inter nefastos esset. *Thrasea Pætus silentio*
rem assensu priores adulationes transmittere solitus, exitiũ
atui ac sibi caussam periculi fecit, ceteris libertatis initiũ nõ
uit. Prodigia quoq; crebra & irrita intercessere. Anguem
a mulier, & alia in concubitu mariti fulmine exanimata.
sol repentè obscuratus, & tactæ de cælo quattuordecim vr-
egiones. quæ adeò sine curâ Deûm eueniebant, vt multos
annos Nero imperium & scelera continuauerit. Ceterùm
grauaret inuidiam matris, eaq; demotâ auctam lenitatem
m testificaretur; feminas illustres Iuniam & Calpurniam,
fecturâ functos Valerium Capitonem & Licinium Gabolũ
bus patriis reddidit, ab Agrippinâ olim pulsos. Etiam Lol-
Paullinæ cineres reportari, sepulcrumq; exstrui permisit:
q; ipse nuper relegauerat, Iturium & Caluisium pœnâ ex-
. Nam Silana fato functa erat, lõginquo ab exsilio Taren-

tum regressa, labante iam Agrippinâ, cuius inimicitiis conci-
derat, vel tum mitigatâ. Contanti in opidis Campaniæ, quo nã
modo vrbem ingrederetur, an obsequiũ Senatus, an studia ple-
bis repeteret anxio; contrà deterrimus quisq; quorum non alia
regia fecundior exstitit, inuisum Agrippinæ nomẽ, & mor-
te eius accensum populi fauorem, *differunt*; iret intrepi-
dus, & venerationem sui coràm experiretur. *Simul pro*
gredi exposcunt, & promtiora quàm promiserant inueniunt
obuias tribus, festo cultu Senatum: coniugũ ac liberorũ agmin
per sexũ & ætatẽ disposita: exstructos quâ incederet spectaculor
gradus, quo modo triumphi visuntur. Hinc superbus ac publi
seruitii victor, Capitolium adiit, grates exsoluit: seq; in omnes li
bidines effudit, quas male coercitas qualiscumq; matris reuere
tia tardauerat. Vetus illi copia erat curriculo quadrigarum in
sistere, nec minus fœdum studium citharâ ludicrum in modu
canere, cùm cœnaret: quod regibus & antiquis ducibus f
ctitatum *memorabat.* Idq; vatum laudibus celebre, & de
rum honori datum. Enimuerò cantus Apollini sacros, t
liq; ornatu astare, non modò Græcis in vrbib. sed Rom
na apud templa, numen præcipuum, & præscium. *Nec ia*
sisti poterat; cùm Senecæ ac Burrho visum, ne vtroq; peruinc
ret, alterum concedere. Clausumq; valle Vaticanâ spatium,
quo equos regeret, haut promiscuo spectaculo. mox vltrò voca
populus Romanus, laudib. extollere, vt est vulgus cupiens vo
ptatũ, & si eò princeps trahat lætum. Ceterùm euulgatus pu
non satietatem, vt rebantur, sed incitamentum attulit. ratu
dedecus amoliri si plures fœdasset, nobilium familiarum pos
ros, egestate venales in scenam deduxit: quos fato perfunctos
nominatim tradam, maiorib. eorum tribuendum puto. N
& eius flagitium est, qui pecuniam ob delicta potius dedit, qu
ne delinquerent. Notos quoq; equites Romanos operas arenæ
*mittere subegit, donis ingen*b. nisi quòd merces ab eo qui iu*
re potest, vim necessitatis affert. Ne tamen adhuc publico ib
tro dehonestaretur, instituit ludos iuuenalium *vocabulo,*
quos passim nomina data. non nobilitas cuiquam, non ætas
acti honores impedimento, quo minus Græci Latiniue histri
nis

tis artem exercerent, vsque ad gestus modosq́ haut viriles. Quin & feminæ illustres deformia meditari. Exstructaq́ apud nemus, quod nauali stagno circumposuit Augustus, conuenticula & cauponæ, & posita veno irritamenta luxus. dabantúrque stipes, quas boni necessitate, intemperantes gloriâ consumerent. Inde gliscere flagitia & infamia; nec vlla moribus corruptis olim plus libidinum circumdedit, quam illa colluuies. Vix artibus honestis pudor retinetur; nedum inter certamina vitiorum, pudicitia, aut modestia, aut quidquam probi moris seruaretur. Postremò ipse scenam inscendit, multâ curâ tentans citharam & præmeditans, assistentibus familiaribus. accesserat cohors militum, centuriones tribuniq́: & mærens Burrus, ac laudans. Tuncq́ primùm conscripti sunt equites Romani, *cognomento* Augustanorum, *ætate ac robore conspicui, pars ingenio procaces, alii in spe potentiæ. Hi dies ac noctes plausibus personare: formam principis vocemq́ Deûm vocabulis appellantes, quasi per virtutem clari honoratiq́ agere. Ne tamen ludicræ tantùm imperatoris artes notescerent, carminum quoq́ studium affectauit, contractis quibus aliqua pangendi facultas. Nec dum insignis ætatis nati, considere simul, allatos vel ibidem repertos versus connectere; atque ipsius verba quoque modo prolata supplere. quod species ipsa carminum docet, non impetu & instinctu, nec ore vno fluens. Etiam sapientiæ doctoribus tempus impartiebat post epulas. vtq́ contraria asseuerantium discordiæ eruebantur. nec deerant, qui ore vultuq́ tristi inter oblectamenta regia spectari cuperent.*

Sub idem tempus, leui contentione atrox cædes orta inter colonos Nucerinos Pompeianosq́, gladiatorio spectaculo, quod Livineius Regulus, quem motum senatu rettuli, edebat. quippe oppidanâ lasciuiâ inuicem incessentes probra, deinde saxa, postremò ferrum sumsere, validiore Pompeianorum plebe, apud quos spectaculum edebatur. Ergo reportati sunt in vrbem multi è Nucerinis trunco per vulnera corpore, ac plerique liberorum aut parentum mortes deflebant. Cuius rei iudicium princeps Senatui, Senatus Consulib. permisit. Et rursus re ad patres delatâ, prohibiti publicè in 10. annos eiusmodi cœtu

Pompeiani, collegiaq; quæ cõtra leges instituerant, disso-
luta. Liuineius & qui alii seditionem conciuerant, exsilio
multati sunt. *Motus Senatu & Pedius Blæsus, accusantibus*
Cyrenensib. violatũ ab eo thesaurum Æsculapii, dilectúmq;
militarem pretio & ambitione corruptũ. *Iidem Cyrenenses*
reum agebant Acilium Strabonem, Prætoria potestate vsum
& missum disceptatorem à Claudio agrorũ, quos regis Apionis
quondam habitos, & Po. Ro cum regno relictos, proximus quis-
que possessor inuaserant, diutinaq; licentiâ & iniuriâ, quasi iure
& æquo nitebantur. Igitur abiudicatis agris, orta aduersus iu-
dicem inuidia: & Senatus ignota sibi esse mandata Claudii,
& consulendum principẽ respondit. *Princeps probatâ Stra-*
bonis sententiâ, se nihilo minus subuenire sociis, & vsurpata con-
cedere scripsit. Sequuntur virorum illustrium mortes, Domitii
Afri, & M. Seruilii, qui summis honorib. & multâ eloquentia
viguerant. Ille orando caussas, Seruilius diu foro, mox tradẽdis
rebus Romanis celebris, & elegantiâ vitæ, quam clariorem ef-
fecit, vt par ingenio, ita morum diuersus. Nerone quartũ, Cor-
nelio Cosso Coss. *quinquennale ludicrum Romæ institutum est*
ad morem Græci certaminis, variâ famâ, vt cuncta fermè no-
ua. Quippe erant qui Gn. quoq; Pompeium incusatum à seni-
oribus ferrent, quòd mansuram theatri sedem posuisset. Nam
antea subitariis gradib. & scenâ in tẽpus structâ, ludos edi
solitos: vel si vetustiora repetas, stantem populum specta-
uisse: si consideret, theatro dies totos ignauiâ cõtinuaret.
Ne spectaculorum quidem antiquitas seruaretur, quoties
P. R sederet, nullâ cuiquam ciuium necessitate certan-
Ceterùm abolitos paulatim patrios mores, funditùs eu-
ti per accitam lasciuiam; vt quod vsquam corrumpi
corrumpere queat, in vrbe visatur, degeneretque stu-
externis iuuentus, gymnasia & otia, & turpes amo-
exercendo, principe & Senatu auctoribus. qui non m-
dò licentiam vitiis permiserint, sed vim adhibeant. P-
ceres Romani specie orationum & carminum, sc-
polluantur. quid superesse, nisi vt corpora quoque n-
dent, & cæstus assumant, easque pugnas pro mil-
&

armis meditentur? An iustitiam augurii, & decurias e-
ìitum, egregium iudicandi munus expleturos, si fra-
ɔs sonos & dulcedinem vocum peritè audissent? No-
:s quoque dedecori adiectas, ne quod tempus pudori
inquatur, sed cœtu promiscuo quod perditissimus
isque per diem concupiuerit, per tenebras audeat.
*uribus ipsa licentia placebat, ac tamen honesta nomina præ-
debant.* Maiores quoque non abhorruisse spectaculo-
m oblectamentis, pro fortunâ quæ tum erat; eoque à
huscis accitos histriones, à Thuriis equorum certami-
,& possessâ Achaiâ Asiaque, ludos curatiùs editos. neq;
emquam Romæ honesto loco ortum, ad theatrales ar-
; degenerauisse, ducentis iam annis à L. Mumii trium-
ıo, qui primus id genus spectaculi in vrbe præbuerit.
d & consultum parciınoniæ, quòd perpetua sedes the-
ro locata sit, potius quàm immenso sumtu, singulos per
ınos consurgeret ac strueretur. Nec perinde magistra-
s rem familiarem exhausturos, aut populo efflagitandi
ræca certamina à magistratibus caussam fore, cùm eo
mtu Resp. fungatur. Oratorum ac vatum victorias in-
amentum ingeniis allaturas: nec cuiquam iudici gra-
:, aures studiis honestis, & voluptatibus concessis im-
rtire. lætitiæ magis quàm lasciuiæ dari paucas totius
inquennii noctes, quibus, tantâ luce ignium, nihil illi-
tum occultari queat. *Sanè nullo insigni dehonestamento id
ectaculum transiit. Ac ne modica quidem studia plebis ex-
sere, quia redditi quamquam scenæ Pantomimi, certamini-
s sacris prohibebantur. Eloquentiæ primas, nemo tulit, sed
ictorem esse Cæsarem pronuntiatum. Græci amictus quos per
s dies plerique incesserant, tum exoleuerant. Inter quæ & si-
us cometes effulsit, de quo vulgi opinio est*, tamquam muta-
ionem regis portendat. *Igitur quasi iam depulso Nerone,*
quisnam deligeretur *inquirebant. & omnium ore Rubel-
ius Plautus celebratur, cui nobilitas per matrem ex Iuliâ fa-
miliâ. Ipse placita maiorum colebat, habitu seuero, casta & se-
creta domo; quantoq́ metu occultior, tanto plus famæ adeptus.*

Auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio fulgur
Nam quia discumbentis Neronis apud Simbruina stagna,
Sublaqueum nomen est, icta dapes, mensáq; disiecta erat, idq;
nibus Tiburtum acciderat, vnde paterna Planto origo, hu
illum numine Deûm destinari credebant: fouebantq; mu
quibus noua & ancipitia præcolere auida & plerumq; fall
ambitio est. Ergo permotus iis Nero componit ad Plantu
litteras, consuleret sibi & turbis, seq; prauè diffamantib
subtraheret. esse illi per Asiam auitos agros, in quib. t
& inturbidâ iuuentâ frueretur. *Ita illuc cum coniuge An*
stiâ & paucis familiarium concessit. Iisdem diebus nimia lux
cupido, infamiam & periculum Neroni tulit, quia fontem
quæ Martiæ ad vrbem deductæ nando incesserat: videbatu
potus sacros & cærimoniam loci corpore toto polluisse. secut
anceps valetudo, iram Deûm affirmauit. At Corbulo post
leta Artaxata, vtendum recenti terrore ratus ad occupan
Tigranocerta, quibus excisis, metum hostium intenderet,
si pepercisset, clementiæ famam adipisceretur; illuc pergit no
infenso exercitu, ne spem veniæ auferret: neque tamen rem
curâ, gnarus facilem mutatu gentem, vt segnem ad pericu
ita infidam ad occasiones. Barbari pro ingenio quisque, alii p
ces offerre, quidam deserere vicos, & in auia digredi, ac fu
qui se speluncis, ac carissima secum abderent. Igitur dux
manus diuersis artibus, misericordiâ aduersus supplices, ce
ritate aduersus profugos, immitis iis qui latebras insederan
ora & exitus specuum sarmentis virgultisq; completos,
exurit. Atque illum fines suos prætergredientem incursa
Mardi, latrocinitis exerciti, contraq; irrumpentem monti
defensi. quos Corbulo immissis Hyberis vastauit, hostilemq;
daciam externo sanguine vltus est. Ipse exercitusq;, vt nullis
prœlio damnis, ita per inopiam & labores fatiscebant, carne
cudum propulsare famem adacti. Ad hæc penuria aquæ, fer
da æstas, longinqua itinera, solâ ducis patientiâ mitigabant
eodem plura quàm gregario milite tolerante. Ventum deb
in locos cultos: demessæq; segetes, & ex duobus castellis in q
confugerant Armenii, alterum impetu captum; qui prima

Vi

im depulerant, obsidione coguntur. Vnde in regionem Tau-
nitium transgressus, improuisum periculum vitauit. Nam
aut procul tentorio eius, non ignobilis barbarus cum telo re-
rtus, ordinem insidiarum, seque auctorem & socios per
rmenta edidit. *Conuictiq; & puniti sunt, qui specie amici-*
e dolum parabant. Nec multo post legati Tigranocerta missi,
itêre mœnia *afferunt*, intentos popularis ad iussa. *Simul*
spitale donum, coronam auream tradebant. Accepitq; cum
nore, nec quidquam vrbi detractum, quo promtius obsequiū
tegri retinerent. At præsidium regium, quod ferox iuuentus
auserat, non sine certamine expugnatum est. nam & prœlium
ro muris ausi erãt. & pulsi intra munimenta aggeris, demùm
rumpentium armis cessere. quæ faciliùs proueniebant, quia
arthi Hyrcano bello distinebantur. Miserantq; Hyrcani ad
rincipem Romanum societatem oratum, attineri à se Vo-
ogesen pro pignore amicitiæ, *ostentantes. eos regredientes*
orbulo, ne Euphratem transgressi hostium custodiis circum-
enirentur, dato præsidio ad litora maris rubri deduxit. Vnde
itatis Parthorum finibus, patrias in sedes remeauere. Quin &
iridatem per Medos extrema Armeniæ intrantem, præ-
isso cum auxiliis Verulano legato, atq; ipse legionibus citis,
bire procul ac spem belli amittere subegit: quosq; nobis ob regē
uersos animi cognouerat, cædibus & incendiis perpopulatus,
ossessionem Armeniæ vsurpabat. cùm aduenit Tigranes, à
Nerone ad capessendum imperium delectus, Cappadocum ex
obilitate, regis Archelai nepos; sed quòd diu obses apud vrbē
erat, vsq; ad seruilē patientiā demissus. Nec cōsensu acceptus,
urante apud quosdam fauore Arsacidarum. At plerique su-
erbiam Parthorum perosi, datum à Romanis regem male-
ant. Additum etiam præsidium, mille legionarii, tres sociorū
ohortes, duæq; equitum alæ. & quo faciliùs nouum regnum
ueretur, pars Armeniæ vt cuiq; finitima, pars Nipoliq; &
Aristobolo atque Antiocho parere iussa sunt. Corbulo in Sy-
riam accessit, morte Viniđii legati vacuam, ac sibi permissam.
Eodem anno ex illustribus Asiæ vrbibus, Laodicea tremore
erræ prolapsa, nullo a nobis remedio, propriis opib. reualuit.

At in Italiâ vetus opidum Puteoli, ius Coloniæ, & cogne
mentum à Nerone adipiſcuntur. *Veterani Tarentum* (
Antium aſcripti, non tamen infrequentiæ locorum ſubuenêr
dilapſis pluribus in prouincias, in quibus ſtipendia expleuera
Neque coniugiis ſuſcipiendis, neque alendis liberis ſueti, orb
ſine poſteris domos relinquebant. Non enim, vt olim, vniuer
legiones deducebantur cum tribunis & centurionibus, & ſ
cuiuſque ordinibus militibus, vt conſenſu & caritate Rempu
efficerent; ſed ignoti inter ſe, diuerſis manipulis, ſine rectore, ſi
affectibus mutuis, quaſi ex alio genere mortalium repentè in
vnum collecti, numerus magis quàm colonia. Comitia præt
rum arbitrio Senatus haberi ſolita, quòd acriore ambitu e
arſerant, princeps compoſuit, tris qui ſupra numerum petebã
legioni præficiendo. Auxitq; Patrum honorem ſtatuendo,
qui à priuatis iudicibus ad Senatum prouocauiſſent, eiu
dem pecuniæ periculum facerent, cuius ii qui imperat
rem appellauere. *nam antea vacuum id, ſolutumq; pœnâ fu*
rat. Fine anni Vibius Secundus eques Romanus, accuſantib
Mauris repetundarum damnatur, atque Italiâ exigitu
ne grauiore pœnâ afficeretur, Vibii Criſpi fratris fauore en
xus. Ceſonio Pæto, Petronio Turpiliano Coss. *grauis clades*
Britanniâ accepta. In quâ neque Auitus legatus, vt memor
ui, niſi parta retinuerat; & ſucceſſor Verannius, modicis e
curſibus ſiluas populatus, quin vltrà bellum proferret, mor
prohibitus eſt: magnâ dum vixit ſeueritatis famâ, ſupremis t
ſtamenti verbis ambitionis manifeſtus. quippe multa in Ne
nem adulatione addidit, ſubiecturum ei prouincias fuiſſe, ſi b
ennio proximo vixiſſet. Sed tum Paullinus Suetonius obtin
bat Britannos, ſcientiâ militiæ & rumore populi, qui nemine
ſine æmulo ſinit, Corbulonis concertator: receptæq; Armen
decus æquare domitis perduellibus cupiens. Igitur Monam i
ſulam incolis validam, & receptaculum perfugarum aggre
parat, nauesq; fabricatur plano alueo, aduerſus breue litus
incertum. Sic pedites; equites vado ſecuti, aut altiores inter v
das, adnantes equis tranſmiſere. Stabat pro litore diuerſa aci 30
denſa armis viriſq; intercurſantibus feminis: in modum F

riarum

rum, veste ferali, crinibus deiectis, faces præferebant. Drui-
q; circum, preces diras sublatis ad cælum man bus fundentes,
uitate aspectus perculere militem; vt quasi hærentibus mem-
s, immobile corpus vulneribus præberent. Dein cohortatio-
us ducis, & se ipsi stimulantes, ne muliebre & fanaticum
men pauescerent; inferunt signa, sternuntq; obuios, & igni
inuoluunt. Præsidium posthac impositum victis, excisiq; lu-
æuis superstitionibus sacri. Nam cruore captiuo adolere a-
& hominum fibris consulere Deos fas habebant. Hæc a-
ti Suetonio, repentina defectio prouinciæ nuntiatur. Rex I-
orum Prasutagus, longâ opulentiâ clarus, Cæsarem heredem
usq; filias scripserat, tali obsequio ratus regnum & domum
m procul iniuriâ fore, quod contrà vertit. adeò vt regnum,
centuriones; domus per seruos, velut capta vastarentur. Iam
nùm vxor Boudicea verberibus affecta, & filiæ stupro vio-
sunt. Præcipui quiq; Icenorum, quasi cunctam regionem
neri accepissent, auitis bonis exuuntur, & propinqui regis
er mancipia habebantur. Quâ contumeliâ & metu grauio-
(quando in formam prouinciæ cesserant) rapiunt arma,
motis ad rebellionem Trinobantibus, & qui alii nondum
itio facti, resumere libertatem occultis coniurationibus pe-
rant, acerrimo in veteranos odio. Quippe in coloniam Ca-
odunum recens deducti, pellebant domibus, exturbabant
s, captiuos, seruos appellando: fouentibus impotentiam ve-
norum militibus, similitudine vitæ, & spe eiusdem licentiæ.
hæc templum Diuo Claudio constitutum, quasi ara æter-
lominationis aspiciebatur: delectiq; sacerdotes, specie re-
nis, omnes fortunas effundebant. Nec arduum videbatur,
indere coloniam nullis munimentis septam: quod ducibus
ris parum prouisum erat, dum amœnitati prius quam vsui
sulitur. Inter quæ nullâ palam caussâ delapsum Camalodu-
imulacrum Victoriæ, ac retro conuersum, quasi cederet ho-
us. Et feminæ in furore turbatæ, adesse exitium canebant.
ternósque fremitus in Curiâ eorum auditos, consonuisse v-
tibus theatrum, visamq; speciem in æstuario, notam esse
ersæ coloniæ. Iam Oceanum cruento aspectu: dilabente æstu,

humanorum corporum effigies relictas, vt Britanni ad ſpem
ita veterani ad metum trahebant. Sed quia procul Suetoni
aberat, petiuere à Cato Deciano procuratore auxilium. I
haut amplius quàm ducentos ſine iuſtis armis miſit: & inera
modica militum manus, tutelâ templi freti. Et impedientib
qui occultæ rebellionis conſcii conſilia turbabant, neque foſſan
aut vallum preduxerunt, neque motis ſenibus & feminis, i
uentus ſola reſtitit: quaſi mediâ pace incauti, multitudine ba
barorum circumueniuntur. Et cetera quidem impetu di
pta, aut incenſa ſunt. Templum in quo ſe miles conglobauera
biduo obſeſſum, expugnatumq;. Et victor Britannus Pæto (
riali legato legionis nonæ in ſubſidium aduentanti obuius, fu
legionem, & quod peditum interfecit. Cerialis cum equitib
euaſit in caſtra, & munimentis defenſus eſt. Quâ cl
& odiis prouinciæ, quam auaritiâ in bellum egera
trepidus procurator Catus in Galliam tranſiit. At Sueton
mirâ conſtantiâ medios inter hoſtes Londinium perrexit,
gnomento quidem coloniæ non inſigne, ſed copiâ negotiatoru
& commeatu maximè celebre. ibi ambiguus an illā ſedē b
diligeret, *circumſpectâ infrequentiâ militis, ſatisq; magnis*
cumentis temeritatem Petilii coërcitam, vnius opidi dan
ſeruare vniuerſa ſtatuit. Neq; fletu & lacrymis auxilium
orantium flexus eſt, quin daret profectionis ſignum, & co
tantes in partem agminis acciperet. Si quos imbellis ſexus,
feſſa ætas, vel loci dulcedo attinuerat; ab hoſte oppreſſi ſunt.
dem clades municipio Verulamio fuit, quia barbari omiſſis
ſtellis præſidiisq; militarium, quod vberrimum ſpoliant, &
ferentes in tutum, læti prædâ, & aliorum inſignes petebant.
ſeptuaginta millia ciuium & ſociorum, iis quæ memoraui l
occidiſſe conſtitit. Neq; enim capere aut venundare, ali
quod belli commercium; ſed cædes, patibula ignes, cruces, ta
reddituri ſupplicium, ac præreptâ interim vltione feſtinaba
Iam Suetonio quartadecima legio cum vexillariis viceſi
riis, & è proximis auxiliares; decem fermè millia armator
erant: cum omittere contationem, & congredi acie parat.
gitq; locum artis faucibus, & à tergo ſiluâ clauſum; ſatis co

to

ni nihil hostium nisi in fronte, & apertam planitiem esse sine metu insidiarum. Igitur legionarius frequens ordinibus, leui circum armaturâ conglobatus pro cornibus eques astitit. At Britannorum copiæ passim per cateruas & turmas exsultabant, quanta non aliâs multitudo; & animo adeò fero, vt coniuges quoque testes victoriæ secum traherent, plaustrisq; imponerent, quæ super extremum ambitum campi posuerant. Boudicea curru filias præ se vehens, vt quamq; nationem accesserat, Solitum quidem Britannis feminarum ductu bellare testabatur; sed tunc non vt tantis maioribus ortam regnum & opes, verùm vt vnam è vulgo, libertatem amissam, confectum verberibus corpus, contrectatam filiarum pudicitiam vlcisci. eò prouectas Romanorum cupidines, vt non corpora, nec senectam quidem, aut virginitatem impollutam relinquant. Adesse tamen Deos iustæ vindictæ. cecidisse legionem, quæ prœlium ausa sit: ceteros castris occultari, aut fugam circumspicere. Ne strepitum quidem & clamorem tot milium, nedum impetus & manus perlaturos. Si copias armatorum, si caussas belli secum expenderent; vincendum illâ acie, vel cadendum esse. Id mulieri destinatum: viuerent viri, & seruirent. *Ne Suetonius quidem in tanto discrimine silebat. Quamquam confideret virtuti, tamen exhortationes & preces miscebat:* Vt spernerent sonores Barbarorum, & inanes minas. plus illic feminarum quàm iuuentutis aspici. imbelles, inermes, cessuros statim, vbi ferrum, virtutemque vincentium, toties fusi agnouissent. etiam in multis legionibus, paucos esse qui prœlia profligarent. gloriæque eorum accessurum, quòd modicâ manu, vniuersi exercitus famam adipiscerentur. Conferti tantùm, & pilis emissis, pòst vmbonibus & gladiis stragem cædemque continuarent, prædæ immemores. partâ victoriâ, cuncta ipsis cessura. *Is ardor verba ducis sequebatur, ita se ad intorquenda pila expedierat vetus miles & multa prœliorum experientiâ, vt certus euentus Suetonius, daret pugnæ signum. Ac primum legio gradu immota, & angustias*

loci pro munimento retinens, postquam propiùs suggressu
stis certo iactu tela exhauserat, velut cuneo erupit. Idem a
liarium impetus: & eques protentis hastis, perfringit quo
uium & validum erat. Ceteri terga præbuere, difficili eff
quia circumiecta vehicula sepserant abitus. Et miles ne m
rum quidem neci temperabat: confixaq́; telis etiam ium
corporum cumulum auxerant. Clara & antiquis victori
ea die laus parta. quippe sunt qui paulo minus quàm octo
millia Britannorum cecidisse tradant, militum quadring
fermè interfectis, nec multo amplius vulneratis. Boudice
tam veneno finiuit. Et Pœnius Postumus præfectus castro
secundæ legionis, cognitis quartadecimanorũ vicesimano
que prosperis rebus, quia pari gloria legionem suam frau
rat, abnueratq́;, contra ritum militiæ, iussa ducis, se ip sun
dio transegit. Contractus deinde omnis exercitus, sub pe
habitus est, ad reliqua belli perpetranda. Auxítque copia
sar, missis è Germania duobus legionariorum millibus, oct
xiliariorum cohortibus, ac mille equitibus: quorum adu
nonani legionario milite suppleti sunt. Cohortes alæq́; no
bernaculis locatæ, quodq́; nationum ambiguum aut adu
fuerat, igni atq; ferro vastatur. Sed nihil æquè quàm fam
fligebat serendis frugibus incuriosos, & omni ætate ad be
versâ, dum nostros commeatus sibi destinant, gentesq́; pr
ces tardiùs ad pacem inclinant: quia Iulius Classicianus
sor Cato missus, & Suetonio discors, bonum publicum p
simultatibus impediebat. dispersératq́; nouum legatu
periendum esse, sine hostili irâ & superbiâ victoris c
ter deditis consulturum. Simul in vrbem mandabat
lum prœlio finem exspectarent, nisi succederetur S
nio. cuius aduersa, prauitati ipsius; prospera, ad fortun
referebat. Igitur ad spectandum Britanniæ statum m
ex libertis Polycletus, magnâ Neronis spe, posse auct
eius, non modò inter legatum procuratorémque
cordiam gigni; sed & rebelles Barbarorum animo
camponi. Nec defuit Polycletus, quo minus ingenti agm
talia Galliaq́; grauis, postquam Oceanum transmiserat

tibus quoq; nostris terribilis incederet. Sed hostibus irrisui fuit, apud quos flagrante etiam tum libertate, nondum cognita libertorum potentia erat. mirabanturq́; quòd dux & exercitus anti belli confector seruitiis obedirent. *Cuncta tamen ad mperatorem in mollius relata. Detentusq́; rebus gerundis Sueonius, quòd post paucas naues in litore, remigiumq́; in iis amierat, tamquam durante bello tradere exercitum Petronio Turpiliano, qui iam Consulatu abierat, iubetur. Is non irritao hoste, neque lacessitus, honestum pacis nomen segni otio imosuit. Eodem anno Romæ insignia scelera, alterum Senatoriâ, eruili alterum audaciâ, admissa sunt. Domitius Balbus erat Prætorius, simul longâ senectâ, simul orbitate & pecuniâ insiiis obnoxius. Eius propinquus Valerius Fabianus capessendis onoribus destinatus, subdidit testamentum, ascitis Vicio Runo, & Terentio Lentino equitibus Romanis. Illi Antonium rimum & Asinium Marcellum sociauerant. Antonius udaciâ promtus, Marcellus Asinio Pollione proauo clarus, eq; morum spernendus habebatur, nisi quòd paupertatem ræcipuum malorum credebat. Igitur Fabianus tabulas iis quos emoraui, & aliis minus illustribus, obsignat. Quod apud Paes conuictum. Et Fabianus Antoniusq́; cum Rufino & Tenio lege Corneliâ damnantur. Marcellum memoria maioum, & preces Cæsaris, pœnæ magis quàm infamiæ exemêre. Perculit is dies Pompeianum quoq; Ælianum iuuenem Quæstorium,* tamquam flagitiorum Fabiani gnarum: *eiq́; aliâ & Hispaniâ in quâ ortus erat, interdictum est. Pari nominiâ Valerius Ponticus afficitur,* quòd reos, ne apud ræfectum vrbis arguerentur, ad Prætorem detulisset; *nterim specie legum, mox præuaricando vltionem elusurus. Additur Senatusconsultum:* Qui talem operam emtitasset, endidissétue, vt perinde pœnâ teneretur, ac si publico udicio calumniæ condemnatus. *Haut multo pòst præfectũ vrbis Pedanium Secundum seruus ipsius interfecit: seu negatâ ibertate, cui pretium pepigerat; siue amore exoleti infensus, & ominum æmulum non tolerans. Ceterùm cùm vetere ex m ore* miliam omnem, quæ sub eodem tecto mansitauerat, ad

ſupplicium agi oporteret, *concurſu plebis, quæ tot innoxios protegebat, vſque ad ſeditionem ventum eſt: Senatuſq; in quo ipſo erant ſtudia;* nimiam ſeueritatem aſpernantium, *pluribus* nihil mutandum cenſentibus. *Ex quibus C. Caſſius ſententiæ loco in hunc modum diſſeruit:* Sæpenumero P. C. in hoc ordine interfui, cùm contra inſtituta & leges maiorum noua Senatus decreta poſtularentur: neque ſum aduerſatus. non quia dubitarem ſuper omnibus negotiis melius atque rectius olim prouiſum, & quæ converterentur in deterius mutari; ſed ne nimio amore antiqui moris ſtudium meum extollere viderer. Simul quidquid hoc in nobis auctoritatis eſt, crebris contradictionibus deſtruendum non exiſtimabam, vt maneret integrum, ſi quando Reſpublica conſiliis eguiſſet. quod hodie euenit, Conſulari viro domi ſuæ interfecto, per inſidias ſeruiles; quas nemo prohibuit, aut prodidit, quamuis nondum concuſſo Senatuſconſulto, quod ſupplicium toti familiæ minitabatur. Decernite hercule inpunitatem. At quem dignitas ſua defendet, cùm præfectura vrbis non profuerit? Quem numerus ſeruorum tuebitur, cùm Pedanium Secundum quadringenti non protexerint? Cui familia opem feret, quæ ne in metu quidem pericula noſtra aduertit? An vt quidam fingere non erubeſcunt, iniurias ſuas vltus eſt interfector? quia de paternâ pecuniâ tranſegerat, aut auitum mancipium detrahebatur? Pronuntiemus vltrò, dominum iure cæſum videri. Libet argumenta conquirere in eo, quod ſapientioribus deliberatum eſt. Sed & ſi nunc primum ſtatuendum haberemus, creditis ne ſeruum interficiendi domini animum ſumſiſſe, vt nulla vox minax excideret? nihil per temeritatem proloqueretur? Sanè conſilium occuluit, telum inter ignaros parauit. num excubias tranſiret, cubiculi fores recluderet, lumen inferret, cædem patraret, omnibus neſciis? Multa ſceleris indicia præueniunt ſerui. Si prodant, poſſumus ſinguli inter plures, tuti inter anxios: poſtremò ſi pereundum ſit, non inulti inter nocentes agere. Suſpecta maioribus

oribus nostris fuere ingenia seruorum, etiam cùm in agris aut domibus iisdem nascerentur, caritatemque dominorum statim acciperent. Postquam verò nationes in familiis habemus, quibus diuersi ritus, externa sacra aut nulla sunt, colluuiem istam non nisi metu coërcueris. At quidam insontes peribunt. Nam & ex fuso exercitu, cùm decimus quisque fuste feritur, etiam strenui sortiuntur. Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos, vtilitate publicâ rependitur. *Sententiæ Cassii, vt nemo vnus contraire ausus est, ita dissonæ voces respondebant,* numerum, aut ætatem, aut sexum, ac plurimorum indubiam innocentiam miserantium. *Præualuit tamen pars quæ supplicium decernebat. Sed obtemperari non poterat, conglobatâ multitudine saxa ac faces minitante. Tum Cæsar populum edicto increpuit: atque omne iter quo damnati ad pœnam ducebantur, militaribus præsidiis sepsit. Censuerat Cingonius Varro vt liberti quoque qui sub eodem tecto fuissent, Italiâ deportarentur. Id à principe prohibitum,* ne mos antiquus, quem misericordia non minuerat, per sæuitiam incenderetur. *Damnatus iisdem Consulibus Tarquitius Priscus* repetundarum, *Bithynis interrogantibus, magno Patrum gaudio, qui accusatum ab eo Statilium Taurum proconsulem ipsius meminerant. Census per Gallias Q. Volusio & Sex. Africano, Trebellioq; Maximo acti sunt, æmulis inter se per nobilitatē Volusio atq; Africano: Trebellium dum vterq; dedignatur, supra tulēre. Eo anno mortem obiit Mēmius Regulus, auctoritate, constantiâ, famâ, in quantum præumbrante imperatoris fastigio datur, clarus, adeò vt Nero æger valetudine, & adulantib. circū qui* finem imperio adesse *dicebant,* si quid fato pateretur, *responderit* habere subsidiū Rempubl. *Rogantibus dehinc* in quo potissimum, *addiderit,* in Mēmio Regulo. *Vixit tamen post hæc Regulus, quiete defensus, & quia noua generis claritudine, neq; inuidiosis opibus erat. Gymnasium eo anno dedicatum à Nerone, præbitumq; oleum equiti ac Senatui Græca facilitate. P. Mario, L. Asinio Consulibus, Antistius Prætor quē in tribunatu plebis*

licenter egiſſe memoraui, probroſa aduerſus principem ca
mina factitauit: *vulgauitq́ celebri conuiuio, dum apud Oſt*
rium Scapulam epulatur. Exin à Coſſutiano Capitone, qui n
per Senatorium ordinem precibus Tigellini ſoceri ſui recep
rat, maieſtatis delatus eſt. *Tum primùm reuocata ea lex cr*
debatur, quæ haut perinde exitium Antiſtio, quàm imperato
gloriam quæſiuit, vt condemnatus à Senatu, interceſſio
Tribuniciâ morti eximeretur. *Et cùm Oſtorius* nihil au
uiſſe *pro teſtimonio dixiſſet, aduerſis teſtibus creditum. Ce*
ſuitq́ Iunius Marullus Conſul deſignatus, adimendam
Præturam, necandumq́ue more maiorum. *Ceteris inde*
ſentientibus, Pætus Thraſea multo cum honore Cæſaris, &
cerrimè increpito Antiſtio; Non quidquid nocens r
pati mereretur, id egregio ſub principe, & nullâ nece
tate obſtricto ſenatu, ſtatuendum diſſeruit. carnificen
laqueum pridem abolita: & eſſe pœnas legibus conſti
tas, quibus ſine iudicum ſæuitiâ & temporum infa
ſupplicia decernerentur. Quin inſulâ publicatis bo
quo longius ſontem vitam traxiſſet, eo priuatim m
rior, & publicè clementiæ maximum exemplum fut
Libertas Thraſeæ ſeruitium aliorum rupit. Et poſtquam
ceſſionem Conſul permiſerat, pedibus in ſententiam eius
paucis exemtis: in quibus adulatione promtiſſimus fuit
Vitellius, optimum quemq́ iurgio laceſſens: & responden
ticens, vt pauida ingenia ſolent. At Conſules perficere Se
decretum non auſi, de conſenſu ſcripſere Cæſari. Ille inter p
rem & iram contatus, poſtremò reſcripſit, nullâ iniuriâ
uocatum Antiſtium grauiſſimas in principem contu
lias dixiſſe. earum vltionem à Patribus poſtulatam
pro magnitudine delicti pœnam ſtatui par fuiſſe. c
ſe qui ſeueritatem decernentium impediturus fu
moderationem non prohibere. ſtatuerent vt vellen
tâ etiam abſoluendi licentiâ. *His atq́ talibus recitatis,*
fenſione manifeſtâ, non ideo aut Conſules mutauere relati
aut Thraſea deceſſit ſententiâ, ceteriue, quæ probauera
ſeruere: pars ne principem obieciſſe inuidiæ viderentur;

nu

*iumero tuti; Thrasea suetâ firmitudine animi, & ne gloria in-
ercideret. Haut dispari crimine Fabricius Veiento conflicta-
us est, qui multa & probrosa in Patres & Sacerdotes compo-
uisset, iis libris quibus nomen* Codicillorum *dederat. Adii-
iebat Talius Geminus accusator,* venditata ab eo munera
rincipis & adipiscendorum honorum ius. *quæ caussa Ne-
oni fuit suscipiendi iudicii. Conuictumq; Veientonem Italiâ
epulit, & libros exuri iussit, conquisitos lectitatosq; donec cum
ericulo parabantur: mox licentia habendi, obliuionem attulit.
ed grauescentibus in dies publicis malis, subsidia minueban-
ur. Concessitq; vitâ Burrhus, incertum valetudine an vene-
o. Valetudo ex eo coniectabatur, quòd in se tumescentib. pau-
itim faucib. & impedito meatu, spiritum finiebat. Plures iussu
Neronis, quasi remedium adhiberetur, illitum palatum noxio
nedicamine asseuerabant: & Burrhum intellecto scelere, cùm
d visendum princeps venisset, aspectum eius auersatum, sci-
citantiq; hactenus respondisse,* Ego me bene habeo. *Ciuitati
rande desiderium eius mansit per memoriam virtutis, & suc-
essorum alterius segnem innocentiam, alterius flagrantissima
igitia & adulteria. quippe Cæsar duos prætoriis cohortibus
nposuerat: Fenium Rufum ex vulgi fauore, quia rem fru-
entariam sine quæstu tractabat: Sofonium Tigellinum, vete-
em impudicitiam atque infamiam in eo secutus, ac quæ illi pro
gnatus moribus fuere. Validior Tigellinus in animo principis,
intimis libidinibus assumtus. Prosperâ populi & militum
mâ Rufus, quod apud Neronem aduersum experiebatur.
Mors Burrhi infregit Senecæ potentiam, quia nec bonis artibus
em virium erat, altero velut duce amoto, & Nero ad dete-
ores inclinabat. Hi variis criminationibus Senecam adoriũ-
tr,* tamquam ingentes & priuatum modum euectas o-
es adhuc augeret, quodque studia ciuium in se verteret,
ortorum quoque amœnitate & villarum magnificentiâ
uasi principem supergrederetur. *Obiiciebant etiam* elo-
uentiæ laudem vni sibi asciscere, & carmina crebriùs fa-
titare, postquam Neroni amor eorum venisset. Nam ob-
ctamentis principis palàm iniquum, detractare vim e-

ius equos regentis, illudere voces quoties caneret. Quę
ad finem nihil in Rep. clarum fore, quod non ab illo r
periri credatur? Certè finitam Neronis pueritiam & r
bur iuuentæ adesse. exueret magistrum, satis amplis d
ctoribus instructus, maioribus suis. *At Seneca crimina*
tium non ignarus, prodentibus iis quibus aliqua honesti cu
& familiaritatem eius magis aspernante Cæsare, tempus s
moni orat: & accepto, ita incipit. Quartusdecimus annus
Cæsar, ex quo spei tuæ admotus sum, octauus vt impe
obtines. Medio temporis tantum honorum atque op
in me cumulasti, vt nihil felicitati meæ desit, nisi mode
tio eius. Vtar magnis exemplis, nec meæ fortunæ, sed t
Atauus tuus Augustus, M. Agrippæ Mitylenense sec
tum, C. Mæcenati vrbe in ipsâ, velut peregrinum oti
permisit: quorum alter bellorum socius, alter Romæ p
ribus laboribus iactatus, ampla quidem, sed pro inge
bus meritis præmia acceperant. Ego quid aliud mun
centiæ adhibere potui quàm studia, vt sic dixerim, in v
brâ educata? è quibus claritudo venit, quòd iuuentæ
rudimentis affuisse videor, grande huius rei pretium
tu gratiam immensam, innumeram pecuniam dedisti
eò vt plerumque intra me ipsum voluam. Egóne eq
stri & prouinciali loco ortus, proceribus ciuitatis an
meror? Inter nobiles & longa decora præferentes, n
tas mea enituit? Vbi est animus ille modicis conten
Tales hortos instruit & per hæc suburbana incedit, &
tis agrorum spatiis, tam lato fenore exuberat? Vna de
sio occurrit, quòd muneribus tuis obniti non debui.
vterque mensuram impleuimus, & tu quantum prin
tribuere amico posset, & ego quantum amicus à prin
accipere. Cetera inuidiam augent. quæ quidem, vt om
mortalia, infra tuam magnitudinem iacet: sed mih
cumbit. mihi subueniendum est. quo modo in militi
viâ fessus adminiculum orarem: ita in hoc itinere v
senex, & leuissimis quoque curis impar, cùm opes r
vltrà sustinere non possim, præsidium peto. Iube eas

procuratores tuos administrari, in tuam fortunam reci-
pi. Nec me in paupertatem ipse detrudam; sed traditis
quorum fulgore perstringor, quod temporis hortorum
aut villarum curæ seponitur, in animum reuocabo. Su-
perest tibi robur, & tot per annos nixum fastigii regi-
men: possumus seniores amici, quiete respondere. Hoc
quoque in tuam gloriam cedet, eos ad summa vexisse,
qui & modica tolerarent. *Ad quæ Nero sic fermè re-
spondit.* Quòd meditatæ orationi tuæ statim occurram,
id primum tui muneris habeo, qui me non tantùm præ-
uisa, sed subita expedire docuisti. Auus meus Augustus
Agrippæ & Mæcenati vsurpare otium post labores con-
cessit; sed in eâ ipsâ ætate, cuius auctoritas tueretur, quid-
quid illud & qualecumque tribuisset. attamen neutrum
satis à se præmiis exuit. Bello & periculis meruerant.
in his enim iuuenta Augusti versata est. Nec mihi tela &
manus tuæ defuissent, in armis agenti. Sed quod præ-
sens conditio poscebat, ratione, consilio, præceptis pue-
ritiam, deinde iuuentam meam fouisti. Et tua quidem
erga me munera, dum vita suppetet, æterna erunt. Quæ à
me habes, horti, & fenus, & villæ, casibus obnoxia sunt:
ac licet multa videantur, plerique haut quaquam artibus
tuis pares, plura tenuerunt. Pudet referre libertinos, qui
ditiores spectantur. Vnde etiam rubori mihi est, quòd
præcipuus caritate, nondum omnes fortunâ antecellis.
Verùm & tibi valida ætas, rebusque & fructui rerum suf-
ficiens, & nos prima imperii spatia ingredimur: nisi fortè
aut te Vitellio ter Consuli, aut me Claudio præponis. Sed
quantum Volusio longa parcimonia quæsiuit, tantum
in te mea liberalitas explere non potest. Quin si quâ in
parte lubricum adolescentiæ nostræ declinat, reuocas,
ornatumque robur subsidio impensius regis. Non
tua moderatio, si reddideris pecuniam, nec quies, si reli-
queris principem; sed mea auaritia, meæ crudelitatis me-
tus in ore omnium versabitur. Quòd si maximè conti-
nentia tua laudetur, non tamen sapienti viro decorum

fuerit, vnde amico infamiam parat, inde gloriam ſibi re-
cipere. *His adiicit complexum & oſcula, factus naturâ &*
conſuetudine exercitus velare odium fallacibus blanditiis. Se-
neca (qui finis omnium cum dominante) grates agit: ſed inſti-
tuta prioris potentiæ commutat: prohibet cœtus ſalutantium,
vitat comitantes: rarus per vrbem, quaſi valetudine infenſâ,
aut ſapientiæ ſtudiis domi attineretur. Perculſo Senecâ, prom-
tum fuit Rufum Fenium imminuere, Agrippinæ amicitiam
in eo criminantibus. *Validiorque in dies Tigellinus; & malas*
artes, quibus ſolis pollebat, grauiores ratus ſi principem ſocieta-
ſcelerum obſtringeret, metus eius rimatur. Compertoque Plau-
tum & Syllam maximè timeri, Plautum in Aſiam, Syllam in
Galliam Narbonenſem nuper amotos: nobilitatem eorum,
propinquos huic Orientis, illi Germaniæ exercitus commem-
rat. Non ſe, vt Burrhum, diuerſas ſpes, ſed ſolam incol-
mitatem Neronis ſpectare. cui caueri vtcumque ab vrba-
nis inſidiis præſentiâ; longinquos motus quonam mo-
comprimi poſſe? Erectas Gallias ad nomẽ Dictatoriu-
nec minus ſuſpectos Aſiæ populos, claritudine aui Dr-
ſi. Syllam inopem, vnde præcipuam audaciam: & ſimu-
torem ſegnitiæ, dum temeritati locum reperiret. Pla-
tum magnis opibus, ne fingere quidem cupidinem o-
ſed veterum Romanorum imitamenta præferre; aſſu-
tâ etiam Stoicorum arrogantiâ, ſectáque, quæ turbid-
& negotiorum appetentes faciat. *Nec vltra mora. S-*
ſexto die peruectis Maſſiliam percuſſoribus, ante metum
rumorem interficitur, cum epulandi cauſsâ diſcumberet. Re-
tum caput eius illuſit Nero tamquam præmaturâ canitie
forme. Plauto parari necem, non perinde occultum fuit, q-
pluribus ſalus eius curabatur, & ſpatium itineris ac maris
pusque interiectum mouerat famam. vulgoque fingebant, p-
tum ab eo Corbulonem, tum magnis exercitibus pr-
dentẽ; ſi clari atque inſontes interficerentur, præcipu-
ad pericula. quin & Aſiã fauore iuuenis arma cepiſſe,
milites ad ſcelus miſſos aut numero validos, aut ani-
prõtos: poſtquã iuſſa efficere nequiuerint; ad ſpes no-
tra-

e vnà. *Hæc in ore famæ, credentium otio agebātur. Ceterùm* *ertus Plauti celeritate ventorum prauênit centurionem, &* *ndata L. Antisti soceri attulit:* effugeret segnem mortem, um, suffugium, & magni nominis miserationem. re- turum bonos, consociaturum audaces. nullum inte- subsidium aspernandũ. si sexaginta milites (tot enim ueniebant) propulisset; dum refertur nuntius Nero- dum manus alia permeat, multa secutura. quæ ad vsq; lum eualescerent. denique aut salutem tali consilio eri, aut nihil grauius audenti quàm ignauo patiendum. *Sed Plautum ea non mouêre. siue nullam opem prouide- inermis atq; exsul; seu tædio ambiguæ spei; an amore con- s & liberorum, quibus placabiliorem fore principem reba- , nullâ sollicitudine turbatum. Sunt qui alios à socero nun- venisse ferant,* tamquam nihil atrox immineret, docto- q; sapientiæ Cœranum Græci, Musonium Thusci ge- ris, constantiã opperiendæ mortis, pro incertâ & trepidâ suasisse. *Repertus est certè per medium diei nudus, exerci- do corpori. Talẽ eum centurio trucidauit, coram Pelagone done, quem Nero centurioni & manipulo quasi satellitibus istrum regium præposuerat (Caput interfecti relatum. cuius ctu, ipsa principis verba referam:* Quin, *inquit,* Nero de- ito metu nuptias Poppææ ob eiusmodi terrores dilatas turare parat, Octauiamq; coniugem amoliri, quamuis deslè agat, & nomine patris, & studiis populi grauem? *ad Senatum litteras misit, de cæde Syllæ Plautiq; haut con- s. verùm* vtriusq; turbidum ingenium esse, & sibi in- umitatem Reip. magnâ curâ haberi. *Decretæ eo nomine* plicationes, vtq; Sylla & Plautus Senatu mouerentur; *uioribus tamen ludibriis quàm malis. Igitur accepto Patrũ lto, postquam cuncta scelerum pro egregiis accipi videt, ex- bat Octauiam,* sterilem dictitans. *Exin Poppææ coniungi- Ea diu pellex, & adulteri Neronis, mox mariti potens, quẽ- n ex ministris Octauiæ impulit, seruilem ei amorem obiice- lestinaturq; reus cognomento Eucerus, natione Alexandri- canere tibiis doctus. Actæ ob id de ancillis quæstiones, & vi*

tormentorum victis quibusdam, vt falsa annuerent, plures pe
stitêre sanctitatem dominæ tueri. ex quibus vna instanti Tig
lino, castiora esse muliebria Octauiæ respondit, quàm
cius. *Mouetur tamen primo ciuilis dissidii specie: domúq; Bu*
rhi, & prædia Plauti, infausta dona accipit. Mox in Campa
am pulsa est, additâ militari custodiâ. Inde crebri questus,
occulti per vulgum, cui minor sapientia, & ex mediocrit
fortunæ, pauciora pericula sunt. His, haut quaquam Nero p
nitentiâ flagitii, coniugem reuocauit Octauiam. Exin læti C
pitolium scandunt, Deosq; tandem venerantur. Effigies Popp
proruunt. Octauiæ imagines gestant humeris, spargunt florib
foróq; ac templis statuunt. Itur etiam in principis laudes, repe
tum venerantium. Iamq; & palatium multitudine & clam
ribus complebant, cùm emissi militum globi verberibus &
tēto ferro turbatos disiecêre. Mutatáq; quæ per seditionem v
terant. Poppææ honos repositus est. Quæ semper odio, tum & m
tu atrox, ne aut vulgi acrior vis ingrueret, aut Nero inclin
one populi mutaretur, prouoluta genibus eius: Non eò loci
suas agi, vt de matrimonio certet (quamquàm id sibi
potius) sed vitam ipsam in extremum adductam à cli
telis & seruitiis Octauię, quæ plebis sibi nomē indider
ea in pace ausis quæ vix bello euenirent. Arma illa adu
sus principem sumta, ducem tantum defuisse, qui m
rebus facilè reperiretur. Omitteret modò Campani
& in vrbem ipsam pergeret, ad cuius nutum absentis
multus cierentur. Quod alioquin suum delictum? qu
cuiusquam offensionem? An quia veram progeniem
natibus Cæsarum datura sit, malle populum Roman
tibicinis Ægyptii subolem imperatorio fastigio indu
Denique si id rebus conducat, libens quàm coactus ac
ret dominam, vel consuleret securitati iustâ vltione.
modicis remediis, primos motus consedisse. at si de
rent vxorem Neronis fore Octauiam, illi maritum da
tos. *Varius sermo, & ad metum atque iram accommoda*
terruit simul audientem & accendit. Sed parum valebat su
cio in seruo, & quæstionibus ancillarum eluserat. Ergo c

fes

ſſionem alicuius quæri placet, cui rerum quoq; nouarũ rimen affingeretur. *Et viſus idoneus maternæ necis patrator Anicetus, claſſi apud Miſenũ, vt memoraui, præfectus, leui poſt dmiſſum ſcelus gratiâ, dein grauiore odio: quia malorum fa-norum miniſtri quaſi exprobrantes aſpiciuntur. Igitur acci-m eum Cæſar operæ prioris admonet.* Solum incolumitati rincipis aduerſus inſidiantem matrem ſubueniſſe: locũ ut minoris gratiæ inſtare, ſi coniugẽ infenſam depelle-t. Nec manu aut telo opus. Fateretur Octauię adulteriũ. cculta quidẽ ad præſens, ſed magna ei p̃mia, & ſeceſſus nœnos promittit: vel ſi negauiſſet, necẽ intentat. *Ille in-â vecordiâ, & facilitate priorum flagitiorum, plura ẽt quàm ſum erat, fingit, fateturq́; apud amicos, quos velut cõſilio ad-buerat princeps. Tum in Sardiniam pellitur, vbi non inops ſilium tolerauit, & fato obiit. At Nero* præfectum ſpe ſoci-idæ claſſis corruptũ, *& incuſatæ paulo antè ſterilitatis obli-s,* abactos partus cõſcientiâ libidinũ, eaq́; ſibi comperta *ctõ memorat. Inſulaq́; Pandateriâ Octauiã claudit. Non alia ſul viſentium oculos maiore miſericordiâ affecit. Memine-nt adhuc quidam Agrippinæ à Tiberio, recentior Iuliæ me-oria obuerſabatur à Claudio pulſæ. Sed illis robur ætatis affu-at. Læta aliqua viderant, & præſentem ſæuitiam melioris o-n fortunæ recordatione leuabant. Huic primùm nuptiarum s loco funeris fuit, deductæ in domum, in quâ nihil niſi luctuo-m haberet erepto per venenũ patre, & ſtatim fratre. Tũ an-la dominâ validior. Et Poppæa non niſi in perniciem vxoris pta. Poſtremò crimen omni exitio grauius. Ac puella viceſi-o ætatis anno, inter centuriones & milites, præſagio malorum m à vitâ exemta, nondum tamen morte acquieſcebat. Paucis hinc interiectis diebus, mori iubetur: cùm iam* viduam ſe & antum ſororem teſtaretur, communeq́; Germanici, & oſtremò Agrippinæ nomen cieret. *quâ incolumi infelix uidem matrimonium, ſed ſine exitio pertuliſſet. Reſtringitur inculis, venæq́; eius per omnes artus exſoluuntur; & quia eſſus pauore ſanguis tardius labebatur, præferuidi balnei pore enecatur. Additurq́; atrocior ſæuitia,* quòd caput

amputatum latumq; in vrbem Poppæa vidit. Dona c
hæc templis decreta. *Quod ad eum finem memorauimus,*
quicumq; casus temporum illorum nobis vel aliis auctorib. n
scent, præsumtum habeant, quoties fugas & cædes iussit prince
toties grates Deis actas; quæq; rerum secundarum olim, tun
publicæ cladis insignia fuisse. Neque tamen silebimus, si qu
Senatusconsultum, adulatione nouum, aut patientiâ postren
fuit. Eodem anno libertorum potissimos veneno interfecisse cr
ditum est, Doryphorum quasi aduersatum nuptiis Popp
Pallantem quòd immensam pecuniam longâ senectâ detiner
Romanus secretis criminationibus incusauerat Senecam vt
Pisonis socium, sed validiùs à Senecâ eodem crimine percul
est. Vnde Pisoni timor & orta insidiarum in Neronem mag
moles, sed improspera.

C. CORNELII TA CITI AB EXCESSV D VI AVGVSTI ANNALIVM

LIBER XV.

I*Nterea rex Parthorum Vologeses, cognitis Corbulonis*
bus, regemq; alienigenam Tigranem Armeniæ impositu
simul, fratre Tiridate pulso, spretum Arsacidarum fasti
ire vltum volens, magnitudine rursum Romanâ & conti
fœderis reuerentiâ, diuersas ad curas trahebatur: contator
genio, & defectione Hyrcanorum gentis validæ, multisq; e
bellis illigatus. Atq; illum ambiguum nouus insuper nun
contumeliæ exstimulat: quippe egressus Armeniâ Tigra
Adiabenos conterminam nationem latius ac diutius quam
latrocinia vastauerat. Idq; primores gentium ægrè tolerab
eò contemtionis descensum, vt ne duce quidem Romano inc
sarentur, sed temeritate obsidis, tot per annos inter manc
habiti. Accenderat dolorem eorum Monobazus, quem
nes Adiabenûm regimen, quod præsidium, aut vnde p
ret,

rt, rogitans. Iam de Armeniâ concessum, proxima trahi: nisi defendant Parthi, leuius seruitium apud Romanos ditis, quàm captis esse. *Tiridates quoq; regni profugus, per ntium haut modicè querendo, grauior erat.* Nõ enim ignaâ, magna imperia contineri: virorum armorumq; facidum certamen. Id in summâ fortunâ æquius, quod valius. & sua retinere, priuatæ domus: de alienis certare, giam laudem esse. *Igitur commotus his Vologeses concilium cat, & proximum sibi Tiridatem constituit, atq; ita orditur:* unc ego eodem mecum patre genitum, cùm mihi per atem summo nomine concessisset, in possessionem Areniæ deduxi, qui tertius potentiæ gradus habetur. Nam edos Pacorus anteceperat. videbarq; contra vetera fraum odia & certamina, familiæ nostræ penates ritè comsluisse. prohibent Romani, & pacem ipsis numquam osperè lacessitam, nunc quoq; in exitium suum abrũunt. Non ibo infitias, æquitate quàm sanguine, caussâ àm armis retinere parta maioribus malueram. si contione deliqui, virtute corrigam. Vestra quidem vis & oria in integro est, additâ modestię famâ. quæ neq; sumis mortalium spernenda est, & à Diis æstimatur. *Simul idemate caput Tiridatis euinxit, promtam equitum manũ, æ regem ex more sectabatur, Monesi nobili viro tradidit, lectis Adiabenorum auxiliis: mandauitq;* Tigranem Areniâ exturbari, dum ipse positis aduersus Hyrcanos diordiis, vires intimas, molemq; belli ciet, prouinciis Roanis minitans. *Quæ vbi Corbuloni certis nuntiis audita nt: legiones duas cum Verulano Seuero, & vectio Bolano, bsidium Tigrani mittit, occulto præcepto,* compositiùs cũta, quàm festinantiùs agerent. *quippe bellum habere, quàm erere malebat. Scripseratq; Cæsari,* proprio duce opus ese, qui Armeniam defenderet: Syriam ingruente Vologese acriore in discrimine esse. *Atq; interim reliquas legines pro ripâ Euphratis locat: tumultuariam prouincialium anum armat: hostiles ingressus præsidiis intercipit. Et quia ena aquarum regio est, castella fontibus imposita. quosdam*

riuos congestu arenæ abdidit. Ea dum à Corbulone tuendæ Syr
parantur, acto raptim agmine Moneses vt famam sui præirei
non ideo nescium aut incautum Tigranem offendit: qui occu
pauerat Tigranocerta, vrbem copiâ defensorum & magnitu
dine mœnium validam. Ad hæc Nicephorius amnis haut spe
nendâ latitudine partem murorum ambit. & ducta ingens fo
sa, quà fluuio diffidebatur. Inerant milites, & prouisi antè com
meatus. quorum subuectu pauci auidiùs progressi, & repent
nis hostibus circumuenti, irâ magis quam metu ceteros acce
derant. Sed Partho ad exsequendas obsidiones nulla commin
audacia: raris sagittis, neq; clausos exterret, & semet frustr
tur. Adiabeni cum promouere scalas & machinamenta inc
perent, facilè detrusi, mox erumpentib. nostris cæduntur. Co
bulo tamen quamuis secundis rebus suis, moderandum fortu
ratus, misit ad Vologesem, qui expostularent vim prouinciæ
latam. socium amicumq; regem cohortes Romanas ci
cumsidere. omitteret potius obsidionem, aut se quoq;
agro hostili castra positurũ. Casperius centurio in eam leg
tionem delectus, apud opidũ Nisibin septẽ & triginta milib. p
suum à Tigranocertâ distantem adit regẽ, & mandata fero
ter edidit. Vologesi vetus & penitus infixum erat, arma Rom
na vitandi: nec præsentia prosperè fluebant. irritũ obsidiũ, tut
manu & copiis Tigranes, fugati qui expugnationem sumsera
missæ in Armeniam legiones, & aliæ pro Syriâ paratæ vltrò i
rumpere. sibi imbecillum equitem pabuli inopiâ. nam exorta v
locustarum ambederat quidquid herbidum aut frõdosum. Ig
tur metu abstruso mitiora obtendens, missurum ad imper
torem Romanum legatos super petendâ Armenia & fi
mandâ pace respondet. Monesen omittere Tigranocerta i
bet, ipse retrò concedit. Hæc plures vt formidine regis, & Corb
lonis minis patrata & magnifica extollebant. Alii occultè pe
gisse interpretabantur, vt omisso vtrimq; bello, & abeunte V
logese, Tigranes quoq; Armeniâ abscederet. Cur enim exe
citum Romanum à Tigranocertis deductum? cur dese
per otium, quæ bello defenderant? An melius hibernaui
se in extremâ Cappadociâ, raptim erectis tuguriis, quà
in se

in sede regni modò retenti? Dilata prorsus arma, vt Volo-
gès es cum alio quam cum Corbulone certaret: Corbulo
m ritæ tot per annos gloriæ, non vltra periculum faceret.
m, vt rettuli, proprium ducem tuendæ Armeniæ poposcerat,
duentare Cesennius Pætus audiebatur: iamq; aderat, copiis
liuisis, vt quarta & duodecima legiones additâ quintâ quæ
ns è Mœsis excita erat, simul Pontica, & Gallatarum Cap-
ocumq; auxilia Pæto obedirent: tertia & sexta & decima
ones, priorq; Syriæ miles apud Corbulonem manerent. ce-
ex rerum vsu sociarent, partirenturve. Sed neque Corbu-
nuli patiens, & Pætus cui satis ad gloriam erat si proximus
eretur, despiciebat gesta, nihil cædis aut prædæ, vsurpatas
ninetenus vrbium expugnationes *dictitans.* Se tributa
eges, & pro vmbrâ regis, Romanum ius victis imposi-
um. *Sub idem tempus legati Vologesis, quos ad principem*
os memoraui, reuertêre irriti: bellumq; propalam sumtum
arthis. nec Pætus detractauit, sed duabus legionib. quarum
rtam Famisulanus Vectonianus eo in tempore, duodeci-
n Calauius Sabinus regebant, Armeniam intrat, tristi o-
e. nam in transgressu Euphratis, quem ponte transmittebat,
â palam caussâ, turbatus equus qui Consularia insignia ge-
at, retro euasit. Hostiaq; quæ muniebantur hibernaculis as-
s, semifacta opera fugâ perrupit, seq; vallo extulit. & pila
tum arsêre; magis insigni prodigio, quia Parthus hostis
lib. telis decertat. Ceterum Pætus spretis ominib. nec dum
firmatis hibernaculis, nullo rei frumentariæ prouisu, rapit
citum trans montem Taurum, reciperandis, vt ferebat,
ranocertis, vastandisq; regionibus, quas Corbulo integras
isset. Et capta quædam castella, gloriæq; & prædæ nonnihil
um, si aut gloriam eum modo, aut prædam cum curâ ha-
set. Longinquis itineribus percursando quæ obtineri nequi-
t, corrupto qui captus erat commeatu, & instante iam hie-
reduxit exercitum. composuitq; ad Cæsarem litteras, quasi
fecto bello, *verbis magnificas, rerum vacuas. Interim*
bulo nunquam neglectam Euphratis ripam crebriorib. præ-
insedit; & ne pôti iniiciendo impedimentũ hostiles turmæ

afferrent, (iam enim ſubiectis campis, magnâ ſpecie volitab
naues magnitudine præſtantes, & connexas trabibus, ac tur
bus auctas, agit per amnem, catapultiſq; & baliſtis protur
Barbaros. in quos ſaxa & haſtæ longius permeabant, quàm
contrario ſagittarum iactu adæquarentur. Dein pons co
nuatus, colleſq; aduerſi per ſocias cohortes, pòſt legionum ca
occupantur; tantâ celeritate & oſtentatione virium, vt P
thi omiſſo paratu inuadendæ Syriæ, ſpem omnem in Arme
am verterent. Ibi Pætus imminentium neſcius, quinctam
gionem procul in Ponto habebat. Reliquas promiſcuis milit
commeatibus infirmauerat; donec adventare Vologeſem
gno & infenſo agmine auditum. Accitur legio duodecima
vnde famam aucti exercitus ſperat, prodita infrequentia:
tamen retineri caſtra, & eludi Parthus tractu belli poter
Pæto aut in ſuis, aut in alienis conſiliis conſtantia fuiſſet. Ve
vbi à viris militaribus aduerſus vrgentes caſus firmatus e
rurſus ne alienæ ſententiæ indigens videretur, in diuerſa a
teriora tranſibat. Et tunc relictis hibernis, non foſſam
vallum ſibi, ſed corpora & arma in hoſtem data clam
duxit legiones quaſi prœlio certaturus. Deinde amiſſo ce
rione & paucis militibus, quos viſendis hoſtium copiis præ
rat, trepidus remeauit. Et quia minus acriter Vologeſes
terat, vanâ rurſus fiduciâ, tria millia dilectorum pro
Tauri iugo impoſuit, quo tranſitum regis arcerent. A
quoq; Pannonios, robur equitatus, in parte campi locat.
iunx ac filius caſtello, cui Arſamoſata nomen eſt, abditi,
in præſidium cohorte, ac diſperſo milite, qui in vnum ha
vagum hoſtem promtiùs ſuſtentauiſſet. ægrè compulſum
vt inſtantem Corbuloni fateretur. Nec à Corbulone pro
tum, quò gliſcentibus periculis etiam ſubſidii laus auge
Expediri tamen itineri ſingula millia ex tribus legio
& alarios octingentos, parem numerum è cohor
iuſſit. At Vologeſes quamuis obſeſſa à Pæto itinera hinc
tatu, inde equite accepiſſet, nihil mutato conſilio, ſed vi a
nis alares exterruit, legionarios obtriuit, vno tantùm cent
ne Tarquitio Creſcente turrim in quâ præſidium agitaba

fe

fi dere auso: factâ sæpius eruptione, & cæsis qui Barbarorum
p pius suggrediebantur, donec ignium iactu circumuenire-
t peditum si quis integer, longinqua & auia; vulnerati, ca-
st repetiuere: virtutem regis, sæuitiam & copias gentiũ,
c ncta metu extollentes, facili credulitate eorum qui eadem
p ebant. Ne dux quidem obniti aduersis, sed cuncta militiæ
m nia deseruerat, missis iterum ad Corbulonem precibus. ve-
n et properè, signa & aquilas, & nomen reliquum infeli-
c exercitus tueretur: se fidem interim donec vita suppe-
d et, retenturum. Ille interritus & parte copiarum apud
S iam relictâ, vt munimenta Euphrati imposita retineren-
tu, quâ proximum & commeatibus non egenum, regionem
C nagenam, exin Cappadociam, inde Armenios petiuit. Co-
m abantur exercitum præter alia assueta bello, magna vis ca-
m orum onusta frumento, vt simul hostem famemq; depelleret.
P imum è perculsis Pactium primipili centurionem obuium
b uit, dein plerosque militum: quos diuersas fugæ caussas ob-
te dentes, redire ad signa, & clementiam Pæti experiri mo-
le at. se nisi victorib. immitẽ esse. Simul suas legiones adire,
c ari priorum admonere, nouam gloriam ostendere. Non
i os aut opida Armeniorum, sed castra Romana, duasq;
n s legiones pretium laboris peti. Si singulis manipula-
ri is præcipua seruati ciuis corona imperatoriâ manu
tr ueretur; quod illud & quantum decus, vbi par eorum
n erus adipisceretur, qui attulissent salutem, & qui ac-
ce ssent? His atque talibus in commune alacres, (& erant
n pericula fratrum, aut propinquorum propriis stimulis
p aderent) continuum diu noctuq; iter properabant. Eoq; in-
e us Vologeses premere obsessos, modò vallum legionum, mo-
ĉo stellum quo imbellis ætas defendebatur, oppugnare, pro-
p incedens quàm mos Parthis, si eâ temeritate hostem in
pr ium eliceret. At illi vix contuberniis extracti, nec aliud
q n munimenta propugnabant: pars iussu ducis, & alii pro-
pr ignauiâ, vt Corbulonem opperientes, ac si vis ingrueret,
pr ysis exemplis Caudinæ ac Numantinæ cladis. Neque ean-
de vim Samnitibus Italico populo, aut Pœnis Romani

S*

imperii æmulis. Validam quoque & laudatam antiquita-
tem, quoties fortuna contra daret, ſaluti conſuluiſſe. *Quâ*
deſperatione exercitus dux ſubactus, primas tamen litteras ad
Vologeſen, non ſupplices, ſed in modum querentis compoſuit,
Quòd pro Armeniis ſemper Romanæ ditionis, aut ſub-
iectis regi quem imperator dilegiſſet, hoſtilia faceret. Pa-
cem ex æquo vtilem. Nec præſentia tantùm ſpectaret. I-
pſum aduerſus duas legiones, totis regni viribus aduenıſ-
ſe: at Romanis orbem terrarum reliquum, quo bellum
iuuarent. *Ad ea Vologeſes, nihil pro cauſſâ,* ſed opperiendos
ſibi fratres Pacorum ac Tiridatem *reſcripſit.* Illum locum
tempuſque conſilio deſtinatum quid de Armeniâ cerne-
rent. Adieciſſe* Deos dignum Arſacidarum, ſimul & de
legionibus Romanis ſtatuerent. *Miſſi pòſt à Pæto nuntii,*
& regis colloquium petitum, qui Vaſacem præfectum equitatu
ire iuſſit. Tum Pætus, Lucullos, Pompeios, & ſi qui duces
obtinendæ donandæúe Armeniæ egerant: *Vaſaces* imagi-
nem retinendi donandiue penes nos, vim penes Partho[s]
memorat. *Et multum inuicem diſceptato, Monobazus Adia-*
benus in diem poſterum teſtis iis quæ pepigiſſent, adhibetur.
Placuitque liberari obſidio legiones, & decedere omnen
militem finibus Armeniorum, caſtellaque & commeatu[s]
Parthis tradi. *Quibus perpetratis copia Vologeſi fieret, mit-*
tendi ad Neronem legatos. Interim flumio Arſameti (is caſtr[a] 15
præfluebat) pontem impoſuit, ſpecie ſibi illud iter experienti[a]
Sed Parthi quaſi documentum victoriæ iuſſerant, namque i[n]
vſui fuit. Noſtri per diuerſum iere. Addidit rumor, ſub iugu[m]
miſſas legiones, & alia ex rebus infauſtis: *quorum ſimula-*
crum ab Armeniis vſurpatum eſt. Nam & munimenta in-
greſſi ſunt, antequam agmen Romanum decederet; & circum-
ſtetere vias, captiua olim mancipia, aut iumenta agnoſcente[s]
abſtrahenteſq́;. Raptæ etiam veſtes, retenta arma: pauido mili[te]
& concedente, ne qua prœlii cauſſa exſiſteret. Vologeſes arm[is]
& corporibus cæſorum aggregatis, quò cladem noſtram teſta-
retur, viſu fugientium legionum abſtinuit. Fama moderatu[s]
nis quærebatur, poſtquam ſuperbiam expleuerat. Flumen Ar-

ſam[...]

ſametem elephanto inſidens, & proximus quisq; regi vi equorum perrupêre, quia rumor inceſſerat, pontem ceſſurum oneri, dolo fabricantium. Sed qui ingredi auſi ſunt, validum & fidum intellexêre. Cetèrum obſeſſis adeò ſuppeditauiſſe rem frumentariam conſtitit, vt horreis ignem inijcerent: contraq; prodiderit Corbulo Parthos inopes copiarum, & pabulo attrito, relicturos oppugnationem, neque ſe plus tridui itinere abfuiſſe. *Adiecit,* iureiurando Pæti cautum apud ſigna, adſtantibus iis, quos teſtificando rex miſiſſet, neminem Romanum Armeniam ingreſſurum, donec referantur litteræ Neronis, an paci annuerêt. *Quæ vt augendæ infamiæ compoſita, ſic reliqua non in obſcuro habentur: vnâ die quadraginta millium ſpatium emenſum eſſe Pætum, deſertis paſſim ſaucijs, neq; minus deformem illam fugientium trepidationem, quàm ſi terga in acie vertiſſent. Corbulo cum ſuis copiis apud ripam Euphratis obuius, non eam ſpeciem inſignium & armorum prætulit, vt diuerſitatem exprobraret. Mæſti manipuli ac vicem commilitonum miſerantes, ne lacrymis quidem temperauere. Vix præ fletu vſurpata conſalutatio. Deceſſerat certamen virtutis, & ambitio gloriæ, felicium hominum affectus. ſola miſericordia valebat, & apud minores magis. Ducum inter ſe breuis ſermo ſecutus eſt, hæc conquerentium:* irritum laborem, potuiſſe bellum fugâ Parthorum finiri. *Ille* integra vtrique cuncta *reſpondit,* conuerterent aquilas, & iuncti inuaderent Armeniam, abſceſſu Vologeſis infirmatam. Non ea imperatoris habere mandata *Corbulo*: periculo legionum commotum, è prouinciâ egreſſum. Quando in incerto habeantur Parthorum conatus, Syriam repetiturum. Sic quoq; optimam Fortunam orandam, vt pedes confectus ſpatiis itinerum, alacrem & facilitate camporum præuenientem equitem aſſequeretur. *Exin Pætus per Cappadociam hibernauit. At Vologeſis ad Corbulonem miſſi* nuntii, detraheret caſtella trans Euphratem, amnemq; vt omnium medium faceret. *Ille,* Armeniam quoq; diuerſis præſidiis vacuâ fieri expoſtulabat. *Et poſtremò conceſſit rex. Diruptaq; quæ vltra Euphratem communierat Corbulo, &*

Armenii suo arbitrio relicti sunt. At Romæ trophæa de Par-
this, arcusq; medio Capitolini montis sistebantur; decreta ab
Senatu integro adhuc bello, neq; tum omissa, dum aspectui con-
sulitur, spretâ conscientiâ. Quin & dissimulandis rerum exter-
narum curis Nero frumentum plebis vetustate corruptum, in
Tiberim iecit, quo securitatem annonæ sustentaret. cuius pretio
nihil additum est, quamuis ducentas fermè naues portu in ipso,
violentia tempestatis, & centum alias Tiberi subuectas, for-
tuitus ignis absumsisset. Tris dein Consulares, L. Pisonem, Du-
cennium Geminum, Pompeium Paullinum vectigalib. publi-
cis præposuit, cum insectatione priorum principum, qui graui-
tate sumtuum iustos reditus anteissent. se annuum sex-
centies sestertium Reipub. largiri. *Percrebuerat eâ tempe-*
state prauissimus mos, cùm propinquis comitiis, aut sorte pro-
uinciarum, pleriq; orbi fictis adoptionibus adsciscerent filios:
Præturasq; & prouincias inter Patres sortiti, statim emitte-
rent manu quos adoptauerant. Qui magnâ cum inuidiâ Sena-
tum adeunt, ius naturæ, laboris educandi, aduersus fraud
& artes & breuitatem adoptionis *enumerant.* Satis pret
esse orbis quòd multâ securitate, nullis onerib. gratiam
honores, cuncta promta & obuia haberent. Sibi promi
sa legum diu exspectata, in ludibrium verti, quando qu
sine solicitudine parens, sine luctu orbus, longa patru
vota repentè adæquaret. *Factum ex eo Senatusconsultum*
ne simulata adoptio in vllâ parte muneris publici iuu
ret, ac ne vsurpandis quidem hereditatibus prodess
Exin Claudius Timarchus Cretensis reus agitur, ceteris cr
minibus, vt solent prævalidi prouincialium, & opibus nim
ad iniurias minorum elati: vna vox eius vsque ad cõtumeli
Senatus penetrauerat, quòd dictitasset, in suâ potestate situ
an proconsulibus qui Cretam obtinuissent, grates ag
rentur. *Quam occasionem Pætus Thrasea ad bonum pu*
cum vertens, postquam de reo censuerat, prouinciâ Cretâ
pellendum, *hæc addidit.* Vsu probatum est P. C. leges eg
gias, exempla honesta, apud bonos ex delictis aliorum
gni. Sic oratorum licentia, Cinciam rogationem: can-

d.

datorum ambitus, Iulias leges: magiſtratuum auaritia, Calpurnia ſcita, pepererunt. Nam culpa quàm pœna tẽpore prior, emendari quàm peccare poſterius eſt. Ergo aduerſus nouam prouinciarum ſuperbiam dignum fide conſtantiaque Romanâ capiamus conſilium, quo tutelæ ſociorum nihil derogetur, nobis opinio decedat, qualis quiſque habeatur alibi quàm in ciuium iudicio eſſe. Olim quidem non modò Prætor aut Conſul, ſed priuati etiam mittebantur, qui prouincias viſerent, & quid de cuiuſq; obſequio videretur, referrent. trepidabantque gentes de æſtimatione ſingulorum. At nunc colimus externos, & adulamur, & quomodo ad nutum alicuius grates, ita promtiùs accuſatio decernitur. Decernaturque, & maneat prouincialibus potentiam ſuam tali modo oſtentandi. Sed laus falſa & precibus expreſſa, perinde cohibeantur, quàm malitia, quàm crudelitas. Plura ſæpe peccantur, dum demeremur, quàm dum offendimus. Quædam imo virtutes odio ſunt, ſeueritas obſtinata, inuictus aduersùm gratiam animus. Inde initia magiſtratuum noſtrorum meliora ferme, & finis inclinat, dum in modum candidatorum ſuffragia conquirimus. quæ ſi arceantur, æqualius atque conſtantius prouinciæ regentur. nam vt metu repetundarum infracta auaritia eſt, ita vetitâ gratiarum actione ambitio cohibetur. *Magno aſſenſu celebrata ſententia. non tamen Senatuſconſultum perfici potuit, abnuentibus Conſulibus* eâ de re relatum. *Mox auctore principe ſanxere*, ne quis ad concilium ſociorum referret, agendas apud Senatum proprætoribus proueconſulibus grates, neu quis eâ legatione fungeretur. *Iiſdem Conſulib. gymnaſium ictu fulminis conflagrauit, effigiesq; in eo Neronis ad informe æs liquefacta. Et motu terræ, celebre Campaniæ oppidum Pompeii, magnâ ex parte proruit. Defunctaq; virgo Veſtalis Lælia, in cuius locum Cornelia ex familiâ Coſſorum capta eſt.*

13 *Memmio Regulo & Verginio Rufo* Coss. *natam ſibi ex Poppæâ filiam Nero vltra mortale gaudium accepit, appellauitq;* Auguſtam, *dato & Poppææ eodem cognomento. Locus puer-*

perio colonia Antium, vbi ipse generatus erat. Iam Senatus v-
terum Poppææ commendauerat Diis, votaq́; publice suſ-
ceperat. *quæ multiplicata, exſolutaq́;. Et additæ* ſupplicatio-
nes, templumq́ue Fecunditati, & certamen ad exemplar
Atticæ religionis decretum. Vtque Fortunarum effigies
aureæ in ſolio Capitolini Iouis collocarentur: ludicrum
Circenſe, vt Iuliæ genti apud Bouillas, ita Claudiæ Domi-
tiaq́; apud Antium ederetur. *quæ fluxa fuêre. quartum intra
menſem defunctâ infante. Rurſusq́; exortæ adulationes, cen-
ſentium* honorem Diuæ, & puluinar, ædemq́; & ſacerdo-
tem. *Atq; ipſe vt lætitiæ, ita mæroris immodicus egit. Adnota-
tum eſt, omni Senatu Antium ſub recentem partum effuſo,
Thraſeam prohibitum, immoto animo prænuntiam immi-
nentis cædis contumeliam excepiſſe. Secutam dehinc vocem
Cæſaris ferunt, quâ* reconciliatum ſe Thraſcæ apud Sene-
cam iactauerit, ac Senecam Cæſari gratulatum. *Vnde glo-
riæ egregiis viris, & pericula gliſcebant. Interim veris princi-* 4
*pio, legati Parthorum mandata regis Vologeſis, litterasq́; in
eandem formam attulere.* Se priora & toties iactata ſuper
obtinendâ Armeniâ nunc omittere, quoniam Dii quãuis
potentium populorum arbitri poſſeſſionem Parthis non
ſine ignominiâ Romanâ tradidiſſent. Nuper clauſum
Tigranem, pòſt Pætum legionesq́;, cùm opprimere poſ-
ſet, incolumes dimiſiſſe. Satis approbatam vim, datum &
lenitatis experimentum. Nec recuſaturum Tiridatem ac-
cipiendo diademati in vrbem venire, niſi ſacerdotii reli-
gione attineretur. Iturum ad ſigna & effigies principis,
vbi legionibus coràm, regnum auſpicaretur. *Talibus Vo-* 5
*logeſis litteris, quia Pætus diuerſa tamquam rebus integris ſcri-
bebat, interrogatus centurio qui cum legatis aduenerat,* quo
in ſtatu Armenia eſſet? omnes inde Romanos exceſſiſſe
*reſpondit. Tum intellecto Barbarorum irriſu, qui peterent
quod eripuerant, conſuluit inter primores ciuitatis Nero,* bel-
lum anceps, an pax in hoſte placeret. *Nec dubitatum de
bello. Et Corbulo tot per annos militum atque hoſtium gnarus,
gerendæ rei præficitur, ne cuius alterius inſcitiâ rurſum pecca-
retur,*

retur, quia Pæti piguerat. Igitur irriti remittuntur, cum donis tamen, vnde spes fieret, non frustra eadē oraturū Tiridatem, si preces ipse attulisset. Syriæq́; exsecutio Cintio, copiæ militares Corbuloni permissæ, & quintadecima legio, ducēte Mario Celso, è Pannoniâ adiecta est. Scribitur tetrarchis ac regibus præfectisq́; & procuratoribus, & qui Prætorū finitimas prouincias regebant, iussis Corbulonis obsequi, in tantū fermè modū auctâ potestate, quē populus Rom. Gn. Pompeio bellum Piraticum gesturo dederat. *Regressum Pætum cùm grauiora motueret, facetiis insectari satis habuit Cæsar, his fermè verbis:* Ignoscere se statim, ne tam promtus in pauorem longiore solicitudine ægresceret. *At Corbulo quartâ & duodecimâ legionibus, quæ fortissimo quoq; amisso, & ceteris exterritis, parum habiles prœlio videbantur, in Syriam translatis, sextam inde ac tertiam legiones, integrum militem & crebris ac prosperis laboribus exercitum in Armeniam ducit. Addiditq́; legionem quintam quæ per Pontum agens, expers cladis fuerat. Simul quintadecimanos recens adductos, & vexilla delectorum ex Illyrico & Ægypto, quodq́; alarum cohortiumq́;, & auxilia regum in vnum conducta apud Melitenen, quà transmittere Euphratem parabat. Tum lustratum ritè exercitū ad concionē vocat, orditurq́; magnifica* de auspiciis imperatoriis, rebusq́; à se gestis, *aduersam inscitiam Pæti declinans: multâ auctoritate, quæ viro militari pro facundiâ erat. Mox iter L. Lucullo quondam penetratum, apertis quæ vetustas obsepserat, pergit. Et venientes Tiridatis Vologesisq́; de pace legatos haut aspernatus, adiungit iis centuriones cum mandatis non immitibus.* Non enim adhuc cò ventum, vt certamine extremo opus esset. Multa Romanis secunda, quædam Parthis euenisse; documento aduersus superbiā: proinde & Tiridati conducere, intactum vastationibus regnum dono accipere; & Vologesen melius societate Romanâ, quàm damnis mutuis, genti Parthorum consulturum. Scire quantum intus discordiarum, quamque indomitas & præferoces nationes regeret. Contrà imperatori suo immotam vbique pacem, & vnum id bellum

esse. Simul consilio terrorem adiicere, & Megistanas Armenios qui primi à nobis defecerant, pellit sedibus, castella eorum exscindit; plana, edita, validos, inualidosque, pari metu complet. Non infensum, nedum hostili odio Corbulonis nomen etiam Barbaris habebatur, eoque consilium eius fidum credebant. Ergo Vologeses neq; atrox in summā, & quibusdā praefecturis inducias petit. Tiridates locum diemque colloquio poscit. Tempus propinquum, locus in quo nuper obsessae cum Pæto legiones erant, cùm à Barbaris dilectus esset, ob memoriam lætioris sibi rei, non est à Corbulone vitatus, vt dissimilitudo fortunæ gloriam augeret. Neque infamiâ Pæti augebatur, quod eo maximè patuit, quia filio eius tribuno ducere manipulos atque operiri reliquias malæ pugnæ imperauit. Die pactâ Tiberius Alexander illustris eques Romanus minister bello datus, & Viuianus Annius gener Corbulonis, nondum Senatoriâ ætate, sed pro legato quintæ legioni impositus, in castra Tiridatis venêre, honore eius, ac ne metueret insidias tali pignore. Viceni dehinc equites assumti. Et viso Corbulone, rex prior equo desiluit: nec cunctatus Corbulo. Sed pedes vterque dextras miscuere. Exin Romanus laudat iuuenem, omissis præcipitibus tuta & salutaria capessentem. Ille, de nobilitate generis multum præfatus, cetera temperanter adiungit. Iturum quippe Romam, laturumque nouum Cæsari decus, non aduersis Parthorum rebus supplicem Arsaciden. Tum placuit Tiridatem ponere apud effigiem Cæsaris insigne regium, nec nisi manu Neronis resumere. & colloquium osculo finitum. Dein paucis diebus interiectis, magnâ vtrimque specie inde eques compositus per turmas, & insignibus patriis, hinc agmina legionum stetêre fulgentibus aquilis, signisque & simulacris deûm in modum templi. Medio tribunal sedem curulem & sedes effigiem Neronis, sustinebat. Ad quam progressus Tiridates, cæsis ex more victimis, sublatum capite diadema imagini subiecit. magnis apud cunctos animorum motib. quos augebat insita adhuc oculis exercituū Romanorū cædes, aut obsidio. At nūc versos casus: iturū Tiridatē ostentui gentibus quāto minus q̄ captiuum? Addidit gloriæ Corbulo comitatem

tem, epulasq́; & rogitante rege caussas, quoties nouum aliquid aduerterat: vt, initia vigiliarum per centuriones nuntiari, conuiuium buccina dimitti, & structam ante Augurale aram subditâ face accendi: cuncta in maius extollens, admiratione prisci moris affecit. postero die spatium *orauit*, quo tantum itineris aditurus, fratres antè, matremq; viseret: *obsidem interea filiam tradit, litterasq́; supplices ad Neronem. Et digressus Pacorum apud Medos, Vologesen Ecbatanis repperit, non incuriosum fratris: quippe & propriis nuntiis à Corbulone petierat*, ne quam imaginem seruitii Tiridates perferret, neu ferrum traderet, aut cõplexu prouincias obtinẽtium arceretur, foribusúe eorum assisteret: tantusq́; Romę, quãtus Consulibus, honor esset. *Scilicet externæ superbiæ sueto, non erat notitia nostri: apud quos ius imperii valet, inania transmittuntur. Eodem anno Cæsar nationes Alpium maritimarum in ius Latii transtulit. Equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit, apud Circum. Namq́; ad eam diem indiscreti inibant; quia lex Roscia nihil nisi de quatuordecim ordinibus sanxit. Spectacula gladiatorum idem annus habuit, pari magnificentiâ ac priora. Sed feminarum illustrium senatorumq́; plures per arenam fœdati sunt. C. Lecanio, M. Licinio* Coss. *acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiscuas scenas frequentandi. nam adhuc per domum aut hortos cecinerat Iuuenalibus ludis, quos vt parum celebres & tantæ voci angustos spernebat. Non tamen Romæ incipere scenas ausus; Neapolim quasi Græcam vrbem delegit. inde initium fore*, vt trãsgressus in Achaiam, insignesq́; & antiquitùs sacras coronas adeptus, maiore famâ studia ciuium eliceret. *Ergo contractum opidanorum vulgus, & quos è proximis coloniis & municipiis eius rei fama ciuerat, quiq́; Cæsarem per honorem, aut varios vsus sectantur. etiam militum manipuli theatrum Neapolitanorum complent. Illic, pleriq́; vt arbitrabantur*, triste; *vt ipse*, prouidum potius & secundis numinibus *euênit Nam egresso qui affuerat populo, vacuum & sine vllius noxâ theatrum collapsum est. Ergo per compositos cantus grates Diis, atq́; ipsam recentis casus fortunam celebrans. petiturusq́;*

maris Hadriæ traiectus, apud Beneuentum interim consedit: vbi gladiatorum munus à Vatinio celebre edebatur. Vatinius inter fœdissima eius aulæ ostenta fuit, sutrinæ tabernæ alumnus, corpore detorto, facetiis scurrilibus: primò in contumelias assumtus, deinde optimi cuiusq; criminatione eò vsque valuit, vt gratiâ, pecuniâ, vi nocendi etiam malis præmineret. Eius munus frequentanti Neroni, ne inter voluptates quidem à sceleribus cessabatur. Iisdem quippe illis diebus Torquatus Silanus mori adigitur, quia super Iuniæ familiæ claritudinem Diuum Augustum atauum ferebat. *Iussi id accusatores obiicere*, prodigũ largitionib. neq; aliam spẽ quàm in nouis rebus esse. quin eum nobiles habere, quos ab epistolis & libellis & rationib. appellet, nomina summæ curæ & meditamenta. *Tum intimus quisq; libertorum vincti abreptiq;. Et cùm damnatio instaret, brachiorum venas Torquatus intercidit, secutaq; Neronis oratio ex more:* Quamuis sontẽ & defensioni meritò diffisum, victurum tamen fuisse si clemẽtiam iudicis exspectasset. *Nec multò pòst omissâ in præsens Achaiâ (caussæ in incerto fuere) vrbẽ reuisit, prouincias Orientis, maximè Ægyptũ, secretis imaginationib. agitans. Dein edicto testificatus* non longã sui absentiã, & cuncta in Rep. exinde immota ac prospera fore, *super eâ profectione adiit Capitoliũ. illic veneraturus Deos, cùm Vestæ quoq; templũ inisset, repente cunctos per artus tremens, seu numine exterrente, seu facinorũ recordatione nunquam timore vacuus, deseruit inceptũ* cunctas sibi curas amore patriæ leuiores *dictitans.* Vidisse ciuium mæstos vultus, audire secretas querimonias, quòd tantum aditurus esset iter, cuius ne modicos quidem egressus tolerarent, sueti aduersum fortuita aspectu principis refoueri. Ergo vt in priuatis necessitudinibus proxima pignora præualerent; ita populum Romanum vim plurimam habere: parendumq; retinenti. *Hæc atque talia plebi volenti fuere, voluptatum cupidine, & quæ præcipua cura est rei frumentariæ angustias si abesset metuenti. Senatus & primores in incerto erant, procul an coràm atrocior haberetur: dehinc, quæ natura magnis timoribus, deterius credebant quod euen-*

euenerat. Ipse quò fidem acquireret, nihil vsquam perinde lætum sibi; publicis locis struere conuiuia, totaq; vrbe quasi domo vti. Et celeberrimæ luxu famaq; epulæ fuere, quas Tigellino paratas, vt exemplum referam; ne sæpius eadem prodigentia narranda sit. Igitur in stagno Agrippæ fabricatus est ratem, cui superpositum conuiuium aliarum tractu moueretur. Naues auro & ebore distinctæ. Remigesq; exoleti, per ætates & scientiam libidinum componebantur. Volucres & feras diuersis è terris, & animalia maris Oceano abusq; petiuerat. Crepidinibus stagni lupanaria astabant, illustribus feminis completa. Et contra scorta visebantur, nudis corporibus. Iam gestus motusq; obsceni, & postquam tenebræ incedebant, quantum iuxta nemoris, & circumiecta tecta, consonare cantu & luminib. clarescere. Ipse per licita atq; illicita fœdatus, nihil flagitii reliquerat, quo corruptior ageret; nisi paucos post dies vni ex illo contaminatorum grege, cui nomen Pythagoræ fuit, in modum sollennium coniugiorum denupsisset. Inditum imperatori flammeū. Missi auspices duo, & genialis torus, & faces nuptiales; cuncta deniq; spectata, quæ etiam in feminâ nox operit. Sequitur clades, forte, an dolo principis incertum: nam vtrumq; auctores prodidere: sed omnibus quæ huic vrbi per violentiam ignium acciderunt, grauior atq; atrocior. Initium in eâ parte Circi ortum, quæ Palatino Cælioq; montibus contigua est. Vbi per tabernas, quibus id mercimonium inerat quo flamma alitur, simul cœptus ignis, & statim validus, ac vento citus longitudinem Circi corripuit. Neque enim domus munimentis septæ, vel templa muris cincta, aut quid aliud moræ interiacebat. Impetu peruagatum incendium, plana primum, deinde in edita assurgens, rursus inferiora populando anteiit remedia velocitate mali, & obnoxiâ vrbe artis itineribus, huc q; & illuc flexis, atque enormibus vicis, qualis vetus Roma fuit. Ad hoc lamenta pauentium feminarum fessa aut rudis pueritiæ ætas, quiq; sibi, quique aliis consulebant, dum trahunt inualidos aut opperiuntur, pars morans, pars festinans, cuncta impediebant: & sæpe dum in tergum respectant, laterib. aut fronte circumueniebantur: vel si in proxima euaserant, illis quoque qui correptis,

etiam quæ longinqua crediderant, in eodem casu reperiebãtur.
Postremò quid vitarent, quid peterent ambigui, complere vi-
as, sterni per agros: quidam amissis omnibus fortunis diurni
quoq; victus, alii caritate suorum quos eripere nequiuerant,
quamuis patente effugio interiere. Nec quisquam defendere au-
debat, crebris multorum minis restinguere prohibentium;
& qui alii palàm faces iaciebant, atq; esse sibi auctorem, vo-
ciferabantur: *siue vt raptus licentius exercerent, seu iussu. Eo*
in tempore Nero Antii agens, non antè in vrbem regressus est,
quàm domui eius, quà palatium & Mæcenatis hortos conti-
nuauerat, ignis propinquaret. Neq; tamen sisti potuit, quin &
palatium & domus & cuncta circum haurirentur. Sed solatiũ
populo exturbato & profugo, campum Martis ac monumenta
Agrippæ, hortos quin etiam suos patefecit. Et subitaria ædifi-
cia exstruxit, quæ multitudinem inopem acciperent. Subuectáq;
que vtẽsilia ab Hostia, & propinquis municipiis. pretiumq; fru-
menti minutum, vsq; ad ternos nummos. Quæ quamquam po-
pularia, in irritum cadebant, quia peruaserat rumor: ipso tẽ-
pore flagrantis vrbis, inisse eum domesticam scenam, &
cecinisse Troianum excidium, præsentia mala vetusti[s]
cladibus assimulantem. *Sextò demùm die apud imas Esqui-*
lias finis incendio factus, prorupris per immensum ædificiis, v[t]
continuæ violentiæ campus & velut vacuum cælum occurre-
ret. Necdum posito metu redibat, leuis rursum grassatus igni[s]
patulis magis vrbis locis. eoq; strages hominum minor. delub[ra]
Deûm, & porticus amœnitati dicatæ latius procidère. Plu[s]
infamiæ id incendium habuit, quia prædiis Tigellini Æmyli[a]-
nis proruperat. Videbaturq; Nero condendæ vrbis nouæ, (
cognomento suo appellandæ gloriam quærere. Quippe in regi[o]-
nes quatuordecim Roma diuiditur: quarum quatuor integ[ræ]
manebant, tres solo tenus deiectæ: septem reliquis pauca tecto[rum]
vestigia supererant, lacera & semiusta. Domuum, & insular[um]
& templorum, quæ amissa sunt, numerum inire haut promptu[m]
fuerit: sed vetustissimâ religione, quod Seruius Tullius Lunæ,
Magna ara fanumq; quæ præsenti Herculi Arcas Euander [sa]-
crauerat, ædesq; Statoris Iouis vota Romulo, Numæq; regi[a]

& [...]

& delubrum Vestæ cum penatibus populi Romani, exusta. iam opes tot victoriis quæsitæ, & Græcarum artium decora, exin monimenta ingeniorum antiqua & incorrupta, quamuis in tantâ resurgentis vrbis pulchritudine, multa seniores meminerant, quæ reparari nequibant. Fuere qui annotarent, XIIII. Kalen. Sextiles principium incendii huius ortum, quo & Senones captam vrbem inflammauerant. Alii eò vsq; curâ progressi sunt, vt totidē annos mensesq; & dies inter vtraq; incendia numerent. Ceterùm Nero vsus est patriæ ruinis, exstruxitq; domum, in quâ haut perinde gemmæ & aurum miraculo essent, solita pridem, & luxu vulgata, quàm arua & stagna, & in modum solitudinum hinc siluæ, inde aperta spatia, & prospectus: magistris & machinatoribus Seuero & Celere, quibus ingenium & audacia erat, etiam quæ natura denegauisset, per artem tentare, & viribus principis illudere. Namque ab lacu Auerno nauigabilem fossam vsq; ad ostia Tiberina depressuros promiserant, squalenti litore, aut per montes aduersos. Neq; enim aliud humidum gignendis aquis occurrit, quam Pomptinæ paludes: cetera abrupta, aut arentia, ac si perrumpi possent, intolerandus labor, nec satis caussæ. Nero tamen, vt erat incredibilium cupitor, effodere proxima Auerno iuga connixus est: manentq; vestigia irritæ spei. Ceterùm vrbis quæ domus supererant, non vt post Gallica incendia, nullâ distinctione, nec passim erectæ: sed dimensis vicorum ordinibus, & latis viarum spatiis, cohibitâ ædificiorum altitudine, ac patefactis areis, additisq; porticibus, quæ frontem insularum protegerent. Easq; porticus Nero suâ pecuniâ exstructurum, purgatasq; areas dominis traditurum, pollicitus est. Addidit præmia pro cuiusq; ordine, & rei familiaris copiis: finiuitq; tempus, intra quod effectis domibus aut insulis, adipiscerentur. Ruderi accipiendo Hostienses paludes destinabat, vtq; naues quæ frumentum Tiberi subuectassent, onustæ rudere decurrerent. Ædificiaque ipsa certâ sui parte, sine trabibus, saxo Gabino Albanoq; solidarentur: quòd is lapis igni imperuius est. Iam aqua priuatorum licentia intercepta, quo largior & pluribus locis in publicum flueret, custodes: & subsidia reprimendis ignibus, in propatu-

lo quisq; haberet: nec communione parietum, sed propriis quæque muris ambirentur. Ea ex vtilitate accepta, decorem quoq; nouæ vrbi attulere. Erant tamen qui crederent veterem illam formam salubritati magis conduxisse, quoniam angustiæ itinerum, & altitudo tectorum non perinde solis vapore perrũperentur. At nunc patulã latitudinẽ, & nullâ vmbrâ defensam, grauiore æstu ardescere. *Et hæc quidem humanis consiliis prouidebantur. Mox petita à Diis piacula, aditiq; Sibyllæ libri, ex quib. supplicatũ Vulcano & Cereri Proserpinæq;, ac propitiata Iuno per matronas, primum in Capitolio, deinde apud ꝓximum mare. Vnde haustâ aquâ, templũ & simulacrũ Deæ prosperſum est; & lectisternia ac peruigilia celebrauere feminæ quib. mariti erant. Sed non ope humanâ, non largitionibus principis aut Deûm placamentis, decedebat infamia, quin iussum incendiũ crederetur. Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos, & quæsitissimis pœnis affecit, quos per flagitia inuisos, vulgus Christianos appellabat. Auctor nominis eius* CHRISTVS, *q Tiberio imperitante, per procuratorẽ Pontium Pilatũ supplicio affectus erat. Repressaq; in præsens exitiabilis superstitio rursus erumpebat, non modo per Iudæam originẽ eius mali, sed ꝑ vrbẽ etiam: quò cuncta vndiq; atrocia aut pudenda confluunt, celebranturq;. Igitur primo correpti qui fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens, haut perinde in crimine incẽdii, quam odio humani generis cõuicti sunt. Et pereuntib. addita ludibria, vt ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent; aut crucibus affixi, aut flammandi; atq; vbi defecisset dies, in vsum nocturni luminis vrerentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat, & Circense ludicrum edebat, habitu aurigæ permixtus plebi, vel circulo insistens. Vnde quamquam aduersus sontes & nouissima exempla meritos, miseratio oriebatur; tamquam non vtilitate publicâ, sed in sæuitiam vnius absumerentur. Interea conferendis pecuniis peruastata Italia, prouinciæ euersæ, sociiq; populi, & quæ ciuitatum liberæ vocantur. Inq; eam prædam etiam Dii cessere, spoliatis in vrbe templis, egestoq; auro, quod triumphis, quod votis, omnis populi Romani ætas prosperè aut in metu sacrauerat. Enimuerò per Asiam atq; Achaiam non* dona

dona tantùm, sed simulacra numinum abripiebantur, missis in eas prouincias Acrato, ac Secundo Carinate. ille libertus cuicunque flagitio promtus: hic Græcâ doctrinâ ore tenus exercitus, animum bonis artibus non induerat. Ferebatur Seneca, quò inuidiam sacrilegii à semet auerteret, longinqui ruris secessum orauisse: & postquam non concedebatur, fictâ valetudine quasi æger neruis, cubiculum non egressus. Tradidere quidam, venenum ei per libertum ipsius cui nomẽ Cleonicus, paratum, iussu Neronis: vitatumq; à Senecâ proditione liberti, seu propriâ formidine, dũ simplici victu, & agrestib. pomis, ac, si sitis admoneret, profluente aquâ vitam tolerat.

6 *Per idẽ tempus gladiatores apud opidũ Preneste, tẽtatâ eruptione, præsidio militis, qui custos adesset, coërciti sunt:* iam Spartacum & vetera mala *rumorib. ferente populo, vt est nouarum rerum cupiens pauidusq;. Nec multo pòst* clades rei naualis *accipitur, non bello (quippe haut alias tam immota pax) sed certũ ad diem in Campaniam redire classem Nero iusserat, non exceptis maris casibus. Ergo gubernatores quamuis sæuiente pelago à Formiis mouere, & graui Africo, dum promontorium Miseni superare contendunt, Cumanis litoribus impacti, triremiũ plerasque, & minora nauigia passim amiserunt.*

7 *Fine anni vulgãtur* prodigia imminentium malorum nuntia. *Vis fulgurum non alias crebrior, & sidus cometes, sanguine illustri semper Neroni expiatum. Bicipites hominũ aliorũmue animalium partus abiecti in publicum, aut in sacrificiis quib. grauidas hostias immolare mos est, reperti. Et in agro Placentino viam propter natus vitulus, cui caput in crure esset. Secutaq; haruspicum interpretatio:* parari rerum humanarum aliud caput, sed nõ fore validum, neq; occultum: quia in vtero repressum, aut iter iuxtà editum *sit.*

8 *Ineunt deinde consulatum Silius Nerua, & Atticus Vestinus, cœptâ simul & auctâ coniuratione, in quam certatim nomina dederant, Senatores, eques, miles, feminæ etiã, cum odio Neronis, tum fauore in C. Pisonem. Is Calpurnio genere ortus, ac multas insignesq; familias paternâ nobilitate complexus, claro apud vulgum rumore erat, per virtutem, aut species virtutibus similes. Namque facundiam tuendis*

ciuibus exercebat, largitionem aduersus amicos; & ignotis quoque comi sermone & congressu. Aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies. Sed procul grauitas morum aut voluptatum parcimonia. Lenitati ac magnificentiæ, & aliquando luxui indulgebat. Idque pluribus probabatur, qui in tantâ vitiorum dulcedine summum imperium nõ restrictum, nec perseuerum volunt. *Initium coniurationi non à cupiditate ipsius fuit. nec tamen facilè memorauerim, quis primus auctor, cuius instinctu concitum sit, quod tam multi sumserũt. Promtissimos Subrium Flauium tribunum prætoriæ cohortis, & Sulpicium Asprum centurionem exstitisse constantia exitus docuit. Et Lucanus Annæus, Plautiusque Lateranus Consul designatus, viuida odia intulere. Lucanum propriæ caussæ accendebant*, quòd famam carminum eius premebat Nero, prohibueratq́; ostentare, *vanus assimulatione. Lateranum Consulem designatum, nulla iniuria, sed amor Reipub. sociauit. At Flauius Sceuinus & Afranius Quinctianus, uterque Senatorii ordinis, contra famam sui, principium tanti facinoris capessiuere. Nam Sceuino dissoluta luxu mens, & proinde vita somno languida. Quinctianus molli corpore infamis, & à Nerone probroso carmine diffamatus, contumelias vltum ibat. Ergo dum* scelera principis, & finem adesse imperii, deligendumq́; qui fessis rebus succurreret *inter se aut inter amicos iaciunt, aggregauere Tullium Senecionem, Ceruariũ Proculum, Vulcatium Araricum, Iulium Tugurinum, Munatium Gratum, Antonium Natalem, Martium Festum, equites Romanos: ex quibus Senecio è præcipuâ familiaritate Neronis speciem amicitiæ etiâm tũ retinens, eò pluribus periculis conflictabatur. Natalis particeps ad omne secretũ Pisoni erat. Ceteris spes ex nouis rebus petebatur. Ascitæ sunt super Subrium & Sulpicium, de quibus rettuli, militares manus Granius Siluanus & Statius Proximus, tribuni cohortium prætoriarum, Maximus Scaurus & Venetus Paullus centuriones. Sed summum robur in Fenio Rufo præfecto videbatur. qui vitâ famaque laudatum, per sæuitiã impudicitiamque Tigellinus in animo principis anteibat, fatigabatque criminationib. ac sæpe*

in me-

in metum adduxerat, quasi adulterum Agrippinæ & desiderio eius vltioni intentum. *Igitur vbi coniuratis præfectum quoq; prætorii in partes descendisse, crebro ipsius sermone facta fides; promtiùs iam de tempore ac loco cædis agitabant. Et cepisse impetum Subrius Flauius ferebatur, in scenâ canentem Neronem aggrediendi, aut cùm ardēte domo per noctē huc illuc cursaret incustoditus.* Hic occasio solitudinis, ibi ipsa frequētia tanti decoris testis, pulcherrimum animum exstimulauerant: *nisi impunitatis cupido retinuisset, magnis semper conatib.* 1 *aduersa. Interim contantibus prolatantibusq; spem ac metum, Epicharis quædam, incertum quonā modo sciscitata (neque illi antè vlla rerum honestarum cura fuerat) accendere, & arguere coniuratos: ac postremò lentitudinis eorum pertæsa, & in Campaniâ agens primores classiariorum Misenensiū labefacere, & conscientiâ illigare connixa est tali initio. Erat Chiliarchus in ea classe Volusius Proculus, occidēdæ matris Neronis inter ministros nō ex magnitudine sceleris prouectus, vt rebatur. Is mulieri olim cognitus, seu recens ortâ amicitiâ, dum* merita erga Neronem sua & quàm in irritū cecidissent, *aperit, adiicitq; questus & destinationem vindictæ si facultas oriretur, spē dedit posse impelli & plures conciliare. nec leue auxilium in classe; crebras occasiones, quia Nero multo apud Puteolos & Misenum maris vsu lætabatur. Ergo Epicharis plura, & omnia scelera principis orditur.* Neq; Senatui, quid manere, sed prouisum quonam modo pœnas versæ Reip. daret: accingeret modò, nauaret operā, & militum acerrimos duceret in partes, ac digna pretia exspectaret. *Nomina tamen coniuratorū reticuit. Vnde Proculi indicium irritum fuit, quamuis ea quæ audierat ad Neronem detulisset. Accita quippe Epicharis, & cum indice composita, nullis testibus innixum facile confutauit. Sed ipsa in custodiâ retenta est, suspectante Nerone,* haut falsa esse 2 etiam quæ vera non probabantur. *Coniuratis tamen metu proditionis placitum maturare cædem apud Baias, in villâ Pisonis: cuius amœnitate captus Cæsar crebrò ventitabat, balneaq; & epulas inibat omissis excubiis, & fortunæ suæ mole. Sed abnuit Piso,* inuidiā prætendens, si sacra mēsæ Diiq; hospi-

tales cæde qualiſcumq; principis cruentarentur. Melius apud vrbem in illâ inuisâ & ſpoliis ciuiū exſtructâ domo, vel in publico patraturos, quod pro Rep. ſuſcepiſſent. *Hæc in commune: ceterùm timor ęocculto, ne L. Silanus eximiâ no-bilitate, diſciplinaq́; C. Caſſii apud quem educatus erat, ad omnē claritudinem ſublatus, imperium inuaderet, promtè daturis o-peram qui à coniuratione integri eſſent, quiq́; miſerarentur Ne-ronem tanquam per ſcelus interfectum. Pleriq́;* Veſtini quoq; Conſulis acre ingenium vitauiſſe Piſonem, *crediderunt*, ne à libertate moueretur, vel dilecto imperatore alio, ſui mu-neris Remp. faceret. *Etenim expers cōiurationis erat, quam-uis ſuper eo crimine Nero vetus aduerſus inſontem odium ex-pleuerit. Tandem ſtatuêre Circenſium ludorum die, qui Cerer[i] celebratur, exſequi deſtinata: quia Cæſar rarus egreſſu, domo au[t] hortis clauſus, ad ludicra Circi ventitabat; promtioresq́; aditu erant lætitiâ ſpectaculi. Ordinem inſidiis compoſuerant, vt La-teranus quaſi ſubſidium rei familiari oraret deprecabundus & genibus principis accidens, proſterneret incautum premeretq́; animi validus, & corpore ingens. Tum iacentem & impeditū tribuni & centuriones, & ceterorum vt quiſq́; audētiæ habuiſ-ſet, accurrerent, trucidarentq́;: primas ſibi partes expoſtulant[e] Sceuino, qui pugionem templo Salutis in Etruriâ, ſiue, vt al[ii] tradidere, Fortunæ Ferentano in opido detraxerat, geſtabat[q;] velut magni operis ſacrum. Interim Piſo apud ædem Cerer[is] opperiretur, vnde eum præfectus Fenius & ceteri accitum fer-rent in caſtra*, comitante Antoniâ Claudii Cæſaris filiâ, a[d] eliciendum vulgi fauorem. *quod C. Plinius memorat. Nob[is] quoquo modo traditum non occultare in animo fuit, quāuis ab-ſurdum videretur & inane, aut ipſi Antoniam nomen & peri-culum commodauiſſe, aut Piſonem notū amore vxoris, alii ma-trimonio ſe obſtrinxiſſe: niſi ſi cupido dominandi cunctis affecti-bus flagrantior eſt. Sed mirum quàm inter diuerſi generis, or-dinis, ætatis, ſexus, dites, pauperes, taciturnitate omnia cohibi[ta] ſint: donec proditio cœpit è domo Sceuini. Qui pridie inſidiarū multo ſermone cum Antonio Natale, dein regreſſus domum teſtamentum obſignauit: promtum vaginâ pugionem, de qu[o]*

ſupr

suprà retuli, vetustate obtusum *increpans*, asperari saxo, & mucronem ardescere *iussit. Eamq́; curam liberto Milicho mandauit. Simul affluentius solito conuiuium initum. seruorum carissimi libertate, & alii pecuniâ donati. Atq; ipse mæstus, & magnæ cogitationis manifestus erat, quamuis lætitiã vagis sermonibus simularet. Postremò vulneribus ligamenta, quibusq; sistitur sanguis parare eundem Milichum monet: siue gnarum coniurationis, & hucusq; fidum, seu nescium, & tunc primùm arreptis suspicionibus, vt pleriq; tradidere, de consequentibus. Nam cùm secum seruilis animus præmia perfidiæ reputauit, simulq; immensa pecunia & potentia obseruabantur, cessit fas, & salus patroni, & acceptæ libertatis memoria. Etenim vxoris quoq; consilium assumserat, muliebre ac deterius. quippe vltrò metum intentabat,* multosq; astitisse libertos ac seruos, qui eadem viderint: nihil profuturum vnius silentium. *at* præmia penes vnum fore, qui indicio præuenisset. *Igitur cœptâ luce Milichus in hortos Seruilianos pergit: & cùm forib. arceretur,* magna & atrocia afferre *dictitans, deductusq; ab ianitoribus ad libertum Neronis Epaphroditum, mox ab eo ad Neronem, vrgens periculum, graues coniurationes, & cetera quæ audierat, coiectaueratq;, docet. Telum quoq; in necem eius paratum ostendit, acciriq; reum iussit. Is raptus per milites, & defensionem orsus,* Ferrum cuius argueretur, olim religione patriâ cultum, & in cubiculo habitum, ac fraude liberti subreptum respondit. Tabulas testamenti sæpius à se, & incustoditâ dierum obseruatione, signatas. Pecunias & libertates seruis & antè dono datas; sed ideo tunc largius, quia tenui iam re familiari, & instantibus creditoribus, testamento diffideret. Enim verò liberales semper epulas struxisse, & vitam amœnam, & duris iudicibus parum probatam. Fomenta vulneribus nulla iussu suo; sed quia cetera palàm vana obiecisset, adiungere crimen visum, se pariter indicem & testem facere. *Adiicit dictis constantiam. incusat vltrò* intestabilem, & consceleratum, *tantâ vocis ac vultus securitate, vt labaret indicium, nisi Milichum vxor admonuisset,* Antonium Natalē

multa cum Sceuino, ac secretò collucutum, & esse vtrosq
C. Pisonis intimos. *Ergo accitus Natalis: & diuersi interro*
gantur, quis nam is sermo, quâ de re fuisset. *Tum exort*
suspicio, quia non congruentia responderant. Inditaq; vincla. &
tormentorum aspectum ac minas non tulere. Prior tamen Na
talis totius cõiurationis magis gnarus, simul arguendi peritio
de Pisone primùm fatetur. deinde adiicit Annæum Sene
cam, *siue internuntius inter eum Pisonemq; fuit, siue vt Nero*
nis gratiam pararet, qui infensus Senecæ, omnes ad eum oppr
mendum artes conquirebat. Tum cognito Natalis indicio Sc
uinus quoq; pari imbecillitate (an cuncta iam patefacta cr
dens, nec vllum silentii emolumentum) edidit ceteros. ex qu
bus Lucanus, Quinctianusq;, & Senecio diu abnuêre. Po
promissâ impunitate corrupti, *quo tarditatem excusarent*
Lucanus Atillam matrem suam, Quinctianus Glicium Ga
lum, Senecio Annium Pollionem amicorum præcipuos nom
nauere. Atq; interim Nero recordatus Volusii Proculi indic
Epicharim attineri, ratusq; muliebre corpus impar dolori, to
mentis dilacerari iubet. At illam non verbera, non ignes, nõ i
eo acriùs torquentium ne à femina spernerentur, peruicere qu
obiecta denegaret. Sic primus quæstionis dies contemtus. Post
ro cùm ad eosdem cruciatus retraheretur gestamine sellæ (na
dissolutis membris insistere nequibat) vinclo fasciæ quã pect
detraxerat, in modum laquei ad arcum sellæ restricto, indi
ceruicem. & corporis pondere cõnisa, tenuem iam spiritum e
pressit: clariore exemplo libertina mulier in tantâ necessitate
lienos ac propè ignotos protegendo, cùm ingenui & viri & eq
tes Romani Senatoresq; intacti tormentis, carissima quæq; su
rum pignorum proderent. Non enim omittebant Lucanus qu
que & Senecio & Quinctianus passim conscios edere, ma
magisq; pauido Nerone, quamquam multiplicatis excubiis
met sepsisset. Quin & vrbem per manipulos occupatis mœ
bus, insesso etiam mari & amne, velut in custodiam dedit. V
litabãtq; per fora, per domos, rura quoque & proxima muni
piorum pedites equitesq; permixti Germanis, quibus fideb
princeps quasi externis. Continua hinc & iuncta agmina tra
ac fi

ac foribus hortorum adiacere. Atq; ubi dicendam ad caussam ntroissent, lætatum erga coniuratos, si fortuitus sermo, & ubiti occursus, si conuiuium, si spectaculum simul iniss-ent pro crimine accipi: *cùm super Neronis ac Tigellini sæ-uas percontationes Fenius quoq; Rufus violenter urgeret, non-dum ab indicibus nominatus, sed quò fidem inscitiæ pararet, a-trox aduersus socios. Idem Subrio Flauio assistenti, annuentiq;* n inter ipsam cognitionem distringeret gladium, cædéq; patraret, *retinuit, infregitq; impetum iam manum ad capulũ eferentis. Fuere qui prodita coniuratione, dum auditur Mili-hus, dum dubitat Sceuinus, hortarentur Pisonem pergere in astra, aut rostra escendere, studiaq; militum & populi tenta-e:* si conatibus eius conscii aggregarentur, secuturos et-am integros. magnamq; motæ rei famam, quæ plurimũ n nouis consiliis valeret. Nihil aduersum hoc Neroni rouisum. etiam fortes viros subitis terreri; nedum ille cenicus, Tigellino scilicet cum pellicibus suis comitan-e, arma contra cieret. Multa experiendo fieri, quæ se-nibus ardua videantur. Frustra silentium & fidem in ot consciorum animis & corporibus sperari. Cruciatu ut præmio, cuncta peruia esse. Venturos qui ipsum uoque vincirent, postremò indignâ nece afficerent. Quanto laudabilius periturum, dum amplectitur Rem-ub. dum auxilia libertati inuocat, dum miles potius de-sset, & plebes desereret, dum ipse maioribus, dum po-eris, si vita præriperetur, mortem approbaret? *Im-otus iis, & paululum in publico versatus, pòst domi secretus, nimum aduersum suprema firmat. donec manus militum dueniret, quos Nero tirones aut stipendiis recentes delegerat. am vetus miles timebatur, tamquam fauore imbutus. Obiit bruptis brachiorum venis. Testamentum fœdis aduersus Ne-nem adulationibus, amori vxoris dedit, quam degenerem, & lâ corporis formâ commendatã, amici matrimonio abstule-t. Nomen mulieris Arria Galla, priori marito, Domitius ilius: hic patientiâ, illa impudicitiâ, Pisonis infamiam propa-uere. Proximam necem Plautii Laterani (consulis designati*

Nero adiungit, adeò properè, vt non complecti liberos, non illud breue mortis arbitrium permitteret. Raptus in locum seruilib. pœnis sepositum, manu Statii tribuni trucidatur, plenus constā-tis silentii, nec tribuno obiiciens eandem conscientiam. Sequitur cædes Annæi Senecæ lætissima principi, non quia coniurationis manifestum compererat, sed vt ferro grassaretur, quando venenū non processerat. Solus quippe Natalis, & hactenus promsit: missum se ad ægrotum Senecam, vt viseret conquereturq;, cur Pisonem aditu arceret? melius fore si amicitiā familiari cōgressu exercuissent. Et respondisse Senecam, sermones mutuos & crebra colloquia neutri conducere: cęterùm salutem suam incolumitate Pisonis inniti. Hæc ferre Granius Siluanus tribunus prætoriæ cohortis, & an dicta Natalis, suaq; responsa nosceret, percōtari Senecam iubetur. Is, fortè an prudens, ad eum diem ex Campaniâ remeauerat, quartumq; apud lapidem suburbano rure substiterat. Illò ppin qua vespera tribunus venit, & villam globus militū sepsit. Ti ipsi cum Pompeiâ Paullinâ vxore & amicis duobus epulan mandata imperatoris edidit. Seneca, missum ad se Natalem 61 cōquestumq; nomine Pisonis quòd visendo eo prohibe retur, se ratione valetudinis & amore quietis excusauiss respondit. Cur salutē priuati hominis incolumitati suæ an teferret, caussam non habuisse. nec sibi promtum in adu lationes ingeniū. Idq; nulli magis gnarum quàm Neroni qui sæpius libertatem Senecæ, quàm seruitium expertu esset. Vbi hæc à tribuno relata sunt, Poppæâ & Tigellino coran quod erat sæuienti principi intimum consiliorum, interrogat, a Seneca voluntariā mortem pararet? Tum tribunus nul pauoris signa, nihil triste in verbis eius aut vultu depreh sum confirmauit. Ergo regredi, & indicere mortem iubetu Tradit Fabius Rusticus, non eo quo venerat itinere rediti sed flexisse ad Fenium pręfectum, & expositis Cęsaris iu sis, an obtemperaret interrogauisse: monitumq; ab eo, vt ex sequeretur, fatali omnium ignauiâ. Nam & Siluanus inter c iuratos erat, augebatq; scelera in quorum vltionem consensera Voci tamen & aspectui pepercit. Intromisitq; ad Senecam vn

ex ce

ex centurionibus, qui necessitatem vltimam *denuntiaret. Ille interritus poscit testamenti tabulas: ac denegante centurione, conuersus ad amicos,* quãdo meritis eorum referre gratiam prohiberetur, quod vnum iam tamen & pulcherrimum habebat, imaginem vitæ suæ relinquere *testatur.* cuius si memores essent bonarum artium, famam tam constantis amicitiæ laturos. *Simul lacrymas eorum, modò sermone, modò intentior in modum coërcentis, ad firmitudinem reuocat, rogitans:* Vbi præcepta sapientiæ, vbi tot per annos meditata ratio aduersum imminentia? Cui enim ignaram fuisse sæuitiam Neronis? Neque aliud superesse post matrem fratremque interfectos, quàm vt educatoris præceptorisque necem adiiceret. *Vbi hæc atq; talia velut in commune disseruit, complectitur vxorem. & paululum aduersus præsentem fortitudinem mollitus, rogat oratq;* temperaret dolori, ne æternum susciperet, sed in contemplatione vitæ per virtutem actæ, desiderium mariti solatiis honestis toleraret. *Illa contra,* sibi quoq; destinatam mortem *adseuerat, manumq; percussoris exposcit. Tum Seneca gloriæ eius non aduersus, simul amore, ne sibi vnice dilectam ad iniurias relinqueret:* Vitæ, *inquit*, delinimenta monstraueram tibi, tu mortis decus mauis. nõ inuidebo exemplo. Sit huius tam fortis exitus constantia penes vtrosque par, claritudinis plus in tuo fine. *Post quæ, eodem ictu brachia ferro exsoluũt. Seneca, quoniam senile corpus & paruo victu tenuatum, lenta effugia sanguini præbebat, crurum quoque & poplitum venas abrumpit. Sæuisq; cruciatibus defessus, ne dolore suo animum vxoris infringeret, atque ipse visendo eius tormenta, ad impatientiam delaberetur, suadet* in aliud cubiculum abscederet. *Et nouissimo quoque momento suppeditante eloquentiâ, aduocatis scriptoribus, pleraque tradidit, quæ in vulgus edita eius verbis, inuertere supersedeo. At Nero, nullo in Paulinam proprio odio, ac ne glisceret inuidia crudelitatis,* inhiberi mortem *imperat. Hortantib. militibus, serui libertiq; obligant brachia, premunt sanguinem, incertum an ignaræ. Nam vt est vulgus ad deteriora promtum, non defuere qui crederent.*

donec implacabilem Neronem timuerit, famam sociatę cum marito mortis petiuisse; deinde oblatâ mitiore spe, blandimentis vitæ euictam. *cui addidit paucos postea annos, laudabili in maritum memoriâ, & ore ac mēbris in eum pallorem albentib. vt ostentui esset, multum vitalis spiritus egestum. Seneca interim durante tractu, & lenitudine mortis, Statium Anneum diu sibi amicitiæ fide & arte medicinæ probatū*, orat prouisum pridem venenum, quo damnati publico Atheniensium iudicio exstinguerentur, promeret: *allatumq́; hausit frustra, frigidis iā artib. & clauso corpore aduersum vim veneni. Postremò stagnum calidæ aquæ introiit, respergens proximos seruorum, additâ voce*, Libare se liquorem illum Ioui liberatori. *Exin balneo illatus, & vapore eius exanimatus, sine vllo funeris sollenni crematur. Ita codicillis præscripserat, cùm etiam tum prædiues & præpotens, supremis suis cōsuleret. Fama fuit*, Subrium Flauium cum centurionibus occulto consilio, neq; tamen ignorante Senecâ, destinauisse, vt post occisum ope Pisonis Neronē, Piso quoq; interficeretur, traderetur q́; imperiū Senecæ, quasi insonti, clartudine virtutū ad summū fastigiū delecto. *Quin & verba Flauii vulgabantur*, Non referre dedecori, si citharœdus dimoueret, & Tragœdus succederet. *quia vt Nero citharâ, ita Piso Tragico ornatu canebat. Ceterùm militaris quoq; conspiratio nō vltrà fefellit, accensis indicibus ad prodendum Fenium Rufum; quem eundem conscium & inquisitorem non tolerabant. Ergo instanti minitantiq́; renidens Sceuinus*, neminē *ait* plura scire quàm ipsum. *Hortaturq́;* vltrò redderet tam bono principi vicem. *Non vox aduersum ea Fenio, non silentium, sed verba sua præpediens, & pauoris manifestus. ceterisq́; ac maximè Ceruario Proculo equite, ad conuincendum eum connisis, iussu imperatoris à Cassio milite, qui ob insigne corporis robur adstabat, corripitur, vinciturq́;. Mox eorum indicio Subrius Flauius tribunus peruertitur, primò* dissimilitudinem morū ad defensionem *trahēs*, neq; se armatum cum inermib. effeminatis tantū facinus consociaturū. *dein postquam vrgebatur, confessionis gloriam amplexus, interrogatusq́; a Nerone*, quib. caus-

caussis ad obliuionem sacramenti processisset? Oderam te, *inquit*, nec quisquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruisti. odisse cœpi postquam parricida matris & vxoris, auriga, histrio & incendiarius extitisti. *Ipsa rettuli verba, quia non vt Senecæ, vulgata erant. nec minus nosci decebat militaris viri sensus & incomtos & validos.* Nihil in illâ coniuratione grauius auribus Neronis accidisse constitit, *qui vt faciendis sceleribus promtus, ita audiendi quæ faceret, insolens erat. Pœna Flauii Veiano Nigro tribuno mandatur. Is proximo in agro scrobem effodi iussit, quem Flauius* vt humilem & angustum *increpans, circumstantibus militib.* Ne hoc quidem, *inquit*, ex disciplinâ. *admonitus* fortiter protendere ceruicem: Vtinam, *ait*, tu tam fortiter ferias. *Et ille multum tremens, cùm vix duobus ictibus caput amputauisset, sæuitiam apud Neronem iactauit*, sesquiplagâ interfectum à se *dicendo. Proximum constantiæ exemplum, Sulpicius Asper centurio præbuit. percontanti Neroni*, cur in cædem suam conspirauisset? *breuiter respondens:* Non aliter tot flagitiis eius subueniri posse. *Tum iussam pœnam subiit. Nec ceteri centuriones in perpetiendis suppliciis degenerauere. At non Fenio Rufo par animus, sed lamentationes suas etiam in testamentum contulit. Opperiebatur Nero vt Vestinus quoque Consul in crimen traheretur, violentum & infensum ratus: sed coniurati consilia cum Vestino non miscuerant; quidam vetustis in eum simultatibus; plures quia præcipitem & insociabilem credebant. Ceterùm Neronis odium aduersus Vestinum ex intimâ sodalitate cœperat, dum hic ignauiam principis penitus cognitam despicit, ille ferociam amici metuit, sæpe asperis facetiis illusus; quæ vbi multum ex vero traxere, acrem sui memoriam relinquunt. Accesserat recens caussa*, quòd Vestinus Statiliam Messallinam matrimonio sibi iunxerat; haut nescius inter adulteros eius & Cæsarem esse. *Igitur non crimine, nō accusatore exsistente, quia speciem iudicii induere non poterat, ad vim dominationis conuersus, Gerelanum tribunum cum cohorte militum immittit: iubetque* præuenire conatus Consulis, occupare velut arcem

cius, opprimere dilectam iuuentutem; *quia Vestinus im-*
minentes foro ædes, decoraq; seruitia, & pari ætate habebat.
Cuncta eo die munia Consulis impleuerat. Conuiuium celebrat,
nihil metuens, an dissimulando metu, cùm ingressi milites vo-
cari eum à tribuno *dixere. Ille nihil demoratus exsurgit. &*
omnia simul properantur; clauditur cubiculo; præsto est medi-
cus; abscinduntur venæ; vigens adhuc balneo infertur; calidâ
aquâ mersatur, nullâ editâ voce, quâ semet miseraretur. Cir-
cumdati interim custodiâ qui simul discubuerant; nec nisi pro-
uectâ nocte emissi sunt, postquam pauorem eorum imminens
exitium opperientium & imaginatus & irridens Nero, satis
supplicii luisse, ait pro epulis Consularibus. *Exin M. An-*
næi Lucani cædem imperat. Is profluente sanguine, vbi frigesce-
re pedes manusq́;, & paulatim ab extremis cedere spiritũ, fer-
uido adhuc & compote mẽtis pectore intelligit; recordatus car-
men à se compositum, quo vulneratũ militem per eiusmodi
mortis imaginem obiisse *tradiderat, versus ipsos rettulit. eaq;*
illi suprema vox fuit. Senecio posthac & Quinctianus, & Sce-
uinus, non ex priore vitæ mollitiâ, mox reliqui coniuratorum
periere, nullo facto dictóue memorando. Sed compleri interim
vrbs funeribus, Capitolium victimis: alius filio, fratre alius, aut
propinquo, aut amico interfectis, agere grates Deis, ornare lau-
ru domum, genua ipsius aduolui, & dextram osculis fatigare.
Atq; ille gaudiũ id credens, Antonii Natalis & Ceruarii Pro-
culi festinata indicia impunitate remuneratur: Milichus præ-
miis ditatus, Conseruatoris *sibi nomen Græco eius rei voca-*
bulo assumsit. E tribunis Granius Siluanus quamuis absolutu
suâ manu cecidit: Statius Proximus veniam quam ab impe-
ratore acceperat, vanitate exitus corrupit. Exuti dehinc tribu-
natu Pompeius, Cornelius Martialis, Flauius Nepos, Statiu
Domitius; quasi principẽ non quidẽ odissent, sed tame
existimarentur. *Nouio Prisco per amicitiã Senecæ, & Glit*
Galloatq; Annio Pollioni infamatis magis quàm conuictis, d
ta exsilia. Priscum Antonia Flacilla cõiunx comitata est: Ga
lum Egnatia Maximilla, magnis primũ & integris opib. po
ademtis. quæ vtraq; gloriã eis auxere. Pellitur & Rufus Cr

spin

spinus occasione cõiurationis, sed Neroni inuisus, quòd Poppæã quondã matrimonio tenuerat. Virginiũ Rufum claritudo nominis expulit. Nam Verginius studia iuuenum eloquentiâ, Musonius præceptis sapientiæ fouebat. Cluuidieno Quieto, Iulio Agrippæ, Blitio Catulino, Petronio Prisco, Iulio Altino, velut in agmen & numerũ Ægæi maris insulæ permittuntur. At Cadicia vxor Sceuini, & Cesenius Maximus Italiâ prohibentur; reos fuisse se, tantũ pœnâ experti. At illa mater Annæi

72 *Lucani, sine absolutione in supplicio dissimulata. Quibus perpetratis Nero, & concione militum habitâ, bina nummûm millia viritim mãnipularibus diuisit; addiditq; sine pretio frumentum, quo antè ex modo annonæ vtebantur. Tum quasi gesta bello expositurus vocat Senatum, &* triumphale decus Petronio Turpiliano Consulari: Cocceio Neruæ Prætori designato, Tigellino præfecto prætorii *tribuit; Tigellinũ & Neruã ita extollens*, vt super triũphales in foro imagines, apud palatiũ effigies eorũ quoq; sisteret. *Dedit etiam Consularia insignia Nymphidio; de quo quia nunc primũ oblatus est, pauca repetã. Nã & ipse pars Romanarum cladiũ erit. Igitur matre libertinâ ortus, quæ corpus decorum inter seruos libertosq; principum vulgauerat, ex C. Cæsare se genitum ferebat, quoniam forte quâdam habitu procerus & toruo vultu erat: siue C. Cæsar scortorum quoque cupiens, etiam matri eius*

73 *illusit. Sed Nero vocato Senatu, oratione inter patres habitâ,* edictum apud populum, & collata in libros indicia, confessionesque damnatorum *adiunxit. Etenim crebro vulgi rumore lacerabatur,* tamquam viros insontes ob inuidiam aut metum exstinxisset. *Ceterùm cœptam, adultamq; & reuictã coniurationem neq; tunc dubitauere, quibus verum noscendi cura erat; & fatentur, qui post interitum Neronis in vrbem regressi sunt. At in Senatu cunctis vt cuiq; plurimum mœroris, in adulationem demissis. Iunium Gallionem Senecæ fratris morte pauidum, & pro suâ incolumitate supplicem increpuit Salienus Clemens,* hostem & parricidam vocans: *donec consensu Patrum deterritus est,* ne publicis malis abuti ad occasionem priuati odii videretur, *neu composita & ob-*

litterata mansuetudine principis, nouam ad sæuitiam traheret. Tum decreta dona & grates Deis decernuntur, propiusq; 74 honos Soli, cui est vetus ædes apud Circum, in quo facinus parabatur, qui occulta coniurationis, numine retexisset: vtque Circensium cerealium ludicrum pluribus equorum cursibus celebraretur: mensisque Aprilis Neronis cognomentum acciperet: templum Saluti exstrueretur, eo loci ex quo Sceuinus ferrum promserat. *Ipse eum pugionem apud Capitolium sacrauit, inscripsitq;* IOVI VINDICI. *In præsens haut animaduersum; post arma Iulii Vindicis ad auspicium & præsagium futuræ vltionis trahebatur. Reperio in Commentariis Senatus, Cerialem Anicium Consulem designatum, pro sententiâ dixisse*, vt templum Diuo Neroni quàm maturrimè publicâ pecuniâ poneretur. *Quod quidem ille decernebat*, tamquam mortale fastigium egresso, & venerationem hominum merito: *quod ad omina olim sui exitus verteretur. Nam Deûm honor principi non antè habetur, quàm agere inter homines desierit.*

C. CORNELII TACITI AB EXCESSV DIVI AVGVSTI ANNALIVM

LIBER XVI.

ILLVSIT *dehinc Neroni fortuna per vanitatem ipsius & promissa Cesellii Bassi, qui origine Pœnus, mente turbidâ, nocturnæ quietis imaginem ad spem haut dubiam retraxit. Vectusq; Romam, principis aditum emercatus, expromit* repertum in agro suo specum altitudine immensâ, quo magna vis auri contineretur, non in formam pecuniæ, sed rudi & antiquo pondere. Lateres quippe prægraues iacere, astantibus parte alia columnis. quæ per tantum æui occulta, augendis præsentibus bonis. Ceterùm vt coniectura demonstrat, Didonem Fenissam Tyro profugam, condi-

conditâ Carthagine, illas opes abdidiſſe, ne nouus popu-
lus nimiâ pecuniâ laſciuiret: aut reges Numidarum & a-
2 liàs infenſi, cupidine auri ad bellum accenderentur. *Igi-
tur Nero non auctoris, non ipſius negotii fide ſatis ſpectatâ, nec
miſſis viſoribus per quos noſceret, an vera aſſererentur, auget
vltrò rumorem; mittitq́; qui velut partam prædam aduehe-
rent. Dantur triremes & dilectum nauigium, iuuandæ feſtina-
tioni. nec aliud per illos dies populus credulitate prodentis diuer-
ſâ famâ tulerat. Ac fortè quinquennale ludicrum ſecundo lu-
ſtro celebrabatur: oratoribusq́; præcipua materia in laudem
principis aſſumta eſt.* Non enim tantum ſolitas fruges, nec
metallis confuſum aurum gigni, ſed nouâ vbertate pro-
uenire terras, & obuias opes deferre Deos; *quæq́; alia ſum-
mâ facundiâ, nec minore adulatione ſeruilia fingebant, ſecuri
3 de facilitate credentis. Gliſcebat interim luxuria ſpe inani,
conſumebanturq́; veteres opes, quaſi oblatis quas multos per
annos prodigeret. Quin & inde iam largiebatur. Et diuitia-
rum exſpectatio, inter cauſſas paupertatis publicæ erat. Nam
Baſſus effoſſo agro ſuo, latisq́; circum aruis, dum hunc vel il-
lum locum promiſſi ſpecus adſeuerat. ſequunturq́; non modò
milites, ſed populus agreſtium efficiendo operi aſſumtus, tan-
dem poſitâ vecordiâ, non falſa antè ſomnia ſua, ſeq́; tunc pri-
mùm eluſum admirans, pudorem & metum morte volunta-
riâ effugit. Quidam vinctum ac mox dimiſſum tradidere, ad-
4 emtis bonis in locum regiæ gazæ. Interea Senatus propinquo
iam luſtrali certamine, vt dedecus auerteret,* offert impera-
tori victoriam cantus, adiicit facundiæ coronam, *quâ lu-
dicra deformitas velaretur. Sed Nero* nihil ambitu nec po-
teſtate Senatus opus eſſe *dictitans*, ſe æquum aduerſus æ-
mulos, & religione iudicum meritam laudem aſſecutu-
rum, *primò carmen in ſcenâ recitat: mox flagitante vulgo,* vt
omnia ſtudia ſua publicaret (*hæc enim verba dixere*) *ingre-
ditur theatrum, cunctis citharæ legibus obtemperans: ne feſſus
reſideret, ne ſudorem, niſi eâ quam indutui gerebat veſte de-
tergeret: vt nulla oris aut narium excrementa viſerentur. Po-
ſtremò flexus genu, & cœtum illum manu veneratus, ſenten-*

tias iudicum opperiebatur ficto pauore. Et plebs quidem vrbis,
histrionum quoque gestus iuuare solita, personabat certis mo-
dis, plausuq; composito. Crederes lætari, ac fortasse lætabantur,
per iniuriam publici flagitii. Sed qui remotis è municipiis, se-
ueramq; adhuc, & antiqui moris retinentes Italiam, quique
per longas prouincias lasciuiæ inexperti officio legationum
aut priuatâ vtilitate aduenerant, neque aspectum illum tole-
rare, neque labori inhonesto sufficere: cùm manibus nesciis fa-
tiscerent, turbarent gnaros, ac sæpe à militibus verberarentur,
qui per cuneos stabant, ne quod temporis momentum impari
clamore, aut silentio segni præteriret. Constitit plerosque equi-
tum, dum per angustias aditus & ingruentem multitudinem
enituntur, obtritos: & alios dum diem noctemq; sedilibus con-
tinuant, morbo exitiabili correptos. quippe grauior inerat me-
tus, si spectaculo defuissent, multis palàm & pluribus occultis, vt
nomina ac vultus, alacritatem, tristitiamq; coëuntium scruta-
rentur. Vnde tenuioribus statim irrogata supplicia, aduersus il-
lustres dissimulatum ad præsens, & mox redditum odium. Fe-
rebantq; Vespasianum tamquam somno conniueret, a
Phœbo liberto increpitum, ægreq; meliorum precibus obtectũ:
mox imminentem perniciem maiore fato effugisse. Post finem
ludicri Poppæa mortem obiit, fortuitâ mariti iracundiâ, a quo
grauida ictu calcis afflicta est: neque enim venenum credide-
rim, quamuis quidam scriptores tradant, odio magis quam
ex fide. Quippe liberorum cupiens, & amori vxoris obnoxius
erat. Corpus non igni abolitum, vt Romanus mos: sed regum
externorum consuetudine, differtum odoribus conditur, tu-
muloq; Iuliorum infertur. Ductæ tamen publicæ exsequiæ, lau-
dauitque ipse apud rostra formam eius, & quod diuinæ in-
fantis parens fuisset, aliáque fortunæ munera pro virtutibus.
Mortem Poppææ vt palam tristem, ita recordantibus lætam
ob impudicitiam eius sæuitiamq;, nouâ insuper inuidiâ Ner[o]
compleuit, prohibendo C. Cassium officio exsequiarum
quod primum indicium mali, neque in longum dilatum est
Sed Silanus additur, nullo crimine, nisi quòd Cassius opib[us]
vetustis, & grauitate morum; Silanus claritudine generis

& mo

& modestâ iuuentâ præcellebant. *Igitur missâ ad Senatum oratione,* remouendos à Rep. vtrosque *disseruit. Obiectauitq; Cassio* quòd inter imagines maiorum, etiam C. Cassi effigiem coluisset, ita inscriptam; DVCI PARTIVM. quippe semina belli ciuilis, & defectionem à domo Cæsarum quæsitam. ac vt memoriâ tantum infensi nominis ad discordias vteretur, assumsisse L. Silanum iuuenem genere nobilem, animo præruptum, quem nouis rebus ostentaret. *Ipsum dehinc Silanum increpuit iisdem quibus patruum eius Torquatum,* tamquam disponeret iam imperii curas, præficeretq; rationibus & libellis & epistolis libertos: *& inania simul & falsa. Nam Silanus intentior metu, & exitio patrui ad præcauendum exterritus erat. Inducit posthac vocabulo indicum, qui in Lepidam Cassii vxorem, Silani amitam,* incestum cum fratris filio & diros sacrorũ ritus *confingerent. Trahebantur vt conscii Vulcatius Tullinus, ac Marcellus Cornelius Senatores, & Calpurnius Fabatus eques Romanus: qui appellato principe instantẽ damnationem frustrati, mox Neronem circa summa scelera distentum, quasi minores euasere. Tunc Senatusconsulto* Cassio, & Silano exsilia decernuntur; de Lepidâ Cæsar statueret. *Deportatusq; in insulam Sardiniã Cassius, & Senatus ius exspectabatur. Silanus tamquam Naxum deueheretur, Hostiam amotus; post municipio Apuliæ, cui nomen est Barium, clauditur. Illic indignissimum casum sapienter tolerans, à centurione ad cædem misso corripitur. Suadentiq;* venas abrumpere; animum quidem morti destinatum *ait,* sed non permittere percussori gloriam ministerii. *At centurio quamuis inermem, præualidum tamen & iræ quàm timori propiorem cernẽs, premi à militibus iubet. Nec omisit Silanus obniti, & intendere ictus quantum manibus nudis valebat, donec à centurione vulneribus aduersis tamquã in pugnâ caderet. Haut minus promtè L. Vetus, socrusq; eius Sextia & Pollutia filia necem subiere: inuisi principi,* tamquam viuendo exprobrarent interfectum esse Rubellium Plautum generum Lucii Veteris. *Sed initium detegendæ sæuitiæ præbuit interuersis patroni re-*

bus ad accuſandum tranſgrediens. Fortunatus libertus, aſcito Claudio Demiano, quem ob flagitia vinctum à vetere Aſiæ proconſule, exſoluit Nero in præmium accuſationis. Quod vbi cognitum reo, ſeq; & libertum pari ſorte componi, Formianos in agros digreditur. Illic eum milites occultâ cuſtodiâ circumdant. Aderat filia ſuper ingruens periculum longo dolore atrox ex quo percuſſores Plauti mariti ſui viderat: cruentamq; ceruicem eius amplexa, ſeruabat ſanguinem, & veſtes reſperſas vidua amplexa luctu cõtinuo, nec vllis alimentis, niſi quæ mortem arcerent. Tum hortante patre, Neapolim pergit. Et quia aditu Neronis prohibebatur, egreſſus obſidens, audiret inſontem, néue Conſulatus ſui quondam collegam dederet liberto, *modò muliebri eiulatu, aliquando ſexum egreſſa, voce infenſâ clamitabat. donec princeps immobilem ſe precibus & inuidiæ iuxta oſtendit. Ergo nuntiat patri* abiicere ſpem, & vti neceſſitate. *Simul affertur* parari cognitionẽ Senatus & trucem ſententiam. *Nec defuere qui monerent* magnâ e parte heredem Cæſarem nuncupare, atque ita nepotibus de reliquo conſulere. *quod aſpernatus, ne vitam proximè libertatem actam nouiſſimo ſeruitio fœdaret, largitur in ſerui quantum aderat pecuniæ: & ſi qua aſportari poſſent, ſibi quemque deducere,* tris modò lectulos ad ſuprema retineri iubet. *Tunc eodem in cubiculo, eodem ferro abſcindunt venas properiq; & ſingulis veſtibus ad verecundiam velati, balneo inferuntur. pater, filiam; auia, neptem; illa vtroſque intuens, & certatim* precantes labenti animæ celerem exitum, vt relinquerent ſuos ſuperſtites & morituros. *Seruauitq; ordinem fortuna: ac ſenior prius, tum cui prima ætas, exſtinguuntur. Accuſati poſt ſepulturam,* decretumq́ue vt more maiorum punirentur. *Et Nero interceſſit,* mortem ſine arbitro *permittens. ea cædibus peractis ludibria aduciebantur.* *Gallus eques Romanus,* quòd Fenio Rufo intimus, & Veturi non alienus fuerat, aquâ atque igni prohibitus eſt: liberto & accuſatori præmium operæ, locus in theatro inter viatores tribunicios datur. *Et menſis qui Aprilem eundemq;* Neroneum *ſequebatur, Maius* Claudii, *Juni*

Ge-

Germanici, *vocabulis mutantur: testificante Cornelio Orfito qui id censuerat*, ideo Iunium mensem transmissum, quia duo iam Torquati ob scelera interfecti, infaustum nomen Iunii tum fecissent. *Tot facinoribus fœdum annum etiam Dii tempestatibus & morbis insigniuere. Vastata Campania turbine ventorum, qui villas, arbusta, fruges passim disiecit pertulitq́ violentiam ad vicina vrbi. In quâ omne mortalium genus vis pestilentiæ depopulabatur, nullâ cæli intemperie quæ occurreret oculis. sed domus corporibus exanimis, itinera funeribus complebantur. non sexus, non ætas periculo vacua. seruitia perinde ac ingenua plebes raptim exstingui, inter coniugum & liberorum lamenta; qui dum assident, dum deflent, sæpe eodem rogo cremabantur. Equitum senatorumq́ interitus quamuis promiscui, minus flebiles erant*, tanquam communi mortalitate sæuitiam principis præuenirent. *Eodem anno dilectus per Galliam Narbonensem Africamq́ & Asiam habiti sunt, supplendis Illyrici legionibus, ex quibus ætate aut valetudine fessi, sacramento soluebantur. Cladem Lugdunensem quadragies sestertio solatus est princeps, vt amissa vrbi reponerent. quam pecuniam Lugdunenses ante obtulerant, turbidis casibus. C. Suetonio, L. Telesino* Coss. *Antistius Sosianus factitatis in Neronem carminibus probrosis, exsilio, vt dixi, multatus, postquam id honoris indicibus tamq́ promtum ad cædes principem accepit, inquies animo, & occasionum haut segnis, Pammenem eiusdem loci exsulem, & Chaldæorũ arte famosum, eoq́ multorum amicitiis innixum, similitudine fortunæ sibi conciliat. Ventitare ad eum nuntios & consultationes non frustra ratus, simul annuam pecuniam à P. Anteio ministrari cognoscit. Neque nescium habebat, Anteium caritate Agrippinæ inuisum Neroni, opesq́ eius præcipuas ad eliciendam cupidinem, eamq́ caussam multis exitio esse. Igitur interceptis Anteii litteris, furatus etiam libellos quibus dies genitalis eius, & euentura, secretis Pammenis occultabantur, simul repertis quæ de ortu vitaq́ Ostorii Scapulæ composita erãt, scribit ad principem*, magna se & quæ incolumitati eius cõducerent allaturũ, si breuem exsilii veniam impetrauisset.

quippe Anteium & Ostorium imminere rebus, & sua
Cæsarisque fata scrutari. *Exin missæ liburnicæ, aduehiturq́;*
properè Sosianus. Ac vulgato eius indicio, inter damnatos ma-
gis quam inter reos Anteius Ostoriusq́; habebantur: adeò vt
testamentum Anteii nemo obsignaret, nisi Tigellinus auctor
exstitisset. Monitus prius Anteius, ne supremas tabulas mo-
raretur. At ille hausto veneno, tarditatem eius perosus, inter-
cisis venis, mortem approperauit. Ostorius longinquis in agri
apud finem Ligurum id temporis erat. eò missus centurio, qu
cædem eius maturaret. Caussa festinandi ex eo oriebatur, quo
Ostorius multâ militari famâ, & ciuicam coronam apud Bri
tanniam meritus, ingenti corporis robore armorumq́; scientia
metum Neroni fecerat, ne inuaderet, pauidum semper, & re
pertâ nuper coniuratione magis exterritum. Igitur centuri
vbi effugia villæ clausit, iussa imperatoris Ostorio aperit. Is for
titudinem aduersum hostes sæpè spectatam in se vertit. Et qu
venæ quanquam interruptæ parum sanguinis effundebant, ha
ctenus manu serui vsus vt immotum pugionem extolleret, ad
pressit dextram eius, iuguloq́; occurrit. Etiam si bella extern
& obitas pro Rep. mortes tantâ casuum similitudine memora
rem; meq́; ipsum satias cepisset, aliorumq́; tædium exspectarem
quamuis honestos ciuium exitus, tristes tamen & continuos
spernantium. At nunc patientia seruilis, tantumq́; sanguin
domi perditũ, fatigant animũ & mœstitiâ restringunt. Neq
aliam defensionem ab iis quibus ista noscentur exegerim, qua
ne oderim tam segniter pereuntes. Ira illa numinum in res R
manas fuit, quam non vt in cladibus exercituum, aut captiu
tate vrbium, semel editam transire liceret. Detur hoc illustrium
virorum posteritati, vt quomodo exsequiis a promiscuâ sep
turâ separantur; ita in traditione supremorum accipiant h
beantq́; propriam memoriam. Paucos quippe intra dies, eod
agmine Annæus Mella, Cerialis Anicius, Rufus Cri
nus, ac C. Petronius cecidere. Mella & Crispinus equites R
mani dignitate senatoriâ. Nam hic quondam præfectus p
torii, & Consularibus insignibus donatus, ac nuper crim
coniurationis in Sardiniam exactus, accepto iussæ mortis n
tio

*tio ſemet interfecit. Mella quibus Gallio & Seneca parentibus
natus, petitione honorum abſtinuerat, per ambitionem præpo-
ſteram, vt eques Romanus Conſularibus potentiâ æquaretur.
Simul acquirendæ pecuniæ breuius iter credebat, per procura-
tiones adminiſtrandis principis negotiis. Idem Annæum Luca-
num genuerat, grande adiumentum claritudinis. quo interfe-
cto, dum rem familiarem eius acriter requirit, accuſatorem
conciuit Fabium Romanum, ex intimis Lucani amicis.* Mix-
ta inter patrem filiumq; coniurationis ſcientia fingitur,
aſſimilatis Lucani litteris. *quas inſpectas Nero, ferri ad eum
iuſſit, opibus eius inhians. At Mella, quæ tum promtiſſima mor-
tis via, exſoluit venas: ſcriptis codicillis, quibus grandem pecu-
niam in Tigellinum, generumq; eius Coſſutianum Capitonem
erogabat, quo cetera manerent. Additur codicillis, tanquam
de iniquitate exitii querens ita ſcripſiſſet:* Se quidem mori
nullis ſupplicii cauſſis, Rufum autem Criſpinum & Ani-
cium Cerialem vitâ frui, infenſos principi. *quæ compoſita
credebantur, de Criſpino quia interfectus erat, de Ceriale vt
interficeretur. Neque enim multo poſt vim ſibi attulit, minore
quam ceteri miſeratione quia proditam C. Cæſari coniuratio-
nem ab eo meminerant. De C. Petronio ſupra pauca repeten-
da ſunt. Nam illi dies per ſomnum, nox officiis, & oblectamen-
tis vitæ tranſigebatur. Vtq; alios induſtria, ita hunc ignauia ad
famam protulerat; habebaturq; non ganeo & profligator, vt
plerique ſua haurientium, ſed erudito luxu. ac dicta factaq; e-
ius quanto ſolutiora, & quandam ſui negligentiam præferen-
tia, tanto gratius in ſpeciem ſimplicitatis accipiebantur. Pro-
conſul tamen Bithyniæ, & mox Conſul, vigentem ſe ac parem
negotiis oſtendit: dein reuolutus ad vitia, ſeu vitiorum imita-
tionem, inter paucos familiarium Neroni aſſumtus eſt, ele-*
gantiæ arbiter, dum nihil amœnum, & molle affluentiâ
putat, niſi quod ei Petronius approbauiſſet. *Vnde inuidia
Tigellini, quaſi aduerſus æmulum & ſcientiâ voluptatum po-
tiorem. Ergo crudelitatem principis, cui ceteræ libidines cede-
bant, aggreditur,* amicitiam Sceuini Petronio obiectans;
corrupto ad indicium ſeruo ademtaq; defenſione, & maiore

parte familiæ in vincla rapta. Forte illis diebus Campaniam petiuerat Cæsar, & Cumas vsq; progressus Petronius illic attinebatur. Nec tulit vltra timoris aut spei moras. neque tamen præceps vitam expulit. sed incisas venas, vt libitum obligatas, aperire rursum, & alloqui amicos, non per seria, aut quibus constantiæ gloriam peteret. Audiebatq; referentes, nihil de immortalitate animæ, & sapientium placitis, sed leuia carmina & faciles versus. Seruorum alios largitione, quosdam verberibus affecit. Iniit & vias, somno indulsit, vt quamquam coacta mors fortuitæ similis esset. Ne codicillis quidem (quod plerique pereuntium) Neronem aut Tigellinum, aut quem alium potentium adulatus est: sed flagitia principis sub nominibus exoletorum feminarumq;, & nouitate cuiusque stupri perscripsit atque obsignata misit Neroni. fregitq; annulum, ne mox vsi esset ad facienda pericula. Ambigenti Neroni quonam modo noctium suarum ingenia notescerent, *offertur Sil matrimonio Senatoris haut ignota, & ipsi ad omnem libidinem adscita, ac Petronio perquàm familiaris. agitur in exilium*, tamquam non siluisset quæ viderat pertuleratque proprio odio. *At Numicium Thermum Prætura functum Tigellini simultatibus dedidit, quia libertus Thermi quædam de Tigellino criminosè detulerat, quæ cruciatibus tormento ipse, patronus eius nece immerita lueret. Trucidatis tot insignibus viris, ad postremum Nero Virtutem ipsam exscindere cupiuit, interfecto Bareâ Sorano & Thraseâ Pæto, olim vtr infensus, & accedentibus caussis in Thraseam*: quòd senatu greſſus est, cùm de Agrippinâ referretur, *vt memor* quodq; Iuuenalium ludicro parum expetibilem oper præbuerat. *Eaq; offensio altius penetrabat; quia idem Thr Patauii, vnde ortus erat, ludis Cesticis a Troiano Ante institutis, habitu tragico cecinerat. die quoque quo Prætor tistius ob probra in Neronem composita ad mortem dam batur, mitiora censuit, obtinuitq;: & cùm Deûm honores pææ decernuntur, sponte absens, funeri non interfuit. Qu litterari non sinebat Capito Cossutianus, præter animu flagitia præcipitem, inimicus Thraseæ, quod auctoritat*

concidisset iuuantis Cilicum legatos, dum Capitonem repetundarum interrogant. Quin & illa obiectabat: principio anni vitare Thraseam sollenne iusiurandum: nuncupationib. votorum non adesse, quamuis Quindecimuirali sacerdotio præditum: nunquam pro salute principis, aut cœlesti voce immolauisse: assiduum olim & indefessum, qui vulgaribus quoq; Patrum consultis semet fautorem aut aduersarium ostenderet, triennio non introiisse Curiam: nuperrimeq; cùm ad coercendos Silanum & Veterē certatim concurreretur, priuatis potius clientium negotiis vacauisse. secessionem iam id & partes; &, si multi idem audeant, bellum esse. Vt quondam C. Cæsarem, *inquit*, & M Catonem; ita nunc te Nero & Thraseam auida discordiarum ciuitas loquitur Et habet sectatores vel potius satellites, qui nondū contumaciam sententiarum, sed habitum vultumq; eius sectantur, rigidi & tristes, qui tibi lasciuiam exprobrent. Huic vni incolumitas tua sine arte, sine honore. Prosperas principis res spernit: etiam, ne luctibus & doloribus non satiatur? Eiusdem animi est, Poppæam diuam non credere, cuius in acta diui Augusti & diui Iulii non iurare. Spernit religiones, abrogat leges. Diurna populi Romani per prouincias, per exercitus, curatiùs leguntur, vt noscatur quid Thrasea non fecerit. Aut transeamus ad illa instituta, si potiora sunt: aut noua cupientibus auferatur dux & auctor. Ista secta Tuberones & Fauonios veteri quoque Reip. ingrata nomina genuit. Vt imperium euertant, libertatem præferunt: si peruerterint, ipsam aggredientur. Frustra Cassium amouisti, si gliscere & vigere Brutorum æmulos passurus es. Deniq; nihil ipse de Thraseâ scripseris, disceptatorem Senatum nobis relinque. *Extollit irâ promtum Cossutiani animum Nero: adiicitq; Marcellum Eprium acri eloquentiâ. At Baream Soranum iam sibi Ostorius Sabinus eques Romanus poposcerat reum ex proconsulatu Asiæ, in quâ offensiones principis auxit, iustitiâ atq; industriâ: & quia portui Ephesiorum aperiendo curam insum(p)serat: vimq; ciuitatis Pergamenæ prohiben-*

*tis Acratum (Cæsaris libertum statuas & picturas auehere, in-
ultam omiserat. Sed crimini dabatur* amicitia Plauti, & am-
bitio conciliandæ prouinciæ ad spes nouas. *Tempus da-
mnationi dilectum, quo Tiridates accipiendo Armeniæ regno
aduentabat: vt ad externa rumoribus intestinum scelus obscu-
raretur, an vt magnitudinem imperatoriam cæde insignium
virorum quasi regio facinore ostentaret. Igitur omni ciuitate
ad excipiendum principem spectandumq; regem effusâ, Thra-
seæ occursu prohibitus non demisit animum: sed codicillos ad
Neronem composuit, requirens obiecta, & expurgaturum as-
seuerans, si notitiam criminum & copiam diluendi habuisset.
Eos codicillos Nero properanter accepit*; spe, exterritũ Thra-
seam sensisse per quæ claritudinem principis extolleret,
suamq; famam dehonestaret. *Quod vbi non euênit, vultum-
que & spiritus & libertatem insontis vltrò extimuit, vocari
Patres iussit. Tum Thrasea inter proximos consultauit, tenta-
rétne defensionem, an sperneret. Diuersa consilia afferebantur.
Quibus intrari curiam placebat*, securos esse de constantiâ
eius dixerunt, nihil dicturum, nisi quo gloriam augeret.
Segnes & pauidos supremis suis secretum circumdare.
Aspiceret populus virum morti obuium, audiret Senatus
voces quasi ex aliquo numine supra humanas: posse ipso
miraculo etiam Neronem permoueri. sin crudelitas per-
sisteret, distingui certè apud posteros memoriam honesti
exitus ab ignauiâ per silentium pereuntium. *Contra qui
opperiendum domi censebant, de ipso Thraseâ eadem.* sed lu-
dibria & contumelias imminere. subtraheret aures con-
uiciis & probris. Non solùm Cossutianum aut Eprium ad
scelus promtos, superesse qui forsitan manus ictusq; per
immanitatem Augusti. etiam bonos metu sequi. Detra-
heret potius Senatui, quem perornauisset, infamiam tan-
ti flagitii: & relinqueret incertum, quid viso Thraseâ reo
decreturi Patres fuerint. Vt Neronem flagitiorum pudor
caperet, irritâ spe agitari: multoq; magis timendum, ne
in coniugem, in familiam, in cetera pignora eius sæuiret.
Proinde intemeratus, impollutus, quorum vestigiis & stu-
diis vi-

diis vitam duxerit, eorum gloriâ peteret finem. *Aderat consilio Rusticus Arulenus flagrans iuuenis, & cupidine laudis* offerebat se intercessurum Senatusconsulto: *nam plebis trib. erat. Cohibuit spiritus eius Thrasea,* ne vana & reo non profutura, intercessori exitiosa inciperet. Sibi actam ætatem, & tot per annos continuum vitæ ordinem, non deserendum: illi initium magistratuum, & integra quæ supersint. Multum antè secum expenderet, quod tali tempore capessendæ Reip. iter ingrederetur. *Ceterùm ipse an venire in Senatum deceret, meditationi suæ reliquit. At posterâ luce duæ prætoriæ cohortes armatæ, templum genitricis Veneris insedere. Aditum Senatus globus togatorum obsederat, non occultis gladiis. dispersiq; per fora ac basilicas cunei militares. inter quorum aspectus & minas ingressi Curiam Senatores. Et oratio principis per Quæstorem eius audita est. Nemine nominatim compellato, Patres arguebat,* quòd publica munia desererent, eorumq; exemplo Equites Rom. ad segnitiam verterentur. Etenim quid mirum è longinquis prouinciis aduenîri, cùm plerique adepti Consulatum & Sacerdotia, hortorum potius amœnitati inseruirent? *quod velut telum arripuere accusatores. Et initium faciente Cossutiano, maiore vi Marcellus,* summam Reip. agi clamitabat: contumaciâ inferiorum, lenitatem imperitantis deminui. Nimiùm mites ad eam diem patres, qui Thraseam desciscentem, qui generum eius Heluidium Priscum in iisdem furorib. simul Paconium Agrippinum paterni in principes odii heredem, & Curtium Montanum detestanda carmina factitantem, eludere impunè sinerent. Requirere se in Senatu Consularē, in votis Sacerdotem, in iureiurando ciuem: nisi contra instituta & cærimonias maiorum, proditorem palàm & hostē Thraseam induisset. Deniq; agere senatorem, & principis obtrectatores protegere solitus, veniret, censeret quid corrigi aut mutari vellet: faciliùs perlaturos singula increpantem, quàm nunc silentiū perferrent omnia damnantis. Pacem illi per orbem terræ, an victorias sine damno exercituum displicere? Ne homi-

nem bonis publicis mæstum, & qui fora, theatra, templa pro solitudine haberet, qui minitaretur exsilium suum, ambitionis prauæ compotem facerent. Non illi consulta hęc, non magistratus, aut Romanam vrbem videri. Abrũperet vitam ab eâ ciuitate, cuius caritatem olim, nunc & aspectum exuisset. *Cum per hæc atq; talia Marcellus inuehéretur toruus & minax, voce, vultu, oculis ardesceret; non illa nota & celebritate periculorum suéta iam Senatus mæstitia, sed nouus & altior pauor, manus & tela militum cernentibus. simul ipsius Thraseæ venerabilis species obuersabatur:* & erant qui Heluidium quoq; miserarentur, innoxiæ affinitatis pœnas daturum. Quid Agrippino obiectum, nisi tristem patris fortunam? quando & ille perinde innocens Tiberii sæuitia concidisset. Enimuerò Montanum probæ iuuentę, neq; famosi carminis, quia protulerit ingeniũ, extorrem agi. *Atq; interim Ostorius Sabinus Sorani accusator ingreditur, orditurq; de amicitiâ Rubellii Plauti.* quodq; proconsul Asiæ Soranus pro claritate sibi potius accommodatum, quàm ex vtilitate communi egisset, alendo seditiones ciuitatum. *Vetera hæc. sed recens, discrimini patris filiam connectebat,* quòd pecuniam Magis dilargita esset. *Acciderat sanè pietate Seruiliæ (id enim nomen puellæ fuit) quæ caritate erga parentem, simul imprudentia ætatis, non tamen aliud consultauerat, quam* de incolumitate domus, & an placabilis Nero, an cognitio Senatus nihil atrox afferret. *Igitur accita est in senatum, steteruntq; diuersi ante tribunal Cõsulum, grandis æuo parens, contra filia intra vicesimum ætatis annum, nuper marito Annio Pollione in exsilium pulso, viduata desolataq; ; ac ne patrem quidem intuens, cuius onerasse pericula videbatur. Tum interrogante accusatore,* an cultus dotales, an detractum ceruici monile venũ dedisset, quo pecuniam faciendis magicis sacris contraheret? *primum strata humi, longoq; fletu & silentio, pòst altaria & aram complexa:* Nullos, *inquit,* impios Deos, nullas deuotiones, nec aliud infelicibus precibus inuocaui, quàm vt hũc optimũ patrẽ, tu Cęsar & vos Patres seruaretis incolumem.

Si

Sic gemmas & vestes & dignitatis insignia dedi; quomodo si sanguinem & vitam poposcissent. Viderint isti antehac mihi ignoti quo nomine sint, quas artes exerceant: nulla mihi principis mentio, nisi inter numina fuit. Nescit tamen miserrimus pater. & si crimen est, sola deliqui.

32 *Loquentis adhuc verba excipit Soranus, proclamátque,* non illam in prouinciam secum profectam, non Plauto per ætatem nosci potuisse, non criminibus mariti connexam, nimiæ tantùm pietatis ream, separarent à se quamcunq; sortem subiret. *Simul in amplexus occurrentis filiæ ruebat, nisi interiecti lictores vtrisque obstitissent. Mox datus testibus locus: & quantum misericordia sæuitia accusationis permouerat, tantum iræ P. Egnatius testis conciuit. Cliens hic Sorani, & tunc emtus ad opprimendum amicum, auctoritatem Stoicæ sectæ præferebat, habitu & ore ad exprimendam imaginem honesti & exerciti, ceterùm animo perfidiosus, & subdolus, auaritiam ac libidinem occultans, quæ postquam pecuniâ reclusa sunt, dedit exemplum præcauendi, quomodo fraudibus inuolutos, aut flagitiis commaculatos; sic specie bo-*

33 *narum artium falsos, & amicitiæ fallaces. Idem tamen dies & honestum exemplum tulit Cassii Asclepiodoti, qui magnitudine opum præcipuus inter Bithynos, quo obsequio florentem Soranum celebrauerat, labentem non deseruit. Exutúsque omnibus fortunis, & in exsilium actus, æquitate Deûm erga bona malaque documenta.* Thraseæ Soranoque & Seruiliæ datur mortis arbitrium. Heluidius & Paconius Italiâ depelluntur. Montanus patri concessus est; prædicto ne in Repub. haberetur. Accusatoribus Eprio & Cossutiano quinquagies sestertiûm singulis, Ostorio duodecies & Quæstoria

34 insignia tribuuntur. *Tum ad Thraseam in hortis agentem Quæstor Consulis missus, vesperascente iam die. Illustrium virorum feminarúmque cœtus frequentes egerat, maxime intentus Demetrio Cynicæ institutionis doctori: cum quo, vt cōiectare erat intentione vultus, & auditu si quâ clarius proloquebantur, de naturâ animæ, & dissociatione spiritus corporisque inquirebat: donec aduenit Domitius Cæcilianus ex intimis*

amicis, & ei quid Senatus censuisset, exposuit. Igitur flentes quiritantesque qui aderant, facessere properè Thrasea, neu pericula sua miscere cum sorte damnati hortatur. *Arriámq; tentantem mariti suprema, & exemplum Arriæ matris sequi,* monet retinere vitam, filiæque communi subsidi-
35 um vnicum non adimere. *Tum progressus in porticum, illic à Quæstore reperitur, lætitiæ propior, quia Heluidium generum suum Italiâ tantum arceri cognouerat. Accepto dehinc Senatusconsulto, Heluidium & Demetrium in cubiculum inducit: porrectis vtriusque brachij venis, postquam cruorem effudit, humum super spargens, propius vocato Quæstore,* Libemus, *inquit,* Ioui liberatori. Specta iuuenis, & omen quidem Dii prohibeant; ceterum in ea tempora natus es, quibus firmare animum expedit constantibus exemplis. *Post, lentitudine exitus graues cruciatus afferente, obuersis in Demetrium.*

FINIS.

ANDREÆ ALCIATI ANNOTATIONES IN LIBRVM PRIMVM Annalium.

CAP. 8. *Legata non vltra ciuilem modum, nisi quod populo & plebi CCCCLXXXV.*] Præscriptos hosce numeros Tranquillus quadringenties item tricies quinquies significare ostendit. Subaudiuntur autem ex consuetudine loquendi, *centena millia*, quod infra ex Liuio demonstraturus sum. xtant adhuc argentea numismata cum denarii nota X. quorum to vnam vnciam pendunt, vt inde constet nostris assibus nom valuisse denarium, hincque nummi quoque valorem cognomus, quorum quatuor denarius complectitur. Idem autem est ummus, quod *sestertius æris.* at mille nummis argenti *sestertium* utro genere æstimatur: qua ratione viginti quinque coronatos stros æquabit. Igitur *quadringenties centena millia nummorum*, uadringenties centena sestertiorum argenteorum sunt; hoc est onetæ nostræ coronatorum decies centena millia; quibus si adstrities quinquies, hoc est, octagies septies millies coronatom cum quingentis, totum legatum quod Tacitus coniunctim, ranquillus separatim retulit, confeceris: & cum tribus pop. om. XXXV. essent; sequitur centena sestertia vnicuique gata.

Cap. 17. *Denis in diem assibus animam & corpus æstimari.*] tendit hic locus *denarium* decem asses æris esse, quod diurnum endium erat militi. quam summam etiam Germani pedites in esentiarum accipiunt, treis videlicet coronatos singulis mensis, hoc est, imperatorias libras XIII. asses X.

Cap. 31. *Germanicus agendo Galliarum censui intentus.*] Quæ iones ius ciuitatis Romanæ non habebant, grauioribus tritis vexabantur. censuali enim lege profiteri cogebantur, ot capita essent in qualibet familia, quot iugera terræ, quot sers quis haberet. sed & de lacubus piscatoriis census soluendus it, Vlpiano Pauloque Iureconsf. testibus. Vt hic simpliciter acci-

piendus non ſit, *cenſus*, cum numerus ciuium defertur, vnde a
gnoſci poſſit qui militiæ nomina dare debeant. Hinc *cenſiti*,
cenſitores dicti.

Cap. 54. *Dum Mecœnati obtemperat effuſo in amorem Batylli.*
Fuiſſe hunc hiſtrionem, oſtendit quoque Iuuenalis: *molli ſaltan*
Batyllo. Horatius à Mecœnate dilectum quoque, eſt autor, du
ad Anacreontis puerum cui ſtatuam erexit Polycrates Samius e
iam Apuleio id prodente, videtur alluſiſſe:

Non aliter Samio dicunt arſiſſe Batyllo
Anacreonta Teium. ---- ſubſequiturque ad Mecœnate

ſcribens: *Vreris ipſe miſer.* ----
Tranquillus autor eſt, *Auguſtum pro ſtulto Baceolum dixiſſe.* i
Bacelum probo, quod βάκηλος, Eunuchus fuerit procerus q
dem ſtatura, ſed inſipiens, vt in prouerbium ceſſerit Suidæ.
& *Batalus*, odioſus quidam alius & turpis, eodem autore fuit.
quo alii multa: hinc Vergilius: *Batale cygnæas repetamus carm*
voces. Quas dictiones hic congeſſi, vt Acronis, Porphyrioniſ
in Horatium; Sabellici in Tranquillum incuriam detegerem.

Cap. 65. *Aquilæ figi limoſa humo non poterant*] Dion locul
paruum eſſe tradit, in quo aquila aurea collocetur: eum longi
mo conto præfixum in exercitu à ſigniferis geſtari: qui vt facil
impingi terræ poſſit, in acutam cuſpidem deſinere.

Cap. 79. *Orantibus Florentinis ne Clanis ſolito alueo, &c.*]
ſulam, quam φαισύλην Theon appellat, ex Hyadibus vnam, F
læ ciuitati nomen dediſſe recentiores ſcripſere. ea à Gothis dir
conceſſiſſe ciues in proximã planiciem, & vrbem habuiſſe q
flore, ſibi Caroli Magni munificentia pro inſigniis donato, n
Florentiæ ſumpſerit. quæ falſa eſſe, nedũ hic Taciti locus, ſed &
autores oſtendunt. Procopius à Totila non potuiſſe expug
autor eſt. Sed & in fragmentis Frontini de coloniis ita legi
C. Cæſ. & Ant. & Lepid. III VIR. colonia Florentina deduc
III. Viris adſignata L. Iulia centuriæ Cæſarianæ in iugera CC
cardines & decumanos termini rotundi pedales diſtant à ſe in
CCCC. Meminit & Ptolemæus, vt dubio procul antiquam
bilemque coloniam extitiſſe credendum ſit, Francorum bene
minime conditam. celebrat eam & Plinius lib. 14. cap. 3. & in ſ
liis Græcis φλωρένθεια. quapropter helleboro indigere arbitro
Fluentiam dicunt.

In Libr. Secvndvm Annal.

CAP. 13. *Tertia ferme vigilia inſultatum eſt caſtris.*] Ho
à ſexta hora noctis. Suidas dictione περιφυλακὴ, quatuo
vigilias ſeu φυλακὰς tradit in nocte, quarum vnaquæque treis
ras habet. de his Vergilius: *& noctem cuſtodia ducit.*

Cap. 33. *Ne veſtis ſerica viros fœdaret.*] Maximi pretii f

hanc veſtem, illud argumento eſt, quod Alexander Imperator numquam holoſericam induit. Procopius ex Indis Romanos mercatores ſericum emere ſolitos tradit, vnde veſtis conficiatur, quæ olim *Medica* dicebatur. Celebratur & à Paulo Iuriſconſulto νῆμα σηρικὸν tanquam Indica ſpecies. Arcadii Principis conſtitutione *ſericobapta vſus priuatis hominibus prohibitus eſt*, vt fere ſuſpicer *ſericas veſtes* non eſſe quibus vulgo vtimur.

Cap. 49. *Libero Liberaque & Cereri ædes dedicauit.*] Pro Libera Proſerpinam accipiendam arbitror. Diodorus in IIII. autor eſt, ex Ioue Cererem, Liberum genuiſſe. In antiquis ſpectationibus legitur huiuſmodi epitaphium;

FAB. ACCONIÆ. PAVLINÆ. C. F. ACCONII. CATVLINI. V. C. EXPRÆF. CONSVL. ORD. VXORI. VECTI. PRÆTEXTATI. V. C. PRÆF. ET CONS. DES. SACRATÆ APVD ELEVSINAM DEO. BACCHO. CERERI. ET CORÆ. SACRATÆ. APVD. LAERNAM. DEO. LIBERO. CERERI ET CORÆ. SACRATÆ. APVD ÆGINAM. DEABVS. TAVROBOLIÆ. ET HIEROPHANTRIÆ.

Cap. 57. *In conuiuio corona aurea magno pondere, &c.*] Solebant antiqui in compotationibus coronas geſtare, vt eſt apud Ariſtophanem in Equitibus vbi poeta ὥσπερ (ait) κρουνᾶς, στέφανον μὲν ἔχων, δίψῃ δ' ἀπολωλώς. inuehitur enim in Cratinum tamquam ebrium & inſanientem. meminit & Diogenianus, vnde Plauti carmen in Pſeud: *Quid ego video? cum corona ebrium Pſeudolum tuum?* mentio eſt etiam Athenæo, & aliis autoribus.

Cap. 58. *Et cupere renouari dextras.*] Tacitus lib. II. oſtendit *dextras concordiæ ſigna* vltro citroque deſtinari ab exercitibus ſolitas.

Cap. 60. *Rampſen Ægyptiorum regem.*] Fuiſſe hunc in ordine B. Hieronymus & Euſebius autores ſunt. cæterum regum illius regionis inenarrabilem fere opulentiam, eo coniectari eſt, quod Suidas tradit, idcirco memoratu dignum, quoniam Chriſtianæ veritatis dogma ſummopere adiuuat. fuiſſe enim Ægypti regem Thulem (corrupte *Thuris* legitur apud Euſebium) qui vſque ad Oceanum dominatus ſit, nomenque inſulæ *Thyle* dederit. hic cum Serapidis oraculum adiuiſſet, inter cætera rogauit: *num quiſquam eſſet, vel futurus foret ſe potentior?* cui reſpondit oraculum;

Πρῶτα θεὸς, μετέπειτα λόγος καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς·
Σύμφυτα δὲ τρία, πάντα καὶ εἰς ἓν ἰόντα.
Eſt Deus inprimis, mox Verbum, & Spiritus ipſe:
Iuncta ſimul tria ſunt, ſed conuenientia in vnum.

Cap. 87. *Acerbe increpuit Tiberius eos qui ipſum dominum dixerant.*] Tametſi appellatio hæc priſcis temporibus vti nimis ſuper-

ba, principibus non adderetur, ſuadente tamen fœda adulatione, tamdem quoque recepta, mox etiam in priuatos tranſiit. notum eſt illud Martialis: *Edictum domini deique noſtri*; & Plinii in epiſt. ad Traianum, vocem hanc idemtidem ingerentis. Sed & Seneca ad Lucilium; *quomodo obuios ſi nomen non ſuccurrit, dominos ſalutamus*. Mart. quoque rurſus.

Cum te non noſſem, dominum regemque vocabam.

Sed nemo certe felicius, nemo elegantius Græco poeta Pallada, hoc tetraſticho,

ἢν ὁ φίλος τι λάβῃ, δόμινε φράτερ αὐτὸς ἔγραψεν.
ἢν δ' ἂν μή τι λάβῃ, τὸ φράτερ εἶπε μόνον.
ὤνια γὰρ καὶ ταῦτα τὰ ῥήματα, αὐτὰρ ἔγωγε
οὐκ ἐθέλω δόμινε, οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι.

Negat poeta, *velle ſe dominum ſalutari*; *quia non habet*, quod det aſſentatori hoc modo eum ſalutanti. Ludit autem ſimilitudine nominis δόμινε & δόμεναι.

Cap. 85. *Atque illo prætendente ſexaginta dies ad conſultandum datos, &c.*] Crimen adulterii ex lege Iulia publici iudicii eſt. expectantur autem ſexaginta dies, quibus maritus in accuſatione præfertur: qui ſi interim neglexerit, adulteræ pater admittitur, hinc alii, Iuriſconſultis auctoribus. maritus autem qui matrimonium ſuum ita contemnit, vt adulteram vxorem non accuſet, lege Iulia tenetur Vlpiano.

In Libr. Tertium Annal.

CAP. 28. *Poſt lex Papia Poppæa, quam ſenior Auguſt. incitandis cœlibum pœnis & augendo ærario ſanxerat.*] Plura ſunt capita legis Papiæ. inter cætera vno cauebatur, vt qui coniuges, filios non haberent, quod alter alteri legaſſet decuma parte fiſco applicaretur. Hinc apud Iuuenalem.

Iura parentis habes, propter me ſcriberis hæres,

Legatum omne capis.---- debere enim ſibi maritum adulter ait, quod filios ſuo beneficio de vxore gignat: quam ob rem totum legatum aſſequitur, quod alioquin ex lege Papia decima parte fiſcus accepiſſet: vt mira ſit in illud carmen ſex interpretum negligentia. Reſcriptum autem deinde eſt à diuis Cæſ. Arcadio & Honorio in hæc verba, *Inter virum & vxorem rationem ceſſare e lege Papia decimarum, & quamuis non interueniant liberi, ex ſuo quoq; eos ſolidum capere teſtamentis (niſi fortaſſe lex alia minuerit derelicta) decernimus. tantum igitur poſt hæc maritus vel vxor ſibi inuicem derelinquant quantum ſuperſtitis amor exegerit.* e autem hæc lex, titulo de infirmandis pœnis cœlibatus. qui lo cus Diſpunctionum libro 3. à nobis plane diffuſiore tractatu ex plicatus eſt.

Cap. 6:

Cap. 62. *Vti Dianæ Leucophryene perfugium inuiolabile foret.*] Fuisse huius deæ hoc cognomento aram Athenis quoque, auctor est Pausanias, cui à Themistoclis filiis dedicata statua fuerit. sed fani quod in Magnetibus sit pulchritudinem amplitudinemque Strabo in XIV. exequitur.

IN LIBR. QVARTVM ANNAL.

CAP. 16. *Nam patritios confarreatis parentibus genitos.*] Legitima matrimonia ab antiquis ita celebrabantur, vt farreum libum communicarent, & degustarent: Festus & Boetius auctores. Apuleius quoque, *Talis*, inquit, *mulieris publicitus matrimonium confarreaturus.* meminit & Dionysius Halicarnassæus.

Cap. 69. *Celium appellitatum à Cele Vibenna, &c.*] Querquetulanam portam à querquetis dictam, etiam Festus scribit. Cæterum hic locus sic fortasse emendabitur; *Cælium appellitatum à Cæle Vibenna, qui dux gentis Etruscæ cum auxilium aduersus Sabinos præbuisset, sedem eam acceperat à Tarquinio.* cum Sabinis enim tunc belligeratum Festus quoque scribit, & Dionysius.

Cap. 70. *Cæsar solennia incipientis anni Kal. Ianuar. epistola precatus.*] Caius de verborum significatione: *Post diem*, inquit, *tertii Kal. Ianuariarum vota pro salute Principis suscipiuntur.* meminit huius rei & Plinius Cæcilius ad Traianum.

IN LIBRVM VI. ANNAL.

CAP. 37. *Sacrificantibus cum hic more Romano suouetaurilia daret.*] Corruptus locus est; vt reponendum suspicer, *Solitaurilia.* Sunt hæc sacrificia quibus tres diuersæ hostiæ imolantur, *taurus, aries, verres*: sic dicta, quod integri corporis hæc animalia sint. *Solum* Osca lingua *totum* significat. Festus. hinc *solocism*um Catullo. Erunt fortasse quibus nihil immutandum videtur, vt vox sit composita à *sue, oue & tauro.* sed certe nimis insolens est compositio.

IN LIBRVM XI. ANNAL.

COGNITA *præuaricatione.*] *Præuaricator* dicitur qui cum reo colludit. Marcellus ad S.C. Turpil. *Accusatorum*, inquit, *temeritas tribus modis detegitur. aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur. calumniari est falsa crimina intendere. præuaricari est vera crimina abscondere. tergiuersatur qui in vniuersum ab accusatione desistit.*

Cap. 5. CCCC. *nummorum millibus.*] Hæc summa nostro ære decem millibus ducatorum valet, quandoquidem il-

lud conſtat, mille nummis ſeſtertium argenti æſtimari, eſſ
autem ſeſtertium libras duas & ſemiſſem, hoc eſt, vncias argen-
ti XXX. quæ plus minus XXV. noſtros coronatos æquan
precio.

Eod. *Legem Titiam flagitant.*] Hac lege tenebantur aduo
cati qui mercenariam clientibus operam præſtabant. inuehi-
tur Auſonius in mollitiem Iuriſconſulti, eumque deridet, quo
legem Titiam non metueret; quod enim indoctus erat nihil lu
crabatur.

Cap. 6. *Vſque ad dena ſeſtertia.*] Iuriſconſulti tradunt lic
re aduocato in ſingulas cauſas pro honorario centum aure
accipere. hanc ſummam eamdem cum H-S. X. arbitror, cu
centeni nummi aureo penſentur, & decem ſeſtertia decem mi
libus nummorum ſeſtertiorum valeant. qua æſtimatione co
ſequens eſt æſtimari aureum antiquum vndecim libris, a
bus quinque noſtris, hoc eſt, duobus ducatis coronatis cum
midio.

Cap. 8. *Proximas præfecturas corripiat.*] Varia huiuſce
ctionis eſt ſignificatio. Agennius Vrbicus libro de controu
ſiis agrorum, *præfecturas eos agros* dici auctor eſt, *qui cum alteri
iuriſdictionis eſſent, principis placito alicui ciuitati aſſcribunt*
Sunt & *præfecturæ* dictæ, munia præfectorum. Auſonius: *Pra
ecturarum titulo tenuere ſecundo.* Sunt enim quatuor dignitatu
in iure ciuili ordines, *illuſtres, ſpectabiles, clariſſimi, perfecti
mi.* ex his præfecti ſunt ſpectabiles. vt merito dictum ſit, *ſec
dum his titulum dari.* Sed & non abſimili ſignificatione in Aſſy
& Medis præfecturæ erant. ſic enim vertit Plinius quas Gr
νόμους, Herodotus etiam σατραπείας appellauit, vt Laur. Valla in
liciſſime *portiones* tranſtulerit.

Cap. 20. *De origine Curtij Ruſi.*] Sunt qui opinentur
ſtoriam rerum ab Alexandro geſtarum huius eſſe, qui vu
Q. Curtius citetur; defenduntque indeprenſo teſtimonio,
ſeruaſſe ſcilicet in antiquis codicibus. ipſe Angleriæ apud V
banum, aram marmoream pluribus ſignis illuſtrem vidi, cum
tulo *Q. Curtij ſextumuiri*, à quo fuiſſet dedicata.

In Librvm XII. Annal.

CAp. 26. *Rogata lex qua in familiam Claudiam & no
Neronis tranſiret.*] Eum *adoptionis* morem attingit,
per arrogationem fiebat, de qua etiam Gellius. Cæterum &
men hic pro *gentili familia* accipitur. Cintius, & Cicer. in
picis, *gentiles*, inquit, *mihi ſunt qui eodem nomine vocantur.*
ler. Maximus auctor eſt, *à Q. Metello eiuſdem nominis viro*
har

hæredatos, hoc eſt, agnatos, gentileſque ſuos: vt inde exiſti-mem; in tribus Ro. nominibus, vt C. Iulius Cæſar, nomen Iulii familiam ſignificare. quo exemplo mihi nomen erit, *Alciatus*, *Andreas* magis cognomini quadrabit, quam præno-mini, licet nemo non contrarium opinaretur. Sed aliâs latius.

Cap. 29. *Prædationibus & vectigalibus auxerat.*] Non hic ac-cipienda arbitror tributa, quæ ob res vrbi inuectas, euectasue ſoluuntur, ſed potius agros vectigales intelligendum. Scribit Iulius Fronto, in opuſculo de limitibus agrorum, *ſolitos vete-res quos agros de hoſtibus capiebant, alios veteranis in præmia aſſi-gnare: in alios colonias deducere: quoſdam mancipibus in lon-gum tempus locare vt annuam aliquam mercedem principi darent: os vectigales dici.* Auxerat igitur his regnum Vannius. non tri-butis aut portoriis, quibus Germanos numquam atteri potuiſſe, auctorum conſenſu traditur. in hoc ſenſu *vectigalium* mentio eſt etiam Iuriſconſultis.

Cap. 39. *Sicambri traiecti in Gallias fuere.*] In Menapiis con-ſediſſe, ex auctorum lectione deprendi, vt hi ſint qui nunc *Gel-renſes* quaſi *Galli rhenenſes* vocantur, Nimagum Venloemque pagos habent, & Vahalem Rheni attingunt.

Cap. 42. *Agrippinam imperatore genitam, ſorore & ma-trem & coniugem eius qui rerum potitus ſit, &c.*] Si *Imperato-rem* quales erant ante occupatam remp. accipiamus, non ita magnum erit exemplum: ſi pro *Principe*, falſum: quandoqui-dem Germanicus Agrippinæ pater dominationem numquam aſſumpſerit. Igitur ſciendum inter *Cæſares* & *Imperatores* & *Au-guſtos* multum interfuiſſe. *Cæſares* dicti, qui Auguſtæ maieſta-tis hæredes deſignati eſſent, adminiſtratione rerum illis inter-dicta, niſi aliquam fortaſſe prouinciam Auguſti iuſſu admi-niſtrandam haberent. hinc nulla eis donatiui militibus dan-di facultas erat: in comitatu eos ſolum habebant, quos Princeps tribuiſſet. Paulo maior *Imperatoris* dignitas, qui licet infra Au-guſti faſtigium poſitus, eiuſque arbitrio bella gereret, ſummam tamen poteſtatem in magiſtratus inque milites habebat, iuſque illi indicendi belli erat. ſolo itaque Imperatoris nomine deco-ratus fuit Germanicus. ſicut à Galba Piſo *Cæſar* ſolum nuncu-patus eſt. Cæſarum imperatorumque creandi poteſtas militibus conceſſa. primum Maximinum poſthabita ſenatus auctoritate milites Auguſtum fecere. Hæc ex Ammiano, Lampridio, & Con-ſtitutionibus.

Cap. 53. *Refertur de pœna fœminarum quæ ſeruis coniungeren-tur.*] Senatusconſultum hoc, Claudianum in iure appellatur, cu-ius quoque mentio in Inſtitutionibus.

In Librvm XIII. Annal.

CAP. 15. *Regnum lusu sortientium euenerat ea sors Neroni.*] Iulius Pollux onomasticon nono, lusum quemdam, describit, qui *βασιλίνδα* dicatur, cum ducta sorte aliquis fit rex, & is quidpiam difficile ministro qui sorte pariter obtigerit, imperat, de hoc intellexisse Tacitum dubio procul existimo; sicut & Tragum in primo.

Cap. 27. *Quin & duas manumittendi species institutas.*] Tradit Tacitus eos qui vindicta manumissi sint, ex ingratitudine in patronos in seruitutem non reuocari. quod ex Constantini magni constitutione falsum fere conuincitur. *Quod si is, inquit, qui nostro concilio vindicta liberatus est, post cohertionem pœnitentia dignum se præstiterit, vt ei ciuitas Romana reddatur, non prius fruatur beneficio libertatis quam si hoc patronus eius oblatis precibus impetrauerit*, L. Si manumissus C. de lib. & eorum lib.

Eod. *Ingenuitatis iudicium.*] Quo pronunciabatur aliquem numquam seruiuisse, sed liberis parentibus natum: is enim proprie ingenuus dicitur Iurisconsultis, iuxta illud Theognidis,

---- φύεται
οὐδέ ποτ' ἐκ δούλης τέκνον ἐλεύθερον.

Cap. 31 *Sestertium quadringenties.*] Subintelligenda sunt centena millia. Liuius libro 4. Punici belli: *Cum deessent nautæ coss. ex S.C. edixerunt, vt qui L. Æmilio & C. Flaminio censoribus millibus æris quinquaginta ipse aut pater eius census fuisset vsque ad C. millia, aut cui postea tamta essent facta, nautam vnum cum sex mensium stipendio daret. qui supra centum M. vsque ad CC. millia, treis nautas cum stipendio annuo: qui supra CCC. millia vsque ad decies æris, quinque nautas: qui supra decies VII.* quibus verbis ostenditur, *decies æris*, decies centena millia æris significare: vt hic non parum mirer, quemadmodum doctissimus vir Budæus præuaricatus sit.

Cap. 32. *Factum S.C. vltioni & securitati.*] Vocatur id in re ciuili, S.C. Pisonianum. Cuius Paulus meminit dig. lib. XXI titulo ad Syllanianum. L.S.C. Pison.

In Librvm XIV. Annal.

CAP. 17. *Collegia quæ contra leges instituerant dissoluta.*] Legem Solonis intelligit cuius verba Caius refert in tractatu de colleg. illicit. ἐὰν δὲ δῆμος, ἢ φράτορες, ἢ ἱερεῖς ὀργίων, ἢ ναῦται, σύσιτοι, ἢ ὁμοτάφιοι, ἢ θιασῶται, ἢ ἐπὶ λείαν ἰχόμενοι, ἢ εἰς ἐμπορίαν ἢ ἂν τούτων διαθῶνται, πρὸς ἀλλήλους κύριον εἶναι, ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ δημόσια γράμματα.

Cap. 2

Cap.27. *Puteoli ius colonia & cognomentum à Nerone adipiscun-ur.*] In fragmentis quibusdam Iulij Frontini, de agrorum limiti-us,& Iurisdict.ita legitur: *Puteolis colonia Augusta. Augustus Ne- deduxit, ex vno latere iter P. R. debetur pedum XXX.ager eius in geribus veteranis, & tribunis legionariis est adsignatus.* Cogno-ientum igitur *Augustæ* acceperat Puteolorum colonia,à Nerone.

Cap.40. *Fabianus tabularius obsignat.*] Hi *tabelliones* vulgo di-intur. Lege antiqua erant pars decurionum & Reipubl. rationes onficiebant. Recentiores Cæsares videntur noua voce hos cato-:ianos appellasse.

EX LIBRO XV. ANNAL.

Cap.32. *Cæsar nationes Alpium maritimarum in ius Latij trāstu-*]Locus hic admonet,vt varia Alpium nomina attingam,quan-eorum qui de his scripsere etiam ex recentioribus, diligentiam n satis probem. Igitur *Alpes Pœnas* ipse eas esse opinor,per quas Druentia flumine recta in Italiam tenditur Brigātionem versus 'erretam; quæ via nostro quoque tempore est frequens. *Graias* o esse quę & maritimæ, quod per eas Hercules iuerit, vbi etiam inœci portus, illi sacer, vt auctor est Amianus libro 15. *Coctias* em existimauerim, qua à Segusio oppido per Centronas itur; etsi recentiores, vt Paulus Diaconus & Georgius Merula *Co-s* esse existiment,in quibus Bobium vrbs est. quod antiquis au-ibus non est probabile. Sed & Coctias appellatas quandoque m *Iulias* non falso fortasse aliqui tradunt, quod in eas per Tri-sinos eatur. Bellouesum autem per Tricassinos in Iulias alpes isse, Liuius est auctor. Sed & non male *Iulias* Tacitus appellat es, quæ versus Carnos sunt, vnde & *Iulium Carnicum*, & *Fo-i Iulij*, qua ex Venetia in Noricum itur. cui sententiæ ex re-tioribus adstipulatur Sabellicus in Aquileien.historia. Sunt & *tica Alpes*, quibus in Rhætos vadimus, quos vulgo *Chrisones* ant,incipiunt ab Adya monte (Straboni corrupte legitur nunc *ula*,nunc *Aduela*) id est, inaccesso. vernacula simplicitas *mon-Bralium* nuncupat,in Volturena,seu vt imperiti, in valle Te-,&in Venetiam protenduntur, donec Ocræ subeant. *Lepontiæ* uc seruant nomen. sunt in Suitensibus,qua Claronam ex Bili-is castro rectà tendimus. In Alpibus quas Cæsar in commen-s, *Summas* appellat cum cæteris conuenio. Sunt inter Sedunos eragros vbi & Octodorus est pagus,quem sancti Mauritij vo-. Cæterum quamuis hæc nostra sententia videatur plurimis oribus congruere, non arbitror omittendum, esse etiam qui agentur, quando Ptolemæus inter Adulam & Ocram *Pœnas* collocet, quo in loco esse Rhetica iuga ipse prodidi. verum linio illius sententia confutatur, qui de Graiis & Pœninis in los descendi tradit: vt fortasse *Pœninæ Alpes* illic incipiant &

desinant in maritimas, si Ammianum sequimur. Est & adhuc Suitensibus qui vulgo eorum sermone Alpes *Grey* dicatur mons, qua Friburgum tendimus. Ipse inter veteres non omnino constitisse harum nomenclaturam existimo. Nam & Plinius in Lepontiis dissidere fere visus est, qui cum *Coctiana iuga* Centronibus vicina tradidisset, Graiis Alpibus aut easdem aut certe contiguas Lepontias mauult: quod non probo, cũ longe grauior sit auctor Cæsar, vnde nostra sententia fulcitur; & Plinius non affirmet, sed aliorum relatione ex etymo innuere videatur.

EX LIBRO XVI. ANNAL.

CAp. 8. *Calpurnius Fabatus eques Ro.*] Fuit hic patria Nouocomensis, C. Cæcilij Plinij prosocer. eius antiqua memoria adhuc Comi visitur Iouij Benedicti, V. Cl. opera, eruto monumento in hæc verba: C. CALPVRNIVS. L. F. O. V. F. FABATVS. VIVIR. IIIIVIR. I. D. PRÆF. M. PRÆF. PRAET. TRIB. LEG. XXI. RAPAC. PRÆF. COHORTIS VII. LVSITAN. ET. NATION. GETVLIC. AREN. QVÆ SVNT IN. NVMIDIA. FLAM. DIVI AVG. PATRIMONIO. T. F. I.

Cap. 13 *Cladẽ Lugdunensem quadragies Hs. solatus.*] Æstimatur hæc summa centum milibus ducatorum nostræ ætatis.

Cap. 21. *Ludis cesticis ab Antenore institutis.*] Agonas pu[...] institutos posset quis credere; quando *cestus* manibus indu[...] penso plumbo pugilum instrumenta sint, Maroni & Flacco [...] terum quid ad rem faceret *habitus Tragicus?* nisi immutatam [...] go seculo ludorum formã quis crediderit, aut *cesticos* dictos [...] habitu mulierum viri in his exercerentur. κεστὸν, Veneris vest[...] prie esse, in scholiis Græcis traditur; sed per abusum, cuiusuis mulieris indumentũ dici, vt in Epig. ἡ κεστοῦ φωνεῦσα μαγώτερ[...] & quibus arridebit, vt *Xysticos ludos* legamus, quod non pro[...]

IN LIB. I. HISTOR.

CAp. 11. *Ægyptum regebat Tib. Alexander eiusdem nat[...]* Hunc lacerari satyrico carmine crediderim:

Atq; triumphales inter quos ausus habere
Nescio quis titulos Ægyptius, aut Arabarches.

Eusebius enim lib. 11. sacræ historiæ *Arabarchen* fuisse hunc [Ale]*xandrum* scripsit, idem & Iosippus in antiq. Iud. XX. lib[...] quem, Rufinus inepte *Arabarchen* interpretatur *salis præf[ectum]* quasi ἁλοσαρχὴν legerit. Extat Imppp. Val. Grat. Th[eod. in] hæc verba constitutio: *Vsurpationem totius licentiæ submou[...] circa vectigal Arabarchiæ per Ægyptum atque Augustaneam [...] stitutum, nihilque super transductione animalium vendicari p[...] timus.* quæ verba indicant *Arabarchen*, præfectum fuisse [...] ptrarium exigundo vectigali de pecuariis, quæ ex Arabia [...]

ptum deuehebantur: vt ſit illud nomen officij publicanorum. rito ergo Iuuenalis Alexandrum taxans, & officij vilitatem icit. vt non iniuria damnandi ſint, qui ſimpliciter *mollem* acunt, idque editis annotationibus probant. quapropter & in e-. M. Tullius ad Atticum appellat *Arabarchen*, M. Antonium aſi Ægyptium publicanum. extorquebat enim ab illis ingentia ctigalia, vnde pecuniam conflaret, quam deinde prodigeret, vt apud Plutarchum.

Cap.13. *Annulis donatum libertum.*] Paulus iuris autor, *Qui ius*, quit, *aureorum annulorũ impetrauerit, vt ingenuus habetur*; idẽq; cripſiſſe diuum Adrianum Vlpianus ſcribit. concedebat autem us imperator etiam fœminis, vt natalibus reſtitueretur.

Cap.24. *Quotiens Galba apud Othonem epularetur, cohorti excu-s agenti viritim cẽtenos nummos diuidebat.* Tranquillus, *aureum* e ſolitum tradit: vt inde fortiſſimum ſit argumentum, *centum mis* æſtimari *aureum*.

Cap.25. *Barbium Proculum Teſſeranum ſpiculatorem.*] Fortaſſe *erarium*. Modeſtinus in re militari ſic appellari eos ſcribit, qui cepta Imp. per contubernia ſignificant. In antiquis inſcriptio-is Comi, *Teſſerarij dolabrarijs* iunguntur pago cliuio. Amianus cellinus lib. XIV. *Aurigariam*, inquit, *aut artem teſſerariam tentur*: vt coniectura ducar, eſſe qui quod vulgo vocant *intar-m faciunt*, quos recentiores Cæſſ. *diatretarios* vti ſuſpicor ap-nt.

ap.52. *Virginium equeſtri familia.*] Cæc. Plinius vicina Como genitũ Virginiũ tradidit, quapropter ſecũ habuiſſe cõiunctas ſſiones, tũ ſuæ villæ nomẽ Alſiam, vt dubio procul Virginius iolanẽſis fuerit. quod oſtendunt frequẽtia marmora quæ paſ-ic occurrunt Virginij nomine inſcripto. Sed & *Alſia* adhuc at nomen in Variſienſi præfectura. vnde & familia eſt mea.

ap.53. *Superior Germania*, & paulo inferius, *Belgica & Lugdu- Gallia.*] Ammianus ſcribit ita diuiſas Galliæ Germaniæq; p-ias. Prima Germania Mogunciaco Argentoratoq; nobilis, ſe-la Germania in qua Agrippina & Tungri. Prima Belgica Me-natrices & Treuiros habens, tum ſecunda, Remos, Sequanos, ianos complexa. Hinc Lugdunẽſis prima, Senones, Bituriges, dunũ, Auguſtodonũ: Secunda Rotomagũ, Mediolanũ, Trica-s alpes continebat. Eodem modo & Aquitaniæ fines diſtincti.

ap.61. *Quotidianis alpibus Italiã irrumpere.*] Nemo opinor vel doctus nõ cognoſcet *Coctianis* legendum: vt inde eorum ſen-a confutetur, qui Genuam quoq; in Coctiis eſſe dixerunt, nec illac tranſiſſe Vitellianos quiſquam prodidit.

ap.67. *Heluetij Gallica gẽs.*] Eutropius eorũ ſedes à Quadis oc-tas ſatis oſtendit: vt ſuſpicer oẽs deletos cũ Quadi Marcoma- ſub Aureliano in Italiam prorupere. extat adhuc in eis vallis

Marcomana nomine. Periere & illi. atque ab Alamanis (coll
Germanorum erat) superati, in eorum nomen concessere. à T
derico deinde Gotho victi, Francis ex fœdere dediti sunt. auc
mum Saxonum accessione, quos ob violatam pluries fide
bus eiectos Carolus Magnus in Alpes coniecit, *Suitenses* co
dici. paruere deinde regibus Germanorum. Centum fere
sunt, cum se cæsis præfectis in libertatem asseruere, cum cæ
pressis Cæsaribus. Hac ætate prima illis peditatus gloria. A
lippo Vic. quod deletis cohortibus dedecus subierant, frequ
bus nunc victoriis recuperauere, nisi quod & memorabili p
sua inter se perfidia in suburbanis Mediol. à Francisco Franc
rege cæsi, superbos titulos deponere rursus coacti sunt.

Cap. 76 *Iulius Cordus.*] Existimo castigatiorem lectione
Manilius Cordus. Extat Bononiæ post Petronij fanum tumu
in hæc verba: Q. MANILIO C. F. CORDO. TR. L
XXI. RAPAC. PRÆF. EQVIT. EXACT. TRIBV
CIVITAT. GALL. FAC. CVR. CER. LIB. IN. A
P. XLIX. IN. FRO. P. XLIX.

In Librvm II. Histor.

CAp. 2. *Neque abhorrebat à Berenice iuuenilis animus.*] F
hanc forma conspicuam quodam disticho Asclepiad
eius imaginem scribit, si modo de eadem sensit. nam & alia
nomine celebrantur:

κύπριδος ἅδ' εἰκών, φέρ' ἰδώμεθα μὴ βερενίκης.
διστάζω ποτέρᾳ φῆ τις ὁμοιοτέραν.

Ambigo an hæc Veneris sit imago, vel Berenices.
Sit mage vtri similis hospes amice refer.

Cap. 3. *Conditorem templi regem Venerianum vetus mem*
quidam ipsius deæ nomen id perhibent.] Id regis deæque nomen
facile quemquam offendas qui in promptu habeat. ipse *Vra*
lego. vnde Paphia Venus *Vraniæ* nomen sumpsit. Pausanias, in
tica; Vraniæ Veneris templum extitisse autor est, quam mor
um primi Assyrij coluerint, mox Paphij, deinde Phœnices qu
scalonem Palestinæ incolunt. à quibus edocti Cytherei hi
sacris initiantur. sane huius Paphij templi fusius meminit Lu
nus dialogo qui inscribitur, ἔρωτες.

Cap 14. *Paganus.*] Vox hæc in iure magis frequens quam in
teris autoribus, accipitur eo significatu vt omnes comprehe
qui milites nō sint, à *pagis*, id est, oppidis deducta. qua ratione
sium credibile est *semipaganum* se dixisse, quasi semimilitē se
denotaret, & iccirco non plenè poeticam quæ ars vmbratic
edoctum. alioquin me non latet, *pagum* prima origine à font
ctum. πηγή.

Cap. 24. *Ad XII. à Cremona locus Castrorum vocatur.*] Pa
Orosius *Castoris* vocari eum locum est autor.

ap.42. *Lego vna & vigesima, cui nomen Rapax, ex parte Otho-*
ima Adiutrix.] Indebantur hæc cognomina legionibus for-
, & plerumque arbitrio imperatoris, vnde & primam legio-
Mineruiæ nomen habuisse Spartianus scribit. sed & in vete-
marmorum inscriptionibus hæc earum cognomina reperi, vt
nda legio *Italica, Germanica Parthicaque* sit dicta; III, legio
usta, Cyrenaica, Prætoria, Gallica: IIII, *Macedonica*: V, etiam
tia: VI, *Ferratensis* & *Gallicana*: VII, *Claudia Geminia Ga-*
nsis: IX, *bis Augustalis*: X, *Fretensis Geminia*: XI, *Apollina-*
icut & XVI, sed & legio XX, *Victrix*: XXII, *Primigenia*:
II, & XIIII, *Geminia*, quandoque & *Germanica*: XXX, &
XII, *Virginia*. cæterarum nomina adhuc non comperi.
ap 54. *Causa fingendi fuit, vt diplomata Othonis quæ neglige-*
ur latiore nuncio reuiuiscerent.] Institutum erat ab Imperato-
s, vt certis locis dispositi haberentur equi, quorum mutatione
rime possent rerum gestarum nuncij ad Cæsarem ex prouin-
enire. non dabatur autem hic cursus publicus, nisi ei qui sa-
n diploma haberet; vt videlicet ante cæteros omnes, quicquid
tetur Imperator sciret. quapropter Præsides prouinciarum ni-
magna causa priuatis diplomata non concedebant. quod o-
lit Plinius Cæcil. in epistolis ad Traianũ. Venuleius Iuriscon-
s; *Non debet*, inquit, *felici diplomate vsus omni tempestate con-*
ta continuare iter diebus & noctibus. Ex his clarissimus red-
: Taciti hic locus.

In Librvm III. Histor.

Ap. 6. *Hostilia.*] Vicus olim Veronensium, nunc Ferrariensis
agri nomen seruat. Tacitus annuere videtur, paludibus Tar-
fuisse proximam, cum fere per LX. miliaria distet; eam Pa-
alluit, non longe est à Vitelliana, quam vulgares *Viadanam*
int.
Cap. 23. *Magnitudine eximia balista.*] Formam balistæ expli-
ibro vltimo Vitruuius, Vegetius quoque quædam addit. hi o-
s, saxa tamtum balistis iaci autores sunt cum Tacito; sed dein
ata quoque forma est. quapropter in commentariis Theodo-
hema balistæ quadrirotis vidi cũ interpretatione qua osten-
r sagittas ex ea cœptum fuisse iaculari. *Clauarium* cap. 50. do-
ui nomen esse Tacitus autor est. ipse *clauem* in Constitutioni-
Cæsarum legi, nomen cuiusdam indictionis extraordinariiq;
ti esse. quapropter lib. XII. Cod. Iust. titulus est in hæc ver-
de prætoribus & collatione, & gleba, & claui, & Pholle, & VII.
iorum functione.

In Librvm IV. Histor.

Ap. 26. *Tunc fatum & ira dei vocabatur.*] Caius lib. X. ad e-
dictum prouinciale. *Vis*, inquit, *maior quam Græci* θεοῦ μῆνιν

vocant. videntur enim autores quicquid graue, quicquid h...rife
rum mortalibus accidit, diuinæ iræ adſcribere. cuius rei ex H...me
ro Apollonioque aliquando plura.

Cap. 45. *Iuſſu magiſtratuum.*] Decuriones intelligit. h...im
proprie magiſtratus municipales ſunt Iuriſconſultis.

Cap. 47. *Seſtertium ſexcenties.*] Quindecies centena mil...du-
catorum quantitas huius pecuniæ æquat.

Cap. 70. *Pontem Nauæ fluminis abruperat.*] Non celebra...hic
fluuius ab autoribus eſt, ſolum Auſonium mentionem eius...ce
deprendi.

Tranſieram celerem nebuloſo flumine Nauam.

Cap. 84. *Plerique ditem patrem inſignibus quæ in ipſo man...ſta.*]
Non explicat Tacitus huius dei formam, quam in ſacra h...oria
Rufinus ex Euſebio ſic exequitur: *Coluiſſe Chaldæos ignem...
Aſiam circumtuliſſe, vt cum cæterarum gentium diis congre...
cumque cætera idola vel lignea, vel ex metallo eſſent, facile v...
gnis ea vel comburebat, vel liquabat. quapropter ſuo deo me...
Ægyptij ſacerdotes, tale quippiam commenti ſunt. Hydriæ in Ægypt...
fieri ſolent crebris minutiſque admodum foraminibus, quibu...aqu...
defluens defecatior lympidiorque redditur. harum vnam eiec...
re ſimulacro columnæ impoſuerunt, caputque addiderunt, & ...
tuſis foraminibus repleuerunt aqua. ſic aduenientibus Chald...
ignem ſtatuæ circumdediſſent, liquefacta cera dimanantibu...aqu...
extinctus eſt, victorque hoc potiſſimum modo Ægyptius fuit. h...
effigies perexiguis erat pedibus, attracto collo, ventre tumido, ...
reti, hydriam plane referens.* addit *Canopi fuiſſe ſimulacrum*, ...me-
rito quis credere poſſit, diuerſam ab ea ſtatuam, quam T...citus
refert.

IN LIBRVM V. HISTOR.

CAp. 5. *Vitis aurea templo reperta Liberum patrem coli ar...men-
to eſt.*] Bacchum à Iudæis cultum Plutarchus in ſy...poſiis
tradidit, appellatumque eorum lingua σάββον: vnde *ſabb*...i no-
men, quam ſententiam Iudæi ipſi etiamnum de ridiculo h...bent.
Mirum autem eſt qua impietate Tacitus Hebræorum h...orias
peruertat, & quod Dei Opt. Max. ope factum eſt, à miracul...dmi-
ratione diducat, tum quæ dei ſunt, humanis viribus adiud...et.

IN DIALOGVM DE ORATORIBVS.

CAp. 19. *Quicquid aridiſſimis Hermagoræ & Apollodor...bris.*]
Hermagoras Æolides Carion cognomine, ſcripſit rhe...ricos
libros VI. de accurata oratione, de elocutione, de decore, ...figu-
ris. docuit Romæ poſt Cæcilium ſub Auguſto. fuerunt &...ij ill...
cognomines, quos referre nihil attinet. Apollodorus Per...meus
Cæſaris Auguſti præceptor & familiaris, ſcripſit rhetorica...& no-
uæ hæreſeos fuit autor: ex Suida & Strabone.

IN AGRICOLÆ VITAM.

Ap.36. *Et breuibus cæteris missilia nostrorum vitare.*] Legendum *cetris*, est enim species scuti; Vergilio & Grammaticis.

IN LIB. DE GERMANIS.

Ap.1. *Danubius præcipiti & excelso montis Arbonæ iugo oritur.*] Ausonius ignotum Danubij fontem esse scribit:

Danubius penitis caput occultatus in oris.

pollonius ab Hyperboreis nasci eum cecinit, manifesto comento. sed omnino Taciti vera est sententia, si non *Arbonæ*, sed *rnobi* legatur. in eius enim radicibus oriri iam notissimum est, ope Hercyniam syluam; vulgo *syluæ nigræ* nomen seruat, ex aduerso Rauracum, quorum oppidum est Basilea. *Arnobi* Plinius olomæusq; meminit. De hostiis quoq; nō eadē sentiunt autores.

Cap.28. *Boiemi.*] Populos hos esse Germaniæ, nō Tacitus tamm, sed & Ptolemæus autor est. Hi ex Germanorum instituto ses mutauerunt, montanosq; locos occupauere iuxta Albis flufontes. Seruatur adhuc nomen. vt Pium Pont. non parum adrer, de eorum origine fabulosa quædam memoriæ prodentem, d in historia.

Cap.40. *Longobardi.*] Ex Scandauia insula venisse Paulus Diaius scribit: à *barbæ longitudine*, quod eam promitterent, dictos stimauit Georgius Merula. addit quisquis fuit Theodatus, cum inili dicerentur, cumque Erulis congredi pararent, deæ cuiusm Godæ impulsu mutasse nomen. quæ omnia fabulosa sunt, uandoquidem puri puti Germani. fuere, barbara appellatione uncupati, quæ de Latino idiomate minime sit trahenda. Chrianos ætate sua fuisse Procopius, non vno in loco est autor, cum centiores omnes in Italia suscepisse fidei rudimenta perquam curiose scripserint.

Finis Notarum Alciati.

EATI RHENANI CASTIGATIONES in Corn. Tacitum.

QVIA quinque priores Annalium libros percurri, ne viderer intactos ex negligentia reliquisse, nolo cælare Lectorem de cis quibusdā iudicium meum. Idem ante nos fecit Philippus Bealdus iunior miro candore citra omnem ambitionem. Quod si obis copia fuisset archetypi codicis Corbeiensis, quem Romę etmnum extare puto Leoni X. Pont. Max. dum viueret, oblatum, ortassis plura quum meliora tum certiora adnotassemus eruissenusque. Nunc laborem qualemcunque æqui bonique consule, & os, vel de iuuandi studio, ama.

IN LIB. I. ANNAL.

CAp.6. *Vt non aliter ratio constet, quam si vni reddantur.*] Ma-lim, *reddatur.*

Cap.7. *At Romæ ruere in seruitium Consules, Patres, Eques,* quato *quis illustrior.*] Hic nõ erat opus asterisco. Nã quod sequitur *Neu tristior primordio,* refertur ad illud quod præcessit, *Eques,* & suau-ditur, *quisquam esset.*

Cap.9. *Multa Antonio tunc interfectores patris vlcisceretur* mul-*ta Lepido concessisse.*] Lego. *Multa Antonio, vt interfectores* patris *vlcisceretur, multa Lepido concessisse.*

Sed Pompeium imagine pacis, sed Lepidum specie amicitiæ dece-*ptos.*] Legerim; *Sed Pompeium imagine pacis, & Lepidum specie a-micitiæ deceptos.*

Quæ Tedij & Vedij Pollionis luxus.] Lego. *Q. Vedij Pollionis lu-xus,* hoc est, *Quinti Vedij.*

Cap.12. *Sed & sua confessione argueretur.*] Accipiendum, & pro *etiam.* nam subauditur *vt,* quod mox præcessit.

Cap.13. *Quousque patieris Cæsar non adesse apud te Reip.*] Quid si quis legat, *Quousque patieris Cæsar non adesse caput Reipubli*cæ.

Cap.15. *Mox celebratio annum ad prætorem translata.*] Lege, *Mox celebratio annuum ad prætorem translata.*

Cap.17. *Non abtrectari à se vrbanas excubias, sibi tamen* apud *horridas gentes è contuberniis hostem aspici.*] Lego, *ibi tamen* hoc est, eo loci.

Cap.20. *Intus operis ac laboris.*] Legerim, *attentus operis* & la-*bori,* vt *operis* dandi casu dictum intelligatur numero pluratiuo ab *opera.æ.*

Cap.28. *Prospereque cessura quæ pergerent.*] Malim, quæ ge-*rerent.*

Cap.30. *Quia præsentia satis considerat, in vrbem rediit.*] Lego. *Quia præsentia satis composuerat,* aut, *consederant.*

Cap.32. *Nil paucorum instinctu.*] Scripserim, *vel paucorum in-stinctu.*

Cap.35. *Et si vellet imperium promptas ostentauere.*] Malim, *promptos.*

Cap.36. *Seu nihil militi, seu omnia concedentur, in ancipiti* respu-*blica.*] Possit etiam legi, *concederentur.* Mox scripsi, *Igitur vo*lutatis *inter se rationibus, placitum, &c.*

Cap.47. *Quos igitur anteferret? ac ne postpositi contumelia* incen-*derentur.*] Legerim; *ecquos igitur anteferret, ne postpositi con*tume-*lia incenderentur?*

Cap.59. *Inritusque discesserit ille inter nomina dicatus Aug*ustus.] Scribendum, *numina.*

Cap.65. *Per quæ geritur humus.*] Malim, *egeritur.*

C[ap].68.

Cap. 68. *Tanto maiora offenduntur.*] Reponendum, *offunduntur.*

Cap. 70. *Nox, vox, & mutui hortatus iuuabant aduersante vnda.*] Lego. *Nec vox.*

IN LIB. II. ANNAL.

CAp. 8. *Lacus inde & Oceanum, vsq; ad Amisiam flumen secunda nauigatione peruehitur.*] Lego *prauehitur.*

Cap. 11. *Distantibus locis inuecti, vt hostem deducerent.*] Malim, *diducerent.* Vt infra. *Quia diductis terris hauriebantur.*

Cap. 15. *Aliud sibi reliquum.*] Malim. *Non aliud sibi reliquum.* Aut, *Nihil aliud sibi reliquum.*

Cap. 23. *Qui tumidis Germaniæ terris.*] hoc est, inflatis. alioqui posset etiam legi, *humidis.*

Cap. 26. *Reductus inde in Hiona miles.*] Scripsimus, *Iuhiona.* Malim tamen *Iuhionem. Iuhionum* ciuitatis meminit Tacitus libro decimotertio, ad calcem. Et nos libro tertio rerũ Germanicarum, huius loci facta mentione.

Cap. 36. *Quasi auretur potestas eius.*] Lego; *quasi augeretur potestas eius.*

Cap. 37. *Quod magis mirum fuit, quod preces M. Hortali nobilis iuuenis in paupertate manifesta superbius accepisset*] Scribo; *Quo magis mirum fuit, quod.*

Cap. 38. *Eamdem vim in me transmerei.*] Fortassis legendum *transumere.*

Cap. 44. *Igitur non modo Cheruscis socijq; eorum.*] Lego. *Igitur non modo Cherusci socijq; eorum.*

Cap. 48. *Quiq; Mosteni aut Macedones Hircani vocantur.*] Mentio *Mosthenorum* fit Plinio.

Cap. 52. *Sed nihil æque cauebatur, quam ne bellũ metu eluderent.*] Fortasse scribendum, *quam ne bellum astu eluderent.*

Cap. 54. *Igitur aliaque quæ ibi varietate fortunæ & nostri origine veneranda relegit Asiam.*] Arbitror hic à librario factam transpositionem. Vt forsan sic scripserit Tacitus: *Atq; illum in regressu sacra Samothracum visere intentum, aliaq; ibi varietate fortunæ, & nostri origine veneranda. Igitur relegit Asiam, appellitq; Colophona.* Nam, *quæ*, relatiuum pronomen videtur mihi vacare. Ideo vero dixit, *nostri origine veneranda*, quod Æneas propter oraculi responsum, *Antiquam exquirite matrem*, quum Italiam peteret, profectus ad Thraciam, Samothracas deos sustulerit, & pertulerit secum, propter originem matris. autor Seruius, exponens illud Maronis carmen Æneidos lib. 7.

Cap. 55. *A reo iudicio falsi damnatũ.*] Lego, *Areo iudicio*, hoc est, iudicio Arei pagi. τῇ ἀρείῳ κρίσει. Dicasterij notum nomen est apud Athenas ἄρειος πάγος. vbi capitales causæ cognoscebantur.

Cap.58. *Et cupere renouari dextras.*] Forte, *se cupere r.d.*

Cap.63. *Ne si quando insolescerent Sueui, quasi reditus in regnum ostentabatur.*] Aut scribendum *νὴ*, cum diphthongo. vt sit particula Græca, *certe*, siue *vtique* significans. & tum in habitus subauditur verbum *est*. aut scribendum, *ne quando*; vel, *ne aliquando*. aut omittendum *ne*, vt legas, *si quando ins. Sueui.*

Ibid. *Et Vibilio daice.*] Scripsi, *duce.*

Cap.64. *Et resistentium facere.*] Tu scribe, *Et resistentiam facere.*

Cap.70. *Qui propius regrederetur.*] Id est, *quo.*

Cap. 77. *Ac vulgus impeditum primorum ore rapiant.*] Scripsi, *ac vulgus imperitum primo rumore rapiant.*

In Lib. III. Annal.

CAp. 4 *Ac superstitem iniquorum precarentur.*] Forsitan, *inimicorum.*

Cap.5. *Præpositam toro effigiem.*] Malim, *Præpositam thoro effigiem.*

Cap.14. *Scripsissent expostulantes.*] Sensus est, obiectum senatu Pisoni, quod ipsi nempe Germanicus & Piso per literas expostulauissent de veneno præbito aut non præbito.

Cap.18. *Prohibuit ob externas ea victoria sacrari.*] Lego distinguoq; ; *prohibuit; ob externas ea victorias sacrari dictitans.*

Cap.27. *Sed in singulos homines latæ quæstiones.*] Posset etiam legi, *latæ quæstiones.*

Cap. 28. *Quis pace & principe vteremur.*] *Et principe*, subauditur, *existente.*

Ibid. *Et lege Pappia Poppæa præmiis inducti visi à priuilegiis parentum cessaretur.*] Lego distinguoque, *inditi custodes*, & *lege Pappia Poppæa præmiis inducti* (subaudi, *sunt illi custodes*) *si à priuilegiis parentum cessaretur.* Aut, *sicubi à priuilegiis parentum cessaretur.* Aut, *præmiis inducti, vi, veluti præmiis cogentibus.*

Cap.33. *Quæ Oppiis quondam, aliisque legibus constricta, nonc vinclis exolutis, domos, fora, iam & exercitus regerent.*] Haud absurde legas, *nunc vinclis exolutis.*

Cap.40. *Et maiorum bona facta.*] Forte, *bene facta.*

Cap.43. *Liberalibus studiis sibi operatam.*] Castigaui, *Liberalibus studiis ibi operatam.*

Ibid. *Quibus more gentico continuum ferri tegimen.*] Legerem, *quibus more gentis continuum ferri tegimen*; nisi libro quinto sic quoque loqueretur, *Quorum*, inquit, *Sceptuchi vtrinque donis acceptis, more gentico, diuersa induere.* Sed suspicor hanc elegantiam Librario ferendam acceptam. De qua re mentem nostram aperuimus in Annotationibus constructionum locutionumque quibus Tacitus vtitur.

Cap.

Cap.55. *Verum hæc nobis maiores certamina.*] Quid si legatur, *erga maiores certamina.*

Cap.58. *Neq; aliud iussum.*] Scribendum, *Neq; aliud ius suum.*

Ibid. *Nulla de eo populi sita*] Repone, *scita.*

Cap.59. *Littora & lacus Campaniæ, tum maxime peragrantem.*] Scribo, *cum maxime.*

Cap.60. *Flagitia hominum vt cæremoniis deûm protegentes*] Reposui, *protegentis.* nam ad genitiuum *populi* refertur.

Cap.66. *Et si rectum iter perageret.*] Forte, *pergeret.*

Ibid. *Postremo suasmet ipse spes antereparat.*] Legendum. *anteire parat*, distinctis verbis.

Cap.70. *Egregium publicum.*] Obscurus locus est, aut certe mēdosus. qui forsan sic legi debeat, *Se, rempublicam, & bonas domi artes dehonestauisset.*

Cap.71. *Vt pontificis Maximi arbitrium plusquam binoctium abesset.*] Lego, *vt pontificis Maximi arbitrio ne plusquam binoctium abesset.*

Cap.76. *Quia in magnis operibus.*] Lege, *opibus.*

In Lib. IV. Annal.

CAp.3. *Neque femina amissa pudicitia, alia abnuerit.*] Subaudi, flagitia. *Quid enim salui est mulieri amissa pudicitia?* apud Liuium Lucretiæ verba sunt.

Cap.6. *Plebes agri quidem annona fatigabatur.*] Tu scribe. *Plebes acri quidem annona fatigabatur.*

Cap.11. *Vitandam potionem quæ prima & apud filium epulanti offerretur.*] Lego; *quæ prima ei apud filium epulanti offerretur.*

Cap.14. *Ea qua tempestate.*] Aut superest ablatiuus *ea*, aut scribe. *Ea tempestate qua Græci conditis per Asiam vrbibus ora maris obtiebantur.*

Cap.16. *Et quādo exiret è iure patrio qui id Flaminiū apisceretur.*] Lego quæsitiue; *Ecquādo exiret è iure patrio, qui id Flaminium adipisceretur, quæq; in manum Flaminis conueniret?*

Cap.27. *Is disposita classiariorum copia cœptantem tum maxime coniurationem disiecit.*] Lego. Cœptantem cum maxime coiurationem disiecit.

Eod. *Iam trepida ob multitudinem familiarum.*] Castigaui, *iam trepidam ob mul. fam.*

Cap.41. *Sublatisque inanib. vera potentia augere.*] Malim, *augeri.* nisi legere libet, *agere.*

Cap.43. *Suoq; recident Heliatem agrum in quo id delubrum cessisse.*] Hic locus non fuit asterisco frustra notatus: nam haud dubie corruptus est. fortasse legendum, *Suoque regi Penthelo Eleatem agrum*, in quo id delubrum, cessisse. Hæc non in hoc promimus, vt quispiam libro suo statim illinat, quam sit mera

coniectura è vestigiis deprauatæ scripturæ sumpta ; sed ne quis putet me quærendi laborem subterfugisse. Vtinam licuisset hic exemplar illud Saxonicum inspicere, quod Quæstor quidam pontificius quū è Dania rediret, in Corbeiensi bibliotheca repertum, Romam secum detulit ad Leonem X. Pont. Max. bonarum literarum haud illiberalem patronum, qui illi quingētos ducatos numerari iussit.

Cap. 47. *Quod magna vis armata aut incondita tuebatur*] Lego, *at incondita tuebatur.*

Cap. 65. *Cum auxilium appellatū tauisset.*] Quid si legas; *cum auxilium appellatum abisset*, id est, ad auxilium appellādum accersendumq; ; vt *appellatum* sit prius Supinum verbi *appello*. Aut simpliciter, *quum auxilium appellasset*, siue, *appellitauisset.*

Cap. 69. *Metus, visus, sonitus, aut forte ortæ suspiciones erant*] Suspicor scribendum, *aut forte ortæ suspicionis erat.*

Eod. *Non alias magis anxia & pauens ciuitas, agēs aduersum proximos.*] Legerim, *satagens aduersum proximos.*

Cap. 72. *Et postquam non subueniebat.*] Aut scribendum, *subueniebatur*, aut, *nemo subueniebat.*

Cap. 73. *Soluto iam castello obsidio.*] Lego, *soluto iam castelli obsidio*, sicque castigaui.

Eod. *Qui iam acie compositi pelluntur, turmas sociales.*] Reposui *qui iam acie compositi pellunt turmas socialeis, equitesque legionum subsidio missos.*

Cap. 74. *Et magnitudini vrbis incertum.*] Scripsimus, *& magnitudine vrbis, incertum, quod quisque ad negocium pergat.* Hoc est, propter magnitudinem vrbis.

IN LIB. V. ANNAL.

CAp. 4. *Eoque meditationis eius introspicere creditus.*] Scripsi *meditationes.*

Cap. 10. *Quippe lapsum custodiæ pergere ad paternos exercitus*] Melius, vt opinor, scribatur, *Quippe elapsum custodia perg. ad pa. exercitus.*

IN LIB. VI. ANNAL.

CAp. 1. *Et si retinerent propinquus aut parens.* Malim. *& si renitterentur p. a. p.*

Cap. 3. *Quos neque dicta imperatoris.*] Forte, *quos neque blanditiæ imperatoris.*

Cap. 4. *Vt vero Latinium Latiarem ingressus est accusator Arius, iuxta inuisi.*] Suspicor scribendum, & distinguendum. *Vt vero Latini Latiaris ingressus est accusator Arius*, aut, *Latinium Latiarem, aggressus est accusator Arius, iuxta inuisi.* nam plane obscurum est, *Latinium Latiarem ingressus*, pro, actionem Latinij Latiaris, id est,

ſt, contra Latinium Latiarem ingreſſus. Quod noſtram coniecturam adiuuet, ſic rurſum loquitur lib. 16. *Atque interim Torius* [S]*abinus Sorani accuſator ingreditur.*

Cap. 5. *Vbi primum facultas data arguitur pleraque C. Cæſarem* [q]*uaſi inceſta virilitatis.*] Diſtinxi, *Vbi primũ facultas data, arguitur* [p]*leraque*, hoc eſt, in pleriſq; Græca conſtructio eſt; apud hiſtori[c]os tamen ſolennis. Quod vero ſequitur, *quaſi inceſta virilitatis*; [l]egerim, *quaſi inceſtæ virilitatis.* hoc ideo dixit, quod Caius Cæſar propriarum ſororum ſtupro non abhorruit.

Cap. 9. *Immitti reſcripto venas reſoluit.*] Caſtigaui, *immiti re*[*ſ*]*cripto, venas reſoluit.*

Cap. 11. *Feruntque ab Romulo Dentrem Romulium.*] At Liuio [p]rimæ decad. lib. 10. recenſetur inter Pontifices tum è plebe crea[t]os, M. Liuius Denter.

Cap. 19. *Ac ne dubium haberetur, magnitudinem pecuniæ malo* [u]*ertiſſe.*] *Vertiſſe malo*; pro *in malum.*

Cap. 35. *Modo equites tres prælij more, frontis & tergi vices.*] Ca[ſt]igaui, *Modo equeſtris prælij more.*

Cap. 37. *Quum hic more Romano Suouetaurilia daret.*] Scribendum, *Sue, oue, Taurilia daret.* Sic enim Liuius quoq; loquitur lib. [v]ltimo dec. primæ. *Ibi*, inquit, *inſtructum exercitum omnem ſue, oue,* [*T*]*aurilibus luſtrauit.* Tametſi in omnibus editionibus quæ hodie [e]xtant vulgo pro *Taurilibus* corrupte legitur, *tauriſque tribus lu*[*ſ*]*rauit.* Verum nos ſinceram iſtam lectionem deprehendimus in [v]olumine manuſcripto, quod huc miſit clariſſimus vir Reinhar[d]us à Rietpur, Borbetomagenſis eccleſiæ Decanus. *Ludorum Taurilium* rurſus meminit Liu. lib. 9. decad. quartæ: *Ludi*, inquit, *Taurilia per biduum facti religionis cauſa.*

Cap. 37. *Auſpicium proſpere tranſgreſſus.*] Malim, *auſpicium proſperi tranſgreſſus.*

Cap. 44. *Cum Tiridates ſimul fama atque ipſo Artabano percuſſus.*] Reponendum, *perculſus.*

Cap. 48. *Sane paucos & ſuprema principis dies poſſe vitari.*] Expono; *Sane paucos dies, &* pro, *id eſt,* ſuprema principis. Appoſitiue.

Eod. *Albucilla inrito ictu ac ſemet vulnerata.*] Scribendum, *à ſemet vulnerata.*

In Lib. XI. Annal.

CAp. 1. *Nam Valer. Aſiaticum*] Apparet hunc librum eſſe ἀκέφαλον.

Eod. *Inſigni magnificentia extollebat.*] Scripſimus, *excolebat*, quemadmodum & editio vetus habet, ab exemplari manu deſcripto diſſentiens.

Eod. *Caueri vim atque opes principibus inſenſas.*] Codex Budenſis hic notatus erat, vt alias compluribus locis raſus; præſertim

hoc vndecimo libro, quem conatus fuit quidam ex vulgatis æ-
tionib. castigare. Sed tamẽ eius voluminis prior lectio sic habeb
Caueri indeq́; opes principibus infensas. Legerim ego, *Cauendas*
principibus infensas.

Eod. *Præcipuum autorem Asiat. interf. Cæs. non extimuisse in c*
cione pop. Rom. fateri.] In libro regis Coruini quem ex Budensi
bliotheca dono Iacobi Spiegellij nactus sum, neque erat *in conc*
ne, sed tantum *concionem*, neque verbum *fateri* illic comperi. It
suspicor sinceriorem lectionem esse, *præcipuum autorem Asiatic*
interficiendi Cæsaris non extimuisse cõcionem populi Romani gloria
que facinoris vltro petere.

Cap. 2. *Quos pecunia & stupro in omni flagitio obstrictos arg*
bat.] Malim, *in omne flagitium.*

Ac postremum mollitiam corporis obiectante.] *Postremum* vs
pat aduerbialiter. Vt & libro primo: *Perniciem aliis, ac postrem*
sibi inuenere.

Cap. 4. *Valerij & Poppeæ congressibus..*] In volumine Bude
scriptum est; *in Nestoris & Poppeæ congr.* Hinc reposui; *Quod a*
mum suam M. Nestoris & Poppeæ congressibus præbuissent. Histr
fuit M. Nestor, intimus Messalinæ cuius sæpe ministerio abu
est. proinde trucidata Messalina, inter eos qui illius sæuitiæ
libidini inseruierant M. Nestor quoque est interfectus. Id qu
in huius libri fine commemorat Tacitus, quamquam in vulga
æditionibus eo loco Mnester legitur pro M. Nestor, quemadm
dum illic admonebimus. Hic est ille M. Nestor cuius Seneca me
tionem facit in ludicro libello de morte Claudij Cæsaris, que
nos scholiis olim exposuimus, pro *noster Pantomimus, Nestor Pa*
tomimus reponentes. Eum locum infra citabimus.

Cap. 4. *Grauitatem annonæ dixisset*] Vel *prædixisset*, vel *significa*
dixisset.

Cap. 6. *Ne fidem quidem integram manere.*] Quum coniuncti
quidem non sit in exemplari scripto, maluimus legere, *Nec fide*
integram manere. Nam hanc particulam etiam in sequentibus sa
pe reperi insultam à castigatoribus.

Eod. *At summa prouectorum.*] Codex Budensis habet, *ad sum*
ma prouectos, & est non absurda lectio, si quis recte distinguat
nempe hoc modo: *Meminissent T. Galbæ, C. Asinij, & Messa*
læ, ac recentiorum Aruntij & Esernini. Ad summa prouectos, incor
rupta vita & facundia. Subauditur verbũ, *esse.* nam illud, *ad sum*
ma prouectorum, plane durius est. Paulo post cap. 7. is codex habet
Quem illum tantæ superbiæ esse.

Cap. 7. *Nihil à quoquã expeti, nisi cuius fructus ante prauidetur.*
Illic manifeste legitur, *prouiderit.* Et quid erat opus hoc mutare
Subauditur autem quisquam aut ipse.

Eod. *Cogitaret plebem quâ toga enitesceret.*] Diu cum hoc loco
sumus

mus luctati, nihil nos adiuuante codice scripto. Deprehendimus eundem pro *cogitaret* legēdum *cogitare*, & *qua* non pronomen hic esse, sed aduerbium pro *quatenus*. Itaq; circumflexum accentum superimposuimus, ne se lector hic torqueat. *Cogitare plebem, qua ope eniteſceret*. Sensus est, cogitare plebeios quo pacto sese altioribus ordinibus inserant, atque in senatum allegantur.

Cap. 8. *Ignarumque & exterritum Gotarzem perturbat.*] Castigauimus, *proturbat*.

Cap. 9. *Nec enim resistere Armenij.*] Scripti codicis lectio, *resistere*, id est, *resistebant*. Paulo post pro *patefecit* reposuimus, *patefecerat*.

Eod. *Potiorque Bardanes visus retinendo regno.*] Illic non est adiecta particula, *que*. Et quid erat opus addere, quū briuitati Corneliana magis conueniat eam abesse?

Cap. 10. *Exin validissimas prefecturas inuasit.*] Hic locus meo iudicio recte fuit castigatus, quum in scripto volumine legatur *inuisit*, sed perperam.

Eod. *Et recuperare Armeniam parabat, in Vibio Marso.*] Hic verbum *parabat* est infultum postea, nam Tacitus scripsit: *Et recuperare Armeniam, in Vibio M.S.l.b.m.c.foret*, id est, recuperabat. Testatur id Codex Budensis.

Eod. *Ad flumen Gynden.*] Illic, *ad flumen Sinden.*

Eod. *Longinquam quamque aspernabantur.*] Particulam *quamque* errore librarij repetitam induximus.

Eod. *Nec enim cuiquam ante Arsacidarum tributa illis de gentibus parata.*] Docuit regius liber coniunctione *enim*, expuncta pro *parata* scribendum *parta*, sententiamque legendam absque parenthesi, hoc modo, *quibus opes suas testabatur, nec cuiquam ante Arsacidarum tributa illis de gentibus parta, regreditur.* Quamquam nihil mali sit, si clausula parenthesi includatur.

Cap. 12. *Et nonnulla fallendi spe.*] Hoc est, latendi, ne res videlicet deprehēderetur. Nam *fallere* pro latere sæpe reperias apud hūc scriptorem, quæ est elegantissima verbi huius significatio. Lib. 13. *Qua mutatio neq; Neronem fefellit.* Lib. 2. Hist. *Non fallebat duces impetus militum*, hoc est, non latebat.

Eod. *Egressibus adhærescere.*] Sic lib. 15. de Nerone. *Cuius ne medicos quidem egressus tolerarent.*

Cap. 13. *Sub Imbruinis collibus.*] Scribit Tacitus libro decimoquarto: Neronis apud Simbruina stagna discumbentis ictas fulgure dapes mensamque fuisse disiectam. Quare scripsimus hoc loco, *fontes Simbruinis collibus deductos*, hoc est, à Simbruinis collibus.

Cap. 14. *Et forma literis Latinis.*] Antiquior lectio. *Et formæ literis Latinis.*

Cap. 16. *Eodem anno Cheruscorum gens regem Roma petiuit.*]

Malim, *Roma petiuit*. Nam sic scribit lib. 13. Barbaros malle Roma petere reges quam habere.

Eod. *Iamque apud proximos, iam longius clarescere.*] Melius illic, *Iamque apud proximos longius clarescere.*

Cap. 16. *Supra cūctos extollatur.*] Castigauimus, *attollatur*. Item *hostili in loco, hostili in solo*. Rursum, *posset extimesci, posse extimesci.*

Cap. 18. *Auxiliaris & diu meritus.*] Budensis codex habet, *ex diu meritis.*

Eod. *Cæteras naues.*] Emendauimus, *cæteras nauium*. Sic enim subinde Tacitus loquitur per genitiuum, vt *quosdam militum, cunctis ciuium, residuis nobilium*; pro, *quosdam milites, cunctis ciuibus, residuis nobilibus*; & sic de similibus.

Eod. *Quæ munia & incertum an falso iacta vel aucta.*] Pro *munia* scripsimus *nimia*, & clausulam *vel aucta* deleuimus. Infra ex *perlocutus*, fecimus *prolocutus*.

Cap. 20. *In agro Machiaco.*] Puto *Mattiacos* eum innuere, qui tametsi alteram Rheni ripam incolerent, tamen Prouinciales erant, & Romanis parebant. Mox, *& fodere riuos*, forte melius, *effodere riuos*.

Cap. 21. *Videtur mihi ex senatu.*] Restituimus hunc locum è libro Budensi: *Videtur mihi ex se natus*. Hoc autem dixit Claudius hominis virtutes commendans. Ex virtute enim quisq; æstimari debet, quæ sui cultores regenerat. Mox *adipiscerentur*, pro *adipiscentur*.

Cap. 23. *Qui Capitolio & ara Romana manibus eorundem prostratis.*] Hic locus difficilis est & à nemine hactenus intellectus. Regium exemplar habet, *manibus eorumdem per se satis*. Puto germanam esse Taciti lectionem, si quis pro *per se satis*, aut, *prostratis*; scribat, *parceretis*. Est autem *manibus* hic datiuus à *manes, ium*, pro animis defunctorum. quomodo non vno loco Tacitus vsurpat libro 13. *Infernos Sillanorum manes* inuocare. Lib. 4. Hist. *Damnatusque Publius; & Sorani manibus satisfactum*. In vita Iulij Agricolæ: *Si quis piorum manibus locus*. Atque hæc dictio non intellecta hoc loco, occasionem errori castigatoribus dedit. Præterea sciendum hic aposiopesin esse, qui Capitolio & ara Romana, subaudiendum *potiti sunt*. nunc pronuncia quæsitiue sententiam, & erit lucidissima: *Quid si memoria eorum inoriretur, qui Capitolio & ara Romana? manibus eorundem parceretis?*

Cap. 25. *Multo gaudio Cæsaris inibantur.*] *Censoris* habet manifeste volumen Budense. intelligitur autem Claudius Cæsar. De quo narrationem istam auspicans Tacitus supra dixit: *At Claudius matrimonij sui ignarus, & munia censoria vsurpans*. Et libro proxime sequenti: *Quod porro honestius Censoriæ mentis leuamen, quam assumere coniugem prosperis dubiisque sociam?* Loquitur de Claudio Agrippinam ducturo.

Cap. 26.

Cap. 26. *Sed ne Silius summa adeptus.*] Scripſimus quod illic H‹a›bebatur, *ſummam adeptus.* Intelligitque ſummam rerum. Sic li‹b›ro ſequenti, *ſummamque R. P. agi obteſtans.*

Cap. 28. *Dum induſtria cubiculum principis occulit adulteros.*] C‹o›rruptus locus eſt. nec quicquam hic minus ſcribendum quam v‹o›cabulum *induſtria.* Exemplar regium hic crucicula notatum e‹s›t, & variis lituris raſuriſq; fœdatum. Videtur tamen antiquior l‹e›ctio fuiſſe: *dum incluſum in cubiculum principis exultat:* & poſtea q‹ui›dam inſeruit *cum* præpoſitionem & ſuperinſcripſit, *adultero,* ‹q›ue ceu videtur propter *exultandi* verbum. Opinor ſinceram e‹sse› lectionem, *Dum incluſum, cubiculum principis occultat, dede‹cus› quidem illatum,* ſed. Mox, *propinquoque conſulatu,* repoſuimus, ‹p›ropinquo conſ. Item *acriorib. conſiliis,* pro *acribus,* paulo poſt.

Cap. 29. *Perſtitit Narciſſus, & ſolum id immutans.*] *Et* particu‹l›am expunximus.

Cap. 30. *Cis Vectium Plancium.*] Illic eſt ſemper *Plautius.*

Eod. *Et cæteros fortunæ apparatus.*] Scripſimus, *paratus.* quod ‹ver›bum vſurpat ſæpe Tacitus. Vt ſupra, *Serui, liberti, paratus prin‹cipi›s apud adulterum viſebantur.* Libro tertio, *Ventris & ganeæ pa‹ratib›us aſſiduis ſermonibus vulgati.* Libro quinto: *Et columen par‹ti›s Abdageſes gazam & paratus regios adijcit.* Item libro 15. *Par‹tho› omiſſo paratu inuadendæ Syriæ.* Libro 1. Hiſt. *Studia militum ‹iam› pridem ſpe ſucceſſionis, aut paratu facinoris affectauerat.* Lib. 2. ‹Hi›ſt. *Igitur nauium, militum, armorum paratu ſtrepere prouinciæ.* ‹I›tem libro: *Ita Vitellij paratus noſcebantur.*

Cap. 31. *Primumque rei frumẽtariæ præfectum Turranum.*] Scri‹psi›mus, *Turanium.*

Eod. *Adulto autumno.*] Hoc eſt, medio iam autumno. Sic libro ‹secu›ndo: *Sed æſtate iam adulta, legionum aliæ itinere terreſtri in hy‹bern›acula remiſſæ.* Annus in quatuor digeritur ſpecies. prima cu‹jusq›ue pars *noua* vocatur aut *viridis,* id eſt immatura: ſecunda, ‹adu›*lta*: tertia, *præceps.* Sic Marcellinus *adulta hyeme* dixit libro 20. ‹Ad›*ulta hyeme dux antedictus Bononiam venit.* Tacitus rurſum li‹bro› 1. Hiſt. *ſeditionem incipientem,* vocat *necdum adultam.* Item ‹3›. Hiſt. dixit *adultam noctem. Donec,* inquit, *adulta nocte, luna ‹surg›ens oſtenderet acies, falleretque.* Rurſum lib. 5. Hiſt. dixit, *Par‹tes› nondum adultis.* pro eo quod eſt, qui nondum inualuerant. ‹Eod›o ſenſu libro tertio dixit, *præualida & adulta vitia.*

Eod. *Simulachrum vindemiæ per domum celebrat.*] Scripſimus ‹cele›*brabat.*

Eod. *Ferunt Vectium Valentem.*] Deprehendimus in codice ‹Bud›enſi ſcriptum, *fertur,* id accipiendum imperſonaliter. Et bene ‹ha›bet lectio.

Cap. 32. *Lucullianos in hortos.*] Miror quod illic hoc loco repe‹riatur Lu›*cullianos in hortos.* Sed & paulo poſt, *Lucullianis in hortis,* illic

rursum scriptum, *Lucianis*. In libello de regionibus vrbis Romæ fit mentio *hortorum Lucullianorum* regione noua.

Eod. *Dissimulando metu.*] Non me fugit hoc Latine elegan terque dici pro dissimulando metui, siue ob metum dissimulan dum. Sed tamen in exemplari scripto manifeste legebatur, *dissi mulando metum.*

Eod. *Quamquam res aduersæ consilium adimerent.*] Illic e *eximerent.* nec improbanda lectio. nam *eximere consilium*, e veluti differre. Sed & *eximitur*, quod adimitur. Sic libro de cimotertio: *Quia dissimulationem nox & lasciuia exemerat.*

Cap. 34. *Largus Cacina.*] Illic *Largius Cacina.* Paulo post: I *ad minas prorumpentem*, lectio codicis scripti habet *erum pentem.*

Cap. 35. *Titium Proculum custodem Silio ac Messalinæ dat.*] Susp cor scribendum, *datum.*

Eod. *Vectium Valentem & confessum.*] Particulam *&* expu ximus. Mox *ex consciis tradi*, malim *trahi.*

Cap. 36. *Solus Mnester.*] Castigauimus, *solus M, Nestor.* In dicto libello de morte Claudii Cæsaris meminit huius *Nes ris* Seneca catalogum interfectorum à Claudio recensens: *M dius*, inquit, *erat in hac canentium Nestor Pantomimus, quem Cl dius decoris causa minorem fecerat.* Sic enim illic scripsim quum ante legeretur, *noster Pantomimus.* Apparet auten caput amputatum fuisse, & longa statura præditum. T tus *histrionem* vocat, Seneca *Pantomimum.* Meminit eius & S to. in vita Caligulæ. Tacito quoque & nobis paulo ante est moratus.

Eod. *Sponte an coactus tam magne peccauisset.*] Repo mus è volumine Budensi, *tam magna peccauisset.*

Cap. 37. *Verterat perniciem in accusatorem.*] Castigauin *Verterat pernicies.* nam autores verbum *vertit* absolute nonn quam & tamen quasi in passiua significatione soliti sunt v pare. Sic supra: *Seu forte lapsa vox in præsagium vertit.* Libr cundo: *Astusque hostium in perniciem ipsis vertebat.* Libro q to: *Quod aspere acceptum ad præsens, mox in laudem vertit.* dem libro paulo post; *Nam quæ saxo struuntur, si iudicium vorum in odium vertit, pro sepulchris spernuntur.* Libro qu *Adeo facinora atque flagitia sua ipsi quoque in supplicium terant.*

Eod. *Vbi vino incaluit.*] Scripsimus, *incaluisset.* Et paulo *raptim in hortos progressus.* Item, *iugulo ac pectori.* Et infra, *pr ac publicis locis.*

Cap. 38. *Leuissimum fastigij eius.*] Coniicio legendum, *mo fastigij eius*, & pro *flagitiis multis*, *flagitiis inultis.* fi *tiis inultis.* nam exemplar regium habet *tristitiis inultis.*

In Lib. XII. Annal.

CAp. 1. *Et Elia Petina.*] Castigauimus, *At Ælia Patina.*

Cap. 4. *Serere crimina in Syllanum.*] Volumen scriptum abet, *ferre.* proinde sic scripsi. Hoc Liuius dicit, *ferre sermo-bus.*

Eod. *Fratrisque non incestum sed incustoditum amorem.*] Hic cus in Budensi codice erat interpolatus. nam quidam *non* par-culam supra ascripserat. & legebatur illic, *Fratremque*, quod t in vulgatis æditionibus, *fratrisque.* Mihi videtur hæc esse syn-ra lectio, *Fratreque incastum sed incustoditum amorem ad infa-iam traxit.* Expone sic, *amorem incastum fratre*, id est ob fra-em, *sed incustoditum.* quasi diceret, custoditus fuisset & caute cæ-tus non fuisset periculum.

Cap. 7. *Populumque Romanum eadem orare clamitat.*] Sup-suimus, *rogare.*

Eod. *Additum & quasi vile seruitium.*] Deprauata verba nt. illic legitur, *adductum quasi & virile seruitium.* Nos emen-uimus, *Addictum quasi & virile seruitium. Palam seueritas, ac ius superbia.* Sensus est, etiam seruos Claudii Cæs. quasi addi-os fuisse Agrippinæ, quæ contenta muliercularum ancillatu n erat.

Cap. 10. *Sed & filius Vononis, nepotem Phrahatis accersere.*] emiror quur quispiam voluerit *accedere* verbum quod in ex-plari manuscripto legitur, mutare in *accersere.* nam defectioni ganter accessus opponitur. Sensus est. Nemo nos potest defe-onis arguere, quum ad filium Vononis, nepotem Phrahatis edamus. Subiicit causam, Aduersus dominationem Gotarzis. llem ego pro, *Sed & filium*, scribere, *sed ad filium.* Verum infra quoque loquitur. *Quia societatem nostram volentes accesserant*;), *ad societatem*, quod tamen Latine dicitur. Item lib. 2. *Vt ri-n Euphratis accederet.* Itaque expone & pro, *etiam*, hoc sensu: os non modo non deficimus à familia Arsacidarum, sed etiam am stirpem accedimus.

Eod. *Abiici coniuges grauidas, liberos paruos.*] Reposuimus, *ad-con. grauid.* Significat enim Gotarzen scelera sceleribus cumu-tem, nec contentum fratribus propinquisque trucidatis, nisi vxores grauidas & liberos adiiciat.

Quanto ignoratiora.] Vetustior lectio, *quanto ignara bar-is.* subauditur *magis.* Accipitur autem hæc lectio passiue, pro ota. Sic sæpe Tacitus in sequentibus: *Qua gnara militi. Qua ra Vespasiano.* Hoc ipso libro, infra: *Nihil tam ignarum Barba-quam machinamenta & astus oppugnationum. At nobis ea pars litiæ maxime gnara est.*

Cap. 11. *Ac tamen ferenda regum ingenia.*] Deprehendi librarium subinde scripsisse *Ac tamen*, pro *Attamen.*

Cap. 12. *Industriosque ac ignauos.*] Castigaui, *aut ignauos.* Item, *Zeugma*, pro *Zeuma*; ex Strabone, Stephanoque.

Cap. 13. *In GotarZen per occultam & magis fidam inclinabat.*] Scripsimus, *per occulta & magis fida inclinabat*; Ex Budensi codice; in quo modo *Acbarus*, modo *Abbarus* legitur, sicut *Yliates* & *Ezates.*

Quod vnum erat reliquum.] Verbum *erat* illic non reperio. Tacitus autem breuitatem amat.

Cap. 15. *Quæ vbi cognita, & iam iamque Bosphorum inuasuru habebatur.*] duas particulas, *& iam*, deleuimus, & pro *habebatur* scripsimus *videbatur.*

Cap. 16. *Nostris in armis.*] Syncerior lectio. *Nostri in armis.* subauditur, *erant.*

Eod. *Ventumq; SoZa oppidum Dandaridæ.*] Correximus, *Dandaricæ.* subintelligitur, *terræ.*

Eod. *Sed cratibus iunctis ac media humo.*] Volumen regium ha bet, *sed cratibus vinctis ac vimentis media humo.* Quid si legas, *Se cratibus, vinctis sarmētis media humo.* subauditur *existente.* Paul post cap. 17. *Plerisq; Consularium interfectis.*] Quidam emendara in libro Budensi, *plerisque* Centurionum interfectis.

Cap. 18. *Romanorum nemo eius autoritatis aderat.*] Miror qui ei venerit in mentem, qui in editione Romana aut Basiliensi loc hunc adulterauit, pro, *id autoritatis* scribēs, *eius autoritatis.* Lati eleganterq; dicitur *id autoritatis*; sicut, *id ætatis, id tēporis, quidu temporis, id genus, omne genus, quod genus*, pro, *eius autoritatis, ei ætatis, eius temporis, cuiusuis temporis, omnis generis*, & *cuius gener* Ad hanc formā pertinet quod dixit libro decimo sexto, *id hono indicibus*, pro *eius honoris*, quemadmodum illic admonebimu Paulo post cap. 19. scripsimus, *Et prece haud degenere permotus*, v erat ante, *promotus.*

Cap. 19. *Laudatque quod gentem Adorsorum, quod suam dex ram petendæ veniæ delegerit.*] Libenter hic legerim contra vulg ras editiones omnes, simul & scriptum exemplar: *Laudatq; ge tem Adorsorum, quod suam dexteram petendæ veniæ delegerit.* N hic indubie *suam* dixit pro *eius*; vt & libro decimo quinto: *Q clam ad omen ac dolum sui exitij verteret.* sic enim ibi nobis gendum videri indicabimus. Et libro 2. Hist. de Nerone: *Sed immanitas, sua luxuria, ceruicibus publicis depulere.* Quomodo cero quoque loquitur, & autores alii.

Eod. *Quoties ignoscendo transigentur.*] Scripsimus, *transigat* id accipiendum impersonaliter.

Cap. 20. *Adhæc reges feroces.*] *Adhoc* reposuimus, vsurpat & Liuio Sallustioque. Sic infra. *Adhoc gentium ductores,*

cumire, hortari, firmare animos. Item, *hiis permotus*, non *promotus*.

Eod. *Quantalibet peruicacia in hoc tentata.*] Quid si legatur, *in nos tentata*.

Cap. 22. *Et materiam sceleri detrahendam.*] Scripsimus, *materiem*. Sic libro secundo; *Si foret adhuc bellandum, relinqueret materiem Drusi fratris gloriæ*. Libro 3. *Præbuit iuueni materiem adipiscendi fauoris*. Libro quinto. *Et materies criminandi*. Item, *in curias veteres*.

Cap. 26. *Per intempestiua nouercæ officia, in ludibria vertebat.*] Et hic vsurpat absolute *verto*, quemadmodum supra annotauimus.

Eod. *Intelligens falli se.*] Syncerior lectio, *Intelligens falsi*. Gaudet autem huiusmodi constructionibus cum genitiuo Tacitus.

Eod. *Siue verum seu periculis commendatus.*] In Budensi volumine legitur eodem modo, nisi quod illic est, *siue periculis*. Coniicio scribendum priori particula *siue* expuncta, *Verum sine periculis commendatus, retinuit famam sine experimento*.

Cap. 27. *Addito equite alario monuit.*] Codex regius habet, *monitos*. Opinor scrib. *addit, equite alario monito*.

Cap. 28. *Ad montem Taurum reuertuntur.*] Castigauimus, *Taunum*. Supra libro primo, *Positoque castello super vestigia paterni præsidij in monte Tauno expeditum exercitum in Cattos rapit*. Pomponius Mela in descriptione Germaniæ, *Montium*, inquit, *altissimi Taunus & Rhetico*. Occasionem errori præstitit vt ingens ita etiam celebris Ciliciæ mons *Taurus*. Paulo post, scripsimus *Vangio ac Sido*.

Cap. 30. *Quia Lugius Hurmundurusque illic ingruerant.*] Correximus, *ingruebant*. Item *capessit*. Infra cap. 31. *aditu angusto*. Item *Silurum*. Nam quidam *Sylurum* verterat in *syluarum*. alius addidit *r*, & fecit *silurarum*. Postremo cap. 33. *Ordouicas* pro *Ordolucas*. Britanniæ populus est.

Cap. 37. *Et supplicium mei obliuio sequeretur.*] Malim, *sequetur*.

Cap. 38. *Nec multo post pabulatis nostros.*] Scripsimus, *pabulantes nostros ipsos*.

Cap. 41. *Et Cæsar adulationibus senatus liberis cessit.*] Vocabulum *liberis* non est in exemplari. Coniicio voluisse aliquē scribere, *libens cessit*, quod postea versum sit, *in liberis*.

Eod. *Quamquam censuerint patres.*] Emendauimus illinc, *quæque censuerint patres*. Alioqui Accusatiuus *quamque* refert, quod mox præcedit, *adoptionem*.

Cap. 42. *Vt accusatori aqua atq; igne interdiceretur.*] Castigauimus, *interdiceret*. Item, *accipiebatur*.

Cap. 43. *Et modestia vrbis rebus extremis subuentum.*] Habet regius codex. *Et modestia hyemis rebus extremis subuentum*. Lego. *Et modestia hyemis rebus extr. sub.* Expone &, id est etiam molestia

hyemis.ſ. in moleſtia hyemis rebus extremis ſubuentum. Quod ſane maius eſt, quam ſi æſtate quis ſubueniſſet. Nam hyems importandis frumentis ſiue mari ſeu terra minime eſt opportuna. quando veriſſima eſt T. Quintii apud Liuium ſententia. *Adhæc*, inquit, *hyems accedit, ad comportandum ex longinquo difficilis* Igitur apte dixit, *moleſtia hyemis*. nam hyems per ſe moleſta eſt, etiamſi non accedat fames. Mox, *Italiæ regionibus*, illic eſt, *ex Italiæ regionibus*. Quamquam ea lectio mihi minus probatur, qui ſciam ſolemne eſſe Tacito præpoſitiones omittere.

Cap. 45. *Ne ſocius rex, ne Armenia donum populi Ro. ſcelere & pecunia venderentur.*] In ſcripto libro legitur, *verterentur*. Opinor ſcribendum, *auerterentur*, aut *verterentur*, pro *ſubuerterentur*. v[...] *verſam Remp.* aliquando vocat.

Cap. 46. *Digreſſu Centurionis velut cuſtodiæ exolutus præfectus.*] Reſtituimus, *velut cuſtode exol. p.* Item, *oppugnationem quoquomodo accelerare*, pro *celerare*.

Cap. 47. *Mox vbi ſanguis in artus extremos ſuffuderit.*] Scripſimus *ſe effuderit*.

Eod. *Quod dedecorum Barbaris trahebatur.*] Suſpicor legendum, *quo dedecorum*. Sed hoc frigidum ſit. Si quis me audiet, leget potius, *modo pecorum barbaris trahebatur*. *Modo*, hoc eſt *mor*[e] ſeu *ritu*. Sic Liuius dixit *itineris modo*. Libro 8. primæ decad. *Si*[gnis] *gnis repente ſublatis, fugæ magis, quam itineris modo penitus a*[d] *Oceanum & Gadeis ducit.* Et noſter Tacitus 2. Hiſtor. *Conti*[*nuus*] *nuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metæ modo exur*[*gens*]*gens.* Item eodem libro? *Caſtra in modum penatium dirigeban*[*tur*]*tur.* Verum quid multis opus eſt? libro quarto expreſſe ſic lo[quitur]quitur: *Hoſtibus contra omnium neſciis, non arma, non ord*[*ines*] *non conſilium, ſed pecorum modo, trahi, occidi, capi.* Item L[i]uius libro 10. quartæ decad. *Sed iis*, inquit, *qui hos ipſos Ligu*[*res*]*res aliquando pecorum modo fugientes per ſaltus inuios conſecti*[*ti*] *ti ceciderunt.* Libro octauo decad. eiuſdem: *Eos ex eo tem*[*pore*]*pore per ducentos iam annos pecorum in modum conſternatos cædun*[*t*]. *Barbaris* ſubaudi. *a*, id eſt *à Barbaris trahebatur*.

Cap. 48. *Vt ſæpe principes Romani eamdem Armeniam.*] A[d]didimus particulam, *in*, *in eamdem Armeniam*.

Cap. 49. *Et derídiculo corporis iuxta conſpiciendus.*] F[e]cimus, *deſpiciendus*. Porro *deridiculi* vocem etiam libro te[r]tio vſurpat: *Derídiculo fuit ſenex fœdiſſimæ adulationis.* Rurſu[s] libro quinto; *Togonius Gallus dum ignobilitatem ſuam magnis n*[*o*]*minibus inſerit, per deridiculum auditur.*

Cap. 50. *Percellunt Vologeſen omittere præſentia.*] Repoſ[ui] *perpellunt*.

Eod. *Et in tempore bellaturos.*] Meum ſecutus iudic[i]um, *b*[...]

n, *bellaturos* mutaui in *rebellaturos*, id expoſcente ſenſu.
Eod. *Armiſque regiam circumeunt.*] Scripſi, *circumue-unt.*

Cap. 53. *Statuitque vt ignaro domino ad id prolapſa, in ſeruitu-m ſui conſenſiſſet; & qui nati eſſent pro liberis haberentur.*] Hæc
rba, *& qui nati eſſent*, non ſunt in Budenſi codice. Diuino ſic
acitum ſcripſiſſe, *Statuiturque vt ignaro domino ad id pro lapſa, in*
uitute: ſin conſenſiſſet, pro libertis haberentur.
Cap. 54. *Poſtquam cognita cæde eius, haud obtemperatum*
et.] Aut legendum *poſt quam*, diuiſis dictionibus, ſed ex-
ncto verbo *eſſet*, hoc modo, *Sane præbuerant Iudæi ſpeciem*
tus, orta ſeditione, poſt quam, cognita cæde Cai, haud obtem-
ratum. Sed manebat metus, &c. Aut potius ſic: *Sane præb. Iud.*
motus. Poſtquam, cognita cæde Cai, iuſſis haud obtemperatũ eſſet,
nebat metus, ne quis Principum eadem imperitaret. inducta
niunctione *ſed.* Hanc rem explicat libro quarto Hiſtor. de
dæis loquens: *Sub Tiberio quies*, inquit, *dein iuſſi à C. Cæſare ef-*
em eius in templo locare, arma potius ſumpſere, quem motum Cæ-
is mors diremit. Quia vero non præceſſit, *Sub Caio*, quod queat
erre genitiuus Eius, ſcribendum, aut *Cai*, aut *iuſſis haud obtem-*
ratum eſſet.

Et incuria operis manifeſta fuit.] *Et* connectens particula non
in volumine Budenſi, nec ea eſt opus. Sed paulopoſt eam adie-
nus, *aut fragore, & ſonitu exterritis.*
Cap. 58. *Aliaque haud procul fabulis vera.*] Correximus,
aque h. p. fabulis vetera. Paulo poſt ſcripſimus, *rerum h. à pro-*
atoribus ſuis iudicatarum. Ibi codex ſcriptus videtur quodam-
do habere, *fortuita*, veluti ſubaudiendum ſit, *voce.* Deinde mu-
imus *bellarent*, in *bellarunt.*
Cap. 61. *Retulit dein de immunitate Cois reſtituenda.*] Caſti-
imus, *Cois tribuenda.*
Eod. *Sacram & tanti dei miniſtram inſulam colerent.*] Aliter
tur in exemplari ſcripto, nempe, *Sacram & tantum dei mi-*
ram. tamquam adeo occupata miniſterio dei foret in-
, vt aliis rebus quæ lucrum afferant vacare non liceat.
Eod. *Neque dubium haberetur, multa eorumdem in pop.*
. merita, ſociasque victorias patuiſſe. Claudius facilitate
a.] Budenſe volumen ſic: *Neque dubium haberetur,*
ta eorumdem in populum Rom. merita ſociaſque victorias pa-
e tradidiſſet. Claudius facilitate ſol. Hinc deprehendi-
ſic ſcripſiſſe Tacitum: *Neque dubium haberetur, multa eo-*
dem in pop. Rom. merita ſociasque victorias potuiſſe tradi, Sed
udius facil. ſol. Atque eam lectionem in contextum inſe-
mus.

Eod. *Nullis extrinsecus adiumentis velauit.*] Id faciunt prude[...] tes oratores, vt aliquid causarum pretexant, quo citius impetre[...] quod postulant, animis iudicum re exactius commendata. Sic [...] Galba ad milites loquente libro I. Hist. *Nec vllum orationi, aut [...] nocinium additum aut precium.* *Velandi* verbum etiam alias in [...] mili re vsurpat. vt lib. 13. *Anneus Serenus simulatione amoris adue[...] sus eamdem libertam, primas adulescentis cupidines velauerat.* Et l[...] bro decimo quarto de Nerone: *Facetus natura, & consuetudi[...] exercitus velare odium fallacibus blandiciis.*

Cap. 64. *Et suis fœtum editum cui accipitrum vngues inessent* [...] Illinc erant legitur non inessent. Ipse vero suspicor pro fœtu [...] æditum scribendum, fœtu ædito. Biformes hominum partus, [...] suis fœtu ædito cui accipitrum vngues erant. Expone, Biform[...] hominum partus, Subaudi, extiterunt, & id est etiam suis fœ[...] ædito, &c. Paulopost. Ob hæc mors indita. Forte, indicta.

Cap. 67. *Adeoque cuncta mox pernotuere.*] Regium exemp[...] tantum habet, notuere. à notesco verbo. Sic libro 5. Libertis q[...] que ac ianitoribus eius notescere pro magnifico accipiebatur.

Eod. *Simul soluta aluus subuenisse videbatur.*] Legitur illic, [...] mul solutam aluum subuenisse videbatur. Quid erat hoc o[...] mutare? Nam videbatur impersonaliter accipiendum, Mox, [...] tamquã nissus euomentis, reposuimus, nisus, à verbo nitor er[...]

Cap. 68. *Tempusque prosperum ex monitis Chaldæorũ aduen[...] ret.*] Fœdus lapsus est, in verbo aduẽtaret. Rectius in Budẽsi cod[...] legitur, attemptaret. Tu scribe. attentaret. Sensus est. Agrippin[...] nouercã Claudii liberos tamdiu attinuisse domi. mortemq; [...] riti cælasse, donec experiretur id tempus, quod Chaldæi siue M[...] gi nouis cœptis accommodum prosperumque prædixerant. N[...] que enim quibusuis negotiis quæuis horæ conueniunt, si illor[...] placitis habenda fides. Porro attentandi verbum conueniti[...] diantibus.

Cap. 69. *Tertium ante idus Octobr.*] Castig. illinc, *Tertio [...] idus Octobr.* Sicut mox: *Nero egreditur ad cohortem quæ more.* prius legebatur, *à cohorte.*

In Lib. XIII. Annal.

Cap. I. *Exitum irritauerit.*] Sæpe *exitum* vsurpat pro m[...] Vt in calce libri 15. de Nerone: *Quod clam ad omen ac d[...] sui exitus verteret.* Sic enim illic legendum putamus. Libro 2. H[...] *Exitu demum Neronis, positis odijs in medium consuluere.* Et p[...] post: *Vario super exitu eius rumore.* Eodem libro: *Sane ante vt[...] que exitum.*

Cap. 2. *Et pari in societate potentiaq; concordes.*] Castigaui[...] *Et pari in societate potentia concordes.* Expone. pari potentia, i[...] cietate.

Eod. *Quæ cunctus malæ dominationis cupidinibus flagrans.*] Pro
[n]itiuo *malæ* reposuimus ablatiuum *malis*. Coniungit autem
[n]onnumquam duo adiectiua, vt hic *cunctis malis cupidinib.* Et
[lib]. 16. de Ostorio: *Multa militari fama.* Aliis item locis com-
[m]uribus.

Cap. 3. *Ac consulto ambiguus.*] Lectio scripti codicis, *aut consul-
[to] ambiguus.* De Tiberio loquitur.

Cap. 4. *Capessendi egregij imperij.*] Melius illic. *Capessendi egre-
[gi] imperij.* Sicque nos emendauimus.

Cap. 5. *Vt astaret abditis à tergo foribus.*] Expone, ita vt astaret
[ad]ditis à tergo forib. quamquam illic legitur *additis*, tamquam
[pro]pter ipsam factæ sint additæque fores.

Cap. 6. *Pluraque in summa fortuna auspiciis & consiliis, quam
[tel]is & manibus geri.*] Scribendum, *Pleraque in summa fortuna
[au]sp. & cons. quam t. & manibus geri.* Ecliptica oratio est. nam ad-
[uer]bium *magis*, aut *potius* subauditur. Hoc loquendi genere sæpe-
[nu]mero Tacitus vtitur. Lib. 14. *Denique si rebus conducat, libens
[qu]am coactus acciret dominam.* Lib. 3. Hist. de Flauianis, *Ne suas
[qui]dem legiones opperiebantur, vt prædæ quam periculorum socias.*
[Lib]. 4. Hist. de rege Ptolemæo; *Vbi securitas rediit, voluptatum
[qua]m religionum appetens.* In libello de Germanis: *Cedere loco, dum
[mo]do rursus instes, consilij quam formidinis arbitrantur.*

[E]od. *Daturum plane documentum.*] *Datum*, habet exemplar
[Bud]ense; quasi dicas obiectum documentum siue oblatum expe-
[rim]entum, per istud bellum quod tum instabat. Sed magis qua-
[drat], *daturum.*

[E]od. *Si ducem.*] Castigauimus, *& si ducem.* Subauditur, *datu-
[rum]* *documentum.*

[C]ap. 8. *Etiam specie inanium validus.*] Ante dixit, *Corpore in-
[gens]*, quur hic rursum subdit, *etiam specie.* Budense volumen ha-
[bet], *spe inaniū.* Lego, *spe*, aut *spei animum validus.*] Hoc enim me-
[lius] placet, quam *spe immani validus.*

[C]ap. 9. *Quod ne diutius externis spectaculo esset.*] Pronomen
[il]l, potest abesse. & quidam in exemplari scripto superne adie-
[ci]t. tum ponendum punctum post *iurgium*, & subaudiendum
[ver]um, *est.*

[C]ap. 11. *Causa iactandi ingenij.*] Addidimus *vel* particulam hic
[ne]ociosam, *vel causa iactandi ingenij.*

[C]ap. 12. *Ignara matre, dein frustra obtinente.*] Scripsimus, *ob-
[nitente].*

[C]ap. 13. *Senecaque permitteret.*] Malim, *se Senecaque permit-
[teret]*.

[E]od. *Quæ prima ætas, & summa forma expeterent.*] Reposui-
[mu]s, *summa fortuna.* Item, *orabantque cauere insidias mulieris*; vbi
[pl]us legendum *caueret.*

Eod. *Misitque domum matri.*] Scribendum, *donum matri.*

Cap. 14. *Sane pepigerat Pallas, ne cuiusque facti in præteri tum interrogaretur.*] Emendauimus, *ne cuius facti.* alioqui sta re poterat *cuiusquam facti.* Paulo post vocabulum *inrita* si erat rasum, vt nemo sciret, an pro *irrita facinora* legendur foret, *inita facinora*, si modo Latine dicitur *inire facinus.*

Cap. 15. *Quo euolutum eum sede patria rebusque summis significa batur.*] In codice scripto legitur, *sede patria rebus summis significa batur.* Appositiue.

Eod. *Quod rumorem respiciunt.* Hic particulam *dum* inseru mus, & *securitatem* vertimus in *securitate*: *Quod dum rumorem r spiciunt, dum parant defensiones, securitate morarentur*, id est, ob se curitatem.

Eod. *Promittentibus de in tam præcipitem necem quasi ferro v geretur.*] Scripsimus, *quam si ferro vrgeretur.*

Cap. 16. *Frigida in aqua infunditur venenum.*] Emendauim *affunditur venenum.* & est elegans verbum *affundo.* Lib. 5. de Ph nice aue: *Eique vim genitalem adfundere.* Lib. 5. Hist. *Vbi Mosæ fl minis amnem Rhenus Oceano affundit.*

Eod. *Trepidatur à circumsedentibus.*] Reposuimus, *Trepid tum à circumsedentib.* subauditur, *est.* Mox, *prouiso ante funebri paratu.* Scripsimus, *funebri paratu.*

Cap. 17. *Antiquas fratrum discordias, & insociabile regnum e stimantes.*] pro *æstimantes.*

Eod. *Crebris ante exitium diebus illusum esse pueritiæ Brit nici Neronem.*] Correximus, *illusisse pueritiæ Britannici Neron* hoc est, intulisse stuprum: & sequitur, *stupro prius quam ven pollutum.*

Eod. *Neque laudationibus, aut pompa detinere.*] In cod Budensi legitur additum, *preces effundere.* quam clausulam c nor sic emendandam, vt *præceps effundere* legamus, subaudie *funus è sandapila*, aut *loculo*, quod alioqui non sine cærimoniis poni in rogum solebat.

Eod. *Et tanto magis fouendum.*] Illic deest *&* parti la. Legiturque; *Reliquas spes in Rep. sitas. Tanto magis uendum.*

Cap. 18. *Quæ vt coniugi imperatoris soli, tum & vt m seruabantur.*] Lectio regii codicis. *Quæ, vt coniugi imper ris solitum, vt matri seruabantur.* quidam mutarat *vt ita.*

Cap. 19. *Amore an odio incertum.*] Illic, *Amore an odio incer* Expone, incertas, amore an odio, adirent eam.

Eod. *Insignis genere, forma, lasciuia.*] Correximus, *forma sciua.*

Cap

Cap. 20. *Luxus principis intendere.*] Nos *luxus* mutauimus in *ssus. Intendere* significat hic *adiuuare augereque.*

Eod. *Nos consensum autorum secuturi quæ diuersa prodiderint.*] Illic legitur, *qui diuersa prodiderint.*

Cap. 21. *Deinde & à Burro.*] Particulam *&* sustulimus, sic mox. *Et Agrippina*, eadem particula deleta scripsimus tantum; *Agrippina ferociæ memor.* Paulo post; *At existat*, ex *at* fecimus, *aut.*

Cap. 22. *At Syllana in exilium acta.*] Vocabulum extremum est in scripto libro.

Cap. 23. *Qui per nuptias Antoniæ, gener erat.*] Melius scribas, *cui nup. ant. g. erat.*

Eod. *Et tum vanitatibus manifestus.*] Castigauimus; *& n vanitatis manifestus.* Hoc autem sermonis genere sæpe Ta-us vtitur. Vt libro duodecimo: *Interim Zenobiam, id mi-i nomen, placida illuuie, spirantem ac vitæ manifestam ad-tere pastores.* Hoc ipso libro; *Ac criminum manifestos meri-d seruitutem retrahi, vt metu coërceantur, quos beneficia non ...auissent.* Libro decimoquarto: *Supremis testamenti verbis am-onis manifestus.* Libro decimoquinto: *Atque ipse mœstus & ...na cogitationis manifestus erat.* Et infra: *Non quia coniurationis ...ifestum compererat.* Et paulo post: *Sed verba sua præpediens, & ...ris manifestus.*

...od. *Nec tam grata Pallantis innocentia.*] Sincerior regii co-s lectio, *Nec grata Pallantis innocentia quam grauis super-...uit.* vt sit ecliptici generis oratio. subauditur enim aduer-...n *magis*, aut *tam.* Paulo post, cap. 24. illic legitur, *vt miles ...trali lic. n. p.*

...ap. 25. *Et ore præferret.*] Habet Budense volumen, *& fore se ...rem præferret.* Lego, *ore se Cæsarem præferret.*

...od. *Iulius quidem Montanus.*] Particula *quidem* illic non ...ur.

...od. *Quia vim tentantem acriter repulerat.*] Exemplaris scri-...ctio, *qui auia temptantem.* Lego. *quia vi attentantem acriter ...erat.*

...od. *Deinde agnitum orauerat.*] Illic scriptum est; *Dein-...adagnitum orauerat.* vt possit *adagnosco* cuipiam dictum ...i, sicut *Adalligo* Plinius protulit. Sed arbitror primo fuisse ...um *adgnitus* more vetusto; quod interpretans aliquis, ascri-... *agnitus*: vnde postea conflatum *adagnitus.*

...d. *Si à lassis validius ageretur, arma inferrent.*] Scripsimus, ...*bant.*

...od. *Donec discordi populo & grauioris motus terrore.*] Nos re-...mus, *ex grauioris motus terrore.*

Cap. 26. *Perſcripſere tamen conſenſum ſenatus.*] Miror illic eſt
in conſenſum. Mox non eſt, *vi ne an æquo*, ſed tantum, *vi an æqu*
Quod ſequitur; *conſultarent*, malim ego, *confutarent*, & pro *impl*
lere, implere. vt ſic tota ſententia legatur: *Sed Conſules relatione*
incipere non auſi, ignaro principe; ſubauditur *fuerunt*. *Perſcripſere ta*
men cõſenſum ſenatus, ille an autor conſtitutionis fieret, vt inter pa
cos & ſententiæ aduerſos. Quibuſdam, coalitam libertate irreuere
tiam eo prorupiſſe frementibus, vi an æquo cum patronis iure agere
ſententiam eorum confutarent, ac verberibus vltro manus inten
rent, implere vel pœnam ſuam diſſuadentes.

Eod. *Quos beneficia non commutauiſſent.*] Emendauimus, *m*
tauiſſent.

Cap. 27. *Si ſepararentur libertini.*] Scripſimus, *ſi ſeparentur.*

Cap. 28. *Medio tempore contradicerent.*] Illic eſt, *Medio tempo*
Sic & libro proxime ſequenti: *Medio temporis tantum honorum*
que opum in me cumulaſti. Itaque & nos ſcripſimus hic, *Medio t*
poris. Mox repoſuimus, *Obultronium Sabinum.*

Cap. 30. *Veneno damnationem anteuertit.*] Habet exem
ſcriptum, *anteiit.* quo verbo alibi quoque Tacitus vtitur. vt li
tertio: *Poſtremo ſuaſmet ipſe ſpes anteire parat.* Sic enim eum loc
emendandum cenſemus, vbi vulgo perperam legitur, *anter*
rat, pro *anteire parat.* Infra pro *quadrigeni nummi, illic quad*
genti.

Cap. 31. *Aut procurator in prouincia obtineret ſpectaculum*
qui prouinciam obtineret.
diatorum.] Reſtituimus locum,

Cap. 32. *Ac ſuperſtitionis externæ rea.*] Forte Chriſtianam
tatem intelligit. nam apparet ſanctam mulierem fuiſſe Pom
niam Græcinam. Tacitus loquitur vt ethnicus.

Eod. *Idque illi imperitante Claudio impune, mox ad gloriam*
tit.] Et hic vertit vſurpat *abſolute.*

Cap. 33. *Tamquam inſonti periculum feciſſent.*] Latine di
cere periculum alicui; pro, adducere in periculum, indicat loc
ter libro 16. vbi inquit: *Fregitque annulum, ne mox vſui eſſet a*
cienda pericula. Alioqui maluiſſem hic legere, *faceſſiſſent p*
lum, à *faceſſo* verbo. quemadmodum libro primo loquitur d
mano Hiſpone: *Mox clariſſimo cuique periculum faceſſit.* It
bro 4. Hiſt. *Qui perinde diues ac eloquentia clarus, nulli vn*
ſub Nerone periculum faceſſiſſet. Quin vſurpat, *pecuniæ peri*
facere, pro iacturam facere, libro 14. *Auxitque patrum ho*
ſtatuendo, vt qui à priuatis iudicibus ad ſenatum prouocau
eiuſdem pecuniæ periculum facerent, cuius ij qui imperatorem
lauere.

Cap. 34. *Simul init conſulatum Valer. Meſſala.*] Scripſim
mul iniit.

Eod. *Mollibus adhuc initiis prolatum inter Parthos Rom.*]

i *prolatatum*. nam etiam alibi Tacitus noster hoc vtitur verbo. bro quinto: *Sed vbi diem ex die prolatabant.* Libro 15. *Interim nctantibus prolatantibusque spem ac metum.* Lib 2 Hist. *Seu do- ū extruere, seu prolatare agros.* Libro 3. Hist. *Sed omnem prolatatio- m vt inimicam victoriæ suspectabant.* Vsurpatur & Liuio. Paulo ost. *Ac libertate ignota illuc.* Malim, *illic.*

Cap. 35. *Truncis brachiis reciderent.*] Mutaui *reciderent* in *deci- rent.*

Cap. 37. *Plura fama quam pugna exterrere.*] Codex Budensis ibet, *extrahere*; vt de tempore sit intelligendum & præcedit, *elu- re huc & illuc nolitans.* Itaque castigaui locum.

Cap. 38. *Vt dolus patraretur.*] Mihi magis arridet quod illic le- tur, *vt dolus pararetur.*

Eod. *Nam equiti sagittarum vsu exercito.*] Non erat hic opus iicere particulam *nam*, quæ non est in exemplari scripto.

Cap. 39. *Cognomento vallandum.*] Illic legitur, *volandum*, tam- uam id sit castelli cognomentum.

Cap. 40. *Sinistro sexta insedebat.*] Castigaui, *incedebat.* Mox *pro- ictiore cornu*, scripsi, *productior cornu.*

Eod. *Et diuersos consectari posset.*] Illic scriptum *diuersa*. nec ma- nopere refert vtro modo legas. *Diuersum* vsurpat pro *diuiso*. Sic alibi.

Cap 41. *Quis diuina colerent.*] Reposui, *colerentur.* Item Paulo ost. *An grauius existimandum.*

Cap. 42. *Quam veterem ac olim partam dignationem.*] Quid si gas. *Quam veterem adeo partam dignationem subitæ felicitati ibmittere.*

Cap. 43. *Aut versa.*] Hæ duæ dictiones non sunt in codice Bu- ensi, qui sic habet; *Nec deerant qui hæc iisdem verbis in deterius enecæ deferrent.* nec erat opus lectionem veterem hic interpolare. t infra cap. 44. *Octauius contra modo conqueri*; illic tantum est, *ctauius contra conqueri.*

Eod. *Libidine seposita.*] Malim *libidini seposita.* Mox assuit quis- iam *que*, particulam, *Commoueratque*, quum illic legatur tantū, *ommouerat quosdam.*

Eod. *Et lege Cornelia de sicariis condemnatur.*] Scripti co- icis lectio; *Et lege de sicariis condemnatur.* Arbitror, additam ictionem è margine receptam in contextum. alibi tamen ddit.

Cap. 45. *Huic mulieri cuncta alia fuere.*] Forte *affuere.* Paulo ost scripsimus, *potentiam ei adiiceret.*

Cap. 46 *Ibi concessam dictitans nobilitatem.*] Volumen Matthię Coruini: *Vbi concessam dictitaret nobilitatem.* Legerim; *Vbi conces- sam dictitarent nobilitatem atq; pulchritudinem.* nam connectentes particulas sæpe Tacitus omittit.

Eod. *Ibi se summa fortuna dignam visere.*] Lego, *Ibi se summa fortuna digna visere.*

Cap. 48. *Quas diuersas senatorius ordo plebsque ad senatum miserant.*] Vocabulum *senatorius* non est in codice Budensi. Mox, *saxa, & minas.* Illic, *ad saxa, ad minas.*

Cap. 49. *Quibusque aliis Romana continentur.*] Apparet ex scripto lib. legendum, *continerentur.*

Eod. *Suadere dissuadere licere patribus.*] Emendauimus. *Suadere dissuadereue licere patribus.*

Cap. 50. *Plerasque vectigalium societates.*] Malim, *necessitates.* Sic enim libro primo Annal. legitur: *Quantum ciuium sociorumque in armis, quot classes, regna, prouinciæ, tributa aut vectigalia, & necessitates ac largitiones; quæ cuncta sua manu perscripserat Augustus.*

Eod. *Acri etiam populi Romani libertate.*] Particulam *tum* hic addidimus: *acri etiam populi Romani tum libertate.*

Eod. *Vt ratio quæstuum & necessitas irrogationum inter se congruerent.*] Correxi locum, *vt ratio quæstuum & necessitas erogationum int. se cong.*

Cap 51 *Et quæ alia ex auctionibus illicitis nomina publicani inuenerant.*] Reposuimus; *& quæ alia exactionibus illicitis n. p. i.* Dandi casu dictum.

Cap. 52. *Qui proconsulare imperium illic habuerunt.*] Scripsi, *habuerant.*

Eod. *Quorum ambitum euaserat.*] Emendauimus. *quorum ambitu euaserat.*

Cap. 53. *Peruulgatis triumphi insignibus.*] Hoc est, quæ iam nimium frequentia communiaque esse cœperant.

Eod. *Mosselamque atq; Ararim.*] Scripsimus *Mosellam atque Ararim.* Mox est illic, *itineris* pro *itinerum.*

Eod. *Deterrendo Vetere.*] Malim *Veterem.* exemplar scriptum habuit, *Veteres.*

Eod. *In studiaque Galliarum affectaret.*] Et hic malim legere *ne legiones alienæ prouinciæ inferret, studiaque Galliarum affectaret* nisi quis potius arbitretur scribendum, *incustoditaque Galliarum affectaret.*

Cap. 54. *Malorige.*] Hic Teutonice vocatus fuit *Malrich.* Vnde Am. Marcellino *Malarichi* vocabulum.

Eod. *In qua tum Germanici regnabant.*] Legendum forte *nutu Germanici:* aut, *iussu Germanici.*

Eod. *Iamque fixerant domos.*] Castigauimus indidem; *Iamq; finxerant domos.* Sic in libello de Germanis. *Quia & domos fingunt, & scuta gestant.* Mox est illic; *Atque patrium solum exercebant.*

Eod. *Nullos mortalium armis aut fidei ante Germanos esse exclamant.*] Reposuimus, *armis aut fide.*

Eod

Eod. *Et bona æmulatione.*] Non dubito quin Tacitus scripserit, *bona æmulatio*, contra librario *ne* syllabam à proxima dictione *Nero* perperam mutuante. proinde scripsimus. *Quod comitate à visentibus exceptum, quasi impetus antiqui, & bona æmulatio. pro ciuitate Ro.*

Cap. 55. *Eosdem agros Ansibarij occupauere.*] Marcellinus libro vigesimo de Iuliano Cæsare: *In limitem*, inquit, *Germaniæ secundæ est egressus, omnique apparatu quem flagitabat instans negotium communitus, Toxandro oppido propinquabat. Rheno deinde transmisso, regionem subito peruasit Francorum, quos Ansuarios vocant, incertorum hominum, licentius etiam perscrutantium extima Galliarum.* Hactenus ille. Vocat igitur *Ansuarios* u, pro *b*, quos Tacitus *Ansibarios*; vt hinc validum meæ coniecturæ sit argumentum Francos è Chaucis prodisse. nam aperte tradit hoc loco Tacitus, *Ansibarios à Chaucis pulsos.* Igitur generale Francorum nomen, & forte recentius, multas nationes propriis adhuc appellationibus distinctas complectens: sicut & Sueuorum pluribus olim commune.

Eod. *Quæ sunt vacuæ.*] Emendauimus, *quæque vacuæ sint.*

Eod. *Solem inde respiciens.*] Illic legitur. *Solem deinde dispiciens.* Legerim; *Solem dein aspiciens.* Infra est, *quam se patientur.*

Cap. 56. *Deesse nobis terra viua, in qua moriamur.*] Hunc locum non solum in vulgatis æditionibus, verum etiam in manuscripto volumine deprauatum ac mutilum, sic audacter restitui, meum secutus iudicium: *Deesse nobis terra in qua viuamus in qua moriamur non potest.* id verbum, in priori parte etiam subauditur.

Igitur assistentibus hiis.] Correximus; *Igitur absistentibus his*, scilicet Tencteris. nam *absistendi* verbum etiam alibi Tacitus vsurpat. Vt libro secundo Annal. *Aut ille absistit.* Libro 3. Hist. *Orantem pro gradibus palatij Vitellium, & preces parantem, peruicerunt vt absisteret.* Lib. 4. Histor. *Et missus cum mandatis Montanus ad Ciuilem vt absisteret bello.*

Eod. *Et cæteris quoq; aliena pericula deserentibus.*] *Quoque* coniunctio non est in libro regio. nam & hic pro *etiam* exponendum. Quod autem illic *defendentibus* legitur, stare non potest, nisi quis *periculo* scribat.

Cap. 57. *Super libidine cuncta armis agendi.*] Emendauimus. *Super libidinem*, id est, præter libidinem. quod sermonis genus Tacito familiare.

Eod. *Ex contrariis inter se elementis.*] Deleuimus præpositionem *ex.*

Eod. *Et minæ quidem hostilis in ipsos vertebantur.*] Quid si Tacitus scripsit, *in ipsos vertebant*, absolute, non *vertebantur.*

Eod.*Sed ciuitas Iuhonum.*] Huius fit mentio supra libro secundo: *Reductus*, inquit, *inde Iuhiona miles lætus animi quod aduersa maris, expeditione prospera pensauisset*, quamquam illic in æditione Romana perperam legitur diuisis syllabis *in Hiona* pro *Iuhiona*. Arbitror Frisiis & mari Germanico proximam fuisse eam ciuitatem.

Eod. *Aut quo alio humore niterentur.*] Forte,*reniterentur*.

Eod. *Vsu & viliori polluta.*] Habet codex Budensis tantum, *& vsu polluta*,quam lectionem secuti sumus.

Cap. 58. *Quæ super octingentos & quadraginta ante annos Remi Ro.*]Exemplar manuscriptum habet,*quæ supra octingentos & quadraginta ante per annos Remi.* Quid si legas, *quæ supra octingentos & quadraginta annos perennans*, *Remi Romulique infantiam texerat*.Perennans,hoc est, continue edurans.

In Librvm XIV. Annal.

CAP. 2. *Iamque lasciuia oscula.*] Scripsimus, *lasciua oscula.*

Cap. 5. *Iussum dehinc remigibus.*] Reposui,*Visum dehinc remig.*

Eod. *Nando deinde occursu lenunculorum Lucrinum in lacum vectam.*] Mirum obsequium lenunculorum qui nanti Agrippinæ nantes occurrerint. præsciebant ergo casum. Mendosa dictio est *lenunculorum*, reposui, *occursu lembunculorum*, hoc est *nauicularum*.nam diminutiua vox est à *lembo*.

Cap.7.*Et hactenus addito discrimine.*] Correximus,*& hactenus addito discri.*

Eod. *Nisi quid Burrus & Seneca expergiscerentur.*] Codex regis Coruini hic habet,*expurgent*, sed erasa priori scriptura.

Eod. *Et eo descensum credebant.*] Illic apparet fuisse scriptum, *an eo descensum credebant*. Legerim, *iam eo descensum credebant.*

Illos inuidiæ dari imperium.] Sic castigator quispiam semiliteratus, *illo sui die*, quod scriba Hispanus opinor scripserat, restituendum putauit,quum *sui* in *sibi* mutandum fuerit.

Cap.8.*Diuersa rogantium.*] Scribendum,*rogitantium.*

Cap.10. *Reliquum noctis.*]Emendauimus,*reliquo noctis.*

Cap. 11. *Et luisse eam pœnam conscientia.*] Addidimus pronomen,*ea*,*Et luisse eam pœnam ea conscientia.*

Eod. *Ac posteaquam frustra oblata sint.*] Forte *frustrata sit*. Offertur tamen stuprum,& vitium.

Eod. *Quod fortuitum fuisset.*] Scripsi. *Quod fortuitum fuisse.*

Cap.13. *An obsequium senatus, an studia plebis reperiret anxio.*] Budense exemplar habet, *repeteret*. vt intelligas dubitasse Neronem,ad senatum ne confugeret, an potius ad plebem, & vtris magis fidendum.itaque sic locum emendauimus.

Eod.

Eod. *Quorum non alia regio fœcundior extitit.*] Scripſimus, *regia*; [h]oc eſt, *aula*. Quod hic de *deterrimis* apud Neronem ſcribit, poſ[se]t hodie de *doctiſſimis* apud Henricum VIII. Angliæ regem dici, [q]uorum non alia regia fœcundior extat.

Cap. 14. *Vetus illi cura erat.*] In Budenſi codice legitur; *Vetus [ill]i copia erat.*

Eod. *Et ſi eodem princeps trahat, lætum.*] Illinc repoſuimus; *& ſi [eodem] princeps t. l.*

Eod. *Cæterum vulgatus pudor.*] Caſtigauimus, *euulgatus pudor.*

Cap. 15. *Et poſita vero irritamenta luxus.*] Emendaui. *& poſita [v]eno*, hoc eſt, vt venum darentur.

Eod. *Poſtremus ipſe ſcenas aſcendit.*] Scribendum, *incedit.* nam [h]oc verbum Tacitus cum accuſatiuo copulat. vt infra: *Græci ami[t]us quos per eos dies plerique inceſſerant.* Et mox. *Quia fontem aquæ [M]artiæ ad vrbem deductæ, nando inceſſerat.* Sic libro primo: *Ince[du]nt mœſtos locos, viſuque ac memoria deformes.*

Eod. *Aſſiſtentibus familiaribus abſceſſerat.*] Legerim, *abſiſten[ti]um facie abſceſſerat cohors militum.* De verbo *abſiſto*, monuimus [an]te.

Cap. 16. *Hi dies ac noctes.*] Pronomen *hij* non eſt in regio libro; [ut] ſit continua lectio, *Et pars ingenio procaces, alij in ſpe potentiæ, dies [ac] noctes plauſibus perſonare.*

Eod. *Eruebantur.*] Manuſcriptum exemplar habet, *ruerentur.* [F]orte, *vt contraria aſſeuerantium diſcordiæ quærerentur.*

Cap. 19. *Quam clariorem effecit.*] Forte, *quæ clariorem effecit.*

Cap. 22. *Hunc illum numine deûm deſtinari credebant.*] Malim, [hu]nc illum.

Cap. 23. *Ad occupandum Tygranocerta.*] Scripſimus, *ad occupan[da]* *Tygranocerta.*

Cap. 25. *At præſidium legerat.*] Volumen regium habet, *At præ[ſi]dium legerat.* Forte, *At præſidium alterum.*

Cap. 26. *Pars Nipolique & Ariſtobolo.*] Illic tantum eſt, *Nipuli [&] Ariſt.* Quid ſi legas, *pars populi Ariſtobulo atque Antiocho parere [iu]ſſæ ſunt.*

Cap. 27. *Veterani Tarentum & Antium aſcripti*] Lectio codicis [ve]teris, *Veterani Tarentum aſcripti.*

Cap 28. *Vibij Criſpi fratris fauore enixus.*] Illic legitur, *fratri ſo[...]ribus enixus.* Lego, *Vibij Criſpi fratris honoribus enixus.*

Cap. 30. *Præſidium poſthac impoſitum victis.*] Repoſuimus, [v]icis.

Cap. 32. *Neque foſſam aut vallum produxerunt.*] Scripſimus. [ob]duxerunt. Item paulo poſt, *in Galliam tranſiit.*

Cap. 33. *At Suetonius mira conſtãtia medius inter hoſtes.*] Emen[d]auimus, *medios inter hoſtes.*

Eod. *Eadem clades municipio Verulanio fuit, &c.*] Senſus eſt;

Barbari municipiis quæ nullo milite defenderentur imminebant. at castella præsidiaq; Romanorum omittebant. Expone, *& aliorum*, hoc est, *etiam aliorum*, scilicet municipiorum insignes prædas petebant.

Cap.37. *Velut cuneo erupit.*] Fecimus, *vt cuneus erupit.*

Cap.38. *Simul in vrbe mandabat.*] Correximus. *Simul in vrbem mandabat.*

Eod. *Ad fortunam reipublicæ.*] Budensis codex; *Ad fortunam ipsius referebat.*

Cap.39. *Nondum cognita libertorum potentia erat.*] Illic est, *libertinorum.*

Eod. *Detentusque rebus gerundis Suetonius, qui quod post paucas naues in littore, remigiumq; in ijs amiserat.*] In volumine regis Coruini, nō est pronomen *qui*, & pro *post paucas*, legitur, *perpaucas*. Proinde locū sic restituimus: *Detentusq; rebus gerundis Suetonius, quod perpaucas naues in littore remigiumq; in ijs amiserat, tamquā dux ante bello tradere exercitum Petronio Turpiliano, qui iam consulatu abierat, iubetur.*

Cap.40. *Eius propinquus.*] Illic, *& propinquus.* forte, *ei.*

Eod. *Vicio Rufino.*] Exemplar manuscriptum, *Vincio Rufino.* forte, *Vinicio.*

Cap.41. *Vendidisset ve.*] Illic tamtum, *vendidisset.* sed tamen apparebat rasura. Melius autem placet, *Senatuscōsultum*, quam quod illic legitur, *senatusconsulto.*

Cap.42. *Siue amori exoleti infensus.*] Emendauimus, *siue amor exoleti infensus.*

Eod. *Senatus in quo ipso erant studia.*] Scripsimus, *senatusque.* & sic distinximus verba, *senatusque (in quo ipso erant studia nimiam seueritatem aspernantium) pluribus nihil mutandum censentibus.* Expone, *pluribus senatus*, hoc est, pluribus è senatu nihil mutandum censentibus.

Cap.43. *Quod hodie venit.*] Scribendum videtur, *quod hodie euenit.*

Eod. *At quem dignitas sua defendet.*] Volumen Budense, *v quem.* posset etiam legi, *ecquem dignitas sua defendet.*

Eod. *Auertit.*] Illic est *aduertit.* Legerim, *quæ ne in metu, siue motu, pericula nostra aduertit.* Cum datiuo construit hoc verbum libro tertio: *Ne princeps, antiquæ parsimoniæ durius aduerteret.* Alibi vsurpat *aduertere*, pro, *in se vertere*, siue *commouere.* Vt lib.4. *Atque illic eadem actitando recentia veteraq; odia aduertit.* Lib.5. *V vulgum miseratione aduerteret.*

Cap.44. *Sed & si nunc primum statuendum haberemus.*] Libe regius, *Sed si.* Coniicio leg. *deliberatum est, ac si nunc primum sta h. creditis ne seruum interficiendi domini animum sumpsisse.* Sic enim scripsimus pro *insumpsisse.*

Eod

Eod. *Num & ex fuso exercitu.*] Castigaui, *Nam & ex fuso ex-citu.*

Eod. *Etiam strenui non sortiuntur.*] Negatiuam particulam *non*, ıstulimus. Quippe recte habet sententia: *Nam & ex fuso exerci-ı, quum decimus quisq; fuste feritur, etiam strenui sortiuntur.* Vsur-at autem hic *sortiuntur* passiue.

Cap. 45. *Et saxa ac faces.*] Particulam, &, induximus.

Eod. *Ne mos antiquus, quem misericordia non minuerat, per saui-am incenderetur.* Malim, *intenderetur.*

Cap. 48. *Ne condemnatus à senatu.*] Scripsimus. *vt condemnatus senatu.*

Eod. *Et nulla necessitate obstricto senatui.*] Castigaui, *senatu.*

Eod. *Quin in insulam.*] Emendauimus. *Quin insula.* nam Taci-ıs frequenter omittit præpositiones, *in, de, ex, a,* vel *ab.*

Cap. 49. *Libertas Thrasea seruitium aliorum rupit.*] Deprauatum c vocabulum est *seruitium.* Correximus, *silentium aliorum rupit.*

Eod. *Datam & absoluendi licentiam.*] Reposuimus, *data etiam ısoluendi licentia.* Vbi *licentiam* vides in bonam quoq; partem ac-pi. Sic lib. 1. *Cur venisset, neq; augendis militum stipendiis, neq; ad-uandis laboribus, denique nulla benefaciendi licentia.*

Cap. 50. *Is libris quibus nomen codicillorum dederat.*] Illic, *iis li-is codicillorum quibus nomen dederat.* nec refert, si recte di-nguas.

Eod. *Venditata ab eo munere principis.* Exemplar regium, *vendi-ta ab eo munere principis* Paulo post videtur ex scriptura regij co-cis potius legendum, *incertum valitudine an veneno.*

Cap. 51. *Illitum palatum eius noxio med.*] Genitiuus *eius* non est Budensi volumine; sicut nec mox accusatiuus *eum*; *Quum ad ıendum eum princeps venisset.*

Eod. *Sine quæstu tractabat.*] Posset etiam legi, *tractauerat.*

Eod. *Et quæ illi pro genitis moribus fuere.*] Illic legitur, *atque illi.* gerim, *ac quæ illi.* pro, *genitis*, vero *cognatis.* Igitur emendauimus, ı *cognatis moribus fuere.*

Eod. *Ex intimis libidinibus assumens.*] Scripsimus, *& intimis li-linibus assumens.*

Cap. 52. *Et priuatim supra modum euectas opes.*] Mutauimus *pri-tim in priuatum.*

Cap. 53. *Innumeram pecuniam dedisti.*] Codex Budensis, *circum-disti*, subauditur hic & particula, *gratiam immensam & innume-m pecuniam circumdedisti*, scilicet *mihi.*

Cap. 54. *Possumus seniores amici, quiete respondere.*] Coniicio le-ndum; *poscimus seniores amici quietem respondere.* nam volumen gium habet, *quietem.*

Eod. *Qui & modica tolerarunt.*] Castigauimus. *qui & modica lerarent.*

Cap.55. *Bellis & periculis meruerant.*] Scripsi, *Bello & periculis meruerant.* Paulo post, *inornatumque robur.* Forte, *innatumque robur*, siue, *eneruumque robur.*

Cap.56. *Vnde amico infamiam parit.*] Reposuimus, *parat.*

Cap.58. *Quia à pluribus salus eius curabatur.*] Præpositionem *a* deleuimus. Paulo post forte melius sit legere; *& magni nominis miseratione reperturum bonos.* id est, ob miserationem.

Eod. *Tot enim veniebant.*] Scripsimus, *tot enim adueniebant.*

Eod. *Quæ ad vsque bellũ eualescerent.*] Quid si quis legat, *quoad vsque bellum eualesceret.*

Cap.59. *Coeranum Græci.*] Nos, *Cæranum.*

De cædibus Syllæ Plautique.] Scripsimus, *de cæde Syllæ Plautique.* nec erat hic opus vocabulo pluratiui numeri.

Cap.60. *His (haud quaquam Nero pœnitentia flagitij.*] In regio volumine legitur: *His tamquam pœnitentia flagitij.* Malim, *His Nero tamquam pœnitentia flagitij.*

Cap.61. *Itur etiam in principis laudes, repetitum venerantur.*] Emendauimus, *repetitum venerantium.*

Eod. *Quæ semper odio tumens, metu atrox.*] Reposuimus ex Budensi: *quæ semper odio, tum & metu atrox.*

Cap.62. *In seruitio.*] Scripsimus, *seruo.*

Eod. *Et quæstionibus ancillarum illuserat.*] Reposuimus, *elaserat.*

Cap.63. *Et præsentem sæuitiam melioris olim fortunæ recordatione alleuabant.*] Emendauimus, *eleuabant*, hoc est, *minuebant*, quæ elegantissima verbi huius significatio satis nota est.

Cap.64. *At puella vicesimo ætatis anno.*] Scripsimus, *Ac puella*

Eod. *Communesq; Germanicos.*] Restituimus locum. *quum iam viduam se, & tantum sororem testaretur, communeque Germanicos & postremo Agrippinæ nomen cieret.*

IN LIB. XV. ANNAL.

CAp.1. *Et defectione Hyrcanorum.*] Scripsimus, *dissensione Hyrcan.*

Cap.2. *Et certamen.*] Emendaui, *contra veterum fratrum odia & certamina.*

Eod. *Dum ipse positis aduersus Hyrcanos discordiis.*] Reposuimus, *Dum ipse compositis aduersus Hyrcanos discordiis.*

Cap.3. *Compositius cuncta quam festinatius agerent.*] Nos, *festinantius.*

Eod. *Quosdam riuos congestu terræ obdidit.*] Scripsimus, *abdidit.*

Cap.6. *Et Corbulonis minus patrata magnifice extollebant.*] Reposuimus, *ac magnifica, extollebant.*

Cap.7. *Famisulanus Vectoniarius.*] Codex Budensis, *Fimisulanus Vectonianus.*

Eo

Eod. *Calauius Sabinus regebat.*] Nos, *regebant.* Mox est illic, *transmittebat.* sicut & ante, *Armeniam intrat.* Igitur & nos sic scripsimus.

Cap. 10. *Castello cui Asamosata nomen est.*] Correximus, *Arsamosata.*

Eod. *Et agre compulsum ferunt*] Sustulimus particulam *&.* non autem hæc sola supererat, sed mox item particula, *vt, Ægre compulsum ferunt, instantem Corbuloni fateretur.* subauditur autem *vt.*

Cap. 11. *Hinc peditatu inde equite.*] Codex Budensis: *Hinc peditatu, hinc equite.*

Eod. *Per longinqua & auia.*] Præpositionem *per* expunximus, sic distinguendo sententiam: *Peditum si quis integer, longinqua & auia: vulnerati castra repetiuere.* subauditur ante, *petiit.*

Eod. *Missis item ad Corbulonem precibus.*] Scripsimus, *Missis iterum ad Corb. pr.*

Cap. 13. *Ne aliud quam munimenta propugnabant.*] Emendaui, *nec aliud q. m. prop.*

Eod. *Aut metu.*] Ablatiuum *metu* deleuimus, & pro *aut* scripsimus, *vt*, hoc modo, *Et alij propria ignauia, vt Corbulonem opperientes.* Siquidem in manuscripto libro tantum est *aut* pro *vt*, Librarius vltimam præcedentis vocabuli quod est *ignauia* literam, cum vt coniunxit, vt fieret *aut.* deinde quispiam ablatiuum adiecit *metu.*

Eod. *Contra daret.*] Hoc mihi magis probatur quam quod verbum in regio volumine est scriptum, nempe, *contradiceret.* Sic lib. 1. Hist. *Si fortuna contra daret, iratis ne relinquerentur.*

Eod *Pacem ex æquo vtilem, nec præsentia spectaret.*] Non est inepta Budensis exemplaris lectio, *Pace ex æquo vtili, ne præs. t. sp.*

Cap. 14. *Adiecisse deos dignum Arsacidarum simul & de legionibus Romanis statuerent.*] Scribendum apparet, *Adiecisset eos, dignum Arsacidarum, &c.* Sensus est. rescripsit Vologeses se adhibuisse fratres suos in consilium, Pacorum ac Tyridatem, vt digne Arsacidis simul & Romanis statuerent. Quur enim non possim docendi gratia sic loqui, quum Cicero dixerit, *conuenienter naturæ viuere.* Arbitror autem *dignum Arsacidarum* imitatione Græca protulisse ἀξίως τῶν ἀρσακιδῶν. nisi quis malit, *dignum Arsacidarum* pro *dignitatem Arsacidarum:* hoc est; pro dignitate Arsacidarum simul & de legionibus Romanis statuerent.

Eod. *Vasatem præfectum.*] Et mox, *Vasates.* Scripsimus, *Vasacem, &, Vasaces.*

Cap. 15. *Is castra perfluebat*] Malim, *præfluebat.*

Eod. *Antequam agmen Romanum excederet.*] Emendauimus, *decederet.* Quod illic sequitur, *aut iumenta adnoscentes,* in vulgata æditione est *agnoscentes,* nec refert.

Cap.16.*Validum & firmum intellexere*] Reposui, *Validum & fidum intellexere.*

Eod. *Neque se plus tridui itineri abfuisse.*] Nos, *itinere.*

Eod. *Non eam speciem insignium & armorum prætulit.*] Liber manu descriptus, *Non eam speciem insignium armorum p.*

Eod. *Ne lachrymis quidem temperare.*] Scripsimus, *temperauere.*

Eod. *Vix præ fletu vsurpata consalutatio.* Sic lib.4.Hist. *Nulla inter coeuntes exercitus consalutatio.*] Quamquam hoc loco codex Budensis habet *consolatio.*

Cap.17. *Hoc conquerentium.*] Castigauimus, *Hæc conquerētium.*

Amnemque vt olim medium faceret.] Scribendum, *Amnemque vt omnium medium faceret.* Item, *Diruptaque quæ vltra Euphratem communierat Corbulo.*

Cap.18. *Fortuitus ignis assumpsisset.*] Emendaui, *absumpsisset.*

Cap.19. *Adeunt, ibi naturæ munus, labores educandi.*] Exemplar Matthiæ Coruini habet, *Adeuntib. naturæ.* proinde lego, *Qui magna cum inuidia senatū adeunt, ius naturæ, labores educandi, aduersus fraudē, & artes, & breuitatē adoptionis enumerāt.* Dele ergo vocabulū *munus* quod castigatores infulserunt, ibi pro *ius* scribentes. Hic locus feliciter, vt puto, restitutus est, atq; in contextu mutatus.

Eod. *Ac ne vsurpandis quidem hæreditatibus prodesset.*] Particula *quidem*, illic non est, & potest abesse.

Cap.21. *Potētiam suam tali modo ostentandi.*] Nec est illic *suam.*

Cap.23. *Locus puerperio colonia Antium fuit.*] Abest & verbum *fuit*, quod nos quoque dispunximus.

Eod. *Iam senatus interim vterum Poppeæ commendauerat dijs.*] Aduerbium *interim* sustulimus.

Eod. *Adnotandum est.*] Scripsimus, *Adnotatum est.*

Cap.25. *Quā populus Romanus.*] Castigaui, *quē.* subaudi *modum.*

Cap.28. *Neq; infamia Pæti augebatur.*] Correximus. *angebatur.*

Cap.29. *Tum placuit Tyridatem ponere apud effigiem Cæsaris insigne regium.*] *Ponere* pro *deponere.*

Cap.30. *Vt, initia vigiliarum per centurionem enunciari.* [Scripsimus, *nunciari.*

Eod. *Et structam ante auguralem aram subdita face accendi.*] Castigauimus, *& structa* (hoc est, *struem lignorum extructam*) *ante Auguralem aram subdita face accendi.* subauditur, *ligna*, vel simile quippiam.

Eod *Postero die spacium orauit.*] Emēdaui, *Postremo die.* Quamquam si quis de biduo vltimo tantum intelligat, recte scripserit *postero die*; id quod secutus est castigator huius loci. Quod si quis totum tempus respiciat, quo semel atque iterum congressi sunt, præsertim quum præcedat, *Dein paucis diebus interiectis*: non absurda lectio erit *postremo die*, quam nos Budensi codici debemus, cui cætera ferme omnia.

Cap.31.

Cap.31. *Neu ferrum traderet*] Intelligendum, neu ferrum traderet, ſcilicet ipſe Tiridates Corbuloni.

Cap.32. *Equitum Romanorum locos ſedibus plebis antepoſuit apud Circum.*] Scripſimus, *ſedilibus plebis.*

Eod. *Namque ad eam diem indiſcreti ibant.*] Repoſui, *indiſcreti inibant.*

Eod. *Spectacula gladiatorũ idem annus habuit, pari magnificentia ac priori*] Caſtigauimus, *pari magnificentia, ac priora.*

Eod. *Sed feminarum illuſtrium ſenatorumq; plures per arenam fœdati ſunt.*] Quid faciunt *feminæ* illuſtres in arena? Deeſt hic genitiuus *filiorum*, quem inſeruimus; Sed *feminarum illuſtrium ſenatorumque filiorum plures per arenam fœdati ſunt.*

Cap.33. *Inde initium fore, vt tranſgreſſus ſcenis in Achaiam.*] *Scenis*, id eſt, *per ſcenas.*

Eod. *Et quos à proximis colonijs & municipijs eius rei fama ciuerat*] Scripſimus, *acciuerat.*

Cap 34. *Etiam alijs præemineret.*] Repoſuimus *etiam malis præemineret.* quaſi diceret primum facetiis ſcurrilibus, deinde flagitiis ſceleribusque præminuit.

Cap.35. *Iuſſi id accuſatores obijcere.*] Pronomen *id* non eſt in libro manuſcripto, niſi poſtea additum.

Eod. *Qui ne ignobiles haberet quos ab epiſtolis & libellis & rationibus appellaret.*] Volumen regium habet, *qui ne innobiles habere quos ab epiſtolis & libellis & rationibus appellet.* Conicio legendũ, *Quin eum*, ſiue, *quin etiam nobiles habere, quos ab epiſtolis, & libellis, & rationib. appellet.* quare ſic emendare contextũ auſi ſuimus.

Cap.36. *Hæc atq; talia plebi valentia fuere.*] Budenſe exemplar hic raſis aliquot literis, habet *volentia.* Scripſerim ego, *Hæc atque talia plebi volenti fuere* Similem locutionem vſurpat in vita Agricolæ, *Eoq; initio erecta prouincia, vt quibus bellum volentibus erat.* Hoc ſermonis genus Græcis familiare. Plato Ἀλλ᾽ ὅρα εἴ σοι βουλομένῳ ἐστὶν ἃ λέγω, id eſt. *Sed vide num tibi volenti ſint quæ dico.* Gregorius Nazianzenus, ἐνέπαιζον ὅσα βουλομένοις ἦν, id eſt. *Illuſerunt quæcumque volentibus erant.* Sic & libro 3. Hiſtor. loquitur: *Cæteriſque remanere & in verba Veſpaſiani adigi volentibus fuit.* Quo loco nos dictionem *liberum* à caſtigatoribus inſultam ſubmouimus. Expreſſit hanc figuram amator Hellenismi Macrobius quũ inquit: *Si vobis volentibus eſt.* Huius generis & illud quod Tacitus libro Annal. primo dixit: *Vt quibuſque bellum inuitis, aut cupientibus erat.* quod autores Græci dicunt ἀχθομένοις ἦν, & ἡδομένοις ἦν. Nec eſt admodum diſſimile quod eodem primo libro infra legitur: *Volentibus Armeniis præfecit.* Item lib.2. Hiſt. *Mutiano volenti ſcripſere.* quamquam in vulgatis æditionibus male legitur, *volentia.* Sed de hac figura admonuimus ſub initium operis, & ſuis deinde locis.

Cap.37.*Ipſe quo fidem acquireret,nihil vſquam perinde lætum ſib publicis locis.*]Hic locus eſt prorſum vitiatus. Liber manuſcriptus habet: *Quo ipſe fidem acquireret nihil vſquam perinelocum ſibi locum publicis locis.* Diuinatione eſt opus. Legerim.*Ipſe quo fidem acquireret,nihil vſquam periculoſum ſibi, lætus publicis locis ſtruere cõuiuia,totaque vrbe quaſi domo vti,*hoc eſt, *ſtruebat*, atque *vtebatur*. Id nimirum ſimplicius eſt,quam legere, *periculoſum ſiue turbulentum*,pro *ſibi lætum.*

Eod. *Quaſi Tigillino paratæ,vt exempla referam.*] Et hic deprauata verba ſunt. Emendauimus, *quas Tigillino paratas,vt exemplum feram.* vbi *feram* dixit pro *referam.*

Eod.*Et contra ſcorta viſebantur.*]Particula connectens,&,non eſt in volumine Bud.

Eod.*Et poſtquam tenebræ incedebant.*] Malim,*incidebant.*

Eod.*Miſit auſpices duos.*] Sic &illic legitur. forte melius, *Viſ auſpices duo.*nam ſequitur, *cuncta etiam ſpectata*, ſiue vt in ſcripto codice legitur,*aſpectata.*

Eod.*Cuncta denique ſpectata.*] Manuſcriptus liber, *Cuncta etiam aſpectata.* pluſque eſt *aſpectata* quam *ſpectata.* Verbum *aſpectandi* libro primo vſurpat, *Omnis, exuta æqualitate iuſſa principi aſpectare.*

Cap.38. *Omnibus quæ huic vrbi per violentiam ignium acciderunt grauior atque atrocior.*]Parentheſi ſublata,coniunctionem *ſed* inſeruimus. *Sed omnibus quæ huic vrbi per violentiam ignium acciderunt,grauius atque atrocius.* Noua ſententia eſt. ſubauditur,*id incommodum.*

Eod. *Et rurſus inferiora populando.*] Particulam & deleuimus.

Eod.*Hucque & illuc flexis.*] Nec hoc loco codex manuſcriptus particulam & habet. Opinor Tacitum ſcripſiſſe, *huc illuc flexis,* quemadmodum alibi ſæpe loquitur. Libro primo: *Sed exterruit Cæcina huc illuc ferens arma.* Libro quarto: *Sed perſequi incertum fuit,quum ex vſu temporis huc illuc mearent.*

Eod.*Ad hæc lamenta pauentium feminarum.*] Scripſimus, *Adhoc,*qua voce etiam alibi vtitur.

Cap.39. *In irritum cadebant.*] Codex Budenſis, *Irritum cadebant.* Sic infra: *Dum merita erga Neronem ſua,& quam irritum cecidiſſent,aperit.* At vtrobique legitur in vulgatis æditionibus, *in irritum.*

Cap.40.*Necdum poſito metu ſatis credebatur,cum leuis r.g.ignis.*] Repoſuimus; *Necdum poſito metu,redibat.Leuis rurſum graſſ.ig.*

Cap.41. *Multa ſeniores meminerint.*] Caſtigauimus, *meminerant.*

Eod.*Ex quo Senones.*] Forte,& *quo Senones capt. vrbem inſl.*

Cap.42.*Effodere proxima Auerno iuga cornixus eſt.*]Codex Budenſis,*eniſus eſt.* forte,*anniſus eſt.*

Cap.43

ap. 43. *Sed dimensis vicorum ordinibus.*] Illic legitur, *diuersis* *ibus*: hoc est, *separatis*. Sic infra: *Et diuersi interrogantur.*

od. *Vtique naues quæ frumentum Tiberi subuectæ essent.*] Emendauimus, *vtque naues quæ frumentum Tiberi subuectassent.*

od. *Quod is lapis ignibus imperuius est.*] Correxi, *Quod is* *igni imper. est.*

ap. 44. *Et lectisternia ac peruigilia celebrauere feminæ.*] Exlar regium, *Sellisternia.*

od. *Quos per flagitia inuisos.*] Hic & mox quum pietatē Christiam *exitiabilem superstitionem* vocat, loquitur vt ethnicus, & teriorum nostræ religionis ignarus.

od. *Et pereuntibus addita ludibria.*] Reposuimus; Ea pereuns addita ludibria.

ed in sæuitiam vnius adsumerentur.] Castigaui, *absumerentur.*

Cap. 45. *Hic Græca doctrina ore tenus exercitus.*] *Oretenus* non n volumine Budensi. Qui addidit motus est, quod sequitur, *aum bonis artibus non ind.* quum possit stare sententia sine eo erbio, quod hic minime locum habet. Nam *oretenus* significat *ue ad os.* Sic annalium libro primo: *Permiscentur inter se mani-, modo pectore, modo ore tenus extantes.*

Eod. *Ferebant Senecam*] Scripsimus, *Ferebatur Senecam.* m sæpenumero hoc verbum vsurpat impersonaliter. Porro ius cohærebit sententia si legas: *Ferebatur Seneca orauisse, & egressus*

Eod. *Cubiculum non egressus.*] Subaudi, *est.*

Eod. *Dum pro simplici victu, & agrestibus pomis, ac si sitis ad-neret, profl. aqua vitam tolerat.*] In libro regio non est præposi- *pro*, sed pro *tolerat*, est *tolerabat*. Itaque legendum, *Dum sim- i victu & agrestibus pomis, ac si sitis admoneret, profluente aqua am tolerat, siue tolerabat.*

Cap 51. *Neque senatui quod inane esset, sed prouisum quonam do pœnas euersæ Reip. daret.*] Aduersatiuam particulam exemis, quæ ex posteriori syllaba proxime præcedentis dictionis naest. Emendauimus itaque, *Neque senatui quod inane esset, proui- n quo nam modo pœnas versæ Reip. daret.*

Eod. *Et multum acerrimos duceret in partes.*] Castigaui, *& mi- um acer. d. in partes.*

Cap. 52. *Qui à coniuratione integri essent.*] Codex Budensis, *i coniuratiōn integri.* Lego *coniuratione*, aut potius, *coniuratio- integri.*

Et genibus principis accedens.] Emendauimus, *& genibus prin- is accidens.* Est ab *accido*, quod est ab *ad* & *cado.*

Cap. 53. *Animi validus. & corpore vigens.*] Codex Budensis, *& rpore ingens.* Sic lib. 1. Hist. *Cæcina, decora iuuenta, corpore ingens nimi immodicus.*

Et caterorum vt quique audacia plus habuisset.] In Budensi, *caterorum vt quisque audiuisset, accurrerent.*

Cap.54. *Diuites, pauperes.*] Pro *diuites* scripsimus, *dites.* qua vocem vsurpat crebro. Vt lib.2.Hist. 1. *Dites dominos in prædam aut si repugnatum foret, ad excidium destinabant.*

Eod. *Quibusque sistitur sanguis parare eumdem Milichum iubet.*] Liber Matthiæ Coruini: *Quibusque sistitur sanguis sarti bat eumdem Milichum iubet.* Lego, *sartienda eumdum M. iubet.* Dicimus enim, *iubeo te aliquid.* Mox est illic, *in hortos Se uianos.*

Cap.55. *Adiungere crimen visum, se pariter indicem & testi facere.*] Exemplar scriptum habet *vixisse.* Forte legendum, *A iungere crimen nixum, se pariter indicem & testem facere.*

Cap.56. *Ergo accitur Natalis.*] Scripsimus, *Ergo accitus Nat lis.* subaudi, *est.*

Cap.57. *Charissima suorum quisque pignorum proderent.*] Cas gaui, *Charissima quoque suorum pignorum proderent.*

Cap.58. *Latatum erga coniuratos.*] Reposui, *Latatum erga co iuratos.*

Cap.59. *Animum aduersum suprema firmabat.*] Nos, *firmat.*

Eod. *Nam vetus miles timebatur, quamquam fauore imbutus* Mutaui meum secutus iudicium, *quamquam*, in *tamquam.*

Eod *& sola corporis forma commendatam.*] Volumen regium *& sola corporis fama com.*

Eod. *Domitius filius.*] Scripsimus, *Domitius Silius.*

Cap.60. *Quando venenum non processerat.*] Codex manuscri ptus, *quoniam venenum non processerat.* Nec magnopere refert.

Cap.61. *Quod à visendo eo prohiberetur.*] Emendauimus *quod visendo eo prohiberetur.* Solet enim tales præpositiones o mittere Tacitus.

Eod. *Seratione valitudinis & amore quietis, excusauisse re spondit.*] Illic legitur, *rationes valitudinis & amore quietis* Posset legi, *se rationem valitudinis & amorem quietis excusa uisse.*

Cap.62. *Quod vnum iam & tamen pulcherrimum.*] Mutaui *quod vnum iam tamen & pulcherrimum habebat.*

Cap.63. *Complectitur vxorem paululum aduersus præsentem formidinem mollitus.*] Hic inseruimus particulam *&*, *complecti tur vxorem, & paululum aduersus præsentem formidinem molli tus orat rogatque.*

Eod. *Illam contra, sibi quoque destinatam mortem adseuerat.*] Coniunctio *quoque* non est in volumine Budensi.

Eod. *Suadet in aliud cubiculum abscedere.*] Scripsimus, *absce deret.*

Eod. *Inuertere supersedeo.*] Quod factum fuisset, si hic aliis ver-

:bis retulisset, alioqui posset etiam legi, *innectere superſedeo*, æ lectio mihi summopere probatur, nam superior sensus pla- frigidus est.

Cap.64. *Inhiberi mortem imperat.*] Verbum *imperat* non est libro manudescripto. quare Tacitum scripsisse suspicor, *At ero nullo in Paulinam proprio odio, ac ne gliſceret inuidia crudeli- tis, inhibere mortem. Inhibere*, id est, inhibebat.

Eod *Quo damnati publico Atheniensium iudicio extingueren- r.*] Apparet ex regio volumine legi posse, *Quo damnatus pub. th. iud. extingueretur.*

Eod. *Frigidis iam artubus & clauſo corpore aduersus vim ve- ni.*] Illic legitur, *Frigidus iam artus & cluſo corpore aduersus im venent* Græca constructio est, sed Historicis permissa.

Eod. *Ita codicillis perſcripſerat.*] Supposui, *præſcripſerat*, quam- iam me non latet elegans esse verbum *perſcribere*, & hic locum :bere posse.

Cap.67. *Auriga, & histrio, & incendiarius extitisti.*] Priorem rticulam & submouimus, *Auriga, histrio, & incendiarius isti.*

Eod. *Incomptos & validos.*] Hæ duæ voces, *& validos*, non int in libro Matthiæ Coruini. Legendum arbitror, *Nec minus oſci decebat militaris viri ſenſus, ſed incomptos.* Facile est videre uid induxerit castigatorem vt adderet clausulam, *& validos.* Iempe, &, coniunctio, pro qua *ſed* scribendum erat.

Eod. *Quamuis Flauius vt humilem & anguſtam increpans.*] Ion aliter illic legitur, nisi quod *anguſtum*, exemplar habet. Ve- im attentius inspecta scriptura deprehendisse mihi videor pro *uamuis* scribendum simpliciter *quem*. Mox est illic, *Ne hoc qui- em, inquit, ex diſciplina.* Sentit autem disciplinam militarem ca- strensemque, quare sic emendauimus locum: *Is proximo in agro robem effodi iuſſit, quem Flauius vt humilem & anguſtum in- repans, circumſtantibus militibus, Ne hoc quidem, inquit ex diſci- plina.* Porro *ſcrobem* in masculino quoque genere vsurpari non st ignotum ex autoribus.

Cap.68. *Non aliter tot flagitiis eius ſubueniri potuiſſe.*] Scripsi, *oſſe.*

Eod. *Nec cæteri centuriones in perpetiendis ſuppliciis denegaue- e.*] Crassum erratum est: emendaui, *degenerauere.* Sane quisquis uit qui supposuit verbũ *denegauere*, respexit ad id quod dictum upra de Subrio Flauio, *Confeſſionis gloriam amplexus.* Verum uod hic præcedit, *in perpetiendis ſuppliciis*, & quod sequitur, *At on Fenio par animus*, indicant legendum, *degenerauere.* Neque nim *denegare* absolute vsurpatur.

Eod. *Haud neſcius inter adulteros eius ad Cæſarem eſſe*] Casti- gaui, *inter adulteros eius & Cæſarem eſſe.*

Cap.69. *Quia speciem iudicis induere non poterat.*] Reposui *Quia speciem indicij induere non poterat.*

Eod. *Conuiuium celebrarat.*] Feci, *celebrat.*

Cap.69. *Nihil metuens aut dissimulando metu.*] Nos, *nihil metuens an dissimulando metu.*

Eod. *Et mensa exitium opperientium.*] Enorme mendum hi est, correximus: *et imminens exitium opp.* Postquam pauorem eorum & imminens exitium opperientium & imaginatus & intdens Nero. Budense exemplar habet *immense exitium*, hic ans coniiciendi data est.

Cap.70. *Exin Mannio & Lucani cædem imperat.*] Id videtu sic dictum, quasi *Mannio* centurioni cuipiam etiam Lucani necem imperarit. sed si quis attentius consyderet, apparebit scribendum, *Exin M. Annei Lucani cædem imperat.* & sic nostrum secuti iudicium mutauimus. Nam à codice regio nihil erat hi præsidij. Sic supra: *Et Lucanus Anneus Plautiusque Lateranu consul designatus, viuida odia intulere.*

Cap.71. *Sed tamen extimarentur.*] Scripsimus, *existimarentur.* Paulo post in regio codice est; *Britio Catullino.* Item, *Acilia mater.*

Cap.72. *Apud palatium quoq; effigies eorum sisteret.*] Nos, *Apud palatium effigies eorum quoque sisteret.*

Neu compositam, & obliteratam mansuetudinem principis nouam ad sæuitiam retraheret. Illic non habetur particula connectens, &. quare suspicor hanc fuisse germanam Taciti lectionem, *Neu compositum, obliterata mansuetudine principis nouam ad sæuitiam retraheret. Neu compositum*, hoc est sedatum & quiam placidus factus esset, subaudi *Neronem.* Porro *compositum* etiam alibi vsurpat pro *sedato*, vt libro 1. Hist. *Compositique ad præsens, qui coerceri non poterant.* Sed & *Obliterandi* verbo rursum vtitur libro sequenti: *Quæ obliterari non sinebat Capito Cossutianus.* Et libro 1. Hist. *Ac ne reuerentiam imperij exuere viderentur. in S.P.Q.R. obliterata iam nomina, sacramenta aduocabant.* Item in prioribus libris sæpe.

Cap. 74. *Et venerationem item hominum merito.*] Aduerbium *item* submouimus, quod non sit in libro manuscripto.

Quod ad omnia olim sui exitus verteretur.] Budense volumen: *Quorumdam ad omnia dolum sui exitus verteretur.* Legerim, *Quod clam ad omnem ac dolum sui exitus verteret.* vbi *sui* pro *eius* vsurpat, more Ciceronis & veterum autorum.

IN

In Lib. XVI. Annal.

CAp. I. *Quæ per tantum æui occulta, augendis præsentibus bonis latuerint.*] Verbum *latuerint* non est in volumine Budensi. atque potest abesse, si quis verbum *fuerint* subintelligat, aut simile quippiam. De quo monui ideo lectorem, vt videat quam multa sint in autoribus passim interpolata.

Cap. 2. *Nec missis visoribus.*] Nisi legissem libro Annal. primo, *simul segestes ipse ingens visu.* Deinde libro tertio, *Et tot adstantium visu.* rursum libro quarto, *Numeroque & robore, & visu inter se, fiducia ipsis, in cæteros metus crederetur:* potuissem hic scribere, *iussoribus*, pro *sponsoribus* atque *expromissoribus*, quos non miserit Cesellius ille Bassus.

Eod. *Per quos nosceret, an vera afferrentur.*] Scripsimus *asſererentur.*

Eod. *Nec aliud per illos dies populus plus credulitate.*] Comparatiuum *plus* deleuimus.

Cap. 4. *Vt nulla oris aut narium excrementa viserentur.*] Exemplar Budense, *viserent*, subaudi, *ipsi spectatores.*

Eod. *Et plebs quidem verbis histrionum gestus iuuare solita.*] Emendauimus, *Et plebs quidem vrbis.*

Cap. 7. *Quod inter imagines maiorum, etiam C. Cassii effigiem coluisset.*] In scripto libro non est, *etiam.* Sed mox est: *Dux partium.*

Cap. 8. *Inania simul & falsa.*] Castigauimus, *& inania simul & falsa.*

Cap. 9. *Tunc senatus consulto.*] Volumen regium, *Tunc consulto senatu.* Paulo post apparet illinc etiam legi posse, *Haud minus promptam.*

Cap. 10. *Donec princeps immobilem se precibus & inuidiæ iuxta ostendit.*] Non habet hic particulam, *&*, exemplar Budense. sicut nec mox aduerbium, *simul*: *Simul affertur parari cognitionem senatus.*

Cap. 11. *Ac senior prius, tam cui prima ætas extinguuntur.*] Illic habes, *extinguitur.*

Cap. 13. *Pertulitque violentiam ad mœnia vrbis.*] Liber manuscriptus, *ad mœnia vicina vrbi.* Suspicor scribendum tantum, *ad vicina vrbi.* Sic libro 4. Hist. *Cæterique per vrbem & vrbi vicina conquisiti.* Nam quamtum ad scripturam attinet, vocabulum *mœnia* non differt à dictione *vicina*, itaque coniicio bis scriptum idem vocabulum.

Cap. 14. Simulque annuam pecuniam.] Scripsimus, *simul annuampecuniam.*

Cap. 15. *Apud finem Ligurum id temporis erat.* Sic Liuius libro tertio quartæ decad. *Redeuntes inde Ligurum extremo fine, cum a-*

gresti præda in agmen incidunt Romanum. Idem libro decimo de cad. eiuſdem: *Ligurum duo millia fere ad extremum finem prouinciæ Galliæ vbi castra Marcellus habebat, venerunt, vti reciperentur orantes.* Pluratiue idem vſurpauit libro quinto decad. eiuſdem *Conſul alter L. Cornelius Merula per extremos Ligurum fines exercitum in agrum Boiorum induxit. Dirigere finē*, quod arbitris conuenit inter diſceptanteis de iure finium, apud eumdem legitur libro nono decad. eiuſdem: *Q. Fabium Labeonē, quum in regione fuiſſet, direxiſſe finem Philippo veterē, regiamq; Thraciæ Paroreiā*

Eod. *Iuſſa imperatoris Oſtorio aperit.*] Codex Budenſis habet *impoſt.* vt etiam legi queat, *iuſſa mox*, vel *poſt Oſtorio aperit.* Mox *Is fortitudinem aduerſum hoſtes ſæpe ſpectatam.*

Cap. 16. *Quā ne oderim tā ſegniter pereuntes.*] Hunc locū meum ſecutus iudicium, *oderim* in *oderint* mutato, ſic lege, *Quam ne oderint tam ſegniter pereuntes.* Senſus eſt, A lectore non exigimus vt iſtorum pluſquam ſeruilem, patientiam defendat aut excuſet ſed hoc tamtum, ne iſtos odio proſequatur aut odiſſe incipiat nam res fuit plane fatalis.

Eod. *Vt quomodo exequiis, ac promiſcua ſepulchra ſeparantur.*] Emendauimus, *Vt quomodo exequiis à promiſcua ſepultura ſeparantur.* Mox ſcripſimus, *Anneus Mella.* Eſt deinde cap. 57. in libro manuſcripto, *Conſularibus inſignis.*

Cap. 17. *Ita ſcripſiſſe, ſe quidem mori nullis ſupplicij cauſis.*] Repoſui, *ita ſcripſiſſet, ſe quidem mori nullis ſupplicij cauſis.*

Cap. 18. *De C. Petronio pauca ſupra repetenda ſunt.*] Nos, *De C. Petronio ſupra. Pauca repetenda ſunt.*

Eod. *Ingentem ſe ac parem negocijs oſtendit.*] Malim, *vigentem ſe ac parem negociis oſtendit.* Sicut ſuperiori libro, *animi validus & corpore vigens.*

Eod. *Seu vitiorum imitationem.*] Emendaui diſtinxique, *Seu vitiorū imitatione inter paucos familiarium Neroni aſſumptus eſt.*

Cap. 19. *Vt quaſi coacta mors, fortuitę ſimilis eſſet.*] Volumē regium, *quam coacta.* Scripſi, *quamquam coacta.* Quod vero paulo poſt ſequitur, *Tigellini ſimultatibus dedidit*; & illic eſt *deditum*, malim, *dedit.*

Cap. 21. *Parum expectabilem operam præbuerat.*] Caſtigaui, *parum expetibilem operam præbuerat.*

Eod. *Et cum diuini honores.*] Exemplar Budenſe, *Et cum deûm honores Poppeæ decernuntur.* Sic in fine libri 15. *Nam deûm honor principi non ante habetur, quam agere inter homines deſierit.* Itaq; & nos hoc loco ſcripſimus, *deûm honores.*

Cap. 22. *Qui tibi laſciuiam exprobrent.*] Illic legitur, *quad.* Opinor ſcribendum, *quo tibi laſciuiam exprobrent.*

Eod. *Per exercitus accuratius leguntur.*] Repoſui, *per exercitus curantiū leguntur.* Infra eſt in libro manuſcripto, *eæde inſignium*

viro-

orum, pro *illuſtrium*. quam lectionem & nos ſecuti ſumus, etſi vocabulum hoc paſſim obuium eſt apud Tacitum.

Cap. 25. *Audiret ſenatus voces quaſi ex quodam numine.*] Emendaui, *quaſi ex aliquo n.*

Eod. *Sin crudelitati inſiſteret.*] Fecimus, *perſiſteret*. Forte ſcribendum, *crudelitate.*

Cap. 26. *Contra qui opperiendum domi cenſebant.*] Regius Codex habet, *Contra qui opperiendum eum domi cenſebant*. Forte legendum, *opperiendum ei domi cenſebant.*

Cap. 29. *Cum per hæc atque talia Marcellus inueheretur.*] Illic legitur, *verteret*. Forte debet eſſe, *peruerteret*, quod verbum pro accuſare, ſiue per accuſationem ſubuertere, ſæpe Tacito ſolemne est, ceu in initio operis oſtendimus.

Eod. *Non illa nota & celebritate periculorum ſueta iam ſenatus mæſtitia.*] Opinor ſcribendum, *crebritate periculorum.*

Cap. 34. *Igitur flentes queritanteſque.*] Forte, *quiritanteſque.*

Cap. 35. *Spectat iuuenis, & omen quod dij prohibeant.*] Scripſimus, *& omen quidem dij prohibeant.*

IN LIB. I. HISTOR.

CAP. I. *Atque omnem poteſtatem ad vnum conferri pacis interfuit.* Exemplar Matthiæ regis, *Atque omnium poteſtatem.* quæ lectio mihi magis probatur: nam hæc clauſula, *ad vnum*, reſpondet illi *omniū poteſtatē*, ſubauditur *ciuium*, h. e. totius populi Romani. *Omnium poteſtatem*, hoc eſt quam omnes habebant.

Eod. *Sed ambitioni ſcriptoris facile aduerſeris.*] Repoſui, *Sed ambitionem ſcriptoris facile aduerſeris*. nam Tacitus ſolet hoc verbum cum accuſatiuo coniungere. Sic infra: *Vidiſtis commilitones notabili tempeſtate etiam deos infauſtam adoptionem aduerſantes.* Libro Annal primo, *Sua facinora aduerſari deos lamentantur.* Rurſum lib. 3. Hiſt. *Voce flebili precabatur placatos patris manes neue ſe vt parricidam aduerſarentur.* Lib. 4. Hiſt. *Vulgus aduerſari regem, inuidere Ægypto, ſibi metuere, templumq; circumſidere.*

Eod. *Vberiorem ſecurioremq; materiam ſenectuti ſepoſui.*] Comparatiuum alterum *ſecurioremq;*, non eſt in libro manuſcripto.

Cap. 2. *In ipſa etiam pace ſæuum.*] Præpoſitionem *in* expunximus, ſubauditur enim Tacito.

Eod. *Tria bella ciuilia.*] *Trina bella ciuilia*, legitur illic.

Eod. *Et ſtatim miſſa cohorte in Roxolanos Sarmatarum ac Sueuorum gentes.*] Accuſatiuus *Roxolanos* videtur poſtea additus: nam non eſt in volumine Budenſi. nos quoque ſuſtulimus.

Cap. 3. *Et laudatis antiquorum mortibus pares exitus.*] Regium exemplar habet, *ne & laudatis*. Poſſet etiam legi, *Nec laudatis antiquorum mortibus impares exitus.*

Cap. 4. *Aut populum, aut vrbanum militem.*] Caſtigauimus, *apud pop. apud vrb. mil.*

Cap.5.*Et quamuis capite defectionis ablato.*] Ab omnibus e- emplaribus dissentiens hic pro, & scripsi, *Sed quamuis capite d- fectionis ablato.* Nam extrema proxime præcedentis dictionis tera est *s*.

Eod. *Neque deerant.*] Nos, *Nec deerant.*

Eod. *Legi à se principem non emi.*] Castigauimus, *Legi à sem- litem non emi.* Qui supposuit *principem*, putauit Tacitum l- qui de Pisone quem is Cæsarem fecit. Sed præcedit *veterem* - *sciplinam*, id accipiendum de militari castrensique disciplina.

Cap. 6. *Multi adhac innumeri è Germania ac Britannia* Emendauimus, *Multi adhoc & innumeri è Germania ac Brita- nia.*

Cap.8. *Et pacis artibus bellis inexpertus.*] Correximus, *pacis artibus, belli inexpertus.* Expone, & pacis artibus, subau- *expertus*, belli artibus *inexpertus.*

Eod. *Proxima tamen Romanis exercitibus Galliarum ciuit- tes.*] Scripsimus, *Germanis exercitibus.*

Eod. *Germani exercitus.*] Nos, *Germanici exercitus.*

Cap.10. *Nimiæ voluptates.*] Cogitandum an legi possit, *nim- voluptatis.* Item, *magnæ virtutis.*

Eod. *Palam laudares, secreta male audiebant.*] Quandoqu- dem Codex regius habet, *Palam laures secreta male audieba-* videtur hic esse Græca constructio, *secreta male audiebat*, id e- in secretis, siue propter secreta. Alioqui huiusmodi lectio quæ- erui, *Palam laudari*, infinitiuum pro præterito imperf. *Secret- male audiebat.*

Cap. 11. *Duæ Mauritaniæ, Rhetia, Noricum.*] Illic legitur *Rhetiæ*, sed mutatum in *Rhetia*, nescio an casu. Sunt autem duæ prima & secunda, siue superior & inferior. Verum quando ea di- stinctio nata, incertum.

Eod. *Ita in fauorem aut odium conctatu valentiorum ageban- tur.*] Scripsimus, *contactu valentiorum.*

Cap. 12. *Superioris Germaniæ legiones rupta sacramenti reue- rentia.*] Liber Coruini regis habet, *licentia*, vt rear scripsisse Ta- citum, *rupti sacramenti licentia.*

Eod. *Dein fessa iam ætate Galbæ.*] Budense volumen aliter hic habet nempe sic, *defessa an ætate Galbæ.* Lego, *defessa ann.* (hoc est *annis*) *ætate Galbæ.* Mouit eum qui locum castigauit quisquis fuit, vt scriberet, *dein*, quod præcedit aduerbium *primum.* Enim- uero non est necesse, vt sequatur *deinde* aut simile quippiam, nam possumus intelligere primum è licentia ac libidine vulgi, sermo- nes iactatos fuisse defessa annis ætate Galbæ: quum postea ad- optatio ipsa præstaret eidem sermoni agitando occasionem.

Eod. *Multi occulta spe.*] Vocabulum *multi* non est in volumi- ne Budensi. sed pro *occulta*, est illic *stulta spe.* & stat optime sensus.

Paucis

Paucis iudicium aut Reip. amor stulta spe, prout quis amicus vel cliens, hunc vel illum ambitionis rumoribus destinabant.

Eod. *Etiam in T. Iunij odium diuerterant.*] Particulam *etiam* diuisimus in *Et iam*. Placet vero verbum quod illic scriptum est, *deuerterant*, quod & alias in regio codice plerumque occurrit, vbi nos *diuertere* legimus.

Cap. 13. *Neque erat Galbæ ignota Oth. ac T. Iunij amicitia ex rumoribus nihil silentio transmittentium.*] Illic legitur, *amicitia, & ex rumoribus* & id est, *etiam*.

Eod. *Donec Octauiam vxorem amoliretur.*] Budense volumen manifeste habet, *Donec Octauia vxor amoueretur*. quid eratopus hoc mutare? Scio quomodo acciderit. Libro 14. leguntur hæc verba, *Octauiamque coniugem amoliri*. quæ rursum hoc loco castigator quispiam supponere voluit, germana lectione erasa.

Cap. 14. *Piso M. Crasso ex Scribonia genitus.*] Emendauimus, *& Scribonia genitus*. Paulo post scripsimus, *Et tibi insigne, Sulpitiæ ac Lutatiæ decora nobilitati tuæ adiecisse.*

Cap. 15. *Et iudicij mei documentum sit.*] Castigaui, *Vt iudicij mei documentum sit.* vbi malim. *sint*, nam sequitur, *necessitudines non meæ sed tuæ.*

Eod. *Sed alij per obsequium imminuent. Irrumpet adulatio.*] Hic locus fœde corruptus est. restituimus ex volumine Matthiæ Coruini in hunc modum, *Sed alij licet per obsequium annuant. Irrumpet adulatio*, Expone, *licet* hoc est datur, conceditur, permittitur, vt alij per obsequium annuant.

Cap. 16. *Nec tamen territus fueris.*] Scripsimus. *Ne tamen territus fueris.*

Eod. *Vtilissimus quidem ac breuissimus bonarum malarumque rerum delectus, cogitare, quid aut volueris.*] Codex Budensis *Vtilissimus idem ac breuissimus bonarumque rerum delectus, cogitare.* Legerim ego, *Vtilissimus idē ac breuissim⁹ bonarū quoq; rerū delect⁹; Cogitatio quid aut nolueris sub alio principe, aut volueris.*

Cap. 18. *Seu quæ fato manent, quamuis significata non vitentur.*] Emendauimus & distinximus, *Seu quæ fato manent, quamuis significata, non vitantur.*

Eod. *Et proximi militum grata auditu respondent.*] Mendosus locus est, castigauimus, *Et proximi militum gratabundi respondent.* nam *gratandi* verbum etiam alibi Tacitus vsurpat, vt libro quinto. *Et incolumem fore gratatur.* Libr. 14. de matre Neronis Agrippina, *Atq; vbi incolumem esse pernotuit, vt ad gratandum sese expedire.* Lib. 2. Hist. *Laudantes gratantesque circumdatum aquilis signisque, in tribunal ferunt.*

Eod. *Quantulacunque parci senis liberalitate.*] Liber Coruini *Quantulacumque parua liberalitate. Nocuit.* Opinor fuisse scriptum, *Quantumcunque parua liberalitate*, aut tantum, *quan-*

tacumque liberalitate, vt dictio *parua* fuerit glossa.

Cap. 19. *Non longior quam apud milites sermo.*] *Militem* illic legitur. Mox pro *illi autoritatem senatus*, scripsimus, *ille aut s. hic d. Cæsaris laturus.*

Eod. *Is consilio intercessit.*] Exemplar Budense; *ni consilio intercessit.* Forte legendum, *ni cõsilio intercessum.* aut potius, *cui consilio intercessum.*

Cap. 20. *At illis vix decumæ super portiones erat.*] Castigauimus, *At illis vix decumæ supra portiones erant.*

Eod. *Et inquieta vrbs actionibus.*] Malim, *auctionibus.* nam mox præcedit, *vbique hasta & sector.*

Cap. 21. *Prægrauem se Neroni fuisse.*] Budense volumen, *Se Neroni grauem fuisse.*

Eod. *Nec Lusitaniam rursus & alterius exilij hon.*] Reposuimus, *aut alterius exilij hon.*

Cap. 22. *Adulteria, matrimonia.*] Codex manuscriptus, *Adultera matrimonia.*

Cap. 23. *Ægre sub armis emitterentur.*] Scripsimus, *eniterentur.* Quo verbo alibi quoque vtitur. vt libro Annal. secundo; *Pars obiectum aggerem eniteretur.*

Cap. 24. *Flagrantibus iam militum animis.*] Datiuus *anim[...]* non est in regio libro, nec eo opus hic est. nam Tacitus dixit, *fla[...]grãtibus militum*, pro *flagrantibus militibus*. quo loquendi mod[...] nihil apud hunc crebrius. *Flagrantibus iam militum, velut fa[...] addiderat.*

Eod. *Proculo spiculatori.*] Vbicumque vulgatæ æditiones ha[...]bent *spiculatoris* vocabulum, *speculatoris* codex Matthiæ Co[...]uini continet. Notum autem est quodnam officium fuerit mi[...]tum *speculatorum*. Paulo post illic est, *Veturium Optionem.*

Cap. 25. *In communi omnes metu mutandæ militiæ tenebantu[...]* Malim, *in cõmune.* vt paulopost, *accendendos in commune rat[...]*

Cap. 26. *Quadam apud Galbæ aures præfectus Laco elusit.*] [...]ber manuscriptus. *Quadam apud Galbam audiens præfectus L[...] elusit.* Aperta sentẽtia est, nec causę quicquã erat quur mutaret[...]

Cap. 27. *Sub ædem Saturni pergit.*] Illic legitur, *in ædem Satu[...] pergit.* Forte, *inde in Saturni pergit.* Subaudi, *ædem.*

Cap. 29. *Igitur consultantibus placuit pertentari animum [...]hortis.*] Scripsimus, *tentari animum cohortis.*

Eod. *Tum maxime ducam ne sec.*] Reposui, *cum maxime* [...]stinxique, *Vt qui aduersas expertus cummaxime, ducam n[...] cundas quidem minus discriminis habere*, hoc aduerbio etiam [...]bi vtitur vt infra, *Non hercle illi quibus cummaxime Vitellius i[...]ciet, Germani audiant.* Libro tertio Annal: *Littora & lacus C[...]paniæ cummaxime peragrantem.* Libro Annal. quarto: *Is disp[...] classiariorum copia, cæptantem c ummaxime coniurationem*

cit. quamquam vtrobique *tum maxime* ſcriptum ſed mendoſe. bro 4. Hiſt. *Capi cummaxime vrbem.* Sic enim illic legendum, on, *tum maxime.* Paulo poſt eodem libro: *Tolerant cummaxime ptam obſidiumque apud Vetera legiones.* Eodem libro in reſponne Agrippinenſium: *Muros ciuitatis, congregantibus ſe cummxime Romanorum exercitibus, augere nobis quam diruere tutius* Quamquam in vulgatis æditionibus & eo loco perperam iptum eſt, *tum maxime,* pro *cummaxime.* Hanc vocem reperi am apud Liuium ſæpe corruptam. nam libro nono tertiæ dedis legitur, *quammaxime* pro *cummaxime,* in vulgatis æditiobus. hoc aduerbium Tertulliano frequentiſſimum.

Cap. 30. *Fallũtur quibus luxuria ſpeciem liberalitatis imponit.*] mετſi deſtituat nos hic volumen manuſcriptum, non dubitaus tamen eſſe legendum, *ſpecie liberalitatis* pro *ſpeciem.* nam *ponit* non eſt hic *indit,* ſed *decipit.*

Eod. *Si Reſp. & ſenatus & populus vana nomina ſunt.*] Codex ius habet. *vacua nomina. Vacuũ* pro *otioſo* Tacit[9] etiã vſurpat bi. Vt infra: *Is quo magis vacuus, quietus caſtris iuſſa exequeretur.*

Eod. *Sed proinde à nobis donatiuo plus ob fidem quam ab alijs pro inore accipietis.*] Comparatiuum *plus* eraſimus è ſuperiori verepetitum hic per errorem. Plerumque veteres librarij *proinde* pſerunt pro *perinde.* Itaque clarus ſenſus erit ſi legas, *Sed pede à nobis donatiuo ob fidem quam ab alijs pro facinore accipie-* Dictũ *donatiuo accipietis,* vt dicimus *dono muneriue accipere.*

Cap. 31. *Vt turbidis rebus euenit, timore magis & nonnullo ad- conſilio, parat ſigna.*] Budenſe exemplar, *Vt turbidis rebus e- ior ire magis & nullo adhuc conſilio.* Legerim, *Vt turbidis euectior, ira magis & nullo adhuc conſilio, parat ſigna.* Eſt au- *euectior* ab *euectus.* Itaque caſtiganda æditio vulgata, quæ trarium ſenſum deprauatis verbis præfert.

Eod. *Si incipiens adhuc & nondum adulta ſeditio melioribus cõ- flecteretur.*] Repoſuimus. *& nec dum adulta ſeditio.*

Eod. *Infeſtis pilis proturbant.*] Volumen Matthiæ Coruini, *ſtis pilis proturbant.* Ab *ingeror, ereris,* paſſiuo verbo.

Cap. 33. *Obſidionem nimirum toleraturus.*] Illic legitur *tolera- um.* Tum ſtigme ponenda ante *obſidionem.*

Cap. 34. *Qui ad euocandum Galbam, læta falſo vulgauerant.*] ipſimus, *vulgauerint.*

Cap. 35. *Sumpto thorace Galba, irruenti turbæ neque ætate neq; ore ſiſtens, ſella leuaretur.*] Hæ duæ voces, *neque ætate,* non in libro manuſcripto. quare ſuſpicor ſcribendũ: *Donec inopia, & cõſenſu errantiũ victus, ſumpto thorace Galba, irruẽte tur- neq; corpore ſiſtens, ſella leuaretur.* Sẽſus eſt, ꝓpter irruẽtẽ turbã uod corpore nõ poſſet ſiſtere, id eſt inſiſtere, ſella fuiſſe leuatũ.

Eod. *Ad coercẽdũ militarẽ licẽtiã.*] Scripſim[9], *ad coercẽdã mil. lic.*

Cap.36. *Postquam vniuersa classiariorum legio.*] Hoc meli placet quam quod illic legitur, *classiorum.*

Cap.37. *Quia nec priuatum me vocare sustineo.*] Reposui, *Qu n.p.m. vocari sustineo.*

Eod. *Beruichilonis in Gallia.*] Codex Budens. *Betuichiloni* Forte, *Vetij Chilonis.*

Cap.38. *Cum vos aspexerit, cum signum m. acceperit.*] Illic, *cu vos aspexerit, hoc solum cum signum meum acceperit, erit certam*

Eod. *Miscentur auxiliaribus galeis scutisque.*] Deest illic ctio *galeis.*

Cap. 39. *Ad posterum vel odio hæs. at.*] Malim, *ad postremu*

Cap.40. *Ire præcipites, & occupare pericula iubet.* Scripsimus, *cupari pericula iubet.* Id est, vt occupentur.

Cap.41. *Comitatus Galbæ cohortis.*] Castigauimus, *comit tis Galbam cohortis.* Et mox *dereptam.* Quamquam vbicum nos legimus *diripere* siue *diripiendum*, illic plerumque habet *deripere* & *deripiendum.*

Eod. *Et senem trucidare pergunt disiecta plebe.*] Hæc ve ex superioribus hic perperam repetita deleuimus.

Cap. 43. *Densum quem.*] Et has duas dictiones expunxim Vt nunc legatur sententia: *Insignem illa die virum Sempron ætas nostra vidit.* Arbitror concinnatori formularum apud ty graphum, aliquid superfuisse spacij, quod iteratis & inculc verbis istis expleuerit.

Eod. *Stricto pugione occurrens armatus.*] Scripsimus, *arm*

Eod. *Sed latebra imminens exitium differebat. Tum adu re.*] Emendauimus, *differebat, cum aduenere.*

Eod. *Missu Othonis.*] Nos, *iussu Othonis.*

Cap.45. *Ad prohibendum scelus, iubere iam poterat.*] Fieri test vt oscitãtia librarij hęc verba fuerint in codice regio om

Cap.47. *Omisisset offensus an distulisset.*] Inseruimus hic cem *tot*, & quia Budense exemplar habet *omisisse*, nos fecimu iam *distulisse.* quæ lectio stare potest, si quis subaudiat *eum.* displicet tamen quod est in contextu.

Cap.48. *Adhuc tantum maiori fratri prælatus est.*] Nos, *A*

Eod. *Eadem lasciuia temptasset.*] Liber manuscriprus, *perasset.* forte legendum *temerasset.* Mox abest illic ablatiuus fortassis omissus per incuriam librarij.

Cap.49. *Sed claritas natalium & metus temporum obtinu* Pro verbo *obtinuit*, nos posuimus datiuum *obtentui*, subau autem, *fuit.* Habet hoc vocabulum & alijs in locis in vsu. 12. *Cupido auri immensa obtentum habebat, quasi subsidium pararetur.* Libro 2. Hist. *Deletæque omnes copiæ forent, ni rem exercitum attinuisset obscurum noctis, obtentui fugientib*

Cap. 50. *Velut ad perdendum imperium fataliter electos*] E-
ndauimus, *ad partiendum im.*

Eod. *Captam totiens suis exercitibus urbem*] Codex regis
ruini habet, *captam quotiens*. Nos indidem pro *exercitibus*,
ipsimus, *ciuibus*.

Cap. 51. *Equi ad usum, & ad decus supererant.*] Illic legitur,
dedecus. Itaque suspicor scribendum, *ad abusum*, nisi quis
lit, *abusui*. Id exposcit sensus. Paratis vtrinque corruptoribus,
erfidia impunita, viri, arma, equi, ad abusum, & ad dedecus
ererant.

Eod. *Sed ante bellum centurias tantum suas turmasque noue-
rat.*] Budense volumen non habet *turmas*, sed tantum, *suasq.*
te legendum. *Sed ante bellum centurias tamtum suas quis-
nouerant.* Aut distingue, *centurias tamtum, suasque nouerant.*
xpone, centurias tamtum nouerant, sed suas.

Cap. 52. *Adimendis ordinandisue suæ militiæ ordinibus integre
auerat.*] Pronomen *suæ* per repetitionem vltimæ syllabæ e-
dictionis quæ proxime præcedit, hic natum, erasimus.

Eod. *Et Vitellius apud seueros humilis.*] Forte, Et vt Vitellius
d seueros humilis, ita comitatem bonitatemque fauentes
abant.

od. *Sed profusa cupidine, & insigni tem.*] Castigauimus, *Et
usa cupidine, insigni temeritate legati legionum.*

od. *Tamquam detectam à se Virginij conctationem.*] Scripsi-
. *Tamquam detecta è se Virginij conctatione.*

od. *Vt concupisceret magis quam vt speraret.*] Expunxi Par-
am, *vt*.

ap. 53. *Studia militum illexerat.*] Castigaui, *studia mi-
allexerat*. Sic alibi hoc in libro: *spe vulgum alliciendi*. Item;
us valens allicere, vel si abnuerent. vastare Gallias, iussus.

od. *Et in Verginium fauor cuicumque alij profuturus.*] Codex
ensis, *Et in Verginium fauor cuiusque alij profuturus.*

ap. 54. *Ac nisi ipsi consulerent.*] Scripsimus, *Ac ni sibi consu-
t.*

od. *Per tenebras & inscitiam cæterorum occiderentur.* Illic
ur, *& inscientia.* Legerim, *per tenebras & inscita cæterorum
erentur.*

ap. 55. *Inferioris inde Germaniæ legiones.*] Nos, *Inferioris
n Germaniæ leg.*

ap. 56. *Impetu militum abrepti.*] Codex scriptus habet *obtecti.*

ap. 58. *Parum simulatione vinculorum frustratur.*] Emenda-
ri simulatione vinculorum frustratur.

od. *Stratis iam militum odijs.*] Suspicor scribendum, *Frustra-
m mil. animis.*

Cap.59.*Donatum,Romulium* [Illic,*Donatium,Romilium.*

Cap.60.*Vt auxiliarium quoq; militum conuitijs proturbatus.*] Emendaui,*proturbantibus.*

Cap.61.*Digredi iussus.*] Codex manuſcriptus pro *digredi* plerũq; habet *degredi.* Id locũ habet vbi deſcẽſus ex alto ſignificatur,

Cap.62. *Nomen Germanici Vitellio ſtatim additum.*] Correxi, *Nomine Germanici Vitellio ſtatim addito.*

Cap.63.*Dinodurium (Mediomatricorum id oppidum eſt)* Caſtigaui, *Diuoduri(Medio.id op.eſt.)* Paulo poſt illic legitur, formidine permotus.

Cap.67.*Heluetij Gallica gens,ſoli in armis viriſque,mox memoria nominis clara.*] Emendaui diſtinxique, contra vulgatarum editionum Budenſiſque voluminis lectionem, *Irritauerant turbidum ingenium Heluetij Gallica gens, olim armis viriſque, mox memoria nominis clara.* Expone, *clara gens memoria nominis* hoc eſt ob memoriam nominis, Meminimus huius etiam lo libro rerum Germanarum primo.

Cap.69.*Vt eſt mos vulgo,mutabilem ſubitis & tam pronum in miſericordiam quam immodicum ſæuitia fuerat.*] Quia regium exemplar habet *multabile,* ſum auſus hunc locum ſic mutare, *Vt eſt mos vulgo,mutabili ſubitis,& tam prono in miſericordiam quam immodicum ſæuitia fuerat.*

Cap.70.*Et ob bellũ Vindicis reuocati.*] Caſtigauimꝰ, *remorati*

Eod.*In alpe Graia.*] Nuſquam magis variant exemplaria quam in nominibus proprijs vel locorum vel hominum. Liber manuſcriptus hic habet, *in alpe trianna.*

Eod.*Simul ac reputans.*] Particulam *ac* deleuimus.

Eod.*Noricos in cætera victoriæ præmia ceſſuros.*] Scripſimus *acceſſuros.* Mox ordinauimus verba; *Pœnino ſubſignanum militum itinere,& graue leg. agmen hyb.adhuc niuibus traduxit.*

Cap.71. *Exemplum vltro imputauit.*] Non videtur eſſe mala lectio, quamquam nos *impetrauit* ſcripſimus, ſecuti fidem libri vetuſtioris. Et ſequitur: *Nec Otho quaſi ignoſceret.*

Eod.*Metum reconciliationis adhiberet.*] Volumen Budenſe habet, *metu recõcioni adniuẽs,ſtatim intra intimos amicos habuit*

Eod.*Læta pro moribus ciuitatis.*] Emendaui meum ſecutus iudicium, *Læta primoribus ciuitatis.* nam ſequitur, *celebrata in vulgus Celſi laus.*

Cap.72.*Aduerſus publicum odium,priuatam gratiam præparat Vnde nulla innocentiæ cura.*] Malim, *præparat alicunde, nulla innocentiæ cura.*

Eod.*Sed vices impunitatis.*] Enorme mendum eſt. caſtigaui *Sed vitæ impunitatis.*

Cap.73.*Galuia Criſpilina.*] Budẽſe exẽplar, *Galuia Criſpinilla*

Eod.*Mox potens pecunia, & orbitate, quæ bonis maliſque te-*

po

orib. iuxta valent.] Ablatiuus *tēporib.* non est in libro regio. expone, *quæ bonis malisq́.* subau. *hominib⁹*, *iuxta valet*, in dādi casu.
Cap. 74. *Et mulieribus blanditijs.*] Nos *blandimentis.*
Eod. *Offerebantur, pecuniam & gratiam.*] Scripsimus erasa hypostigme, *offerebant pecuniam & gratiam*
Eod. *Paria Vitellius ostendebat, primo mollius.*] Codex regis Matthiæ, *Paria Vitellius ostendebat. Vocontiorum primo mollius.* Nescio quid sibi hic velit Vocōtiorum vocabulum. Forte leg. *Vacationem primo mollius, stulta vtrinque & indecora simulatione.* subaudi, *accepere.* nam ex verbis istis apparet, vtrumq; non abhorruisse à vacatione, si cū dignitate cōtigisset. Sed simulatio ea erat.
Eod. *Increpabant vltro.* Posset etiam legi, *Increpabat vltro.* subaudi, *Fab. Valens.*
Eod. *Ad Othonem vertissent.* Et hic *vertissent* vsurpat absolute.
Cap. 75 *Ad Tucianum fratrē Othonis*] Scripsimus, *Titianum.* Saluius Titianus vocabatur.
Cap. 77. *Pleraque contra decus & præsenti vsu properando.*] Correximus, *ex præsenti vsu properando.*
Eod. *Consul cum Titiano fratre in Kalend. Martias ipse, proximos menses Verginio destinat, vt aliquod exercitui Germanico delinimentum. Iungitur Verginio Pompeius Vopiscus, prætextu veteris amicitiæ, plerique Viennensium honori datum interpretabantur.*] Il hic locus argumento nobis sit quam multa in monumentis veterum autorum passim infulserint eruditi viri de suo, dum non tantum temporis sibi sumere possunt, quod attentius excutienloco sufficiat. nam volumen Coruini regis sic habet. *Consul cum Titiano fratre in Kalend. Martij ipse, proximos menses Verginio. Pompeius Vopiscus prætextu veteris amicitiæ plerique Viennensium honori datum interpretabantur.* Sic enim nos distinguimus. Expone, Consul cum Titiano fratre in Kalendas Martij ipse Otho, in proximos menses cum Verginio consul fuit. Pompeius Vopiscus, (nomen autoris est) subaudi, scribit, id prætextu veteris amicitię factum, pleriq; Viennensiū honori datū inrerpretabatur. Cæterū hæc lectio valde conuenit breuitati Cornelianæ.
Eod. *Archio Antonio.*] Liber manuscriptus, *Ario Antonio.*
Cap. 78. *Eademque largitione ciuitatum quoque & pe. an. ag.*] ...s, *Eadem largitione.*
Eod. *Noua Africæ ostenta.*] Castigauimus. *Noua iura Cappadociæ, noua Africæ, ostentui magis, quam mansura.* Hoc vocabulū ...m alibi vsurpat. Vt libro primo; *Corpora extra vallum abiecta, ostentui.* Libro 12. *Auribus decisis viuere iubet, ostentui clementiæ & in nos dehonestamento.* Libro 15. *Iturum Tyridatem ostentui gentibus, quanto minus quā captiuum.* Item: *In Galliam Iuliū Calpurniū tribunū, in Germaniā Alpinū Montanum præfectū cohortis, quod Treuir, Calenus Heduus, vterq́ Vitelliani fuerant, ostētui misit.*

Eod. *Interque necessitate præsentium rerum & instantibus curis excusata.*]Codex Budēsis habet, *excusatus* Scripsi, *Inter quæ necessitate præsentium rerum & instantibus curis excusatis.*

Eod. *Et fuere qui imagines Neronis præponerent.*] Emendauimus, *Et fuere qui imagines Neronis reponerent.*

Eod. *Ipse in suspenso tenuit vetandi metum vel cognoscendi pudorem.*]Liber manuscriptus habet, *metu.* Scripsi, *Ipse in suspenso tenuit, vetandi metu, vel cognoscendi pudore.*

Cap.79. *Nouem millia equitum, & ferocia, & successa prædæ.*] Castigaui distinxique, *Nouem millia equitum, ex ferocia & successu, prædæ magis quam pugnæ intenta.*

Eod. *Hic misericordia vulnerum absumpti.* Budense volumen habet, *miseria,* Reposui, *miseria vulnerum.*

Cap.80. *Septimam decimam cohortem è colonia Hostiensi in vrbem acciri iusserat.* Præpositionem è submouimus. Subauditur *enim.*

Eod. *Pars ignaui & vino graues.*]Nos, *Pars ignari, & vino graues.*

Eod. *Vulgus, vt mos est, cuiuscumque motus noui cupidum.*] Scripsi, *cuiusque motus noui cupidum.*

Eod. *Et seuerissimos centurionum obtruncant.* Nos, *seuerissimum centurionum obtruncant.* nam sequitur infra; *Centurionis ac tribuni sanguine manus imbuit.*

Cap.83. *Neque vt animum, ad virtutem cohortarer.* Inserui præpositionē, *ad. Neq; vt ad animū, ad virtutē cohortarer.* nam omittere solet coniunctiones. Sic alibi hoc ipso libro. *Et apud Galbā, Othonem, Vitellium illæsa. Ad virtutem,* id est ad fortitudinē

Eod. *Imus ad bellum, non omnes nuncios palam audiri.*]Distinximus atque emendauimus, *Imus ad bellum. Num omnes nuncios palam audiri, omnia consilia cunctis præsentibus tractari ratio rerum, aut occasionum velocitas patitur?*

Eod. *Vt multa etiam per centuriones tribunosque.*]Duas istas dictiunculas, *etiam per,* expunximus.

Cap.84. *Eligendi facultas detur.*] Forte, *colligendi,* id est vt exercitus colligantur aut *confligendi facultas detur.* nam regium volumen habet, *elligendi.*

Eod. *Quem nobis animum.*]Malim, *vobis.*

Eod. *Ne illas aduersum senatum voces.*]Scripsi, *Nec illas aduersum Senatum voces.*

Eod. *Quos nunc maxime Vitellius in nos ciet, Germani audeant.*]Nos, quibus cum maxime in nos ciet, Germani audeant. vbi dictum, *in nos ciet,* sicut, in nos mouet. De aduerbio *cum maxime* admonuimus alibi.

Ad sanguinem & cædem reposcerent ordinem.] Exempla

Ma

[M]atthiæ Coruini habet *deposcerent.* malim, *deposcent.* Sane *depo-[sce]ndi* verbum inprimis hic locum habet, quod exemplis astruere [fa]cillimum est. Lib. 3. Hist. *Nec minus violĕter Aponium quam Fla-[ui]um ad supplicium deposcerent.* Eodem libro; *Pergere Cremonam, [&] victos in deditionem accipere, aut expugnare deposcunt.*

Eod. *Muta ista & inania intercidere ac reparari promiscue possunt.*] [Sin]cerior est manuscripti codicis lectio, *Muta ista & inania inter-[cid]ere ac reparari promiscua sunt.* expone, promiscua sunt vt interci-[da]nt ac reparentur. quæ locutio Græcam constructionem redolet.

Eod. *Æternitas rerum & pars gentium.*] Emendauimus, *& pax [gen]tium.*

Cap. 85. *Ea oratio ad perstringendos mulcendosque militum ani-[mo]s, & seueritatis modus.*] Nos, *Et oratio ad perstringendos mul-[cen]dosque militum animos, & seueritatis modus n.e.i.p.q.i.d.a.i.gra-[te a]ccepta.*

[N]on tamen quies vrbis redierat. *Strepitus telorum & facies belli e-[rat] militibus.*] Hic locus est misere corruptus. nec quicquā auxilij [fu]it à libro manuscripto, vnde mendosa verba trāsfusa sunt in vul-[ga]tas æditiones. nos magno labore eruimus tandem germanam [sin]ceramq; lectionem. sic autem emendauimus distinximusque, *[No]n tamen quies vrbi. Sed erat strepitus telorum, & facies belli.*

[E]rat militibus.] Pro *erat* nos supposuimus particulam *&* è co-[dic]e Budensi, sicq; distinximus sententiam, *Et militibus, vt nihil in [com]mune turbantibus, ita sparsis per domos, occulto habitu: & mali-[gna] cura in omnes q.n.a.o.a.a.i.c.r.obiecerat.* Dictum autem est au-[fere]ndi casu, *Et maligna cura,* sicut, *& militibus.*

[E]od. *Animo vultuq; conuersis.*] Scripsimus, *Animum, vultumq; [con]uersi.* Græca figura sed latinis quoque familiaris, poetis videli-[ce]t atque historicis.

[C]ap. 86. *Sereno & immoto die.*] Codex Budensis non habet die. [Ma]lim ego, cælo.

[E]od. *Plures in tabernis ex cubilibus intercepti.*] Castigaui, *Plures [in ta]bernis & cubilibus intercepti.* hoc est, in lectis.

[E]od. *Id ipsum quod paranti expeditionem Othoni.*] In libro ma-[nusc]ripto non est datiuus *Othoni,* qui subauditur elegantius. nec [i]llic dictio *quod,* sed tamtum *idipsum.* vt queat etiam legi; *id, [qu]iam paranti expeditionem campus Martius & via Flaminia, [i]ter belli esset obstructum.*

[C]ap. 87. *Et sæuitia Galbæ in custodiā habitos.*] Malim, *in custodia.*

[C]ap. 88. *Secum expedire iubet.*] *Expedire,* pro in bellum accin-[gere, a]bsolute.

[E]od. *Igitur mota vrbis cura.*] Scripsi, *Igitur motæ vrbis cura.*

[E]od. *Sapientibus quietis à Reip. cura.*] Castigaui, *Sapientib. quie-[ti]s Reipubl. cura.*

[E]od. *Multi afflicta fide in pace.*] Reposuimus, *Multis afflicta fides*

in pace. Afflictam fidem, hic dicit quam lib. 3. Hist. vocat *affecta*[...]
hoc est, collabefactam deminutamque.

Cap. 89. *Secura tum vrbe à prouinciali bello.*] Minutissimu[...]
hic erratum, nempe quod fit in *a*, perdit totum sensum. Nos, *Sec*[...]
ra tum vrbe, & prouinciali bello. subauditur, *existente.* Porro pr[...]
uincialia bella propter longinquitatē, minus vrbanæ plebi disp[...]
diosa erant.

Sub ducibus alijs si bellatum foret.] Quid si legas, *Si ducibus a*[...]
bellatum foret.

Cap 90. *Sed festinata iampridem exactione vsu sterili.*] Adu[...]
bium iampridem nescio quis hic infulsit. nos submouimus. *Fe*[...]
nata exactione, id est, propter festinatam exactionem.

In Librvm II. Histor.

Cap. 1. *Lætum Reip. aut atrox.*] Exemplar Coruini regis [...]
bet, *semen reip. aut atrox.* Suspicor Tacito fuisse script[...]
Quod varie ortum, semel reip. atrox, ipsis principibus prosperum[...]
exitio fuit. Elegans est sententia de imperio Rom. Similia Ci[...]
diuinat in Philippicis.

Eod. *Decoris eum quadam maiestate.*] Scripserim, *decor oris*[...]
quadam maiestate. Magis id placet, quam *decor corporis.*

Eod. *Prospere Vespasiani res.*] Hæc duo vocabula, *Vesp*[...]
ni res, non sunt in codice Budensi. proinde cogitandum num[...]
tius sic legendum sit, *Prospere præsaga responsa*, vt sit aduerb[...]
prosperè. Expone, prospere præsaga, hoc est, prosperitatem [...]
sagientia responsa.

Eod. *Et incerta adhuc victoria.*] Castigaui, *Sed incerta a*[...]
victoria.

Eod. *Obliuiscendum infensarum de bello agitantibus.*] Op[...]
scribendum, *offensarum.*

Cap. 3. *Conditorem templi regem Venerianum.*] Liber manu[...]
ptus habet, *Verianum.* reponēdum, *Aëriam.* Id docet Tacitu[...]
ster Annalium lib. 3. *Exin Cyprij*, inquit, *tribus delubris quorum*[...]
tustissimū Paphiæ Veneri autor Aerias Huic regi filius fuit Ama[...]
nomine. Nam sequitur illic mox: *Post filius eius Amathus V*[...]
Amathusiæ.

Eod. *Accitum è Cilicia Myram intulisse.*] Illic legitur, *accit*[...]
cilicentam miram intulisse. Scripsi, *Deamq; ipsam conceptam*[...]
huc appulsam. sed scientiam artemq; aruspicum accitam, & Ci[...]
Thamyram intulisse.

Eod. *Sanguinem aræ obfundere vetitum.*] Nos, *offundere.*

Eod. *Cæsis pluribus hostijs.*] Emendauimus. *cæsis compl*[...]
hostijs.

Eod. *Annuere deam vidit.*] Nos, *videt.*

Cap. 4. *Titus aucto animo ad patrem prouectus.*] Castigau[...]

uectus. Sic infra, *Corpus insigne oculis comaque & toruitate vultus, n Asiam atque inde Romam peruectum est.*

Eod. *Profligauerat bellū Iudaicū Vespasianus oppugnatione Hierosolymarum. Reliqua duro magis.*] Scripsi distinxi: *Profligauerat bel. ud. Vespasianus, oppugnatione Hierosolymorum reliqua, duro m. &c.*

Eod. *Et inexperti belli labor.*] Malim *ardor.* nam omnino *labor* hic locum non habet.

Cap. 5. *Noctu diuq; consilio, ac si res posceret.*] Particulam *ac* eramus. nam Tacitus breuitatem amat.

Cap. 7. *Sed bellantibus alijs placuit expectari bellum, cum in victores victosq; numquam solida fides coalesceret.*] Volumen manuscritum habet, *solida fide coalescere.* Nos sic legendum tamdem detehendimus & distinguenda verba: *Sed bellantibus alijs placuit expectari bellicum. Victores victosq; numquam solida fide coalescere.* rgo qui volet, sequatur meum iudicium, aut mendosa se lectione utius oblectet.

Eod. *Cæterū olim mixtis consilijs.*] Scripsimus, *Cæteri olim m. c.*

Cap. 8. *Dextra concordiæ signa.*] Nos, *Dextra concordiæ insignia.*

Cap. 9. *Ad prosequendū eum, quibus.*] Codex Budensis, *Ad proquendum, cum quibus Scyth. ins. tenuit.* Quemadmodū nos quoq; ltigauimus: Nec displicet altera lectio.

Cap. 10. *Magnis motibus.*] Demiror hanc clausulam omissam in bro manuscripto, sicut paulo ante, *mare,* vbi legimus, *mare ingretur.* Sed dormitant nimium sæpe librarij.

Eod. *Adhæc terrore & propria vi Crispus incubuerat.*] Volumen idense; *Adhunc terroris & propria vi Crisp. incubuerat.* Legerim, d hoc terroris, hoc est, ad hunc terrorem. Intelligit senatusconltum modo relatum.

Eod. *Traxeratq; magnam senatus partem.*] Exemplar regium, axeratq; magistratus p.

Eod. *Quamuis infirmum & nocentem.*] Scripsimus, *Quamuis, uisum ac nocentem, more tamen audiendum censebant.*

Cap. 11. *Et præcipua fama quartadecumana.*] Castigauimus, *Et æcipui fama Quartadecimani.*

Eod. *Eo agmen legionum alæ cohortesque præueniebant.*] Sustuli-us dictionem *eo.*

Eod. *Sed lorica ferrea vsus est.*] Deleuimus verbum, *est.*

Cap. 12. *Et maiore parte Italiæ.*] Particula connectens, *&*, videhic mihi superesse.

Eod. *Non Italia adiri, nec loca sedesq; patriæ videbantur. Tāquam erna litora & vrbes hostium vrere, vastare, rapere* Hæ sententiæ iltis mendis sunt insignes. Manuscriptum volumen habet: *Ita liorum auidus videbatur, Nō Italia adiri nec loca sedesq; patriæ iubātur tamquā & vrbes hostiū vrere, vastare, rapere.* Vides hic ab: duas illas dictiões, *externa litora.* quas castigatores addiderūt.

Ego vero pro *tamquam & vrbes*, deprehendi post laborio sam loci considerationem, scribendum, *tamquam metu res.* itaq; sic distinxi sententiam: *Suedius Clemens ambitioso imp. reg. vt aduersus modestiam disciplinæ corruptus, ita præliorum auidus. Videbatur non Italia adiri, nec loca sedesque patriæ. Iubebantur tamquam metu res hostium vrere, vastare, rapere.* Cæterum verba, *tamquã metu res*, non inserui in contextum, quum mea sit inuentio. Mutet, qui velit.

Cap. 13. *Nec capi poterant pernix genus.*] Exemplar regium, *nec pernix.* Forte scribendum, *Nec capi poterant, & pernix genus, & gnari locorum.*

Eod. *Nec vllis deinde tortoribus.*] Illic legitur, *temporibus.* Lego, *Nec vllis deinde terroribus, aut morte, constantiam vocis egregiæ mutauit.*

Cap. 14. *Duas Turingorum cohortes.*] Video *Turingos* librariis melius fuisse notos quam *Tungros*. Sed quia supra dixit, *non defuisse partem Galliarum quæ Rhenum accolit, Vitellij partes secutam, & acerrimam instigatricem aduersus Galbianos*; inducor vt credam hic & in sequentibus *Tungrorum* scribendum, non *Turingorum*. Quod vero de Batauis paulo post deq; Trãsrhenanis meminit, fateor equidẽ accipiendum de Germanis qui trans Rhenũ colunt, sed proximis amni, puta Tencteris, Vsipiis, Tubãtibus, Chamauis, Bructeris, & similibus. Longius vero dissiti Turingi erant; Tacito non commemorati; quos veteres, è quorum numero Sidonius est Apollinaris & Vegetius, non *Turingos*, sed *Toringos* appellant.

Eod. *Simul à latere saxis vrgeret.*] Hæc verba, *à latere saxis vrgeret*, non sunt in volumine manuscripto. nam illic legitur, *Simul altitudo apta ad iacendum*, pro *iaciendum*. Subauditur, & paganorum manus exciperet.

Eod. *Ni victorem exercitum attinuisset obscurum noctis obiectum obtentui fugientibus.*] Participium *obiectum* erasimus. De *obtentu* monuimus alibi.

Cap. 15. *Et Turingarum cohortium præfecti.*] Scripsimus. *Et Tungrarum cohor. præ.*

Eod. *Sustentata quidem diu acie.*] Coniunctionem *quidem* sustulimus.

Cap. 16. *Tanta mole belli nihil in summa profutura.*] Malim, *nihil in summam profutura.* Quodam supra loco rursum *in summa* scriptum fuit, pro *in summam*, de quo lectorem admonere fui oblitus.

Cap. 17. *Quamtum inter Padum alpesque camporum & vrbium est.*] Induximus verbum *est*.

Eod. *Quem repente contra Placentiam transgressi.*] *Repente* aduerbium deleuimus. nam illic non extat.

Cap. 18. *Qui pro Othone & accitum Cæcinam clamitabant.*] Forte legendum, *Quin pro Othone etiam accitum Cæcinam clamitabant.* Mox est in volumine regio, *contundet animos.*

Cap.19. *Tum mœstissimus quisque castigare credulitatem suam.*] Inendaui: *Tum vetustissimus quisque castigare credulitatem suam.* Intelligit, diu meritos. Sic libro quinto dixit, *vetustissimos familia-rum.* Et infra, *vetustissimum consularium.* Item *vetustatem stipen-diorum.*

Eod. *Quam ratione ostendens.*] Nos, *Quam ratione attendens.* Item infra, *ac missilem ignem in obsessos iaculantur.*

Cap.21. *Dum regerunt.*] Exemplar Matthiæ Coruini; *Dum re-ptans gerunt.* Suspicor scribendum, *dum reperta transgerunt.*

Eod. *A quibusdam è vicinis coloniis, inuidia æmulatione.*] Illic le-gitur, *& quibusdam vicinis coloniis inuidia æmulatione.* subauditur *flente.* Nam dandi casu dictũ est, *quibusdam vicinis coloniis*, hoc est, quum quædam vicinæ coloniæ haberent inuidiæ æmulatio-nem. Sensus est: Non solum ob fraudem, verum etiam propter in-uidiæ æmulationem. itaque sic emendauimus.

Eod. *Quocunque casu accidit.*] Codex regius, *accidat.* Scripsi-mus, *acciderat.*

Eod. *Perfringendis operibus.*] Datiuus *operibus* non est illic; nam subauditur, vel similis alius, puta *munimentis.*

Cap.22. *Librata magis & certo ictu.*] *Magna* legitur illic.

Eod. *Et exangues ac laceri.*] Manuscriptum exemplar habet *ait.* Reposuimus, *& exangues aut laceri.* Item, *Et Iulius Briganticus.*

Cap.24. *Ferocissimos auxiliariũ imminentibus via lucis imponit.*] Nos, *Ferocissimos auxiliarium eminentibus via lucis componit.*

Eod. *Equites procedere lõgius iussit, & irritato prælio sponte refuge-re.*] Corruptum locũ sic restituimus. *Equites procedere longius iussit, & irritato prælio sponte refugi, festinationem sequentium elicere;* sub-auditur, *iussi sunt.* Mox illic legitur, *altis ordinibus obtinuere.*

Cap.26. *Apud fugientes, occursantesque.*] Coniunctionem, *que,* sustulimus, *Apud fugientes, occursantes, in acie, pro vallo.*

Eod. *Et perculsis nullum retro subsidium foret.*] Particulam, *&,* summouimus, nam elegantior sententia, si absit.

Cap.27. *Haud perinde id damnum.*] Scripsimus, *Haud perinde damnum, Vitellianos in metum compulit.*

Eod. *Et recuperandi decoris cupidine.*] Codex Budensis habet *dedecoris.* forte legendum, *recurandi dedecoris cupidine.*

Eod. *Ad postremum Valens petulantia.*] E præpositionem addi-dimus, *Ad postremum Valens è petulantia etiam perfidiam suspe-ctabat.*

Cap.28. *Igitur n. allato p. T. aulam Turingosque.*] Castigaui, *Treuirorum alam Tungrosque.* nam hoc est quod dixit supra, *Duas Tungrorum cohortes, quatuor equitum turmas, vniuersam Treuiro-rum alam cum Iulio Classico præfecto misit.*

Eod. *Sin victoria, sanitas*] Nos, *victoria sanitas.* Item infra, *Po-stremo precibus ac lachrymis.*

Cap. 30. *Rapido agmine Cæcinæ iungitur.*] Scripſimus, *iun-guntur.*

Eod. *Et quamquam plus virium ac prope duplicatus Leg.a.nume-rus erat.*] Particulam ac deleuimus; nam ſenſum perdit.

Cap. 31. *Vitellius ventre & gula ſibi ipſi hoſtis.*] Codex Matthiæ regis habet *ſibim.* forte legendum, *ſibimet hoſtis.*

Cap. 32. *Quoniam Galliæ tumeant.*] Illic legitur *quam.* Lego, *quamquam.*

Cap. 33. *Summæ rerum & imperij ſeipſum reſeruaret.*] Exem-plar manuſcriptum habet, *ſummam*, velut ſit appoſitiue dictum. Sed placet vt *ſummæ* legatur. Mox eſt illic *prætorianarum.* nec[illegible] placet.

Eod. *Quando ſuſpecti duces, & Otho vt cui vni apud militem fi-des.*] Rurſum illic, *& vt Otho.* Malim, *Et Otho vt cui vni apu[d] militem fides.* Item, *iactis inſuper ancoris*, quod illic ſit, *ſuper.* Fort[e] legendum, *iactis ſuperne ancoris.* Paulo poſt deeſt illic vocabulu[m] *hoſtes. Vnde tormentis & machinis propulſarentur.* Item, in code[m] codice legitur, *Mixti remiges propugnat.*

Cap. 36. *Quum incurſu tribunorum.*] Scripſimus, *intercurſu.*

Cap. 37. *Niſi pollutum obſtructumq́; moribus ſuis principẽ paſſuros.* Repoſui, *Niſi pollutum obſtrictumq́; meritis ſuis principem paſſuros.*

Cap. 39. *Alienæ culpæ prætendebantur.*] Emendauimus, *Alieni[s] culpæ prætendebantur.*

Cap. 40. *Non amiſſuro, quo minus expeditus*] Caſtig. *Non admi[ſ]ſuro, quo minus ex. & u.q.m.p.p.a.i.i.a.a.d. & u.m. aggrederetur.*

Cap. 41. *Quæ aſtrictis mucronib.*] Suſtulimus pronomen *quæ*, participiũ *aſtrictis* prima litera multauimus, vocẽ *Ea* ſubſtitue[n]tes, *Ea ſtrictis mucronibus redire pulſos, & pugnam reſumere coegit.*

Eod. *Incertus vndiq́; clamor accurrentium, clamantiumq́;.*] Su[b]moto parelco *quæ* ſcripſimus, *accurrentium, clamantium, & vt[...]*

Eod. *In primam poſtremamve aciem.*] Nos, *in primã poſtrema[m]que aciem.*

Cap. 42. *An in ipſa Othonis parte.*] *In* præpoſitionem deleui.

Eod. *Cominus eminus.*] Scripſi, *Cominus eminusq́; cateruis cuneis concurrebant.*

Eod. *Galeas loricasq́; perrupere.*] Nos, *Gal. lori. perrumpere*, h[...] eſt, *perrumpebant.*

Eod. *Cæteris conſpicui.*] Si quis *cæteri* volet legere, quemadm[o]dum eſt in codice manuſcripto, ſic diſtinguet: *Noſcentes inter ſe [cæ]teri, conſpicui in euentum totius belli certabant.*

Cap. 43. *Primani ſtratis Vne etuice ſimanorum principibus.*] Ca[ſti]gaui, *Primani ſtratis Vnaetuiceſimanorum principiis.*

Eod. *Aperte alia propulſa.*] Nos. *A parte alia, propulſa Q[uarta] XIII legio.*

Cap. 46. *Nequaquam trepidus, & conſilij certus.*] Malim, *N[e]quam trepidus, ſed conſ. certus.*

Eod. *Is prætorij præfectus erat.*] Verbum *erat* sustulimus.

Eod. *Sed præmissi è Mœsia.*] Nos, *Sed præmissi Mœsia.* subauditur ...em e præp.

Eod. *Ipse aduersus à consilijs belli.*] Scripsi, *Ipse versus à consilijs* be...

Cap. 47. *Tanto pulchrior mors erit.*] *Tanto* non est in volumine ...lensi, nec est opus ea voce: subauditur enim, Quanto plus ostenditis, si viuere placeret, pulchrior mors erit. Nec hic so... omittit, sed & aliis in locis. Lib. 3. Hist. *Et propinqua Cremo...sium mœnia quanto plus spei ad effugium, minorem ad resistedum ...mum dabant.* Eodē libro de Vitellio: *Nam amicorum eius quan...uis clarior, minus fidus.* Proinde nos hoc quoque loco supposi...am vocem *tanto* submouimus.

Eod. *Nec tempus computaueritis.*] Scripsi, *Ne tempus computa...itis.*

Eod. *Difficilius est temperare felicitati.*] Datiuus *felicitati* non ...in libro regio, nec eo opus est. nam subauditur, *fortunæ*, quod ...cabulum præcedit, aut similis datiuus quispiam, puta, *rei*, vel ...atiuus *re*, pro, *ab re.*

Eod. *Initium illic fuit.*] Malim, *illinc fuit.*

Eod. *Nemo tam fortiter reliquerit.*] Verbum, *reliquerit* delēdum ... nam optime habet sententia: *Alij diutius imperium tenuerunt, ...no tam fortiter*, subaudi *tenuit.* Loquitur autem de fortitudine ...mi, qua mortem etiam non timebat.

Cap. 48. *Irent propere, neu remanendo iram victoris asperarent.*] ...stigaui, *neu remorando iram victoris asperarent.*

Eod. *Aut in Vitellium.*] Præpositionem *in* sustulimus. *Studio ...o se, aut Vitellium* (subauditur *erga* repetitum) *contumeliis in...nes abolet.*

Eod. *Aut nimium meminisset.*] Aduerbium *nimium* non est in ...dice Budensi. Videtur adiectum ab eo qui putabat alioqui sen...ntiam esse imperfectam: quum horum verborum, *Neu patruum ...i Othonem fuisse, aut obliuisceretur vmquam, aut meminisset*, sen...s sit, Nec se fuisse talem cuius pudere merito queat vt ipsius ob...liscendum sit, nec rursum adeo profuisse, vt longam apud suos ...emoriam meruerit, aut expectet pro beneficiis celebrari. Miram ...thonis modestiam arguunt hæc verba.

Cap. 49. *Atque illum supremas iam curas animo volutantem.*] ... volumine regio legitur, *Atque illum iam super. c. agentes.* Scripsi...us, *atque illum iam supremas curas agentem.*

Eod. *Nam abeuntib. exitum minitabantur.*] Castig. *exitium mi...tabantur.*

Eod. *Tum allatis pugionibus duobus, cum vtrumque pertentas...t.*] Liber manuscriptus; *Tum allatis pugionibus, cum vtrimque ...mptasset* (hoc est, ab vtraque acie) *alterum capiti subdit*, non

subdidit. Apparet autem fuisse duos, quia dicit, *alterum capiti su* *dit*. ergo subintelligitur ablatiuus *duobus*. quam lectionem nos contextum retulimus.

Eod. *Ac post promiscue Bebriaci, Placentiæ aliisque in castris cel bratum id genus mortis*.) Erasmus particulam *quæ*. nam gaudet syndeto Tacitus.

Cap. 50. *Celebri vico*.) Scripsimus, *celebri luco*.

Eod. *Aut circum volitantium alituum*.) Coniunctionem *a* deleuimus, & pro *circum volitantium alituum* scripsimus, *circu volitantem alitem*.

Eod. *Tum ablatam ex oculis*.) Codex Budensis, *Tum ablata oculis*.) subauditur *est*. Sed tum oportebit in clausula quæ sequ tur, *& tempora reputantibus initium finemq; miraculi cum Otho exitu competisse*, rursum subaudire verbum *memorant*, aut *aiunt*.

Cap. 52. *Illuc aduerso de prælio allatum*.) Nos, *Illuc de adue prælio allatum*.

Eod. *Conuitiis postremum*.) Scripsi, *Conuitiis postremo*. nec ref vtro modo legas.

Eod. *Appellabatque patres consultos intempestiuo honore*.] C stigaui, *Appellabatque patres conscriptos intempestiuo honore*.

Cap. 53. *Et rediere omnes Bononiam, rursus consiliaturi*.) Qui legas, *consilituri*, à verbo *consilire*. Nam ante dispersi fuerant. h verbo Tacitus vtitur libro Annal. quinto: *Patrem Abdagasen*, *liosque occultos consilit*. nisi mendosa est editio. Construit alibi cu datiuo, lib. Annal. 3. *Heduos*, inquit, *euincite*, *& fugientibus consili*

Cap. 54. *Et Cenus quidem rapidus in vrbem vectus*.) Exempl Coruini regis. *Et Cenus quidem rapidum vrbem*. Forte, *rapide vrbem vectus*.

Cap. 55. *In sacramento Vitellii adactum*.) Legendum, *Quod e militum, sacramento Vitellii adactum*. Sic enim infra loquitur: *Fe nante Tiberio Alexandro, qui Kal. Iul. sacramēto eius legiones adeg*

Cap. 57. *Inhonestam adulationē compescit*.) Reposui, *compescu*

Cap. 58. *Cæso Galba in Othone pronus*.) Malim, *in Othonē pron*

Cap. 59. *Appulsus littori trucidatur*. Scripsi, *Appulsus litori*, *trucia tus*, subaudi, *est*.

Eod. *Nullo principali apparatu*.) Castigaui, *nullo principali par tu*. De qua dictione supra monuimus lectorem.

Eod. *Circumdaret principis ministeria*.) Correxi, *Circumd. pri cipi ministeria*.

Eod. *Quamuis odium Vitellius humilibus blanditiis velaret*.) L ber Matthiæ Coruini habet, *iuuenilibus blanditiis*. Lego, *vernili blanditiis*, hoc est, seruilibus, adulatoriis. Hoc vocabulum vsurp libro sequenti de Antonio Primo: *Vernile dictum omnem inuidi in eum vertit, tamquam signum incendendæ Cremonæ dedisset, q iam flagrabat. Vernile dictum*, hoc est, scurrile, procax.

Cap.

Cap. 61. *Nomen id sibi indiderat.*] Illic legitur, *nam id sibi indiderat.*

Cap. 63. *In pœnitentiam versus seram veniam post scelus quærat.*] Codex manuscriptus manifeste habet pro *seram*, *secundam*. Itaque & nos sic scripsimus.

Eod. *Terruit è periculo principis famam clementiæ affectare.*] Nos, *affectaret*; Subauditur, vt.

Cap. 64. *Longum interfectori visum. in itinere ac taberna proiectum humi iugulauit.*] Reposuimus, *Longum interfectori,* (subauditur *erat.*) *In itinere visum, ac taberna proiectum humi iugulauit.*

Eod. *Non minax tristibus.*] Scripsimus, *non minis tristibus.*

Eod. *Aut ambitu ciuitatis in gaudium euecta.*] Castigauimus, *euecta.*

Cap. 65. *Interpretabatur quædam exhortationibus eius contumeliosa in Vitellium.*] Emendauimus, *ex orationibus eius.*

Eod. *Cluuius comitatu principis adiectus.*] Nos, *comitatui.*

Cap. 66. *Maioribus aliarum vrbium cladibus obliteratum est.*] Verbum *est*, expunximus.

Cap. 67. *Separatæ primum.*] Scripsi, *Separati primum.*

Eod. *Tertiamdecimam struere amphitheatrum iussit.*] Codex regius habet, *Tertia decima.* Cuius occasione vocabuli sic reposuimus, *Tertiadecimani struere amphitheatrum iussi.*

Eod. *Apud victores orta seditio ludicrorum initio.*] Nos *ludicro initio.*

Eod. *Numerus cæsorum inuidiam bello auxit.*] Budense volumẽ habet, *nũs nũs cæsorum inuidiam bello auxisset.* Correxi locum, *nisi numerus cæsorum inuidiam bello auxisset.*

Eod. *Perinde miles intentus aut licentiosus.*] Scripsimus, *aut licentior.* Nam illic legitur. *licenter.*

Cap. 68. *Quam disciplinæ & castris propiora.*] Codex manuscriptus, *promptiora.* nec est absurda lectio. Nec illic habentur mox duæ voces, *altero e;* sed tamtum, *altero legionis quintæ, Gallis auxiliaribus.* Infra scripsimus, *Postero die.*

Cap. 69. *Cæterum vt largitionibus affectæ tamen imperij opes sufficerent.*] Vocat eleganter *affectas opes imperij*, quas imminutas intelligit exhaustasque.

Cap. 70. *Nec minus inhumana pars viæ.*] Forte, *inamœna.* item, *Lauro.*

Eod. *Hinc erupisse legionum agmen.*] Liber Coruini regis, *irrupisse.*

Eod. *Hinc equites cohortos.*] Nos, *coortos.*

Eod. *Falso vera aut maiora vero miscebant.*] Manuscriptum volumen, *Falsa vera aut maiora vero miscebant.* Sensus est, Falsa & vera aut maiora vero miscebant.

Eod. *Spacia certaminum recognoſcere.*] Illic, *Spacia certamina recognoſcere.* Expone; Spacia & certamina recognoſcere.

Cap. 71. *Cohortati aliorum conſulatus.*] Emendaui, *Coartati aliorum conſulatus.*

Cap. 72. *Interrogatus quis nam mortalium eſſet.*] Nos, *interrogatusque quis mor. eſſet.*

Cap. 73. *Poſtquam ſpeculatores è Syria Iudæaque ad in. u. e. O. nunciauere.*] Deleuimus præpoſitionem *e*, quæ ſubintelligitur.

Cap. 74. *Et procul vel iuxta ſitas vires circumſpectabat.*] Particulam *&* ſubmouimus.

Eod. *Namque omnes exercitus flammauerat arrogantia venientium à Vitellio militum.*] Exemplar manuſcriptum: *Namq; omnes exercitus flammauerat ad arrogantiam venientium à Vitellio militum.* Vbi *flammauerat* accipit abſolute.

Eod. *Sed inerat à mole belli plerumq; cunctatio.*] Legitur illic, *Sed inerat amor belli.* Scripſerim; *Sed inerat timor belli plerumq; cunctatio.* Appoſitiue.

Eod. *Nihil medium inter ſumma aut præcipitia.*] Nos, *inter ſumma ac præcipitia.* Paulo poſt eſt illic, *præſenti facinore.*

Cap. 76. *Iuxta deos.*] *Iuxta deos*, videtur dictum pro, per fauorem deorum, ſicut dicimus, *ſecundum deos.* pro, poſt deos. At codex Budenſis habet, *Vixit deos.* ex qua ſcriptura nihil eruere queat, niſi quis legendum ſuſpicetur, *Vixit nepos*, hoc eſt, ganeo, ſcilicet Vitellius. *Vixiſſe* dicimus quos periiſſe ſignificamus. Tum diſtingue: *Vixit nepos. In tua manu poſitum eſt.* Sed hæc coniectura eſto.

Eod. *Abiit iam & tranſuectum eſt tempus, quo poſſes videri concupiſſe.*] Regius liber habet manifeſte, *quo poſſes videri concepiſſe.* Eſt *concipere* ex deſtinato ſuſcipere. Libro Annal. primo: *Fraude aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos non ſeruili animo concepit.* Liuius libro quarto primæ dec. *In ea ... Melius ſpem regni conceperit.* Sic etiam dicitur *ſcelus concipi*, quod ſuſcipitur.

Eod. *Ne Othonem quidem ducis arte, aut exercitus ſui, ſed præpoſtera ipſius deſperatione victum.*] Caſtigauimus, *aut exercitus vi.*

Cap. 78. *Impleſſe fidem ominis videbantur.*] Illic legitur, *videbatur*, imperſonaliter.

Eod. *Aram tamtum & reuerentiam.*] Malim, *ara tamtum & reuerentia.*

Cap. 79. *Eo ardore vt ne Titus quidem filius expectaretur.*] Nos duas iſtas voces, *eo ardore*, ſubmouimus, & diſtinximus vt hic nouæ ſententiæ ſit initium, *vt ne Titus quidem filius expectaretur.*

Cap. 80. *Militariter locutus.*] Caſtigauimus, *Militariter ...*

us. Significat Vespasianum non fuisse exquisite seu vrbana elegantia excultum.

Eod. *Laeta omnia & afflu. excepit.*] Nec sit prorsus mala lectio, si quis *omina* legat.

Eod. *Contra, Syriacis legionibus Germanica hyberno caelo ac laboribus dura mutarentur.*] Reposui, *Germanica hyberna caelo ac laboribus dura mutarentur. Hyberna* vocat hybernacula.

Eod. *Et militibus vetustate stipendiorum nota & familiaria castra, in modum penatium diligebantur.*] Foedum erratum est hoc loco. castigauimus, *in modum penatium dirigebantur.* nam loquitur de construendo. *Diriguntur* autem castra aut domus, quoties ordines debiti seruantur.

Cap. 81. *Ignaro adhoc Vitellio.*] Scripsimus, *Ignaro adhuc Vitellio.*

Donatiua militi.] Codex Budensis, *Donatiuo.* Forte, *Donatiuum.* Mox scripsimus; *Ne Vespasianus quidem.*

Cap. 83 *Gnarus modicas vires esse sibi.*] Infinitum verbum esse deleuimus. Mox scripsimus, Sed legio sexta & tredecim vexillariorum millia.

Eod. *Si sibi Brundusium.*] Sic & illic legitur. Ego vero scripserim, *Si simul Brundusium T & Lucaniae Calabriaeque littora infestis classibus peterentur.* Docti mecum sentient.

Cap. 85 *Charissimus quisque eamdem in recuperando licentiam habuerunt.*] Castigauimus, *Rarissimus quisque.*

Eod. *Transgressi in partes.* Participium *transgressi*, submouimus. *Illyrici exercitus studio in partes.*

Eod. *Ita tres Moesicae legiones per epistolas alliciebant Pannonicum exercitum, aut abnuenti vim parabant.*] Haec verba *Pannonicum exercitum, aut abnuenti vim parabant*, adulterina sunt & suppositititia, proinde erasimus. Supra nescio vbi sic loquitur Tacitus, *aut abnuenti vim parat.* Distinximus vero sic sententiam, *ita tres Moesicae, legiones per epistolas alliciebant.* Nunc vides nihil deesse.

Cap. 86. *Sed procurator aderat Cornelius Fuscus.*] Malim legere, *Et procurator aderat Cornelius Fuscus.* nam extrema proxime praecedentis vocabuli litera est, S. Hinc errori praebita ansa.

Eod. *Idemque pro Galba dux coloniae suae.*] Scripsimus, *Idem pro Galba d.c.s.*

Eod. *Noua, ambigua, & ancipitia malebat.*] Induximus particulam, &; vt legas, *noua ambigua, ancipitia malebat.* nam dissolutum quod vocant rhetores Tacito familiare.

Cap. 88. *Nec minus saeuum spectaculum erant ipsi tergis ferar. & ing. telis horrentes.*] Pronomen *ipsi* non est in Budensi codice.

Cap.89. *Decora facies, & non Vitellio principe dignus exercitus.*] Hæc tota clauſula non eſt manuſcripto libro. Suſpicor è margine in contextum relatum.

Cap. 90. *Atque ibi matrem complexus, Auguſtæ nomine decorauit.*] Repoſ. *honorauit.*

Cap. 92. *Nec vmquam ſatis fida potentia, vbi nimia eſt.*] Volumen regis Coruini, *vbi minima eſt.* Legerim, *vbi vi nimia eſt.*

Cap. 93. *Et adiacentia Tiberi Germanorum Gallorumque obnoxia morbis corpora.* Illic legitur *Germanorum Gadauorumque.* Lego: *Batauorumque.* vt per *Germanos*, etiam tranſrhenanos intelligamus, Tencteros, Bructeros, Vſipetes, & Chamauos qui in exercitu Vitellii erant. At hodie Galli inediæ, æſtus, frigoris, ſitis, & alieni cæli longe ſunt tolerantiores. Secus tamen produnt autores d[e] vetuſtiſſimis Gallis, quos Germanis faciunt perſimileis.

Cap. 94. *Liberti principum conferre.*] Verbum *conferre* non e[ſt] in libro Budenſi. Mox nos cap. 95. *Cæcina ac Valens.* Paulo poſt non eſt illic *Neroni*, nec *iecissent*, ſed *iecisset.*

Cap. 96. *Et amici adulantes, nullius interpretabantur vnius legionis eam ſeditionem.*] Volumen regium quoque continet, *nullius interpretabantur.* ſed nos caſtigauimus, *mollius interpretabantur.*

Cap. 97. *Proinde ſocij de imperio vtriuſq; coniectabant.*] Scripſ[i,] *perinde ſocij de imperio vtriuſq; coniectabant.*

Cap. 98. *Mare quoq; Eteſiæ flabant, harum flatus in Orientem nauigantibus ſecundus, inde aduerſus erat.*] Codex Matthiæ regis habet: *Mare quoq; & eſi flabra aquilonis Verum flatur in Orientem nauigantibus ſecundum inde aduerſum erat.* Lego. *Mare quoq; Eteſiarum flatu in Orientem nauigantibus ſecundum, inde aduerſum era[t.]* Duæ porro dictiones, *flabra aquilonis*, è margine codicis archetypi, quem doctus aliquis annotarat, in contextum à deſcribent[ibus] ſunt relata. De ſinceritate lectionis iſtius nihil ambigo. Sic libr[o] Annal. quinto: *Quia flatibus Eteſiarum implentur vada, hyberni[s] Auſter reuoluit fluctus, pulſoque introrſus freto, breuia littorum nudantur.*

Cap. 99. *Seu perfidiam meditatio.*] Scripſi, *ſeu perfidiam meditanti.*

Cap. 100. *Cum vexillariis Hyſtris Britannicarum legionum.*] Exemplar Budenſe: *Cum vexillario hyſtrium britannicarum legionum.* Legendum, *cum vexillariis III. Britannicarum legionum.* Mox illic legitur: *Ipſe Rauennam deuertit.* nam librarius ille perpetuo propemodum *deuertere* ſcripſit pro *diuertere.*

Eod. *Prætextu claſſem alloquendi.*] Manuſcriptus liber, *Prætexto.* Dicitur autem non minus Latine *prætexto* quam *prætextu.* Quid ergo opus erat mutare?

Eod. *Mox Patauij ſecretum componendæ proditionis quæſitum.*]

ic legitur, *ad secretum*. Lego, *id secretum componendæ proditioni quæsitum.*

Cap.101. *Corrupti in adulationem causas tradidere.*] Codex Budensis, *Corruptos habet*. Reposui, *corruptas in adulationem causas tradidere.*

Eod. *Et prodito Galba, vilem mox fidem.*] Nos, *& prodito Galba, mox vilem fidem.*

In Libr. III. Histor.

CAP. 3. *Hæc & talia.*] Nos, *Hæc atque talia.*

Cap. 4. *Cæterum vt transmitteret in Italiam impune, & eo vsui foret, scriptum Aponio socium reuirescere credebat.*] Hunc locum prorsus deprauatum arbitramur. neque enim ex verbis istis commodus sensus elici potest. Budense exemplar habet, *Cæterum in Italiam impune & eo vsui foret scriptum Aponio socium reuirescere credebatur*. Ex verbis istis æque corruptis, huiusmodi lectionem exculpsimus: *Cæterum quum in Italiam, impunito eo vsu, foret scriptum, socium reuirescere credebat.* Nunc perpendat lector vtra lectio huic loco magis sit accommoda. Videtur autem mihi ideo dictum *impunito* eo vsu, quia non semper licet è castris ad amicos mittere literas, ad cauendam proditionem.

Cap. 5. *Possessa ipso transitu Vincentia.*] Reposui, *Vicentia.* sic enim Plinius atque Ptolemæus vocant. quidam & *Vicetiam* ex inscriptione quæ in agro Veronensi reperta est.

Eod. *Ac ne peruium illa Germanicis exercitibus fieret.*] *Illâ* sic- ut *quâ*, pro *illac*. Sic libro Annal. secundo. *Incubueratque sagittariis, illâ rupturus, ni Rhætorum Vindelicorumque & Gallicæ cohortes signa obiecissent.* Hac forma Liuius *eâ* aduerbialiter vsurpat libro sexto primæ decad. quod ad *quâ* refertur. Emenda locum illum fœde deprauatum in omnibus æditionibus quas ego viderim. sic enim vulgo legitur: *Et Volsci quâ modo simulato metu cesserant, eunt in veram fugam effusi.* Tu scribe: *Et Volsci quâ modo simulato metu cesserant, eâ in veram fugam effusi, magna pars & in ipso certamine, & post in fuga cæsi.*

Eod. *Consilia post res afferebantur.*] Hæc lectio placet. nam quod in libro regio scriptum est, *post tres menses*, plane supposuit aliquis, ne vocabulum corruptum *tres* ex *res*, solum relinqueretur. Nimis longum tempus futurum erat si addidisset, *annos*, nimis breue, si *dies*.

Cap. 7. *Omissum id munus.*] Nos, *remissum id m.* Item, *Portius Septimus Proc.*

Eod. *Ad occupandam ripam Rheni fluminis, quod Rhætos Noricosque interfluit.*] Castigauimus contra manuscriptum exemplar, *ad occupandam ripam Æni fluminis*, nam, autore Ptolemæo, Nori-

cum ab occasu terminatur Æno fluuio. De hoc loco meminimu libro primo rerum Germanicarum.

Eod. *Nec his aut illis prælium tentantibus.*] Scripsimus, *Nun illis aut his prælium tentantibus.*

Cap. 8. *Sed Primus ac Varus occupantes Aquileiæ proxima qui que.*] Codex Budensis, *Sed Primus ac Varus occupata Aquileia, proxima quoq;*, subaudi, *occupantes.*

Cap. 9. *Vulgata victoria post principia belli secundum Flauianos duæ legiones, septima Galbiana.*] Exemplar Matthiæ regi *Vulgata victoria principia belli secundum Flauianos datæ legione* Lego: *Vulgata victoria principio belli secundum Flauianos data, legiones septima Galbiana, &c.*

Eod. *Si placere Galbæ principatus.*] Castig. *Si placeret Gal principatus.*

Eod. *Facta à tribunis & centurionibus.*] Particula *a* videt mihi superesse.

Cap. 10. *Obturbabatur militum vocibus Aponius.*] Dictio nem Aponius deleuimus. Mox; *Et à conuitiis ac probris.* Nos, probris. Ibidem: *Sensit ludibrium miles.* in manuscripto codice e *Sentit miles.*

Cap. 11. *Quippe Mœsicæ legiones.*] Vocabulo *legiones* expu cto scripsimus, *Quippe Mœsici adiutam à se Pannon. vltro ref.* Na sequitur, *Pannonici.* Codex Budensis continet, *Mœsice*, sed perp ram meo iudicio.

Eod. *Vacantium forte balnearum fornicibus abditus.*] Reposi mus, *fornacibus.*

Cap. 12. *Qui prope accurrit.*] Castig. *qui propere accurrit.*

Eod. *Hadriam peruectus.*] Nos, *Hadriam prouectus.*

Cap. 13. *Secreta castrorum affectans.*] Volumen regium, S *ecretorum castrorum affectans.* Lego; *secretum castrorum affectans.*

Eod *Transfugisse classem in arcto commeatum.*] Reposui, *Tran fugisse classem inopia commeatuum.*

Eod. *Huc cecidisse Germani exercitus gloriam.*] Nos, *Germani exercitus.*

Eod. *Iunctas manus & capta traderent arma.*] Castig. *vinctas manus & c.t.a.*

Eod. *Et abesse vnicum Othoniani exercitus robur.*] Liber manu scriptus habet, *Germanici.* Forte legendum, *Britannici.*

Eod. *Quos tamen iisdem illis campis.*] Reposui, *quos tum iisde campis illis.* Mox, *vt tot armatorum millia*, dictio *tot* n est illic.

Cap. 14. *Vt legionibus primæ Italicæ & vndeuicesimæ Rapaci iu gerentur.* Nos, *vni & vicesimæ Rapaci iungerentur.*

Cap. 15. *Vbi hæc comperta Antonio, discordes animis, discre viribus hostium exercitus aggredi statuit.*] Hæc duo vocabula a-

mis discretos, non sunt in regio codice, qui sic habet, *Vbi hæc comperta Antonio, discordes viribus hostium exercitus aggredi statuit. Discordes viribus*, id est propter vires.

Eod. *Immensam belli luem.*] Accusatiuus *luem* non est in libro Budensi. Malim, *vim*. Paulo post illic est *progredi paucos*.

Cap. 16. *Vacuo medio relinquit iter.*] Emendaui, *Vacuum in medio reliquit iter.*

Cap 17. *Occursare pauentibus.*] Nos, *occurrere pauentibus.*

Eod. *Atque illic consternuntur.*] Scripsi, *consternantur*. Sic infra: *Cæteri fœda fuga consternantur*. quamquam vulgo legitur *consternuntur*.

Eod. *Arma equosque abripere.*] Nos, *arma, equos abripere.*

Cap. 18. *Quos militia gloria legionariis quamquam raptim ductos, æquabat.*] Quia ablatiuus *gloria* non est in exemplari manuscripto, forte *militia* dictum est aduerbialiter, pro *in militia*. Legitur autem illic. *æquabant.* subauditur, *alij*. Item; *Nec Antonius vltra insistit.* Item; *Posse coloniam plano sitam.* non *in plano*. Sic infra: *Turrim vicino sitam*, pro *in vicino*. quare præpositionem *in* sustulimus.

Cap. 19. *Et maiorem rapiendi licētiam.*] Lego *sed*. Idem audaciæ per tenebras irrumpentibus, sed maiorem rapiendi licētiam. Mox, *Sed opes*. Malim, *& opes*. Infra cap. 20. *Num secures dolabrasque, & cætera*. Nos, *Num secures, dolabras, & cætera expug. vrbibus secum attulissent.*

Eod. *Aduectis tormētis machinisq; vim victoriamq; nobiscū ferimus.*] Exemplar Budense tamtū habet, *tormentisq;*. Forte legendum, *aduectis tormentis vimque victoriamq; nobiscum ferimus.*

Eod. *Cæteraq; quæ vsui forent allaturos.*] Castigaui, *cæteraque vsui allaturos*. Item, *vagos ex Cremonensibus.*

Cap. 22. *Sextadecimanos duodeuicesimanosque.*] Nos, *Sextadecimanos duoetuicesimanosque*. Sic & alibi loquitur.

Atrox his rursusq; illis.] Submoui particulā *que*; *Atrox his, rursus illis*. Mox est illic, *Eademq; acie arma*; non *vtraq; acie.*

Cap. 23. *Neutro inclinata fortuna.*] Scripsimus, *Neutro inclinauerat fortuna.*

Cap. 26. *Quæ super cuncta.*] Codex Budensis habet, *que*. Lego, *Quin super cuncta*. nam sæpe *que* pro *quin* posuit librarius.

Cap. 27. *Pondera saxorum Vitelliani prouoluunt.*] Illic est *præuoluunt.*

Cap. 28. *Quamuis pessimo flagitio degenerant.*] Quid si legas, *quouis pessimo flag.*

Cap. 29. *Is in vallum egressus deturbatis qui restiterant.*] Scripsi, *qui resisterent.*

Cap. 31. *Non in vulgus inops, sed in trib.*] Illic, *Non in vulgus inopsque in tribunos*. Forte, *quin in tribunos.*

Eod. *Tot fortissimi viri.*] Nos, *Ac fortissimi viri.*

Eod. *Et posita omni fiducia.*] Castigauimus, *& posita omni ferocia.*

Eod. *Subit recordatio illos esse.*] Exemplar Matthiæ regis habet, *Subit ratio,* Legerim, *Subit miseratio illos esse qui nuper Bebriaci victoria temperassent.*

Cap. 32. *Auxit inuidiam editum illic à Cæcina gladiatorum spectaculum.*] Præpositionem *à* deleuimus. nam subauditur.

Eod. *Maiore opum specie complebat.*] Emendaui, *Maiorum opum specie comp.*

Eod. *Is balneas abluendo cruore propere petit.*] Nos, *abluendo cruori.* Illic est *balnea.* nec refert.

Cap. 33. *Vtique exercitui, vario.*] Castig. *Vtque exercitu, varii linguis, morib.*

Cap. 34. *Hic exitus Cremonam habuit.*] Illic tamtum, *Hic exitus Cremonam.* tum subaudiendum *habuit.* aut legendum *Cremona.*

Eod. *Et si qua alia vis per alpes irrueret.*] Reposui, *rueret.* nam *ruere* pro *irruere* sæpe vsurpat.

Eod. *Vbere agri annexu.*] Cogitandum an legi possit, *adhæsu* ab adhærendo. Mox est illic, *Ciuilibusq; intacta.*

Eod. *Antonius post rem, flagitii crebrescente inuidia.*] Volumen Coruini regis habet, *Antonius pistore flagitii.* Lego, *Antonius pudore flagitii, crebres. inuidia.*

Eod. *Cædi cœpere.*] Illic, *cecidi.* Reposuimus, *Occidi cœpere.*

Cap 36. *Non alloquio exercitioque.*] Illic, *non exercitioque.* Lego *non alloquio, non exercitio militem firmare.*

Cap. 37. *Nec defuit qui vnum consulatus diem (i.e.i.l.C.s.) m.c.i t.a. blandiretur.*] Castigauimus, *eblandiretur.*

Eod. *Rossius Regulus, iniit eiurauitque.*] Illic est tamtum, *Rossius Reg. iniit, eiurauit.*

Eod. *Cum belli ciuilis præmia festinarentur.*] Codex Budensis habet, *dictarentur.* Legerim, *ista darentur.*

Cap. 38. *Turrim vicino sitam collucere per n. c.l. animaduertit.* Illic *aduertit.*

Eod. *Vbi aspernatum Vitellium.*] Fœdus lapsus est. restituimus *Vbi asperatum V.*

Eod. *Illic infensus Blæso.*] Nos, *ille infensus Blæso.*

Eod. *Causam confusionis quærenti.*] Volumen regium habet aperte, *Causam effusionis quærenti.* Id fortassis accipi potest de subita prouolutione qua se L. Vitellius calumniator in terram ante pedes Vitellii Cæsaris effudit. At *confusionis* vocabulum etiam vsurpat libro sequenti, de Domitiano: *Crebra oris confusio pro modestia accipiebatur.* Liuius libro primo dec. quintæ: *Paulo post rediit confuso vultu.*

Eod

Eod. *Tot Germanicæ legiones.*] Hæc clausula non est in libro anuscripto.

Eod. *Principis labores è conuiuio prospectantem.*]Labores,mor- m vocat.

Cap.39. *Ne dilata Blæsi mors maturam pœnitentiam.*] Reposui, *aturam perniciem.* subaudi, *ipsi Vitellio afferret.*

Eod. *Vt parum abfuerit.*] Nos, *Vt parum effugeret, ne dignus ederetur.*

Cap.41. *Sed Valens ne in tãto quidem discrimine.*] Illic, *ne in tan- discrimine quidem.* Item, *quo minus illicitas rapere voluptates.* iam lectionem & nos secuti sumus.

Eod. *Apud auidos periculorum & dedecoris securos.*] Castig. *& coris securos.* Sunt autem *decoris securi*, qui nullam honesti cu- m habent.

Eod. *Eo metu, paucis quos aduersa non mutauerant.*] Addidi- us particulam, *&*, *Eo metu, & paucis quos aduersa non muta- rant.*

Eod. *Ipse flexit in Vmbriam, atq; inde Etruriam.*] Rursum hic ldidimus præpositionem, *in; atq; inde Etruriam.*

Eod. *Gallias, & exercitus, & Germaniæ gentes, nouumq; bellum eret.*] Duas dictiones, *& exercitus*, deleui.

Cap. 42. *Aut aduersante vento.*] Scribo, *haud aduersante ento.*

Cap. 43. *Foroiuliensem coloniam claustraq; maris præsidio tueba- r.*] Illic, *Foroiuliensem coloniam, claustra maris*, Appositiue.

Eod. *Eo grauior auctor.*] sic supra: *Tum progressus Lucilius auto- m se præbet palam classis.*

Eod. *Quæ vbi paratu firma.*] Codex Coruini, *parta* habet. Lego; *Quæ vbi pacta firma, & auctarum apud u. V. a. increbuere.*

Eod. *Totidemque centurionibus.*] Illic, *totidem centurionibus.* & os sic scripsimus.

Eod. *Cæteris remanere, & in verba Vespasiani adigi volentibus berum fuit.*] Erasimus dictionem *liberum.* nam imitatione Græ- a dixit Tacitus, *Cæteris remanere & in verba Vespasiani adigi vo- ntibus fuit.* Vt libro 15. *Hæc atq; talia plebi volenti fuere.* Sic enim astigandum monuimus, vbi vulgo, *valentia fuere*, legitur. In vita gricolæ soceri: *Eoque initio erecta prouincia, vt quibus bellum vo- ntibus erat.* Libro primo: *Vt quibusq; bellum inuitis aut cupienti- us erat.* Nec est locutio valde dissimilis, infra: *Et Mutiano volenti cripsere.* Adduximus superiori loco quædam exempla ex autori- bus Græcis, quæ non visum est hic repetere.

Cap. 45. *Simul ipsorum Brigantum defectione.*] Liber regius, *Si- mul ipsorum Brigantum defectio.* Statque sententia.

Cap. 47. *Haud tenendæ manus auctor.*] Nos, *haud temnendæ ma- nus ductor.* In manuscripto volumine legitur, *tepẽdæ manus ductor.*

Possit legi, *haud pœnitendæ manus.* Quod vero mox sequitur, *ve-tustam admodum ciuitatem*, & illic est, *vetusta manum ciuitatem* Forte scribendum, *vetustissimam ciuitatem.*

Eod. *Classis quoque faces intulit.*] Nos, *Classi.*

Eod. *Quin & Barbari contemptim vagabantur.*] Scripsi, *con-temptius vagabantur.*

Cap. 49. *Ceu felicitas in tali ingenio.*] Castig. *Seu felicitas in tali ingenio.*

Cap. 51. *Tanto acrior apud maiores, quod sicut virtutibus glor.* Nos dictione *quod* expuncta, sic scripsimus: *Tanto acrior apud maiores sicut virtutibus gloria, ita flagitij pœnitentia fuit.* nam ex-emplar regium manifeste habet *flagitij*, vt de flagitio occisi fratris intelligas.

Eod. *Sed hæc aliaque ex veteri memoria petita.*] Cast. *repetita.* Mox est illic, *poscet.*

Cap. 52. *Et certiora ex Mutiano sperabantur*] Præpositionem sustulimus.

Eod. *Et Mutiano volentia rescripsere.*] Castigauimus, *Et Mutia-no volenti scripsere*, hoc est grata rescripsere. Redolet Hellinis-mum hæc locutio. Non prorsum absimilis illis, *Hæc atq; talia pu-bi volenti fuere.* Item, *remanere & in verba Vespasiani adigi volen-tibus.* In vita Agricolæ, *Vt quibus bellum volentibus erat.* Sa-quamtum ad datiuum *volenti* attinet quod Græcis est βουλομ[...] meminimus supra. Mox est illic, *aut facta eius.*

Cap. 54. *Vt ad vires hostium spectandas.*] Particulam *vt* expu[n]-ximus. nam subintelligitur.

Eod. *Abnuentiq; vera esse quæ afferret.*] Nos, *referret.*

Eod. *Quandoquidem, inquit magno documento opus.*] Addidi-mus verbum, *est.*

Cap. 55. *Tandem flagitante exercitu qui Meuaniam insederat.*] Pronomen relatiuum *qui* submouimus. nam hæc clausula, *Meua-niam insederat*, per parenthesim interiecta est; & subintelligit[ur] *Meuaniam insederat* s. *is exercitus.*

Cap. 56. *Vt nube atra diem obtenderent.* Scripsimus, *obtunderent.* Obtunditur lux & fulgor per obumbrationem.

Eod. *Longe quam vbi feriri hostias mos est, confossus.*] Del[eui] particulam *quam.* *Longe*, id est procul ab eo loco vbi feriri hostias mos est, confossus.

Cap. 57. *Et collata vtrinq; castra.*] Cast. *Vt collata vtrinq; castra.*

Quæ vbi Vitellio cognita.] Manuscriptum exemplar non hab[et] *vbi.* Possunt sic distingui verba: *Quæ Vitellio cognita.* subaudi *su[nt].* Parte cop.

Cap. 58. *Dantes nomina sacramẽto adigit.*] Illic est, *dat nomina.* Forte scribendum & distinguendum, *dant nomina, sacramento adigit.*

Ed.

Eod. *Et pondus argenti senatoribus inducit.*] Nos, *indicit.*

Eod. *Quæ non dabantur, remisit.*] Codex Matthię Coruini, *Quæ non dabantur, omisit.* Adhuc nullus commodus sensus elici potest. Pro non *dabantur*, lego, *nunciabantur*, & bene habebit locus. *Quæ nunciabantur omisit*; hoc est, omisit punire senatores equitesq; de quibus nunciatum foret quod è castris se subduxissent.

Cap. 59. *Niue se eluctantibus.*] Castigaui quemadmodum est in volumine Budensi, *niues eluctantibus.* Sic in vita Agricolæ: *Super virtutem hostium, locorumq; difficultates eluctatus.* Eodem modo dixit lib. 1. Hist. *Et immensa viarum spacia, ægre sub armis eniterentur.* Et hoc loco mox: *Custodias Vitellij elapsum.* Item libro Annal. . *Eiusque statuam vim ignium bis elapsam.*

Eod. *Et notitia locorum.*] Illic legitur; *& noctu locorum.* Forte, *notu* pro *notione* seu *notita.*

Cap. 60. *Donec aquilæ signaque legionum assequerentur.*] Absolute vsurpat *assequi.* Infra: *Missus exemplo Varus.* Nos. *Missus exemplo Varus.*

Cap. 62. *Fonteium Capitonem in proditionem corruptum.*] Hæc clausula *in proditionem*, non est in libro regio.

Cap. 63. *Id quoq; non sine decore.*] Nos, *sine dedecore.*

Eod. *Vt ad prælium intentus armatusque.*] Illic legitur, *ornatusque.* Liuius libro nono primæ decad. *Diemque iis, quæ equis armisque instructi atque ornati adessent, edixit.* Item libro I. primæ decad. *Armati ornatique.* Vbi vulgo legitur, *Ordinati armatique.*

Eod. *Et pecuniam & secreta Campaniæ offerre Vitellio.*] Budensis codex habet *secretam.* Lego; *secretum Campaniæ.*

Cap. 65. *Tamquam inuidia & æmulatione fortunam fratris moretur.*] Illic legitur, *fortunæ fratris m.* Distingue, *tamquam inuidia & æmulatione fortunæ fratris, moraretur.* vbi, *moraretur* accipit absolute, pro *cunctari.*

Eod. *Et credebatur affectam eius fidem præiuuisse.*] Sic hic dicit *affectam fidem*, pro *læsa*, quemadmodum Liuius dixit *res affectas* pro sexto primæ decadis: *Quorum legati opem rebus affectis orantes, quum senatum adissent.* Et *adfectam Remp.* libro quinto eiusdē decadis; *Modo quæ res post prodigium Albani lacus, nisi instauratio sacrorum, auspiciorumq; renouatio, affectæ Veienti bello reip. remedio fuit?* Et *affectum corpus.* Libro nono primæ decadis: *In corpore tamen affecto vigebat vis animi consilijque.* Emendandus est deprauatus Liuii locus libro quinto primæ decadis, vbi in vulgatis editionibus legitur, *Vires corporis effœtæ.* tu scribe, *Vires corporis affectæ.*

Cap. 66. *Ne victos quidem laturos.*] Codex Matthiæ Coruini, *Ne victo quidem laturos.* Lego, *ne victum quidem laturus.*

Eod. *Nisi extincto æmulatore redituram.*] Illic legitur, *æmulatoredaturam.* Forte scribendum *æmulo redituram.*

Eod. *Ne dum Primus & Fuscus.*] Nos, *nedum Primus ac Fuscus.* Mox est illic, *vlla in Vitellium.*

Eod. *Moriendum deditis.*] Hæc clausula non est in libro manuscripto.

Cap. 67. *Pullo amictu palatio digreditur.*] Scripsimus, *degreditur.* Nam quoties ex alto descensus innuitur, apte locum habet hoc verbum. Liuius libro nono primæ decadis: *Cum quingentis,* inquit, *haud amplius peditibus, ducentisque equitibus degressum iugis Masanissam persecutus.* Rursum libro quinto eiusdem decadis: *Cum equitibus ad pedes degressis.* Sic enim ibi legendum pro *digressis.*

Eod. *Simul ferebatur lecticula paruulus filius.*] Illic est, *par uus filius.*

Cap. 68. *Piso & Galba tamquam in acie cecidere. In sua con cione.*] Exemplar Budense: *Piso & Galba tamquam in acie c cideban sua concione Vitellius.* Legerim, *in acie ceciderant sua concione Vitellius, scilicet cecidit. Sua concione*, pro, in sua concione.

Eod. *Interclusum aliud iter.*] Illic, *interclusum alterum iter.* sic nos scripsimus. Mox, *in palatium rediit.*

Cap. 69. *Mixto milite, & quibusdam senatorum equitumque* Participium *mixto* non est in codice regio. Verum pro *& quib dam*, est, *ex quibusdam* vt stet sententia, arcem Capitolii insec milite: hoc est cum milite, ex quibusdam senatorum equitumq Mutauimus itaque particulam, *&* in *ex*, & ablatiuum *mixto* a stulimus.

Cap. 70. *Ne à militibus internuncius inuisæ pacis interfi retur.*] Particulam *à* deleui. nam subauditur. nisi quis pu vocabulum *internuncius* cum datiuo *militibus* construendum per participium *existens.* tum multo minus opus erit à præp sitione.

Cap. 71. *Saxis tegulisque Vitellianos deturbabant.* Hoc verb miror à librario omissum fuisse.

Eod. *Faces in prominentem porticum iecere.*] Illic est, *iacere* *iacebant.*

Eod. *Quo nitentes ac progressos depellerent.*] Nos, *depulerit.* Item, *populo Ro.*

Cap. 72. *Quam non Porsena dedita vrbe, neque Galli a pta temerare potuissent.*] Scripsimus, *tenere potuissent.* Te re hoc est obtinere, tamquam sui iuris factam. sic enim ha bet Codex Budensis. alioqui verbum *temerare* non displi cet, quo sæpe Tacitus vtitur. Sensus est, saltem tenere non po tuerunt, adeo non cremare excindereque. De hoc tamen co cogitet lector.

Eod. *Quo tantæ cladis pretio stetit?*] Verbum *stetit* erasimus, & d

diſtinximus. *Quibus armorum cauſis,quo tantæ cladis pretio,pro patria bellauimus?*

Cap. 74. *Ignoratuſque, apud Cornelium primum.*] Nos,*Ignoratus apud Cornelium Primum paternum clientem, iuxta Velabrum delituit.*

Eod. *Et præmia nauatæ operæ petebant.*] Volumen Budenſe; *Et præmia enauatæ operæ petebant.* Eſt autem elegans vocabulum *enauatus*,ab *enauando*. vbi e conſummationem ſignificat, vt in verbo *euinco*. Libro Annal.tertio: *Tanto magis imbelles Heduos euincite.* Item in *emunio*, cuius participio vtitur in vita Agricolæ: *Syluis & paludibus emuniendis.*

Direpta æmulatione inter duos.] Nos *dirempta æmulatione inter duos.*

Cap. 75. *Neque multi cecidere.*] Caſtigaui, *neque inulti cecidere.*

Cap. 77. *Ipſe lauream geſtæ proſperæ rei.*] Emend. *Ipſe lauream proſpere geſtæ rei.*

Cap.79. *Cæteri fœda fuga conſternuntur.*] Scripſi, *conſternantur.* vt ſupra, *Atque illic conſternantur.*

Cap.80. *Vt prætextu Reip. cõcordiam pacemque ſuaderent.*] Nos, *prætexto.* nam ſic & autores alii loquuntur.

Eod. *Et ni dato à duce præſidio.*] & particula non eſt in libro manuſcripto qui mox habet, *ſacrum etiam in exteras gentes legatorum ius. In* pro *erga*, hoc eſt, cum exteræ gentes mittunt legatos.

Cap.81. *Dirempta belli commercia.*] Lego, *bellico commercia. Sabini cæde, & incendio Capitolij, dirempta bellico commercia*, hoc eſt, *velut dato belli ſigno, dirempta commercia.* Notum eſt quid ſit *bellicum canere.*

Cap. 83. *Erui iugularique expoſtulantes.*] Scripſimus, *poſtulantes.*

Eod. *Et ſcortis miles.*] Caſtigauimus, *& ſcortis ſimiles.*

Cap. 84. *Quæ acerrimus quiſque vt nouiſſimam ſpeciem retinebant.*] Emendauimus; *vt nouiſſimam ſpem retinebant.*

Cap. 85. *Auentinum in domum vxoris ſellula defertur.*] Exemplar regium habet *Auentini. Per auerſam palatij partem Auentini, in domum vxo. ſellula defertur.*

Eod. *Vel quo maturius ludibrio eximeret.*] Illic legitur, *ludibus.* Suſpicor ſcribendum, *ludibriis.* Mox nos, *vox vna.*

Cap. 86. *Pater illi L. Vitellius (nam ſeptimum & quinquageſimum ætatis annum explebat.*] Codex Budenſis. *Patrem illi Luceriam ſeptimum & quinquageſimum ætatis annum explebat.* Conijcio legendum: *Pater illi L. Nucerian. ſeptimum & quinquageſimum ætatis annum explebat.* Siue, *Pater illi L. Nucerin.* (aut *L. Nuceria*, pro *à Nuceria*) *iam ſeptimum & quinquageſimum æta-*

tis annum explebat. De auo Vitellii Cæsaris, Suetonius in hæc verba scribit: *P. Vitellius domo Nuceria.* Cæterum quia manuscriptum volumen habet, *Patrem illi Luceriam*, simplicius sit legere, *Patrem illi Nuceria* (subaudi *dedit.*) *Septimum & quinquagesimum ætatis annum explebat.* Paulo post. *Reip. haud dubie intererat.* Vocabulum *Reip.* in regio libro omissum, doctus quispiam hic infulsit cum eo non sit opus. nam latine dicitur, *Hauddubie interrerat Vitellium vinci*, hoc est ad rem pertinebat, vtile erat. Itaque genitiuum *Reip.* dispunximus. Liuius libro septimo quartæ decadis. *Quod plurimum intererat ad animos ciuitatum.*

Eod. *Præcipiti in occasum die.*] Scripsimus, *Præcipitante in occasum die.* nam *præcipitare* etiam absolute vsurpant autores. Liuius libro septimo tertiæ decad. *Creditum vulgo est, in puteum apertum ex equo præcipitasse.* Sic enim scriptum reperi in vetusto codice cum eum librum conferrem. Quamquam in vulgatis editionibus legitur *præcipitatum esse.* Rursum libro nono quartæ decadis: *Et pars maxima inermes per inuia & rupes deruptas præcipitantes fugerunt.*

In Libr. IV. Histor.

Cap. 1. *Ciuitas pauida & seruitio parata occupari, redeuntem Tarracina L. Vitel.*] Nos, *Ciuitas pauida & seruitio parata, occupare redeuntem Tarracina L. Vitellium cum cohortibus, extinguique reliqua belli postulabat.*

Eod. *Patibulo affixus, in iisdem annulis quos acceptos à Vitellio gestabat.*] Præpositionem *a* submouimus, subintellectam in ablatiuo *Vitellio.*

Cap. 3. *Mox Illyricos.*] Castigauimus, *Mox Illyrico.*

Cap. 5. *Mox deos respicere restituique Capitolium placuit.*] Reposui, *Mox deos respexere. restitui capitolium placuit.*

Cap. 6. *Et egregiis vtriusq; orationibus testatum.*] Scripsimus. *Et egregiis orationibus vtriusq; certatum.*

Cap. 7. *Quis multos anteiret.*] Ablatiuus *quis* non est in libro manuscripto.

Eod. *Vt vniuscuiusque vitam famam penetrarent.*] Nos, *famamque.*

Eod. *Quorum accusatores etiamsi puniri oporteat.*] Addidimus negatiuam particulam, *non*, qua hic opus est, *quorum accusatores etiamsi puniri non oporteat.* Vide Heluidii modestiam.

Cap. 8. *Sed consulem designatum censuisse dicebat. Sed secundum vetera exempla.*] Alterum *sed* expunximus vt legas, *Sed consulem designatum censuisse dicebat secundum vetera exempla.*

Eod. *Id magis vitandum.*] *Vitandum* non est in codice Budensi.

nsi. Posset etiam addi vel subaudiri. *Id magis*, scilicet *cu-ndum.*

Eod. *Ne peruicacia cuiusquam.*] Nos, *peruicacia quorumdam.*

Eod. *Se meminisse.*] Malim legere pronomine *se* expuncto. *meminisset temporum quibus natus sit. q.c.f.p.a.i. Vlteriora mirari.* baudi, *meminisset.*

Cap. 10. *Cuius se magistrum ferebat.*] Emendauimus, *Eius se magistrum ferebat.*

Cap. 11. *Variq; Arij potentia.*] Tamtum habet liber regius, *Arij potentia.*

Eod. *Capta legionum hyberna.*] Nos, *capta legionum castra hyberna.*

Cap. 12. *Simulque insulam inter vada sitam.*] Exemplar Matthæ Coruini habet. *Simulque insulam iuuata sitam.* Quid si legas, *vada sitam.* Sic libro sequenti dixit, *Iudæi sub ipsos muros struere aciem.*

Eod. *Mox per Britanniam gloria.*] Hactenus defuit hic participium *aucta*, quod nos addidimus. *Mox aucta per Britãniam gloria.*

Cap. 13. *Sub Vitellio rursus discrimen adit.*] Nos, *adijt.*

Eod. *Quibus auertere accita à Vitellio auxilia.*] Auertere mutauimus in *auerteret* & præpositionem sustulimus. *Quibus auerteret accita Vitellio auxilia.*

Eod. *Si redintegrandum bellum.*] Castigauimus, *Si redintegrandum bellum.*

Cap. 14. *Igitur Ciuilis desciscendi certus.*] Codex Budensis, *Igitur Ciuilis discidij certus.* Id expone, *certus* subaudi *Claudius Ciuilis, ciuilis dissidij*, id est belli ciuilis quod Romæ erat. & sic nos scripsimus.

Eod. *Et cætera seruitia mala enumerat.*] Emendauimus, *& cætera seruitij mala enumerat.* Paulo post est illic, *tradi se præfectis, centurionibus quos vbi sp. & s.expl.sine, que.*

Eod. *Esse sibi robur peditum equitumque, consanguineos, Germanos.*] Liber regius, *& sibi robur peditum equitumque, consanguineos, illias idem cupientes. Esse*, subauditur, & in accusatiuo *consanguineos*, subauditur *Germanos.*

Cap. 15. *Erat in Caninefatibus stolidæ audaciæ Brenno.*] Illic, *Brinio*, qui paulo post appellatur *Brimio.* Forte, *Brinno*, quem hodie *Brunonem* dicimus.

Eod. *Igitur ipso rebellis familiæ omine placuit. Impositusq; scuto.*] Verbum *placuit* erasimus. nam integra est sententia si sic distinguas, *Igitur ipso rebellis familiæ omine, impositusque scuto, more gentis, & sustinentium humeris vibratus, dux deligitur.* Expone, *Impositusque*, que, id est non solum impositus scuto: *&*, id est verum etiam sustinentium humeris vibratus, dux deligitur. nam video quid illi imposuerit, qui vierbum *placuit* hic insulsit.

Eod. *Et quod militum in ſuperiore insulæ parte congregantur.* Nos, *& quod militum in ſuperiorem inſulæ partem congregantur.*

Eod. *Quippe viribus cohortis adductis.*] Duæ dictiones, *Quip pe viribus*, non ſunt in libro Coruini regis, vbi tamtum legitu *nomen magis exercitus quam robur, cohortium abductis Vitelliu* Vnde erui lectionem, *Nomen magis exercitus quam robur, coho tibus abductis, Vitellius è proximis Neruiorum Germanorumqu pagis ſegnem numerum armis onerauerat.* Sicque locum emenda in contextu.

Cap. 16. *Caninefatem tumultum oppreſſurum.*] Illic *compr ſurum.* nec ſemper obſcœnam ſignificationem hoc verbum h bet, quæ res caſtigatorem mouit vt mutaret. Sic libro Annal. p mo: *Diſſideat interim miles, neque duorum adoleſcentium nondu adulta autoritate comprimi queat.* Item libro ſequenti: *Sub eo b lum ortum, & comprimere cœptantem Ceſtium Gallum Syriæ leg tum varia prælia ac ſæpius aduerſa excepere.*

Eod. *Nec Brennonem.*] Illic *Brimionem.*

Eod. *Quas incenſis caſtellis illuc appulerant.*] Caſtigaui, *quaſi i cenſis caſtellis.*

Cap. 17. *Virtutem proprium hominis bonum.*] Illic *hominum.*

Cap. 18. *Maiore pretio fugeret.*] Illic. *fungeretur.*

Eod. *In Friſios aduehitur.*] Nos, *auehitur.*

Cap. 19. *Cunctaque quæ acciderant.*] Codex Budenſis, *Qui cu cta quæ acciderant.* Caſtigaui, *Quin cuncta quæ acciderant.*

Eod. *Sed fraude ducum euenire.*] Addidi verbum *metuebantu Sed fraude metuebantur euenire.* Mox nos, *exponeret.*

Cap. 20. *Simul paganorum lixarumq; ignauia.*] Repoſui, *ign ua, ſed procax ante periculum manus.*

Eod. *Vt Batauos numero impares circumfundant.*] Regium v lumen habet, *circumdant.* Malim, *& Batauos numero impares c cumdant.*

Eod. *Illi veteris militiæ memores in cuneis congregantur.*] Ill *Illi veteris militia inciuiles congregantur.* Legerim; *Illi veteris mi tiæ vi habiles, congregantur denſi vndique, & frontem tergaque latus tuti.*

Cap. 21. *Neq; hoſtium ſe conſiliis uti.*] Nos, *Neque hoſtium con liis vti ſe.*

Eod. *Proinde perfugus Batauus.*] Caſtig. *Proinde pfuga Batau*

Eod. *Quippe vbi relata Ciuili.*] Emendaui, *Quæ vbi relata Ci li.* Mox accuſatiuus, *vniuerſam*, non eſt in libro manuſcripto.

Cap. 22. *Sed parum prouiſum, ni copiæ in caſtra conueherentur, r pi permiſere.*] Scribendum meo iudicio, *Sed paruum prouiſum copiæ in caſtra conueherentur, rapi permiſere.* nam accuſandi caſu ctum eſt hic *prouiſum*, à vocabulo *prouiſus, us, ui*, quartæ inflex nis. Sic lib. 16. *Diſpoſitu prouiſuq; ciuilium rerum peritus.*

E

Eod. *Vtramque Rheni ripam.*] Accusatiuus *vtramque* non est in [li]bro manuscripto.

Eod. *Iusta belli ciuilis externique facie obstupefecerant obsessos.*] [S]cripsimus, *iuxta* vt sit aduerbium similitudinis, pro *æque*, quod [t]amen quidam *iusta* scribunt. Sic libro Annal. primo: *Nam in pace* [c]*ausas & merita spectari, vbi bellū ingruat, innocentes ac noxios iux*[t]*a cadere.*

Eod. *Quod duabus legionibus situm, vix quinque millia armato*[r]*um Romanorum tuebantur.*] Difficilis locus est. Codex Budensis [h]abet, *quod duabus legionibus situm vix V. milia armatorum tue*[b]*antur.* Igitur genitiuus *Romanorum* suppositiuus videtur. Vt pau[c]is dicam mentem meam, diuino sic legendum: *Quod duabus le*[g]*ionibus, tum vix quinque millium armatorum, tuebantur. Quod.* s. [v]*allum, tuebantur.* s. *Romani, duabus legionibus, tum vix quinque* [m]*illium armatorum.* Id est, quæ duæ legiones vix quinq; millium [a]rmatorum erant, hoc est, vix continebant quinque millia arma[t]orum.

Cap. 23. *Sibi quæque gens consistunt.*] Lego, *Simul quæq; gens con*[s]*istunt.* nam supra quoque librarius quodam loco *sibi* scripsit pro [s]*imul.* quemadmodum ante monui. Mox est in volumine manu[s]cripto, *Oppositis plerique scalis.*

Eod. *Perfugæ captiuique docebant struere machinas.*] Castigaui, [m]*aterias.*

Cap. 24. *Dillio Voculæ duodeuicesimæ legionis legato tradit.*] Nos, *duoetuicesimæ legionis legato tradit.*

Eod. *Adsciri in societatem Germanos.*] Reposuimus, *Acciri in so*[c]*ie. Germanos.*

Eod. *His inter se vocibus insistentes.*] Codex regius, *His inter se* [v]*ocis insistentes.* Forte, *votis.*

Cap. 25. *Hordeonius exemplaria omnium literarum.*] Illic, *exem*[p]*lares omnium literarum. Exemplares*, subauditur, *literas.*

Eod. *Pleræque ciuitates aduersum nos armatæ.*] Illic, *aduersum nos* [a]*rma.* Placet lectio vulgata. nam alioqui verbum *cœperunt*, aut simile, subaudiendum foret.

Cap. 26. *Incognita illi cælo siccitate.*] Illic, *Incognita cælo siccitate*; hoc est, illi cælo Germanico.

Eod. *Ductus à Vocula exercitus.*] *A* præp. erasimus. nam subintelligitur.

Cap. 27. *Auctus est Germanorum numerus.*] Nos, *Auctus & Ger*[m]*anorum numerus. Et* pro *etiam.*

Eod. *Nauem arripiunt.*] Emendaui, *Germani multa cum strage* [n]*ostrorum, nauem abripiunt.*

Cap. 28. *Vt Menapios & Morinos & extrema Galliarum quate*[r]*et.*] Nos, *quaterent.*

Eod. *Quos gens Germanicæ originis eiurata p. R. n. A. vocarent.*]

Liber Matthiæ Coruini, *quos gens Germanicæ originis eiurata patria Romanorũ nomen aggrippinenses vocarentur*. Forte legẽdum, *Quo gens Germanicæ originis, eiurata patria, Romanorum nomine Agrippinenses vocarentur*. Vel, *quod se Germanicæ originis, eiurata patria Romanorum nomine Agrippinenses vocarent*.

Cap. 29. *Romanus miles periculorum ignarus.*] Malim, *periculorum gnarus*.

Cap. 30. *Nunciis promissis fidem legionum conuellens.*] Addidi particulam *&*, hic inprimis necessariam, *Nuncijs & promissis fidem legionum conuellens*.

Cap. 33. *Is error Romanis addit animos.*] Datiuus *Romanis*, non est in exemplari Budensi.

Cap. 34. *Soluere obsidium legionum eodem impetu potuisset.*] Nos, *eo impetu potu.*

Eod. *Et suis victoria prouenisset.*] Illic, *promouisset*.

Eod. *Vt depositis impedimentis sarcinisq;*] *Vt* particula non est in libro manuscripto, potestq; abesse.

Eod. *Et minari assueuerãt.*] Castigauimus, *& minari adsueuerãt*.

Eod. *Ne tempori deessent.*] Verba militum ad obsessos.

Eod. *Credita per vtrumq; exercitum fama.*] Malim, *edita*.

Cap. 36. *Effusus in luxum & ep. & n. cœtus, veterẽ in Hordeonium iram renouauit.*] Reposuimus, *Effusi in luxum & epulas & nocturnos cœtus, veterem in Hordeonium iram renouant*,

Cap. 37. *Cum iam Vitellius occidisset*] Codex regius habet, *occurrisset*. emendaui, *corruisset*.

Eod. *Mixtus Cattis, Vsipijs,*] Illic, *Mixtus & Cattis, Vsipijs*. Scripsi, *Mixtus ex Cattis, Vsipijs*.

Cap. 30. *Is præerat prouinciæ.*] Verbum *præerat* non legitur illic. Tum expone; *Is prouinciæ nequaquam turbidus*, hoc est, ipsi prouinciæ, *ingenio*, id est, ob ingenium, vel, ex ingenio.

Vulgus alimenta in dies mercari solitum, cui vna ex rep. annonæ cura.] Hæ duæ dictiones, *cui vna*, non extant in manuscripto codice, & mutant meo iudicio, sensum. nam Tacitus vult dicere, *ex Rep. annonæ cura*, scilicet existente, hoc est, quia cura annonæ pertineret ad Remp. vt sit hæc locutio similis illi, lib. 2. Histor. *Et quibusdam vicinis colonijs inuidia æmulatione*, subauditur *existente*. Sic libro Annal. primo: *Seu nihil militi, seu omnia concederentur in ancipiti republica*; subauditur, *futura*. In literis Tiberij Cæsaris, quarum sententiam Tacitus recitat libro Annal. tertio, sic scriptum est: *At Hercule nemo nescit, quod Italia externæ opis indiget, quod vita populi Rom. per incerta maris & tempestatum, cotidie voluitur; ac nisi prouinciarum copiæ & dominis, & seruitijs, & agris subuenerint, nostra nos scilicet nemora, nostræque villæ tuebuntur? Hanc P.C. curam sustinet princeps.*

Cap. 39.

ap.39.*Eius nomen epiſtolis edictiſque præferebatur.*] Caſtig.*pro-*
ebatur.
od. *Ius penes Mutianum erat.*] Verbum erat eraſimus. Infra
pſ.quo die.
ap.46. *Tum ſorte ducti, per quos redderentur bello rapta.*] Ex
clauſula nihil eſt in Budenſi volumine præter duas voces. *Tum*
a. dormitauit hic librarius. Forte; *Tum qui rapta, quiq; æra;*
aud, *creati ſunt*, vel *electi.*
od. *Tertio Iuliano.*] Paulo ante habes, *T. Iuliano.*
od. *Ipſi Publio animus in periculis.*] Et hic Codex Budenſis
ilus eſt. nam duas voces, *Ipſi Publio*, non habet. Forte legen-
n, *neque animus.* Nec eſt illic paulo poſt ablatiuus *dato.* Expo-
Signo vltionis, id eſt, in ſignū vltionis in accuſatores, *petit à Ca-*
Iunius Mauricus, vt com. principal. p. ſenatui faceret.
ap.41. *Conſulendum tali ſuper re princeps reſpondit.*] Repoſui,
ſulendum tali ſuper re principem reſpondit.
od. *Senatus inchoantibus primoribus, iuſiurandum concepit,*
certatim omnes magiſtratus, cæteri vt ſententiam rogabantur,
teſtes aduocabant.] Regium exemplar habet *Omnis inens ma-*
atus, cæteri ſententiam rogabantur. Lego, *Omnis iniens magi-*
tus, cæteri ſententiam rogabantur, deos teſtes aduocabat. Nunc
a erit ſententia ſi ſic diſtinguas: *Senatus inchoantibus primori-*
iusiurandum concepit, quo certatim omnis iniens magiſtratus,
eri ſentētiam rogabantur) deos teſtes aduocabat, Nihil ope ſua fa-
quo cuiuſquam ſalus læderetur. neque ſe præmium aut honorem
lamitate ciuium cepiſſe.
od. *Et Nomium Actianum.*] Nos, *Nonium Act.* Item, *In Vibium*
bum.
ap.42. *Sponte ex S.C. accuſationem ſubiſſe.*] Hæc verba ſignifi-
accuſationem Craſſorum ex ſenatuſcōſulto decretam, quam
te ſubierit Aquilius Regulus. Alioqui legerem, *Sponte ex ſe*
ſationem ſubiſſe.
od. *Signatus, & ſacerdotio fulgens.*] Forte, *deſignatus, & ſacer-*
fulgens.
od. *Cum interim inteſtabilior & ſæuior exortus eſt.*] *Inteſtabi-*
pro *deteſtabilior.* Horatius in ſecundo ſermonum: *Inteſtabi-*
ſacer eſto. Tacitus Annaliū lib.5. de Æmylia Lepida: *Quam-*
n inteſtabilis, tamen impunita agebat. Paulo poſt eodem lib. de
erio; *Inteſtabilis ſæuitia, ſed obtectis libidinibus.*
ap.46. *Ad cædem deſtinaretur.*] Nos, *deſtinarentur.*
od. *Prenſare commanipularium pectora ceruicibus iniecta.*]
ſare verbum deleuimus, & pro *commanipularium* ſcripſimus,
manipularium, pro *iniecta*, *inuecti.* hoc modo, *Vt vero huc*
diſtrahi cœpere, metus per omnes, & præcipua Germanici mi-
formido, tamquam ea ſeparatione ad cædem deſtinarentur, cum

manipularium pectora ceruicibus inuecti, ſuprema oſcula petere; ... eſt,petebāt. *Inuecti*,ſignificat impetum ceruices ſociorum am... xantium.

Eod. *Spernunt oblatos agros.*] Addidimus pronomen *ſibi*, S... *nunt oblatos ſibi ag.*

Cap.48. *Si pauca ſupra petiero.*] Aut *ſupra repetiero*; vt libro ... nal.16. *De C. Petronio pauca ſupra repetenda ſunt*,ceu vulgo legi... Aut,*pauca repetiero*.Niſi quis malit,*ſubrepetiero.* vt ſit verbum ... formæ cuius eſt, *prodeambulo*, *proſubigo*, *repromitto*, *adobru*... quod apud Liuium reperitur,*ſuperincido.*

Cap.49. *Neq; modica cupiens,ſed affinitate Vitellij anxius.*] ... dex Matthiæ Coruini. *neq; modica cupido ſi affinitate Vitellij a*... *us.Is cr.* (Forte ſcribendum: *Neque modice cupidus. Affinitat*... *tellij anxius is,crebris ſermonibus tent.*

Eod. *Cecidiſſe Galerianum conſobrinum eius generumque.*] ... legitur, *ceſſiſſe.* Scripſerim, *Cæſos eſſe Gal. conſobrin. eius g*... *rumque.*

Eod. *Centurio à Mutiano miſſus.*] Particulam *a* ſubmouim...

Eod. *Gaudio clamoribuſque cuncta miſcebant,indulgentia vi*... *adulandi libidine.*] Fœdus lapſus eſt in duobus iſtis vocabulis ... *dulgentia viri.* caſtigauimus,*indiligentia veri*; hoc eſt,quod f... indiligentes in perſcrutanda veritate rei.

Cap.50, *Militesque & centuriones quoſdam punit.*] Nos, *p*...

Cap.52. *Ni pater exemplum præbuiſſet.*] Illic, *Ni parens e.p.*

Eod. *Bono eſſe animo iubet.*] Verbum *iubet* non eſt in co... manuſcripto. Verum illic legitur *attollere.* quemadmodum & ... ſcripſimus.

Cap.53. *A quatrimis & fontibus omnibusque hauſta pluere.*] ... boni quā eſt hæc clauſula prodigioſis mendis obſita. Reſtitui... *Aqua,riuis & fontibus amnibuſque hauſta,perluère.*

Eod. *Et ſecundum ceſpitem redditis extis.*] Nos, *& ſuper ceſ*... *red.extis.*

Cap.54. *Et in interna mala fregiſſent.*] Præpoſitionem *in* e... mus. Paulo poſt, *hic Lingon.* forte, *ille Lingon.*

Cap.55. *Attamen interfuere quidam Vbiorum Turingorum*... Caſtigaui, *Tungrorumque.*

Eod. *Cæſas legiones, vaſtatam Italiam, capi tum maxime vrb*... Emendaui,*capi cummaxime vrbem.*

Eod. *Omnes exercitus ſuis quemque bellis deſtineri.*] Nos ... *ſtineri.*

Cap.56. *De reliquiis Vitelliani exercitus dubitauere.*] Illic leg... *reliquis*,ſubaud. *militibus.*

Eod. *Inſidiſque legionibus.*] Non eſt in codice Budenſi; ſicu... ablatiuus *artibus*,paulo poſt.

Cap.57. *Eadem rurſus omnia.*] Caſtig. *eadem rurſus numin*...

Eod. *Adeo nos, si fortuna in præsens virtusque deseruit.*] Vocabu-
n *virtusque* non est in libro manuscripto.

Eod. *Tolerant nunc maxime inopiam obsidiumque apud Vetera*
ones.] Emendaui, *Tolerant cummaxime inopiam apud Vetera*
ones.

Eod. *Centurio denique aut miles,*] Reposui, *Centurioque aut*
les.

Eod. *Tutori Treuiro augentur excubiæ?*] Nos, *agentur excubiæ?*

Eod. *Vt si vobis non fuit cordi, me duce hæc castra incorrupta &*
temerata seruari, at certe pollui fœdarique à Tutore & Classico ne
atis.] Fœde hunc locum interpolatum ausim iurare. nam dati-
s cordi non est exemplari regio, nec sexistæ dictiones, *certe pollui*
darique à Tutore &: sed tamtum, *At Classico ne sinatis.* Dixit
tem Tacitus imitatione Græcorum, *Si non fuit*; pro, *si non licuit:*
in ἐστὶ pro ἔξεστι illi vsurpant. *Vobis me duce hæc castra incorrupta*
intemerata seruari, at Classico ne sinatis. quasi diceret; Æquius
tam si alius quispiam id faciat. nam Classicum quum *prouincia-*
sit, ista non decent. Totam sententiam sic legeris, *Te Iupiter o-*
ime maxime, quem per octingentos viginti annos tot triumphis co-
imus, Te Quirine Romanæ parens vrbis, precor venerorque, vt si
obis non fuit, me duce hæc castra incorrupta & intemerata seruari,
Classico ne sinatis.

Cap. 59. *Herennium & Numium legatos vinciri satis visum.*] Li-
er manuscriptus habet, *Herennium & Numisium.* Id accipien-
um de *Numisio Rufo*, cuius supra hoc ipso libro fit mentio. Lega-
, inquit, legionum Mumius Lupercus & Numisius Rufus vallum
urosque firmabant. Et infra. *Annumerabor Numisiis & Heren-*
iis, vt omnes legati vestri, aut militum manibus, aut hostium, ceci-
erint. Itaque reposuimus hoc loco, *Numisium.*

Cap. 60. *Aut qui ipsos leues abeuntes pros.*] Volumen manuscri-
tum habet, *at qui.* Malim, *ac qui ipsos.* Mox nos, *Ad quintum ferè*
apidem coorti Germani.

Cap. 62. *Reuulsæ imperatorum imagines, innexa signa.*] Pro *inne-*
xa legitur in codice regio, *inhora.* Coniicio fuisse scriptum à Taci-
o, *symbola. Reuulsæ imperatorum imagines, symbola, signa.*

Cap. 65. *Metu futuri.*] Nos, *metus futuri.* Quando neque
subire conditiones, metus futuri, neque palam aspernari conditio
præsens sinebat.

Eod. *Delectus è propinqua consultis.*] Castigaui, *Delectus è pro-*
pinquis consulta responsaque vt internuncius numinis portabat.

Cap. 66. *Claudius Labeo Bethasiorum Turingorumque & Ner-*
uiorum tumultuaria manu resistit.] Nos, *Tungrorumque.* Item pau-
lo post, *ex primoribus Tungrorum*, pro *Turingorum.*

Eod. *Vigens rerum.*] Reposui, *ingens rerum.* Sic lib. 1. Annal. dixit,
ingẽs animi. Sed femina ingens animi, munia ducis, per eos dies induit.

Cap.68. *Latum militibus idem nomen.*] In manuſcripto co est,*ide nomen.* Fortaſſe ſcribendum,*id nomen.*

Cap.69. *Quod bello caput, vnde vis auſpiciumque peteret*] Nos,*Vnde ius auſ.pet.*

Cap.70.*Caracatium.*] Illic vtrobiq; *Ceracates.*

Eod.*Quia pontem Nauas fluminis abruperat.*] Nos,*Nauæ flu-nis.* Apud Bingium *Naua* Rheno miſcetur.

Cap.71. *Montibus & Moſſela amne ſeptum.*] Repoſui,*Monti aut Moſella a.ſe.*

Eod.*Paulum moræ in aſſenſu.*] Caſtig.*in aſcenſu.*

Cap.72.*Redigeret prædam in fiſcum.*] Poſſet etiam legi,*Redige-tur præda in fiſcum.* Nam volumen Matthiæ regis habet,*redige-tur.* Mox eſt illic,*poſito ciuium bello.*

Eod. *Primum illorum ſtipendiorum & ſacramenti diem ha-rent.*] Scripſi,*Primum illum ſtipend.& ſacr. diem haberent.*

Cap.73. *Ne quiſquam alienum ſeruitium.*] Nos,*Nec quiſqu. alien.ſeru.*

Cap.74. *Aut minoribus quam nunc tributis, parabantur exer-tus.*] Caſtig.*parabuntur.*

Cap.76. *Aut voto ſtare.*] Liber manuſcriptus tantum hab *aut vaſtare.* Fortaſſis, *aut clam ſtare.*

Eod.*Nam Germanos qui ab ipſis ſpernentur.*] Nos,*ſperentur.*

Eod. *Niſi ex reliquiis Germani exercitus.*] Repoſui, *German exercitus.*

Eod. *Non imperitia militum,ſed adoleſcentuli.*] Duas dictione *militum ſed*,exemimus, vt legatur, *Auſuros rurſus venturosque manus,non imperitia adoleſcentuli,verba & conciones quam ferru & arma meditantis,ſed Ciuilis & Claſſici.*

Cap.77.*Quam quod vos Gallici fœderis oblitos prædixerim.*] Ma lim,*prædixi*,propter ſcripturam codicis Budenſis.

Cap.78.*Tutor & Claſſicus,Ciuilis, ſuis quiſque locis pugnam cie-bant.*] Addidimus particulam,*Tutor,& Claſſicus,& Ciuilis,ſuis q l.p.ciebant.*

Eod.*Cerialis vt incuria prope res afflixit.*] Nos,*rem afflixit.*

Cap. 79. *Flagrantiſſima cohortium ſuarum integra manu, & Chaucis.*] Ablatiuum manu deleui. Expone, Non inualidus, fla-grantiſſima cohortium ſuarum,id eſt, quæ inter cohortes arden-tiſſima erat,integra. Subaud. exiſtente.

Eod.*Galbiaci in finibus Agrippinenſium.*] Nos, *Talbiaci.* Qui-dam *Tolbiacum* appellant,vt Antoninus in itinerario,& alij. Pau-lo poſt,*Turingoſque.* nos,*Tungroſque.*

Cap.80. *Fauore militũ anxius eſt.*] Verbum *eſt* eraſimus. Mox, *vt non pro ſpe ſua accipitur.* Nos,*excipitur.*

Cap.81.*Quis è cælis fauor.*] Volumen regium non habet *è cælis,* ſed *celis,eſt.* Scripſi,*cæleſtis fauor.*

Eod.

Eod. *Illi elapso in prauum artu.*] Castigaui, *Illi elapsos in prauum* *rtus.* Mox, *posse integrare*, subaudi, *salubrem vim.*

Eod. *Denique peracti remedij gloriam penes Cæsarem esse.*] Liber ıanuscriptus habet, *parati remedij.* Fortassis legendum, *patrati.* ic libro sequenti, *Nec omnia patrandi fiducia.*

Cap. 82. *Respexit pone tergum è primoribus Ægyptiorum v. Basil.*] llic non est è præpositio.

Cap. 83. *Timotheus quæsitus qui in Pontum meassent.*] Castiga- i, *Timotheus quæsitus qui in Pontum meassent.* Mox nos, *Sinopen.*

Eod. *Præcepitq; nauigaturis.*] Reposui, *Præcipitq; nauigaturis.*

Cap. 84. *Hæc de origine & aduentu dei.*] Scripsi; *Hæc de origine & duectu dei.* quo vocabulo etiam supra vsus est.

Cap. 85. *Aut salus Galliarum in discrimen verteretur.*] Reposui. *ı discrimine vert.*

Eod. *Simul simplicitatis ac modestiæ nomine.*] Aduerbium *simul* on est in exemplari regio, omittique potest.

In Lib. V. Histor.

CAP. I. *Et præliantis vtriusq; rebus militia clarus.*] Codex Mat- thiæ regis habet, *& præliatis vtriusq; rebus.* Opinor legendum, *& priuatis vtriusq; rebus, militiæ clarus.* hoc est, etiam priusquam ater esset imperator factus, ac ipse Cæsar. Sic lib. 3. Hist. *Namque lauius Sabinus ætate prior, priuatis vtriusque rebus autoritate pe- ıniaque Vespasianum anteibat.*

Eod. *Atq; ipse vt superior sui iam crederetur.*] Et hic locus pror- ım est vitiatus. In manuscripto libro legitur, *Atque ipse vt supe- or vnam crederetur.* Nec hæc lectio bene habet. opus est ad di- inationem confugere. Suspicor scribendum, *Atq; ipse vt superiori ia ingrederetur, decorum se promptumq; in armis ostendebat.* Hoc e- im melius placet, quam si legamus, *vt vberior materia præbere- ır; vt,* pro *quando.*

Eod. *Tres tum in Iudæa legiones.*] Illic, *Tres cum in Iudæa legiones.* ego, *Tres eum in Iudæa legiones.* Atq; sic castigaui.

Tradidit è Syria duodecimam, & abductos Alexandria.] Poscen- id sensu, scripsimus, *Tradidit & Syria duodecimam, & adductos lexandria duo & vicesimanos tertianosq;.*

Cap. 2. *Aucto in Barbarum morē cognomento.*] Accusatiuus *mo- m* non est in codice Budensi. nos quoq; sustulimus. nam sic & li- ro Annal. 5. loquitur: *Ciuitas potens, septa muris, neq; in Barbarum rrupta, sed conditoris Seleuci retinens.*

Eodem. *Sunt qui tradunt Assyrios conuenas.*] Nos, *Sunt qui adant.*

Eod. *Mox proprias vrbes Hebræasque terras.*] Regium volu- nen habet, *an mox pr. vrb. H. terras.* Scripsimus, *ac mox proprias rbes H. terras.*

Eod. *Conditam vrbem Hierosolymam nomine suo fecisse.*] Illi *conditæ vrbi, Hierosolymam nomine suo fecisse.*] Reposuimus, *conditæ vrbi Hierosolymam nomen è suo fecisse.* Appositiue, *Hierosolymam nomen.*

Cap.3. *Et id genus hominum & inuisum deis.*] Emendauimus *& id genus hominum vt inuisum deis, alias in terras auehere iussum*

Cap.4. *Seu quod de septem syderibus.*] Nos, *è septem syderibus.*

Ac plerisque cælestium vim suam & cursum septimos per nume[ros] *commeare.*] Mutauimus in hunc modum; *ac pleraque cælestium* [vi] *sua & cursu septimos per numeros commeare.*

Cap.5. *Hi ritus.*] Forte, *Ritus quoquo modo inducti.*

Eod. *Et persuasio cælestium.*] Particulam & submouimus. E*demque cura & de infernis persuasio.*

Cap.6. *Septemtrionem è latere Syriæ longe prospectant.*] Nos, *à* [la]*tere Syriæ.*

Eod. *Vt quisque ramus intumuit, si vim ferri adhibeas, pauen*[t] Particula, *si*, non est in codice Budensi.

Cap.7. *Fulminis iactu arsisse.*] Nos, *fulminum.*

Eod. *Siue herbas tenues aut flores.*] Volumen Matthiæ Cor[ui]ni habet, *Siue herbarbas tenus aut flores.* Lego, *Siue herba ten*[us] *aut flore.*

Eod. *Et Bellus amnis Iudaico mari illabitur*] C. Plinius histo[riæ] naturalis libro 36. cap. 26. *Pars est*, inquit, *Syriæ quæ Phœnice voca*tur, *finitima Iudææ, intra montis Carmeli radices paludem habe*[ns] *quæ vocatur Candebœa. Ex ea creditur nasci Belus amnis, quinq*[ue] *M. spacio in mare profluens iuxta Ptolemaidam coloniam.*

Eod. *Circa cuius os coniectæ arenæ admixto vitro in vitrum exco*quuntur.] Pro *vitro* scripsimus *nitro.* Hanc excoquendi vitri ra*tionem refert Plinius quem modo allegaui loco, de Belo fluuio lo*quens: *Lentus hic*, inquit, *currit, insalubris potu, sed ceremoniis sa*cer: limosus, vado profundus, non nisi refuso mari harenas fatet*ur.* *Fluctibus enim volutatæ nitescunt, detritis sordibus. Nunc & à ma*rino creduntur astringi morsu, non prius vtiles. Quingentorum *passuum non amplius littoris spacium. Idque tamtum multa per sec*u*la gignendo fuit vitro. Fama est appulsa naue mercatorū nitri, qui*[um] *sparsi per littus epulas pararent, nec esset cortinis attollendis lapidu*[m] *occasio, glebas nitri subdidisse. Quibus accensis permixta harena litto*ris, translucentes nobilis liquoris fluxisse riuos, & hanc fuisse origine[m] *vitri.* Ibidem *Sidonem*, vocat *officinis vitri nobilem.*

Eod. *Modicum id littus.*] Nam vt ex Plinio modo rettuli, *Quin*gentorum est passuum, non amplius.*

Eod. *Et egerentibus inexhaustum.*] Scripsi, *sed egerentibus inex*haustum.* nam vltima proxime præcedentis dictionis litera est, S

Cap.8. *Hierosolyma gentis caput.*] Nos, *Hierosolyma genti cap*[ut]

Eod. *Dum Assyrios penes Medosque & Persas Oriens fuit, despe*ctissim[a]

ctissima pars seruientium, postquā Macedones præpotuere. Rex Antiochus demere superstitionem.] Distinximus, *despectissima pars seruientium. Postquam Macedones præpotuere, rex Antiochus.*

Cap.9. *Inde vulgatum, nullas intus deûm effigies.*] Nos, *Inde vulgatum, nulla intus deûm effigie, vacuam sedem, & inania arcana.*

Eod. *Regnum ab Antonio Herodi datum victor Augustus auxit.*] Opinor scribendum, *sanxit.*

Cap 10. *Et comprimere reos ceptantem.*] Codex Budensis non habet *reos ceptantem*, sed *receptantem*. Castigaui, *& comprimere cetantem. Comprimere* pro *opprimere*. Sic libro præcedenti, *Canine-atem tumultum compressurum.*

Eod. *Ac sæpius aduersa excepere.*] Illic, *aduersa excipere.*

Eod. *Inter duas æstates.*] Præpositionē *inter* submouimus. Nam usus est; Duas æstates tenebat, hoc est, per duas æstates. Mox est ic, *præter Hierosolymam.*

Eod. *Pace per Italiam parata.*] Malim, *pace per Italiam parta.*

Cap. 11. *Nam duos colles immensum editos.*] Vsurpat *immensum* luerbialiter. Sic lib. Annal. 5. *Nunciauere accolæ Euphratem nulla ibrium vi, sponte & immensum attolli.*

Eod. *Inter deuexa in centenos vicenosq; attollebantur.*] Volumen atthiæ Coruini tamtum habet, *in centenosque.*

Cap.12. *Prauiderant conditores ex diuersitate morum crebra bel-*] Nos, *Prouiderant.*

Eod. *Quem & Barbagioram vocabant.*] Lego, *Bargioram.* Heaicum vocabulum est, significans *filium Gioræ.* Cæterum & Io-pus *Simonem* vocat *Gioræ filium*, non *Ioannem.*

Cap.13 *Ducenta mil. fu. acce.*] In Budensi volumine, *sexcenta llia fuisse accepimus.*

Cap.15. *Cum præaltis paludibus arma equique haurirentur.*] Il-*armequi.* forte, *arma, equi, haurirentur.*

Eod. *Omissa plerumq; fronte.*] Liber manuscriptus habet, *diuer-* Forte legendum, *dimissa.* Infra, *Et dira omnia obuersari.* Forte, *a omina.*

Cap.17. *Prauidisse, campos madentes.*] Illic, *prauisa.* Fortassis, *uisa.* Quæ prouideri astu ducis oportuerit, prouisa, campos maites, & ipsis gnaros, paludes hostibus noxias.

Eod. *Et Germanis vt eluderent lacessentibus.*] Emendaui, *Et Germanis vt elicerent lacessentibus.*

Cap.18. *Prælium exequatur.*] Illic, *æquatur.*

Cap.19. *Sic velut ablatiuo amne.*] Nos, *abacto amne.*

Eod. *Et centum tredecim Treuirorum senatores.*] Liber manuscri-is pro *tredecim* habet *XIII.* & deest vocabulum *senatores.* For-se legendum, *Centum alij Treuirorum.*

Cap. 20. *Vt ipse & Vera sorore eius genitus.*] Codex regius ha-t *vt ipse & Verax sorore eius genitus.*

Eod.*Paucisque militibus cæteri se munimentis defendere.*]Illi
*Paucisque militibus eminentis defendere.*Fortasse legendum:*Pa*
ci è militibus se iumentis defendere,pro defendebant. Infra tan
tum est illic,*hinc ipsi exercitui minor cura disciplinæ.*

Cap.22.Prætoriam triremem flumine Impio.] Liber regi
flumine impia. Restitui locum, *flumine Luppia.* Nam Bructe
nationis erat Velleda, ac fines Bructerorum *Luppia* alluit.M
minit amnis Luppiæ lib. Annal.1.*Ductum*,inquit, *inde agmen*
vltimos Bructerorum, quantumque Amisiam & Luppiam am
inter, vastatum, haud procul Teutoburgiensi saltu.

Eod.*Domum Velledæ traxere.*]Castigaui ,*donum Velledæ tr*
xere,nam huic virgini subinde dona missitabantur. Vnde su
riore libro *Mumium Lupercum legatum legionis inter dona m*
sum Velledæ,narrat Tacitus.

Cap.23.*Complet quod biremium.*]Addidi particulam,*&*;*Co*
plet & quod biremium.

Eod.*Spacium velut æquoris electum.*] Budense exemplar ha
ceptum pro *electo*.Lego,*captum*:sicque scripsi.

Eod.*Quo Mosæ fluminis amnẽ Rhenus Oceano affundit.*]Illic,
*Mosæ flu.*Lego,*Vbi Mosæ fluminis am.R.O.a.*proinde sic castig

Eod.*Is flumine secundo.*] Illic, *Is flumen secundum.* Scri
iis flumen secundum.

Eod. *Sic prouecti.*] Castigaui,*Sic præuecti.*nã trãsisse signifi

Eod.*Cum interim fluxu autumni.*]Reposui, *quum interim*
xu autumni. Flexus autumni est, quum autumnus vergere i
pit & inclinari.*Sic flexum ætatis* vocat Cicero.

Eod.*Vi fluminis deferebantur.*] Liber Matthiæ regis ha
differebantur,hoc est in diuersas partes ferebantur. Vtitur h
verbo Tacitus Annalium tertio. *Nam quo pertinuit nudare*
pus, & contrectandum vulgi oculis permittere, differique etiam
*externos, tamquam veneno interceptus esset?*Rursum libro q
to. *Differtur per manipulos, Tacfarinatem omnes notum tot pr*
consectentur.

Cap.25.*Respicerent Rhætos Noricosque cæter orum onera so*
rum.]Inseruimus particulam,*&*;*& cæterorum onera sociorum*

Eod.*Sibi non tributa, sed virtutes & viros indici.*] Malim
pliciter:*sibi non tributa, sed viros indici.* nisi quis malit, *sed vir*
tutem & viros indici.

Cap.26.*Scinditur Nabaliæ fluminis pons.*] Volumen Bude
*scinditur flabalie fl.pons.*Scripserim.*Vahalis fluminis pons.*Tac
libro Annal secundo: *Nam Rhenus*,inquit,*vno alueo contin*
aut modicas insulas circumueniens, apud principium agri Ba
velut in duos amnes diuiditur, seruatque nomen & violentiam
sus quà Germaniam præuehitur, donec Oceano misceatur: ad G
am ripam latior & placidior adfluens: verso cognomento Vah

a

ꝛcolæ dicunt. mox id quoque vocabulum mutat Moſa flumine, iuſque immenſo ore eumdem in Oceanum effunditur.

IN TACITI GERMANIAM.

DENVO relegi hoc de Germanis opuſculũ, quod anno 1519. contuleram cum exemplari non ſcripto, ſed impreſſo tam- um. Id tum communicauit mihi Hieronymus Artolphus me- icæ rei conſultus, & profuit locis non paucis. Addidi rurſum uædam ex annotationibus illis collati quondam codicis, de uibus hic ſtatim admonebitur lector. Nec in aliis ſententiam eam cælabo. Fuiſſem autem paulo prolixior, ni iuuenis eru- itus Andreas Althamerus hunc libellum propriis commenta- olis, vt audio, nuper illuſtraſſet.

Ergo obſeruandum hoc in primis, quod quum Tacitus tam aćte Germaniam deſcripſerit Germaniæque populos, nuſquã men vel Francorũ vel Toringorum facta mentione, veriſimile in Chaucis Francos, in Sueuis olim Toringos latuiſſe, nec tam ſigneis tum extitiſſe quam fuerunt poſtea. Siquidem fieri non otuit, vt iſtos ignoraret Tacitus, quem ferunt Belgicam Gal- im curaſſe, & in Germaniis prouinciis, hoc eſt prima & ſecun- i fuiſſe conſtat: id quod ipſe de ſe teſtatur in hoc opuſculo, quũ quit, *Vidimus ſub diuo Veſpaſiano Velledam diu apud pleroſque minis loco habitam.* At in Bructeris habitabat Velleda ad a- iem Luppiam. Porro nobiliores tamtum populos enumerat icitus, vt quum latiſſime patere Lygiorum nomen ſcribit in ıres ciuitates diffuſum, ſubdit, *Valentiſſimas nominaſſe ſufficiet.* alibi inquit, *Angriuarios & Chamauos à tergo Dulgibini & aſuari cludunt, aliaque gentes haud perinde memorata.* Sed de s in noſtris rerum Germanicarum libellis plura.

Cap. 1. *Latos ſinus & inſularum immenſa ſpacia complectens.*] e inſulæ, & hii ſinus Francos nobis dedere & Saxones, aliaſq; ites quaſdam quæ ex litoralibus & inſularibus mediterraneæ tæ ſunt.

Eod. *Montis Arnobæ.*] Artolphi codex habet, *Abnobæ*, quem- nodum & Plinius vocat. Apud Martianum Capellam *ad no-* a legitur pro *Abnobæ*. De hoc diximus rerum Germanicarum o tertio.

Cap. 2. *Quod vnum apud illos memoriæ & annalium genus eſt*] de Arminio Cheruſcorum principe Tacitus noſter in calce i ſecundi Annalium, *Caniturque adhuc*, inquit, *barbaras a- gentes, Græcorum annalibus ignotus, qui ſua tamtũ mirantur, nanis haud perinde celebris dum vetera extollimus, recentium urioſi.* Eginhardus de Carolo magno: *Barbara*, inquit, *& an- uiſſima carmina quibus veterum regum actus & bella canebant- ſcripſit, memoriaque mandauit.*

Eod. *Tuistononem deum terra æditum & filium Mannum.*] E
tio vetus quã Artolphus mihi commodarat, habet, *et filium M*
num, vt sic legi distinguiq; verba possint, *Celebrant carminibus*
tiquis (quod vnum apud illos memoriæ & annalium genus est) T
stonem deum terra æditum. Ei filium Mannum originem gentis c
ditoremque, Manno treis filios assignant.

Eod. *E quorum nominibus proximi Oceano Ingæuones.*] De
appellationib. multa diximus libro tertio rerum Germanicar
in principio, decimumquartum Plinij caput è quarto volun
explicantes. Mox exemplar cum quo pridem contuli, habe
Quidam vt in licentia vetustatis.

Cap.3 *Quorum relatu quem Baritum vocãt, accendunt anim*
Barritus istius, post Tacitum meminit Ammianus Marcellin
descriptione pugnæ quam Iulianus Cęsar habuit cum Alema
apud Argentoratum lib.16. *Cornuti*, inquit, *& Brachati vsu pr*
rum diuturno firmati, eos iam gestæ terrentes Barritum ciere vel
ximum. qui clamor ipso feruore certaminũ identidem exoriens pa
timque adolescens ritu extollitur fluctuum, cantibus illisorum. V
go, *eos iam gesturientes Barritum ciere.* subauditur *Alemannos*
mox, *ritu extollitur fluctuum cautibus illisorum.* Sed tamen A
phi liber habebat, *Barditũ*, Veluti sit à verbis quæ Germani
appellant tractum vocabulum. nisi debet esse *Blarritum.* De c
Germanorum prælium ineuntium Tacitus noster lib. 4. Hist
virorum, inquit, *cantu, fœminarum vlulatu sonuit acies.*

Ab illo constitutum nominatumque ἀκελινίπριον.] In exem
illo cum quo contuleram meum codicem, sic scriptum erat,
niprion. Lego, *ἀστυπύργïον*, hoc est, *astypyrgion*; vt *Asciburgium*
sit deductum, vna tamtum syllaba mutata, ceu vulgo facere
est in non intellectis. *Vrbem* Græcis ἄστυ significat, & πύ
turrim siue *propugnaculum.* Notum est *Astypalea* vocabulu
uersis insulis ac ciuitatibus tributum. *Pyrgorum* quoq; nome
tũ ex Strabone, Stephano, Antonino. Porro non dubito quin
gum illud Germanis tam frequens in appellationibus oppido
arcium, παρὰ τὸ πύργος desumptũ sit: quãdo maiores nostri
vocabula sunt à Græcis mutuati, vt & nonnulla à Romanis,
Hebræis paucula. non omnes hodie linguæ mixtæ sunt. Nec
de Græcis dictionib. quas vsurpãt in vernaculo sermone Ger
quisquã mirabitur, qui proditũ hoc à D. Hieronymo memin
Traditionibus Hebraicis in Genesin. *Legamus*, inquit, *Varro*
antiquitatibus libros, & Asinij Capitonis, & Græcum Phlegont
terosq; eruditissimos viros, & videbimus pene omnes insulas, &
orbis littora, terrasq; mari vicinas, Græcis accolis occupatas; q
supra diximus, ab Amano & Tauro montibus, omnia maritim
vsque ad Oceanum possedere Britannicum.

Cap.4. *Et tamtum ad impetum valida.*] Scribit Iustinus Pa
in

olerandos fore, si quantus hjis impetus est, vis tamta & perseue-
itia esset. Id etiã de Germanis dici potest, quantũ ad perseueran-
attinet, præsertim quoties propriis auspiciis bella gerunt. Tra-
Florus, *Alpina corpora humenti cælo educata, habere simile quid-
n niuibus suis, quæ mox vt caluere pugna, statim in sudorem eant,
eui motu quasi sole laxentur.* Cæterum quod de Germanis hic
dit Tacitus, etiam Gallis Liuius tribuit, tamquam similis sit v-
s; gentibus corporum habitus. Nam apud hunc lib. 8. 4. dec. T.
intius Cos. ad pugnam cum Gallis fortiter ineumdam milites
nanos inflammans: *Iam*, inquit, *vsu hoc cognitum est, si primum
petum quẽ feruido ingenio & cæca ira effundũt, sustinueritis, fluunt
loe & lassitudine membra, labant arma, mollia corpora. molles, vbi
consedit, animos sol, puluis, sitis, vt ferrum non admoueas, proster-
nt.* Rursum Liuius lib. 4. dec. eiusdem: *Labor & æstus*, inquit,
*ollda & fluida corpora Gallorum, & minime patientia sitis, quum
edre pugna coegisset, in paucos restantes impetum Romani fecerũt,
osqe compulerunt in castra.* Iterum lib. 5. decad. eiusdem: *Sol*,
quit, *ingenti ardore torrebat minime patientia æstus corpora Gal-
um.* Apparet igitur inter Gallos illos veteres & Germanos mi-
conuenisse quamtum ad naturam quum corporum tum ani-
orum attinet. Enimuero satis indicat Cæsar commentario sex-
iam um Gallos ob propinquitatem & transmarinarum rerum
titiam multa ad copiam atq; vsus largientem, imbelliores red-
os, ac paulatim assuefactos superari, multisque victos præliis,
se quidem ipsos cum Germanis virtute comparare. Vnde
citus in vita Agricolæ Britannos cum Gallis comparans: *In
oscendis*, inquit, *periculis eadem audacia, & vbi aduenere, in de-
ctandis eadem formido.* Quod tamen in vetustissimos illos Gal-
minime competere potest, de quorum fortitudine post missas
A sim colonias apud Liuium lib. octauo sic loquitur T. Quin-
s Cos. in oratione quadam: *Non me præterit milites, omnium,
æ Asiam colunt, gentium Gallos fama belli præstare. inter mitissi-
in genus hominum, ferox natio peruagata bello prope orbem ter-
um, sedem cepit. procera corpora, promissæ & rutilatæ comæ, va-
juta, prælongi gladij. ad hæc cantus ineuntium prælium, & v-
aus, & tripudia, & quatientium scuta in patrium quemdam
em horrendus armorum crepitus. omnia de industria composita
errorem.* Hæc ille. Rutilarum comarum magnorumque ar-
m argumento Caledoniam Britanniæ habitantibus Germa-
am originem vendicat Tacitus. *Namque rutilæ Calidoniam*,
uit, *habitantium comæ, magni artus Germanicam originem as-
erant.* De cantu Germanorum quum pugnam sunt confer-
i, habes apud Tacitum: *Ituri*, inquit, *in prælia canunt.* Et alibi:
virorum cantu, fæminarum vlulatu sonuit acies. Ergo quis ne-
it Celtas illos vetustissimos Germanis simileis & vere Germa-

nos fuisse? vt plane dubium sit, num sicut Belgicas regiones, i
quod Cæsar tradit, ita etiam Celtarum terras olim suis Germa
siue Teutones coloniis repleuerint. Nam propria Regulorum n
mina, apud Liuium *Lutarius*, *Dorolacus*, *Combolomarus*, apud C
sarem *Litauicus*, & *Ambactorum* vox pro *clientibus* Germanica
etymologiam habent. De Belgarum nominibus minus mira
dum. At dij boni quamtam mutationem affert tempus, educat
disciplina! Gallos longa pax adeo emolliit, vt dicas stirpem ill
veterum Celtarum prorsus exoletam esse. Id quod apud Germ
nos Saxonibus accidit præcipue & Germaniam secundam inc
lentibus nationibus, quæ tamen primum Francorum deinde Sa
xonum bellicosissimarum gentium soboles existunt. Nihil e
pugnacius olim Saxonibus. Galli certe mitescere ceperunt post
quam prouinciales facti sunt. quia Romani præsidiis externoru
militum Gallias ex maiori parte tutabãtur, operam dantes vt i
prouinciales quieti & ocio per voluptates assuescerent. quod ta
sedulo factum est in Galliis, vt non modo Romanorum mores i
duerint, sed etiam linguam acceperint, sua fastidita, ac nomen. v
de *Lotharingi* omnes hodieq; se *Romanos*, suamq; linguam *Rom*
nam velut à Romanis acceptam appellant. Hanc artem mitigan
subiugandique populos qua Romani suum in prouinciis iuer
imperium stabiliendo sunt vsu, prodit Tacitus in vita Agricolæ
Britannis agens, quos is laudando castigandoque eo adduxerit,
qui modo linguam Romanam abnuebant, eloquentiam concupiscer
Inde etiam, inquit, *habitus nostri honor, & frequens toga, pauatim*
discessum ad delinimẽta vitiorum, porticus & balnea & conuiuioru
elegantiam. Idque apud imperitos humanitas vocabatur, quum pa
seruitutis esset. Hactenus ille. Quod nos de Gallis diximus ide
Tacitus in vita Agricolæ docet hiis verbis: *Gallos quoq; in bellis*, i
quit, *floruisse accepimus. mox segnitia cum ocio intrauit, amissa vi*
tute pariter ac libertate. Hæc ille. Magnam itaque mutationem
Gallis factam videmus, quorum imperium post Romanos Fra
inclyta Germanorum gens potissimum occupauere. At Germa
sui similiores permanserunt. & quamquam post illam infelice
apud Tolbiacum pugnam, quo tempore diuisa in duas factio
Germania Franci ostiis Rheni, Alemanni fonti eiusdẽ amnis p
pinquiores, velut duo proci, de Gallia cõtenderunt, victorib. Fr
cis aliquamdiu parere coacti fuimus, tamẽ quum & Carlingo
stirps exoleuisset, qui post Merouingos in Gallia regnarũt orig
Germanicę, iamq; Parisiorũ comes Hugo Capetus inuasisset p
cipatum, respirauimus paulatim, & in pristinã nos libertatem
vẽdicauimus. Nec vero est quur Gallos istius mutationis pœni
debeat, quãdo optimas leges, disciplinã ac ciuilitatem à Rom
acceperunt. adeo nocuerunt deuictis à se populis quum mag
Alexander tum Romani. Nos auitę ferociæ plusculum retinen

Cælo soloue assueuerunt.] Suetonius Paulinus Othonianarum pattium, quo nemo illa tempestate militaris rei callidior habatur, apud Tacitum nostrum libro secundo Histor. spacium moras trahendi belli suadens, *Germanos* ait, *quod genus militum d hostes atrocissimum sit, tracto in æstatem bello, fluxis corporibus ationem soli cælique haud toleraturos.* Ac videmus Italos, Hihos, ac etiam hodie Gallos in alienis terris commode habenostrateis contra ad omnem plerumque externi cæli afflatum uescere.

Cap. 5. *Eæque solæ & gratissimæ opes sunt.*] Sic & de Geryone Hiorum rege scribit Iustinus: *Armenta,* inquit, *Geryonis quæ illis oribus solæ opes habebantur.*

od. *Serratos Bigatosque.*] *Nota argenti,* inquit Plinius lib. 33. cap. *ere bigæ atque quadrigæ, & deinde Bigati Quadrigatique dicti.* o argenti bigati ex Gallis Boiis, item ex Liguribus Romam i sæpe fit mentio Liuio. Nec aliter apparet *Serratos* ab impresrræ nota appellatos.

Cap. 6. *Vix uni alterive cassis aut galeæ*] Nihil ambigo quin esse eat, *galea.* proinde & sic emendauimus. Occasionem errato t mox sequens vocabulum quod incipit ab *e* litera. Paulo post; *teni ex singulis pagis.* Illic legitur, *Centum.*

od. *Consilij quam formidinis arbitrantur.*] Locutio Tacito faaris, de qua ante admonuimus in castigationibus Annalium, eius operis initio.

ap. 7. *Nec ille numerare, nec exigere plagas pauent.*] Restituimus, *ere,* nostrum secuti iudicium. Quia vero particula, *nec,* nō erat odice cum quo contulimus, arbitror scriptum fuisse, *Nec illæ erare, exugereve plagas pauent.*

Cap. 8. *Inesse quinetiam sanctum aliquid & prouidum putant.*] etiam Romanis visum. Nam autor est Suetonius, *Aul. Vitel- Cattæ mulieri velut oraculo acquiescere solitum. Proinde quum vaticinata fuisset, ita demum firmiter ac diutissime imperaturū, erstes parenti extitisset, creditur Vitellius matri cibum dari proisse.* Fieri potest vt Aurinia fuerit, quam ille Romanarum leum in inferiori Germania præfectum agens, aliquando conerit, aut certe iam potitus rerum postea consulendam curarit. Velleda Bructera fuit.

od. *Vidimus sub diuo Vespasiano Velledam.*] Hęc virgo Bructenationis erat, ad quam non facile quisquam admittebatur. *itabat enim in edita turre, & delectus è propinquis consulta re- saque vt internuncius numinis portabat.* Sic enim eum Taciti um lib. 20. castigauimus.

Cap. 9. *Lucos ac nemora consecrant, deorumque nominibus apnt.*] Quando vero deorum maxime Mercurium colebant, nox dictum est, & prodit Paulus Diaconus à Langobardis

Vuodam appellatum Mercurium, cogitandum an *Odonis sylua* d
Odenuualdt à Mercurio nomen habeat, vt à *Marte Martianu*
nemus-der *Schuuartzuualdt*.

Cap. 11. *Nec iussi conueniunt.*] In Artolphi codice legitur, *nec i*
iussi conueniunt. vt sit sensus, Sæpius vocãdos priusquam venia
quod ab illis suapte sponte non fiat. Mox est illic, *Quibus tam*
coercendi ius est.

Sin placuit, frameas concitiunt.] Sic Tacitus noster libro 21.
Germanis Batauisq; Cl. Ciuilis orationem sibi placuisse demo
strantibus, Vbi, inquit, sono armorum tripudiisque, ita illis mo
approbata sunt dicta.

Cap. 12. *Tamquam scelera ostendi oporteat dum puniuntur, fla*
tia abscondi.] Sic apud Liuium libro nono quartæ decad. Sp. Po
humius Albinus Cos. populum alloquens, *Minus tamen,* inqu
esset, si flagitijs tamtum effœminati forent (ipsorum id magna ex pa
dedecus erat) à facinoribus manus, mentẽ à fraudibus abstinuisse
Et mox, *Illorum eum, cum quibus in omne flagitium & facinus c*
iurauit, non suum iudicet. Rursum infra: *Illo vno collega castigar*
noua flagitia, & priscos reuocare mores posse.

Cap. 13. *Tum eum in ipso concilio vel principum aliquis, vel pat*
vel propinquus.] Exemplar illud sic habebat, *Tum in ipso conc*
vel principum aliquis, vel ipsi vel propinqui. Scribendum arbitr
Tum in ipso concilio vel principum aliquis, vel ipsi propinqui s
frameaque iuuenem ornant. Itaque pronomen *eum* expunximu

Cap. 14. *Plerique nobilium adolescentium petunt vltro eas na*
nes quæ tum bellum aliquod gerunt. Apud Liuium libro sec
do quartæ decad. Philippus Macedonum rex obiicit Æt
rum principi Alexandro, in colloquio, *quod Ætoli pro lege h*
morem antiquitus seruent, vt aduersus socios ipsi suos publica ta
tum autoritate dempta, iuuentutem suam militare sinant, & c
trariæ persæpe acies in vtraque parte Ætolica auxilia habea
Quoties autem hodieque contingere videmus vt in contra
aciebus ab vtraque parte Germanica auxilia conspiciantur.

Eod. *Et vt facilius inter ancipitia clarescant, magnumque*
mitatum non nisi vi belloque tueare.] Reposuimus indidem
particula deleta, pro *clarescant, clarescunt*; & pro *tueare, tuea*
Et facilius inter ancipitia clarescunt, magnumq; comitatum no
vi belloque tueantur.

Eodem. *Nam epulæ & conuictus quamquam incompti,*
gi tamen apparatus.] Sustulimus dictionem *conuictus*,
in codice non erat. nam integer sensus est si legas: *Nam*
læ, & quamquam incompti largi tamen apparatus, pro st
dio cedunt. Paulo post est illic. Ipsi hebent mira diuersitat
turæ.

Cap. 15. *Mos est ciuitatibus vltro ac viritim cõferre principib.*

c viritim, ex priori collatione reperi ſcriptum in margine volu-
ninis mei, ſed literis pene fugientibus exoleſcentibuſque, *acui-*
ium ſiue *ecuirium*. Dubito num potius germana ſit lectio, *equi-*
ium, hoc modo, *Mos eſt ciuitatibus vltro equitium conferre princi-*
ibus. nam mox inter dona primum equi locum habent. *Electi*,
nquit, *equi*. Porro dignum in primis principe hoc honorarium
donum eſt. Significat autem *equitium*, equorum armẽtum. Nunc
ipte ſequitur de cæteris pecoribus, quæ præcipue ad eſum ſpe-
ctant. *Vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum, etiam*
neceſſitatibus ſubuenit. Expone, quod armẽtorum vel frugum, niſi
libeat ſubaudire, pronomen *id*, aut *aliquid*.

Cap. 16. *Nullas Germanorum populis vrbes habitari ſatis notum*
eſt.] Diutius retinuere Germani priſcam illam & rudem ſimplici-
tatem. nam & Athenienſes pag tim olim habitaſſe priuſquam in
vnam vrbem contribuerentur, Liuius autor eſt. Et ex Trogo re-
fert Iuſtinus, Gallos à Maſſilienſibus Græcis, vſum vitæ cultioris
depoſita & manſuefacta barbarie, & agrorum cultus, & vrbes
mœnibus cingere didiciſſe. *Tunc*, inquit, *& legibus non armis vi-*
uere, tunc & vitem putare, tunc oliuam ſerere conſueuerunt. Adeoque
magnus & hominibus & rebus impoſitus eſt nitor, vt non Græcia in
Galliam emigraſſe, ſed Gallia in Græciam tranſlata videretur. Ha-
ctenus ille. Verum Germanis nihil tale contigit, quia mediterra-
nei ſunt, & Oceanus ille Germanicus nauigatu periculoſus, ac i-
gnotus, raris ab Italia Græciaque nauibus aditur. Et Galliæ qui-
dem poſteaquam in numerum Romanarum prouinciarum vene-
runt, cultiores factæ ſunt. at de Germania in prouinciam redigen-
da cogitauit quidem Auguſtus, & tentauit aliquid Druſus Ger-
manicus, poſterioribus ſeculis Poſthumus. & alii quidam Ger-
maniæ particulam quæ eſt inter Menum, Nicrum, & Rhenum
aliquamdiu poſſederunt; verum res ſucceſſu caruit, amiſſa ſtrenue
recuperantibus Germanis. Deinde poſt ingentem illam cladem
ad Tolbiacum vicum Vbiorum acceptam, ita preſſere nos Fran-
ci, vt reſpirare non licuerit, donec exoleta ſtirpe veterum Franco-
rum, auſpiciis primum Othonis Saxoniæ Ducis & Chuonradi
Oſtrofranci atq; Henrici Saxonis, mox Magni illius Othonis qui
inter Imperatores Germanicos primum obtinet locum, in priſti-
nam libertatem nos ipſi vindicauimus. Tum vrbes in prouinciis,
quum ad Rhenum tum ad Danubium iam olim occupatis ſitæ,
amplificari paulatim, & vici veteris Germaniæ, de quibus Tacitus
loquitur, mœnibus cingi cœperunt. Iudæam quoque vicis abun-
daſſe, Tacitus autor eſt, quum inquit libr. 5. Hiſtor. *Magna pars Iu-*
dææ vicis diſpergitur.

Eod. *Colunt diſcreti ac diuerſi, vt fons, vt campus, vt nemus pla-*
cuit.] Hinc crebræ locorum appellationes à *bach*, *feld*, & *holtz*.

Cap. 17. *Fibula, aut ſi deſit, ſpina conſertum.*] Sic Carolum illum

Magnum tradit Eginhardus, *festis diebus vsum fibula aurea sagum astringente.* Erat autem Germanici cultus is princeps longe retinentissimus.

Cap.18. *Hoc paratus equus, hoc data arma denunciant.*] Illic manifeste scriptum erat, *renunciant*, quod ego certe non mutassem. nam *renunciare* etiam *declarare* est. Renunciantur consules, quum declarantur. Hoc docet nos Plinius Cæcilius in Panegyrico quum inquit: *Tuo iudicio Consules facti, tua voce renunciati sumus: vt idem honoribus nostris suffragator in curia, in campo declarator existeres.* Neque vero *re* semper iterationem significat in compositis.

Eod. *Sic viuendum, sic pereumdū.*] Diuersam lectionē ex annotatiunculis reperio, nempe hanc, *Sic viuentes, sic parientes accipere se.* Tum legerim, *reddant*, atque sic distinxerim. *Hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma renunciant: sic viuentes, sic parientes, accipere se quæ liberis inuiolata, ac digna reddāt, quæ nurus accipiant.* vt referatur ad *vxores.* nam & boues pariunt. Et pluratiue sequitur, *agunt, nullis conuiuiorum illecebris corruptæ.*

Cap.19. *Nemo enim illic vitia ridet, nec corrumpere & corrumpi seculum vocatur.*] Quāto sanctiores fuere nobis ethnici! Nam quotus quisque hodie vel vitia non ridet, vel quamtumuis enormibus flagitijs non prætexit illud; *Sic seculum est.* Si quis aliena matrimonia contaminantem aut puellis illudentem damnet, statim audit, *Sic seculum est.* Si bonus vir pessimam istam potandi consuetudinem reprehendat, mox adest qui excuset, *quod sic hodie sæculum sit.* Si quis improbet morem quo iuuenes in militiam temere proficiscuntur, ad nullum non scelus patrandum erudiendi, huic mox dicetur; *Sic sæculum est.* Si quis miretur sacerdotum in parandis præbendis insatiabilitatem, audit, *sic seculum est.* Si quis immodicum mortalium studium in parandis diuitijs, quæstum illicitum, atq; contractuum iniquitatem detestetur, huic tamquam nescienti allegabitur, *Sic nūc seculum est.* In summa, nullis non erratis, nequitijs, criminibus, obtendimus, *Sic seculum est.* Dissimiles igitur maioribus nostris vitia ridemus nobisque blandimur, & corrumpentes ac corrupti, decipientes alios ac circumscribentes culpam in seculum reijcimus. Codex alter habebat, *vocantur.*

Cap.20. *Nec vlla orbitatis pretia.*] Apud Germanos non erāt qui senes orbos captarent; qualeis multos Romæ fuisse produnt autores. Hij sic ambiebant ac colebant eos qui liberis caruissent, vt nihil esset tam seruile quod spe hæreditatis aut legati potiundi non paterentur. Vnde de corruptis vrbis Romæ moribus disserens Ammianus Marcellinus refert, *suo seculo vile existimatum, quicquid extra vrbis pomerium natum fuisset, præter orbos & cæli-*

libes: nec credi posse qua obsequiorum diuersitate colantur homi-s sine liberis Romæ, vt his qui patres sunt, tamquam in capita endicorum acerbius cælibes dominentur. Captatorem notat in aradoxis Cicero quum inquit: *Quem nutum locupletis orbi se-is non obseruat? loquitur ad voluntatem. quicquid denunciatum t, facit. assentatur, assidet, miratur.* Indicat Ausonius Burdegansis eum cui non sit hæres, captatoribus obnoxium existere, uum canit, *Et captatoris præda est, hæredis egenus.* Plinius Iunior uadam ad Caluisium epistola, M. Regulum tamquam impuentem ac sceleratum captatorem depingit, talium vulturum stutiam satis exprimens. Tacitus noster Annalium libro 4. de Pomponio Syluano, *Valuitque pecuniosa orbitate & necta, quam vltra eorum vitam produxit quorum ambitu euase-at.* Itaque Romæ erat aliquod orbitatis pretium, quum sic coerentur ab hæredipetis orbi senes opulentique. Verum integrias Germanorum nescia fuci, nihil tale admittebat.

Cap. 22. *Crebræ vt inter vinolentos rixæ.*] Hoc de Germanis ui Rheno propiores sunt accipiendum. Sic Annalium libro prino de Martis, *Ac ne pax quidem nisi languida & soluta inter te-nulentos.* Alioqui legere malim, *vt inter violentos.* nam interioes Germani vino carebant. Et cædes & vulnera violentiam conequuntur.

Eod. *Sed de reconciliatis inuicem inimicitijs.*] Scripsimus, *Sed & de reconciliandis inuicem inimicis.* Et paulopost: *Exercitatio artem parauit.*

Cap. 26. *Et prata separent.*] Nisi fallunt annotatiunculę quondam exceptæ, legitur illic, *Et prata sepiant.* Moxque non *perope-osum* honorem, sed tamtum, *operosum.*

Cap. 27. *Et grauem defunctis, aspernantur.*] Castigauimus, *vt grauem defun. aspern.*

Cap. 28. *Summus autorũ diuus Iulius tradit.*] Eius verba sunt commentario sexto: *Ac fuit,* inquit, *antea tempus quum Germanos Galli virtute superarent, & vltro bella inferrent, ac propter hominum multitudinem, agrique inopiam trans Rhenum colonias mitterent.* Et subdit paulopost. *Nunc quod in eadem inopia, egestate, patientiaque Germani permanent, eodem victu & cultu corporis vtuntur, Gallis autem propinquitas & transmarinarum rerum notitia, multa ad copiam atque vsus largitur, paulatim assuefacti superari multisque victi prælijs, ne se quidem ipsi cum illis virtute comparant.*

Eod. *Eoque credibile est, etiam Gallos in Germaniam transgressos.*] Sane T. Liuius libro quinto primæ decad. aperte tradit, quum Ambigatus Biturix rex Celtarum magno natu ipse regnũ prægrauante multitudine exonerare cupiens quæ iam vix regi videbatur posse, Bellouesum ac Sigouesum sororis filios im-

pigros iuuenes, missurum se esse in quas dii dedissent auguriis sedes, ostendisset, Sigoueso sortibus datos Hercynios saltus. Cæterum quos Gallorum populos secum eduxerit, non commemorat nominatim propter institutam de primum transcensis Alpibus narrationem, id quod à Belloueso factum. At mihi fit probabile è Celtis Sigouesum habuisse & Andegauos, quando horum nomen hodieque extat in Hercynio saltu qua Galliam aspectat. Siquidem amœnissimam vallem illam quæ est oppidulo *Noppenaugia* vicina, subiecta *Cniebiso* monasteriolo Benedictinæ factionis, vernacula Germanorum lingua *Andegast* appellat. In cuius extremo thermæ repertæ sunt ætate patrum nostrorum, recentibus vulneribus sanandis mirum in modum conducibiles. Quod si liqueret *Belouacos* quoque è Belgis vna cum illo transisse Rhenum, tribueremus illis vicinam vallem quam vulgus *Voluacensem* vocat, quasi dicas *Beluacensem*, à *Voluaco* seu fluuio, seu oppidulo, hoc est *Belouaco*, Vt Senonibus Gallis proximam Hercynii saltus partem quam hæc ætas *Simonis nemus* cognominat. Porro de *Tectosagibus Gallis*, qui trans Rhenum coloniam miserint, testatur hiis verbis Iulius Cæsar commentario sexto: *Itaque ea, quæ fertilissima sunt Germaniæ loca circum Hercyniam syluam (quam Eratostheni & quibusdam Græcis fama notam esse video, quam illi Orcyniam appellant) vulgo Tectosages occuparunt, atq; ibi consederunt.* Hæc ille. Cæterum penitioribus illos, cultioribusque locis habitasse ad *Nicrum fluuium* argumento *Decensis* arcis, in nostris rerum Germanicarum libris annotauimus. Atque hic obseruandum, ab idoneis esse relatum autoribus, inde nomen *Alpium* ortum, quod sua lingua montes Galli vocent *Albas*. Itaque montis qui Nicro fluuio vicinus est, & haud procul *Rutelinga* ascenditur, illa longe lateque patens planicies, tritici inprimis ferax, indubie etiamnum *Albæ* nomen à cultoribus olim Gallis retinet. Suspicorque montem hunc à Flauio Vopisco designatum, quum scribit in vita Probi Imp. *Cæsis Alemannorum in Gallia multis millibus, reliquias vltra Nicrum* (sic enim illic legimus, non *Nigrum*) & *Albam fuisse remotas.* Significat enim Probum eos qui ex Alemannis supererant, in vlteriorē Germaniæ regionem, *& transnicrinam* siue vt hodie loquimur *transnecaranam* atque *transalbanam* Ducatus Wirtenbergensis partem submouisse, versus Danubium, cui propter securitatem Galliarum præstabat illos esse viciniores quam Rheno. Et Rhætiæ prouinciæ steriliori minus erat periculi à Germanis. Siquidem de *Albi* inclyto flumine non videtur accipiēdum, quem à recentioribus *Albiam* vocari haud ignoro. Sub Augusto certe semel contigit vt *Albis* esset limes Imperii Romani, qui mox Varo Quintilio occiso vix in Rheno stetit. Et Tacitus notum olim fuisse dicit, *sed nunc*, inquit, *tamtum auditur.* Neque enim poeticæ laudes Claudiani Panegyristæ ad historiæ verita-

eritatem vbique sunt trahendæ. Quamquam vero Probus ipse n epistola ad senatum gloriatur *subactam esse omnem quâ tenditur ate Germaniam, nouemque reges gentium diuersarum ad suos pedes stratos iacuisse.* Arbitror tamen quod *de submotis reliquiis* indicat Vopiscus, accipiendum de Alemannis potius quam Germanis inferioribus: cum quibus & Francis aliter interuenire pax potuit, nempe per fœdus aut certas conditiones. Igitur de numero fertilissimorum Germaniæ locorum circum Hercynium saltum, in quibus Tectosages seu cæteri Galli consederunt, ista *Alba* est, pars postea Martianarum syluarum. sic enim pluratiue Marcellinus appellat, indicans per has Iulianum Aug. transisse, quum Danubium ex Rauracis adiret, nauigaturus in Illyricum.

Eod. *Manet adhuc Boiemi nomen.*] Velleius Paterculus *Boiohemum* vocat. *Heimum* siue *heim* Germanica dictio *patriam* significat & *domicilium*. vnde nusquam non obuiæ locorum appellationes in Germania. Deprauatum Pauli Diaconi codicem, in quo sic legitur historiæ Langobardorum libro primo capite decimo tertio: *Dicuntur post hæc Anthaib & Banthaib, pari modo Nurgundaib per annos aliquot possedisse*, tu sic emenda: *Dicuntur post hæc Anthaim & Banthaim, pari modo Burgundhaim per annos aliquot possedisse*, hoc est, *Antarum, Vandilorum*, (vt sit *Banthaim* pro *Vandhaim*) atque *Burgundionum* regiones. Loquitur de Langobardis è Scandinauia progressis. Quemadmodum enim Tacitus hic *Boiemum* dixit, sic possemus iuxta Latinam inflexionem, *Anthemum* & *Burgundhemum* vsurpare. Sunt autem hæ veteres Burgundionum sedes priusquam per Germaniam in Sequanos commigrarunt. Sic etiam restituenda sunt illa locorum nomina, quorum fit in lege Salica mentio circa principium, vbi mendose scriptum est à librariis Gallicis in loco cognominato *Salechamne, Bodecamne*, & *Vuidocamne*: quum debeat esse, *Salinghaim, Bodinghaim*, & *Vuidinghaim*: vt intelligas *Salingorum, Bodingorum*, & *Vuidingorum vicos* siue *tractus*. Nam Franci quum germanissimi Germani fuerint huiusmodi appellationibus inferioris Germaniæ loca, in quam primum transgressi sunt, insigniuere. Nec aliud est ibidem *Salegaste* siue *Vuidagaste* quam *Salingorum* siue *Vuidingorum præfectus*. Sed de hiis in nostris rerum Germanicarum libellis amplius. hic tamtum lectorem admonere voluimus per occasionem.

Cap. 29. *Nam nec tributis contemnuntur.*] Suspicor à Tacito scriptum, *condemnantur*. Nam *damnare* Liuius etiam pro *multare* vsurpat, vt libro quinto dec. quartæ; *Multos pecuarios damnarunt.* Nisi quis malit, *comminuuntur*.

Eod. *Non numeramus.*] Reposuimus ex autoritate vetustioris illius æditionis, *Non numerauerim*.

Eod. *Eos qui Decumates agros exercent.*] Hii agri indicari certe

non possunt: sed tamen fuere propinqui Rheno, argumento Ga lorum occupantium. Mihi, quod ante dixi, non contigit inspic re codicem vetustum manuscriptum, qui nos hic adiuuaret. na fieri potest vt pro *Deuinates* aliquis scripserit *Deumates*, quod p stea versum sit in *Decumates*. Vt fortasse *Deuinam* accipiatur p *Dauentria*. *Deuonam* vocat Ptolemæus in illa confusa Germani oppidorum nomenclatura. Sed hic te frustra torqueas, nisi ansa cogitandi præbeat scriptura vetusta. Adiuuare quoque poter quod addit, *Sinus imperij*. Ergo Rhenus, vt videtur, illic sinum f cit. Sed & immensorum lacuum prope Frisios infra faciet mentic nem Tacitus. Paulo post, vbi nos habemus, *intelligere occasione* illic erat *necessitates*. Tacitus libro 1. Annalium: *Iussosque dict cum silentio accipere, temporis ac necessitatis monet.*

Cap. 31. *Et aliis Germanorum populis vsurpatum, rara & priua ta cuiusque audentia apud Cattos in consensum vertit.*] Hæc clau sula sic recte distinguitur. Hoc tamen attendendum, *rara & pr uata audentia*, septimo casu dictum esse, id est, per raram & pr uatam audentiam. nam *vertit* hic absolute protulit Tacitus, quum Annalium libro vndecimo dixit: *Ac ni cædem eius Nar cissus properauisset, verterat pernicies in accusatorem.* Sic enin illic legendum docuimus ex manuscripto codice, *non perniciem* Et eodem libro paulo ante, *Seu forte lapsa vox in præsagium ver tit.* & multis aliis in locis. Sic & Liuius subinde loquitur. Emend lectionem Liuianam, libro decimo tertiæ Decadis; vbi vulgat æditiones in hunc modum habent: *Et induratus præter spem resi stendo timor hostium, ac ne vertatur in audaciam, periculum est.* & scribe, *ac ne vertat in audaciam, periculum est.* Porro facit ad hunc locum de crine apud Cattos summittendo, quod Tacitus noste libro 4. Hist. scribit. *Ciuilis*, inquit, *barbaro voto, post cœpta aduer- sus Romanos arma propexum rutilatumque crinem patrata demum cæde legionum deposuit.* Erat autem Ciuilis ille natione Batauus: & Cattorum pars quondam Bataui fuere.

Cap. 32. *Proximi Cattis certum iam alueo Rhenum; q. t. e. s. Vsipij ac Tencteri colunt.*] Hæ nationes omnes in ditionem postea ac nomen Francorum concessere, ceu Græcorum prouincias hodie *Turciam* vocamus. Sub inclinationem enim Romani imperii regnarunt in Germania potenter Saxones cum Toringis, Franci ac Alemanni, qui & Sueui, propriis adhuc subiectarum aut fœderatarum nationum appellationibus discreti. Nam Francorum quibus *Ansibariis* nomen fuerit, quibus item *Saliis*, meminit Am. Marcellinus. Liber qui formulam Romani imperii in Occidente continet, ostendit *Ampsiuarios* aliquando militasse intra Gallias, sub Magistro peditum in præsenti. Sicut & *Bructeros*. Dubito num *Angriuarij* sint.

Cap. 33. *Nunc Chamauos & Angriuarios immigrasse, narratur.*]

Chama-

Chamaui, ficut *Brifigaui*. Chamauorum cohortem XI. agentem Peami, fub duce Thebaidos militaffe liber indicat de præfecturis Romanis. Aufonius in Mofella.

Accedent vires, quas Francia, quafque Chamaues,
Germaniq. tremant. ---- *Angriuarios* iuxta Germaniæ linguę etymon interpretari licet, *aggreffores*. Archiepifcopus Agrippinenfis Coloniæ quæ in Vbiis eft, fe *Ducem Angeriæ* fcribit, quafi dicas *Angriuariæ*.

Cap. 34. *Aliaq; gentes haud perinde memoratæ.*] Huiufmodi gẽtium haud perinde memoratarũ vna fuere Franci. qui circumiectarũ nationum aucti primũ imperio, deinde vna cum Alemannis fuperiorẽ tenentibus Rheni ripam, quum ipfi inferiorem poffiderent, tranfgreffi in Gallias, vt nulla fides regni fociis, ad Tolbaicũ memorabili pręlio quo de fumma rerũ decernebatur, copias Alemannorum deleuerunt, duce Ludouico, quem vulgus *Clodoueum* appellat. Tamdem etiã deuictis Saxonib. nullo vfquam refiftente populo, totius prope Occidentis potiti funt ditione. Poterunt Romani qui, ceu Iuftinus fcribit, *finitimis populis armis fubiectis primũ Italiæ, mox orbis imperium quæfiuere*, & hactenus effe nobis exemplo Turcę quorum item initio neq; obfcurius quicquam, neq; incertius: fi modo licet citra piaculum, noftratem optimeque meritam de Chriftiana pietate gentem, cum truculentiffimis hoftibus noftris conferre: cum quibus nuper, quod bene ac feliciter vertat, iuftum piumque bellum fufcepimus, aufpiciis & ductu Caroli Augufti atque Ferdinandi Cæfaris.

Cap. 37. *Eumdẽ Germaniæ finum proximi OceanoCimbri tenent.*] *Eumdem*, intellige cum Chaucis. & quia fupra dixit, *In Septemtrionem ingẽti flexu redit:* ac fequitur, *Vtraque ripa caftra ac fpacia:* minus placet quod in annotatiunculis reperi quondam collati codicis *Eumdem Germaniæ fitum*.

Eod. *Ne Parthi quidem fæpius admonuere.*] Arbitror Tacitum *admouere* fimpliciter vfurpaffe, quod Liuius dicere folet, *admouere exercitum*, & *admouere caftra*. Sane quum veterem Germaniam à Danubio prouinciæ Romanæ, duæ Rhętiæ, Noricum & duę Panoniæ: à Rheno contigerint, Sequanicus tractus qui Heluetios & Rauricos complectebatur, Tractus Argentoratenfis, in quo Argẽtoratum & Seleftadiũ veteris Elcebi colonia, vnde Elfatiæ vernaculũ nomen, ac Germaniæ duæ; nihil mirũ fi fubinde admouęrũt Germani, non tam propulfantes pericula Romanis impugnãtib. quam prædarum dulcedine prouincias Romanas incurfantes.

Cap. 38. *Ac fæpe in ipfo folo vertice ligant.*] Ablatiuus *ipfo* non erat in Artolphi libro, meliufque expunxeris. fed pro *ligant* erat, *religatur*. Et pro, *vt hoftium oculis ornantur*, *& hoftium oculis armantur*.

Cap. 40. *Contra Langobardis paucitas, nobilitas: quod.*] Scripfi-

mus,*nobilitaſque quod plur.* Mox pro *Reudigni* videbatur eſſe; *Ven*
digni. Item, *Suarines.*

Eod. *Quæcumque aduentu hoſpitioque dignatur.*] Sic in huius li
bri initio dixit, *minimeque aliarum gentium aduentibus & hoſpiti*
mixtos. Illic legebatur, *quemcunque*, ſubaudi *locum*. cogitandur
an pro *aduentu* ſcribendum ſit, *aduectu*. qua voce etiam vtitu
Hiſtor. lib. 4. *Hæc*,inquit,*de origine & aduectu dei, celeberrima.* ſi
enim & illic legendum pro *aduentu*,quemadmodum nos caſtiga
uimus. Adiuuat hic indubiam coniecturam quod præcedit, *Inue*
hi populis arbitrantur.

Eod. *Atque in ſplendidiſſima Rhætiæ prouinciæ colonia.*] Putatu
eſſe *Auguſta* quam vulgo *Vindelicorum* appellant, quod Vindeli
ciæ ſit proxima, ſed tamen in Rhætia prima. Notum etiam è re
centioribus chronographis Licum amnem ſeparare Baioarios
Sueuis, poſtquam videlicet Germanici iuris factæ ſunt prouin
ciæ, quum ſub Romanis idem fluuius Rhætiam primam à ſecun
da quæ eadem Vindelicia fuit,indubie diſterminaret. Ex hoc ver
cognoſcere potes quam late diffuſa fuerit Hermundurorum na
tio, plurimum occupās ſoli. Paulo poſt. *Et Tudrigenus*,legebatu
Et Trudi. Proximis ſane ſeculis *Trutonis* & *Trutomanni* nome
apud maiores noſtros auditum eſt. teſtimonio ſunt veteres dona
tionum & contractuum tabellæ. Hincque heroinarum Germani
carum vocabula *Adeltrudis* & *Gertrudis*, à ſincero videlicet amo
re fideque.

Cap. 42. *Ac deinde Marcomani & Quadi agunt.*] Liber qu
continet formulam imperii in Occidente, docet poſtea *Marco*
mannos Seniores & *Iuniores* intra Italiam ſub Magiſtro peditum i
præſenti, *Marcomannos* equites intra Aphricam ſub Comite &
Magiſtro equitum præſentali, *Alam* vero primam *Quadorum* i
Oaſi minore militaſſe, ſub Duce Thebaidos.

Cap. 43. *Lygiorum nomen.*] Quod ex Cornelio Nepote tradi
Plinius, Q. Metello Celeri tum Galliæ proconſuli, *Indos à rege*
Sueuorum dono datos; affirmat eruditiſſimus candidiſſimuſque vi
Hermolaus Barbarus, in quodam Pomponii Melæ codice eam-
dem rem narrātis legiſſe, non *à rege Sueuorum*, ſed *Lydorum*. Quid
ſi quis *à rege Lygiorum* ſcripſiſſe Melam putet? nam *Sueuorum* no-
men generalius eſt, etiam *Lygios* complectens. vt autor vterque re-
cte ſcripſerit.

Eod. *Elyſios.*] Cogitamdum an *Seliſios* aut *Sleſios* fortaſſis hic
potius ſcribendum ſit. nam hæ gentes mihi videntur ad Danu-
bium vergere. Eſt autem hodie *Sleſiorum* populus inſignis, vnde
nobis C. Vrſinus Velius prodiit Muſarum alumnus, & alii com-
pluſculi literarum ſtudiis celebres.

Eod. *Trans Lygios Gothones regnant.*] Inter mediterraneas au
littorales gentes, quum Langobardos tum Gothones annumera

Tacitus

acitus. Sed mirum an ab hiis insulares olim, an ab insularibus i ante prodierint.

Suionum hinc ciuitates, ipse in Oceano.] Forte melius legatur, *ionum hinc ciuitates sitæ in Oceano.* Eginhardus in vita Caroli agni *Sueones* recentiori vocabulo *Nortmannos* ostendit appel- i, quum ait, *Sinus quidam ab Oceano Orientem versus porrigitur, gitudinis quidem incompertæ, latitudinis vero quæ nusquam cen- m millia passuum excedat, quum in multis locis contractior inue- atur. Hunc multæ circumsident nationes. Dani siquidem & Sueo- quos Nortmannos vocamus, & Septemtrionale littus, & omnes eo insulas tenent.*

Cap. 45. *Efluorum gentes.*] Reposuimus, *Æstyorum gentes.* tauerim *Æstyos* esse qui Eginhardo *Aisti* modo citato lo- dicuntur. Nam ipse pergens in narratione, *At littus, in-* it, *australe Sclaui, & Aisti, & aliæ diuersæ incolunt nationes.* paret autem in archetypo fuisse, *Æstuorum* pro *Æstyorum*: ex o alius fecerit, *Efluorum.* nam *u* pro *y* veteres librarii po- oant.

Cap. 46. *Peucinorum, Venedorumque & Feminorum nationes.*] stigauimus, *& Fennorum nationes. Venedorum* mentio quoque Plinio.

Eod. *Procerum connubijs mixtis*] Coniicio sic fuisse scriptum. *des omnium ac torpor. Cæterum connubiis mixtis, nonnihil in Sar- tarum habitum fœdantur.*

Fennis mira paupertas.] Apud Iornandem inuolutum atque ndosum scriptorem *Finni* inter mitiores Scanziæ cultores imerantur. *Finni*, inquit, *mitissimi.* Quando vero libellus à Tacito Germanis dicatus est, propter studiosos antiqui- s Germanicæ non possum omittere quin Pauli Diaconi lo- n explicem huc pertinentem. Is statim in historiæ Langobar- æ exordio, Scritofinnos Insulæ Scandinauiæ vicinos facit. mquam illic mendose scriptum est *Scritobini.* Sunt autem illius verba. *Huic*, inquit, *loco Scritofinni, sic enim gens illa no- atur, vicini sunt; qui etiam æstatis tempore niuibus non ca- , nec aliud, vtpote feris ipsis ratione non dispares, quam crudis nantium carnibus vescuntur. de quorum etiam hirtis pelli- sibi indumenta coaptant. Hi à saliendo, iuxta linguam barba- , etymologiam ducunt. saltibus enim vtentes, arte quadam, o incuruo ad arcus similitudinem feras assequuntur.* Hacte- ille. Non dissentiunt hæc cum hiis quæ Tacitus scribit, m inquit, *Sola in sagittis spes. Idemque venatus viros pari- c fœminas alit.* Quod vero dicit de *barbaro nominis etymo,* le est intelligere *Finnis* istis à *faciendo passu* contigisse ap- lationem. nam *schriten* Germanis est *passum facere.* Emen- prodigiose corruptum locum apud Iornandem non longe

à principio Gotthicæ historiæ, vbi sic habetur in vulgatis editi- nibus: *Aliæ vero ibi gentes tres Crefennæ.* tu scribe, *Aliæ vero gentes Scritofennæ, quæ frumentorum non quæritant victum, sed ca- nibus ferarum atque auium viuunt. Vbi tanta paludibus fœtu ponitur, vt & augmentum præstent generi, & satietatem ac copia genti.*

Eod. *Vt illis ne voto quidem opus esset.*] Scripsimus, *opus sit.* na vetus editio cum qua nostram conferebamus, manifeste habeb *vt.* Quid si Tacitus scripsit, *vt illis ne voto quidem opus. Sed cæt iam fabulosa.*

In Dialogvm De Oratoribvs.

Hvnc dialogum vix crediderim esse Taciti, quamquam a- tor quisquis fuit eius eruditissimi seculi testatur, se diserti morum hominum sermonem repetere, quem iuuenis admod audiuerit, iisdem numeris ac iisdem orationibus; vt potius lo illos ipsos lector debeat imaginari quam eum qui conscri Sane fit hic *anni sexti* mentio *Vespasiani principatus.* quo tem re iuuenis fuit admodum Tacitus. Fit & mentio *Mutiani, sena tumque eloquentium Eprij Marcelli ac Crispi Vibij.* quorum Tac quoque meminit in libris Annalium. Nec Iustus Fabius cu scribitur opusculum ex Plinii Cæcilii epistolis ignotus est. haud me latet quædam etiam apud veteres tam apte conscri vt antiquiora videri queant quam sunt. Suspicor Iulium ist Secundum & M. Aprum Maternumque Gallos fuisse è G Tog ta quæ Italis Cisalpina est. Nā sic alicubi dicit Aper, *Qu quisque quum ex Hispania vel Asia, ne quid de Gallis nostris quamur, in Vrbem venit, Saleium Bassum requirit?* Paulopost id Aper affirmat *in Britannia fuisse se.* Cæterum dolendum est h libellum tam esse corruptum. Quem dum percurro, luctatus obiter cum mendis. Verum alicubi successit res, alicubi nihi uinando consequi potui, neque enim erat exemplar aliquod tustius cum quo conferrem. Coniecturas quasdam hic subdid

Cap. 2 *Et in quem satis erat profluens.*] Lego, *& inquam tun tis erat profl.*

Eod. *Et Aper cum eruditione imbutus.*] Scribendū puto, *Et communi eruditione imbutus, contemnebat potius literas quam sciebat.*

Cap. 3. *Quo minus offensas.*] Videtur legendum, *offendas*, au *fenses.* Mox, *An ideo librum istum deprehendisti*: Malim *appre disti.*

Cap. 4. *Et ego cui desidiam aduocamur.*] Forte, *cui desidiæ n mur, cui* scilicet tibi, id est à quo.

Cap. 5. *Sed & ipsum solum apud nos arguam.*] Lego, *Sed idips* Mox, *omittit studium*, pro *amittit.*

E

...od. *Non hercule lorica gladius in acie firmius munimentum.*] ...et etiam legi, *Non hercule lorica aut gladius.*

...ap. 9. *Et adiutorium extruit.*] Emendaui, *& auditorium ex...*. De hoc ambitioso recitandi more, multa apud Plinium in ...olis.

...ap. 10. *Quod cum natura tua in ipsam artem eloquentiæ ferat.*] ...simus, *in ipsam arcem eloquentiæ.*

...ap. 14. *Tum Vrbanus.*] Castigaui, *quum Vrbanus* Paulo post, ...*uditiones.* malim, *& eruditionem.* Mox scripsimus *plurium* ...*modi librorum*, pro *plurimum.*

...ap. 15. *Quia video etiam Graiis accidisse, vt longius absit* ...*hines & Demosthenes sacerdos iste enitet.*] Tres postremæ ...ones indubie portenta sunt mendarum. Quid si legas, *vt* ...*us absit Æschine ac Demosthene Dositheus, & si quis alius* ...*vel Mityl. conten. f. cl. quatit.* Nam fieri potest vt *Dositheus* ...is orator apud Græcos eo tempore vixerit quo conditum ...oc opusculum. Comparat itaque veterem Æschinem & ...item Dositheum, si vera coniectura est, aut similem alium. ...huius mihi in mentem venit, syllabas istarum dictionum ri...i. Id tamen exempli causa putetur dictum. Quod sequitur, ...*Afer.* intellige *Domitium Afrum* prestantissimum oratorem ...m recentem.

...p. 16. *Isque annus horum nos vocamus.*] Lego, *Isque annus* ...*quos vocamus ann. X. complectitur, incipit Dem.*

...p. 19. *Et ipsorum quoq; Oratorum paucissima præcepta.*] Emen... ...*aucissimi.* nam sequitur *cognouerant.*

...p. 20.. *Nec magis præfert.*] Reposui; *perfert.*

...p. 21. *Et hiatus compositio.*] Castigaui, *& hians compositio.* ...equitur, *nisi qui*, pro *nisi quis.* Sic & Tullius vsurpat.

...p. 22. *Nullum sit verbum vel rubigine infestum.*] Scripsi, *in-*...

...p. 23. *Porro ne in corpore quidem valitudinem medici pro...* ...*uæ animi anxietati confixit.*] Opinor legendum, *quæ animi* ...*ate consistit.* Mox, *lætissima quæque antiquorum*, Malim; *le-*...*a.*

...p. 25. *Omnes tamen eamdem sanctitatem eloquentiæ ferunt.*] ...ui *sanitatem.*

...l. *Quamuis in diuersis ingenijs esse quamdam iudicij ac* ...*inis similitudinem & cognationem.*] Scribe *luminis.*

...p. 26. *Vnde oritur illa fœda & præpostera, sed tamen fre...* ...*sicut his clam & exclamatio.*] Has quatuor particu... ...*cut is clam &*, in vnam consla dictionem, nempe *qui-*...*n*, & sic lege: *sed tamen frequens quibusdam exclama-* ...ulo post, *Ipsis etiam quibus vtimur armis*, legi possit,

Cap. 27. *Miratus, iratus antequam te Aper.*] Expunxim
iratus.

Cap. 28. *Omnis cuiusdam familiæ soboles committeretur.*] Re
tuimus, *cuiuspiam familiæ.*

Cap. 30. *Notus est nobis utique Ciceronis liber.*] Scripsi *vob*

Eod. *Ex multa eruditione & pluribus partibus.*] Castig
ex multa eruditione ex pluribus artibus ex omnium rerum
entia exundat. Mox, pro *non rhetorum scholis*, scripsi, *non*
rhe. s.

Cap. 31. *Plerisque autem in quibus hæc quoque scientia re*
runtur.] Lego, *Pleræque autem in quibus hæ quoque scienti*
quiruntur.

Cap. 32. *Nisi eum qui tamquam in aciem omnibus armis in*
ctus sit, in forum.] Tu repone, *Nisi eum qui tamquam* in acie
mnibus armis instructus, sic in forum omnibus artibus arm
exierit.

Eod. *Vt in actionibus eorum vix quoque cottidiani sermo*
Castigaui, *fex quoque cottidiani sermonis.*

Cap. 33. *Sed longe magis facultate & eloquentia contineri.*] L
dum, *facultate eloquentiam contineri.*

Cap. 34. *Non multo ætatem antecedens.*] Scribe, *ætate an*
dens. Mox cap. 35. pro *deducuntur in scena scholasticorum*,
in *scenas.*

Cap. 36. *Tanto plus aut principes gratiæ.*] Castigaui, *apud*
cipes.

Eod. *Non minus rubore quam præmiis stipulabantur.*] Rep
stimulabantur.

Cap. 37. *Nescio an venerint in manus nostras.*] Emendaui
stras, item;

Eod. *Ita cum acciderent, ingentem eloquentiæ materiam s*
nistrabant.] Nam præcessit: *His accedebat splendor rerum*,
gnitudo causarum.

Eod. *More hominum agit, quorum ea natura est, ut secu*
lint.] Lego, *nolint.*

Cap. 39. *Quæ etsi nunc aptior est.*] Repone, *arctior est.*

Eod. *Et municipiorum, & legationes.*] Scripsi, *& munici*
legationes, ac partes Italiæ periclitantibus assisterent. Item
post, *abstinuerint.*

Cap. 40. *Nostra quoque ciuitas donec errauit.*] Hoc est, fl
uit. ni malis, *certauit.*

Cap. 41. *Cum optima cito consentiant.*] Hoc est, *optimæ*
tiæ. Poterat alioqui legi, *& optimi*, si quis ad personam v
ferre.

Eod. *Neque illos modus & temp. defuisset.*] Scripsimu
que illis.

In Ivlii Agricolæ Vitam.

[.]vnc libellum quo soceri sui Iulii Agricolæ vitam posteri-
[.]tati tradidit, non esse subdititium, ipsa phrasis est argumen-
[.]re Lydius lapis, quod dicitur, in hoc probandi genere. Scri-
[.]utem senex. Nobis defuit exemplar vetus ad quod conferre-
[.] Itaque vulgatam editionem, quando aliud non dabatur, di-
[.]iter percurri, meoque Marte quædam errata deprehēdi. Mu-
[.]nonnulla; quædam tamtum indico, lectori iudicium relin-
[.]s: id fit in ambiguis. Sunt & quæ exponuntur, obscuriora vi-
[.]et.

Cap. 1. *Quam non petissem ni cursaturus tam sæua & in* [.]] Hic in primis pro, *ni cursaturus* scribe *incursaturus*, & clau-[.]m, aut quæsitiue sic lege, *quam non petissem, incursaturus tam [.]& infesta virtutibus tempora?* aut; quod mihi simplicius vi-[.]r, hoc modo, *quam non petissem, ni incursaturus tam sæua [.]nfesta virtutibus tempora.* Nunc apte cohærent quæ se-[.]ntur, *Legimus quum Arul.* Sensus est, non petissem veniam, [.]gerer incidere in Domitiani tempora, ac referre quæ illius [.]nni principatu contigere, quum omnis honestas exula-[.]Roma.

[.]ap. 2. *Legimus quum Aruleno Rustico, Pætus Thras. Herennio [.]cioni Prisc. Heluidius laudati essent.*] Hoc est ab Aruleno Ru-[.], & Herennio Senecione. Optimus senator fuit Pætus Thra-[.]iberrimæque linguæ. Vitam huius conscripsit Iun. Arulenus [.]ticus, pulsus in exilium ea de causa. Heluidius Priscus, Tacito [.]ro non vulgariter laudatus initio libri quarti historiæ Augu-[.]gener Thraseæ extitit, ob cuius laudationem Herennius Se-[.]o capitis pœnam luit sub Domitiano, libris vtrorumque exu-[.] Eius Senecionis in fine quoque huius libelli mentionem fa-[.]Vbi plura dicemus.

[.]od. *Expulsis insuper sapientiæ professoribus.*] Nam propter Pæ-[.] Thraseam & Heluidium Priscum laudatos, istius criminis [.]asione philosophos omnes vrbe Italiaque summouit Domi-[.]us, autore Suetonio.

[.]ap. 3. *Pauci & vti dixerim.*] Lego *pauci. vt ita dixerim.*

[.]od. *Memoriam prioris senectutis.*] Intelligit primam sene-[.]tem, hoc est, crudam & viridem. Nam præcedit, *prope ad ipsos [.]tæ ætatis terminos p. s. venimus.* Ergo senex hunc libellum [.]scripsit.

Cap. 5. *Et commeatus.*] Hoc est vt posset abesse & vagari. Mox, [.]il appetere iactationem. Forte leg. *nihil appetere iactatione.* In-[.]quiete & otio transit,, malim *transiit.*

Cap. 6. *Ad dona temporum recognoscenda.*] Restituimus, *ad do-[.] templorum recognosc.*

Cap. 9. *Nullam vltra poteſtatis perſonam, triſtitiam & arr*
Coniicio ſcribendum; *vbi officio ſatisfactum nulla vltra p*
ſtatis perſonam triſtitia. Et arrogantiam. Niſi quis malit *vltra*
uerbialiter accipere pro *vlterius, nulla vltra poteſtatis perſona*
ſtitiam, & arrog. & auarit. Mox lego, *oſtentanda virtute*,
oſtentamdam.

Eod. *Haud ſemper errat fama, aliquando & elegit*]Opinor
bi debere, *eligit.* Niſi quis ſuſpicetur fuiſſe, *ferit*, vt ſit tranſla
ſagittariis. Ibid. pro *collauit* ſcripſi *collocauit.*

Cap. 10. *Vnde & vniuerſum fama eſt tranſgreſſis.*]Lego, *vna*
in vniuerſum fama, è tranſgreſſis. Quaſi diceret, Sic narrant
tranſgreſſi ſunt.

Eod. *Tunc primum.*] Quemadmodum Liuius & Ruſticu
ferunt. Alioqui legerem, *quum primum.*

Eod. *Quam hactenus nix & hyems appetebat.*] Scribo, *abde*
hoc eſt, occultabat.

Cap. 11. *Et poſita contra Hiſpa.*] Indubie fuit, *poſitu*, id
poſitione. Sic Annalium primo de numero legionum: *Qua*
ſitu regionis, à tergo illis, ac ſi repentinum auxilium Italia poſcer
haud procul accirentur. Ruſum libro quinto: *Ille poſitu*
rum, ac ſpacia dimenſus, hærere primo. Expone *poſitu*, hoc eſt p
pter poſitum ſiue poſitionem. Hoc magis arridet, quam vt l
tur, *poſiti.*

Cap 12. *Nec concidere & exurgere.*] Caſtigaui, *nec occidere*
exurgere. Infra malim, *vt vires rebellibus miniſtrantem.* Item,
rius manus centuriones.

Cap 15. *Et flumine.*]Rhenum intelligit.

Cap. 16. *Amiſit ira & victoria.*] Repoſui, *Omiſit ira & victo*

Cap. 17. *Locorumque difficultates.*] Arbitror ſic habuiſſe ſin
lectionem, *ſuper virtutem hoſtium, locorum quoq; difficultates*
ctatus. Sic lib. 3. Hiſt. dixit, *niues eluctantibus.*

Cap. 18. *Vt quibus bellum volentibus erat.*] Elegantiſſima lo
tio: hoc eſt, qui bellum vellent. Græca figura eſt de qua in v
bulo operis admonuimus, & ſuis præterea locis. Sic apud T
tum noſtrum Annalium primo, *vt quibuſque bellum inuitis*
cupientibus erat. libro decimo quinto: *Hæc atque talia plebi vol*
fuere. Sicque lib. 3. Hiſt. vbi vulgo legebatur, *cæteriſq; remanere*
in verba Veſpaſiani adigi volentibus liberum fuit: nos fidem m
ſcripti codicis ſecuti, diſpuncto vocabulo *liberum* ſcripſimus,
verba Veſpaſiani adigi volentibus fuit. Eodem mox libro, repo
mus, *Mutiano volenti reſcripſere*, vbi ante legebatur *volētia.* C
ſũ quod hic mox ſequitur, *probare exemplum*, id eſt probabat,
audi prouincia, ac *operiri* id eſt operiebatur animũ recentis leg

Eod. *Tum Agricola quamquam tranſuecta æſtas.*] Lego, *tr*
acta æſtas.

Eod. *Sparsi per prouinciam numeri.*] Loquitur de *numeris militibus.*

Eod. *Cuius possessione reuocatum Paulinum.*] Hoc est à qua fidenda.

Eod. *Nec laureatis quidem gesta prosecutus est.*] Sic scribit de L. ellio lib. 3. Hist. *Ipse lauream*, inquit, *prospere gestæ rei ad fra- n misit.*

Cap. 19. *Cæterum animorum prouinciæ prudens.*] Hoc est noscens mos prouincialium.

Eod. *Causas bellorum statuit excidere.*] Siue *excidere* pro recide- egas, siue *excindere*, parum refert.

Eod. *Nihil per libertos seruosque publicæ rei.*] Subauditur *agere*, st agebat.

Eod. *Officiis & administrationibus potius non peccaturos.*] Sub- li *ducebat*, vel *censebat.*

Eod. *Frumenti ac tributorum auctionem.*] Malim *exactio- n.*

Eod. *Circumcisis in quæstum reperta, quæ ipso trib.*] Emenda- nus, *circumcisis quæ in quæstum reperta, ipso trib. g. tolera- ntur.*

Eod. *Namque per ludibrium assidere.*] Sensus est, Milites Ro- ini cogebãt in summa annonæ vilitate prouinciales emere fru- nta, quæ mox vlterioribus venderent, clausis horreis publicis uti in summa charitate, quæ res ludibrio non carebat. In causa t Procuratorum auaritia.

Cap. 20. *Quæ vel incuria intolerantia.*] Lego, *quæ vel incuria, l tolerantia priorum.*

Eod. *Contracto exercitu multum in agm.*] Posset sic quoque i, imo sic legendum est, *Contracto exercitu, militum in agmine dare modestiam.*

Cap. 21. *Eoq; in bello faciles.*] Scribendum, *eoq; in bellum faciles*, t potius, *eoq; bello faciles.* Sic enim Annalium libro primo *sedi- ni promptum, dixit:* libro secundo, *prælio paratam.* Libro quarto, *ensioni proniores.* Eodem, *Agrippina Neroni promptior.*

Cap. 24. *Medio inter Britanniam atq; Hispaniam sita.*] *Medio* latiuus est; pro, in medio. Sic in Annalibus dixit, *Medio tem- ris.*

Eod *Haud multum à Britannia differt, in melius aditus portusq;.*] odigiose corruptus locus est. Lego *differunt. Eius aditus portusq; r commercia & neg. cogniti. Eius.* f. Insulæ Hyberniæ.

Cap. 25. *Portus classe explorauit.*] Opinor scribendum, *prius asse explorauit.* Mox mallem legere, *impelleretur.* nam sequitur, *ttollerent, & compararentur.* Illic exponces, *& lætitia sua quisque acta*, id est per lætitiam. Paulo post, *oppugnasse vltro castella adorti, halim oppugnare.*

Eod. *Specie ignaui prudentium admonebant.*] *Specie* referei dum est ad genitiuum, *prudentum.* Ignaui specie prudentium a monebant.

Cap.26. *Aduersa cum imputantur.*] Non dubito, quin Taciti scripserit, *aduersa vni imputantur.*] Estque grauissima sentent nec minus vera. iniquissima hæc bellorum conditio est, prospe omnes sibi vendicant, aduersa vni imputantur; hoc est duci. S lib. 4. Histor. Tacitus narrat Herennium Gallum exercitus R mani legatum à militibus verberatum, quos tum Germani pr fligauerant. *Victi*, inquit, *quod tum in morem verterat, non sua ignauiam, sed perfidiam legati culpabant.*

Cap.27. *Et arte ducis rati.*] Opinor legendum, *& arte ducis in ti, nihil ex arrogantia remittere*, id est remittebant.

Cap. 28. *Eo ad extremum inopiæ venere.*] *Ad extremum*; id postremo, sic etiam alibi loquitur. Idem vsurpatur Liuio.

Eod. *Primum à Sueuis.*] Sueuici maris meminit autor noster libello de situ moribusque Germanorum, & tradit ex Corne Nepote Plinius, Q. Metello Celeritum Galliæ proconsuli, Ind à rege Sueuorum dono datos, qui ex India cōmercii causa na gantes, tempestatibus essent in Germaniam abrepti. Cæterum Sueuorum sedes hodie Saxones tenent: nam horum annalib proditur ex insulis in Toringorum terram eos primum applicu se. Et Sueui sunt Saxonib. hodieque Toringi, quamquam ex li ralibus mediterranei facti.

Eod. *Et in nostram vsque ripam.*] Intelligit sinistram Rheni pam, nam dextram Germani tenebant. Sic libro 4. Histor. *for nauem*, inquit, *haud procul castris frumento grauem, cum per va hæsisset, Germani in suam ripam trahebant*, hoc est, in ripam Rh dextram.

Cap. 30. *A contractu dominationis.*] Lege, *contactu domin tionis.*

Eod. *Nos terrarum ac libertatis extremos.*] Plerumque constr ctionem amat genitiui, quod alius dixisset, *terris ac libertate tremos.* Sed de hoc supra monuimus. Mox pro *famæ* posset eti scribi *fama*, auferendi casu, id est per famam defendit. Idem *Atque*, nihil sit incommodi si quis *Atqui* legat, vt pro, *& infe res Romani*, reponat item, *eo manifestiores Romani.*

Eod. *Postquam cunctis vastantibus.*] Scribo, *postquam cun vastantibus defuere terræ, & mare scrutantur.* Mox. *Soli omni opes atque inopiam.*

Cap. 31. *Bona fortuna quæ in tributum egerat annus, in frum tum, corpora ipsa ac manus, syluis ac paludibus verbera emunien inter hæc contumelias conterunt.*] Legendum apparet, *bona for næsque in tributum egerunt, in annonam frumentum, co ra ipsa ac manus, syluis & paludibus emuniendis verbera inte*

co

contumelias conterunt. Nam Tacito solemne est transponere præpositiones. Sic & hic, *verbera inter ac contumelias*, pro, inter verbera ac contumelias.

Eod. *Neque enim arma nobis aut metella.*] Arma non potuerunt illis deesse qui iam in procinctu erant. Itaq; legendum, *arua*, hoc est, agri quibus adiuuentur commeatus.

Eod. *Brigantes fœmina duce*] Hæc fuit Voadica regij generis fœmina, de qua supra.

Eod. *Et in libertatem non in præsentiam laturi.*] Reor synceram lectionem esse huiusmodi, *& libertatem non in præsentia inlaturi*; pro, *illaturi*. Significat prius ipsis libertatem fuisse, pro qua adipiscenda non erat opus pugnare, sed conseruanda. In præsentia dixit de futuro.

Eod. *Vnde ostentamus.*] Malim, *vnde ostendamus*, sicut mox *dissensionibus*, pro *discessionibus*. Tametsi me non latet quid sit *discessio populi*.

Cap. 32. *Nullæ Romanos coniuges accedunt.*] Emendaui, *accendunt*.

Eod. *Alij nobis tradiderunt.*] Hoc est, priores Britanni.

Eod. *Senum coloniæ.*] Intelligit colonias veteranorum.

Quas in æternum proferre.] Hoc de Romanis dictum est. *Aut statim Vlcisci*, hoc de Britannis.

Cap. 33. *Coercitum militem adhuc ratus.*] Coniicio legendum, *alloquendum adhuc ratus*. Mox pro *superesse* scripsimus, *superasse*.

Eod. *Item fugientibus periculosissima.*] Lego, *ita fugientibus*, vt stet comparatio.

Cap. 34. *Nouissime id & extremo metu.*] Tu repone, *nouissime, id est, extremo metu*. Sequitur, *defixere aciem*, non dixit *constituere* siue *direxere*, sed *defixere*, quod stupidis præ metu, conuenit.

Eod. *Transigite cum expeditionibus.*] Id est, finite expeditiones, exponit, quum dicit, *Imponite quinq. ann. m. d.*

Eod. *Aut causas rebellandi.*] Id de Britannis accipiendum.

Cap. 36. *Et breuibus cetris missilia nostrorum vitare vel excutere.*] Liuius eleganter *cetratos* vocat cetris instructos, scuti species est, libro primo decad. quartæ: *Nocte cetratos*, inquit; *quos Peltastas vocant, loco oportuno inter bina castra in insidijs abdiderat.* lib. 7. *Cetratis immixtos auxiliares Eumenis tria millia ferme peditum æquata fronte instruxit.* Et paulo post; *& tria millia cetratorum, Pisidæ hij erant.*

Eod. *Minimeque equestres. Ea enim pugnæ facies erat, cum ægra diu aut stante.*] Corruptus locus est. Ego sic legerim & distinxerim, *minimeque equestris ea pugnæ facies erat, quum in gradu stantes, simul equorum corporibus impellerentur.*

Cap. 38. *Trutulensem portum.*] Suspicor scribendum, *Rutupensem portum.* Hic aduersus Bononiam situs est siue Gessoriacum.

Apud Ammianum lib. XX. perperam *Bonna* legitur pro *Bononia*. Mox aptius legas *exierat*.

Cap 39. *Epistolis Agricolæ actum, vt Domitiano moris erat.*] Scribẽdum opinor aut *relatum*, aut *significatum*, aut *lectum*. Cogitamdumque num sic quoque lectio stare queat, *Epistolis Agricolæ relatum Domitiano, vt moris erat.* vt hæc postrema clausula testetur consuetudine, qua res in prouinciis gestæ Cæsaribus significabantur. Paulopost, *ac nunc*, non absurde legas, *at nunc*. Ibi pro *tot militibus hostium*, scripsimus, *tot millibus*.

Cap 40. *Quærerent famam.*] Posset etiam legi, *quærerẽt tamen.* Inferius aliquanto: *Non tam obscuri suadentes simul*, emendaui, *non iam obscuri.*

Cap. 43. *Et hic alius agens populus.*] Castigauimus, *& hic aliud agens pop.*

Eod. *Vobis nihil comperti.*] Quum toto libello neminem alloquatur tamquam ad quem scripserit, mutaui *vobis* in *nobis*. Mox pro *constabant* reposuimus *constabat*. Nunciata constabat.

Eod. *Per dispositos cursores.*] Apparet Domitianum non fuisse tum Romæ sed in Albana villa, aut alibi.

Eod. *Testimonio Agricolæ.*] Intellige honorifica verba de Domitiano Cæsare testamento inserta.

Cap. 44. *Quod augurio votisque.*] Expunximus pronomẽ *quod*, vt cohæreat sententia.

Cap. 45. *Et eadem strage tot Consularium cædes.*] Nempe Ciuicę, Cerealis, Saluidieni, Orphiti, Acilii Glabrionis, Ælii Lamiæ, Saluii Cocceiani, Metii Pōposiani, & Sallustii Luculli. Suetonius autor.

Eod. *Vna adhuc victoria charus nuncius.*] Emendaui, *Carus Metius.* Hic è numero delatorum vnus fuit apud Domitianum, sed omnium sceleratissimus. Eius meminit Plinius Nepos epistola quinta libri primi, item epistola libri septimi, cuius initium: *Angit me Fanniæ valetudo.* Rursum epistola post hanc octaua, Carum ipsi calumniam struxisse testatur, hiis verbis: *Nihil notabile secutum,* inquit, *nisi forte quod non fui reus, futurus, si Domitianus, sub quo hæc acciderunt, diutius vixisset: nam in scrinio eius datus à Caro de me libellus, inuentus est. Cari* mentionem faciunt Iuuenalis & Martialis. Cæterũ quænam fuerit ista prima victoria, & aduersus quem, nondum reperi. Id quoque non omittendum, verbum *censebatur* hic elegantissime positum esse pro æstimabatur, siue existimationem nactus erat, quemadmodum & alibi Tacitus vsurpat.

Eod. *Et intra Albanam arcem vilam sententia Messalini strepebat.*] Restitui in hunc modum, *& intra Albanam villam sententia Messalini strepebat.* nam mihi doctus quispiam accusatiuum *arcem* adiecisse videtur, cui non placebat *villa.* At solitus fuit Domitianus patres aliquando in Albanam villam in consilium

con-

conuocare. Eo loco Corneliam Vestalem incesti damnatam refert Plinius epistola cui initium: *Audistine Valerium Licinianum*, libro quarto. *Nam quum Corneliam*, inquit, *vestalium maximam defodere viuam concupisceret, vt qui illustrari seculum suum eiusmodi exemplo arbitraretur, Pontificis Maximi vice, seu potius immanitate tyranni, licentia domini, reliquos Pontifices non in regiam, sed in Albanam villam conuouocauit.* Hactenus Plinius. *Secessum Albanum* Suetonius appellat, & alij. Porro *Messalinus* cuius hic fit mentio Tacito, delationes apud Domitianum factitauit, adulationis & calumniarum nomine principi gratissimus. Eum graphice & suis vere coloribus depingit Plinius Nepos epistola cuius initium, *Interfui principis optimi cognitioni*, lib. 4. *Incidit*, inquit, *sermo de Catulo Messalino, qui luminibus captus, ingenio suo mala cæcitatis addiderat, non verebatur, non erubescebat, non miserebatur, quo sæpius à Domitiano non secus ac tela quæ & ipsa cæca & improuida feruntur, in optimum quemque contorquebatur.* Hæc ille. Hunc *Catullum Messalinum* à Iuuenale notari putant eruditi satyra VIII. & rursum XIII. Nam illum exagitabant occisorum manes, nec vsquam quiescere sinebant. Quod autem hic dicit Tacitus, *intra Albanam villam sententia Messalini strepebat*, innuit dum adhuc viueret Agricola, nec permisisse Domitianum, neque Messalinum ausum fuisse publice quemquam accusare; quod postea fecit, sed tum secretius, nempe in Albano secessu.

Eod. *Mox nostræ duxere Heluidium in carcerem manus.*] Intelligit Heluidium filium Heluidij Prisci illius à Vespasiano primum relegati quod imperatoriam maiestatem contemnere videretur, deinde occisi. Rem prolixe narrat Suetonius. Fuit alioqui vir sanctissimus, sed nimiæ propemodum libertatis, quæ exitium illi attulit. Celebrat eum longis sed indubie veris laudibus Tacitus noster libro quarto Historiar. circa principium. Nec arbitror à paternis virtutibus degenerasse filium, quem abunde testatur bonum virum fuisse, quod à Domitiano sit interfectus. Prætexebatur causa, *quod quasi scenico exodio sub persona Paridis & Oenones diuortium Domitiani cum vxore tractasset*, autor Suetonius.

Eod. *Nos Maurici Rusticique visus.*] Iunius Mauricus in exilium actus fuit, vir, teste Plinio Nepote, grauis, prudens, multis experimentis eruditus, & qui futura posset ex præteritis prouidere. Frater huius Iun. Arulenus Rusticus damnatus capitis sub Domitiano, quod philosophiam sectaretur, & quod Pætũ Thraseam laudasset. Meminit eius Plinius epistola quinta primi libri. *Interemit*, inquit Suetonius in Domitiano, *Iunium Rusticum quod Pæti Thraseæ & Heluidij Prisci laudes edidisset, appellaretq; eos sanctissimos viros.*

Eod. *Nos innocenti sanguine Senecio perfudit.*] Herennius Senecio occisus est à Domitiano accusante Metio Caro quod post quæsturam nullum magistratum petisset, & Heluidij Prisci vitã composuisset laudans virum. Plinius Nepoš epistola quinta libri primi, de Marco Regulo delatore; *Lacerat*, inquit, *Herennium Senecionem tam intemperanter quidem, vt dixerit ei Metius Carus, quid tibi cum meis mortuis?* Lege de hac re epistolam Plinij cuius initium, *Angit me Fanniæ valetudo*, libro septimo. Meminit, cum Iunij Aruleni Rustici, tum Senecionis Tacitus noster in præfatiuncula quam huic libello præmisit. Libet ascribere Plinij Nepotis verba ex epistola vndecima tertij libri quæ faciunt ad hunc locum: *Atq; hæc feci*, inquit, *quũ septem amicis meis aut occisis aut relegatis: occisis Senecione, Rustico, Heluidio: relegatis, Maurico, Gratilla, Arria, Fannia.*

Eod. *A quo se contra pudorem muniebat.*] Videtur sic dictum, vt Liuianum illud libro octauo quartæ decad. *Et ab eadem superbia non venire ad causam dicendam arguerent, qua iudicium & tribunos plebis & concionem reliquisset.* Item illud libro primo decad. eiusdem, *Tamen quia ab satisfaciendi quoque cura imperata enixe facere videt, ex præsenti eos potius quam ex præterito æstimat habitu.* Rursum illud libro sexto primæ dec. *Criminabantur eum infestiorem agrum ab nobilitate esse quam à Volscis fuerit.*

Eod. *Sed mihi filioq; eius.*] Scripsimus, *filiæq; eius.* nam Agricola filium pridem amiserat, & sequitur, *id filiæ quoque vxorique præceperim.*

Finis notarum Rhenani.

ÆMYLII FERRETTI I.C. IN Cornelium Tacitum Annotatiunculæ.

Ex Lib. I. Annal.

Cap. 1. *Adulatione deterrerentur.*] Excitantur potius ingenia eorum, qui adulantur, facile mendacio sumministrante materiam scribendi: consumuntur tamen, & exeduntur, & corrumpuntur adulando. Itaque legendum arbitror, *detererentur*; vocabulo vulgo notissimo. Idem Corn. infra lib. 2. Hist. *Si quid*, inquit, *ardoris ac ferociæ miles habuit, popinis, & comessationibus, & principis imitatione deteritur.*

Eod. *Quorum causas procul habeo.*] Causæ iræ, atque studij, sunt odium, & amor. Idem Corn. infra lib. 1. Hist. *Sed incorruptam fidem professis, nec amore quisquam, & sine odio dicendus est.*

Cap. 2.

Cap.2. *Triumuiri nomine.*] Vt triumuir appellaretur: postea vero *princeps* appellabatur. supra paulo; *Nomine,* inquit, *principis imperium accepit*: vt videatur *principis* nomen, fuisse vetustius in eo, qui rerum potiretur, *Imperatoris* appellatione. Idem sequenti pagina: *Principis,*ait,*nomine constitutam Remp.*

Cap.3. *Principes iuuentutis.*] Gradus hic erat principis informandi, & veluti designati iam atque electi: quod hodie in Imperatoribus, *regis* est *Romanorum*: in regno Galliæ, *Delphini*: in Hispaniæ, *Principis.*

Cap.5.C.*Nauum id Cæsari.*] *Id,*superfluum arbitror.

Eod.*Iuxta periculoso.*] Sensus est, Cum æque esset periculosum, seu verum dicere, seu fingere falsa.

Cap.6. *Ne arcana domus.*] Hoc est, Ne palam inuulgarentur, quæ domi secreto tractabantur: quid, & à quibus consuleretur principi: cur aliquid fieret ministerio militum.

Eod.*Quam si vni reddatur.*] Ratio scilicet imperandi.

Cap.7.*Ne ut tristior primordio.*] Malim *tristiores,* vt sit sensus: Ne læti morte Augusti, neve tristiores ingresso Tiberio ad principatum; partim illachrymabantur, partim gaudebant, &c.

Eod. *Nam Tiberius cuncta per Coss. incipiebat.*] Quamobrem omnes apud Coss. iurauere in verba Tiberij.

Eod.*Tribunitiæ potestatis præscriptione.*] Nomine, titulove.

Eod.*Dabat & famæ.*] Volebat etiam vt crederetur.

Eod. *Nam verba, & vultum in crimen detorquens recondebat.*] Verba cuiusque vultumque notabat: eaq; in id accipiens, vt mali in se esse animi signa crederet; reponebat animo; depromptnrus ex occasionibus.

Cap.8.*Diem illum crudi adhuc seruitij.*] Diem scilicet, cum seruitium fere tunc inciperet, & libertas repeteretur infeliciter: ab aliisque facinore pessimo, ab aliis honestissimo, videretur occisus Cæsar Dictator: quo die turbatum fuit funus eius. sed comparandum haudquaquam cum hoc: tunc enim recens erat principatus, facilis restitutio libertatis: nunc senem, &c. Legimus autem in codicibus vetustissimis non, *improspera repetita,* vt vulgo habetur; sed *improspere repetita*: scilicet *libertatis.*

Cap.9.*Numerus etiam.*] Fuit Augustus Consul terdecies: cum Valerius Coruinus sexies consulem, & C.Marius septies egerint. testis Cicero in Officiis. Qui coniuncti, numerum æquant consulatuum Augusti. ideoq; ait, simul æquauerat.

Eod. *Multiplicata aut noua.*] In eamdem ferme sententiam Tranquillus: *Magistratus,*inquit,*atque honores & ante tempus,& quosdam noui generis perpetuosque cæpit.*

Eod.*Necessitudine.*] *Necessitate,*verbo vetusto, & quo frequentissime vsus fuit Sallustius.

Eod. *Multa Antonio tunc.*] Eam dictionem, *Tunc,* culpa libra-

riorum huc irrepsisse suspicor: & in duas, *vt*, esse vertendam: quarum hic vna manebit; alia transferetur in alium qui paulo post subiicitur locum, *quam ab vno regeretur*: vt sit, *quam vt ab vno regeretur*.

Cap. 10. *Obtentui sumpta.*] Fuisse prætextum.

Eod. *Tedij & Vedij Pollionis.*] *Tedios*, & *Vedios* nusquam legi: præterquam quod idem Cornel. infra lib. 12. cap. 60. *Mathios*, inquit, *& Vedios, & cætera equitum Romanorum prævalida nomina.* vbi pro, *Mathios*, inusitata omnino voce Romanis, legendum fortasse est, *Tedios*.

Cap. 11. *Necessitates ac largitiones.*] Quæ necessario essent eroganda, & quæ sponte donarentur. Idem infra lib. 13. *Necessitatem* appellauit.

Cap. 12. *Sed & sua conf.*] Malim, *vt & sua.*

Cap. 13. *Quinam adipisci.*] Hoc est, cum tractaret, qui possent sufficere imperio, & nollent: qui non possent, & vellent: qui postremo possent, & cuperent.

Eod. *Nō adesse apud te.*] Legi in codice Medicæo, longe omnium quos legerim emendatissimo pro, *apud te*, *caput*.

Cap. 17. *Vbi per nomen agrorum.*] Per speciem accipiendorum agrorum, & tamquam pro agris.

Eod. *Denis in diem assibus.*] Et paulo post, *Vt singulos denarios mererent.* ex quibus fit planissimum, *denarium* pluris fuisse quam X. *asses*: & in sequentibus, *Vt denarius diurnum stipendium foret.* Cum enim X. asses singuli reciperent, & denarium cuperent, constat X. assibus plus valuisse denarium: quod eo magis miror, quia Plin. lib. 33. cap. 3. *In militari*, inquit, *stipendio semper denarius pro X. assibus datus.*

Cap. 18. *Vt singulos denarios mererent.*] Cum hūc locum plerique non animaduersum negligenter prætериissent; fuere tamen qui ibi manifeste deprehendi traderent, *denarium* X. asses æris fuisse: quo nihil potuit dici alienius. Nā si *decē asses* stipēdium diurnū militum conficiebant, quib. nō contenti milites postulabant *singulos denarios*; planū fit, inde nō colligi, decē asses *denario* contineri. Videtur autē potius plus comprehēdi *denario*, quam decē assibus: quod me olim valde cōturbauit. Quamuis enim & Plinius scripserit & Volusius, & multi præterea, *denarium primo asses decē æstimatum*, vnde nomen habet; *& postea auctum esse ad sexdecim asses*: tamen idem Plin. lib. 33. tradit, *in militari stipendio æstimationē denarij nunquam variasse, sed semper fuisse datū pro decem assib.* Amplius autē postulasse milites quam decē asses, & tamen desiderasse denarium, alibi aperte tradit Tacitus: *Responsum*, inquit, *est à concione, mādata Clementi centurioni quæ proferret. is orditur de missione à XVII. annis, de præmijs finitæ militiæ, vt denarius diurnū stipendium foret.* Quamobrem

obrem neceſſariũ videtur aut per *denarium* demonſtrari pluſquam C. aſſes, aut mendum aliquod ſubeſſe. Cęterum animaduertẽdum ſt, id maxime optaſſe milites, vt prætoriis cohortib. ſtipendio æ-quarẽtur. Scribit enim paulo poſt ſuperiorem locum: *An prætorias cohortes quæ binos denarios acciperent, &c.* cuius etiam deſiderij te-tis eſt Tranquillus in Tiberio: *Flagitabant*, ait, *ambo exercitus multa extra ordinem: ante omnia, vt æquarentur ſtipendio prætoria-is, &c.* Per vtrumq; exercitum & *Pannonicas* legiones & *Germa-nicas* ſignificat. Ex quibus, vt arbitror, euidenter conſtat voluiſſe milites duplicari ſtipendium, ita vt nõ ſingulos, ſed binos denarios cciperent; tot enim prætoriæ cohortes accipiebant. Cum autem lurimum differat ſcriptura *ſingulorum* ac *binorum*, non ſum ipſe uſus mutare dictiones temere; præſertim tam inter ſe diuerſas criptione & ſenſu: ſed ita ſemper ſum interpretatus, vt per *ſingu-os denarios* Cornelius aliis decem aſſes demonſtrarit cumulandos enis aſſibus: hoc modo, vt ſingulos denarios mererent ſcilicet, ræter denos aſſes quibus animam & corpus æſtimari quereban-ur. Eademque ratione ſunt explicandæ illa verba; *vt denarius diurnum ſtipendium foret*; ſupra denos videlicet ordinarios aſſes. ta enim & ratio apparet denarij, nec tamen mutantur dictio-nes. quæ quamuis interpretatio fortaſſe quibuſdam duriuſcula videbitur; primum illis adhibendus eſt in conſilium Cornelius, multis in locis luxurians; in quibuſdam poetico more licenter ranslationibus vtens, in aliis mutilus, & quaſi cadens: deinde ogitare debent, contaminare dictiones non eſſe pudoris noſtri, niſi alicuius codicis teſtimonio adiuuemur. Quamobrem cui-umque hoc noſtrum interpretamentum non arridebit; melius pſe aliquid inueniat, vnde & ratio *denarij* conſtet, & ſenſus Cor-nelij ſit integer.

Cap. 20. *Intus operis.*] Mediceus codex, *Inuictus operis*, habet.

Cap. 30. *Quoſdam ipſi manipuli fidei document. trad.*] Veluti pi-gnus & teſtimonium fidei.

Eod. *Vnda raptabantur.*] Inſuete de imbre.

Eod. *Præſentia ſatis conſiderant.*] *Conſederant*, malim.

Cap. 36. *Legata quæ petiuerant.*] Ad id refertur, quod ſupra ſcripſit de Auguſto: *Legata non vltra ciuilem modum, niſi quod po-pulus Roman. &c.*

Cap. 50. *Latera concædibus munitus.*] Non habet, *munitus*, quo referatur: itaque malim, munit. Sunt autem *concædes*, ex Cæſaris commentariis, munimenta caſtrorum ex arboribus ſyl-uaque facta.

Cap. 51. *Inceſſitque itineri & prælio.*] Agmine ita inſtructo, vt ad iter aptum eſſet, & ad bellum.

Eod.*Leues cohortes.*] Hoc opponitur *densis.*

Cap.63.*Vt opus & alij.*] Id est, vt alij opus castrorũ, alij prælium inciperent.

Cap 66.*Decumana porta.*] Hæc porta quod auersa esset hostibus, maxima erat portarum: ideoq; dicta *Decumana*; veluti *fluctus decumani*, magni sunt, autore Sexto.

Cap.69.*Odia in longum iaciens.*] Ex præsentibus futura proponens, ex quibus causæ odij nascerentur: quæ quoniam in longitudinem respiciebant, recondebat animo Tiberius: itaq; augescebant alita cogitationibus; promebanturq; tamdem multiplicata & inexpectata.

Cap.70. *Breuia à profundis.*] Hæc inter se opponuntur. Idem infra lib.5. *Pulsoq; introrsus freto breuia littorum nudantur.* hoc est, minime profunda.

Eod.*Nox vox, &c.*] Melior omnino lectio est, *Nec vox, & mutui hortatus iuuabat.*

Cap.75. *Ærarij pratoribus.*] Præfectos intelligit: nam *pratoris* nomen in eo manet qui præest tribunali, & iurisdictioni.

Cap.77.*De modo Lucaris.*] *Lucar*, inquit Sext. *appellatur æs, quod ex lucis capitur: & lucaris pecunia, quæ in luco dabatur.* Hic vero *pramium* significat, &, *æs*, absolute.

Ex Lib. II. Annal.

CAP.1. *Gentis Arsacidarum.*] Familia erat, & genus; quale Romæ primo Iuliorum, deinde Claudiorum, postremo Flauiorum: vnde Iustinianus *Flauius* inscribitur.

Cap.2. *Vilissima vtensilium anulo clausa.*] Obsignabant enim etiam quæ vilissima essent, ne quid furto negligentiave periret: quod Barbari indignum rege existimabant.

Eod.*Ignota Parthis virtutes.*] Sensus est, contemptui fuisse Parthis noua vitia, lecticæ scilicet gestamen, segnis equorũ cura, rara venatio, & similia: nec minus prompti aditus, obuia comitas, virtutes ignotæ Parthis: quæ quoniam maioribus eorũ aliena fuerant, perinde odio habebãtur omnia: æque enim oderant & ignotas suis virtutes, & noua Romanorum vitia.

Cap.3. *Quamquam sociatus.*] Coniunctis matrimonio inter se. Suetonius Augusto: *Reges socios etiam inter semetipsos necessitudinibus mutuis iunxit.*

Cap.14. *Viditque se operatum.*] Sacrificio facto. Cornelius alibi tamen accipit *Operatum*, pro eo qui dedit operam. Infra lib.3. *Studijs ibi operatum.* Columella de Re rusti. *Si rebus Venereis fuerit operatus, vel vir, vel femina.*

Eod.*Non campos modo.*] Non solum campos & plana apta esse militi Romano, sed syluas etiã, & saltus, si ratio adsit: nec posse vt Barbaros inter truncos arborum & virgulta scutis, & ingentibus hasti-

ıſtis tam commode, quam Romanum militem pilis, & gladiis
tegminibus hærentibus corpori: ideoque denſarent ictus, &c.
Cap. 15. *Aliud ſibi reliquum.*] *Nihil*, intellige.
Cap. 27. *Firmius Catus Senator.*] De hoc eodem infra lib. 4.
ıdem pœna in Catum Firmium, &c.
Cap. 29. *Cum diuerſa prætenderent.*] Eadem omnes formida-
ınt: cauſas autem adducebant varias, cur excuſandi eſſent.
Cap. 30. *Mancipari ſingulos actori publico.*] Addici publico a-
ori. Idem infra lib. 3. *Seruos quoque Syllani vt tormentis interro-
ntur actor publicus mancipio acceperat.* Cum enim quæſtio o-
n de ſeruis haberi non poſſet in caput domini: addicebantur
ıeri, vt in priorem dominum torquerentur. Sed *Actor publicus*
at ſeruus publicus, qui publicis tabulis, publiciſque rebus præ-
nebatur: de quo late ſcripſi in meis commentariis ciuilibus:
de ſcire licet cur alibi *Seruus publicus*, alibi *Actor publicus*, ali-
Perſona publica appellatus ſit.]
Cap. 36. *Quaſi auretur.*] Alias, *augeretur.*
Cap. 38 *Eamdem vim in me tranſmerei.*] Alias, *tranſmittere.*
Cap. 42. *Centeſimæ vectigal.*] De hac idem ſupra lib. 1. *Centeſi-
ım rerum venalium poſt bella ciuilia inſtitutam deprecante po-
lo edixit Tiberius militare ærarium eo ſubſidio niti.* Dicta eſt au-
n *Centeſima*, quod in ſingula centum, quæ pretium rerum ve-
lium faciebant, vnum in vectigal principis contribuebatur.
Cap. 46. *Et transfugis paulatim nudatus.*] Hoc eo pertinet,
od ſupra proxime legitur: *Ni Inguiomerus cum manu clientum
Maroboduum perfugiſſet.*
Cap. 47. *Magnetes à Sipylo.*] Plinius libro 5. c. 29. *Smyrneum
uentum, magna pars Ætoliæ, quæ mox dicetur, frequentat: præ-
quam Macedones Hyrcani cognominati, & Magnetes à Sipylo.*
Cap. 49. *Libero, Liberæque, & Cereri.*] Liberum Patrem &
ſerpinam filios Cereris, per *Liberum* & *Liberam* intelligimus.
Cap. 50. *Cæſarique connexa.*] Sanguine proxima atque con-
cta: quippe quod neptis eſſet ſororis Auguſti. Itaque legen-
n arbitror infra lib. 4. *Connexus*, non *Connixus*, vt vulgo ha-
ıt Codices. *Publium*, inquit, *Dolabellam ſocium delationis ex-
ſe miraculo erat: quia claris maioribus, & Varo connixus ſuam
nobilitatem, ſuum ſanguinem perditum ibat.*
Ibid. *Adulterij grauiorem pœnam.*] Capitis ſcilicet.
Cap. 53. *Namque ei, vt memoraui, auunculus Auguſtus, &c.*]
ıxime hoc eodem libro: *Claritudine*, inquit, *materni generis
rmanicus Druſum fratrem anteibat: auum M. Antonium, auun-
um Auguſtum ferens.* Eſt autem *Auus*, (vt ſcribunt Caius, &
ılus de Gradibus) Patris & matris Pater: *Auunculus* vero,
ıtris frater. Sed *Auus* hîc ſignificat maritum Auiæ: fuit enim
rmanicus, autore Tranquillo, vxoris Auguſti nepos. *Neptes,*

ait, *duas Iuliam & Agrippinam habuit: Iuliam, L. Paulo Cen-ris filio: Agrippinam, Germanico vxoris suæ nepoti collocauit.*

Cap. 55. *Areo iudicio.*] Vicus erat à Marte Athenis dict *Areopagus*, vbi de capite iudicia exercebantur: quamobr *Areum iudicium*, dixit Cornelius, tamquam capitis iudicium.

Cap. 57. *Principis Romani, non Parthi regis filio.*] Apud Co nelium infra libro 1. Hist: Galba Pisonem adoptans, *Neque h* inquit, *vt in cæteris gentibus, quæ regnantur, certa dominorum mus, & cæteri serui: sed imperaturus es hominibus, qui nec tot seruitutem pati possunt, nec totam libertatem.* Sentiebat igitur so in dandis coronis non adeo magnum fieri oportuisse disc men inter se & Germanicum: quamuis enim principis fil esset Germanicus, tamen esse eius principis, qui non subiect vt seruos, sed regendos vt liberos & amicos ciues suos accepis Itaq; nō dari epulas filio Parthorū regis omniū domini: sed fi principis Romani, amico, & ꝓpe æquali cū ciuibus iure viuen

Cap. 59. *Non sponte principis.*] Non voluntate & permissu pr pis. Idē infra libro 4: *Extructa iam sponte præfecti castra*: hoc iussu Præfecti. Et alibi: *Proxima sponte inimicorum recepta.* id volentibus inimicis.

Ibid. *Seposuit Ægyptum.*] Sensus est, voluisse Augustum ne nem illustrem, nisi concessu principis ingredi Ægyptum; ob e causam, quod quicunq; eam prouinciam occupasset (quoni claustra veluti esse terræ, ac maris, quæ paruo præsidio contra gentes exercitns teneri valerent) posset facile fame premere I liam: Ægypti autem fœcunditas est multo maxima: ideoq; C nelius infra lib. 2. Hist. eam appellat *claustra annonæ, & vecti prouinciarū*: & alibi, *annonæ fœcundam.* Idem libro 12: *At herc* inquit, *olim ex Italiæ regionibus longinquas in prouincias comm tus portabantur, nec nunc infœcunditate laboratur: sed Africam tius, & Ægyptum exercemus: nauibusq; & casibus vita pop. Ro permissa est.*

Cap. 63. *Ne si quando insolescant Sueui.*] Mallem *siquando*, c cumscriptis duabus illis prioribus literis.

Cap. 75. *Infelici fœcunditate fortunæ toties obnoxia.*] To enim poterat in fortunæ iniurias incurrere, quoties pepererat

Cap. 85. *Sexaginta dies ad consultandum datos.*] *Sexaginta* (ait Papinianus) *qui marito accusanti vtiles computantur: fer tis quoque diebus, si modo facultatem Præsidis adeundi accusa habuit, numerari certum est.*

Cap. 85. *Ea superstitione infecta.*] Superstitionem Ægypti & Iudaicam nemo hic dubitet cultum Deorum, sectamque Æ ptiorum ac Iudæorum significare. Corn. infra lib. 5. Hist. tract res initiaq; Iudæorum: *Postquam*, inquit, *Macedones præpotu rex Antiochus demere superstitionē, & mores Græcorum dare a*

rus.quamobrem arbitror Vlpianum in titu.de Decurionib. ſenſiſſe Iudæos non prohiberi eſſe decuriones,non a.retuliſſe rem ad Chriſtianos. Verba illius hęc ſunt: *Eis qui Iudaicam ſuperſtitionem ſequuntur, diui Verus, & Antoninus honores adipiſci permiſerunt.*

Cap.85. *De ſacris Ægyptiacis Iudaiciſque pellendis &c.*] Ibi ego annotaui per *ſuperſtitionem Iudaicam*,intelligi *ſectam Iudæorum*, citauique teſtem eundem Cornelium lib. 5. Hiſtor.indeque ſubieci me credere in lege *generaliter*, ad finem *ff. de Decurionibus*, ſenſiſſe Vlpianum, *Iudæos non prohiberi eſſe decuriones*: de quo grauiter me accuſatum fuiſſe accepi; quod,iam fere receperint ſcholæ illis verbis demonſtratos fuiſſe *Chriſtianos*, cum teſtimonio eiuſdem Cornelij, qui lib 15. *execrabilem ſuperſtitionem* : & Plinij ad Traianum, qui *ſuperſtitionem prauam immodicamque*, & Suetonij qui *nouam at maleficam*, appellant Chriſtianam religionem: tum,quia in lege vltima Cod. de *Iudæis & cælic.* Iudæi arcentur dignitatibus atque honoribus. Quamobrem niſi de Chriſtianis Vlpianū ſenſiſſe dicamus, pugnabunt leges illæ duæ, ſeque inuicem abrogabunt, contra quam Iuriſconſultorum receptæ regulæ patiantur. Verum obtrectatores iſtos oportuit docere, non *ſectam Iudaicam* appellari *ſuperſtitionem*, ſed ex probato aliquo autore, ſuperſtitionē Iudaicam ſignificari *Chriſtianam religionem*: ita enim recte, at non ex generibus & regulis peruulgatis aliena vituperaſſent. Animaduerti autem equidem eo in loco quem annotaui, & in alio eiuſdem autoris à me citato, *ſuperſtitionem Iudaicam*, ad cultum ritumque Iudæorum referri. Similiter autem Quintil.lib.3. *Eſt*, inquit, *conditoribus vrbium infamia, contraxiſſe aliquam pernicioſam aliis gentem: qualis eſt primus Iudaicæ ſuperſtitionis autor*. Quibus verbis Moſem ſignificat. Iſtus enim primus non fuit, qui *ſuperſtitionem ſectamue* dici meruerit *intuliſſe* in Iudaica inſtituta: tres enim antequam ille fereretur fuere Iudæorum ſectæ peruulgatæ, Phariſæorum ſcilicet & Saducæorum, & Eſſeniorum, optimorum hominum, ac diſſimilium abhorrentiumque ab inſtitutis Apoſtolorum. Quibus Ioſephus late lib. 2. de reb.Iudaic. Omnes autem ſuos habuere autores. Imperatores etiam in L.Iudæi, Cod. de *Iudæis*, *ſuperſtitionem Iudæorum* dixerunt, cum de ſecta inſtitutiſque Iudæorum agerent. Eſt autem *ſuperſtitio*, autore Cicerone, vitium falſi cultus, per quam (vt ſcribit Seneca) amandos timemus, & colendos violamus, ex quo cultum diuinum, tam *ſuperſtitio* quā religio reſpicit. Itaque qui alio modo colit Deum, quā is qui loquitur, ſuperſtitioſus illi eſt. Hinc Plinius & Cornelius & Cicero Iudęorum cultū, *ſuperſtitionem* appellarunt. Cū ergo Verus & Antoninus, qui Deos Romano more colebant, *ſuperſtitionis* meminiſſent; Iudæorū proculdubio ſectam demonſtrarunt. Haud quaquam me latet, interdum à Romanis *religionem Iudaicam* nominari: vel-

uti à Cicerone pro Flacco, & à Vopiſco. Sed illud contendo, apu probatos authores *Iudaicam ſuperſtitionem* pro Iudæorum cu tu accipi, non pro *Chriſtiana religione*. Abrogatio vero legu alterius negocij eſt : de qua ſuo loco ſcripſi cumulatiſſim Quod autem pertinet ad bellum Marcomannicum & auxili Chriſtianorum qui pro Romanis ſtetiſſe dicuntur, quamobr illos Impp beneficio reſcripti proſecuti ſunt, omiſſa hiſtoriç ritate, cui pietas mea in Chriſtum facit ne repugnem, mini ſane videtur eſſe probabile tam caros & religioſos fuiſſe Ch ſtianos Imperatoribus, cum eorum cultum, non *religionem vitium improbiſſimæ religionis* appellauerint, hoc eſt, Iudai quam pro Flacco Tullius *barbaram ſuperſtitionem* nomi Ex his itaque patere arbitror, non tam ſcripſiſſe me, quam a temere reprehendiſſe : quos ſaltem debuit modeſtia conti mea, qui in peccatis aliorum grauiſſimis, vbi profecto p me efferre ac oſtentare, ſatis putauerim admonere lectoren veritatis vel ſententiæ meæ.

Cap.87. *Statuit frumento pretium.*] Hoc eſt, certum pre ſtatuit, quod ab emptore ſolueretur : ſed ipſe in ſingulos b nummos daturum ſe ſpopondit.

Ex Lib. III. Annal.

Cap.1. *Quid pro tempore foret.*] Quid eſſet accommo tempori.

Cap.2. *Diuerſa oppida.*] Deuia oppida.

Cap.10. *Indices & teſtes.*] Valde intereſt inter vtroſque. P nus ſcribit, *Indicem eſſe, qui facinoris, cuius ipſe eſt côſcius la indicat, impunitate propoſita.* Sed *Indicium* equidem arbit id pertinere, quod coniectura aſſequimur, & ſuſpicionibu quod crimen non probat, ſed indicat. *Teſtimonium* vero di de rebus viſis: aut auditis : ex quibus crimen non indicatu probatur. Corn. infra lib. 15. de Sceuino & Milicho: *Foment quit, vulneribus nulla iuſſu ſuo: ſed quia cætera palam van ciſſet adiungere crimen viſum, ſe pariter iudicem & teſtem* Abutuntur tamen interdum ſcriptores.

Cap. 14. *Senatus numquam ſatis credito ſine fraude Ge cum interijſſe ſcripſiſſent.*] Lacunam hic eſſe neceſſe eſt : de nim quædam, quæ ſuſpicione & coniectura reſtitui poſſe ſine emendatioris ope codicis temerarium eſſet.

Cap. 15. *An adhuc experiretur.*] *Experiri* dicitur tam quam reus; ſed ſæpius ad actorem pertinet. Eſt autem ad i ire, aut in alium, aut pro ſe.

Cap.22. *Cum militari cuſtodia haberentur.*] Rei aut in ducuntur, aut militibus traduntur, quæ militaris cuſto

r:aut fideiussoribus creduntur:aut sibi ipsis, fide accepta non ituros: quæ libera custodia dicitur. Horum autores Vlpianus Martianus.

Cap.24. *Illustrium domuum aduersa.*] Subolet hic deesse nonhil: ibique finem esse periodi, *à Lepida petitum.*

Cap.25. *De moderanda Popia Poppea.*] Lex hæc est, de qua sen-: Tranquillus Augusto: *Leges retractauit, & quasdam ex integro nxit: vt sumptuariā, & de Adulteriis, & de Pudicitia, de Ambi-u, de Maritandis ordinibus. Hanc cum aliquanto quam cæteras se-erius emendasset, &c.* Continebatur autem lege Papia, vt decima ius, quod legabatur à viro vxori, & econtra, si non extarent lieri, ex eo matrimonio ad fiscum perueniret. Quamobrem & ælibatus puniebatur, & augebatur ærarium. Ex quo paulo post bijcitur: *Et lege Papia Poppæa præmiis inducti*, vbi lacuna est roculdubio: deest a. sensus huiusmodi: Et mulctati legatorū deimis, aliisque pœnis, vt si à priuilegiis parentū cessaretur: h. e. vt si ollēt habere præmia parentū, velut parens omniū populus, &c.

Cap.29. *Attamen initia fastigiorum.*] Attamen id fuit initium Cæsaribus ad summum fastigium, & tunc petente Augusto priignis Tiberio, atque Druso quæsturam ante tempus, & solutioiem XX. uiratus, respiciebant homines fere veterem morem: ræcipue quia minor erat causa, leuiorque coniunctio sanguiis Augusto cum Tiberio & Druso, quam Tiberio cum Germaico.

Cap.31. *Siue vt amoto patre Druso.*] Hic omnino desideratur alia portio alternatiuæ orationis.

Eod. *Oratorum ætate.*] Malim, *ea ætate.*

Cap 33. *Oppiis quondam.*] Oppiam legem tulit C. Oppius in medio, vt ait Liuius, ardore Punici belli notissima cōtentione M. Portij Catonis. per *Oppias* autem & illam, & alias haud absimiles significauit.

Cap.37. *Diem ædificationibus.*] Pro eo quod est, emendandis rebus: nisi in verbo mendum sit.

Cap.65. *Multique etiam pedarij senatores.*] *Pedarij* dicuntur, autore Gellio, ex commentarijs C. Bassi, *qui nondum gessissent curulem magistratum, quod pedibus itarent in curiam* (alias.

Cap.71. *Promisit Cæsar, recitauitque decretum.*] *Prompsit Cæsar,*

Eod. *Vt pontificis Maximi arbitrium, plusquam, &c.*] Ita legēdum arbitror, *Vt Pont. Maximi arbitrium. dum ne plusquam bino-ctium abesset: ne diebus publici sacrificij, neu sæpius, &c.*

Ex Lib. IV. Annal.

Cap. 2. *Neque senatus ambitu abstinebat.*] Ea largiendo, quæ ambitu & precibus ab senatu impetrari consueuerant.

Cap.5. *Neque multo secus in ius virium.*] Sensus est, Quæ prouinciæ idoneæ essent auxiliis dandis, habebant triremes socias &c.

alas & cohortes auxiliares: in quib. nō min⁹ erat viriū, quā in cohortibus ſuis. ſed illud erat incertum: quia ex vtilitate temporum huc & illuc meabant, augebanturque, & minuebantur.

Cap. 7. *Et vltor metuebatur.*] Scilicet, Druſus.

Cap. 10. *Quæ prima & apud filium.*] Malim *Ei*, facili tranſitu vnius literæ.

Cap. 16. *Nam patritios confarreatis parentibus.*] Plinius lib. 18. *Quin & in ſacris*, inquit, *nihil religioſius confarreationis vinculo erat: nouæq; nuptæ farreum præferebant.* Conſtat autē ex hoc loco, peruetuſtas valdeq; fuiſſe difficiles cerimonias contrahendi matrimonij per confarreationem. De hoc Boetius in Topicis Cicer. lib. 2. prope initium.

Cap. 20. *Cum æquabili autoritate, & gratia.*] Æque valebat apud Tiberium autoritate & gratia.

Cap. 31. *Quin ipſe compoſitus.*] Cæſari, cum in ſæuitiam laberetur, eluctabantur fere verba & erumpebant, tamquam vi coacta, & compoſita: quoties ſubueniret ſolutius, &c.

Eod. *Catus vt retuli Libonem.*] Hic eſt Firmius Catus Senator, qui Libonem inuenem improuidum & amicum ad Chaldæorū promiſſa impulit, eumdemque accuſauit. de quo ſupra lib. 2.

Cap. 42. *Lege Iulia damnaſſet.*] Qua capite puniebātur adulteri.

Cap. 43. *Dentheliatem agrum.*] De *Limenetide Diana* nihil me legiſſe memini: ſcio tamen ex probatis autoribus, oram illam terræ, quæ in Meſſenios ſpectat, abundare templis Dianæ, Veneris, ac Neptuni. Strabo vero libro 8. ita ſcribit: *Dianæ paluſtre templū in Laconicæ, ſiue Meſſeniæ terræ finibus eſt: vbi vterq; populus commune ſacrificiū conuentumq; celebrabat: in cum profectas feriatum virgines Meſſenij procaciter inceſſerant. Cum autē Meſſenij violatores nullis pœnis multaſſent, conflatū eſt bellū inter vtrumq; populū; frequenterq; dimicatū fuit.* Fortaſſe igitur appellauit Corn. *Dianā Limenetidem*, tamquam *ſtagneam*: λιμνῆτις enim *ſtagnea* eſt, ſiue *paluſtris*: & legendū erit *Limnetidis*, nō *Limenetidis*. *Dentheliatis agri* autem à nemine, quem legerim, mentio facta eſt, quantum modo recorder.

Cap. 44. *Vbi ſpecie ſtudiorum.*] Strabo eſt autor, poſt bella ciuilia conſueuiſſe Romanos mittere liberos ſuos Maſſiliam, ad Græcas diſciplinas diſcendas.

Cap. 49. *Foſſam loricamque contexens.*] *Lorica* Vitruuio ſepimentum eſt.

Cap. 53. *Eſſe in ciuitate.*] Inter hæc, & illa verba, *Germanici cōiugem*, neminem arbitror eſſe, qui aliquid non deſideret.

Cap. 58. *Eques Romanus præter Seianum.*] Alias, *Nullus eques Romanus, &c.*

Cap. 61. *Claris maioribus quam vetuſtis.*] Id eſt clarioribus, quam vetuſtis. Vlp. ſimiliter: *Cum poſſet talem cauſam nō ſuſcipere,*

quam *decipere*. Et alibi: *Alioqui compelletur iudicium accipere, quam inuenire eos possit*. Terentius *Si quisquam est, qui se placere studeat bonis quam plurimis:* nam *Plurimorum* verbo *Mali* significantur autore Nonio Marcello.

Cap.65. *Qui dux gentis Ethruscæ cum auxilium appellatum cauet.*] Malim, *ductauisset*.

Cap.69. *Egēs aduersus proximos.*] Alias: *Etiā aduers⁹ proximos.*

Cap.72. *Terga vrorum.*] *Vri* sunt haud absimiles boum, colore nigro, feri, & cursu excellentes, familiares Germaniæ. autores Cæsar, & Plini⁹. Hi fortasse sūt, quos Pisis *Bufalos* appellāt vulgo.

Cap.74. *Donec idque vetitum.*] Que, pro eo quod est, *quoque*: quasi, Id quoque vetitum

Ex Lib. V. Annal.

CAP. 1. *Mater impotens.*] Supra libro primo, de eadem impotentia muliebri.

Cap. 5. *Sed paratos ad vltionem vi principis impedire testarentur.*] Maxima hic rerum multarum facta iactura est: præsertim Seiani consilijs in Cæsarem, domumque Cæsaris, & cæde illius, atque suorum.

Ex Lib. VI. Annal.

CAP. 1. *Sellariorum & spintriarum.*] Sellaria loca sunt à sellis dicta, vbi domi sedebant, qui de re aliqua cōuenerant. apud ...uum. Sed accipi consueuit pro *fornice*, *locisque voluptarijs*. ...rtialis: *In sellariolis vagus popinis.* quod ibi fere sedendo vo...tatibus detur opera. Hoc autem significat hic, dum ait, *Ex ...litate loci*. *Spinthrias* vero aliter Cornelius, aliter Tranquillus ...ipiunt: hic enim, *ex multiplici patientia* ductum putat vocabulum, ille autem inquit, *monstrosi concubitus repertores, quos ...trias appellabat.*

Cap.2. *Ablata ærario vt in fiscum cogeretur.*] *Ærarium*, populi Romani est: *Fiscus*, Imperatoris. infra paulo post: *Signatum argentum fisco, vel ærario attinebatur.*

Cap. 5. *Nouendialem eam cenam.*] *Nouendiale sacrum* erat mortuorum: itaque accusatus fuit, quod natales Augustæ epu... *cenam mortuorum* appellasset: tamquam fuisset is ortus fera... atque exitiabilis.

Cap. 9. *In cohortem suam.*] Inter suos comites recepit. Alibi multa de *cohorte*.

Eod. *Scauro Mamerco simul ac Sabino.*] Hoc est, vna cum Scauro. Mamerco.

Cap. 11. *Quo per discessionem facto.*] *Senatusconsultum* (vt scri...tur à Gellio libro 14.) *fit duob. modis: aut per discessionem, si consentiretur: aut si res dubia esset, per singulorum sententias exquisi...* Cornelius infra lib.13: *Postquam discessionem Consuli permisere, pedibus in sententiam eius iere.*

Cap. 14. *Nihil ad ſerium.*] Nulla re ſeria illi coniunctus; pro-
digentia dumtaxat, & vitæ mollitie, &c.

Cap. 15. *Ambigens patriam & declinans.*] Quid ſi legas, *am-
biens.*

Cap. 16. *Sed creditores inſolidum appellabant.*] In ſumma in-
opia rei nummariæ, cum non haberent debitores vnde ſolue-
rent, duabus quidem fœnoris partibus ſatisfaciebant agris tra-
dendis ex Senatuſconſulto. reliquum vero vel agros ſimiliter
occupaturum erat, vel apud debitores reſidebat. Itaque ſolidum
petebant ex agris ſibi ſolui creditores; negantibus debitoribu
propter agrorum vilitatem. Cum autem nollent magiſtratus mi
nui fidem: hoc eſt, vellent omnibus integrum ſolui; ita primun
concurſatio, &c.

Cap. 19. *Quantoque ſæuitia gliſceret.*] Quanto maior erat ſæ
uitia in damnatos, eo minus miſereri poterant affines, propin
qui, proximi, amici.

Cap. 27. *Obijt eodem anno M. Lepidus.*] Cum ait, *in prioribu
libris*, quartum librum indicat, huic proximum, atque coniun
ctum: quamobrem ſuſpicor culpa temporum ex libro 5. &
vnum extitiſſe nobis quintum hunc librum; præſertim cum o
mnia deſiderentur, quæ ad Seianum pertinent: quæ longo o
dine veriſimile eſt pro diligentia & cura ſcriptoris tractata fui
ſe[:] ideoque ſupra de Agrippina: *Eodemque*, inquit, *die defu
ctam; quo biennio ante Seianus pœnas luiſſet.* Et infra: *Quan
quam triennio poſt cædem Traiani.* De quo, quamuis exiguo,
prope contemnendo, admonitum tamen eſſe lectorem volui.

Cap. 33. *Quorum ſcæptuchi.*] Scæptrigeri, vt ita dicam. quo
ad principes regesque refertur.

Cap. 37. *Suouetaurilia.*] Luſtrabatur exercitus mactatis ſu
oue, taurisque tribus: vt autor eſt Liuius lib. 1. Inde nomen co
poſitum fuit à Corn. *Suouetaurilia.*

Ex Lib. XI. Annal.

Cap. 1. *Caueri vim.*] Alias, *Caueret vim.*

Cap. 13. *Lege lata ſæuitiam creditorum coercuit.*] Daba
olim fœnori pecunia adoleſcentibus, collata ſolutione in mo-
tem patrum: quod vel fœnoris magnitudine, vel ob turpitu-
nem faciebant fœneratores. Claudius autem interdixit ne qu-
quam filijs familias fœneraret in mortem parentum: quod de-
inde Senatusconſulto confirmatum fuit Veſpaſiano imperat.
Tranquillus: *Autor ſenatui fuit decernendi, ne filiorum famil
fœneratoribus exigendi crediti ius vnquam eſſet: hoc eſt, ne poſt
trum quidem mortem.* Id Senatusconſultum *Macedonianum* p-
pellatum eſt.

Cap. 14. *Et forma litteris Latinis.*] Plin. lib. 7. cap. 58. *Vete
Græ*

Græcas fuisse easdem pene, quæ nunc Latinæ, indicio erit Delphicæ
tabula antiqui æris, quæ, &c.

Cap.20. *Inter Mosam Rhenumque.*] Ter ea tentata res est,
quantum me legisse memini, sed non iisdem locis: causa tamen
semper eadem manente. Primum à Corbulone, qui tantum co-
gitauit, vt incerta Occeani vectarentur Rheno ad ea loca, quæ
Mosellam contingebant. Deinde à L. Vetere, qui coniungere
instituit Mosellam atque Ararim: vt mari copiæ primum, inde
Rhodano, & Arari, & Mosella, & Rheno in occidentem vehe-
rentur. De L. Vetere idem Cornelius lib. 13. *Vetus*, inquit, *Mo-*
sellam atque Ararim, facta inter vtrumque fossa, connectere para-
bat, &c. *sed Helij Gracilis, Belgicæ legati inuidia factum est, ne*
id efficeret Vetus. Postremo Carolus Magnus, Rex Francorum,
duo flumina Radantiam & Alemoram inter se coniungere ten-
tauit, inter quæ breuissimum dicitur esse interuallum: quorum
fluminum Radantia in Rhenum exit: Alemora vero in Da-
nubium. Quamobrem constat, idem cogitasse Carolum & Cor-
bulonem. Sed producta olim fossa à Corbulone, necesse est
illam aut incuria temporibusque aut aliquorum operis & la-
bore redisse ad priorem soliditatem: vel longe diuerso loco Ca-
rolum & Corbulonem id tentasse. Constat tamen ex annalibus
Francorum processisse opus Carolo ad trium milliarium lon-
gitudinem: deinde inuentum fuisse limum palustrem; qui nul-
lis operis exhauriri potuit: noctu enim excrescebat abundan-
tius, quam die multo labore fuisset exhaustus. Itaque rem Caro-
lus omisit.

Eod. *Incerta Oceani vetarentur.*] Alias, *vectarentur.*

Cap.21. *Mihi videtur ex se natus.*] Vt qui seipsum imitetur, si-
bi constet, sui sit similis, parem non sit sequutus.

Cap. 22. *Quod lex curiata.*] Quamuis enim priores Reges
Quæstores habuerint: tamen constat, suffragio populi, non voce
principis creatos fuisse. Autor est Iunius Gracchanus, teste Vl-
piano.

Cap.23 *Qui Capitolio, & Ara Romana.*] Tamquam si dicat:
Quid si exoriretur aliquis ex eorum memoria, qui prostratis Ca-
pitolio & Ara Romana manibus eorumdem. Verum hîc deside-
ratur nonnihil: imperfecta enim sententia est.

Cap.24. *Omni Italia in senatum accitos.*] Hinc apparet, Ita-
liam non protendi vsque ad Alpes, quando aut de iurisdictione,
aut de priuilegijs agitur. quamobrem Tranquillus C. Iulio:
Crassum, inquit, *Pompeiumque in vrbem prouinciæ suæ Lucam ex-*
tractos compulit, &c. Idem, *Consequutusque cohortes, ad Rubico-*
nem flumen, qui prouinciæ eius finis erat. Constat autem Iulium
Cæsarem fuisse prætorem vtriusque Galliæ: de quo scripsi late in
Commentariis ciuilibus.

Cap.24. *Postremo ipsam.*]Romam intellige, & ciuitatem.

Cap.26. *Sed ne Silius summa adeptus.*] Ita vulgo legitur: in quibusdam tamen codicibus scriptum comperi, *summam adeptus*, cæterum priorem lectionem magis probo.

Eod. *Cuius apud prodigos.*] Quàm *Infamiam*; qui prodigunt & profundunt nihil habent præterea voluptatis : nam vt scribit Seneca : *Improbarum voluptatum post ipsas pœnitentia est*, vel quibus infames esse contigit, nihil superest præter voluptatem.

Cap. 28. *Dum industria cubiculum.*] Quasi intus & domi, verbo repetito à vetustate. *Industrium* enim antiqui dicebant *indostrium*, quasi quicquid ageret intrò strueret, & studeret domi autore Sexto. Alioqui ociosa est hic ea dictio, vel potius abundat.

Cap.30. *Quod ei cis Vectium Plancium.*] Hic locus fœdissime corruptus est, vsque ad ea verba, *An diffidium*, &c. Imo aliquid proculdubio deest. Principio Vectij Plancij mentio nulla est, aut apud hunc alibi, aud apud alios, qui de Claudio scripsere, quantum nunc memini : Vectij Valentis infra tamen meminit frequenter, tamquam indicium offerentis, remque confessi. Deinde quid est, *non fuisse eum nunc obiecturum adulteria, ne redderet domum & seruitia?* nam si ad Claudium referuntur: cur inquit statim frueretur imo iis: sin autem ad Silium, aut Messalinam : cur non erat dicturus adulteria, ne redderent hæc principi, quibus auctæ fuissent res principis? Quamobrem omnino desideratur aliquid, & locus est contaminatissimus : vbi nihil aliud possis, quam temere addere, & diuinare.

Cap.31. *Adulto Autumno.*] Alibi, *adulta æstate*, infra legitur: Id est, iam prouecta æstate.

Cap.34. *In pretium probri cessisse.*] Quicquid enim fuerat insigne apud Nerones & Drusos, ad Silium transtulerat Messalina, tamquam pretium ac mercedem adulterij.

Cap. 38. *Decreta Narcisso quæstoria insignia.*] Decreta sunt, inquit, insignia quæstoria Narcisso : quod, cum esset ille tertius inter libertos, potens gratia apud principem, minimum erat fastigij eius, atque erant illa quidem decora insignia; per quæ tamen deterrima faciendi facultatem Narcissus haberet : quia flagitia propter dignitatem vel *inulta* erant, vel *multa*: vtrumque enim legi in diuersis codicibus. Quod autem liberti potentes essent apud Claudium, autor est Tranquillus : *His, inquit, vxoribusq; addictus, non principem se, sed ministrum egit: compendio cuiusq; horum, vel etiam studio ac libidine, honores, exercitus, impunitates, supplicia largitus est.* Quod autem Callistum & Pallantem præponit Narcisso, aliter habetur apud eumdem Tranquillum, qui Narcissum & Pallantem tradit fuisse præcipuos, quos amauerit

erit, quibuſque crediderit. Calliſti tamen & Pallantis, vt maxi-
ae principi gratorum, meminit Cornel. initio libri ſequentis.

Ex Lib. XII. Annal.

CAp. 5. *Conſenſui imparem.*] Pluſquam ſe ſolum poſſe con-
ſentientem ſenatum.

Cap. 7. *Addictum quaſi, & virile ſeruitium.*] Venditum ma-
rimonio ſeruitium virorum.

Cap. 22. *Vnde vis Agrippinæ citra vltima ſtetit.*] Vis Agrippinæ
itra mortem ſtetit: non adeo incendit eam, vt puniri capite vel-
et: quia laudauerat princeps fortuito nullaque libidine.

Cap. 26. *Deſolatus paulatim.*] *Deſolare*, eſt tamquam de ſolo
eijcere. Vergil. *Vidimus ingentes & deſolauimus agros, Deſolatus*
rgo deiectus eſt, & demiſſus. Tacit. infra libro 16. *Viduata, deſo-
itaque.*

Cap. 39. *Sicambri exciti.*] Hodie Geldrenſes eſſe creduntur:
iu habiti ſocij fratresque Gallorum: pro quibus, non ſemel ar-
ia mouere Galli in Alemannos.

Eod. *Etſi non prælium.*] Idcirco læti erant hoſtes, quod bellum
um illis gerens periiſſet, quamuis prælio non interemptus: &
uod dux erat non contemnendus.

Cap. 42. *Quem Imperatore genitum.*] Imperatoris nomine tunc
emonſtrabatur, qui cum imperio præeſſet exercitui, nomine
li parto aſſenſu militari, & confirmato à principe, ob res egre-
ie geſtas. Hîc autem ſignificatur Germanicus de quo Tacitus
ipra lib. 1. *Exercitum reduxit nomenq; Imperatoris autore Tiberio
ccepit.* Et idem infra lib. 13. de Nerone iam principe poſt Artaxa-
i euerſum à Corbulone: *Ob hæc conſalutatus Imperator Nero,
tc.* Hæc autem poſtea appellatio tranſijt in eos, qui poti-
erum ſunt. Soror vero fuit Agrippina Caligulæ, coniunx Clau-
ij, mater Neronis, vnicum ad illam diem exemplum.

Cap. 46. *Ne dubitaret armis.*] Hoc eſt ne dubitaret malle in-
uentas conditiones, quam armis ſcilicet partas.

Cap. 49. *Ne cæteri quoque ex Peligno coniectarentur.*] Ne con-
ctura Peligni cæteri idem voluiſſe crederentur.

Cap. 51. *Diſtringit acinacem.*] Nemo eſt qui neſciat eſſe Medo-
um Perſarumque gladium, teſte Horatio.

Cap. 53. *Defertur ad patres de pœna fœminarum.*] Hoc dictum
uit *Senatusconſultum Claudianum.* autor Tribonianus in inſti-
utionibus titulo de Succeſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bo-
orum poſſeſſionem: & de Senatuſconſulto Claudiano.

Cap. 54. *Sane præbuerant Iudæi ſpeciem motus.*] De hac eadem
æuitia Felicis idem Corn. infra lib. 5. Hiſt. *Iudæam prouinciam e-
uitibus Romanis, aut libertis permiſit: è quibus Antonius Felix per
mnē ſæuitiam ac libidinem ius regium ſeruili ingenio exercuit.* Sed

locus hic corruptus est:nam illud, *Cognita cædes eius*, non habet quo se referat: tantum enim abest vt occisus fuerit Felix, vt potius causa cognita, absolutus inter iudices steterit: quod paulo post Corn.tradit. Referri vero ad motum factum, dum imperaret Caligula, haud quaquam commode potest. Itaque si coniectura sit vtendum,ita ego legerim: *Postquam cognita sæuitia, cæde eius haud temperatum esset: sed manebat metus*, &c.

Cap.60. *Senatus quoque consulto cautum.*] Ius quidem refertur ab Vlpiano:sed Senatusconsulti nulla mentio est in libris ciuilibus.

Eod.*Lege agi.*] Neque id mirum, cum loco regum agerent, vt scribit idem Tacitus lib. 1. Hist. Quæ vero sint legis actiones, explicat Pomponius de Origine Iuris:*Deinde ex eisdem*,ait, *legibus eodem fere tempore actiones compositæ sunt, quibus inter se homines disceptarent:quas actiones ne populus vt vellet institueret, certas solemnesque esse voluerunt. Et appellatur hæc pars iuris,Legis actiones:quamobrem apud eos dicimus esse legis actiones,apud quos instituere possumus actiones ex lege duodecim tabularum,& iure Ciuili veteri:ideoque apud quæstores minores ac magistratus adoptiones fieri non poterant, quæ ex lege duodecim tabularum constitutæ fuerant.*

Ex Lib. XIII. Annal.

CAP. 2. *Sed neque Neroni.*] Sed Nero non tam erat na- tura demissus, vt seruos magni faceret: & ille tædium su- mouerat.

Cap.3. *Vetera & præsentia contendere.*]Comparare.

Cap.8. *Et spe inanium.*] Etiam validus ad spem commouen- dam inanium rerum,quales sunt apparatus familiares,vestes, e- qui,ornamenta,& cætera, quibus vulgus moueri solet, & qui- bus species inest magni animi, cum tamen inania sint, & a- liena.

Cap.9. *Et Vologeses quo bellum*,&c.]Dedit obsides: vel vt qu- tunc erat impar bello,pararet interim nulla molestia, quæ æqua- lem illum redderent:vel vt amoueret suspectos.

Cap.15. *Regnum lusu sortientium.*] Antiquum ergo est, quo- quotannis nunc quoque fit mense Ianuario à nostris: creatur e- nim Rex, qui aliquid imperet in formam regiæ dominationi- collusoribus.

Cap.17. *Acerba funera.*]Id est,*immatura.*

Cap.21. *Aut existat qui in vrbe.*]Alias,*vt existat.*

Cap.26. *Ille an auctor constitutionis fieret.*] Vt scirent, an il- auctor constitutionis fieret, vtpote quæ à paucis postularetu-

&c se-

& ſententiæ plurium aduerſis. ſcribit enim ſupra, *Nec deerant*
qui cenſerent, tamquàm ſi conſenſus ſenatus aliud decerneret. De-
inceps quæ ſequuntur ita legenda arbitror: *Quibusdam coalitam*
libertate irreuerentiam eo prorupiſſe frementibus, vt ne æquo cum
patronis iure agerent; ſententiam eorum conculcarent: ac verberi-
bus manus vltro intenderent, impellerent ve, pœnam ſuam diſſua-
dentes. Nam cum maior eſſet iniuria quam pœna, ſatis diſſuade-
batur verberibus inferendis, & iniuria laceſſendis patronis.
Quid enim aliud, inquit, &c.

Cap. 27. *Quin & manumittendi duas ſpecies.*] Cicero in To-
picis tres ſpecies refert, *Cenſu, Vindicta, Teſtamento.* Sed ex Cor-
nelio duæ: Vna, qua libertatem plenam conſequebantur: quæ
à Seneca libro de Vita beata, *iuſta libertas* dicitur: Altera, qua
non omnino fiebant liberi. Priori ſpecie, hoc eſt, vindicta ma-
numiſſos perpetuo eſſe liberos: ſequenti vero manumiſſi pote-
rant in ſeruitutem reuocari, tamquam qui poſt libertatem veſti-
gia retinerent ſeruitutis. Quæ profecto aliter traduntur in noſtris
libris ciuilibus. Erant enim Latini, aut ciues Romani, aut Dedi-
titij: de quibus late Caius in Inſtitutionibus: quæ omnia tem-
poribus in deſuetudinem abierunt.

Eod. *Quaſi iure Ciuili.*] Tamquam vindicatus in ſeruitutem
per ius Ciuile: cum tamen iuſſu principis iudicium factum fuiſ-
ſet; quo libertus Paris ingenuus pronunciabatur: hoc eſt, qui
natus eſſet ex parentibus ciuibus Romanis, & qui ſtatim vt na-
tus eſſet liber extitiſſet.

Cap 28. *Vocare ex Italia cum quibus lege agi.*] Erat enim au-
xilium Tribuni extraordinarium: neque licebat ex Italia quem-
quam ad Tribunum vocari, cum quo lege aliqua inſtitui poſſet
actio.

Eod. *Ius haſtæ.*] Cum ſectio fieret.

Cap. 31. *Ad retinendam populi fidem.*] Quod vulgo noſtri,
Creditum, dicunt.

Eod. *Vectigal quoque quintæ & vic. ſimæ.*] Ex mancipiorum
emptione vnum in ſingula XXV. ſoluebatur populo: quod
translatum in venditorem; habuit ſpeciem tamquam ſi remiſ-
ſum eſſet. Sed cum venditores charius licitarentur, in emptore
vectigal conſiſtebat: erat enim pars precij.

Eod. *Dum quæ libidine deliquerant.*] Dum furta defendunt
largitione ſpectaculorum.

Cap. 51. *Vt leges cuiusque publici.*] Hoc eſt, vt conditiones pu-
blicanorum perſcriptæ legibus cuiusque loci publici, quæ ad id
temporis latuerant, diuulgarentur. & qui annum, quo petere
ex lege aliquid licebat omiſiſſet, caderet à iure petendi.

Eod. *Militibus immunitas.*] Vt militibus immunitas ſerua-

retur: qua vectigalibus non tenebantur, nisi de iis rebus quas venales haberent. *Veno* autem dictum est, vt infra paulo post, *posita veno*.

Cap. 54. *Germanici regnabant.*] Alias *Germani*.

Ex Lib. XIV. Annal.

Cap. 9. *Conuiuali lecto.*] Vbi cenans accubabat.

Eod. *Neque dum Nero rerum potiebatur.*] Non congesta nec clausa humo donec Nero regnauit: post domesticorum cura leui tumulo contecta.

Cap. 10. *Ipse diuersa simulatione.*] Illi lætabantur palam: ipse vero contraria simulatione mœstitiam præ se ferebat: quia tamen, &c.

Cap. 11. *Oblita insectatione.*] Alias, *obita insectatione*: id est, insectando ea, quæ facta erant Claudianis temporibus.

Cap. 12. *Vel tum mitigata.*] Regressa labante iam Agrippina, vel tum mitigata cuius.

Cap. 14. *Subegit donis ingentibus.*] Effecit, & tamquam impulit donis ingentibus.

Cap. 27. *Puteoli ius Coloniæ, & cognomentum adipiscuntur.*] Primo dictum fuit Dicæarchia, deinde Puteoli; postremo à Nerone impetrauit ius & cognomentum Coloniæ. Aliud est autem, habere *ius Coloniæ*, aliud *esse Coloniam*: Vicus enim Parauisensium à diuo Seuero ius Coloniæ impetrauit (autor Vlpianus) quo impetrauit, vt immunitatem haberet Coloniæ, etiam milite, colonoue non deducto: sed Colonias eas cognominabant, quæ deducebantur: illisque interdum concedebatur, vt iuris Italici essent, interdum minime. Puteolis ergo dedit Nero vt Colonia cognominaretur, nulla deductione facta: & immunitatem, iusque haberet Coloniæ, quod si cognomentum ad Neronem referas, *Neronia Colonia* dicta fuisset, quemadmodum post incendium Romam nuncupare decreuit *Nicopolim*, & Aprilem mensem *Neronium*, autoribus Cornelio, & Tranquillo: cum tamen *Neronij* cognomentum eius oppidi nusquam legatur. Idem supra de Londino, *Cognomento quidem*, inquit, *Coloniæ non insigne*: hoc est, vt Colonia diceretur. Præterea apud hunc non legimus deductionem militum, aut aliquid præterea simile: cum Cornelius tradat, veteranos adscriptos Tarentum & Antium: quod hic, vt arbitror, non omisisset.

Cap. 29. *Domitis perduellibus.*] Domitis hostibus: nam *perduelles* veteribus hostes significabant: testes Cicero & Iurisconsulti. Inde, *Crimen perduellionis*, de cæde: quia cum

ciue

iue iudicio, & verbis, cum hoste armis & manu rem gerimus. Ex quo accusatus fuit Horatius perduellionis, quia ciuem & sororem interfecisset, auctore Liuio: & C. Rabirius similiter de cæde: de quo extat oratio Ciceronis pro C. Rabirio, perduellionis reo. Mansit autem id nomen in nostris libris in eo capite maiestatis, quo tenentur, qui hostili animo sunt in rempublicam, & Principem: hoc est, qui cædem Principi molitus est: & qui exitium instruxit reipublicæ: de quo diffuse scripsi libro secundo Opinionum.

Eod. *Breue littus.*] Non profundum.

Cap. 32. *Sine iustis armis.*] Non plane armatos: erat enim alia alarum, alia legionum arma.

Cap. 36. *Vt certus euentus.*] Quod alibi, euenti, legimus.

Cap. 40. *Tabulariis quos memoraui.*] In tabulis scribebantur testamenta: ideoque Primæ sunt dictæ, & Secundæ tabulæ: inde Tabularij scriptores & obsignatores testamentorum: hoc est, testes: nam neque tunc tabellionibus vtebantur, neque testamenta aliter, quam scriptura, conficiebantur.

Cap. 44. *Sortiuntur.*] Passiue, quod perrarum inuentu est.

Cap. 52. *Nam oblectamentis eius iniquum.*] Scilicet esse Senecam.

Cap. 53. *Auus meus Augustus.*] Atauum significat, itaque proxime appellauit. Atauus autem quinto gradu distat, quoto Nero aberat ab Augusto: qui ex Tiberio nepotem Germanicum adoptauerat; ex Germanico vero nata est Agrippina mater Neronis.

Cap. 56. *Nisi forte aut te Vitellio.*] Vitellius ter consul, malis artibus plurimum potuit apud Claudium: à quo, cum illi pudendum in modum adularetur, honores, opesque maximas assequutus est. Sed cum inquit, *me Claudio proponis*: malim, *mihi Claudium præponis*: alioqui nullus bonus elici potest sensus. Nisi ergo, inquit, aut te plus adeptum esse putas quam Vitellium, ter consulem, summis hominem opibus, & alterum fere Imperatorem: aut mihi Claudium præponis, addictum mulieribus, & libertis, & vix mentis compotem.

Cap. 58. *Nihil grauius audenti.*] Nihil esse illi subeundum grauius, si auderet, quam si segniter, & per ignauiam se trucidari pateretur.

Cap. 59. *Centurioni & manipulo.*] Manipulus constat sexaginta militibus.

Cap. 61. *Repetitum venerantur.*] Iterant honores acclamationibus: quod genus venerationis describitur ab Ælio Lampridio. *Acclamatum, Auguste innocens, Dij te seruent: A-*

lexander Imperator, *Dij te seruent: Dij te nobis dederunt, Dij conseruent*: & cætera in eamdem sententiam.

Eod. *Tibicinis Ægyptij.*] Euceri, de quo supra.

Ex Libro XV. Annal.

Cap. 7. *Hostiaque quæ muniebantur.*] Ordo est, assistens hybernaculis quæ muniebantur.

Cap. 10. *Vt instantem Corbuloni fateretur.*] Vel hostem, vel metum ex hoste.

Cap. 14. *Illum locum, tempusque consilio destinatum.*] Deinde quid de Armenia cernerent adiecisse Deos: vbi etiam clauditur, concluditurque qui sequitur sensus. Postremo, quando à Dijs decretum fuit, quid futurum Armenia sit, quam in manu Parthorum posuere, cedentibus legionibus Romanis, dignum esse Arsacidarum vel memoria fœderum, vel commiseratione fortunæ, vt etiam de legionibus Romanis statuerent. Perinde est itaque vt si scripserit, expectare sibi esse in animo fratres, & in id tempus consilium & locum reijcere: deos adiecisse tamen quid cernerent de Armenia: dignumque esse familiæ nominisque sui, statuere vna de legionibus Romanis.

Cap. 20. *Cæteris criminibus.*] Malim *certis.*

Eod. *Qualis quisque habeatur alibi.*] Quis vnquam ita loquutus est, *Alibi quam in ciuium iudicio*: cum *Alibi* locum demonstret. Malim igitur, haud quaquam, vt ita legamus: *Qualis quisque habeatur alibi, haud quaquam in ciuium iudicio esse.*

Cap. 36. *Plebi volenti fuere.*] Cornelius frequenter vtitur hac forma dicendi, sumpta à Græcis. Sallustius item prope finem Iugurthini: *Non tam diffidentia futura quæ imperauisset, quam vti militibus exæquatus cum Imperatore labor volentibus esset.* Græci βουλομένῳ εἶναι, formare dicuntur.

Cap. 37. *Misit auspices duos.*] Alias, *missi auspices duo.*

Cap. 41. *Vt totidem annos mensesque.*] Colligebant enim, tot annos interfuisse inter vrbis instaurationem, & incendium hoc, quamtum interfuit ab vrbe condita incendium eius ab Senonibus factum.

Cap. 49. *Vanus assimulatione.*] Vanus in eo, quod similitudinem suis esse credebat Lucanique carminibus: id enim est *assimulatio*. Idem supra: *Præterita mala vetustis cladibus assimulantem.*

Cap. 51. *Ergo Epicharis plura & omnia.*] Mendum hic esse arbitror: sed sensus fortasse talis est; Epicharis plura scelera orditur, & omnia facta à principe: vt sit, plura scelera orditur, & omnia principis. Neque senatui quod inane esset prouisum: sed prouisum, quonam modo penes, &c. vulgo enim ita codices habent,

abent, *Neque senatus quod inane esset, sed prouisum.* Ergo cum certissima sint, quæ parentur à senatu in exitium principis, accingere-r modo, &c.

Ex Lib. XVI. Annal.

CAP. 3. *Non falsa ante somnia.*] Admirās multa se vera per quietem antea vidisse, tunc primum elusus.

Cap. 8. *Præficeret rationibus & libellis.*] Illud his verbis significatur, quod libro superiore planius tradidit fuisse obiectum Torquato Syllano, *quod nobiles haberet, quos ab epistolis, & libellis, & rationibus appellaret: nomina & meditamenta summa cura.*

Eod. *Inducit.*] Alias, *inducti.*

Cap. 11. *Decretumq; vt more maiorum puniretur.*] Neroni cum quæreret, quid esset, *More maiorũ, responsum est, Nudi hominis cervicem inseri furcæ, corpusq; virgis ad necem cædi.* autor Tranquillus.

Cap. 12. *Iunius Germanici vocabulis.*] Malim, *Iulius*: sequitur enim, *Ideo Iunium transmissum.*

Cap. 18. *Seu vitiorum inuitationes.*] Alias, *Imitationes.*

Cap. 19. *Ad facienda pericula.*] Aliis descriptis, obsignatisque.

Cap. 27. *Quid mirum è longinquis prouinciis aduenire.*] Alibi, *non aduenire.*

Cap. 28. *Nisi contra instituta.*] Id est, nisi ex ciue hostis, proditorque palam factus sit.

Ex Lib. I. Histor.

HVNC fuisse primum librum Annalium Cornelij, semper sum suspicatus: illumq;, blandiente postea profectu, lōgius ductis initiis, ad Augusti exactum Imperium calamum retulisse. Nam si pars hæc fuisset posterior, haud tam multa illi repetenda fuissent, perscribenda: tamquam aditum factura ad historiam: nec ipse, initium operis, incepisset: &, *Opus aggredior, &c.* Liuius quidem in parte præfatur; sed ita, vt coniungere eum præcedentibus posteriora scripta intelligas. Verumtamen idem Cornelius indicare diuersum videtur: paulo enim infra ait: *Quippe T. filium ad venerationem cultumq; eius miserat, vt suo loco memorauimus.* Nisi ibi malis, *memorabimus* (facili lapsu vnius literæ, quæ promiscua interdum est) & ad initium sequentis libri referas.

Cap. 2. *Magna adulteria.*] Magnarum, nobiliumq; familiarum adulteria.

Cap. 6. *Multi ad hæc & innumeri.*] Alias, *Milites ad hoc innumeri.*

Cap. 7. *Seruorum manus subitis auidæ.*] Ad ea auferenda, quæ subito fortunæ munere obuenerunt.

Cap. 10. *Quoties expedierat.*] Quoties expeditiones ageret: vt ad illud referatur: *Nimiæ voluptates cum vocaret.*

Cap. 11. *Ignaram magistratuum domi.*] Quæ nullos vnquam ha-

buiſſet,nouiſſetve magiſtratus,niſi externos : aſſueta Regibus p
ne parere.

Cap.13. *Anulis donatum equeſtri nomine.*] Neminē latet,ex ec
ſtitutionibus, ſeruum qui donetur anulis aureis,imaginē ingen
tatis conſequi,non eſſe ingenuum:nā Diocletianus & Maximi
Imperatores in hæc verba Eumeni reſcripſerunt: *Aureorū vſus*
nulorū beneficio principali tributus, libertinitatis quoad viuunt im
ginem,non ſtatum ingenuitatis præſtat. Prioribus tamē conſtitut
nibus plenā atq; perfectam præſtabant ingenuitatem. Vlpianus
ius anulorū, inquit, *accepit , puto eum reuerentiam patrono exhib*
debere : quamuis omnia munia ingenuitatis habeat. Idem alibi:
iam ſi ius anulorum aureorum conſecutus ſit libertus à principe,
uerſus huius tabulas venit patronus , vt multis reſcriptis continet
hic enim viuit quaſi ingenuus, moritur quaſi libertus. Supra ætat
vero Alexandri Seueri, vel ſaltem temporib. Taciti,ius anulor
ad equeſtrem dignitatem ſpectabat. Tranquillus in Galba de
eodem Icelo: *Icelus paulo ante anulis aureis,& Martiani cognon*
ornatus,ac iam ſummæ equeſtris gradus candidatus. Idem de Aſ
co: *Primo imperij die aureis donauit anulis ſuper cenam : cum n*
rogantibus pro eo cunctis deteſtatus eſſet ſeueriſſime , talem equ
ordinis maculam. Tacitus lib. ſeq. *Poſtulante exercitu vt liber*
ſuum Aſiaticum equeſtri dignitate donaret:inhoneſtam adulati
compeſcuit : dein mobilitate ingenij,quod palam abnuerat,inter ſ
ta conuiuij largitur,honorauitq; Aſiaticum anulis.

Eod. *Non tam vnum aliquem fouebant.*] Non tam hunc a
lum,quam quemcunq;,præter Othonem.

Cap.15. *Auguſtus in domo ſucceſſorem quæſiuit.*] Id eſt, Augu
quæſiuit inter ſuos, inter propinquos, inter eos qui ſui nom
atque gentis eſſent : ego inter ciues & in republica.

Eod. *Miſeriæ tolerantur.*] Feruntur quoquomodo.

Cap.16. *Vnius familiæ.*] Claudiæ,ſcilicet.

Eod. *Adoptandi iudicium integrum.*] Proprium, liberum,
commune cum fortuna : & ſi volueris eligere , inde cognoſ
quod conſenſus omnium ſequitur eligentem : plerumq; enim
ctio eſt plurium,& optimi.

Eod. *Ab æſtimantibus aſciti.*] Qui iudicio id fecerunt.

Eod. *Cogitare quid ſub alio.*] Vel debes,vel cogita.

Cap.18. *More diui Auguſti.*] Malim, *exemplo diui Auguſti, e*
re militari.

Cap.20. *At illis vix decimæ ſuper portiones erant.*] Id eſt, vi
cumæ portiones ſupererant.

Eod. *Inquieta vrbs actionibus.*] Malim, *auctionibus.*

Cap.22. *Principalis matrimonij.*] Id eſt, matrimonij prin
Similiter libro ſequenti, *principale paratum dixit* : &, *fortunæ*
cipelis inſignia.

C

Cap.24. *Per speciem conuiuij.*] Quasi partem de conuiuio daret.
Cap.27. *Redemptoribus.*] *Redemptores* sunt, qui suis cæmentis, suoq; labore ædificant, constituto pretio; autor Vlpianus.
Cap.38. *Qui mihi plurimum imputet.*] Quis plus pro me contenderet, meq; sibi plus obnoxium reddat opera gratiaque sua, & plus pro me nitatur. Idem infra libro proximo: *Neque enim erat adhuc qui imputaretur.*
Cap.39. *Ad posterum vel odio.*] Alias, *ad postremum.*
Cap.52. *In quibus sordem & auaritiam mutauerat.* Alias, *nouerat.*
Cap.54. *Dextras hospitij insigne.*] Idem infra lib. proximo: *Centurionemque Sisennam dextras, concordiæ insignia, Syriaci exercitus nomine ad prætorianos ferentem varijs artibus aggressus est.*

In Librvm II. Histor.

CAP.3. *Paphiæ Veneris templum.*] In Palæpapho illud erat promontorio, longe à Papho stadiis L X.
Eod. *Quidam ipsius Deæ nomen id perhibent.*] *Aëriæ* Veneris nomen nusquam legi: Aereæ Veneris templum est in monte prope Carpasiam, cui summo nomen Olympus: quod nec adire nec videre mulieribus licet. autor Strabo.
Cap. 7. *Cum in victores victosq;.*] Placuit expectari belli Othoniani exitum: quoniam vtrinq; mota magna mole armorum, pax nunquam certa erat futura victoribus & victis.
Cap.14. *Mixtis paganis.*] *Pagani à pagis*, dicti sunt; qui ibi habitant, aut inde sunt oriundi, etiamsi vrbes colant non recepti in ciuitatem nullo prope numero, & plebei. Cicero pro domo sua: *Nullum est in hac vrbe collegium, nulli pagani aut montani. (quoniam plebi quoque vrbanæ maiores nostri conuenticulas, & quasi concilia quædam esse voluerunt) qui non amplissime non modo de salute mea, sed etiam de dignitate decreuerit.* Suetonius Augusto: *Pinarium equitem Romanum cum concionante se admissa turba paganorum apud milites subscribere quadã animaduertisset.* Ideoq; infra eod. lib. Prætorianos milites *Paganos* appellat, quod Vicani vrbem colerẽt: hic vero demonstrantur *pagorum incolæ*. In libris vero nostris ciuilibus *pagani* sunt, non milites: quod vnde ductum sit diximus alibi.
Eod. *Obtentui fugientibus.*] Causa & excusatio fugientium.
Cap.20. *Bracchas tegmen barbarũ.*] Apparuit *Bracchas* esse vestem; nam quas vulgo *Bracchas* hodie appellamus, Latini dixerũt *feminalia*, à feminibus. Tranquillus Augusto.
Cap.23. *Omnia quæcumq;.*] Rarum hoc apud Latinos.
Cap.26. *Recens castris.*] Qui recens è castris egrediebatur. Cic. *Recens Roma.*
Cap.49. *Cum vtrinq; tentasset.*] Alias, *vtrumque.*
Cap.53. *Rursus consiliaturi.*] Alias, *consulturi.*

Cap.54. *Vt diplomata Othonis.*] Edicta significat, & manda principis cuiusq; modi sint; id enim *Diploma* est, quod duplica contineri soleret aut lino, aut alia materia: refertur que ad *tessera cursoriam*: quo significatu passim accipitur in nostris libris, vt lib. 12. C. de Cursu publico, & alibi. Hic vero tam *cursoriam tes ram*, quam *edicta* ad naues, commeatus, & cætera temporaria pe tinentia, continetur: quæ labentibus Othonianis partibus negli cœperunt. Eadem significatione accipitur paulo infra: *Diploma bus nullum principem præscripsisset.*

Cap.74. *Per silentium audierunt.*] Cõsueuerunt enim bene se tientes milites, acclamationibus preces adiuuare.

Cap. 77. *Nam qui deliberant desciuerunt.*] Dubitatio enim, scribit Cicero, cogitationem habet iniuriæ.

Cap.85. *Quæ apud Vitellium excusanda erãt.*] Id est, posse Vesp sianum iis obligari, quæ contra Vitellium, etiam non pro se, fa fuerant.

Cap.90. *Tam frustra quam recusauerat.*] *Augustum* nomen ligiosum faustumque est. Tranquillus Augusto: *Praualuit vt A gustus potius vocaretur; non tantum nouo, sed etiam ampliore cog mine: quod loca quoque religiosa, & in quibus augurato quid co cratur, augusta dicantur ab auctu, vel ab auium gestu, gustuve: si etiam Ennius docet scribens: Augusto augurio postquã inclyta cond Roma est.* tam frustra ergo assumpsit nomẽ fortunati & boni o nis, quam frustra recusauerat: coegit enim vulgus vt acciperet.

Cap.91. *Quod nõ ex præpotentib.*] Fuit Thrasea semper suspec Neroni, ideoque minus potens: quamborem merito imprudẽti æmulationis irriserunt: ita enim malim, quam impudentiam: n si similiter Vitellius olim se opposuit Thraseæ, quemadmod Heluidius illi: oportuit Heluidium fuisse Vitellij similem, Th seã vero Heluidij. Sed Thrasea in summo potius odio fuit Nerc & Vitellius ob similitudinẽ morum, & propter patrem, in sum gratia. Imprudenter igitur contulit Thraseam, & Heluidium,

Cap.92. *Quod reuersis ab exilio iura libertorum.*] Ius patronis derunt leges veteres amplum & multiplex in libertos: obsequi enim præstare tenebantur, & operas: aliter tamen, atq; aliter f sent officiales operæ vel obsequij. item alendi libertis erant pa ni egentes. Modestini verba sunt: *Cum probatum sit cõtumeliis tronos à libertis esse violatos, vel illata manu atrocius esse pulsat aut etiam paupertate, vel corporis valetudine laborantes, relictos: mum eos in potestatem patronorũ redigi, & ministerium præbere do nis cogi: sin autẽ nec hoc modo admoneantur, à Præside emptori a cantur, & pretium patronis tribuatur.* Ex quibus puto facile in ligi, quid senserit Cornelius: nam cum exulibus quibusdam b ablata fuissent, & ius in libertos: iis ab exilio reuersis, iura liber rum Vitellius concessit: hoc est, inter cætera vt alere patro eger

tes tenerentur: quod tamen corrumpebant ingenia seruilia ...tis pecuniis, &c.

...ap. 95. *Sumptu Caianæ aquæ.*] Quid hic sibi velit *sumptus Ca... aquæ*, haud quaquam intelligo: deinde quid *sumptus* ad *a...* facit? malim ergo, *Caianæ aulæ*.

...ap. 98. *Suomet statu occultati*] Malim, *suo met astu*.

In Librvm III. Histor.

CAp. 4. *Cæterum vt transmitteret in Italiam.*] Vulgo in fine periodi legitur, *credebat*. itaque sensus esse poterit; Cæterum ...ebat adscriptum & destinatum socium Aponio reuirescere ...es Vespasiani iterum sequuturo, vt impune, tutoque transiret ...aliam, ibique vtilitati esset Vitellianis. Supra enim inquit, ...ugus, deinde sponte remeauerat, perfidiæ locum quæsisse ...ebatur.

...*Veronensibus pretium fuit.*] Id est, in Vicentinis species fuit, ...eronensibus vtilitas.

...*ox omissis lictoribus.*] Erat hic legatus Mæsici exercitus, & ta... lictores habebat.

...*otis castris in fama proditio.*] Tamquam in ore, in sermone, ...otitia hominum.

...ap. 13. *Et militibus principem auferre.*] Malim, *etiam milites ...rre*. primum. quia princeps reipsa non auferebatur militibus, ...milites principi: deinde vt conueniant quæ sequuntur, *licet in...s incruentosque*.

...ap. 18. *Forte victi.*] Neminem, qui diligenter animaduertat, ...aturum arbitror, quin hic desideretur aliquid: supplendum ...m nihil duxi, adiutus nullo codice.

...ap. 24. *Cur rari sumpsissent arma.*] Alias, *cur rursus*.

...ap. 32. *Cum teporem incusaret.*] Cum non tepere quereretur.

...ap. 33. *Cui ciues, socij, externi interessent.*] Qui constaret ex ci...us, & sociis, & externis.

...ap. 39. *Nobili gaudio Blæsum visendo.*] Fecit vt crederetur faci..., quod Blæsum visit gaudio nobili, id est, eminente, illustri, ma...sto.

...ap. 41. *Decoris securos.*] Id est, omnia agentes sine cura decori, ...onesti.

...ap. 42. *Simul cæterorum fides metu intacta.*] Et à cæterorum ...anda fide metu abstinuit.

...ap. 44. *Non sine motu adiunxit cæterarum.*] Scilicet, legionum.

...ap. 51. *Ius hominum.*] *Ius*, quod *gentium* dicitur: quod apud ...nes homines natura duce peræque custoditur: quod Cicero *naturæ* nominat.

Cap. 73. *Quoties pars altera inclinasset.*] Sensus est, quoties pars ...era inclinasset, & propterea abderetur in tabernas, & in do-

mos: postulabat populus eos erui domibus & tabernis, ac iugula- ri. quamobrem militibus in sanguinem & cædem versis potieba- tur populus maiore partæ prædæ. Dictum est autem, Pars alter abditi: eadem forma, qua alibi, Maior pars ruebant in præ- lium.

Cap.76. *Sed imputare perfidiam non possunt.*] Id est, prætender non possunt, quod perfide egerunt, se communis commodi cog- tatione perfecisse.

Eod. *Præcipiti in occasum die.*] Tamquam ruente in occasum. Notissimum enim est *præcipitem* fere de omni re dici posse.

In Librvm IV. Histor.

CAP.6. *Priscus regione Italiæ.*] Deest *secunda*: in XI. enim re- giones diuisit Augustus Italiam.

Cap.11. *Asiaticus enim is libertus.*] Libertus hic fuit gratissim Vitellio. Tranquillo & Cornelio autoribus.

Cap. 12. *Nec opibus Romanis attriti societate validiorum.* De idem Corn. lib. Hist. vltimo: *Respicerent Rhetios, Noricosque, & terorum onera sociorum: sibi non tributa, sed virtutes & viros indi* Ergo sensus est, nec à Romanis attriti opibus, quod validiorib sociis euenit: viros tantum, &c.

Cap.13. *Simili oris dehonestamento.*] Liuius de Annibale: *Vi- liis tamen, & nocturno humore, palustrique cœlo grauante caput, quia medendi nec locus, nec tempus erat, altero oculo capitur.* V goque id ita accipitur, vt oculum amiserit Annibal. Ideoque uenalis: *Portaret bellua luscum.* Cæterum Æmylius Probus, tor non spernendus: *Hoc itinere*, inquit, *adeo graui morbo a- citur oculorum, vt postea numquam dextro bene vsus sit.* Dici autem, *Captus oculis*, vt *Captus mente*, & qui mente caret ac o lis: & qui mente oculisque non bene vtitur: vno tamen caru oculo Annibal fere creditur ab omnibus. & duces præterea b cosissimi Antigonus, Philippus, Annibal, Sertorius.

Cap.24. *Traditore.*] Proditore.

Cap.44. *Cœptam libertatem.*] Capi incœptam.

Cap.51. *Mare aggressi.*] Alias, *Ingressi.*

Cap.77. *Neque aliud excusandum habeo.*] Alias, *accusandum*

Cap. 82. *Vim responsi ex nomine Basilidis.*] Hoc est, f rum se Regem, quia *Basilidem* viderat: nam Βασιλεύς, Græ *rex* est.

In Lib. V. Histor.

CAP. I. *Priuatis vtriusque rebus.*] Cum neq; Vespasianus ceps, neque Titus Cæsar esset.

Eod. *Vt superior sui iam crederetur.*] Vt seipsum virtute vince-
factus Imperator.

Cap. 2. *Carminibus Homeri celebratam gentem.*] Strabo lib. 1. &
citat & refert hæc carmina ex Iliade & Odyssea.

Eod. *Conditam vrbem Hierosolymam nomine suo fecisse.*] Ordo:
sensus est: vrbem conditam fecisse Hierosolymam nomine suo,
id est, appellasse. Dixit autem nomen facere, pro eo quod est, im-
ponere.

Cap. 7. *Admixto vitro in vitrum excoquitur.*] *Admixto nitro,*
legendum est, autore Plin. lib. 37. *Fama est, appulsa naue mercatorum nitri, cum sparsi per littus epulas pararent, nec esset cortinis attollendis lapidum occasio, glebas nitri è naui subdidisse, quibus accensis permixta harena littoris, translucentes nobilis liquoris effluxisse riuos, & hanc fuisse originem vitri.*

Cap. 19. *Drusilla Cleopatræ.*] Progener ergo erat Antonii, cum
maritus esset neptis Antonii ex Cleopatra. Claudius vero natus
Druso & Antonio minore, nepos fuit Antonii. Indignatur ita-
ie Cornelius, eiusdem Antonii fuisse progenerum Felicem, &
nepotem Claudium; illum libertum, hunc vero prin-
cipem Romanum, vtrinque ex nobilissi-
mis familiis genitum.

Finis notarum Ferrětti.

M. VERTRANII MAVRI I. C. NOTÆ AD TACITI ANNALIVM

Librum I.

CAP. I. *Vrbem Romam.*] Scripturus annales libros P. Cornelius Tacitus, an ab Augusti morte cuiusque anni ceperit ordinem obseruare, disquisitio facti est, sed in qua coniectatio non iniucunda videtur. Placuit hoc aliis quærere ad initium libri XVII. consequentis: quod sub operis principium posuisse, ne curiosi diutius animis penderent, operæ pretium existimaui. Siquidem inter omnes conuenit, exemplar à quo cætera descripta sunt omnia, sine inscriptione fuisse; argumento libri Coruiniani, quem ἀνεπίγραφον ij testantur quib. datum est legere. Et ipse Cornelius vtroq; loco initium operis significat scribere se, & ibi nominatim exprimit. Fuit qui diutina suspicione sibi persuaderet, Tacitum posteaquam libros ab imperio Galbæ Annales inscripserat, ad Augusti exactum imperium calamum retulisse, vnde sexdecim libris Annalium nomē ab illius excessu datum. quod Beroaldi inuētum magis puto. Equidē horum qui vulgo inscribuntur Annales, libros XVI. ab autore nuncupatos facile credo: sed eorum qui supersunt quinque posteriores, ne Annalium titulum habuisse putem, Cæcilii & Tertulliani autoritas multaque nec leuia argumenta suadent. Ille sic ad Cornelium lib. VII. epistolarum scribit: *Auguror, nec me fallit augurium, historias tuas immortales futuras: quo magis illis, ingenue fatebor, inser cupio.* At non tam inops verborum fuit Cæcilius, qui *Annales* cum dicere debuerit, *Historias* scripserit. Quare diuersum ab Annalibus Cornelianis historiarum opus extitisse, credibile est. Hoc arguit in Apologetico Q. Septimius Tertullianus: qui ex lib. v. historiarum Taciti profert, quod in vulgaribus lib. XXI. reperias: & ad eum si ex decimoseptimo numeres, librum quintum vere produci à Septimio iudicabis. Idem vero libros Annalium, historiarum libros dixisse potuit, sed libros historiarum quos appellat Plinius quos citat Florens, nemo potuit Annales recte dicere. Etenim ait Agellius lib. 5. c. 7. *audire soliti sumus, Annales omnino id esse, quod*

Histori

Historias sint: historias non omnino esse id, quod Annales sint: Dicerem, nisi hæc satis essent, historias esse rerum gestarum narrationem, quibus plerunque interfuerit is, qui narret, interesseue potuerit: annales vero esse, cum res gestæ plurimorum annorum, obseruato cuiusque anni ordine, deinceps componuntur. Sane quinque posteriores Annalium dicti libri, huiusmodi minime sunt, quare potius debent Historiarum nomine censeri, vt aptius loco proprio scripsi. Ad hunc quod attinet, præfatur Cornelius multa, & ea quæ per annos complures gesta, nobis non est propositum explicare: neque enim iustos commentarios scribimus, qui locos tantum obseruatos, quibus ingeniorum remora subsit, & notis breuibus explicare in animum induximus.

Ibid. *Vltra biennium.*] Si verum prodidit Eutropius, *Decemuiris, cum primo anno bene gessissent, altero potestatem abrogatam fuisse:* nihil hic muto. Sed Liuius contra lib. III. refert, cum & omnium voluntate biennio præfuissent, Decemuiros in annum tertium magistratibus detinuisse. Quod si est; *vltra triennium*, legendum hoc loco fuit: qui forte cum exscriberetur, *vltra tri*, delicatis auribus displicuit, indeque temerarius facile pro *tr*, *b*, se ipso sibi duce, autoreque reposuit.

Veteris pop. Rom.] Non solet *populus vetus* aut *nouus* dici, qui *semper idem est.* vt Alfenus lib. VI. Digestorum suorum scripsit: contra, *vetus*, *noua respublica* dicitur Velleio & Tacito, ob eam quæ retinetur, aut mutatur forma ciuitatis. Quamobrem scripserim hoc in loco, *veteris reipubl.* estque in autoribus huiusmodi peccatum frequens. De cæteris apud Senecam suasoriam VI. libri omnes habent, *Quis non hoc populi Romani statu Ciceronem vt viuat cogi putat?* vbi scribendum, *Quisnam hoc reipublicæ statu.* Similia quoque alii tam in Cicerone, quam in Liuio obseruauerant. Nos consimile peccatum in Valerio notamus, & libro Memorabilium VI. titu. IV. vbi Scipio Æmilianus dixit, *se ex maiestate reipublicæ omnia gesturum:* imo vero dixit, *ex maiestate populi Romani:* quod hæc verba Romanis solennia essent, illa nusquam vsurpata reperiantur. Etenim è literis R. P. significata Republica, facile fuit notarum ordinem inuertere, hoc modo, P. R. quo facto insecutum est, vt pro *republica* nomen *populi Romani* exscriptores sine dolo malo subiecerint.

Adulatione deterrerentur.] Ingenia consumuntur potius, exeduntur, & corrumpuntur, adulando. Itaque legendum Æmylius censet, recteque, *detererentur*, vocabulo notissimo. Sic infra lib XVIII. *popinis, & comessationibus & principis imitatione deteritur militis ferocia.* Ad hæc Porphirion ad illud Horatii libr. I. *Culpa deteret ingenij: deterere*, inquit, *minuere signat, ex consequenti: quia quæ deteruntur comminuuntur.*

Cap. 2. *Consulem se ferens, &c.*] Cæsar Octauius Trium-

uiratum Reipub. constituendæ annis decem administrauit, quo-
usque cæsis collegis, nomen illud deposuit, & I V. Consul à Se-
natu decretam perpetuo Tribunitiam potestatem accepit: si
quæ Dioni libro L I. seruata fides est, Paulli Orosii autoritate
non minuitur. Hic enim libro V I. cap. X I X. antequam fieret
I V. Consul, Cæsarem id ius adeptum scribit. Quod disquirere,
non est hunc locum explicare. Porro consulem se ferens Octa-
uius, Tribunitio iure ad plebem tuendam, vt Cornelius ait,
quomodo vti potuit? Plebem defendere magistratus plebei fuit:
in quo alii decernendo, quid licuit patribus, quorum nemo
eundem gerere potuisset? Testis mihi & fautor adest Liuius li-
bro I I. & alibi sæpe. Præterea, Tribuniciam potestatem Im-
peratores susceperunt, vt iis quæ alii contra ipsorum placitum
mouerent, pro suo iure intercederent. Gerere autem Tribuna-
tum plebis, nefas, ipsi duxere, cum vtique patricii sint: omnem
vero Tribuniciam potestatem, quanta vnquam maxima fuit,
accipiant: & quia quotannis eam cum Tribunis pleb. eius anni
renouarunt, inde soliti ipsorum principum anni enumerari, au-
tore Dione libro L I I I. Neque vero ex Romanis antiquita-
tibus reperias vllos, præter Sp. Tarpeium, & A. Æternium, pa-
tricios & consulares, Tribunos plebei fuisse. Quæ si tam vera
sunt, quam videntur, Octauius ob aliud quiduis potius ius illud
recepit, quam vt plebem tueretur. Qua de re monitos ingeniosos
imprimis cupio.

Cap. 3. *Imperatoriis nominib.*] Fortasse ratus est Cornelius ab
Augusto Drusum & Tiberium priuignos, quod filiorum loco es-
sent, Imperatores dictos, simili iure quo ipse vt diui Iulii filius, ex
senatus decreto id nominis acceperat: quo nisi respexerit autor,
sensus me eius loci fugit. Plane vterq; fratrum post victoriam Im-
perator salutationis exultatione à militibus dici meruit: quod ex
Cassii L I V. extremo, & Vellei posteriore in promptu est. Sed Au-
gustum id nomen illis tribuisse, hoc excepto loco nusquam in
illius, Tiberiiue actis legas. Quid si nomina Imperatoria expo-
nas, quæ ducib. à victoria dantur, de nomine gentium deuictarũ?
Neq; tamen Druso inditum Germanici nomen, nisi mortuo, neq;
Tiberio datum reperias: huic sane quem Augustus eo cognomine
quod se defuncto suscepturus esset, contẽtum fore promisit, cum
quidam Pannonicum dicerent, vt habet Suetonius Tiberio cap.
17. Videndum igitur ne non sit aptius explicare, *Imperatorijs no-
minibus auxit*, id est, augendos curauit in quo fluctuans nondum
conquiescit cogitatio.

Principes iuuentutis.] Obseruandum est in Antiquitatibus Ro-
manis vsos magistratus etiam in summa potestate, minus im-
periosis nominibus, quo ab inuidia remotiores & tutiores essent:
& quemque ab ea cui præcipue incumberet cura, appellationem
habuisse.

habuisse. Eius rei euidens notatio est, in dictatore, censore, prætore, quæstore, & in ipso principe. Cum enim regimentis reipublicæ ad vnum translatis, legi princeps senatus à censoribus desiit, tum est vulgari principis nomine imperium singulare constitutum: etsi antea, qui primum caperet locum diceretur, vt est apud Valerium, *Metellus Pius princeps ciuitatis*, apud Ciceronem, *M. Æmilius princeps & senatus & ciuitatis*, apud Quintilianum, *Domitius Aper princeps fori*, & *M. Tullius in republica princeps.* Exinde quemadmodum Augustus in senatu, ciuitate, & republica *princeps*, id sibi nomen tametsi minus imperio, satis speciosum ratus est, adoptatitios liberos, & Tiberium priuignum voluit, vt Cornelius noster scribit, *principes iuuentutis* appellari: vt quanto ipse patribus cæteris emineret, tanto eius liberi cæteris adolescentibus antestarent. Eam ob rem apud Suetonium, Caligu. capite decimo quinto C. Cæsar Caligula eo nomine fratrem Tiberium auxit, & infra lib. XII. Claudius Neroni eam appellationem permisit. Neque vero primum illa fuit ab Augusto excogitata appellatio, sed antea vulgaris erat, vt legas apud Liuium libro XXVI. *Hieronymum à principibus iuuentutis prope consilio publico interfectum.* Alii ad honorem publicum nomen id translatum putant à Troiæ ludicro, vt is qui præesset ex primariis iuuenibus, ductor turbæ puerorum maiorum aut minorum, principio *iuuentutis princeps* dictus fuerit. Sic etiam alibi quam in vrbe edito ludo, vt in Hispania princeps iuuentutis Lasio dici videtur, ex huiusmodi spectatione, Q. HERENNIO HETRVSCO MESSIO DECIO NOBILISS. CÆS. PRINCIPI IVVENTVTIS VALENTVE TE ET VETERES. Sed ideo de sententia non deiicior, qui non scriptorum duntaxat autoritatem, sed scripti rationem expendo.

Etiam senes plerique.] Lego *&* *iam.*

Cap. 6. *Vt non aliter ratio constet.*] *Ratio constat*, si æquitatis effigiem ostendit: quo sensu Cæcilius Minutio libro I. Epist. in prin. *Mirum est, quam singulis in vrbe ratio aut constet, aut constare videatur pluribus, cunctisque non constet.* & Traiano epist. X. *Obsequio meo opto, vt existimes constare rationem.* Item eodem Papinianus XIX. Responsorum: *si ratio constiterit, neq. desertorem fuisse apparuerit.* D. de re militar. Quare sic Cornelius scriptum intellexisse videtur. Principatus ea conditio est, vt si pluribus arcana patefiant, ratione legitima omnia minus geri credantur. Esset tamen in planiore loco sensus autoris, si quis vti tentaui, legeret, *vt non aliter rata constet*, id est subsistat imperandi conditio, quam si vni reddatur, & mortuo Augusto, ad Tiberium perueniat.

Cap. 7. *Neu tristior primordio.*] malim *tristiores.* Æmi.

Tib. cuncta per Coss. incipiebat.] Nulla sui principatus præscriptione, nullo præposito imperii titulo, quæ dictaret, scriberet-

ue Tiberius, à consulum nomine incipiebat. quod in veteri republica solemne, in noua ex more maiorum seruatum est, & eius adhuc vestigia licet cernere ex edicto Prætoris de edendo. D. & ex Paullo de adulteriis libro III. D. de accusationibus.

Neque abscedere à corpore, idque, &c.] Corpus Augusti assiduum comitem Tiberium habuit, qui cum illud attigisset (salua autem religione cadauer tangi non potuit) impune id ei fuit. Sed ab eo corpore parentis sui non abscedere Tiberium, non habuit in animo Tacitus, potius hoc voluit dicere: Tiberium iure Trib. pot. coacto Senatu, inchoataq; allocutione de Republica, se membrum corporis Senatorum, & vnum ex eo ordine agnouisse, vti quoque postea Claudius Iulianus A. se senatoribus annumerari non dedignatus est. 1. de exhibendis reis, Cod. Theod. 8. de dignitatib. C. Iustin. Interea solo iure Tribunitio vsus Tiberius, Senatui ac magistratibus & maiestatem pristinam & potestatem videri voluit conseruare, vti legas apud Suetonium Tib. cap. 30. Hic vero non *corpus*, quod vno spiritu continetur, & Græcis ἡνωμένον est, sed pro illo accipit Cornelius, quod ex distantibus constat, vt infra, *vnum esse Reip. corpus*. Qua de re ex Pomponio. XXX. D. de vsurpatio.

Signum prætoriis.] Vocale exaudiendum est, quod in vigiliis voce humana pronunciatur, neque scribitur Vegetio lib. III. c. V. & more militiæ petenti tribuno dari solitum fuit. Idem Cornel. infra lib. XIII.

Excubiæ, &c] Sup. *erant*: scilicet, ex institutione Augusti, militibus in custodiam imperatoris adlectis. Indeque mos dictus fuit, cohortem excubiis adesse pro foribus Palatii principis, teste eodem infra lib. XII. extremo.

Cap. 8. *Liuia in famil. Iuliam nomenque Augustæ.*] Mirum qua confidentia Augustus cognomen amplissimum, à Senatu sibi honoris caussa datum, testamento suo tam Tiberio, quam Liuiæ cōmunicarit. Fuit potius honorificum nomen Senatui reddendum, qui ex arbitrio principi bene merenti conferret, vti in creando principe postea solemne fuit. Tiberius tamen de quo Tacitus noster reticuit, sicut olim M. Gallii Senatoris testamento adoptatus, eius ferre nomen, adita hęreditate recusarat, ita relicta Augusti testamēto cepit, in vrbe nomine hæreditario abstinuit. Liuia hæres ex parte viri testamēto & admirabili etiam præter naturā adoptione Augusti Velleio teste, filia facta, in nomē Iulię accisci iure potuit: in nomen Augustæ, non debuit: quod à Senatu datum secutis seculis, vt Faustinæ, legitur. Sed cum solutus legib. Augustus esset, id supremū voluit, quod passim deinde principes acceperunt. Vnde Cornelius ait infra lib. XII. *Augetur Agrippina cognomento Augustæ.* lib. XV. *Nero natam sibi ex Poppæa filiam appellauit Augustam, dato & Poppææ eodem cognomento.* Historiar. II. Vitellius matrem comple-

complexus, *Augusta nomine honorauit.* Igitur quà hæres ſcripta Liuia, nomen Iuliæ Auguſtæ cepit: & id eſt apud eundem lib. III. extr. & lib. V. initio. Patercul. lib. II. poſter. & Dion. LVI. exer. Plinius tamen quà vxor Auguſti fuit, ita dictam ſentire videtur. lib. XV. c. XXX. vbi de Liuia Cæſari pacta ſic haber, *Liuiæ Druſillæ, quæ poſtea Auguſta, matrimonij nomen accepit.* Equidem à tot autoribus ne diſſentiat ſolus Plinius, pro *matrimonij* legere, *mariti* melius cenſeo & tutius: niſi placeat interpretari, matrimonii nomen accepit, nomen quod dum viueret mariti fuerit, illo defuncto accepit. Sed memores profeſſionis, ad Tacitum regrediamur.

Legata non vltra ciuilem modo.] Auguſtus ab hæredibus ſuis multa prædia, magnamque pecuniam, plerifque hominibus, propinquis ſuis, extraneiſque legauit: inquit Xiphilinus, at non vltra ciuilem modum, & legitimum, lege Falcidia præſcriptum: quique modus legis Falcidiæ à Iulio Paullo & T. Caio dicitur. I. §. interdum. & LXXXI. D. ad l. Falcidiam. Ea nanque legandi libertatem coanguſtauit, ne minus quam partem quartam hæreditatis teſtamento hærede capiant: quæ olim verba legis fuere. Sed ciuilis modus hic eſto. Subdit Cornelius. *Niſi quod populo & plebi* CCCCXXXV. dedit: ergo vltra modum legis (ne quæ ſequuntur relicta fuiſſe enumerem) id legauit Auguſtus. Qua de re apud Suetonium Auguſti extremo, reperio: *Legauit populo Romano quadringenties, Tribubus triciesquinquies H.S.* ſubaudi, centena milia, & infra: *nec plus peruenturum ad hæredes ſuos, quam milies & quingenties profeſſus.* Quę ſi vera profeſſio fuit, aut nihil prorſus intelligo, aut non ſine peccato ſcriptus ſeſe locus hic habet, in quo aciem ingenii retuſam ingenue confitebor. Sic veram lectionem ignoro, & neſcire me fateor, qui receptam eſſe falſam, paucis indico. Si millies & quingenties centena millia H. S. ad hæredes Auguſti peruentura fuerunt, cum certis tum incertis perſonis relicta, quæ hic noſter Dio, & Tranquillus referunt: aut legando neceſſe eſt Auguſtum extra Falcidię legis cancellos egreſſum, aut ſe intra legis modum continuiſſe. Si exceſſit, aut male ſcriptum à Tacito, aut quam ab eo, prius ad nos peruenit, *Legata non vltra ciuilem modum* data. Si legis præſcriptum non tranſiliit, peſſime ſcriptum libri omnes habent, *niſi quod populo*, & cætera.

Libertatis improſpera repetita.] Ex chirographis iã ante admonuit Æmylius legendum *improſpere repetita*: pro die quo Cæſare trucidato, ad pileum à Bruto vocatus populus Romanus, rediiſſe in ſtatum priſtinæ libertatis videbatur: & quidem in eum ſed inproſpere redierat, niſi Pompeio, liberi, Cæſari hæres Octauius & collega M. Antonius ſuperfuiſſet; inter quos pene extincta, iterum ciuilia bella exarſerunt, variuſque & multiplex motus ciuitatis fuit. Ex Flori li. II. & Oroſi lib. VI. c. XVIII. Sane vterq; Brutiaum ſociis coniurationis, occiſo Cæſare, populum ad pileum vo-

cauit, & numiſma cudi fecit, in quo ſignum erat pileus duobus pugionibus impoſitus, vt in argenteis Cauletii numiſmatis vidimus. Etenim libertatis redditæ id erat indiciū, quod ex veteri more, qui è ſeruis liberi fiebant, capite raſo pileum accipiebant, vt apud Dionem lib.XLVII.& in Nerone extremo.

Cap. 9. *Numerus etiam conſulatuum.*] Qua Cornelius, in eadem hæreſi eſt Tranquillus, Auguſto: ab illiſque ſtat non tenue teſtimonium ſermonis, quo terdecies inito conſulatu, Auguſtus M. Valerium Coruinum Caiumque Marium ſolus æquarat: è quibus ille VI. hic primus omnium VII. coss. fuit Cicerone, Liuio, Plutarcho, & Plinii autoribus. Sed Dionis præſcriptio in fronte lib. LV. ponit Auguſtum XIV. cum L. Æmylio Paullo conſulem, eorumque Caſſiodorus meminit: de quo Xylandro conficere, per me licet.

Neceſſitudine.] Idem infra li. IV. *ſecundum neceſſitudinem legis,* & li. V. *ſeque ea neceſſitudine cogi*, dixit, pro neceſſitate, vt ex aliis obſeruatum Agellio Noctium lib.XIII.c.III.

Sed Pompe. imagine pacis, ſed Lepid. ſpecie amicitiæ.] Aduerſatiua ſimili modo eſt à Plinio multiplicata epiſt.lib. 4. Romano ibi, *ſed timuit, ſed rogauit, ſed opus venia fuit.* Beatus tamen legit *pacis & Lepid.* tu videris quid magis placeat: ego nihil mutarim. Enimuero infra hoc ipſo libro Cornelius habet: *non præfectum ab iis, ſed Germanicum ducem, ſed Tiberium Imperatorem violari.*

Qui Tedij & Vedij.] Beatus legit *Q. Vedij*, & tollendum *Tediū* cenſet, quem ſibi incognitiſſimum Æmylius profitetur. Ego locum corruptiorem reor, quam vt ex ſcripto ſenſus elici poſſit. Manuſcriptis codicibus deeſt quidpiam ante illa *Qui Tedij*, &c. vbi niſi me animus fallit, Cornelius olim iam ita poſuit; *tum mors, quæ Tedij, Vedij & Pollionis luxus*: quaſi vtriuſq; nomine male audiret Auguſtus. De illo ſic habet Trāquillus Auguſto c.27. *Tedium Afrum Cos. deſignatum, quia factum quoddam ſuum maligno ſermone carpſiſſet, tantis perterruit minis, vt is ſe præcipitauerit.* Sed Vediani luxus exprobratio cur vergat in crimen Auguſti? Opinor eo quod Auguſtus magiſter morum, luxuriam illius, diuitiarum & ſæuitiæ cauſa celeberrimi, coercere debuiſſet potius quam ita fouere, vt familiaritate & amicitia, Velianæ magnam partem hæreditatis meruiſſe videretur, vti eſt apud Dionem, LIV. Sane Plinius lib.IX.c.XXIII. Vedium Pollionem equitem Roma. ex amicis Auguſti ſcribit. Ante nos Aldus relatiuum in fœmineo poſuit, vt prius chirographum habuit, & Beroaldus immutauit: iam vero extremum clauſulæ *luxus* nomen, ſi in hoc *luxuria*, demutari poſſit, apertam huius difficultatis feneſtram licebit cuique cernere; neque vero quicquam inter vtrumque nomen conſtituo diſcriminis, qui referens tantum reſpicio, vt tam morti, quam luxu-

riæ conueniat. Factu autem facile fuit, vt exscribentes *luxuria*, cursim prætermisso, causam dederint librariis subsecutis *luxus*, pro *luxuria* in publicum educendi.

Cap.13. *Non adesse apud te.*] Quidam subiungunt, *Rempublicam*. Æmylius pro *apud te*, legit ex codice Mediceo *caput*. Ego vtrunque admitto, & ita scriptum censeo, *non esse apud te caput Reipublicæ*. Sic infra dicitur, *caput rerum*.

Cap.14. *Aramque adoptionis &c.*] Contendo *æraque* legi debere, neque factam similis aræ mentionem alias legisse me scio, licet adoptionis quæ frequens in tot Cæsarum successione fuit, complures mentionem habeant. Amplius autem ita disquiro: Cla. Tiberius cum pater familias esset, filius Augusti fieri, nisi arrogatione nō potuit. Illū igitur aut vt priuatus, aut vt princeps, Augustus adoptauit. Si vt priuatus, lege Curiata, ex more maiorū opus fuit, cuius in oratione Galbæ lib. XVII. infra vestigium remanet, de quo Agellius lib. V. c. XIX. At aram, quo loco comitia Curiata haberentur, condi non licuisse, concienti mihi dabunt omnes. Si vt princeps, legibus solutus sicut alias nepotes suos Caium & Lucium adoptarat, domi creditur priuignum arrogasse: quis in ea extructam aram dixerit, quam erigere in area solemne fuit? Oculis, vt puto subieci, *aram* hinc tollēdam, quo facto, *æris* nomen aptius esse nemo non videt; hoc sensu: Tiberius in ęs incidi adoptionē, & publice exponi prohibuit:, ne perpetuū eius rei testimoniū superesset, quod ab hominū memoria prorsus intercidisse cupiebat, se videlicet, per vxoriū ambitū, & senili adoptione in principatū irrepsisse. De eodē Suetonius ait Tiber. c.50. *Tulit perindigne actū à senatu vt titulis suis quasi Augusti, ita & Iuliæ filius adijceretur*. Fuit autem (quod in rem præsentem adduco) vsus æris ad perpetuitatem monumentorum translatus, tabulis æris, in quib. publicæ constitutiones inciduntur, ait Plinius, XXXIV. c. IX.

Cap.17. *Denis in diem assibus.*] Quantæ seueritatis disciplina militaris apud veteres fuerit, colligi ex hoc loco potest, qui eruditiorum omnium ingenia vel fatigauit, vel exercuit. Inter cæteros Aemylium Ferrettum obseruo, qui de eadem pluribus ad Turnonium Cardinalem scripsit. Sane quæ dubitationem contineant, autoris verba sunt hęc. *Vt singulos denarios mererēt*, & infra, *vt denarius diurnum stipendium foret*. Id fuit molestiæ solatium, quod pro denis assibus, Pannonici milites erogari sibi petebant. Nihil tamen sermone minaci, crebraue expostulatione profecerunt, quo militare stipendium contra veterem institutionem, modumque receptum cresceret. Inde vere Plinius habet, *In militari stipendio, semper denarius pro decem assibus datus*. libro XXX. c. III. Sic pro ea, quæ fuit veteris

disciplinę obseruatio, denarii æstimationis auctæ nullum milites commodum sensere, quamuis in paganorum commercio denarius (in quo vetustiores denos æreos asses constituerant) sexdecim asses valuerit, Vitruuio, Plinio & Męciano testibus.

Cap. 20. *Intus operis ac laboris.*] Lege, *Inuictus operis ac labore:* & pluratiui numeri sexto casu, operas exaudi: eo maxime quod codici Thusco inest, *Inuictus:* nisi magis placeat, *Intentus operis ac labori.*

Cap. 31. *Germanicum, agendo Galliar. censui.*] Iulius Cæsar omnem Galliam in prouinciæ formam redegit, eique in singulos annos stipendii nomen imposuit : quod ex forma censuali iuxta professionem tot capitum, liberorum & seruorum, tot animalium, tot iugerũm &c. Romani, quibus ius erat, singulis mensib. teste Dione, exigebant à vicis, municipiis, coloniis, ciuitatibus, & prouinciis præter eas, quę aut sociæ, aut bene meritæ, aut iuris Italici factæ fuissent. Neque enim ius ciuitatis Romanæ habere necesse fuit, in quo mirum, vt eruditissimus Alciatus præuaricatus sit. Ad rem. Germanicus agendo censui Galliarum intentus erat, id est, tributo exigendo, & accipiendo: qua de re Claudii eius filii legenda oratio est, quam ex ære exscripsi lib. xi.

Cap. 36. *Missionem dari vicena, &c.*] Placando militi responsum ad omnia quæ posceret, eo excepto, quod denarii vetus æstimatio seu stipendium minime creuit. Rescriptum est igitur missionem iis dari, qui xx. stipendia meruissent, vti diutinos labores pertęsi, postulabant. Alias missio (honestam exaudi) dari solita non est, nisi tempore militię impleto, ait Macer, id est XXV. annis: quod ad Vergilium non semel prodidit Seruius gentilis meus.

Exautorari qui senadena.] Id est, solui sacramento, quo iurauerant se non nisi præcepto imperatoris, post completa stipendia recessuros.

Retineri sub vexillo.] Ad solum quadriennium intellige, vt sit æquę rationi locus. IV. enim ad XX. eadem proportio, quæ V. ad XXV. cernitur.

Cap. 37. *Fisci de imperatore rapti, inter signa, interq; Aquilas veherẽtur.*] Sacci, qui pecuniã imperatoris cõtinerent, ab illo per milites rapti, & inter signa militaria traducti sunt, vbi priuata militum pecunia ex dimidia donatiui, decem saccis adseruabatur, ex more veteri; de quo Vegetius lib. II. c. XX. Eo pertinet edictum Domitiani vetans, plusquam mille nummos à quoquam ad signa deponi. Suetonius VII. Quare miles quidam ita legauit, DARI VOLO A IVLIO ACTORE AVREOS TOT: ET IN CASTRIS QVOS HABEO TOT, vt est apud Iulianum, XCVI. D. de legatis, lib. I. Indeque dictum *peculium castrense.*

Aquilam amplexus, religione sese tutabatur.] Inuiolabiles enim eran

rant veteribus qui ad aras confugissent: & Aquila, exigua quæ-
am sacelli effigies, in eaque aquila aurea collocata, omnibus Ro-
nanis legionibus olim fuit, Dio lib. XL. postea quam C. Marius II.
los. dedicauit. Plinius X. c. IV.

Cap. 47. *Ac ne postpositi.*] Delendum, *ac.*

Cap. 50. *Concædibus munitus.*] *Concædes* sunt castrorum muni-
nenta, ex cæsis arboribus, syluaque facta: quo nomine vsi sunt
Cæsar, & Marcellinus. Æmylius autem maluit, hic legi, *munit*,
uod probo. Neq; enim dum castra locaret Romanus, in fronte,
ergo, & lateribus munitus esse potuit.

Cap. 54. *Sodalium Augustalium.*] Idem Cornelius de Augusta-
bus tractans libro Historiarum II. inquit, quod sacerdotium
t Romulus Tatio regi, ita Cæsar Tiberius Iuliæ genti sacrauit.
Quare sacerdotes Augusto decreti flamines in antiquis specta-
onibus leguntur, sed & aliquando Sodales, vt illa, T. PLAV-
IO. M. F. A. N. SYLVANO ÆLIANO PONTIF. SO-
AL. AVG. &c.

Sodales Tatios.] Hos sic dictos nullibi præterea legi: neque scio
ut *Titios* scriptum non sit melius: sic enim Budæ in Hungaria re-
ert inscriptio, DIIS CONSERVATORIBVS GENIVS CA-
ELIANVS LEG. AVG. PR. PR. SOD. TITIVS. Sodalium
Titiorum meminit Varro, quos dictos à Titiis auibus, solitis in
uguriis obseruari, lib. IV. linguæ Latinæ scribit. Eodem spectat
ucanus lib. I.

Et doctus volucres augur seruare sinistras,
Septem virque epulis festis, Titijq; sodales.

ed de nomine non contendo, qui *centuriam Tatiensem* & *Titien-*
m pro eadem à *Tito Tatio* lego, sed & ab eodem *Titiam curiam*,
Titiensem tribum, apud Pompeium. In hoc hæreo, quod Varro
ræ dicto loco nullum de Tatio verbum fecit, è cuius votis paulo
nte refert, quæ fuerint Romæ dedicata. Magis autem miror
Cornelium, qui tam sui dissimilis, hic Sabinorum sacris retinen-
is, à rege Titio, & Historiarum lib. II. à Romulo, Tatii memo-
æ, sodales Tatios institutos ponat: quorum alterutrum sit fal-
um necesse est. Sane Romulus T. Tatio funus amplissimum faci-
ndum curauit, & eius manibus parentale annuum decreuit: at
acratorum sodalium aut flaminum nulla apud Liuium, Diony-
um, Plutarchum penitus mentio est.

Ibid. *Discordia ex certamine histrionum.*] Dio LVI. extremo,
umultuatum ait, quod histrio quidam nollet pro constituta mer-
ede in theatrum exire.

Trucisonore.] Rhenanus vir doctus, quique nos scriptis non
parum adiuuit suis hunc locum & alterum ex libro IV. sequenti,
bi, *sonorem alterius prælij non acciperet*, mire suspectos habet: ve-
eturque num librarius aliquis Sidonianæ lectioni assuetus, pro

ſono, *ſonorem* inſulſerit. Sed magis eſt vt Cornelius noſter Lucretii lectione delectatus, ex illius vetuſtis verbis quaſi floſculis, libros nouos aſperſerit: ſic autem poeta ſcripſit de rerum natura lib. I.

---- quæ belle tangere poſſint
Aureis, & lepido quæ ſunt fucata ſonore.
Item libro VI.
Cernere, odorari licet, & ſentire ſonorem.

Cap. 65. *Figi limoſa humo.*] Aquilam ferebat ex eo dictus Aquilifer, conto impoſitam longiſſimo, cuius pars inferior in acutam cuſpidem deſinebat, vt in ſolum defigi poſſet: quod ex Dionis prædicto loco, in hunc attulit Alciatus.

Ibid. *Per quæ geritur humus.*] Malim *egeritur*. Beat.

Cap. 66. *Decumana.*] Veteribus placuit, vti decumanus fluctus, limes, decumana ſcuta, oua, &c. Dictam decumanam caſtrorum portam eſſe, maximam, per quam reos, qui ad pœnam educerentur, milites magno concurſu, ſaxis & lapidibus obruerent, vt accipio Vegetium lib. I. capit. XXIII. eandem auerſam hoſtibus, quod hic ſcriptum eſt, Liuius ait libr. X. ibi, *A tergo caſtrorum decumana porta impetus factus*, ego tamen in Gromatico Higino ita ſcriptum legi, *porta è cohortibus decimis ibi tendentibus Decumana eſt appellata.*

Cap. 69. *C. Plinius.*] Senior, Cæcilii auunculus hic eſt, de quo iunior ad Macrum lib. Epiſt. III. ſcribit, in hæc verba, Bellorum Germaniæ viginti (ſup. libros) quib. omnia, quæ cum Germanis geſſimus bella, collegit. Inchoauit, cum in Germania militaret, ſomnio monitus: adſtitit enim ei quieſceti Druſi Neronis effigies, qui Germaniæ latiſſimæ victor, ibi periit. Commendabat memoriam ſuam, orabatque vt ſe ab iniuria obliuionis adſereret.

Cap. 73. *Quam ſi Iouem fefelliſſet.*] Reſpicit Tacitus ad veterem iuriſiurandi formulam, his conceptam verbis, SI SCIENS FALLO ME IVPITER SALVA VRBE ARCEQ. BONIS EICIAT VTI EGO HVNC LAPIDEM: tum autem ſilicem manu comprehenſam proiiciebat, vt eſt apud M. Accium extrema Aulularia, & apud Liuium Annalium libro II. vbi Fabius refert M. Fauolei ſacramentum.

Cap. 74. *Manebant etiam tum veſtigia morientis libertatis.*] Ingauiſus ſibi Tiberius numiſma ęreum cudi iuſſit, inſcriptum ergo, LIBERTAS AVGVSTA. Sed id quam fecerit ſubdolè huius libri extremo Cornelius exponit.

Cap. 77. *Neque fas Tiberio, &c.*] Quia reſcindere nunquã Diis licet acta Deum, vt ait Ouidius, conſeruant ſucceſſores principum deceſſorum leges. Sed hoc pluribus in Commentario Iuris libro rorum explicui.

De modo Lucaris.] *Lucaris pecunia* vetuſtioribus fuit, quæ luc

o data erat: *Lucar as quod ex lucis captabatur*, vt ait Pompeius quo nomine dictum præmium, quod in spectaculis impendeur, Plutarchus testis est in Quæstionibus: deque huius modo retum sensit Cornelius.

Cap. 78. *Datumque in om. prouincias exemplum.*] Literarum berii exemplum datum ad omnes prouincias, quo petendi nesitas remissa fuit, volentibus Augusto templum struere. Inest quod ex omnibus prouinciis spectationes antiquæ superit, quæ FLA. AVG. mentionem faciunt. Nos de Augustalis alibi plura.

VERTRANII NOTÆ AD ANNALIVM

Librum II.

CAP. 1. *Gentis Arsacidarum.*] Parthi, id est exules Scythæ primum innotuere viribus sub Arsace, Scytha illo quidem ignobili, sed valentissimo, qui exulum collecta manu regnum sibi virtute bellica constituit: a quo rthiæ prouincia *Arsacia*, qui ab eo genus duxere, hæreditario gno potiti, *Arsacidæ* dicti fuerunt. Ex aliis & Dione lib. XL.

Cap. 2. *Viliss. vtens. annulo clausa.*] Obsignabant enim etiam æ vilissima essent, nequid furto, negligẽtiaue periret: quod Barri indignum rege existimabant, vt ait Æmilius: vel vt ego sen, cum Barbari ex gentium vetusto more, conditas arte vestes, ac sa aurea, argenteaque nodo, non anuli nota colligarent, vt est ud Plinium lib. XXXIII. cap. I. adeoque Parthi ignotam virtun irridebant.

Ibid. *Noua vitia.*] Lecticæ gestamen. & fastum erga patrias ulas intelligit Cornelius: sane quomodo epularetur rex Parorum, Hermolaus Byzantius in epitome Athenæi, lib. IV. c. XV. Possidonio scriptum reliquit.

Cap. 7. *Inter castellum Alisonem.*] Alison Germaniæ fluuius est oni, qui eius & Lupiæ meminit lib. LIV. Sic igitur interpungenm Cornelii scriptum fuit, *inter castellum, Alisonem, ac Rhenum, uis, &c.* Quod & Xylandro in Notis ad Dionem probatur.

Cap. 13. *Egressus Augurali, per occulta & vigilibus ignara.*] Porn Auguralem quidam hoc in loco intelligit commemorari, lit quatuor tantum fuisse portas castrorum, Prætoriam, Quæstoriam, Quintanam & Decumanam militares scriptores tentur, & Liuius libro XXX. *ibi Æmilius, &c. ad quatuor portas ercitum instruxit.* Sed præter enumeratas legitur apud Feum, Principalis castrorum porta, sic dicta, quod in eo loco est, in

quo principes ordines tendunt. Reperio quoque Liuium
proxime enumerata verba, extraordinariæ castrorum portę
minisse: ibi; *Quatuor extraordinariis cohortibus duas adiunxit,*
posito M. Valerio legato, erumpere extraordinaria porta iussit. Q
re eandem hanc aliquis fortasse cum Augurali crediderit. Ve
si Germanicus egressus Augurali, adit castrorum vias, vt ait C
nelius, adsistit tabernaculis, fruitur fama sui, non extra cast
gressus videri potest, aut debet, qui intra castra & ipsas tabe
militum, eorum animos explorare cupiebat. Adhæc quo m
noctu è castris exisset, cum ea vigiliis vndiquaque septa es
imo & singulæ militum decades singulas portas custodirent ?
& intra castra ad prætorium & ad quæsitorium dispositi mi
excubabant, quos fefellisse in conticinio fertur Cæsar, *egressus*
gurali, per occulta & vigilibus ignara. Dicitur autem Augura
mihi quicquam in tantis tenebris sublucet, pro ea parte præ
siue tabernaculi eius, qui supremam in castris potestatem h
ret in qua ara posita erat, cuius *Auguralis* dictæ, Cornelius
libro xv. fecit mentionem. Quod si nominis rationem exqu
vide ne sit ex eo, quod in ducis tabernaculo diis operari, vi
sacra fieri, auguriaque ex pullis captari solemne apud ve
esset, quod ex Liuio multi iam ante annotauerunt. Sed si per
tiores dicere quid sentiam, & id affirmare liceat, sacramento
quolibet contenderim, mentionem Auguralis temere in hun
cum irrupisse, vbi scriptum ab autore fit verisimile, *egressus A*
stali: sic enim imperatoris tentorium appellatum ex Quintili
Alexander libro 1. Genialium, cap. xii. siue ex alio scripsit: cu
intrepide subscripserim.

Cap. 15. *Aliud sibi reliquum.*] Ego *nil* antepono ex
ti sententia: neque placet per interrogationem dictum i
ligere.

Cap. 29. *Libo interim veste mutata.*] Cultus supplici
est, qualis xliii. Liuii, vbi principes Ciuitatis in consp
populi, *anulis aureis positis, vestem mutarunt*, vt supplices
bem circumirent. Mutatur autem vestis, candida, in obsol
& sordidam. Neque sine causa vestem sordidam in public
bere, capillumue summittere licuit: qua de re Venulei scrip
superest ex libro ii. Publicorum. D. de iniuriis. ixl. & C
sorum olim de ea re cognitio, & seueritas in M. Liuium e
apud Titum libro xxxvii. Sane delatos receptosque
capillum & barbam promittere, vestemque solitos demutare
stimoniis receptissimis fidem faciunt Agellius libro iii. cap
Plinius ad Suram, vii. Epistolarum, & Seneca libro ix. D
matio. iv. extremo.

Cap. 30. *Vetere senatusconsulto.*] Quod hic senatuscon
to tribuit, Cicero Partitione, institutis, & ea pro Deie
mo

bus maiorum tribuit. Nobis amplius patere nihil poteſt.
id. *Callid. & noui iuris repertor Tiberius.*] Vaniſſimum Ti-
illud heurema fuit, quo ſeruos priuatorum, publico actori
iuſſit: dum enim veretur ne ſenatuſconſultum offendat, cal-
(ſi Diis placet) in Ius gentile committit quo dominium
d obtigit, quemque tenere fas eſt. At ex nouo Tiberii inuento,
nti domino ſua res eripitur: quo mihi non repertor noui iuris,
ſſertor veteris iniuriæ videtur. cuius vſum ſub Auguſto pro-
Dio lib. LV. Quid enim fuit, cur potius ius ſingulare non in-
uxit, quo ſerui vel in dominos torquerentur, vbi de crimine
ſtatis actum, quod ad perſonas principum attinuiſſet? vti-
ſequentes principes id non latuit. X. D. de quæſtionibus. Ea
e ſine vllo mancipationis circuitu, expeditior & planior fuiſ-
ia.

id. *Mancipari ſingulos actori publico.*] Mancipare, licet ex
i ſono ſit manu capere, hoc loco pro verbo compoſito, ſim-
vſurpatur à Cornelio, ſicut infra lib. II. Hiſtoriarum, *luxui &*
iæ mancipatus, emptuſque, & libro ſuperiore, ibi, *venditis hor-*
ſtatuamque Auguſti ſimul mancipaſſet: niſi malis *emancipaſſet*,
tradidiſſet, vt Plauto Bacchidibus, *Tibi me emancupo: tuus*
: tibi do operam. Inde vero Tiberii repertum quam æquum per
iem fuerit, licet oculis cernere, ſi dominus vellet, nollet, ſer-
in ſeipſum tradidit, iuſſus (vt plenius dicam) iugulo gladium
iouere. Igitur emancipatione publicus ſeruus traditos à de-
reo ſeruos priuatos accepit, non vt Æmilio placebat, addi-
ne, quæ à iudice cauſa cognita decernitur: quo caſu ſeruos
os, damnato reo, Papinianus appellat publicari. VI. D. de
ſtionib. Mihi fauet Cornelius noſter lib. III. illis verbis:
ios quoque Syllani vt tormentis interrogarentur, actor publi-
mancipio acceperat. Nunc videamus quis ſit *actor publicus*: &
enio Ofidii Antiochum ſeruum actorem. III C. D. de legatis
. ex quo actor publicus ſeruus quoque videtur, qui actis præ-
itus, decreta magiſtratuum, & quæ ad iudicia pertinerent, ex-
ebat, &, vt aiunt, in acta referebat. Vnde eſt quod apud Mar-
um *cauet quis ſeruo publico ſe alij reſtituturum.* XVIII. D. de
ptionibus. & idem apud Vlpianum *pro abſente apud prætorem*
ulatur. II. D. Rem pupi. ſaluam fore. Ideo vero ſeruo munus
d mandatum, quia iure ciuili, libera perſona alteri acquirere
il potuit. Seruus igitur reipublicæ adhibendus fuit, qui ſicut
mmunis nomine ſtipulatus, ei acquireret obligationem, teſte
io Paullo, XL. D. de vſuris, ita ſingulorum nomine ſtipula-
, ſingulis quærere poſſet, qui ex parte domini magis quam
ent, viderentur. Sane de huiuſmodi ſeruo loquitur hic Corne-
s, cui actorum eſſet cura. Idem Hiſtoria. I. ibi, *Seruus publicus*
t in templo Veſtæ, qui Piſonem Cæſarem miſericordiæ cauſa excepit,

& contubernio ſuo abdidit: ſeruum publicum æditũum facere
detur:vt & Liuius *cuſtodes* refert,in atrio Libertatis, ſignatis à C
ſoribus tabellis publicis,clauſoque tabulario, dimiſſos ſeruos
blicos,lib.XIV. Agellius quoque XIII. cap. XIII. Ædilium ſtipa
tes *ſeruos publicos* ait. Vt liceat ex his ſuſpicari, ſicut in priuator
familiis, ita ſeruos publicos populi Romani, traditos miniſte
diuerſis fuiſſe.

Cap.32. *Saxo deiectus eſt.*] Vetus id & vulgare ſupplicium ap
Romanos Dionyſius ait, libro VIII. quo ducti in eminentem
tumulum, ibi vaſta rupe deiiciebantur, cuius erat altitudo, eti
ſecure aſpicientibus horrenda, teſtibus eodem libro VII. & Se
ca III. Declamat. lib. I. Illò reſpicit Plautus Trinumo, *Qu
amore præcipitauit, peius perit, quam ſi ſaxo ſaliat.* Illo Lucret
lib.III. extre.

Sed metus in vita pœnarum pro malefactis,
Eſt inſignibus, inſignis, ſceleriſque luela
Carcer & horribilis de ſaxo iactus eorum.

Sane Eleorum lex de ſaxo Tipoeo fœminas deiici iuſſit, q
ad Olympicos ludos penetraſſent, quæue Alfeum, quibus erat
interdictum diebus, omnino tranſmiſiſſent, vt habet Pauſan
Eliacorum priore. Cuius legis ad exemplum XII. tab. lex
buit, *Falſus teſtis, Tarpeio deiicitor.* Sunt autem eo maxime
teres vſi ſupplicio, quandiu ſanguine ciuium puras manus
ſtinuerunt: at vbi pro libidine dominantium inſontes cædi,
nocentes plecti cœperunt, in noua republica, legibus actum
nouis. Ideoque iam interpretatione prudentum non poteſt q
ſic damnari, vt de ſaxo præcipitetur, autore Modeſtino XXV. D.
pœnis.

Ibid. *Claſſicum canere.*] Hinc qui fructum ex hiſtoriæ lect
ne cupit, morem Romanorum obſeruet, quo ſcilicet pleræq
nationes vtuntur, apud quas tuba damnatos ad ſupplicium præ
claſſicum autem pro *tuba*, & apud Ciceronem expoſuit Q. Aſc
nius.

Ibid. *More priſco aduertere.*] De puniendi modo non ſa
conuenit, vt hic mos accipi debeat. Si pro *more maiorum* exa
dis, alii ex ea Tullii in Piſonem, aiunt præciſum ſecuri caput: a
ad mortem virgis cæſos, nudatis corporibus ſuſpenſos fuiſſe. E
ſemper duxi non eſſe hoc: ſic enim de L. Vetere, Sextia eius ſoc
& Pollutia filia, idem Cornelius habet. XVI. *accuſati poſt
pulturam, decretumque, vt more maiorum punirentur*: quo lo
pluſquam ridiculum ſit, dicere, mortuos fuſtuarium paſſos e
Illud autem vel ex Cornelio ſcitum eſt, capita mortuis amputa
veluti, Octauiæ Neronis quondam vxori. lib. XIV. & Sabino H
ſtoria III. Deligabatur nanque ad palum noxii corpus,
quod lege agebat carnifex: & id fuiſſe antiqui moris ſupplici

ex S

Suetonij ſcripto didici, Claudio XXXIV. Ridebat enim vt-
ito, qui Neroni damnato à ſenatu, & quæſito vt puniretur more
aiorum, interroganti *quale eſſet id pœnæ genus*, reſpõdit, *nudi ho-
mis ceruicem inſeri furcæ, corpus virgis ad necem cædi*, quod ille in
erone II. ſcribit.

Cap. 33 *Decretumque ne vaſa, &c.*] Poſteaquam Aſia verius
omanos cepit, quam ab illis capta fuit, vti Cato dicebat, fictilia
iam deorum ſacra, ab eis rideri ceperunt. Dein eo peruen-
im luxuriæ, vt cœnæ, Romanorum more, in fictilibus para-
e, argento omnes diſpoſitæ, ac caniſtri omnes ex auro facti,
ireiſque iuncis compoſiti fuerint: quod ex Ptolomæi regis
ommentariorum octauo refert Hermolaus Byzantius libro
xto, capite tertio. Tandem cautum eſt ne quis aurea vaſa, niſi
d rem ſacram haberet. In quo nonnulli cum dubitarent an eſ-
t argenteis quoque, aureo emblemate cœlatis, interdictum,
dem iuris quod & in ſolidis fuit: vt hoc ad Cornelium addamus.
Dio libro quinquageſimoſeptimo, id Tiberium fuiſſe refert edi-
turum, ſi Latinitatis princeps religioſus, ne dicam ſuperſti-
ioſus, quo ἔμβλημα recitaretur, in Latio nomen reperiſſet.
Tranquillus, in quodam decreto patrum commutandam vocem
llam peregrinam, Tiberio viſum ſcribit. Inde colligo conſtitu-
um fuiſſe, quod Dioni Tiberius edicturus videtur, quodque Ta-
itus reticet, dum vaſa ſolida prohibita duntaxat commemorat.
Reſtat tamen ſcrupulus, patresne jus illud decreuerint, an edixe-
it Tiberius: hoc Dio teſtatur, ab illa parte, Cornelius & Tran-
quillus, ſtudiis ſimilimi: veritas à quibus ſtet, æquales iudicaue-
int. Equidem illud præteriſſe nolo, in quo grauiter peccatur à
multis, qui *decretum* pro *ſenatuſconſulto* accipiunt: cum illud ex
numero ſenatorum minore conſtaret, quibus in conſilium adhi-
bitis, placitum quidem perſcribebatur, ſed decretum autoritate
ſenatus, nomen illi fuit. Conſultum vero non niſi è iuſto ſenato-
rum numero fiebat: quod præſcriptum fuit tempus cum ad Ædi-
les in ædem Cereris deferretur, deinde in templum Saturni ſer-
uandum delatum eſt. Autores memoriæ ſuccurrunt Liuius libro
III. & Dio, LV.

Ibid. *Ne veſtis ſerica.*] Maximi pretij, hanc fuiſſe veſtem illud
argumento eſt, quod Alexander Imper. nunquam holoſericam
induit, nunquam ſubſericam donauit. Aurelianus item princeps
neque in veſtiario habuit, dicens: *fila auro penſare ſe nolle*, cum li-
bra ſerici, auri libra veniret, ſi qua Spartiano fides. Ex iis
ſuſpicatur Alciatus ſericas veſtes non eſſe quibus vulgo vti-
mur: coniectationem iuuat Seneca de beneficiis VII. *Video*,
inquit, *ſericas veſtes, ſi veſtes vocandæ ſunt, in quibus nihil eſt
quo defendi, aut corpus, aut denique pudor poſſit. quibus ſum-
ptis, mulier parum liquido nudā ſe non eſſe iurabit. Hæc ingenti ſumma*

ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur, vt matronæ nostræ, ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quam in publico ostendant. Eodemque illud Plinij de serico, *Tam longinquo orbe petitur, vt in publico matrona transluceat*, libro sexto, capite decimoseptimo.

Cap. 36. *Auretur.*] Hoc nullo sensu, melius *augeretur*.

Cap. 37. *Iussus ab Imper. vxorem duxi.*] Non ex vi legis Iuliæ de maritandis ordinibus iussus Hortalus: sed pro ea potestate qua superior amicus minori suasit matrimonium, cuius & dicitur autor, Suetonij Tiberio XLVII. Quod explicaui pluribus in commentario de Iure liberorum.

Cap. 41. *C. Cælio.*] Aliis dicitur Caius Cæcilius Rufus: quare malim scriptum *C. Cæcilio*.

Cap. 42. *Ducentesimam.*] Cum posset centesima leuari, ducentesima gratiose statuta est, non vt duo nummi pro centenis conferrentur, sed quo pro ducentis, tribueretur nummus vnus: legas tamen apud Dionem lib. LVIII. pro ducentesima pensione Tiberium centesimam instituisse, de quo aliàs pluribus.

Cap. 43. *Druso proauus eques R. Pomponius Atticus.*] Pomponius filiam virginem M. Agrippæ collocauit, ex quo Agrippina neptis illi nata est. Hanc Octauius Cæsar vix anniculam T. Claudio Neroni priuigno suo despondit: quæ coniunctio, vt ait Cornelius Nepos, necessitudinem eorum auxit, familiaritatem reddidit frequentiorem.

Ibid. *Liuiam vxorem Drusi.*] Legeres *Liuillam*, Suetonio & Cassio autoribus: Cornelius tamē Liuiam hoc loco, & alibi constanter appellat.

Cap. 47. *Eodem anno duodecim celeb. Asiæ vrbes.*] Terræ motu cum dominus noster IESVS crucifixus est, Asiæ ciuitates dirutas, quibus remissum tributum, & data libertas fuit, Paullus Orosius lib. VII. cap. IV. refert, nescio quos secutus autores. Eius certe relatio annis XIV. posterior scriptione Dionis & Cornelij est: hoc preterea differens, quod ille diei hora sexta, hic viribus terram noctu mouisse scribit.

Cap. 48. *Ignotos.*] Adulationes auersatus Tiberius, hæres ab ignoto factus, non adiit, quia amicitia iudicium defuncti non meruisset.

Ibid. *Aliis infensos, &c.*] Hoc Tiberij factum secutis principibus exemplar fuit, & adhuc est, relatumque à Iulio Paullo sententiarum lib. V. cuius verba sunt: *Imperatorem litis causa hæredem institui, inuidiosum est: nec calumniæ facultatem ex principali maiestate capi oportet.* XCI. D. de hæredibus instituendis. XXII. D. de iure fisci.

Cap. 49. *Libero, Liberæque, & Cereri.*] Liberum patrem & Proserpinam, filios Cereris, per Liberum & Liberam intelligimus ait Æmyl.

Æmyl. Sic quoque Liuius dixit libro XLI. extremo. Supplicatio ad Cereris, Liberi, Liberæque fuit. Ædis autem illius ab A. Posthumio votæ, meminit Dionysius lib. VI. extremo. & M. Tullius II. de natura Deorum.

Cap. 50. *Cæsarique connexa.*] Id est, coniuncta: vt speciem adoptionis spectes, qua Tiberius factus Augusti filius fuit. Præterea Tiberius primo Vipsaniam Variliæ, deinde Iuliam, Marcellæ Octauiæ filiæ & Variliæ matris consobrinam, duxerat vxores.

Eod. *Adulterio teneretur, maiestatis delator arcessebat.* Locus hic corruptus est. Quid enim sibi velit autor illis verbis, *quia probrosis sermonibus*, &c. *inlusisset*, &c. *adulterio teneretur?* Fuere Manlius & Varilia adulteri: interea legis Iuliæ de adulteriis ab extraneo delata rea Varilia est, & Iuliæ maiestatis. Quare ita lego, *adulterij teneri & maiestatis, delator arcessebat.*

Ibidem. *Adulterij grauiorem pœnam.*] Relegatio, legitima pœna adulterij fuit, vt vel ex Cornelio iam licuit, & obseruare licebit. Sed si pro nefario scelere nulla fere mitior infligi pœna potuit, quæ nec ciuitatis, nec alia vlla rei iura læderet, quæret aliquis, cur veluti grauiorem Tiberius moliri pœnam à Senatu precaretur. Ego reperio in perpetuum & ad tempus relegatum: potuit ergo Tiberius pro iure affinitatis orare, ne perpetua Variliæ indiceretur relegatio. At exorauit, ne ex vi legis Iuliæ, sed ex more veteri damnata adulterij puniretur: quod datum Cæsaris gratiæ, Apuleiaque Varilia cognatis remissa fuit. *Vetustiores enim*, ait Liuius libro quadragesimonono, *mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant, vt ipsi in priuato animaduerterent in eas. Si nemo erat idoneus supplicij exactor, in publico animaduertebatur.* Inde est quod Publilia & Licinia nobiles fœminæ, quæ viros suos necasse insimulabantur, causa cognita, cum prætori vades dedissent, cognatorum decreto necatæ sunt, ait Florus ex Liuij quadragesimooctauo. Inde quoque est quod *matronas prostratæ pudicitiæ, quibus accusator publicus deesset, vt propinqui, maiorum more, de communi sententia coercerent*, autor fuit Tiberius, teste Suetonio Quod moris specie retentum ex lege Romuli ius olim fuerat, ex illius verbis: *Adulterij conuictam vir, & cognati, vti volent, puniunto.* Verum Apuleiæ delator, & extraneus, qui publici iudicij accusaret, non defuit, igitur non debuit cognatis remitti, sine precibus & intercessione Cæsaris, qui fortasse nondum autor iuris eius extiterat. Sane cum necessarium exilium triplex Marcianus obseruarit, nempe certorum locorum interdictio, lata fuga, & insulæ vinculum. v. D. de interdictis & releg. cognatis Variliæ suasit Cæsar, eam vltra CC. lapid. ab vrbe remouere: leuiori multo pœna quam si assignata insula, eius egressu, damnatæ interdictum fuisset. Mos autem ille vetus, vt alia pleraque

Romanorum instituta, ex Romuli lege regia descendit, de qua hoc sensu Dionysius Antiquitatum libro secundo scripsit: *Si mulier aliquid peccasset, ex læsi mariti arbitrio pœnam luebat, & de delictis, quibus erat violata pudicitia, cognati cum ipso cognoscebant.* Quare infra libro decimotertio: *Plautius prisco instituto propinquis coram, de capite famaque coniugis cognouit, & insontem nunciauit.*

Ibidem. *Adultero Manlio Italia atque Africa interdictum.*] Hinc Philologus ad ius ciuile referet, pœnam legis Iuliæ de adulteriis generaliter relegationem scriptam fuisse. Iuliam enim Augusti filiam, & alias complures relegatas in insulam nouimus: Manlius ab vrbe remotus, nulla insula assignata, Italia & Africa interdicitur: quæ pœna simplex relegatio est, vt ab Vlpiano didici. VII. D. de interd. & relegatis. Vnum tamen ex libris ciuilibus huc translatum volo, quod ex legis præscripto Papinianus creditur respondisse: *Duos adulterij marem & fœminam, propter commune crimen simul non iure, nec à viro postulari conuenit.* IXL. §. IV. D. ad legem Iuliam, de adulter. Quare quis Manlium vna cum Varilia delatum, vt criminis consortem, non sine autore negauerit. Cornelius tamen infra libro quarto: *Aquiliam*, inquit, *adulterij delatam, cum Vario Ligure, &c. exilio puniuit.* & infra: *de adulterio Pulchra & Furius damnantur.* Verum neque delatus cum Aquilia Varius, sed Aquilia ob adulterium cum illo commissum, accusata fuit: quod tamen de Pulchra & Furio non ita liquet. Equidem apud Plinium libro quarto Epistolarum refertur ex cognitione Cæsaris damnato adultero, admonitus maritus, vt perageret accusationem: de qua ibi.

Cap. 51. *Numerus liberorum.*] Sic cum essent ambo canditati, Calestrius Tyro Plinium liberorum iure præcessit, vt Plinius Fabato libro VII. Epistol. Sed legis quæ hoc iuberet nomen, ad nos minime peruenit.

Cap. 52. *Bellum metu eluderent.*] Rhenanus tentat legere, *bellum astu eluderent.*

Cap. 53. *Ei, vt memoraui, auunculus Augustus & auus Antonius.*] Supra libro eodem, Claritudine, inquit, materni generis Germanicus Drusum fratrem anteibat: auum M. Antonium, auunculum Augustum ferens: at vtrobique auunculus magnus Augustus accipiendus est. Fuit enim Germanicus Druso Liuiæ filio natus ex Antonia iuniore, quam Octauia soror Augusti ex M. Antonio sustulerat, teste Plutarcho in Anton. extremo.

Cap. 55. *Areo iudicio.*] Vicus erat à Marte Athenis dictus Areopagus, vbi de capite iudicia exercebantur: quam ob rem *Areum iudicium* dixit Cornelius, tanquam capitis iudicium. Ex Pausania lib. I.

Cap. 56

Cap.56. *Insigne regium.*] Regij nominis honorem pro magnis erga se meritis dare populum Romanum consuesse, dixit apud Liuium Senatus: qui simul ac regem & socium atque amicum appellaret, scipionem eburneum, togam pictam, palmatam tunicam cum sella curuli mittebat, vt infra libro quarto. Hoc loco Germanicus regi qui à populo Romano in fide regnum habebat, Insigne regium capiti eius imposuit, quod diadema existimem. In regestis Gregorij VII. Roman. Pontificis legitur, Demetrius Croaciæ Dalmaciæque rex creatus, vexillo, sceptroque & corona inuestitus fuisse.

Cap. 57. *In conuiuio, &c. coronæ aureæ.*] Solebant antiqui in compotationibus coronas gestare, vt est apud Aristophanem Equitibus, vbi poeta ὥσπερ (ait) κοννᾶς, στέφανον μὲν ἔχων, δίψῃ δ' ἀπολωλώς. inuehitur enim in Cratinum tanquam ebrium & insanientem. Meminit & Diogenianus, vnde Plauti carmen in Pseudolo, Quid ego video? cum corona ebrium seruulum tuum. mentio est etiam Athenæo, & aliis autoribus. Alciat.

Cap.83. *Cum censeretur clypeus, &c.*] Clypeus qui imaginem repræsentaret, non militaribus solum viris in bello, sed & togatis in pace, vt hodie quoque est, iam olim in vsu fuit. Siquidem libro trigesimoquinto, capite tertio, Plinius maior inquit: *Scutis qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines: unde & nomen habuere clypeorum: quasi vellet dicere, ab sculpendo.* Mos itaque erat in curia, vbi senatus haberi solebat, virorum illustrium imagines locare: quod idem Cornelius supra per transennam indicauit, ibi, *Quatuor filiis ante limen curiæ adstantibus, loco sententiæ, quum in palatio senatus haberetur, modo Hortensii inter oratores sitam imaginem, modo Augusti intuens, &c.* Eodem spectat quod Trebellius de Claudio Secundo inquit: *Clypeus aureus Senatus totius iudicio, in Romana curia collocatus est: vt etiam nunc videtur expressa thorace vultus eius imago.* & infra: *Rogo quantum pretium est clypeus in curia? tantæ victoriæ, quantæ vna aurea statua?* Quem quidem morem seruaturi Germanici Cæsaris amici, cum inter viros principes vellent eius imaginem collocare, adseruit Tiberius satis illi ad memoriam insigne, si ipsius simulachrum inter scriptores monumentis ingenij claros, & gloria literarum illustres, enitesceret. Fuerat autem Germanico, vt ait Suetonius, *ingenium in vtroque eloquentiæ, doctrinæque genere præcellens.* Quare vt est apud illum initio Caligulæ, *orauit causas, etiam triumphalis*: quod ita accipiendum & legendum est, non vt vulgus credit, eum causas triumphales egisse: in quo vetus scriptio errorem peperit nouum.

Cap.84. *Vistilia.*] Dum probatã à Labeone Vistiliam vxorem & quiescens matrimonium turbaret nemo, seipsam Vistilia, more

meretricio, detulit. Moris enim fuit nomen apud Ædiles profiteri, non prostibulis, sed meretricibus, quæ honestioris loci & quæstus, copiam sui noctu tantummodo facerent. Cæteris fœminis, si deesset accusator publicus, Ædiles ipsi probrosam fœminam agebant, vt ex Liuio notum est: qui libro XXV. scribit, *L. Vilius Tappulus & M. Fundanius ædiles plebei, aliquot matronas apud populum probri accusarunt: quasdam ex eis damnatas, in exilium egerunt.* Quod autem de se Vistilia professa est, eludendæ legitimæ accusationis, & gratia euitandi adulterij pœnæ fuit.

Cap. 85. *Exacta & à Tit.*] Legerim *exactum*, pro, quæsitum à marito, cur Vistiliæ vxori delicto manifestæ, cui sine mora repudium mittere ex lege debuisset, missæ neque nouis interdiceret nuptiis, neque se adulterij acturum denunciaret. Labeo respondit, datos ad consultandum sexaginta dies, non elapsos, intra quos iure mariti accusandi facultas erat: cui fauet Paulianum illud, sexaginta dies à diuortio numerantur: in diebus autem sexaginta, & ipse sexagesimus est. Illud autem à Labeone quærebatur, ne legem proderet, qui passus vxorem delinquere ob negligentiam, vel culpam, vel quandam patientiam, vel nimiam credulitatem, extra legem positus fuisset, vt habet Vlpianus: sed quo casu manifesta Vistilię peccata essent, sine lata culpa excusare ignorantiam, vel adumbrare patientiam suam prætextu incredibilitatis, Titidius Labeo non posset.

Ibidem. *Actum & de sacris Ægyptiis Iudaicisque.*] *Externas ceremonias, Ægyptios, Iudaicosque ritus compescuit Tiberius, coactis qui superstitione ea tenebantur, religiosas vestes cum omni instrumento comburere*, inquit Suetonius in Tiberio. XXXVI. Similiter multis ante annis Ægyptios deos Capitolio prohibitos inferri, id est, curia deorum pulsos, Piso & Gabinius Coss. non vtique Christiani, euersis etiam aris eorũ abdicauerant, turpium & otiosarum sustperstitionum vitia cohibentes, ait, Q. Septimius Apologetico VI.

Eod. *Ea superstitione.*] *Superstitio*, vt Cicero definit, *vitium diuini cultus est*: idemque *error insanus est, quo amandos timemus, & quos colimus, violamus*, inquit Seneca epistola CXXIV. Quare hic pro falso ritu numinis colendi ab Ægyptiis & Iudæis, dici superstitionem dubitet nemo. Quo sensu idem histor. libro quinto, res Iudæorum tractans inquit, *Rex Antiochus demere superstitionem, & mores Græcorum dare annixus.* Neque aliter vsurpat Vlpianus libro de officio proconsulis, III. D. de decurionibus ibi, *eis qui Iudaicam superstitionem sequuntur, diui Seuerus & Antoninus honores adipisci permiserunt. Sed & necessitates eis imposuerunt, quæ superstitionem eorum non læderent.* Quæ tametsi ab Æmylio Ferretto verissime scripta fuissent, Alciatus *Iudæos* pro *Christianis* exaudiens, in diuersam partem

tem iuit. Sed aliam Iudæorum, aliam Christianorum appellationem quis non videt? Quod si nomine illorum hos exaudiat, hoc loco & similibus Alciatus, quid causæ est, quod non idem faciat apud Tranquillum in Iulio. XXCIV? Credo equidem (quod nondum, DN. NR. carne tectus esset. Alias igitur Iudæam prouinciam, Iudiacum fiscum, Iudaicam vitam) apud eundem Tranquillum vir eruditissimus Christianis accommodabit? & hoc nemini visum iri putem. Decepit autem Alciatum vltima constitutio, earum quæ in Iustiniani Codice referuntur, titulo de Iudæis qua Theodosius & Valentinianus AA. Iudæos dignitatibus atque honoribus arcent: cum antea Seuerus & Antoninus Iudæis honores permisissent. Sane triuiales scholasticorum regulæ, quæ legum concordiam suadent, insanis hominibus abrogationem vetant: sed quibus mens erit sana, vt olim licuit, semper licebit, posterioribus leges priores abrogatas censere: ita vt Cæsarum rescripto sanctio ciuilis ab Vlpiani scripto recesserit. Potuit autem Alciatus ex Suetonii Claudio fauorabilius citare testimonium, ex illis verbis: *Iudæos impulsore Christo, assidue tumultuantes, Roma expulit Claudius.* Tunc enim Ponticus Aquilla & Priscilla coniuges Iudæi, cum Christiani facti essent, vrbe cum cæteris pulsi ex edicto leguntur, in Actis Apostolorum, cap. XVIII. Sed non qua Christiani, sed qua Iudæi erant, vrbe egredi coacti sunt: neque inter Christianos tumultus autor Christus fuit: quem prophani scriptores Chrestum dicunt, nominis sacrosancti rationem ignorantes. At vero neque inter Iudæos tumultus impulsor videri potuit DN. NR. IESVS CHRISTVS, qui iam ante Claudii imperium ad cælos adscenderat. falsum igitur aut Suetonius scripsit, aut sic intelligi debet, vt cum ex Iudæis maxima multitudo ad Christum deflecteret, cæterique nostram religionem professis ex æmulatione hostes essent, eam ob rem tumultus excitabant multiplices, de quibus Diui Lucæ in Actis prodita testimonia sunt, & viuunt in Iudæos literæ Tertulliani. Indeque communi ethnicorum & Iudæorum odio, ab infensis hominibus Christus dicitur autor tumultus. Sed iam ad Tacitum redeo.

Increpuit eos, qui diuinas occupationes, ipsumque dominum.] Tranquillus eodem ait: *Dominus appellatus à quodam denunciauit, ne se amplius contumeliæ causa nominaret. Alium dicentem, sacras eius occupationes, &c. pro sacris laboriosas dicere coegit.* Sic Augustus imperii formator, *domini* appellationem, vt maledictum, & opprobrium semper exhorruit. Sane qui *pater patriæ* est, quomodo *dominus est?* Gratius nomen est pietatis quam potestatis: etiam familiæ magis patres quam domini vocantur, ait Florens Apologetico. Sed & *patris patriæ* nomen delatum respuit Tiberius, sibi cõscius fortasse, se non patrem patriæ, sed ingratissimum fore filium. *Dominus* vero dici noluit, cum eiusmodi appellatio

vt nimis superba, Tyrannidē saperet. Inter priuatos verbū id publicum fuit, vt hodie quoque est, quo si nomen non succurrit, obuios *dominos* salutamus, inquit Seneca epist. III. Illoque Martialis respexit lib. I.

Cum te non nossem, dominum, regemque vocabam.

Sed ab ignotis priuatisque tandem ad maximos principes transiit appellatio: eo opinor magis, quod Domicianus cum procuratorum suorum nomine formaret epistolam, sic cœpit: *Dominus deusque noster sic fieri iubet. Vnde institutum est, vt ne scripto quidem, ac sermone cuiusquā appellaretur aliter*, teste Tranquillo. Idem Cæcilianus epistolis ad Traianum inculcauit: & iam per manus adulantium inter aulicos, receptum nomen, vulgaribus & cognitissimis honoris scilicet causa, tribuitur: quod vt indignum nostris & legibus & religione, insectatur Volaterranus Commentar. libro XXX.

Ad Librvm III. Annal.

Cap. 5. *Fuere qui publici funeris pompam requirerent.*] Hoc sensu extat infra eodem: *vt mors Sulpitij Quirinij publicis exequiis frequentaretur, petiuit à senatu Tiberius.* Quid autem sit dicere *funus publicum, exequiæ publicæ*, quæstionis fuit. Pansæ atque Hircii corpora publica sepultura honorata Velleius scribit: eosdem in cāpo Martio sepultos ait Florus ex Liuio epit. CXIX. Vnde quidam ex nostris censuit, idem, in campum Martium, publico funere exequiis, & sepultura efferri. Alii cum ex stipe collatitia, aut publicis impensis funus factum, vt P. Valerio Poplicolæ, Agrippæ Menenio, Scipioni Africano, id *publicum funus* exaudiunt. Ego dum amplius quærerem, inueni apud Liuium de Syphace, XXX. extre. *Conspecta*, inquit, *mors eius fuit, quia publico funere est elatus.* Sic in Eusebii Chronico P. Seruilius Isauricus elatus. Apud Suetonium *Tiberij corpus crematum funere publico*: & alibi, L. *Vitellium defunctum Senatus publico funere honorauit.* Quibus locis omnibus publicam mœstitiam accipio, & eas exequias, quibus sicut ob funus domesticum, auro posito, purpuraque, populus complorans interesset. Hoc suggerit prædicto libro Liuius, vbi Annibalem ita Chartaginensibus dixisse refert. *Quia tributum ex priuato conferendum est, tanquam in publico funere comploratis.* Ita quoque accipiendus est Numa Pompilius, luctu publico & insigni monumento honoratus, Dionysii Antiquitat. lib. II. Et quidem omnia in eum locum translata vellem, quo Alfenum Varum publico funere elatum scripsi in Iurisconsultorum historia, cap. III.

Cap. 10. *Contra Vitellius &c.*] Germanici comites, qui dextrā morientis contingentes, iurauerant se spiritum ante quam vltionem amissuros, negabant audiendum Trionem, qui in ius vocato Pi-

to Pisone, postulauerat vt ordinario iure nomen eius reciperetur inter reos lege inscripti maleficii. Fuere igitur Trioni prælati, quod omissa solenni accusatione, Pisonem reum extra ordinem facerent, dicentes, *Neque se accusatores esse.* Eos enim si iam à Trione delatum denuo accusaturi referrent, audire minime ius fuit, cuius autor Aemylius Macer de Publicis iudiciis. Ne dicam ex Lentuli sententia dicta Regulo & Trione coss. (sic & non Sulla, in Pandectis legendum) Pisonem legatum imperatoris, & præsidem Syriæ prouinciæ accusari non licuisse, vt retulit Saturninus. illum igitur non debere inter reos recipi probe dictum, cui durior pœna extra ordinem immineret: hoc Iurisprudentes suadent. D. de accusationibus.

Eod. *Indices, & testes.*] Qui de crimine cognosci, non solenni iure, sed extra ordinem postulabant, asseruere se rerum indices & testes esse. Sed *index* est Asconio, *qui facinoris cuius ipse conscius est, latebras indicat, impunitate proposita*: quo sensu Tullius & Liuius id nomen familiariter vsurpant. Verum hoc loco non criminis participes indicare intelligendi sunt, sed qui aliter quam ex consociatione illud exploratum haberet. Sic licet ignoraret Cornelius Annali. x v. Milichus gnarus an nescius cōiurationis foret, illum ait, *se pariter indicem & testem facere. Index* igitur est, qui indicat, quod siue consortio delicti, siue suspicione siue alio quoquo modo rescierit. Cum autem indicium tantum vrgeat, & nihil probet, *testes* se comites Germanici professi sunt, qui testimonium de rebus, vel visis, vel cognitis ex auditione dicerent.

Cap. 12. *Priuatas inimicitias noui principis vlciscar.*] Dixit Tiberius Cæsar si Gn. Piso morte Germanici filii mei, luctuque meo lætatus est, vlciscar inimicitias, quas in me vt priuatum exercuit. Itaque de priuatis inimicitiis Germanici mentio nulla penitus hic est, quo minus ad eum *noui principis* appellatio referenda videtur: sed neque Tiberio conuenit, vtpote qui iam sexennio imperasset. Qua de re cum Romæ nos Antonius Vacca amicus meus summus lauto prandio accepisset, me, & clarissimum virum P. Fabrum, Gabrielemque Faernum familiarem Pii IV. pontificis maximi, in sermonibus qui post epulas haberi solent, Faernus, cui tum omnes assensimus, legendum hoc loco censuit, *priuatas inimicitias, non principis vlciscar*: quasi diceret Tiberius, se non vt principem lege Iulia maiestatis in Pisonem acturum, sed vti priuatum inimicitias vlturum.

Cap. 14. *Scripsissent expostulantes.*] Ante hæc verba lacunam esse, Aemylius vere suspicatus est.

Cap. 17. *Accusatores ac testes.*] Piso per aduocatos, lite contestata defunctus, tandem maiestatis damnatus est: regula namque iuris ciuilis, Iudicium morte rei soluitur in crimine maiestatis,

& repetundarum, quorum actio aduersus hæredes est, perdit officium suum, Modestino & Mçro iurisconsultis autoribus. XX. D. de accusat. XV. D. de S. C. Turpiliano.

Eod. *Miseratio quam inuidia augebatur.*] Ad Græcorum & Hebræorum imitationem, loquendi hæc forma ecliptici generis est, qua familiarissime vsus Cornelius. Ita quoque Vlpianus, Paulus, Modestinus, Martianus, & Florens Tertulianus sæpe locuti sunt: quod & alii ante nos animaduerterunt.

Cap. 21. *Decumum quenque ignominiosæ cohortis.*] Sic legiones sic deditos iussu Galbæ decumari, idem Cornelius scribit, Historiarum lib. I. Hucque verbum C. Cassii ex XIV. Annalium, traho, *ex fuso exercitu cum decimus quisque fuste feritur, etiam strenui sortiuntur.* M. Tullius pro Cluentio: *Statuerunt maiores nostri, si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerti, vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret.* Primus quoque Appius Claudius, nisi memoria fallit, Liuii lib. II. *Aduocata concione, inuectus haud falsò in proditorem exercitum militaris disciplinæ, desertorem signorum, vbi signa, vbi arma essent singulos rogitans? inermes milites, signo amisso signiferos, ad hoc centuriones duplicariosque qui reliquerant ordines, virgis cæsos securi percussit: cætera multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti.*

Cap. 23. *Veneno eum à Lepida petitum, illustrium domuum aduersa.*] Veretur hic mendum Æmylius, vbi nullum inuenio scrupulum, quam in eo quod insuete, *aduersa*, iungitur patrio casui, cum alias tertium exigat: intelligitur autem aduersaria illustrium domuum & familiarum principalium, quæ, vt supra scriptum est, per Chaldæos in domum Cæsaris quæsierit.

Cap. 24. *Idque iure licitum, quia non SC.*] Ei, qui ex SC. vel lege aliqua esset exul, opus beneficio senatus, aut principis fuit: ei qui sponte secessisset, non item. Itaque D. Syllano redire per leges licuit. Exilium autem dicitur ea pro Cæcina, nō supplicium, sed perfugium portusque supplicii. Nam qui volūt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eo solum vertunt, hoc est, sedem ac locum mutant. Sic Cn. Fuluius indemnatus exulatum Tarquinios abiit: id ei iustum exilium esse, sciuit plebs. Liuii XXVI. Sic Scipio Africanus in exilium voluntarium secessit, & ciuitatem exonerauit, Seneca episto. XXCVII. Sic Metellus Numidicus ne Romæ causa malorum certaminum esset, in voluntarium exilium Rhodum profectus est. Liuii epito. LXIX. Ne dicam ab Atheniensib. accusatum Protagoram sponte exulasse: Arcadionem ob odium quo Philippum regem prosequebatur, sibi exilium indixisse, vt ex Theopompo & Duri Samio lib. VI. Athenæus scriptum reliquit.

Cap. 25. *Moderanda Papia Poppæa.*] *Augustus leges retractauit, & quas-*

quasdam ex integro sanxit, vt sumptuariã, & de adulteriis, & de
dicitia, de ambitu, & maritãdis ordinibus. Hanc cũ aliquanto quã
teras seuerius emendasset, præ tumultu recusantium perferre non po-
it, nisi adempta demum lenitave parte pœnarum, & vacatione tri-
nij data, auctisque præmiis. Sic quoque abolitionem eius, publico
ctaculo, pertinaciter postulante equite, cumque etiam immaturi-
te sponsarum, & matrimoniorum crebra mutatione, vim legis elu-
sentiret, tempus sponsas habendi coarctauit, diuortiis modum impo-
t, autore Suetonio. Is modus ab Augusto, impositus fuit M. Pa-
o Mutilo, & Q. Poppæo Secundo Coss. quos Dio suffectos pro-
:, vbi & fontes notæ huius operis, lib. LVI. Vnde quæ prius erat
lia de maritandis ordinibus, deinde retractata, & denuo popu-
, ni fallor, à Papio consule proposita, Iuliæ & Papiæ legis nomen
buit, sicut à Iurisconsultis vocatur, siue Papiæ Poppææ, vt illam
etonius Claudio, Vlpianus Institutionibus nuncupant, & hic
ornelius: quam scilicet, senior Augustus illis Consulibus, post
lias reliquas leges retractarat, & ex parte sanxerat.

Eod. *Incitandis cælibũ pœnis & ærario augendo.*] *Pœnas* pro com-
odorum auersione, more Iurisconsultorum, tam hoc loco exau-
o, quam in Plinij Panegyrico exposui, Commentario de Iure li-
rorum. Igitur incitauit auxitque cœlibum pœnas Augustus, qui
s merita beneuolentiæ legata capere, & hæreditates vetuit: ad-
vt cum cœlibi relictum omne in ius fisci caderet, ex Caducis
n parum ærario incrementum accesserit.

Cap. 28. *Lege Papia Poppæa præmiis inducti visi, &c.*] Beatus
his emaculandis ingenium vexauit suum: Æmylius veritus est
quidpiam Corneliano scripto deesset: ego sic locum ex opinio-
nostra legenti, in plano pono: *præmiis inducti, ne si à priuilegiis*
rentum cessaretur, velut parens omnium populus, vacantia tene-
ur. Sed altius penetrabant vrbemque & *Italiam, quod vs-*
am ciuium corripuerant, multorumque excisi status: & ter-
, &c.

Cap. 30. *Mecœnati acciderat: fato potentiæ raro sempiternæ,*
satias capit.] Ego membrum sic subiungo *fato*: deinde con-
ua lego, *potentiæ raro sempiternæ iam satias capit*, pro *satie-*
: qualiter Nonius à Lucretio, Accio, Terentio, Varrone,
lustio, vsurpatum nomen scribit. Eodem sensu apud Liuium
ro trigesimo: *satias amoris in vxore ex multa copia capit.*
nmianus libro decimoseptimo, *alimentorum*, inquit, *in iis-*
n satias condita. Item Cornelius infra, *diuites satias in melius*
tet.

Eod. *An satias capit.*] Huius vocabuli vsurpatio Cornelium
tiquarium ostendit, vsum nomine, quod L. Actio, Lucilioque,
. Varroni & Salustio familiare Nonius testatur: ego his addo T.
icretium ex lib. v.

Nil,vt opinor,ita ad ſatiatem terra ferarum.
Et infra:
------*iuuabant Cum ſatiate cibi.*

Sane & *ſatias*, & *ſonor*, & *apiſcor*, & *anquiro*, & *quando*, & *propter*
quibus hic noſter vtitur, verba ſunt à vetuſtate repetita; quæ vtait
M. Fabius, non ſolum magnos aſſertores habent, ſed etiam affe-
runt orationi maieſtatem. *Nam & autoritatem antiquitatis ha-*
bent, & quia intermiſſa ſunt, gratiam nouitati ſimilem parant, in-
quit ille.

Cap.31. *Apiſcendi fauoris.*] Id eſt, obtinendi. *Apiſci* namque
quo *aptus*, idem Pompeio quod *adipiſci* eſt.

Cap.33. *Oppiis quondam.*] Lex Oppia, quā C. Oppius trib.pleb
bello Punico deſtringendis mulierum cultibus tulerat, ſi duntaxa
vna fuit, quid eſt quod eius meminerit Tacitus in numero plura
tiuo? Sic Tertulianus profert leges Iulias & leges Papias. Sic Vl
pianus caducarias leges. Sic Plinius Voconias & Iulias leges, v
alias obſeruaui. Equidem vſos autores ea dicendi forma nihil o
aliud puto, quàm vt amplificatione, per numerum multitudinis a
liquid maius elocuti fuiſſe videantur.

Cap.36. *Publica cuſtodia.*] Rei aut ſibi ipſis, aut fideiuſſoribu
creduntur: iidem aut militibus committuntur, quæ *militaris cu*
ſtodia, Cornelio: aut in carcerē recipiuntur, Vlpiano autore. Ho
in *publica vincula conijci* Venuleius & Papinianus dixere; Lex Iu
lia de vi, *in vinculis cuſtodiave publica eſſe*, vt pro eodem accipia
mus carcere, cuſtodia publica, vinculis publicis attineri. Alias vin
culorum appellatio, vel publica vel priuata ſignificat: *cuſtodia* ve
ro nomen, tantum cuſtodiam publicam, autore Saturnino D. d
verborum ſignificatione.

Cap.38. *Ad dicendam maieſtatis cauſam retraxit.*] Mos in ve
tere republica fuit, quo in aliquam inuidiam aut crimen vocat
ſua voce reſpondendum haberent, vt idem ait Dialogo de Orato
ribus. Quod prius Græcis vetuſtiſſimis vſitatum comperio, e
Pauſaniæ Atticis, cum Halirrhotio occiſo, Mars Athenis cauſam
dixerit, eo ipſo loco, qui exinde Ariopagi nomen habuit. Sic olim
iam Romæ T. Manlio indicta cauſæ dictio, & filij opera remiſſ
legitur. Liuij VII. Vnde eſt quod idem ait: *Nihil tam æquandæ li*
bertatis eſſe, quam potentiſſimum quemque poſſe dicere cauſam. Iter
apud Tranquillum Tiberius *præfectum alæ, de vi & rapinis reum*
cauſam in ſenatu dicere coegit: & alibi, *Citati ad cauſam dicendam*
Ideoque Seneca libro ſexto, Delamat. 5. ſic habet: *Omnia legiti*
me peracta ſunt: accuſator ſuo loco dixit, reus ſuo reſpondit. Qua
te quod ita moris eſſet, ſupra Cornelius ſcripſit: *Piſo relatus do*
mum, tanquam defenſionem in poſterum meditaretur: & hoc lo
co, Antiſtium Veterem ad cauſam dicendam à Tiberio coactum
Et ſupra libro quarto: *Lucilius Capito, reus ipſe cauſam dixit.* &
infr

fra libro XV. *Vbi ad dicendam causam introissent, lætatum erga niuratos.*

Cap.39. *Cognita P. Velleio.*] Beatus in vita C. Velleij Paterculi, ud dubie Tacitum hic locutum scribit de illo omnium quot- ot supersunt, quotque fuere, historiæ Romanæ eloquentissimo riptore: ego propter *Caium*, quod illius, & *Publium* quod huius ænomen est, diuersos eo vsque putabo, quo mihi de eodem vel emplar vetus, vel certior persuaserit coniectura.

Cap.49. *Clutorius Priscus.*] Dioni & Xiphilino Γάϊος Λυτώριος ίσκος hic est: lectione dixerim eo veriore, quod prænomen e- uiti Romano tribuit.

Cap.51. *Ductusque in carcerem Priscus.*] *Carcer* ad terrorem in- escentis audaciæ, media vrbe, imminens foro, Anci Marcij iussu tructus, à coercendo & continendo, quasi *coarcer*, nomē habuit. eam coniecti, clusi, non tamen in vinculis omnes fuere, sicut re- rt Vlpianus CCXVI. D. de verbor. signific. Habuit autem carcer nitiorē sub terra locum, quod *Tullianū* à rege Tullio appellatur: buit & in plano locum alium vinculorum, *ergastulum*, opinor onio dictum. Illo indicta causa & inauditi, qui ducerentur, Tri- norum opem inuocabant, vel taciti morem ducenti magistra- i gerebant. Neque vero in carcerem ducti fuere ciues, nisi præ- xtu delicti, quod facinus indignum putarent, si quem in eo de- ehendissent: quo casu etiam indemnati carcere clusi sunt, ex nculis causam dicturi. Sed & alias quandoque damnati in Pro- ncia, vinctique Romam quo appellassent missi, ex vinculis cau- n iterum dixere, vti senatui aut principi magis placuit. Inibi us ceruicem securi Romanæ subiiciebat, carnifex reum decol- bat: quod fuisse Romani moris Liuij multiplex scriptum, & Se- ca lib. IX. Declam. II. indicat. Indeque patet quod dicitur apud orum, *Iugurtha necatus in carcere.* Item quod Pomponius re- t. D. de origine iuris, *necatos in carcere quosdam ex Decemuiris.* c quoque Priscus hic *ductus in carcerem statim exanimatus*: & ra lib. V. *Paconianus in carcere strangulatus*: & vt semel dicam, eos qui alicuius nominis, aut signationis essent, in carcere, in s qui humilioris fortunæ, palam animaduertebatur.

Eod. *Ante diem ad ærarium.*] Xylander ex Dione hunc locum tituere voluit, sed non aliter quam Aldus Manutius ante mul- s annos excusserat, sic, *ante diem X. ad ærarium*, fauente Sue- nio, Tiberij extremo: *Decimum* enim significat X. nota, quæ nniuentibus excidit. Ad rem. Liuius autor est, L. Valerio Potito, Horatio Coss. institutum vt quæ antea consulum arbitrio sup- imebantur, vitiabanturque senatusconsulta, in ædem Cereris ad iles plebis deferrentur. Postea ædilibus mandata cura plebisci- seruandi, in ærarium senatusconsulta delata sunt, quod hic te- tur Cornelius.

Eod. *Neque Tiberius interiectu temporis mitigabatur.*] Tiberiu
C. Lutorij mortem ægre tulit, non quod ſupplicio affectus, ſe
quod à ſenatu, ſe abſente, damnatus eſſet. Quare Senatuſcon
ſulto caueri voluit, Ne quis reus à ſenatu damnatus, intra dien
decimum necaretur. Neve ſententia contra reum lata, antei
tempus publicaretur: vt de ſententia admonitus Cæſar, licet ab
ſens, cauſam recognoſceret, reo gratificaretur, ex voluntate
de eo iudicium proferret. Has cauſas ferendi ſenatuſconſulti re
tulit Dio libro LVII. quas prætermiſſas à Tacito, nolui ſilenti
prætériiſſe.

Cap.56. *Hæc nobis maiores certamina.*] Scribo, *nobis in maiore*

Cap.60. *Impunitas aſyla ſtatuendi.*] Cum ſcilicet aſyli ius trib
nequiret, quibus in locis lege conſecrationis conceſſum minin
fuerat, teſte Seruio ad Vergilium Æneidos III.

Cap.61. *Locum Ortygiam.*] Quod ſequitur, *deorum monitu ſ*
cratum nemus, ſignificat quod ego contendo, ſcriptum ab autor
lucum Ortygiam.

Cap.62. *Triuiæ.*] Siue eadem cum Diana aut Luna, quæ & *Tr*
uia, ſiue alia hæc Triuia fuerit, Hecates nomine in Stratonice
rum regione Laginis ſummo conuentu, maxima celebritate cul
fuit. auctor ibidem Strabo. Id autem illi nomen inditum ideo
runt, quod nata ex Ioue & Pheræa Æoli filia à matre in triuiis e
poſita, à paſtoribus Pheretis ſuſcepta, & in triuiis enutrita fuiſſ
deinde pro gentium moribus facta Dea: de qua & hæc & a
Theocriti interpretes Eidyllio II. ſcripſere.

Cap.69. *In hanc ſententiam facta diſceſſio.*] Id eſt, in hoc ſenat
conſenſit. Duobus enim modis facta S C. ex literis Varroniai
Agellius libro XIV. refert: aut *per diſceſſionem*, ſi conſentiretu
aut *conquiſitis ſententiis per ſingulos*, ſi dubia res eſſet. Ateius Ca
to, contra: & Tuberonem vere dicere ait, *nullum S C. fieri po*
non diſceſſione facta: quod in omnibus ſenatuſconſultis etiam quæ
relationem fierent, diſceſſio eſſet neceſſaria. Eius infra libro proxi
meminit Cornelius, & lib. XIV. inquit, *Poſtquam diſceſſionem c*
ſul permiſerat, pedibus in ſententiam eius iere.

Cap.70. *Egregium publicum.*] Locus hic Beato videtur mend
ſus & obſcurus, qui ſic legi debeat, *ſe rempublicam, & bonas do*
artes dehoneſtauiſſet. Ego tam ſcriptum quam ſenſum eius in p
no puto, explicoque egregium publicum, pro decore publico,
forma dictum, qua ſæpiſſime idem Cornelius, *bonum*: Sene
malum: Liuius, *peſſimum* & *diuinum publicum* aiunt: apud qu
publicum, de nomine adiectitio factum eſt ſubſtantiuum.

Eod. *Nullum tamen tali cognomento.*] Miraberis equitum R
manorum & Taciti conniuentiam, ſi ex antiquitate recitetur
uij libro XL. & poſtea II. teſtimonium, his fere verbis: *Q. Fulu*
ædem Fortunæ equeſtri, quam Proconſul in Hiſpania dimicans c

C

tiberis vouerat, annos ſex poſtquam vouerat, dedicauit: enixo fa-m ſtudio, ne vllum Romæ amplius, aut magnificentius templum eſ- Eiuſdem Valerius Maximus lib.1.cap.11. & Lactantius II. cap. II.meminerunt.

Eod. *Vt pontificis maximi arbitrium.*] Hæc, qui me audiet, ita et, *Quoties valitudo aduerſa flaminem Dialem inceſſiſſet, vt tificis maximi arbitrio, dum ne plus quam binoctium, abeſſet: diebus publici ſacrificij, neu ſæpius quam bis in eundem annum.* ij lib. v. Camillus dixit, *Flamini Diali noctem vnam manere ra vrbem, nefas eſt.* Collegium tamen Pontificum potuit gra-m veterum ceremoniarum feciſſe, ſcilicet, collata ſub modo in itrium Pontificis maximi cognitione, quando, & quoties, le ſe habenti Diali vrbe abeſſe liceret. Quod decretum habuit, *diebus publici ſacrificij*: non accipio de Idibus ſingulorum men-m, quibus Iouis flamen boue operabatur. Stata enim erant il-ſacra, certoque die facienda, quibus Seruius Maluginenſis di-ſupra, *Pontifices ſi flamen valitudine impediretur, Dialia ſacra iſſe.* Quod ſi de illis intelligas, decretum Pontificum prohibe-. Aliter igitur expono *ſacrificij publici dies*, ſacra popularia, vt Labeo, ſiue publica, quæ omnes ciues pro populo, montibus, gis, curiis, ſacelliſq; publico ſumptu faciebant. Autor Pompeius ſtus lib. XIV.

Cap.72. *Triumphi inſignibus attoleret.*] Frequens Cornelio *in-nium* horum mentio eſt: quæ obſeruata ſunt ex autoribus, *co-a, pateraq; aureæ, ſella curulis, ſcipio eburneus, toga picta, tunica mata, ſtatua laureata, nomen triumphale.* Erant autem ea lege amenta eiuſmodi conceſſa, vt donato commorerentur, cui, m viueret, eis perpetuo vti licebat.

Cap. 75. *Aſinius Salonius.*] Lectu hoc facile, intellectu diffi-imum eſt. Seruius meus ad Virgilium Ecloga III. ſcribit, *C. ſinio Pollioni poſt captas Salonas Dalmatiæ, natum filium, di-m Saloninum*: Is tam Dioni quam Cornelio C. Aſinius C. F. Tiberio dimiſſam Vipſaniam duxit, ex eaque Aſinium ſuſtulit. ic ſuperſtite patre moritur, & ſuperſtite Vterino Druſo: erant im Vipſania M. Agrippæ filia, nati ambo: ſed Tiberio patre, ruſus: Aſinio Gallo, Aſinius, cui patris agnomen *Saloninus*, nuenientius à Tacito ſcriptum fuerit. Ergo huius Aſinij, quo loquimur, aui fuere, paternus C. Aſinius Pollio, maternus . Vipſanius Agrippa. Sed in hoc mirum eſt autorum diſſidium: acito nepos Aſinij Pollionis, moritur hoc loco: *Contra Caſſius* iber libro LX. *Aſinius Gallus Druſi frater Vterinus inſidiatus eſt laudio Cæſari.* Idem Tranquillus Claudio, XIII. inquit, *Con-irauerant ad res nouas Gallus Aſinius, & Statilius Coruinus, Pol-onis & Meſſalæ oratorum nepotes.* Quid verius ſit, deus aliquis vi-erit.

AD LIB. IV. ANNAL.

CAP.3. *Et contra tendentis os verberauerat.*] Scribo, *Et hic con*tra: Dio namque refert quod hanc scriptionem persuadet, libro LVII. *Ibi Seianus potentia autoritateque tumescens, homo a*li*quin fastuosus, vel Drusum iam aggressus erat, eique colaphum a*li*quando intenderat.*

Cap.9. *Accius Clausus.*] Sustuli quod erat, *Appius*, manuscriptis autoribus. Codices enim ambo Vaticanij infra libro duodecimo habent, *Accio Clauso continuos durauisse.* Quæ lectio firmatur ex eo quod M. Valerius scribit: *Appius ex Sabinorum prænomi*ne *Accio venit: idque Romæ Claudiorum fuit, quorum princeps A*c*cius Clausus dictus est.* Itaque apud Liuium lib. II. legendum es[t] *Accius Clausus, cui postea Appio Claudio fuit Romæ nomen.* Et s[a]ne hanc scriptionem in Suetonij Tiberio quidam indicauit [ex] veteribus libris referens sic scriptum, *Quod magis constat Ta*[c]*cio Clauso gentis principe*: vbi vulgares libri habent, *constat A*p*pio Clauso.* ego vero scribendum, *Constat Accio*, omni asseueratione contendo.

Cap.10. *Prima & apud filium.*] Legendum, *ei apud filium*, Be[a]tus & Æmylius consentiunt.

Cap. 1[1]. *Nouo homini censorium funus.*] Vsitatum maiorib[us] & sæpe memoratum Cornelio *funus censorium* est, quod cerem[o]niis omnibus, & pompa amplissima efferrentur, solitum non n[isi] magnis viris, optimeque de republica meritis tribui. Sic vero [di]ctum opinor, quasi in nimiam pompam, vt in opus censorium [a]nimaduertere Censoribus licuisset, nisi iussus prætoris adfuiss[et]. Imperabat enim præconi suo prætor, ex senatus decreto tale fun[us] publice indiceret: Indeque est *funus indictum* Suetonio in Iu[lio] LXXXIV. siue *Indictiuum*, Pompeio Festo, lib. IX.

Eod. *Damnatur.*] Ne de vltimo supplicio intelligas, ex Dio[nis] testimonio, subaudio, *in exilium.*

Cap.16. *Confarreandi adsuetudine.*] Cum ex lege Regia mul[ier] in viri manum conueniret, certis verbis (quæ vtinam ex Vlpi[ani] scriptis superessent, vti hoc superest) testibusque decem præsi[den]tibus, solenni sacrificio facto, panis farreus ante nouam nupt[am] delatus, aderat, quem coniuges participarent: inde ductum sa[cri] nomen *farreatio*, aut *Confarreatio*, cuius vinculo nihil religio[sius] Plinius ait lib. XVIII c. III. & Dionysius Antiquitatum lib. I[I].

Eod. *Potissimam, penes incuriam.*] Ego potiorem causam ex[isti]maui, Coemptionem, per quam matrimonio contracto, mu[lier] minori negotio & pari iure, ac si per farreationem, in viri man[um] & potestatē transiret. Qua de satis multa in quæstione Iuris tri[um] liberorum emisi.

Eod. *Et quando exiret.*] Beatus legit *ecquando*, & abst[...]

[c]asu perturbatus, interrogatiue claudi putat orationem: ego ni[hi]l muto, sed *quando*, pro, *Quoniam*, à Cornelio familiarissime [us]urpatum, expono, autore Pompeio lib. XV. Scripti autem sen[te]ntia est: Licet moris esset capi flaminem ex confarreatis patribus [na]tum, desiit tamen matrimonium per confarreationem contra[hi], quoniam filius ex eo natus, si deinde flamen fieret, vel filia, si [pe]r sacras nuptias in viri iam flaminis, futuriue, potestatem veni[re]t, è vinculis patriæ potestatis euolarent: quod patres tam gra[ui]ter molesteque tulerunt, quam patria potestas inæstimabilis [e]s & est, & dicitur. Duplicem vero philologus ex hoc loco fru[ct]um historiæ metet: vnus est, in ea forma dicendi, *in manum conuenire*, quod alii *in matrimonium* dicunt, vt Agellius libr. XVIII. [c.] VI. & ita à Papiniano Pauloque scriptum referunt libri Digesto[ru]m Etrusci. Alter fructus percipitur ex eo, quod filia quæ flamini [confar]reatione nupsisset, in mariti, non etiam patris manu fuit: ta[m]etsi nupta per coemptionem nec emancipata in patris & mariti [po]testate fuerit: quod alibi me fidissimis testimoniis recordor [ob]seruisse.

Eod. *Lata lex, qua flaminica, &c.*] Lata lex est, qua flaminis [v]xor in solius mariti, non etiam in patris potestate esset, quantum [ad] sacra & eorum rationem attinet, quæ cincta, vesteque velata [fl]aminica faciebat, & sibi ministram Flaminiam habebat, autori[bu]s Pompeio & Agellio, lib. VI. & X. c. XV. Ex quibus emendan[du]s videtur locus Tertulliani, exhortatione ad Castitatem, ibi, [Fl]*aminia non nisi vni-vira est, quæ Flaminia lex est*: quæ sic opor[te]t scribi, *flaminica non nisi vni-vira est, quæ flaminij lex est*. Erunt [ta]men quibus legere placebit, eo quod ex Auximo Italiæ fertur [in]scriptio, VRBIA L. F. MARCELLA FLAMINIA AV[G]VSTA MARITO, &c. Ego non moueor.

Eod. *Cætera promiscuo fœminarum iure ageret.*] Hæc accipi[e]nda sunt, vt flaminis vxor sicut aliæ fœminæ, quæ per coemptio[n]em, confarreationemue alii quam flamini nupsissent, extra cau[sa]m sacrorum, in patris simul & mariti manu esset: alioquin Fla[m]inii lex non substiterit. Cum tamen ex causa diuertere mulieri[b]us prohibitum non esset, *Flaminicæ diuortium nullo modo facere [li]cebat*, inquit Festus lib. VI. Plane quod dei sacris & sacerdotio [v]na cum matrimonio satisfacere minus posset, propter sacerdo[t]ium alius sacerdos, diuertisse ab vxore, bona gratia potuit, teste Hermogeniano. D. de donationib. inter virum & vxorem. LX. & LXII. at Flamen Dialis non potuit: sic enim ex libro Fabii Pictoris Agellius refert, lib. 10 c. 15. *Flamen vxorem si amisit, Flaminio decedit: Matrimonium Flaminis nisi morte, dirimi non est ius.*

Ibid. *Sedes inter Vestalium consideret.*] Solis virginibus Vestalib. locum in theatro separatum, & contra Prætoris tribunal dedit Augustus, Suetonii XLIV.

Cap. 20. *Quartam accusatorib. secundum necessitatem legis.*] Cuius legis necessitas hæc fuerit, si Papiæ non fuit, amplius quæro. Cornelius quartam præmium accusatorum appellat: Papia lege, quæ tum vigebat, cum hæc M. Lepidus censuit, præmium delatoris fuit dimidia bonorum eius, qui deferretur. Quod huic loco facile posset accommodari, si pro *quartam*, legeres, *partem*; quæ κατὰ ἐξοχὴν exaudiatur dimidia. Mouet Suetonius Neronē illis verbis *Præmia delatorum Papiæ legis ad quartas redegit*: vnde *quadruplatores* dictos Alexandrius existimat. Sed vehementer fallitur, qui Plauti Persæ initio, & Liuii III. extremo, & Tullii in Verrem III. *quadruplatoris* mentionem legisse potuit, antea multis seculis quam Neroniana recognitio quartas bonorum pro dimidia induxerit. Equidem manus ab autoris scripto continendæ sunt, nisique viua ratio & spirans vrgeat, sine emendatioris codicis ope quicquam mutare temerarium existimo. Magis igitur placeat coniectari, ex quadam veteri lege, præmium delationis fuisse bonorum eius qui deferretur quartam, quam auxit ad dimidiam vsque lex Papia, vt opinor, pro certo crimine duntaxat, deinde que Nero ad quartam pristinam retraxit. Ex eo vero interea dum lex Papia valuit, præmium delatorum in cæteris criminibu non desiit esse quarta, de qua fit sermo. Sed neq; hinc ad quadruplatorem transeo, qui à delatore multum differre videtur: ne fallor, nisi labitur Pompeius libro XV. quæ disquisitio locum alium exigit.

Cap. 27. *Prouincia vetere ex more Cales euen.*] Quod veteri mo ri tribuit Cornelius, primum Augustus constituit, vt Quæstore in ora maritima prope vrbem, & alii Italiæ locis præessent, & it Cassius refert lib. LV. cui non dissimile scripsit Vlpianus, de offi cio Quæstoris, ibi, Ex quæstorib. quidam solebant prouincia sortiri ex senatusconsulto, quod factum est D. Druso & Porcin coss. Eiusmodi prouincia Cales Quæstori Lupo euenerat id est, idem & iuris & imperii in eam haberet, quod Proconsules aut Pr sides in exteris. Cales autem Italię ciuitas ab initio Ausonum de Romana colonia, tandemque municipium fuit.

Cap. 31. *Iudicio perculerat.*] Malim, *indicio*: eorum argument quæ retulit Tacitus supra lib. II.

Cap. 35. *Septuagesimum ante annum perempti.*] M. Brutus C. Cassius partium duces in Macedonia, à pugna apud vrbe Philippos, vitam voluntaria morte finierunt, Lepido & Plan coss. vt opinor, & certe inter Octauii primum, & L. Antonii co sulatum, vt ex Paterculo obseruaui. Inde vero si numeres ad C sum & Agrippam consules, annos duntaxat LXVI. non, vt ref Cornelius, LXX. inuenies. Sed hoc licenter veterib. in more po tum fuit, vt nomine totius, Synecdochicῶs maiorem partem sig ficarent: quod Asconius in M. Tullii Pisoniana, & ex vtroque Liu

Liuio Manutius eruditissimus annotauit. Tu videris Augustinum Ciuitatis XV. c. XXIV.

Eod. *Per ædiles cremandos.*] Intellige, intra vrbem: foris autem per præfectos ciuitatum, aut prouinciarum, vti Dio scriptum reliquit. LVIII. extre.

Eod. *Manserunt occultati & abditi.*] Libri Senatusconsulto exuri iussi, quod in iis agnitum à legentibus quidpiam esset, iniquo animo à principibus acceptum, ideo abdite seruati, & à curiosis lecti sunt. Qui si Cornelii rectus sensus est, vt opinor, perperam in omnibus libris legitur, *manserunt occultati & editi*: imo vero id esse non potest, vt libri iidem, quos cremari iusserat senatus, retrusi in tenebris, & publicati remanserint: neque enim exustos libros publice habere, impune quisquam illo tempore potuisset. Iungũtur autem sæpissime apud M. Tullium, abditum & occultum, & dicuntur ab eodem res occultæ & penitus abditæ.

Cap. 39. *Præsentem, scripto adire.*] Vetus ille mos viget adhuc, à Thrasea seruatus, cum & ipse & princeps in vrbe essent: ad illum enim codicillos composuit, eosque Nero properanter accepit: autor Cornelius infra XVI. Hic vero de industria philologum moratus sum.

Cap. 42. *Lege Iulia damnasset, exilio puniuit.*] Si Tiberius obiectam inclementiam peruicacius amplexus est, vt hic ait, insipide scribitur Aquiliam ob adulterium cum Vario commissum lege Iulia damnatam exilio puniuisse: fuit enim relegatio pœna legis Iuliæ, durior & immanior exilio, vti supra lib. II. posuimus. Igitur expono, *peruicacius*, non durius & infensius, sed instantius, & contentiosius.

Cap. 43. *Lacedæm. & Messen. legatio. de iure templi Dianæ Limenetidis.*] Æmylius maluit, *Limnetidis*, quod probo. Dianam siquidem, λιμνῆτιν ab stagno dictam Artemidorus Interpret. somniorum libr. II. memorat. Sed & Pausanias Messenicis habet: *Dianæ templum dictum Limnetidis in finibus Messeniorum fuit, ipsis, Doriẽsibus, Laconibusque commune, & nulli præterea ciuitati.* Quod si verum opinor, Messeniis sacris in illo templo prohibiti Lacedæmones, tot bellorum initio, in Epidauriorum finibus prope viam quæ à Boeis ad Epidaurum Limeram ducit, Dianæ Limnetidi delubrum extruxere, eodem teste in Laconicis. Deinde cum Dorienses Lacedæmone potirentur, Preugenes somnio monitus, signũ Limnetidis Lacedæmoniis eripuit, Mesoamque per seruos deferendum curauit, vnde Patras in aram Dianæ, festo ipsius Limnetidis, serui publici transferebant: quod idem Achaicis prodidit. Ex quibus de iure legationis constare studiosis potest.

Eod. *Suoque regi Dentheleatem agrum.*] Beatus tentauit legere, *suoque regi Penthelo Eleatem agrum*: Mutatu namque facile fuerit, D, in, P, vt in Antiquitatib. Dionysii dicti, Denates, pro,

Penates. Sed nusquam legitur Penthelus Messeniorum rex, nusquam Messeniis Eleas ager cessisse. Quare vetus retinenda scriptio est. Dentheleates enim Thraciæ populi fuere, quorum Liuius lib. IXL. & Dio lib. LI. meminerunt, & in quorum agro templum Dianæ Limnetidis collocatum fuit.

Cap. 44. *Cui minor Antonia.*] Tacitus scribit, L. Domitio Ænobarbo minorem Antoniam M. Antonii & Octauiæ filiam nupsisse: contra Suetonius initio Claudii, minorem Antoniam Drusi Germanici vxorem, & initio Neronis, maiorem Antoniam iisdem parentib. natam L. Domitio nuptam refert: eique Plutarchus Antonio extremo subscribit. Ego vereor ne non pro minore, *maior Antonia*, scribenda sit ex autorum consensu.

Cap. 44. *Ciuitatem Massiliensium.*] Massilia ciuitas seriæ seculorum antiquissima, armipotens fidei tenacissima, nobilis regionibus, literis & studiis nobilissima, præter sermonem Græcum, Latinum, & Gallicum, quibus vt inquit Varro, familiariter vtebatur, ita disciplinas omnes coluit, vt ad Græcorum comparationem excelleret, neque ac ea tam Atticæ ipsæ Athenæ viderentur. Ideoq; in ciuitatem nominis gloria celeberrimam, post bella ciuilia ad ingenuas artes discendas, nobilissimus quisque ex Romanis confluxere, ait Strabo, libro IV. quod & Cornelius indicat hic, de L. Antonio, quem Augustus ab vrbe specie studiorum remouisset. Idem de Iulio Agricola Foroiuliensi paruulo scribit, *Sedem ac magistram studiorum Massiliam habuit, locum Græca comitate, ac Prouinciali parcimonia mistum, ac bene compositum.*

Cap. 45. *Postero ad quæsit.*] Deficit hic nomen *die.*

Cap. 49. *Fossam loricamq; contexens.*] *Lorica*, siue *Loricula* est munimentum quod vrbium obsessores fossa, vallo, sudibus, & turriculis instruunt, vt erumpentib. è ciuitate possint obsistere. Vegetius, Militarium lib. IV. c. XXVIII.

Cap. 53. *Esse in ciuitate.*] Inter hæc & illa, *Germanici liberos*, neminem arbitratur Æmylius qui aliquid non desideret. Ego ita restituo: *esse in ciuitate qui Germanici coniugem, ac liberos eius recipere dignaretur.*

Cap. 58. *Cocceius Nerua.*] Pater hic est, qui in studiis ciuilibus Labeonis factionem secutus aduersus Masurium Sabinum, in iure dissensiones auxit: idem libro sequenti dicitur *continuus principis, omnis diuini humanique iuris sciens, integro statu, corpore illæso, moriendi consilium cœpisse.*

Cap. 65. *Auxilium appellatum tauisset.*] Aldus excussit, *appellitauisset*: & certe ridicula librariorum opera hic est, quod è superiore versu nomen *Appellitatum*, repetierint. Hoc dico ex autoritate Halicarnassei, qui Cælium, Romuli fama impulsum cum validissima domesticorum manu transiisse ad illum scribit. Quod si est, non appellatus à Romulo, Cælius Vibennus est, ita Varroni dictus.

dictus. Scribendum igitur rectius & emendatius opinor *auxilium ductauisset*.

Eod. *Sedem eam acceperat à Tarquinio.*] M. Varronis linguæ Latinæ lib. VI. Pompeii Significationum III. & Dionysii Antiquitatum II. consentiens testimonium est, Cælium à rege Romulo sedem accepisse: quem cum sua manu Romulo venisse auxilio contra Latinum regem, Varro autor est: Pompeius, auxilium Romulo præbuisse aduersus Sabinos ait: Dionysius ad Romulum venisse, cum Romani Crustuminios excidissent. Ab iis diuersa sententia Liuio est, cui, Alba direpta, duplicatur Romæ ciuium numerus, Cælius additur vrbi mons, sub rege Hostilio Tullo. Sed Cornelius hoc loco Claudium est secutus autorem, ex ea oratione, ex qua primum Annales aggressus est: nos eius exemplari infra lib. XI. referemus.

Eod. *Vnde Thuscum vicum.*] Cornelius significat vna montem Cælium & Thuscum vicum nomen habuisse, quod Ethruscorum magnæ copiæ, collem, planaque foro propinqua habitarent. Liuius in II. contra: qui mortuo Porsena, cæsis Ethruscis à Cumanis cohortibus, exiguę parti quæ fortuna specieque supplicum perfugit Romam, *Locus*, inquit, *ad habitandum datus, quem deinde Thuscum vicum appellarunt.* Ego à Varrone sto, qui de Thuscis scribit: *Post Cælij obitum, quod nimis munita loca tenerent, neque sine suspicione essent*, deducti dicuntur in planum, ab eis dictus vicus Thuscus.

Cap. 66. *Varo connixus.*] Æmylius censuit scribendum *Connexus*.

Cap. 69. *Pauens ciuitas, egens aduersus proximos.*] Æmilius ait legi posse, *etiam aduer.* Beatus, *satagens aduersus proximos*, pro anxia & solicita. Ego maluerim scriptum, *sętegens aduer. proxim.*

Cap. 70. *Solennia incipientis anni Kal. Ianuar. epistola precatus.*] Ex iis intelligo Tiberium qui strenarum commercium edicto vetuerat, vltra Cal. Ianuarias exerceri, ipso Calendarum die à S. P. Q. R. strenas per epistolam exegisse. Data siquidem Cal. Ianuariis strena in Capitolio, etiam absenti Augusto fuit: vt in eo Suetonius LVII. Quæ mihi tam placet interpretatio, quam displicet illa, quæ Tiberium precatum inducit, vt pro eius incolumitate vota Cal. Ianuar. susciperentur, quæ tamen non nisi die post Calendas Ianuar. tertio, id est, pridie Nonas, susciperentur, teste Plutarcho, initio Ciceronis, & teste Caio, CCXXXIII. D. de verborum significatione. Neque moueor quod mox idem scribit, eo die Cal. Ianuar. sacra & vota fuisse: siquidem neque strena Augusto absenti sine votis data, neque populus in Capitolio nisi causa sacrorum illo die conuenerat.

Cap. 71. *Agrippina matertera.*] Scilicet, quæ filia M. Vipsanii

Agrippæ ex Iulia, Vipſaniæ eiuſdem Marci filiæ ex Marcella, & Aſinii Galli vxoris conſanguinea ſoror fuit.

Cap. 72. *Terga Vrorum delegit.*] *Vri* non ſunt ij, quos Æmilius ſuſpicatur ab Italis *bufalos* dici, ſed *boues agreſtes*, exceptis elephantis, cæteris animalibus maiores: dicti *vri*, ἀπὸ τῶν ὀρῶν, quod in montibus naſcantur: quos in Germania naſci Solinus autor eſt, & eorum Cæſar VI. Comment. Gallici belli meminit. Virg. quoq; lib. II. Georg.

Syluestres vri aſſidue, capreæq; ſequaces.

Cap. 75. *Neptem Agrippinam.*] Germanici, quem Tiberius adoptarat, & Agrippinæ filiam.

Eod. *Auiam Octauiam.*] Erat enim filius L. Domitii Ænobarbi ex Antonia maiore, Octauiæ ex M. Antonio filiæ, & ita eius Auguſtum auunculum maiorem intelligo.

Ad Librvm V. Annal.

CAP. I. *Communes pronepotes habuit.*] Qui nati eſſent ex Germanico Druſi filio, Liuiæque nepote, & ex Agrippina Iuliæ filia, Auguſtique nepte.

Cap. 5. *Impediri teſtarentur.*] Maxima hic rerum multarum facta iactura eſt: præſertim de Seiani conſiliis in Cæſarem, domumque Cæſaris, & cæde illius atque ſuorum.

Cap. 7. *Singulos vt cuique adſiſtere.*] Lego, *vt quique adſtitere, adloqui animus erat, retinens aut dimittens, &c.*

Cap. 9. *Triumuirali ſupplicio.*] Triumuirale ſupplicium quo reus in carcere afficeretur, ideo Cornelius dicit, quod Romæ tres viri capitales eſſent, qui carceris cuſtodiam haberent, vt cum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret. autor Sext. Pomponius D. de origine iuris. Cæterum quod hic ait *de virgine*, tam Dio Caſſius, quam Tranquillus retulere, huiuſq; verba ſunt: *Immaturæ puellæ, quia more tradito nefas eſſet virgines ſtrangulari, vitiatæ prius à carnifice, dein ſtrangulatæ.*

Eod. *Corpora in Gemonias abiecta.*] *Sub Tiberio*, inquit Suetonius, *nemo punitorum non eſt in Gemonias abiectus, vncoque tractus.* Necatum enim in carcere, magnis vncis in forum carnifices, ac inde in profluentem trahebant (ait Dio) ſiue capite abſciſſo, truncum rei corpus ſiue ſtrangulatus laqueo reus fuiſſet. legimus autem & intelligimus vbique *Gemonias ſcalas*, in quibus corpora punitorum populus intueretur. Sed & Plin. VIII. c. XL. Gemonios gradus ait. In eos *cadauer proijci & abijci* dictum, quod ibi per paucos dies viſum, in Tiberim abiiciebatur, cuius in ripa Gemoniæ eſſent.

Cap. 10. *Quippe lapſum cuſtodiæ.*] Legendum, *elapſum.*

AD

Ad Lib. VI. Annal.

Cap. I. *Spintriarum*] Sic apud Suetonium Tiberius appellabat, *monstrosi concubitus repertores, qui triplici serie connexi, inuicem incestarent se coram ipso*: quod intelligit Cornelius, ibi, *multiplici patientia*. Spintriæ vero vnde dicti sint, quæsiuit Cælius Lectionum XIV. c. VIII. Mihi probabilis origo nominis est, ab *Spinturnice*, quam inter aues, quæ sit, Plinius X. c. XIII. scribit, non inuenisse qui se scire diceret: Santra putat eam Græcis σπινθαριν dici. & Sextus Pompeius lib. XVII. *Spinturnix est auis genus turpis figuræ.. occursatrix artificum, perdita Spinturnix*.

Cap. 2. *Ablata ærario, vt in fiscum.*] Ærarium populi Romani est: Fiscus Imperatoris, & rei priuatæ.

Cap. 11. *Profectis domo regibus.*] Ex his & sequentibus Cornelii verbis, P. Faber illustris ingenii vir, censor scriptorum omnium optimus, emaculat Pomponii locum D. de origine iuris, vbi de magistratibus. *Quoties*, inquit, *proficiscuntur, vnus relinquitur, qui ius dicat, isque vocatur præfectus vrbi: qui præfectus olim constituebatur, postea vero feriarum Latinarum causa introductus est.* debet autem scribi, *qui profectis iis olim constit.* scilicet, profectis domo regibus, ac mox magistratibus, vt ait Tacitus.

Eod. *Consulare munus vsurpet.*] Præfectus vrbi, cuius creandi originem Cornelius memorat, Latinarum causa relictus, *Consulare munus vsurpat*, id est, à consule mandatum, non munus quod consulem obire moris Romani fuerit. Etenim ex ea ætate Præfectus fiebat, quæ senatoria non esset, vti Q. Mutius dicebat, & Agellius lib. XIV. extremo scriptum reliquit.

Eod. *Cillinium Mecœnatem.*] Dioni & Velleio, & ipsi Cornelio infra lib. XIV. Caius Mecœnas est, qui in hoc loco Cillinius. Id confirmatur ex eo quod in epistola familiari Augusti ad Mecœnatem sic scriptum, *Vale mel gentium, melcule, ebur ex Hetruria, lacer Aretinum, adamas supernas, Tiberinum margaritum, Cilneorum smaragde, iaspis figulorũ, berylle Porsennæ.* Vnde qui C. Mecœnatem Cillinium à Cilneis dictum obiiciet, is me ita fere irretiet, vt vix effugere possim: sed non tamen manus ex eo dabo, donec illa verba epistolæ intellexero quæ apud Macrobium reperio lib. II. Saturn. cap. 4. Cæterum Italiæ & vrbi præfectum Mecœnatem testatur idem Dio lib. XLIX.

Eod. *Primusque Messala.*] Dum nullus in vrbe præfectus ad ferias fuit, prætores quidam eius officio functi sunt, donec Augustus creari desitum longo interuallo præfectum vrbi Messalam Coruinum creauit. Sic magistratum intermissum reipublicæ restituit, non autem præfecturam vrbis, officium nouum

excogitauit in quo Suetonii fidem, diligentiamque requiras, Augusti IIIXL.

Eod. *Recipi inter cæteros eiusdem vatis.*] Intelligit de Sibylla Cumæa, cuius volumina, quod Romanorum conscripta fata continerent, in arcanis habebantur. Neque vero sinus ille nobis ad aliud accinctis ingrediendus est, vnicane Sibylla, quę pluribus in locis visa, plurifariam cognominata fuerit. Adiri plures ex nostris hac de re possunt, de cęteris Firmianus lib. de falsa religione, & lib. de ira Dei.

Cap. 15. *Ser. Galba, L. Sulla Coss.*] Hi collegæ sunt in consulatu, annoque supra proximo fuere Cn. Domitius & Camillus Scribonianus, & superiore Memmius Regulus & Fulcinius Trio, sicuti ex Cornelio & Dione obseruatum habeo. Quę si vera sunt, apud Venuleium Saturnium lib. II. de publicis iudicijs, D. de accusationibus XII. male scriptum habetur, *Sententia Lentuli dicta Sulla & Trione consulibus*: quod mendum ex consimili terminatione horum, Regulo, Sulla, conceptum, & exscribentium priorum inscitia natum, si sublatum velis, repone, *Regulo & Trione coss.*

Cap. 15. *Ambigens patriam & declinans.*] Æmylius tentauit legere, *ambiens*: ego malim sic positum, *deuiis plerunque itineribus ambigens & patriam declinans*: vel sit transposita copula de industria, vt alibi sæpe.

Cag. 16. *Remedio quæsita emptio.*] Sensus est, In luxum libidinemque fœneratorum conuertebatur emptio & venditio, quæ non ob aliam causam in gentium vsum venerat, quam vt hominum necessitati mederetur, & rerum commutatione succurreret.

Cap. 20. *Qualem diem, &c.*] Scribo *qualem die Tiberius induisset; pari habitu*, hoc sensu: Caligula talem habitum induebat, qualem Tiberius quoque die induisset; alias incognita dicendi forma est, *diem induere.*

Cap. 28. *Quingentorum spatium.*] Eo illud Senecæ ad Lucilium, Epist. XLII. *Phœnix semel anno quingentesimo nascitur.* At vero Philostrato libro III. Apollonii; *Annos DC. viuit Phœnix.* & apud Plinium lib. X. c. II. DCIX. vel, vt alii legunt, DCLX.

Cap. 29. *Morem fuisse maioribus.*] Notabilis mos hic est amicitiæ renunciandæ: cuius & Suetonius meminit, Caligul. III. ex quo veteres bellum indicturi, renunciabant amicitiam per legatos, missos rebus repetendis, vt est apud Liuium lib. XXXVI. ab initio, & XLII. Illoque respicit Cornelii scriptum supra lib. II. vbi de Germanico ad Pisonem *Componit epistolas, queis amicitiam ei renunciabat.* Similisque fuit, ni fallor, hospitii rennnciatio, vt de Badio Campano palam omnibus renuntiante hospitium Crispino, testis est Liuius, XXV. & apud eundem IIXI. *Decernitur renuncian-*

nunciandam ſocietatem Achais. Sane ſcripto qui dirimeret amicitiam, inimicitiam denunciabat:hoc colligo ex Seneca ad Lucilium, epiſt. LXXVII. *Inimicitias,* inquit, *mihi denuncias, ſi quicquam ex ijs quæ quotidie facio, ignoraueris.* Inde legitur apud eundem de beneficiis lib. II. *indictum odium.*

Cap. 33. *Scheptuchi.*] Id eſt reges, ſic & Homero dicti, quod ſceptrum gererent, vt ſcribit Suidas.

Cap. 37. *Suouetaurilia daret.*] Sunt, ait Pompeius, qui patent ex tribus hoſtiis nomen incluſum, ſue, & oue, cum ſolido tauro, & omnium trium vocabulis confuſis, dici Suouetaurilia, quibus in hoc loco Tiridates, vt Liuii lib. I. Seruius Tullius exercitum luſtrauit. Idem & Marti ſuouetaurilibus piaculum fieri, ſcribit lib. VIII. Sed Alciato nimis inſolens illa compoſitio videtur, locuſque corruptus debere ſic reſtitui. *Solitaurilia daret:* quibus trium diuerſi generis hoſtiarum immolatio fiebat, ex eodem Pompeio: vti quoque Marti ſolitaurilia celebrata apud Catonem Rei ruſticæ ſcriptum eſt, Facto nomine ex eo, quod hoſtiæ verres, aries, taurus integræ ſolidæque ſint, & *ſolum* Oſcis, totum & ſolidum ſignificet. Ego cenſeo pro ſacrificiis, quæ diuerſis hoſtijs hærent, neceſſaria diuerſa nomina fuiſſe, admittoque vbi verre, ariete, & tauro operatum erit, nomen *Solitaurilia,* quod potuerunt veteres dixiſſe, *Veraritaurilia:* Sed vbi ſue, oue, & tauro factum, non video, quę ſit inſolentia nominis factitii, præſente nota ſignati: Quare nihil è vulgari ſcripto immutandum videtur.

Cap. 37. *Equum placando amni.*] Eo ſcilicet quod Poëta monet.

Ne detur celeri victima tarda Deo.

Cap. 39. *Carmina illic in principem.*] Malim ſic ſcriptum, *Paconianus in carcere ob carmina in principem factitata, illic ſtrangulatus eſt.* Hic vero Sextus Paconianus, nomine Pagoniani ſupra memoratus eſt, pro C. & G. literarum affinitate. Idem fortaſſe dicitur Suetonio Tiberij LXI. *Paconius maieſtatis reus vtique ob carmina in principem emiſſa: cuius de cauſa Tiberius ſcripſit Senatui, vt de pœna Paconij quamprimum ſtatueret.*

Cap. 40. *Eo anno neque quod L. Aruleius.*] Aldi iudicio quędam hic verba deſunt: Forſan ſic habuit Cornelius. *Eo anno, neq; quod alij, neque quod L. Aru. morte adfecti forent, adſuetudine malorum, vt atrox aduertebatur, ſed exterruit quod Vibulenus, &c.* Hæc opinor, vt veroſimile eſt, inculcatas coniunctiones, & ſequentia, L. & A. reiectas ab exſcribente: & licet illa, *neque quod alij,* chirographo deficiant, neceſſaria tamen ex eo conſtant, quod legitur vbique, *morte adfecti forent.* Cæterum autoris ſenſus eſt: Malis ferendis aſſueti leuiter necem & aliorum & L. Arulei quamuis atrocia facta ferebant. Sed tandem facinus nouum animis terrorem iniecit, quod Vibulenus, &c.

Cap.50. *Villa cui L Lucullus.*] Ex iis emaculandus Suetonius Tiberii LXXIII.ibi,*obijt in villa Lucilliana.* pro,*Luculliana.*

Cap.51. *Mater in Liuiam.*] Discrepat hoc inter autores:neque enim mater Tiberii adoptata fuit, sed auus maternus, autore illis verbis Tranquillo in Tiberio III: *Insertus est & Liuiorum familiæ, adoptato in eam auo materno.* Quod mihi fit verisimilius, cum apud Velleium lego,*Liuius Drusus Iuliæ Augustæ pater* & infra:*Liuia nobilissimi & fortissimi viri Drusi Calidiani filia*: vbi sic corrupte pro *Claudiani* scriptum, quale nomen eius fuit, qui ducto genere ex Appio Claudio Pulchro, nomen Romano more adoptione inflexum haberet. Cæterum autor noster huius Annalis initio dixit Augustam nobilitatis per Claudiam familiam & adoptione Liuiorum Iuliorumque clarissimæ: at verius quid sit, alii in Cornelium proferant,ego in medium relinquo.

Hæc sunt ad priores quinque Annalium Cornelii libros scriptæ notę:resperse emēdationibus,magis ex opinione & cōiectura, quam ex fide librorum, quos manuscriptos nobis legendi facultas fuerit. Neque opinor exemplar quo cum excusi libri conferri possint, alibi quam Florentiæ extare : quo alter ex Medicæis Pontificibus maximis bibliotecam dedicaturus, ex vrbe transferri curauit, cum illud prius in cœnobio Corbeiensi repertum è Saxonia Quæstor quidam Pontificius Romam ad Leonem x.detulisset. Exinde in patria Æmilius Ferrettus archetypum illum relegit, cuius ad instar libri omnes impressi sunt. Neque vero mihi Florentia transeunti, visis quibusdam Pandectarum locis in Laurentii basilica, amplius quicquam per otium videre licuit.

Ad Librvm XI. Annal.

Cvm Romam veni in bibliotheca palatina, ab vndecimo Annalium Cornelii libro, manuscriptum vnum & alterum nactus exemplar, vtrunque relegi, aliquotque diebus otiose tractaui, & quæ è republica literaria fore credidi, suis locis ad libros sequentes accommodaui. In vtroque sane chirographo acephalos liber hic est; eiusdemque autoris de moribus Germanorum & de oratoribus libelli desiderantur.

Cap.1. *A Lucullo cœptos.*] Manuscriptus habet in margine, *emptos*:quibusdam magis placere.

Eod. *Caueri vim.*] Vexauit ingeniū Beati diuerse scriptus hic locus, equidem in iis, quæ à superioribus pendent, etsi sine illis constare liquido nihil possit; sic tamen locum interpunctum, in plano ponere mihi videor,*moneret Claudiū caueri,vim atq;*, *&c.* id est,vt à Claudio caueret sibi Valerius Asiaticus reus cum Poppea à Suillio delatus.

Eod. *In concione pop. Rom. fateri.*] Cum Prætorianæ cohortes tumul-

tumultuantes quæterent, quis Caiū occidiſſet, Valerius Aſiaticus, vir Conſularis, præter opinionem ſedauit, aſcenſo edito loco vociferatus: *Vtinam ego ipſum interfeciſſem. Quibus verbis territi milites, tumultuandi finem fecerunt.* Hæc Dionis ſunt extrema lib. IIX. eo huc tranſlata, quo ſine capite ſubobſcurus locus illuminetur. Sed quoniam ita reſpondens Aſiaticus de nece C. Cæſaris nihil confeſſus eſt, probo, maloque ſcriptionem quæ in Matthiæ Coruini Panoniæ regis codice ita habuit, *non extimuiſſe concionem populi Romani, gloriamque, &c.*

Eod. *Dedita per prouincias fama.*] Sic ſcriptum in vtroque: Gabriel tamen Faernus mauult ſcribi *didita*, pro ſparſa, à verbo *dido*, quo Lucretius & Horatius vtuntur. Ego nihil mutandum cenſeo, mihique Augerius Ferrerius, illi Dionyſius Lambinus aſſentitur.

Cap. 4. *Cauſa necis, quod domum ſuam.*] Capite legis Iuliæ de adulteriis coercendis tenebantur Petræ equites Ro. quod domum ſuam, vt adulterium committeretur ſcientes præbuiſſent, vt Papinianus, Vlpianus & Triphonius retulerunt. Sed erat lex mitior infligendæ pœnæ exilij, quam patrum cognitio fuerit, quæ durius pœnam legitimam aſperauit, pro exilio irrogans vltimum ſupplicium.

Cap. 5. *Legemque Titiam flagitant.*] Idem quod de *Titia* hic, de *Cincia* Cornelius lib. XIII. ſcripſit, & conſimiles obſeruatos locos de Iuriſconſultorum hiſtoria, in Iulio Paullo retuli. Aliis autem ex ſuſpicione viſum eſt, pro *Titia*, legem *Cincia* legi hoc loco debere: quibus lubens ſubſcripſerim, cum vterque liber Palatinus ita ſcriptum habeat. Vetus tamen lectio, & quidem à doctis, vulgo ab aliis retinetur, ob D. Auſonij Epigramma XCI.

Iuriſconſulto, cui viuit adultera coniunx,
Papia lex placuit, Iulia diſplicuit.
Quæritis vnde hæc ſit diſtantia? ſemiuir ipſe
Scantiniam metuens, non metuit Titiam.

Verum aliter multo quam alij exponant, verſus illos interpretor: quis lepidius, ingenioſi iudicabunt. Senſus autem eſt: Iuriſconſultus legis Papiæ præmia tributa maritis, conſecuturus, vxorem duxit: qua cum viuēs, in ſponſionem cum altero de eius pudicitia venit, exindeque vxoris adulteria reſciuit: ſic ei qui nihil antea mali ſuſpicabatur, placuerat lex Papia, deindiſplicuit lex Iulia de adulteriis coercendis, ex qua dimittere vxorem coactus eſt. Fuit autem in placitis ita varius, qui muliebria paſſus in proſtitutos metuens legem Scantiniam, dum petitos mares quam fœminas & alios eidem cui ipſe eſt, libidini mancipatos omnes credit, iuris ſcilicet, legumq; peritus non metuit legem Titiam, id eſt, auſus eſt de turpitudine propria, vxoriſque detegenda, non virtutis cauſa ſponſionem facere, quod lex Titia & Cornelia vetuit, apud Martianum lib. V. Regularum. D. de aleatoribus. Quæ ſi alijs tam vera

quam mihi verosimilis interpretatio videtur, iam de legũ albo & ex hoc loco, ſuppoſita pro Cincia de muneribus, Titia lex eradenda eſt.

Cap.6.*Lege repetundarum tenerentur*] Qua cauebatur, ne quis ob accuſandum vel non accuſandum pecuniam acciperet: teſte Venuleio lib. III. Publicorum. D. de lege Iulia repetundarum. Notandum autem hoc amplius, Coſſutianum & cæteros perfidos aduocatos, fuiſſe repetundarum reos eo quod pecunia accepta à Suillio accuſatore, præuaricati eſſent. Quod non reperias ſcriptum in lege de repetundis.

Cap.9.*Fœdus repente iciunt*] Exemi quod erat, *iaciunt*: neq; enim id vnquã verbum, à quoquã ſcriptore, in hac ſignificatione vſurpatũ eſt. Contra autores omnes Latini ſermonis ſcientes, fœdus icere dixerunt: de cæteris Cicero, Virgilius, Liuius, Suetonius, & hic noſter Cornelius ſupra lib. IV. non *iacta*, ſed *icta nobiſcum fœdera*, & infra libro XII. non *iecerant*, ſed orſos B[illegible]s ſermonem ſuum *à fœdere quod nobiſcum icerant*, ſcripſit.

Cap.10.*Flumen Gindem*] Coruinianus liber habet, [illegible]

Cap. 11. *Iiſdem conſulibus*] Excidit initium Annalis [illegible]ius, ex quo ſine dubitatione ſciri poſſet, an Claudium Cæſarem [illegible] V. & L. Vitelliũ III. an alios conſules Tacitus intelligat. Plinius lib. VII. C. 48. ſcribit à Claudio IV. Coſſ. *Seculares* editos, LXIII. anno poſteaquam illos ediderat Auguſtus. Sic vero dicti ludi fuere, qui apud Romanos poſt centum annos fiebant, ait Pompeius, quia *ſeculum* ſpatium centum annorum vocarunt. Sed fecit Claudius ludos Seculares Apollini & Dianę quaſi anticipatos ab Auguſto, nec legitimo tempori reſeruatos: quamuis ipſe Claudius in hiſtorijs ſuis prodat intermiſſos eos, Auguſtum multo poſt, diligentiſſime annorum ratione ſubducta, in ordinem redegiſſe. Illos ſane Auguſtus perfecerat C. Furnio C. Silano Coſſ. quintaq; Dioni Seculariũ illa celebratio fuit, vel ad rationem ſeculi quinti inita, poſt quingentos annos quam à Valerio Publicola exactis regibus inſtituti ludi & primum celebrati fuerant. Aliud vero Claudius animum induxit, ordinatos Seculares in quoſque centenos annos ab vrbe condita, & cum octingenteſimus veniſſet, maluit inſtitutionis quã computationis ab Auguſto factæ rationem habere. Quare vox preconis irriſa eſt, inuitantis more ſolenni ad ludos, quos nec ſpectaſſet quiſquam, nec ſpectaturus eſſet: cum ſupereſſent adhuc qui ſpectauerant, & quidam hiſtrionũ producti olim, vt Stephanio, tunc quoq; producerentur. Similiſq; riſus excitandi cauſa fuit ſub Domitiano, qui fecit & ludos ſeculares, computata ratione temporũ ab anno, non quo Claudius proxime, ſed quo olim Auguſtus ediderat. Horum autor in Claudio & Domitiano Suetonius.

Eod. *Equis ludicrum Troiæ*] Vt ſcripſit idem Suetonius, ludus ipſe quem vulgo *Pyrrhicam* appellant, *Troia* vocatur: cuius originem

nem expressit in libro De lusibus puerorum, adhucq; superest descriptio Virgilij Æneidos lib. v. peditum tamen proprie Pyrrhica saltatio est, apud Athenæum XIV. c. 12. Troia vero ludus puerorũ, qui turmatim se inuicem ex equis peterent: vnde formatum vulgare *Torniamentum*, quasi *Troiamentum*.

Cap. 14. *Claudius tres literas adiecit.*] De ijs literis quæ in autoribus extat memoria, ita extat vt tertię nobis ignota forma, duarum à nobis indagata sit. De priore sic accepi: syllabæ sono in his nominib. declarãdo, *diuus, cliuus, riuus, seruus*, repertam esse nouã literam, Ⅎ. quę in hoc nomine VIℲVS in antiquis spectationibus etiamnum aspicitur, & apud Agellium digamma Æolicum appellatur, lib. XIV. c. 5. quod in Latio desideratum, & à Claudio non inutiliter adiectum ait Marcus Fabius lib. 1. c. 4. & 13. De altera comperi, cum S. præpositum P. loco Ψ Græcæ fungeretur, pro duabus illis lite[illegible] Claudium Cæsarem in Latium induxisse antisigma, & hac fig[illegible] Ɔ C scribi voluisse: de quo testis est Priscianus lib. 1. vbi de ac[illegible]ibus literæ. De tertia Velius longus hoc habet in libro de Ort[illegible]ographia, quem manuscriptum apud Strossium egomet Romæ legi: *Claudius princeps*, inquit, *nouam quandam literam excogitauit similem ei notæ, quã pro aspiratione Græci ponunt, per quam scriberentur illæ voces, quæ neque secundum exilitatem literæ, neq; secundum pinguedinem sonant, vt* viro, *&* virtute: *neq; rursus secundum latum literæ sonum enunciarentur, vt in eo quod est*, legere scribere. Quibus verbis significat tertiam Claudij literam *r* leniendo inuentam fuisse. Sed licet Cæsar hæc non sine ratione induxerit, nulli tamen ausi sunt antiquam scripturam mutare, &, vt ait Priscianus, *consuetudo superauit*.

Eod. *Et formæ literis Latinis.*] Beatus legit, *Et forma literis Latinis, &c.* in quo Plinio lib. VII. c. 58. Cornelius consentit.

Cap. 20. *Incerta Oceani vetarentur.*] Legitur alijs *vectarentur*, pro frequenter veherentur. ego scriptum fuisse ab autore existimo, *vitarentur*, & ita malim hoc sensu: Fossam produxit, qua cõmeari ad Rhenum à Mosa posset, ne Oceani pericula subire necesse foret. Dioni tamen placet fossam perductam, ne fluuij æstuante Oceano restagnarent.

Cap. 22. *Spectaculum gladiatorum.*] Huc pertinent illa Tranquilli, Claudio XXIV. *Collegio Quæstorum pro stratura viarum gladiatorum munus iniunxit.*

Eod. *Ne ætas quidẽ distinguebatur.*] Maiores nostri admodũ antiq leges annales non habebant, quas multis post annis attulit ambitio, vt gradus esset petitionis inter ęquales: habetur Philippica v. Tandẽ Q. Fuluio Flacco, L. Manlio Accidino Coss. L. Iulius Trib. plebei rogationem tulit, quot annos nati quemq; magistratum peterent, caperentque. Liuij XXI. Exinde Festo lex *Annaria* dicta.

Eod. *Prima iuuenta consulatum.*] Principio satis annorum ha-

hebat ille, quem omnes Quirites consulem facere vellent: Sed vbi finita *certis legibus est ætas, vnde petatur honos*, legitimus annus apiscendi consulatus X L I I I. fuit, vt in eadē significat Marcus Tullius, cum de X X X I I I. annis, *Ætas*, inquit, *nostris legibus decennio minor quam consularis*.

Eod. *Sed quæstores regibus*] Origo quæstoris creandi antiquissima est, & pene ante omnes magistratus. Iunius certe Gracchanus libro septimo de Potestatibus, etiam ipsum Romulum & Numam Pompilium binos quæstores habuisse, quos ipsi non sua voce, sed populi suffragio crearent, refert. Sed sicuti dubium est, an Romulo & Numa regnantibus quæstor fuerit: ita à Tullo Hostilio rege quæstores fuisse certum est, & sane crebrior apud veteres opinio est, Tullum Hostilium primum in rempublicam induxisse Quæstores: & à genere *quærendi*, Quæstores initio dictos, & Iunius, & Trebatius, & Fenestella scribunt apud Vlpianum [illegible] de officio Quæstoris. Exactis autem regibus quæstores in republica noua superfuerunt, deque eo magistratu retinendo, vniuersi populi suffragio, lex Curiatis Comitijs lata est, quam tulit L. Brutus.

Eod. *Senatui cui iudicia tradid.*] Cum per varios legum fluctus, iudicia ad omnes ordines peruenissent, L. Cornelius Sylla victor in bello ciuili dictator in republica factus, quod equites à Cinnanis partibus stetissent, ab illis vsurpatam olim, & ex parte retentam, iudicandi potestatem ad Senatum transtulit, lata lege, ne quis nisi Senator esset, iudicare posset: tunc vero bellis ciuilibus, cædeque multa, exhausto Senatu, X X. Quæstoribus additis, numerum suppleuit Sylla.

Eod. *Equites iudicia recuperauissent*] Defuncto Sylla per X I. annos penes Senatorium ordinem iudicia fuere, quousque L. Aurelius Cota prætor legem promulgauit de restituendis equestri ordini iudicijs, vt tres simul ordines, senatores, equites, ærarijque tribuni iudicarent. Indeque communicatam potestatem equites recuperasse videntur, ex Philippica 1. & Asconio in Verrinam I I. & in Cornelianam.

Cap. 23. *Galliæ quæ Comata appellatur*] Posteaquam Galli superatis Alpibus, sedes in Italia posuerunt, cum Latio togam communem induti, & citra & vltra Padum omnis Gallia citerior Romanis, *Togata* dicta fuit. Tum eorum socij Massilienses ab Ægantha vltra Niceam maritimam oram tenebant: qui vbi Salyos interraneam gentem, agris finitimis infestos grauiter tulere, neque terra in eos, quod in alios mari possent, auxilium à Romanis petierunt. Q. Metello, T. Flaminio coss. C. Sextius Caluinus Proconsul in Salyos venit, deuictaque natione, & inde in Alpes depulsa, regionem maritimam Massiliensibus attribuit, & quo à reliquis tutiores essent, arcem ijs turribus, quas intra ciuitatis nostræ Basilicam cernere licet, extruxit, Latinamque coloniam

Aquas

Aquas Sextias condidit, & agros quosdam Mercurio consecrauit, vti nos vetus spectatio docet. Acta hæc quinquennio antequam Narbona deduceretur: à cuius tandem Coloniæ celebritate, inter Gallos & Massilienses formata prouincia, Romanis principio *Narbonensis*, sequiori sæculo *Prouincia Prouinciæ* dicta est; quæ antea *Gallia Braccata*, vetus exinde nomen amisit. Itaque factum vt appellatione *Galliæ*, sola *Comata* acciperetur, tam Plinio, quā Cæsari, diuisa in partes tres, quarum vnam incolunt Belgæ, aliā Celtæ, aliā Aquitani. Horū primores fœdera & ciuitatē Romanā pridē assecuti erant, ait Cornlieus: putat, quod è socijs & benemeritis populis & ciuitatibus essent, quales fuere in Belgica, Lingones & Rheni, fœderati: Neruij, Verunni, Vlbanactes, Leuci, Treueri, liberi. In Celtica, Hedui & Cauratani, fœderati: Meldi, Albij, liberi. In Aquitanica, Sanctones, Bituriges qui Vbisci, & qui Cubi, Aruerni, liberi. Cum quib. omnibus, certisue tot populorum, icto fœdere, data primoribus ciuitas fuerat, sed sine latione suffragij, ne magistratus creare inter Romanos possent. Quare ius adipiscendarum in vrbe honorum eos expetisse Tacitus refert. Galli nanque Transpadani, vt est apud Dionem, ciuitate à Cæsare Dictatore donati sunt, & Senatores facti: de quibus Suetonius C. Iulij LXXVI. ait, *Ciuitate donatos, & quosdam è semibarbaris Gallorum recepit in curiam:* & illo nomine Togatos intelligit, qui comatos, non *semibarbaros*, sed *barbaros* appellasset. Omnes vero reliqui togati cispadani, Italici iuris facti sunt ab Augusto, qui iure, ac dignatione vrbi quodammodo pro aliqua parte Italiam, adæquauit: excogitato genere suffragiorum, quæ de magistratibus vrbicis, decuriones colonici, in sua quisque colonia ferrent, & sub diem comitiorum obsignata Romam mitterent. Illis igitur in Vrbe creare, petere, gerereque magistratus, saltem minores, vt Ædilitatem & Quæsturam licuit, pro municipum iure, qui Italici iuris facti, saluis legibus & moribus viuerent, sicuti in oratione dixit Adrianus, quam in Senatu de Italicensibus habuit, Agellio referente libro XVI. Prouincia quoque nostra non dissimili iure vsa est, si Latinas eius Colonias spectes: vt Aquæ nostræ fuere: vsa vero & maiore, si Romanas colonias consideres, qualis Arelate Sextanorum, & similes. Strabo namque lib. IV. in hunc sensum scribit: *Latij iu s habent vt qui ædilitatis, quæsturæq; dignitatem Romæ assecuti sunt.* Quod si verum in socijs, verius in colonis nominis Latini fuit. Sed & illud scitum est, in veteri republica, & ante imperium constitutum Veteranos & emeritos quasi ciues in agrū assignatum deductos, æquo iure cum illis vsuros, qui vrbem Romam incolerent; eorumque colonia cum effigies parua & simulachrum quodam pop. Romani videretur, iura instituta que omnia pop. Romani habuit. Inde est quod leguntur lib. consequenti, *Senatores Prouinciæ Narbonensis*. Itaque si Togati & Braccati Galli

magiſtratus gerendi facultatem cum iure ciuitatis haberent, idem ſibi Comati ęquo iure poſtulabant, ſcilicet ad aliorum exemplum eis ius ſuffragij ferendi à Senatu concedi.

Eod. *Fruerentur, &c.*] Vbi quæſitum fuit ab iis qui ciuitatem communicari vellent, an foret vt manes vererentur eorum, qui in vrbe diripienda, ferro ignibuſque vaſtanda, & oppugnando Capitolio intercidiſſent, inſtabant adhuc ſi factitiorum ciuium animos tolleret maiorum recordatio, denuo ſcilicet, vrbe potiti, *fruerentur ſane vocabulo ciuitatis*, imo & re ipſa ciuitate.

Cap. 24. *Aduenæ in nos regnauerunt.*] Noti ſunt ex hiſtorijs T. Tacius & Numa Pompilius, ex Sabinis, & Tarquinius Priſcus ex Tarquiniis oriundi peregrinique Romanorum reges.

Eod. *Libertinorum filios.*] Verum ne dixerit ipſe Claudius, an ij quos ipſe reprehendit, ex iis verbis docet Suetonius in eodem: *Latum*, inquit, *clauum, quamuis initio affirmaſſet, non lecturum Senatorem, niſi ciuis Romani abnepotem, etiam libertini filio tribuit: ſed ſub conditione, ſi prius ab equite Romano adoptatus eſſet. Ac ſic quoque reprehenſionem verens, etiam Appium Cæcum Cenſorem, generis ſui proautorem, libertinorum filios in Senatum allegiſſe docuit: ignarus temporibus Appij Claudij, & deinceps aliquandiu, libertinos dictos, non ipſos qui manumitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos.* Sic accipe de eodem Appio ſcriptum apud Liuium lib. IX. extremo.

Cap. 25. *Orationem principis ſecuto patrum conſulto primi Edui Senatorum ius in vrbe adepti.*] Orationis & Senatuſconſulti exemplar memoriam actorum ſeruaturum, in Galliam Comatam miſſum eſt, Lugdunique prouinciarum ornamento, eius Galliæ metropoli, ærea tabula ex veteri more ad perpetuitatem inciſum, ſuperioribus annis è ruderibus erutum, in domo reipublicæ Lugdunenſis, vt olim quoque, publice nunc habetur. At longior fuit tabula, cuius exordium conſumpſit vetuſtas: Sed quæ pagina duplici pro latitudine tabulæ ſculpta verba ſunt, ita ordine exſcripſimus.

Pagi-

Pagina Prima.

MÆ RERVM NOSTR. . . . .
. . . .
. . . . EQVIDEM. PRIMAM. OMNIVM ILLAM. COGITATIO-
NEM. HOMINVM. QVAM MAXIME. PRIMAM. OCCVRSVRAM. MI-
HI. PROVIDEO. DEPRECOR NE QVASI NOVAM. ISTAM. REM. IN-
TRODVCI. EXHORRESCATIS. SED ILLA POTIVS. COGITETIS.
QVAM. MVLTA. IN. HAC. CIVITATE. NOVATA. SINT. ET QVI-
DEM. STATIM. AB. ORIGINE. VRBIS. NOSTRÆ. IN. QVOD. FOR-
MAS STATVSQVE. RES P. NOSTRA. DIDVCTA. SIT. QVONDAM.
REGES. HANC. TENVERE. VRBEM. NE. TAMEN. DOMESTICIS
SVCCESSORIBVS. EAM. TRADERE CONTIGIT. SVPERVENERE.
ALIENI. ET. QVIDAM. EXTERNI. VT. NVMA. ROMVLO. SVCCES-
SERIT. EX. SABINIS. VENIENS. VICINVS. QVIDEM. SED. TVNC. EX-
TERNVS. VT. ANCO. MARCIO. PRISCVS. TARQVINIVS PROPTER.
TEMERATVM. SANGVINEM. QVOD. PATRE. DEMARATO CORIN-
THIO. NATVS. ERAT. ET. TARQVINIENSI. MATRE GENEROSA.
SED. INOPI. VT. QVÆ TALI. MARITO. NECESSE. HABVERIT. SVC-
CVMBERE. CVM DOMI REPELLERETVR. A. GERENDIS. HONORI-
BVS. POSTQVAM. ROMAM. MIGRAVIT. REGNVM. ADEPTVS. EST.
HVIC. QVOQVE. ET. FILIO NEPOTIVE EIVS. NAM. ET. HOC. INTER.
AVCTORES. DISCREPAT. INSERTVS. SERVIVS. TVLLIVS. SI. NO-
STROS SEQVIMVR. CAPTIVA. NATVS. OCRESIA. SI. TVSCOS CÆLI
QVONDAM. VIVENNÆ. SODALIS FIDELISSIMVS. OMNISQVE. E-
IVS CASVS COMES. POSTQVAM. VARIA. FORTVNA. EXACTVS.
CVM. OMNIBVS RELIQVIS. CÆLIANI EXERCITVS. ETRVRIA EX-
CESSIT. MONTEM. CÆLIVM. OCCVPAVIT. ET A DVCE SVO CÆ-
LIO. ITA APPELLITATVS. MVTATOQVE. NOMINE. NAM TVSCE.
MASTARNA EI. NOMEN. ERAT. ITA. APPELLATVS. EST. VT. DI-
XI. ET. REGNVM. SVMMA. CVM REI P. VTILITATE. OPTINVIT. DE-
INDE. POSTQVAM. TARQVINI SVPERBI MORES INVISI. CIVI-
TATI. NOSTRÆ. ESSE. COEPERVNT. QVA. IPSIVS. QVA. FILIO-
RVM. EIVS. NEMPE. PERTÆSVM. EST. MENTES. REGNI. ET. AD.
CONSVLES. ANNVOS. MAGISTRATVS ADMINISTRATIO REIP.
TRANSLATA EST.

QVID NVNC. COMMEMOREM. DICTATVRÆ. HOC. IPSO. CONSV-
LARI. IMPERIVM VALENTIVS. REPERTVM APVD. MAIORES. NO-
STROS. QVO. IN. ASPERIORIBVS. BELLIS. AVT. IN. CIVILI. MO-
TV. DIFFICILIORE. VTERENTVR. AVT. IN. AVXILIVM. PLEBIS.
CREATOS. TRIBVNOS. PLEBEI. QVID. A. CONSVLIBVS. AD. DE-
CEMVIROS. TRANSLATVM. IMPERIVM. SOLVTOQVE. POSTEA

DECEMVIRALI.REGNO.AD.CONSVLES.RVRSVS.REDITVM.QVID.
IM........VRIS. DISTRIBVTVM. CONSVLARE. IMPERIVM. TRI-
BVNOSQVE MILITVM CONSVLARI. IMPERIO. APPELLATOS,
QVI.SENI.ET SÆPE, OCTONI CREARENTVR. QVID. COMMVNI-
CATOS.POSTREMO.CVM. PLEBE HONORES. NON IMPERI. SO-
LVM.SED.SACERDOTIORVM.QVOQVE.IAM SI. NARREM. BELLA.
A.QVIBVS. COEPERINT.MAIORES.NOSTRI.ET.QVO.PROCESSERI
MVS.VEREOR.NE NIMIO INSOLENTIOR.ESSE. VIDEAR. ET. QVÆ-
SISSE.IACTATIONEM.GLORIÆ PROLATI.IMPERI.VLTRA.OCE-
ANVM.SED ILLOC POTIVS REVERTAR CIVITATEM.

Pagina Secunda.

....
.... SANE ....
.... NOVO .... DIVVS AVG
.... NO ..................I.VS. ET PATRVVS
TI. CAESAR OMNEM. FLOREM. VBIQVE COLONIARVM. AC.
MVNICIPIORVM. BONORVM. SCILICET. VIRORVM. ET LOCV-
PLETIVM. IN. HAC. CVRIA. ESSE. VOLVIT. QVID ERGO.NON.I-
TALICVS. SENATOR. PROVINCIALI. POTIOR? EST.IAM VOBIS.
CVM. HANC. PARTEM. CENSVRAE MEAE. APPROBARE. COE-
PERO QVID DE. EA. RE. SENTIAM. REBVS. OSTENDAM. SED NE.
PROVINCIALES. QVIDEM SI MODO ORNARE. CVRIAM. POTE-
RINT. RECIPIENDOS PVTO.

ORNATISSIMA.ECCE COLONIA VALENTISSIMAQVE. VIEN-
NENSIVM.QVAM LONGO. IAM. TEMPORE SENATORES HVIC.
CVRIÆ CONFERT. EX. QVA COLONIA. INTER PAVCOS. EQVE-
STRIS. ORDINIS. ORNAMENTVM, L. VESTINVM. FAMILIARIS-
SIME DILIGO ET.HODIEQVE.IN REBVS. MEIS. DETINEO CVIVS
LIBERI.FRVANTVR. QVÆSO. PRIMO. SACERDOTIORVM. GRA-
DV.POST.MODO.CVM ANNIS.PROMOTVRI. DIGNITATIS. SVÆ.
INCREMENTA VT.DIRVM NOMEN LATRONIS. TACEAM. ET O-
DI. ILLVD. PALESTRICVM PRODIGIVM. QVOD. ANTE. IN.DO-
MVM. CONSVLATVM INTVLIT, QVAM COLONIA. SVA. SOLI-
DVM.CIVITATIS. ROMANÆ BENEFICIVM. CONSECVTA EST. I-
DEM.DE.FRATRE.EIVS.POSSVM.DICERE.MISERABILI QVIDEM
INDIGNISSIMOQVE. HOC, CASV, VT.VOBIS.VTILIS SENATOR. ES-
SE.NON POSSIT.

TEMPVS. EST. IAM. TI CÆSAR GERMANICE, DETEGERE TE
PATRIBVS.CONSCRIPTIS QVO. TENDAT. ORATIO. TVA. IAM
ENIM. AD. EXTREMOS FINES GALLIÆ NARBONENSI
VENISTI.

TOT. ECCE INSIGNES.IVVENES. QVOT INTVEOR.NON MAGI
SVNT.PAENITENDI SENATORES. QVAM PAENITET. PERSICVM

NO

NOBILISSIMVM VIRVM. AMICVM MEVM INTER IMAGINES.
MAIORVM SVORVM. ALLOBROGICI NOMEN. LEGERE. QVOD. SI
HÆC. ITA ESSE CONSENTITIS QVID VLTRA. DESIDERATIS
QVAM. VT. VOBIS. DIGITO DEMONSTREM. SOLVM. IPSVM. VLTRA
FINES PROVINCIÆ NARBONENSIS. IAM. VOBIS SENATORES
MITTERE. QVANDO EX LVGDVNO. HABERE. NOS. NOSTRI. OR-
DINIS, VIROS. NON PAENITET TIMIDE. QVIDEM. P. C. EGRESSVS,
ADSVETOS. FAMILIARESQVE. VOBIS PROVINCIARVM TERMI-
NOS. SVM. SED. DESTRICTE. IAM. COMATÆ GALLIÆ CAVSA. A-
GENDA. EST. IN QVA. SI QVIS. HOC. INTVETVR. QVOD BELLO. PER
DECEM. ANNOS. EXERCVERVNT. DIVOM, IVLIVM. IDEM OPPO-
NAT. CENTVM ANNORVM IMMOBILEM. FIDEM. OBSEQVIVM-
QVE MVLTIS TREPIDIS REBVS. NOSTRIS. PLVSQVAM. EXPERTVM
ILLI. PATRI MEO. DRVSO. GERMANIAM SVBIGENTI. TVTAM
QVIETE SVA, SECVRAMQVE. A TERGO PACEM. PRÆSTITERVNT.
ET. QVIDEM. CVM AD CENSVS. NOVO. TVM. OPERE. ET. IN. AD-
SVETO. GALLIIS AD BELLVM. AVOCATVS. ESSET. QVOD OPVS,
QVAM. ARDVVM. SIT. NOBIS NVNC CVM MAXIME QVAMVIS NI-
HIL. VLTRA. QVAM VT. PVBLICE NOTÆ SINT FACVLTATES.
NOSTRÆ EXQVIRATVR. NIMIS MAGNO. EXPERIMENTO. COG-
NOSCIMVS.

Hæc, quæ dixit Claudius Cæſar, in quo, vt noſter Cornelius ait, *elegantiam non requireres quoties meditata diſſereret*, Lugduni aſpiciuntur in ære publicandæ orationi fixo: & plumbo circumornata tabula ſuggerit indicium, alia conſimili tabula inciſum fuiſſe Senatuſconſultum, quod factum, poſt recitatam principis orationem, hoc loco Tacitus ſcribit. Sane pro eo quod Eduis tributum idem ait, verendum, ne Auguſtudunum, quod tum Eduorum caput erat, ſimilis in ære ſculpta oratio cum Senatuſconſulto, vti Lugdunum miſſa fuerit.

Cap. 25. *Vetuſtiſſimum quemque è Senatu.*] Patricios, nobiles, Senatorum progenies, ex illuſtribus familiis natos, opibuſque pollentes, ſeminarium Senatus fuiſſe, nemo neſcit. At vero in numerum patriciorum aſciri *vetuſtiſſimum quemque è Senatu*, quid ſit Cornelio, in difficili eſt. Argutulus Claudium dicet in numerum patritiorum Senatores retuliſſe: ſi quidem patricii iure ciuili, ſunt quos princeps ſibi in patres adlegit. Sed *ordo Patriciatus* non fuit in veteris imperij ſtatu, neque pro patre principis accipitur *Patricij* nomen, niſi in Caſſiodori, Sidonij Apollinaris, & ſimilium, vel in Græcorum Cæſarum ſcriptis. Ad rem: paucis iam ſuperſtitibus ex familiis Patrum, quos Romulus maiorum gentium dixerat, & ex familijs Conſcriptorum, quos minorum gentium dictos, Tarquinius & Brutus in Senatum adlegerant, Claudius Cæſar voluit Senatum è Patricijs ætatis legitimæ, iuſtique Cenſus explere: An igitur princeps Senatorem è Senatu in numerum Patri-

ciorum aſciuerit, vt ex eodem Senatorum paucitati mederetur? Plus quam ridiculum ſit hoc dicere : quare lectionem receptam muto, vt ita legas, *In numerum Patriciorum aſciuit Cæſar vetuſtiſſimum quenque è ſe natum, aut quibus clari parentes fuerant:* cuiuſmodi poſſit videri L. Otho, quem allectum inter Patricios Claudius ipſe collaudauit. Suetonius Othonis initio. Conſimili dicendi forma paulo ante vſus hic autor eſt, ibi, *Curtius Rufus videtur mihi ex ſe natus:* id eſt, qui ſibi ipſi debeat initium nobilitatis ſuæ, licet ei virtute, nobilitateue maiores nulli præluxerint. *Vetuſtiſſimum* autem intelligo aſcitũ, qui tamẽ eſſet intra leges, quæ maiorem annis LX. otio reddunt, & Senatorem non citant, vt Seneca ad Paulinum, & Plinius ad Pomponium Baſſum ſcripſere.

Eod. *Auguſtus lege Senia.*] Malim *Sentia*, à Conſule Sentio, quãuis neque vllum de ea certum profero teſtimonium, at *Seniam*, nemo, quod ſciam, dixit: nemo legit alibi.

Eod. *Condiditque luſtrum.*] Id eſt, Cenſu perfecto, edixit, vt omnes ciues Romani, equites, pediteſque in ſuis quiſque centuriis, in campo Martio prima luce adeſſent: ibi exercitum inſtructum omnem ſue, oue, tauriſque luſtrauit. Idque conditum luſtrum appellatum, quia in cenſendo finis factus eſt. Liuius lib. I. Huius autem cenſionis à Claudio editæ, ſed hominum ampliore numero, teſtis eſt vetus memoria inſcripta Romæ his literis.

TEMPORIBVS CLAVDII TIBERII FACTA HOMINVM ARMIGERVM OSTENSIONE IN ROMA SEPTIES DECIES CENTENA MILLIA LXXXXVII. MIL. X.

Cap. 27. *Nedum conſulem deſignatum.*] Ob beneficium à principe Silio collatum, deſignato conſulatu fabuloſius viſum iri Cornelius ſignificat Silium cum principis vxore in matrimonium cõueniſſe. Sed Dio lib. LX. de Meſſalina inquit, *C. Silio nupſit, magnoq; ſumptu nuptias parauit, regiamq; ei donauit, precioſiſſimis quibuſq; Claudij rebus in eam congeſtis, denique conſulem eum deſignauit.* Cuius loci faciet autoritas, vt ingenioſus malit *nondum conſulem des*, ſcilicet, Silium, cum maritus fieret & certe dulcis eo ſolo verbo fieret oratio, quæ *nedum* retinenti ſcabra rudiſque videtur. Sed tuenda Taciti perſona eſt, tenendaque lectio vetus quo ſui ſemper ſcriptor ſimilis ſit: qui huius Annalis initio de C. Silio conſule deſignato, & infra ſtatim de proximo eius conſulatu meminit.

Eod. *Adhibitis qui obſignarent, velut ſuſcip. liberorum.*] Veterum nuptijs teſtatio interpoſita eſt, quod *liberorum quærendorum cauſa conuenirent:* cuius prætextu Seianus codicillis ad Tiberium ſupra Annali IV. tegit cupidinem. Et eiuſdem teſtationis quædam veſtigia remanent in Inſtitutionibus Vlpiani, titulo, De Latinis. Eã vero interponi apud acta magiſtratus exiſtimaui, in eo de iure liberorum: quod crederem adhuc, niſi Taciti locus hic eſſet, qui docet adhibitos ſignatores, qui obſignarent animo ſuſcipiendo-

m liberorum in matrimonium conueniri. Hinc igitur mecum
discet studiosus, testationem coram signatoribus factam, & in-
tam instrumentis dotalibus, siue tabulis dotis: quas antequam
or in domum viri deduceretur, vel ipsi auspices, vt ait Tran-
illus, vel signatores obsignabant, qui in domum mulieris cum
spice conuenerant. Eo illud Iuuenalis satyra 10.

--- *venit cum signatoribus auspex.*

uintus item Ceruidius Digestorum libris signatorum meminit,
ii sacculum cum pecuniis testato depositum, & dotis tabulas cō-
gnarent VIII. D. de lege commissoria, & LXVI. D. de donationi-
is inter virum & vxorem. De tabellis Messalinæ & Silij, Sueto-
us ita scribit: *Illud omnem fidem excesserit, quod nuptiis, quas
Messalina cum adultero Silio fecerat, tabulas dotis & ipse Claudius
nsignauerit: inductus, quasi de industria simularentur, ad auerten-
um transferendumque periculum, quod imminere ipsi per quædam
stenta portenderetur.*

Cap. 29. *Calistus iam mihi circa mortem Cæsaris narratus.*] Ca-
stus Dioni Cassio libro LIX. libertus Cai Cæsaris Caligulæ, &
ædis eius conscius est: de quo libris superioribus, qui intercide-
int, se meminisse Cornelius intelligit.

Eod. *Appianæ cædis molitor Narcissus.*] Annalis huius initio, siue
bro præcedenti de nece C. Appij Syllani à Tacito scriptum con-
cio, quod hic obiter tantum eius mentio est. De illo Cassius lib.
x. & Tranquillus eadem retulere, & huius verba sunt: *Appium
yllanum cum Messalina & Narcissus conspirassent perdere, diuisis
artibus, alter ante lucem similis attonito, patroni cubiculū irrupit,
ffirmans somniasse se vim ei ab Appio illatam: altera in admiratio-
em formata, sibi quoque eandem speciem aliquot iam noctibus ob-
ersari retulit. Nec multo post ex composito irrumpere Appius nun-
iatus, cui pridie ad id temporis, vt adesset, præceptum erat, quasi p la-
e repræsentaretur somnij fides: accersi statim, ac mori iussus est.* Clau
ij XXXVII.

Cap. 30. *Quod ei cis Vectium Plancium.*] Mendis fœdatus locus
ic est, eo vsque, *an discidium.* Et quod ignotus sit historicis om-
ibus *Vectius Plancius.* & quod ad Claudium referri scriptum mi-
ime possit, multa deesse suspicor, quorum est apud me desperata
estitutio, vt ante Æmylio Ferretto fuit. Neque vero quicquam
ttinere ista puto ad Vectium Valentem, de quo mox Cornelius.
eque quicquam ad Aulum Plancium senatorem, qui rebus pro-
pere in Britannia gestis, vt est infra lib. XIII. & apud Sueto-
ium & Dionem, à Claudio laudatus, ouans vrbem ingressus est.

Cap. 35. *Proculum custodem Silio ac Messalinæ dat.*] Beatus legit
datum, sed fallitur: cum ex eo necatū Proculū, aduersus scriptoris
sensum, exaudiat. Et certe inexplicabilis est locus, si scriptionem
mutes, nisique ita exponas, *custodem Sil. ac Messal. dat*, scilicet,

qui mortis pœnas exigat. Sic paulo infra, *Custos exactor è liber Euodius datus.* Idem enim custos salutis & mortis exactor esse p tuit, eorum iussu quibus iubendi potestas erat.

Cap. 36. *M. Nestor.*] Tranquillus quoque in Caligula, ter *M cum Nestorem Pantominum* nominat: vt horum testimonio em culandi sint tam Dio, quam Xiphilinus, quibus pro *M. Nesto* Μνηςὴρ scribitur: errore inde fluxo, quod post literam M. pu ctum primi exscriptores, minime animaduerterint.

Eod. *Reminisceretur vocis.*] In Claudij iussu, & vi maiore Mes linæ, Nestoris excusatio accipi debuit. Hæc aperit Dio lib. LX. i *Mnesteris*, pro *M. Nestoris amore flagrans Messalina, cum neque p licitis, neque minis vllo modo ad coitum pellicere posset, petijt à Cla dio, vt illum obsequi sibi iuberet, quasi Nestoris alia in re arte sib pus esset: tum à Claudio iussus, Messalinæ in omnibus morem gere cum illa rem habuit, tanquam id princeps quoque iussisset.*

Cap. 38. *Decreta Narcisso quæstoria insignia.*] Concessa insig præter scipionem eburneum, & sellam curulem, si quæ fuera amplius quæro.

Ad Lib. XII. Annal.

CAP. 6. *Aliis gentibus solennia.*] Alexandrides enim legi sororis filiam duxisse, ex qua Doryeum, Leonidem, & Cleo brotum sustulit, cum id apud Græcos liceret.

Cap. 7. *Neq; tamen repertus.*] Suetonius de eodem: Confe nuptias, inquit, non repertis qui sequerentur exemplum, excep libertino quodam, & altero primipilari, cuius officium nuptiaru & ipse cum Agrippina celebrauit. Sunt autem sub Domitiano f quentata ex eo senatusconsulto matrimonia. At Cocceius Ne rerum potitus sororis, fratrisue filiam vxorem habere prohibu vt in eodem scripsit Dio. Inuentus est tamen L. Antoninus Cæs qui M. Aurelij Antonini Philosophi fratris Liuillam filiam du vxorem: quod illi soluto legibus licuit: cæteris non idem.

Cap. 8. *Veniam exilij pro Anneo Seneca.*] L. Anneus Seneca s dijs sapientiæ eminentissimus seculi sui, insimulatus adulterij cu Iulia M. Viniçij vxore, Germanici & Agrippinæ filia, confictis illam à Messalina criminib. vt conreus pulsus erat in exilium: ei grippina restitutionem imperat. Ex Dione lib. LX.

Cap. 9. *Designatum consulem Memmium.*] Ordo rogandi se tentias in senatu veteris Reipublicæ varius fuit: aliàs enim is te anno seruabatur, quem Consul initio magistratus habito sen in rogando obseruârat: aliàs primus rogabatur, qui à Censor princeps in senatum lectus fuerat: aliàs qui designati consule rant. Imperio constituto id legimus tributum consuli designato quæ eius, omnium plerumq; ea sententia esset: exemplaque s

pe

litant libris ſuperiorib. Druſus, Haterius, & Silius: infraque ſe-
entib. Barea Soranus, & alij. & apud Senecam ludo de morte
audij, Ianus pater. Quamobrem contendit Agrippina Mem-
um cenſere, Octauiam Claudij filiam cum priuigno L. Domi-
elocari.

Cap. 19. *Ne triumpharetur, neue pœnas capite penderet.*] Impe-
ores, ait Florentinus, captiuos vendere, ac per hoc ſeruare, nec
cidere ſolent: quod de militib. accipio. De ducibus aliud ius eſt:
uidem Romani vitam Reguli à Carthaginenſib. minimè depre-
i ſunt, quod duci captiuo iure belli, niſi redimi curaret, mors
tè indiceretur. Eaque de re Iugurtha cum duob. filijs ductus in
umpho C. Marij, ante currum eius, mox in carcere necatus. Li-
LXVII. Simon quoque Bargioras triumphatus, mox ſupplicio
ectus eſt Veſpaſiani iuſſu, vt eſt apud Xiphilinum? Vnde eſt quod
mones apud Claudium pro Mithridate intercedit, & Caracta-
s ait Claudio, ſi incolumis ſeruetur, fore ſe eius clementiæ æ-
num exemplum.

Cap. 20. *Peruicacia in hoc tentata.*] Beato magis placet, *in nos*
ntata: ego ſubſcribo.

Cap. 21. *Conſularia inſignia Coloni.*] Hic erat procurator Ponti:
eo Suetonius de Claudio; *Ornamenta conſularia etiam procura-*
ribus & ducenarijs indulſit, id eſt, à ſenatu indulgenda curauit. I-
lib. XVI: *Nero conſularia inſignia Aſconio Labeoni petiuit à Se-*
atu. Ceterùm autore Caſſiodoro lib. VI. Variarum inſignia tri-
ata fuere, latus clauus, tunica palmata, toga picta, quæ indueret;
ſis, quem gereret; eburneaq; ſella, in qua ſederet. Faſces verò da-
s procuratori minimè credo, quòd imperij ſigna eſſent, minusq;
ibutum imperium proconſulare, licet quidam confundere vide-
tur.

Eod. *Aquilæ prætoria decernuntur.*] Hæc autem fuere, Latus
auus, toga prætexta, paludamentum, & curulis ſella. Ex Cicero-
e & Liuio obſeruatum.

Cap. 23. *Galliæ Narbonenſi, &c.*] Annales temporum iniuria in-
ercepti, continebant, opinor, decretum ſenatus, quo Siculis ſena-
oribus Italia abeſſe licuit: eorum exemplo, idem noſtri Prouinci-
les obtinuerunt, *ob egregiam in patres reuerentiam*, ait Cornelius:
uippe qui *amore in vrbem Romam, vt patriam communem, Ro-*
anis ipſis non concederent, vt libro ſuperiore Claudius Cæſar o-
atione ſua in ſenatu teſtatus eſt. Fuerat enim edictum Auguſti,
Ne quis ſenator ſine iuſſu permiſſuve ſuo Italia excederet: quod
poſtea quoque obſeruatum fuit, cum nulli ſenatori, quam in Sici-
iam, aut Galliam Narbonenſem proficiſci extra Italiam liceret,
lloque non niſi prædia ibi poſſiderent, inquit Dio lib. LII. extre.
Et certe demulcentes atq; laxantes animum in inſulis Italię, edicti
ancellos egreſſi non viſi fuere: quia vt dicebat Vlpianus, inſulæ I-

taliæ pars Italiæ ſunt: Ideo cum pacatæ eſſent prouinciæ, noſt
& Sicilia, huic quod inſulis idem tribuendum fuit, quæ modic
freto ab Italia diuiſa, pars eius exiſtimatur, apud Iuſtinum ex Tr
go Pompeio lib. IV. at vero de Gallia Narbonenſi non idem eſ
licet Italiæ iunctam & continẽtem, vti eſt, teſtetur Vlpianus. I
D. de verborum ſignificatione. Sed Prouincialibus idem quod S
culis tribuit ſenatus honoris cauſa.

Cap.23. *Salutis augurium.*] Breues notas ſcribenti longius e
ſet æquo transferre in hunc locum, quæ de eo diuinationis gene
prodidit Dio, lib. IIIXL. ſatis ſit autorem indicaſſe.

Cap. 25. *Ac notabant periti.*] Imo ipſemet quaſi parum repre
henderetur, identidem euulgauit, ſi vere, Tranquillus in eode
Claudio. IXL.

Cap 26. *Siue verum ſeu periculis commendatus.*] Beatus pri
rem particulã Siue, expungit, & legit *verum ſine peric.* Ego prio
expuncta, nihil muto: neq; vere dici poteſt ſine periculis Britann
cum habitum non ſegnẽ, cui tot nouerca tenderet dolos: ſcriben
dum igitur ferunt, *verum ſeu periculis commendatus*, &c. quaſi pe
ricula non ſegnis indolis fecerint fidem.

Cap.31. *Filius Legati M. Oſtorius.*] Publij Oſtorij ſcilicet filiu
quem iam dixit proprætorem, & ita quoq; mox, & etiam legatu
appellabit, & legatus erat Proprætorius, qualiter in ſpectatio
Brixiæ in Italia legas, de C. PONTIO C. F. PALIGNO TRIB. M
LEG. X. GEM. CVR. LOCORVM PVBLIC. ITERVM ÆDIL. CVR
LEGATO PROPRÆ. ITERVM EX. S. C. ET TIB. CÆSARIS D
Cæterum quod hic & alibi de Corona ciuica Cornelius ait, ex
plicandum ex Agellio Noctium V. C. VI.

Cap. 41. *T. L. Claudio.*] Autographum habuit, TI. & ita ſcri
ptum oportuit. Alias L. fruſtra eſt: T. vero pro Tito expoſita Clau
dio Cæſari non conuenit. Emendo igitur TI. quod illis literis T
berius ſignificetur in antiquis inſcriptionibus. Vnde argumentu
eſt in illos qui *Tyberium* per Y. ſcribunt.

Cap 42. *Imperatore genitam, &c.* Imperatoris nomine tunc de
monſtrabatur, qui cum imperio præeſſet exercitui, nomine ta
parto aſſenſu militari, & confirmato à principe ob res egregie ge
ſtas. Hic autem ſignificatur Germanicus, qui ſupra lib. I. exercit
reduxit, nomenq; Imperatoris, autore Tiberio, accepit. Sed poſte
hæc appellatio tranſit in eos qui potiti rerum ſunt. Soror vero fu
Agrippina Caligulæ, coniunx Claudij, mater Neronis. Æmyl.

Cap.47. *Mos eſt regibus.*] Idem ex Herodoto refert Q. Tertul
lianus Apologetici C. IX.

Cap. 53. *Statuiturq; vt ignaro, &c.*] Senatuſconſultum hoc, fa
ctum Claudianis temporibus, Claudianum quoq; nomen habet
Cõtinet autem, vt libera mulier ſerui conſuetudine capta, terq;
domino ſerui coram ſeptem teſtibus nunciata, ni abſtineret, pro

lat

ta denunciatione trina Prætori aut Præsidi, in vrbe, prouincijsue, im bonis omnibus, quæ haberet, domino serui addiceretur. In ibus namq; Veneris seruo submissa, in alijs conserua vt esset, Se-atui confessisse videbatur. Sed tandẽ Cæsaris Iustiniani constitu-one sublata est ex S C. Claudiano manus iniectio, & in seruitu-m redactio, Codicij Imperatorij lib. VII. titu. XXIV. & In-itutionum libro. III. tit. XII.

Eod. *Pallanti, &c. prætoria insignia & cẽties quinquagies H-S.*] Quod refert Cornelius. inscriptum Pallantis monumento, via Ti-urtina, intra primum ab Vrbe lapidem: Plinius Cæcilianus ad Montanum VII & VIII. epistolarum annotauit, his verbis: HVIC SENATVS OB FIDEM, PIETATEMQ. ERGA PATRONOS, ORNAMENTA PRÆTORIA DECREVIT, ET SESTERTIVM CENTIES QVINQVAGIES, CVIVS HONORE CONTENTVS FVIT: scilicet, oblatam ex ærario liberalitatem à S.P.Q.R. donumq; spreuit. & t Plinius, *quod solum potuit tantis opibus publice oblatis, adrogan-us fecit, quam si accepisset.*

Eod. *Fixum est ære publico S C.*] Eius reliquiæ supersunt hæ, SED CVM PRINCEPS OPTIMVS PARENSQ. PVBLICVS ROGA-VS A PALLANTE, EAM PARTEM SENTENTIÆ, QVÆ PER-INEBAT AD DANDVM EI EX ÆRARIO CENTIES QVINQVA-IES SESTERTIVM REMITTI VOLVISSET, TESTATVR SENATVS, T SE LIBENTER AC MERITO HANC SVMMAM INTER RELIQVOS ONORES OB FIDEM DILIGENTIAMQ. PALLANTIS DECERNERE OEPISSE, VOLVNTATI TAMEN PRINCIPIS SVI CVI IN NVLLA RE AS PVTARET REPVGNARE, IN HAC QVOQ. RE OBSEQVI. Acta æc fuere IV. Calend. Februarij, vt refert idem Plinius, epistola ognouisse. quæ est 5. lib. 8.

Cap. 54. *Frater eius cognomento Fœlix.*] Nomen illi Antonio, ognomen Felici fuit, quem cohortib. & alis, prouinciæq; Iudææ ropofuit Claudius, vt est apud Suetonium. & infra lib. XXI. udæam prouinciam equitibus Romanis aut libertis permisit: è uibus Antonius Felix per omnem sæuitiam ac libidinem ius re-um seruili ingenio exercuit. Vxores mihi tres sorores habuit è ypro vxore Agrippæ regis, filias scilicet Berenicẽ, Mariamnem, Drusillam, cuius & diuus Lucas meminit in Actis apostolorum, . quamobrem Suetonius in Claudio, 28. felicem appellat, trium ginarum maritum.

Cap. 58. *Eodem oratore, &c. redditur Rhodijs libertas.*] Nero, est apud alios, pro Rhodijs Græce verba fecit. Et eius honoris ausa, ab illis Numus percussus est, qui mulierem alatam, quæ tera manu palmam, altera coronam haberet, hac scriptione, Ο ΔΙΩΝ.

Cap. 60. *Senatus quoq; consulto cautum.*] De officio procurato- Cæsaris obseruatum habeo, cũ fuit constitutũ imperiũ Procu-tori nõ nisi ius in seruitia pecunias familiares, & colligendos

legitimos reditus, à principe datum fuisse: quo tempore pariter corum causa ac ciuium & priuatorum, ex iure ciuili in foro iudi caretur. Tunc Lucilius Capito Cæsaris in Asia procurator, quod vim prætoris vsurpasset, manibusque militum vsus foret, in exilium damnatus est. Legitur tamen infra lib. XV. Seruator noste IESVS CHRISTVS, Tyberio imperante, per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus. quod si de crimine cognoscere, quanto magis de re pecuniaria iudicare potuit? Inde factum vt Claudius *iudicata à procuratoribus suis precario exegerit pro ra tis haberi*, teste Tranquillo: deinde ita stare voluerit, ac si ipse sta tuisset, de hocque latum S. C. ait Cornelius. Aliud vero ius fui sub Traiano, de quo Plinius Panegyrico inquit, *Dicitur actori at que etiam procuratori tuo, In ius veni, sequere ad tribunal.* qua arguunt, si ad alterius tribunal in ius vocatus est Cæsaris procura tor sub Traiano, iam tum ipsum non cognouisset. Redijt tame tamen ius de lite pecuniaria cognoscendi, vt est apud Marcianum XVI. D. de publicanis, & de criminibus, vt conijcio, multandi, rem familiarem Cæsaris attingerent. Cæterum *Curatores Cæsari ius deportandi non habent*, inquit Calistratus: quia pœnæ consti tuendæ ius non habent.

Eod. *Diuus Augustus apud equestres qui Ægypto præsid.*] Subiun git Tacitus, quo exemplo de potestate pocuratorum Cæsaris fa ctum fuit SC. Erat enim equestris ordinis præfectus Ægypti (quo scilicet, senatorij sine religione esse non posset) cui imperium ad si militudinem proconsulis, lege lata sub Augusto, datum est: exin deque dictus præfectus Augustalis: qui cum loco regis esset, a Tacitus Historiarum 1. apud se ex legibus agi, & ipse decerner etiam in reos potuit: & hoc est quod Vlpianus dixit, *data est legis actio.*

Eod. *Mox alias per prouincias, & in vrbe pleraq; concessa.*] In v be præfecti vrbis, aut vigilum notio fuit, de rebus quæ antea a prætorum cognitionem pertinerent. In Prouincijs omnium R mæ magistratuum vice & officio fungi præses debuit, eiusq; de o mnibus causis notio fuit, de quibus vel præfectus vrbi, vel præf fectus prætorio, itemque consules & prætores, cæterique Rom cognoscerent: Proculo, Marciano. & Hermogeniano testibus.

Cap. 64. *M. Asilino, M. Acilio Coss.*] Legendum fortasse *Asin* sic enim habet Seneca in mortem Cæsaris: Quid actum sit in c lo ante diem tertiũ Eidus Octobris, Asinio Marcello, Acilio A ola coss. Idemque Tranquillus, 45.

Eod. *Agrippinæ sobrina prior.*] Scribendum *propior*, verbo iuri consultis familiarissimo. Sic autem dicitur Lepida, quæ Germ nico Agrippinæ patri consobrina erat. Hic enim Druso patre minore Antonia Augusta natus, frater patruelis seu consobrin erat Lepidæ L. Domicij, & Antoniæ maioris filiæ: quod de min d

xi consulto, etiam aduersus Taciti testimonium, Plinio, Sueto-
o & Plutarcho autoribus. Itaque, Lepida *propior sobrina* scribitur
grippinæ, quod ab ea cognationis quinto gradu disiuncta, vno
adu propior quam sobrina futura erat, quæ sexto gradu enu-
eratur apud Caium, & ex Masurio Sabino apud Paullum libel-
, De gradibus & adfinibus.

Cap. 67. *Tempor. illorum scriptores prodiderint.*] Seneca de ea-
m ait, *Nec post boletum opipare medicamentis conditum, plus cibi*
mpsit. De ceteris diuersa fama fuit, refertque Suetonius Claudio
tremo.

Ad Lib. XIII. Annal.

Publicæ prouinciæ.] Sic dictæ sunt prouinciæ quæ populo Ro-
ano cessissent, quasi populicæ, cum facta est earum diuisio inter
ugustum & S. P. Q. Romanum. Has vero fuisse didici, quæ se-
uuntur: Africa, Numidia, Cyrenaica, Asia, Bithinia cum Ponto
aritima, Græcia cum Epiro, Dalmatia, Macedonia, Creta, Sicilia,
rdinia, Hispaniæque, Bætica. Fuere quoque publicæ factæ,
arbonensis nostra, & Cyprus, pro quibus à populo Cæsar Dal-
atiam recepit.

Cap. 8. *Spe inanium validus.*] Æmylius exponit pro eo, qui ad
em commouendam, vel rebus inanibus valeret: Beatus legit,
animum validus, pro animorum: ego malim scribi, *spe imma-*
um, scilicet *rerum validus.*

Cap. 11. *In acta principis iurarent magistratus.*] Iuratum in ver-
, iuratum in acta reperias, eodem duplici tendente via, ad im-
rium scilicet constituendum. In verba vel nomen imperatoris
lites iureiurando adacti sunt, quo illius partes sequerentur, cui
religione iurisiurandi addicerent: qua de re memorabile est ex
storiarum libro I. *proiectis Galbæ imaginibus, in S. P. Q. Romani*
rba iurasse milites. In acta iurare, fuit se principis placita serua-
ros obligare. Id mortuo principi tributum honoris causa legas,
maneret illius sacrosancta recordatio: negatum vero fuit illi,
ius acta rescindi vellent. Sic nanque Dio lib. L I X. scribit: *M.*
quilius Iulianus, P. Nonius Asprenas coss. in acta Tiberij non iura-
re: quare irrita habita sunt, neque ea vllus Imperator recenset, cum
sua acta iuratur. Verum de Augusto Caioque reliqua pro more fa-
, iuratumque ab omnibus, &c. Dixerat autem Tiberius, exem-
causa cauendū, ne se senatus in cuiusquā acta obligaret, qui ali-
o casū mutari posset. nihilominus inualuit, vt in noui principis
a iuraretur, sicut supra, lib. I I. iuratum in acta Tiberij apud
onē, iuratū in acta Caligulę, hoc loco iuratum in acta Neronis.

Cap. 14. *A Claudio impositus.*] Pallas Claudij Cæsaris libertus,
ationibus eius fuit. Ex Suetonio, 28.

Cap. 15. *Regnum lusu sortientium.*] Iulius Pollux Onomasticōn

IX. lusum quendã describit, qui *βασιλίνδα* dicitur, cũ sorte du
aliquis fit rex, & is quidpiã difficile ministro, qui sorte pariter o
tigerit, imperat: de hoc intellexisse Tacitum dubio procul exis
mo, sicut & Trogum in primo, ait Alciatus.

Cap.22. *Præfectura annonæ Senio Rufo.*] Lego *Fenio*, vti libris
quentibus constanter appellatur.

Cap.23. *Exercendis apud ærarium sectionibus famosus.*] *Sectio*,
quit Festus, persecutio iuris est: eã qui exercet, *sector* dicitur, qu
spẽ lucri sui secutus, bona condẽnati semel auctionabatur, pro
his pecunias pensitabat singulis, quib. reus attineretur, vt ait Asc
nius, Verrina III. indeq; planum fit illud Pompei XVII. *Secto*
dicuntur, qui empta sua persequuntur.

Cap. 25. *Et ore præferret.*] Os apud Virgilium Aneid. 1. ibi, C
humeroq; deo similis pro facie accipitur: quo sensu Neronis fac
exceptos ictus indicauerit. Verum chirographus habet, *& for*
Cæsarem præferret: vnde quo Beatũ inclinat cõiectura, eo te dar
velis, leges & melius, *ore se Cæsarem præf.*

Eod. *Iulius quidem Montanus.*] Xiphilinus aliter scribit, hu
vxoris causa cõmotum, Neroni plagas noctu inflixisse: cui licet
iuriæ acceptæ memor, ne iratus quidẽ erat Nero quousq; venia
ille per literas orauit. Quibus lectis, ait Cæsar, Non ergo percus
Neronis seipsum iam vita priuauit? quo responso factum opin
vt sibi Montanus mortem consciuerit.

Cap.26. *Sed consules, &c.*] Locus maculatus hic est, si quisq
in Cornelianis. Ita vero ex opinione nostra legetur, *Sed cõsules*
lationẽ incipere nõ ausi, ignaro principe. Perscripsere tamẽ consens
senatus, ille an autor constitutionis fieret, vt inter paucos & senten
aduersos. Quibusdã, coalitam libertate irreuerentiã eo prorupisse f
mentib. vt iam æquo cũ patronis iure agerent, sententiã eorũ concu
re, ac vt verberib. manus vltro intenderent, impellere vel pœn
suam dissuadentes. Equidẽ vbi tam Beatus quam Æmylius op
scriptumq; luserunt, magnopere me hæsitare confiteor, an aliqu
extremæ clausulæ desit: vt litera se habere potest, qualis qua
sensus hic est: Eo dissentientib. quidam dũ inclamarent per lib
tatẽ eo vsq; irreuerentiã creuisse, vt iam omnia liberti, supra Co
nelio memorati, promiscuo iure cum patronis agerent, alioru
sententiã conculcabant: & persuadebant vel pœnam suam diss
dentibus, vt sponte manus verberibus intenderent: & vt Non
exponit, innecterent & inligarent.

Cap.27. *Manumittendi duas species.*] Ex fontibus iurisprude
fluunt hæc, de quibus autores diuersa pro temporib. prodideri
M. Tullius ad Trebatium manumissionis species constituit tr
Censu, Vindicta, Testamento: quæ primoribus illis placebant,
fundauere ius ciuile. Sed cũ census nisi lustris non ageretur, ma
stratus copia semper non esset, testamentoq; data libertas in te

pus mortis differretur: aliȩ manumiſſionis ſpecies ex nuda ſolaque
dominorũ volũtate in vſum deductæ ſunt: quib. ne libertatis ciui-
es modi deſueſcerẽt, iuſue receptũ aboleretur, lex Iunia Norbana
ſuccurrit. Ab ea diſtincta eſt ætas legitima & dominiũ legitimum
naturali: vt maiori XXX. annis ſeruo, legitima eſſet ætas: mino-
i, naturalis: dominiumq; eius, qui ex iure Quiritium ſeruum ha-
beret legitimum : eius vero qui duntaxat vt rem in bonis man-
ipiũ haberet, naturale dominiũ diceretur. Tum introducti primũ
nter libertinas *Latini Iuniani* & *Dediticij*, cum antea fere *ciues Ro-
mani* fierẽt omnes, qui manumitterentur. Itaq; duæ manumiſſio-
nis ſpecies diſcretæ, *Legitima*, & *Naturalis*: *Legitima* interuenit
aut *Cenſu*, aut *Vindicta*, aut *Teſtamento*. *Cenſu*, cum ſeruus, ſed do-
mini, iuſſu liberum caput ſcripſit, & apud Cenſores profeſſus eſt.
Vindicta, cum ſeruus apud magiſtratum manu emiſſus eſt, ſiue is
Conſul, ſiue Prætor, ſiue Proconſul ſiue eius legatus ſiue Præſes,
iue legatus Cæſaris eſſet. *Teſtamento*, cũ dominus ſuprema cau-
ione ſeruũ ſe mortuo, liberum eſſe iuſſit. *Naturalis ſpecies manu-
miſſionis* interuenit *per menſam inter amicos*, & *per epiſtolam*. *Per
menſam*, cum libertatis dandæ gratia ad ſacra menſæ in conuiuio
ominus ſeruum admiſit. *Inter amicos*, cum amicis præſentibus
eruum dominus è poteſtate liberauit. *Per epiſtolam*, cum literis ad
eruum ſcriptis, libero viuere dominus illi permiſit. *Modo legitimo
manumiſſus* maiorem libertatem & iuſtam apiſcebatur, *ciuisq; Ro-
manus* fiebat, ſi omnia legitima forent, ætas ſcilicet ſerui, & domi-
iũ eius, qui manumitteret : isq; nullo iure poterat retrahi in ſer-
itutẽ. Quod ſi omnia legitima nõ interuenirẽt, *Latinus Iunianus*
ebat, manumiſſus. Naturali quoq; modo libertatẽ minorẽ ad-
ptus, niſi alias pœnæ cauſa vinctus, ob noxã tortus, & confeſſus,
otis compunctus, cuſtodiæ, beſtijsue obiectus fuiſſet, qui *Dedi-
tiorum* numero tantũ liber haberi potuit, *Latinus libertus* fiebat.
ctorib. Caio, Vlpiano, & Theophilo in Inſtitutionibus Sane de
atinis libertis ait Cornelius relictũ pœnitẽtiæ, aut nouo beneficio
cũ. Siquidẽ libertate donati quandiu viuerẽt ſerui manumiſſorũ
oritur, vinculo ſeruitutis attinebantur. Ideoq; potuit manumiſ-
r, aut manus iniectione in ſeruitutẽ, ex cauſa vel leuiſſima, reuo-
re: aut nouũ beneficiũ cõferre: id eſt, iteratione manumiſſionis
uem Romanũ facere. Sic enim Vlpianns ſcripſit: *Iteratione fit
uis Romanus, qui poſt Latinitatem quam acceperat, maior XXX.
norum iterum iuſte manumiſſus eſt ab eo cuius ex iure Quiritium
uus fuit*. Hæc ex iure antiquo annotare libuit.

Cap. 28. *Vocare ex Italia cũ quib. lege agi poſſet.*] M. Varronis lib.
XI. Rerũ humanarũ verba ſunt, *Tribuni plebis vocationẽ habẽt
ullã. Antiſtiusq; Labeo Gellianum viatorem tribunorũ iuſſit dicere
ribunis vocãdi abſentẽ ius eos nõ habere*. Vnde qui ex ipſa vrbe nõ
eſſẽt, nõ ſine ratione ꝓhibiti ſũt tribuni quẽquã ex Italia vocare.

cum quo lege agi poſſet. Siquidem fuerunt præfecturæ in Italia, in quibus ius dicebatur, & nundinę agebantnr, & erat quædam earum reſpublica: neque tamen magiſtratus ſuos habebant, in quas legibus Præfecti mittebantur quotannis, qui ius dicerent. Quarũ duo genera fuere: *alterum in* quas ſolebant ire præfecti quatuor IIIIII virûm pro populi ſuffragio creati, ſcilicet in hæc oppida, Capuam, Cumas. Caſninum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Sueſulam, Atellam, Calatiam. Alterum, in quas prætor vrbanus quotannis imperat, qui iudicarent ex legibus, vt fundos, Formias, Cære, Venafrum, Alicas, Priuernum, Anagniam, Fruſilonem, Reate, Saturniam, Nurſiam Arpinum aliaq; complura, inquit Feſtus lib. XIV. Quare cum in præfecturis ſine vlla fori præſcriptione, rei ex legibus agi poſſent, iniquum fuiſſet illos ad ius in vrbem rapi.

Cap. 29. *Sæpe immutata eius rei forma.*] Aerarium populi Romani quæſtoribus primum curæ fuit: qui dum pecunias ex hoſtium, damnatorumue bonis quærerent, ſeruarent, exq; s c. erogarent, Quæſtores vrbani, ærarij, ab ærario dicti ab autoribus, epigrammatisque leguntur. Eorum creatio ne vetuſtiora repetã, C. Iulio Cæſare Dictatore IV. intermiſſa, publicæque pecuniæ ad Æ diles duos adminiſtratio translata eſt, à quibus poſtmodum ad Quæſtores non redijt, teſte Dione lib. XIIII. vel recuperata, ab illis ad Prætorios, Prætoresue autore Auguſto tranſijt, vt ſcribit Tranquillus IVXL. Nam Auguſtus permiſit ſenatui deligere præfectos, qui ſcilicet prætorij eſſent, & ærario populi *præficerentur*. Tum ipſe ærarium militare conſtituit, cuius curam tribus prætorijs viris, ſortito lectis, mandauit, inquit Dio lib. LV. Idem autem ob ambitus ſuſpicionem ſenatui de publico faciendum cenſuit, & fuere ex numero prætorum ſorte ducti, qui præeſſent neque id diu manſit, vt hoc loco Tacitus ait. Legitur enim ſub Tiberio firmaſſe & fuiſſe prætores ærarij, qui eius largitioni reſtiterunt, ſupra lib. 1. & ſub eodẽ prætorem ærarij fuiſſe reperio, huiuſmodi inſcriptione, P. AQVIVS SCEVAE ET FLAVIÆ FILIVS CONSIDII ET DIDIÆ NEPOS BARDI ET DVRICIÆ PRONEPOS, QVÆSTOR DECEMVIRATVM LITIVM IVDICANDARVM TRIB. PLEB. ÆD. CVRVL. IVDEX QVÆSTIONIS PRÆTOR ÆRARII, &c. AVTORITATE CAI CÆSARIS ET S. C. Sed Claudius collegio Quæſtorum curam ærarij Suturni reddidit quem medio tempore Prætores, aut vtique tunc prætura functi ſuſtinuerant, auctoribus Cornelio noſtro & Suetonio, Claudi XX. At deerat robur ætatis quæſturam capeſſentibus, quæ ad honores gradus erat, & ad alios magiſtratus maiores tantum aperiebat viam. Ideoque Nero experientia probatos ærario præpoſuit

non honoribus & muneribus initiatos quæstores, sed prætorios viros, quos Tacitus *prætura perfunctos* scripsit, non *præfectura*: & ita locus emaculandus est. Neq; vero puté visũ iri, nisi ei, qui plane ridiculus sit, perfunctos præfectura vel ciuitatum Italiæ, vel Vrbis, illi solos muneri delectos esse.

Cap. 30. *Aminius Rebius.*] Vterque chirographus dat huic prænomen *Caius.*

Cap. 32. *Factum & S. C. vltioni iuxta & securitati.*] Cum aliter nulla domus tuta esse possit, nisi periculo capitis sui custodiam dominis tam ab domesticis, quod ab extraneis præstare serui cogantur: ideo senatusconsulia introducta sunt de publica quæstione à familia necatorum habenda. Primumq; temporibus Augusti P. Cornelio P. F. Dolabella C. Iunio Silano consulibus, senatusconsulto cautum fuit, *vt, Domino occiso de seruis qui sub eodem tecto, in eademue regione fuissent, quæstio haberetur, suppliciumq; de reis sumeretur, priusquam aperiri tabulæ, adiriue hæreditas scripto ab hærede posset, alias vt ab indigno ablata publicaretur.* Mox incidit in Patrum cognitionem, eius ne qui à familia occisus diceretur, testamentum apertum aduersus Silanianum S C. & ante vindicatam necati necem dici in posterum semper posset, quinquennijq; tempus constitutum est senatusconsulto, M. Æmilio Lepido, Tito Statilio Tauro Consulib. vt Venuleius Saturninus scriptum reliquit. Deinde vt naturaliter euenire solet, iuris interpretatio desiderauit autoritatem, cum ambigeretur, an de seruis, quibus libertatem testamento defunctus scripsisset, idem quod de cæteris iuris esset, Nero Claudius II. & L. Piso Consules rem ad Senatum retulerunt, Patresq; censuere: *De his quoq; seruis, qui testamento manumissi essent, perinde atq; de seruis suppliciũ sumendum:* quod Cornelius hoc loco. Vlpianus libris ad Edictum retulit. D. de S C. Silani. & Claudiano. III. §. de his quoq;. Cauit autẽ eodem decreto Senatus, quod à Cornelio prætermissum esse miror, hoc amplius: *vt si seruus obnoxius pœnæ venisset, quandocunq; in eum animaduerti oporteret, venditor pretium præstaret: ne scilicet, iniurius emptori Senatus videatur*, inquit Paulus. Cauit item *vt occisa vxore, etiam de familia viri quæstio habeatur: vtq; idem iuxta familiam vxoris obseruetur si vir dicatur occisus, quod ab* Anniano in receptis Sententijs lib. III. ex Iulio Paullo positum, Vlpiano placuerat. Hęc vero eidem Senatusconsulto à nobis tributa, Paullus adscribit Claudiano, Neroniano, & Pisoniano: quæ diuersa vocabula, eadem ipsa re sunt. Fuit enim idem Nero & Claudius gentili adeptiuoq; nomine, eiusq; collegam L. Pisonem diximus.

Cap. 39. *Vulgus sub corona venũdatũ.*] Cælius Sabinus iurisperitus apud Agelliũ lib. VII. C. IV. scribit, *Antiquitus mancipia iure belli capta coronis induta venibant, & idcirco dicebantur, sub coronis venire*: quod verum esse Cato quoq; in libro, quem com-

posuit de re militari, docet illis verbis: *Vt populus sua opera potius ob rem bene gestā coronatus supplicatū eat, quā re male gesta coronatus veneat.* Itaq; Cæsar III belli Gallici, *senatu necato, reliquos sub corona vendidit.* Apud Liuiū XXXI. captiui & à consule & à prætore, præter insignes nobilitate viros sub corona venierunt. Sic & Historiarum I. Cornelius ait, *multa hominū milia sub corona venundatū.*

Cap. 42. *Illū dom⁹ ei⁹ adulterū fuisse.*] Suilius exprobrat Senecæ quod cum Agrippina Germanici filia, matreq; Neronis, rē haberet: qua de re tandem Seneca reus factus est, ait Xiphilinus in Nerone.

Cap. 44. *Lege Cornelia de sicariis condemnatur.*] Legis Corneliæ de sicariis & veneficis pœna, insulę deportatio est, & omniū bonorū ademptio: ab ea tn̄ cū tēpore paulatim recesserunt, qui in honore positos in insulam deportare, humiliores capite punire, bestiisue obiicere soliti sunt, Modestino & Martiano Iuriscōsultis auctorib.

Cap. 45. *Otho pellexit.*] Xiphilinus autor est: Sabinam abductam à viro Neronem Othoni in vxorem dedisse, cū qua vtriq; res esset.

Cap. 46. *Ibi concessam dictitans nobilitatem.*] Coruinianus liber, *vbi concess. dictitaret.* Legerim, *vbi condictitarent.* & infra, *summa fortuna dignam visere,* lego, *digna.* Beatus.

Eod. *Potestatis temperantior.*] Liber pontificalis habet *egestatis temp.* & melius.

Cap. 49. *Relationem in ea postulare*] Hæc verba Senatorij iuris antiqui sunt. M. Varro in literis ad Oppianum, libro epistolicarū Quæstionum IV. ait Senatusconsultum factū duobus modis, per discessionem, aut conquisitis sententijs, siue, vt opinor, per relationem. Etenim qui ius consulendi Senatus habuit, de re quapiam verbis coram patribus factis, dictus est, ad senatum tulisse. Petitioni vel princeps senatus, vel consularis primus rogatus à senatū habente, vel consul designatus respondit, q̄d censeret, expromptaq; sententia discessionem permisit, quo sciri posset, an vniuersi pedib. in partē eius transirent: cū si nemo contradixit, vel si numero pauciores, per discessionem factū senatusconsultum fuit. Hoc cōiicio ex Cornelianis infra libro proximo: *Postquam discessionem consul permiserat, pedibus in sententiam eius iere, paucis exemptis.* Addoq; Suetoniū Tiber. XXXI. ibi, *Cū S C. per discessionem forte fieret, transeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erāt, secutus est nemo.* Ita Varro intellexit scriptum, fieri senatusc. per discessionem, si consentiretur. Cum vero discessione permissa, transiret nemo in sententiam illius, qui primus dixisset, in re scilicet dubia, inceptū à gradu consulari per singulos senatores sententias exquiri: tū voce prolata adsentiens priori sententiæ, nec ex scripto recitata illa est, vel à priore diuersa, verbo exprompta primum, deinde ex tabella relata est, vti licuit iis, qui ius dicendæ sententiæ accepissent, ait hic Cornelius, *quæ vellent expromere, relationemq; in ea postulare:* id est, iis, qui in senatum veniebant, & sententiæ ius habebāt licuit

uit censere, & alios vt iam placita diuiderent, & de singulis referrent, quæ viderentur, rogare. Illis aũt, qui in senatum quidẽ veniebant, sed quia in postremis scripti erant, non rogabantur sententias, vt libro III. Agellius refert, in eas descendebant, quas principes viri dixissent. Quare & ab illis discessione facta, & ab alijs q censuissent, cessione sententiæ, faciendo per relationẽ S. Consi. discessio necessaria fuit: quæ iuxta curiæ disciplinam post relationem Augusti, in ludo Senecæ de morte Claudij legitur. Ita Tuberonis scriptum Ateius Capito accepit, ꝙ nullũ senatusc. non facta discessione, fieri posset: quæ supersunt Noctium Agellij lib. XIV. exemplũ apud Cæcilianum, epistola, Quanto studiosius, lib. IX. ex ijs cum relatum esset ad Patres de pœna fœminarum, quæ seruis, &c. supra lib. XII. *facto S. C. Pallantem eius relationis repertorẽ dederat Cæsar*, dixit Cornelius: i. autorem eius deliberationis & sententiæ, quæ tandẽ placito Senatus probata firmataq; fuit. Similiter accipienda est relatio libro cõsequenti, ibi. *Nõ ideo aut consules mutauere relationẽ, aut Thrasea decessit sententia.* Constat igitꝰ quæ sit relatio, & inde constare põt ius relationis, siue sententiæ, ꝙ Senator habuit, & ita habuit, vt in potestate principi conferenda solenne fuerit ius relationis tribuere, quo scilicet vti Senator vtebetur. Hoc de Vespasiani imperio, æs incisum, edocet, quale nos Romæ in Lateranensi legimus, his literis, VTQ. EI SENATVM HABERE, RELATIONEM FACERE, REMITTERE, SENATVSCONSVLTA PER RELATIONEM DISCESSIONEMQVE FACERE LICEAT: ITA VTI LICVIT DIVO AVG. TI. IVLIO CÆSARI AVG. TI. CLAVDIO CÆSARI AVG. GERMANICO. Sed postulat hic locus (vt & hoc vnum addam) fuisse meritissimos de Republica principes, quibus honoris virtutisque causa daret senatus, Ius tertiæ, sed & ius quintæ relationis: id est, vti ego interpretor, quo eorum sententia tribus, aut quinque senatorum relationibus sententijsue æquipolleret. De illo in historia Probi Vopiscus refert hæc verba: *Decerno igitur P. C. votis omnium concinentibus, nomen Cæsareum, nomen Augustum: addo proconsulare imperium, patris patriæ reuerentiam, pontificatum maximum, ius tertiæ relationis, & tribuniciam potestatem.* Sic apud Ælium Lampridium Alexander Augustum nomen recepit, addito eo, *vt & patris patriæ nomen, & ius proconsulare, & tribuniciam potestatem, & ius quintæ relationis, deferente Senatu, vno die assumeret.* Hæc vero in tam multa contuli de industria, eoque libentius, quod Alciati iampridem explosa, Lasij probabilior sententia non videatur, qui *ius relationis quintæ*, potestatem quinquies super re iudicata, ad senatum referẽdi, præiudicijs nihil obstantibus, existimauit. De coniecturis nostris & aliorum, iudicabit posteritas.

Cap 51. *Leges cuiusq; publici.*] Intelligit cuiusq; communis siue ciuitatis: eius tamen abusiue *publicum* dicitur. Sola. n. *publica* dicta

ſunt,quæ populi Romani ſunt,ait Vlpianus. Vnde principio qui vectigal pop.Romani cōductum haberet, *Publicanus* dictus:quod *publica* appellatio in compluribus cauſis pop. Romanum reſpiciat,cæteræ ciuitates loco priuatorum habeantur: vt ex Caio refertur in Digeſtis de Verb.ſig.l. XVI.

Eod. *Vectigalium ſocietates.*] Socios vectigales Vlpianus appellat eos, qui vna conduxerunt:ſocietates ergo vectigalium dicuntur,de iis qui vectigal conductum habent, *vt ſocietates publicanorum*,quas ἑταιρίας Græci dixere. Sed conſules Tribuniue plebis non conſtituerint eorum ordinem qui vectigalia publica ſimul elocarent:ideoque legi hoc loco non poteſt, *vectigalium ſocietates à conſ.& trib.pl.conſtitutas:* Beatus malit, *vectigalium neceſſitates*, pro iis quæ neceſſario eſſent eroganda:quod aptius videtur.

Cap.53. *Helius Gracilis.*] In ſcripto Gracchus.

Eod. *In ſtudiaq́; Galliarum affectaret.*] Beatus hinc præpoſitionem demit,& recte.

Cap.54. *In qua tum Germanici regnabant.*] Legere *Germanici nutu*,vel *iuſſu*,quod ille tentauit,non eſt tutum : ſiquidem multo poſt necem Germanici,Friſij Tranſrhenanus populus, pacem exuerant,Iunio Sillano Silio Nerua coſſ. ſupra lib. v. Quare magis placet ſcriptum, *Germani*,quaſi diceret,in Friſia non Romani, ſed Germani regnabant.

Cap.57 *Humore niterentur.*] Deeſt ſyllaba, *re*, vbi oportuit, *reniterentur*:contra vero infra,Cap.58.ſuperfluit, *ante*, ibi, *Quadraginta ante annos.*

Ad Lib. XIV. Annal.

Cap. I. *Per facetias incuſaret principem.*] Niſi in omnibus prorſus fallor,hoc loco tranſpoſita Cornelii verba ſunt ab iis qui iam olim autographum excripſere.ſic itaq; prius poſitum , & poſthac legendum reor, *crebris criminationibus incuſaret principem,& aliquando per facetias pupillum vocaret.*

Cap.7. *Incertum an & ante ignaros.*] ſcilicet,irrite cœpti,& tentamenta Aniceti fruſtra,ceſſiſſe. Neque enim aliter ſibi Cornelius conſtabit,qui libro ſuperiore retulit Burrum Neroni *necem Agrippinæ promiſiſſe*:minuſque conueniat alia interpretatio Senecæ, qui Annalis huius initio, *Actem libertam ad Neronem in Agrippinam* inmiſit,& vt apud Caſſium à compluribus, fideque dignis dictum eſt,Neronem ad id facinus necandæ matris incitauit.

Cap.9. *Sunt qui tradiderint,ſunt qui abnuant.*] Æqualis Taciti C.Tranquillus, Nerone 34.ſic ſcriptum reliquit,narrata Agrippinæ cæde: Adduntur hic atrociora,nec incertis autoribus,ad viſendum interfectæ cadauer accurriſſe,contrectaſſe membra, alia vituperaſſe,alia laudaſſe,ſitique interim oborta,bibiſſe. Dio quoq;

Neronis infanda verba refert, corpore matris nudato: Nesciebam inquit, me tam pulchram matrem habere.

Eod. *Conuiuali lecto, exequiis vilibus.*] Mos fuit in exequiarum celebritate, funebrique pompa, post faces collucentes, in lectulis, quos funebres extructos funeris causa, dicebant, fumosas maiorum imagines, ipsiusq; cui funeraretur, è cera effictum simulachrũ anteferre cadaueri, quod in lecto strato cum linteis positũ, sequebatur: Liuio XLVIII. Appiano Ciuilium II. & Seruio ad V. & VI. Æneidos, coniecturam suadentibus. At solitus honor pro familiæ nobilitate defunctis amplissime conferri, à filio matri datus minime fuit: exequiæ tantum viles nulliusque pretij: & in quo Agrippina cibum sumptura accubabat: eo ipso lectulo delata est.

Eod. *Libertus eius cognom. Mnester.*] Annalium XI. admonui Dionis & Xiphilini vitiatos esse libros, qui Μνησῆρα Pro M. Nestore Pantomimo scriptum haberent. An igitur & hic M. Nestor reponendus erit? quod non puto: autorum siquidem consensu Pantomimus ille sub Claudio occisus legitur. Hic ergo libertus Agrippinæ alter ab illo videri debet, qui Græco nomine *Mnester*, id est, *procus*, & *petitor* dictus est.

Cap. 12. *Præfectura functos Valerium Capitonem & Licinium Gabolum.*] Exules Nero restituit Iuniam & Calpurniam, pulsas Italia sub Claudij principatu. supra lib. XII. Sed quod Nero Valerium & Licinium restituisse dicitur, non probabit ingeniosus, & Cornelij diligentiam requiret, nusquam enim eorum cum in exilium pellerentur, mentionem habuit. Nisi forte Valerius Capito, Cossutianus ille sit, quem dixit libro superiore, damnatum in exilium, cum Cilices repetundarum detulissent: de quo infra eodem ait, *Exin à Cossutiano Capitone, qui nuper senatorium ordinem precibus Tigillini soceri sui receperat.* At Licinius Gabolus nullibi præterquam hoc loco memoratur. Ambos vero *præfectura functos*, Cornelius refert, siue illa vrbis, siue annonæ siue ærarij, siue castrorum, siue equitum, siue militum, siue fabrûm, siue remigum fuerit: quod si tentes legere, vt alibi suasi, *prætura functos*, nihilo mihi notiores erunt.

Cap. 14. *Illi cura erat curriculo quadrigarum insistere.*] Ideo eius numisma cusum est, cuius postera pars quadrigam habet cum his literis EVTYMIVS, quod intrepidus agitator auriga peritissimus esset. quamobrem in numismatis illius habitu aurigæ indutum aspicias, quali permistum plebi lib. seq. refert Cornelius.

Eod. *Cithara ludicrum in modum canere.*] Nero nomen suum in albo citharœdorum profitentium iussit adscribi sorticulaq; in vrnam cum ceteris demissa, intrauit ordine suo, simulque præfecti prætorij citharam sustinentes, vt ait Sueton. in eodem XXI. Idemque princeps statuas suas citharœdico habitu posuit, & ea nota nummum percussit, in quo effigies eius manu citharam gerentis

exprimitur. In eo autem reges externos & duces Græcos, vt ex Homero acceperat, ſequi ſe prætexebat, vt quod exemplo faceret, honeſte facere videretur.

Eod. *Perfunctos ne nominatim tradam, maioribus eorum tribuẽdum.*] Imo vero ijs qui ita à perenni conteſtataq; maiorum virtute degeneraſſent, vt fœdiſſima ſeruitute & ſcenicis artibus vitam & mores infamarent, ignominia, infamiaq; perpetua inurẽda fuit. Quod perinde in illos cenſeo qui ſe inuitos, ac in eos qui ſe volentes fœdauerunt cum deeſſet vtriſq; animus vere Romanus, & ab ijs mortis honeſtiſſimæ, quæ turpitudini & ſeruituti anteponẽda ſẽper fuit, pulcherrima & iuſtiſſima prętermitteretur occaſio. Quare mihi Dio Caſſius prudentius feciſſe quam hic noſter Cornelius videtur, cum eorum nomini non pepercit qui famę ſuę non pepercerunt, familijsque clariſſimis æternas maculas impreſſerunt. Sic igitur ex illo Xiphilinus inquit: *Viſæ ſunt eo tẽpore veteres & illuſtres familiæ Furij, Fabij, Porcij, Valerij, cæteriq; omnes quorum trophæa atq; tẽpla conſpiciebantur, ea de inferiore loco facere, quæ ne ab alijs quidem hominibus fieri vnquam viſa fuerant. Itaq; viciſſim digito commonſtrabantur. Dicebant enim Macedones, Hic eſt nepos Pauli: Græci autem, Ille Memmij: tũ Siculi aiebant, Videte Claudiũ: mox Epirotæ, Vos vero Appium videte: Aſiatici Luciũ oſtendebant, Hiſpani Publium, Carthaginenſes Africanũ, Romani vero omnes.*

Cap. 15. *Irritamenta luxus*] In Vaticani libris melius eſt *luxuriæ*: vt non male ſupra libro 1. dixiſſe videar legendũ, non *luxus*, ſed *Vedij Pollionis luxuria.*

Eod. *Equites Rom. cognom. Auguſtanorum.*] Iidem Caſſio αὐγουςεῖοι, quaſi *Auguſtei* dicti ſunt: quos Xiphilinus ad quinque millia delectos refert. Suetonius paulo aliter narrauit, *adſcriptos adoleſcentes equeſtris ordinis, & quinque amplius milia robuſtiſſimæ iuuentutis, quorum duces quadragena milia H-S. merebant.*

Cap. 20 *Iuſtitiam augurij.*] Faernus me huius mendi admonuit: lego igitur, *ius augurum.*

Cap. 27. *In Italia vetus opidum Puteoli &c.*] In Italiæ regione Campania, Cumæorũ emporiũ Dicæarchia, ſic ab iuſto imperio dicta fuit, vbi deinde Puteoli coloniæ: de qua Liuius lib. XXXIV. inquit, *P. Cornelio Scipione Africano II. & T. Sempronio Longo Coſſ. Coloniæ ciuium Romanorum deductæ ſunt, Puteolos, Vulturnũ, Liternum, Treceni homines in ſingulas. Itẽ Salernum, Buxentumq;* &c. Facit ex marmore Puteolano ſic exſcriptum, AB COLONIA DEDVCTA ANNO XC. N. FVFIDIO N. F. M. PVLLIO DVOVIR. P. RVTILIO CN. MALLIO COS. à quibus retroducta ratio cum Liuio aptiſſime conuenit: adeo vt nulla iam occaſio dubitandi apud Velleium ſupereſſe videatur, vbi de M. Fuluij Nobilioris, CN. Mãlij Volſonis conſulatu tractans, priore libro ſic habet: *Eodem temporum tractu, quamq; apud quoſdã ambigitur, Puteolos Salernumq; & Buxentum miſſi coloni.* Fuerat aũt Puteolos ante quinquenniũ

colonia deducta, quam Fuluius & Manlius gererent vna consulatū. Sane si Romana colonia Puteolis est, vti ꝓfecto est, non satis scio, quid causæ sit, cur ius coloniæ & cognomentū à Nerone adipisci voluerit: cui scilicet notum illud obiici verbum potuit, *Quod petis intus habes*. Sicut. n. populū, ait Alfenus, eundem semper esse, qui fuisset, coloniam eandem negabit nemo, si noua deductio minime fiat, quæ ius vetus coloniæ mutet: ius tñ ciuitatis semel datum perpetuo duret necesse est, nisi deliquerint in eo coloni: vt pœnæ causa ciuiū iure priuati, in Latinitatem redigant̃. Quare cū ius coloniæ ademptum Puteolanis minime constet, quid vere dicendum sit, in obscuro & difficili est. Verū liber Augusti Cæsaris & Neronis de Colonijs inscriptus, in extrema parte, quæ continet ciuitates Campaniæ ex libro regionū, sic habet: *Puteoli, colonia Augusta, Aug. deduxit: ex vno latere iter populo debetur, ped. XXX. Ager eius in iugeribus veteranis & Tribunis legionarijs est adsignatus.* Quæ ita quoque scripta legit Volaterranus Geographiæ lib. 6. at Alciatus sic retulit, *Puteolis col. Augusta. Augustus Nero deduxit*. Ego ex Lud. Miræi chirographo produxi, quæ mihi sunt: & verendum ne quisquis autor illius libelli fuerit, *Augusti* vocabulo potius *Octauium* intellexerit quam Neronem: illum. n. autor idem ita sæpe, hunc *Neronem* vel *Claudium* vel *Cæsarem* frequenter nominat: quo magis putem Alciatū huius nomen addidisse de suo. Quod si Cæsarianis militibus Puteolanus ager assignat⁹ est, ne possessorib. ademptus dicatur, infrequentiæ locorum subuenturum nouis legib. nouam coloniam deduxisse Augustum ꝓbabile est, cum ne vnus quidem è veterib. colonis superstes foret, qui ius Romanæ ciuitatis ex lege coloniæ veteris habuisset. Sed si res ita se habet, Puteolis colonia Augustalis est: quid igitur sibi voluit cum ius coloniæ, & cognomentum à Nerone postulauit? circa dubitationē hāc tollendam deficit ingenium. Potuit. n. coloniæ ius petere vicus, municipium: colonia non debuit: nisi eiusmodi esset, quę vt ait Vlpianus 1. de Censibus, *nihil præter coloniæ nudum nomen haberet*. At vix est vt in Italia fuerit colonia, quæ ius, ne dicam coloniæ, Italicum nō habuerit. Subtiliores viderint: neq;. n. me pudet in re præsertim protrita illud *nescire* confiteri. De cognomine tētari potest, fueritne vt *colonia Agrippina* sic *colonia Neroniana*: qualiter Veronæ inscriptum legimus, COLONIA AVGVSTA VERONA NOVA GALENIANA VALERIANO II. ET LVCILIO COSS.

Eod. *Veterani Tarentū & Antium adscripti.*] Coruinianus liber *Antij* non meminit: sed vulgaris lectio Tranquillum fautorē habet, vbi de Nerone inquit, Antium coloniam deduxit, adscriptis veteranis è prætorio, additisq; per dominij translationem ditissimis primipilarium, vbi & portum operis sumptuosissimi fecit.

Cap. 28. *Auxitq; patrum honorem.*] Notabilis locus hic est, de pœna temere appellantiū, pragmaticis sæpius cognita quā vellēt. Sed non solum quo Tacitus ait, verum & alio modo patrū hono-

rem auctum à Nerone Suetonius auctor est, vbi cautum scribit, *vt omnes appellationes à iudicibus ad Senatum fierent.*

Cap.31. *Vxor Boodicia.*] Mox proprium huius nomen erit, *Boudicea*, quæ Dioni & Xiphilino *Bundaica*, & Cornelio in Agricola *Voadica*: adeo in nomine barbaro iure Latij donando, non autores inter se dissimiles tantùm, sed ipse Tacitus sui dissimilimus est.

Cap.36. *Ne Suetonius quidem.*] Paulini Suetonij Bundaicæque reginæ orationes ad milites extant apud Xiphilinum ex Dionis Nerone.

Cap.40. *Fabianus tabulariis quos memoraui.*] Olim testamentum epistolamue scripturi stilo in tabulis incidebant, quibus cera superimposita, & huic lino, deinde obligabant, & demum tabulas ceratas obsignabant, vti Chrysalus Plauti Bacchidibus indicat. Inde, qui adhibitus à testatore literarum ignaro, testamētum scriberet, quiue rogatus ab amico tabulas contractus exararet, *tabularius* ab Vlpiano dicitur: neque enim tum erant, vti nunc nimio plures sunt, qui tabulariam profiterentur. Illo sane modo Valerius Fabianus testamentum Domitio Balbo subiecturus, ita ac si ex illius rogatu tabulas scripsit, ideoq; *tabularius* Cornelio, deinde ascitis testibus signādum obtulit. Quod ita sentio, ne plurium manu-scriptæ testamenti tabulæ videantur. Est igitur vitio repurgandus hic locus, & ita legendum, *Fabianus tabularius iis quos memoraui, & aliis minus illustribus obsignat*, id est, falsum testamentum signat ipse, tum fraudis participibus signandum offert: quæ iuxta solemnia iuris accommodata, fit verissimile.

Eod. *Lege Cornelia damnantur.*] Testamentariam intellige, ex qua falsi pœna deportatio est, bonis confiscatis, autore Marciano. l. D. de L. Cornelia de falsis.

Cap.41. *Interim specie legum.*] Non satis scio cur *specie legum* Valerius Ponticus ad prætorem & non ad præfectum vrbi reos falsi dicitur detulisse: est enim persuadens coniectura ex Vlpiani scripto de officio præfecti vrbis, ab ipsa institutione Augusti, omnia crimina intra vrbem admissa, ad curam præfecti vrbis pertinere: eius igitur notio de falsi crimine fuit.

Cap.43. *Quæ ne in metu quidē pericula nostra auertit.*] Quicquid codices manu-scripti contineant, *quæ ne in morte*, non autem *in metu*, aut *in motu* legendum esse contendo.

Cap.48. *Quin insula publicatis.*] Legendum, *Quin in insula.*

Cap.49. *Libertas Thraseæ silentium.*] Vulgata lectio suffragii exemplaris non destituitur, sed contrariis oppositis illustrior erit, sic ex fide libri Palatini legas, *Libertas Thraseæ seruitium aliorum rupit.* Similis est phrasis infra lib. xv. ibi, *Qui sæpius libertatem Senecæ quam seruitium expertus esset.*

Cap.51. *Ofonium Tigillinum.*] Xiphilinus vocat Σωφρώνιον, vel fortasse debuit Σωφώνιον scripsisse: ceterū hic & libro Historiarum 1. *Sofonium* legendum esse contendo.

Ca

Cap.54. *Possumus seniores amici, quiete respondere.*] Beatus legit *poscimus*, & ex Coruiniano *quietem* reponit: ego malim, *possimus seniores animum quieti per te spondere.*

Cap.59. *Cœranum Græci, Musonium Thusci generis.*] Vix Cornelij scriptum indicat moriendo ne an docendo, sapientiæ doctores constantiam obeundæ mortis suaserint. Cœranus aliis mihiq; ignotus est: sed vterque tamen inter disputandum potius quam morte ipsa suasisse videri debet. Siquidem apud Xiphilinum non necatus, sed in exilium missus est Rufus. Musonius philosophus, qui vt lib. sequēti Cornelius ait, studia iuuenum præceptis sapientiæ cum fouisset, post mortem Neronis restitutus, adeo charus Vespasiano fuit, vt cum omnes vrbe philosophos idem Imperator expelleret, vnum exceperit Musonium. Quæ Dio Cassius prodidit, aliter quam Suidas: hic enim scriptum reliquit. *Musonius Babylonius philosophus Stoicus ac dialecticus tempore Neronis, familiaris Apollonij Tyanei à Nerone deinde ob linguæ licentiam interfectus est.*

Cap.60. *Eucerus, nat. Alexandri.*] Idem mox tibicen Ægyptius dicitur: ancilla vero quæ Octauiæ sanctitatem defendit, Pythias, apud Xiphilinum.

Eod. *His, haudquaquam Nero pœnitentia flag.*] In regio volumine legitur, *His tanquam pœnit. flag.* Malim, *His Nero tanquam pœnitentia flagitij.* Beat.

Cap.63. *Poppæa nonnisi in perniciem vxoris nupta.*] *Duodecimo die post diuortium ab Octauia Nero in matrimonium Poppæam accepit, & eam dilexit vnice*, inquit Suetonius in Nerone 35.

AD LIB. XV. ANNAL.

CAP. 12. *Se nisi victoribus immitem esse.*] Corbulo primipilarem hortatus, & ceteros milites, qui Pætum in bello deseruissent, vt illius potius misericordiam experirentur, quam vt à se deprehensi in eodem perfugium haberent, dixit, se disciplinæ militaris diligentissimum obseruatorem, qui deserentibus se, nisi à victoria, militibus non parceret: vt Cornelius supra lib. XIII. scriptū reliquit. Suadebat autem Corbulo militibus *clementiam Pæti experiri*: licet enim qui in bello deseruit capite puniri soleret, potuit tamen se offerens, ex edicto Germanici Cæsaris desertionis pœnam euitare, & ex prima desertione militiæ restitui, Arrio Menandro in Militaribus auctore.

Cap.14. *Adiecisse deos, &c.*] Si quis me audiet, ita leget, *Adiecisse eos, dignum Arsacidarum, simul vt de legionibus Rom. statuerent*: hoc sensu, adhibuisse fratres in consilium, dignum esse Arsacidis, vt vna de legionib. Romanis deliberarent quid fieri oporteret.

Cap.13. *Sub iugū missas legiones.*] Iugū ex duabus hastis defixis, & tertia transuerse superposita fiebat, sub quod deuictæ gētes abibant, vt sæpe legitur apud Liuium. Quod autem additum rumore Cornelius ait, Tranquillus Neronis. XXI. pro vero scriptum reliqt.

Cap.19. *Factum ex eo S.C. ne simulata adoptio.*] Veteris iuris rationem, vt alia multa, id Senatusconsultum renouauit: sic.n. habet Gellius lib.v.c.xix. *Animaduertimus in oratione P. Scipionis, quam Censor habuit ad populum de moribus, inter ea, quæ reprehendebat, quod contra maiorum instituta fierent, id etiam eum culpauisse, quod filius adoptiuus patri adoptatori inter præmia patrum prodesset.* De quo pluribus egi Commentario de Iure liberorum, c.xliii.

Cap.23. *Memmio Regulo & Virg. Rufo cos.*] Sed biennio superiore, vt libro proxime præcedenti relatum est, Memmius Regulus mortẽ obiit: quare illius hic vel filius, vel alter ab illo videri debet.

Eod. *Certamen ad exemplar Atticæ religionis.*] Celebre certamen Athenis Mineruæ sacrum, Panathenæorum est, quæ vnde sic dicta sint, studiose exquisiuit Pausanias Arcadicis. Eorũ festiuitas, vt Suidas ait, & quinquennalis, & anniuersaria fuit. Sed cũ Nerone iv. Cornelio Cosso consulibus, ludicrum quinquennale Romæ institutum fuerit, testimonio Taciti libro superiore, factum illud ad instar magnorum Panathenęorũ existimo, quæ singulis lustris fiebant. Hoc vero certamen pro cuius exemplari Atticam religionem habuit Nero, ex anniuersariis & minoribus Panathenæis, agonem gymnicum fuisse reor. Quæ sequuntur de circensibus, obuia sunt in autoribus, & à quolibet sciri possunt.

Cap.28. *Nondum ætate senatoria.*] Anni vicesimi quinti initium tam in vrbe quam in prouinciis, ætas legitima fuit, per quam in curiam ingredi licuit.

Cap. 32. *Nationes Alpium maritimarum in ius Latij transtulit.*] *Alpes maritimæ* sunt quas mare Ligusticum & Gallicũ abluit, scilicet, à portu Herculis ad vsque Tauroentum portum Massiliensium. Earum incolæ ex nostris gentes Transalpinæ fuerunt, Deceates, Oxybij & Salyes: ex Cisalpinis, (si Romam spectes) Montani Ligures, à Macra vt ait Cato, in Nicæam effusi: inter quos memorati, Intemelij, Ingaueiique, Italiæ regione nona, iuxta descriptionem Augusti. Sed cum Ligures omnes & soli & *Italici iuris* essent, quod cum *iure Latij* idem viri docti putant, quid est hoc dicere, *In ius Latij transtulit?* An gens in Italico solo fuit, quæ Italici iuris nõ esset? Verum apud Suetonium Augustus cap.46. Italiam iure ac dignatione vrbi quodam modo pro parte aliqua adæquauit. Nero ab illo iure, quod fere ciuitatis fuit, in ius Latij transtulit. Quod ita si se res habuit, Cornelium miror causas retractionis in Latiũ pluribus verbis non tractasse. Ciuium enim Romanorum iure priuari loco pænæ fuit nationibus, quæ in αὐτονομίαν remitterentur. Sed licet Alpinis maritimis Oxybios, Deceates & Salyes annumerarim, secutus scriptores, & inscriptionem, quam hic subdere, & inde argumentari volui: non existimo Neronianum edictum quicquã ad nostros attinuisse, quod scilicet antea minime ius ciuitatis haberent. Aliunde igitur ius Latij Antipolis oppidum habuit, quod

Plinius

Plinius Latinum ſcripſit. de quo alias pluribus. eſt autem inſcriptio alteri columnæ matricis eccleſiæ Venſienſis huiuſmodi.

CVRANTE AC.
IVLIO HONORATO
P. PRESIDE ALP.

Quod ſi præſidatui Alpini prouinciales populi ſubiecti fuere, alia trans, alia cis Varum magiſtratuum poteſtas fuit: vt alteri præſidi Alpium, alteri procuratori maritimarum Alpium parerent. Quare diuerſos populos diuerſi iuris fuiſſe neceſſe eſt dicere, ſic vt nihil maiores noſtros Neronis edictum attigerit.

Cap. 32. *Lex Roſcia nihil niſi de XIV. ordinib. ſanxit.*] L. Roſcius Trib. pleb. legem tulit, *vt equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi aſſignarentur*, ait Liuius libro 99. At in aliis locis, vt in Circo, an promiſcue, an ſeparatim equites à plebeiis ſpectarent, lex Roſcia non cauerat: ideoque Neronis edicto locus equeſtri ordini, vt in theatro ante fuerat, in Circo aſſignatus eſt.

Cap. 37. *Nihil vſquam perinde lætum ſibi publicis locis.*] Manuſcriptus habet, *Nihil vſquam perine locum*, &c. Legerim, *Nihil vſquam periculoſum ſibi, lætus publicis locis, &c.*

Eod. *Pythagoræ, &c. denupſiſſet.*] En flagitium Neronis, non incubi, ſed ſuccubi. Vir nubit in fœminam, Imperator nubit liberto. dotemque ſibi per ſyngrapham conſtituit, apud Xiphilinum.

Eod. *Inditum Imperatori flammeum.*] *Flammeum*, quo plerunque capita matronæ tegerent, teſte Nonio, fuit tegmen quo noua nupta amiciretur boni ominis cauſa, quod eo aſſidue vtebatur Flaminica, i. Flaminis vxor, cui non licebat facere diuortium, ait Pompeius lib. 6. eratque lutei coloris, vt Plinius refert lib. 21. cap 8.

Eod. *Miſit auſpices duos.*] Melius, *miſſi auſpices duo*: hoc ſcilicet ſenſu, Miſit Pythagoras libertus ad patronum Imperatorem ſemifœminā auſpices duos, ex more ſolenni, qui à ſe ſtarent, & ex parte viri liberti nuptiarum auſpicijs aſſiſterēt. Cæterum genialis torus, faceſque nuptiales qui in honorem Cereris ſolenniter præferrentur, & ſolennia cætera aſpectata. Beato magis placet, *viſi auſpices duo*: quod mihi perinde eſt.

Cap. 38. *Iniſſe eum domeſticam ſcenam.*] Incendium Nero è ſummo Palatij loco, quæ Mecœnatiana turris erat, cum hortis addita Palatio, dū populus ingemiſceret, lætus flammæ, (vt aiebat) pulchritudine proſpexit, excidiumque Ilij, vt ipſe dicebat, vel potius vrbis Romæ, vti videbatur, in illo ſuo ſcenico habitu decantauit. In quo Tranquillus Xiphilinuſque Tacito conſentiunt.

Cap. 40. *Sexto demum die.*] Per ſex dies ſeptemque noctes ea clade ſæuitum ait Suetonius.

Cap. 41. *Totidem annos menſeſq; & dies inter vtraq; incendia.*] Colligebant ſtudioſi rerū antiquarū tot annos fuiſſe inter inſtaurationem vrbis à Gallis captæ, & incendium Neronianum, quan-

tum ab incendio à Gallis facto ad vrbis initia interfuerat. Sed Cephaloni Gergithio, Demagoræ, Agathyllo, Damasthi Sigeensi, Aristoteli, Calliæ, Agathocli, Xenagoræ, Dionysio Chalcidensi, Antiocho Syracusano, Timæo Siculo, Polybio, L. Cincio, M. Portio Catoni, Crispo Sallustio, Velleio Paterculo de initiis vrbis Romæ non conuenit: (nā antiquitas creauit errorē, ait Seruius) de illo tamen Halicarnassei lib. 1. Originum superstes est diligentissima disquisitio. Verū apud & illum & Liuium in hoc consentiunt autores, ne plures trecentis sexagintaquinq; annis à condita ad incensam à Gallis vrbē numerētur, quo tempore reædificata Roma est: exinde vero ad incendium iussu Neronis factum, vnum, quinquaginta & quadringētos annos reperias. Quamobrem de vetustiorib. quot supersunt autores, tot misere lapsos aut necesse est dicere, aut posteris imponere voluisse, qui totidem annos, menses & dies inter vtraque incendia se reperisse prodiderunt.

Cap. 43. *Post Gallica incendia.*] Tum promiscue vrbs ædificari cœpta, & festinatio curā exemit vicos dirigendi, dū omisso sui alieniq; discrimine, in vacuo ædificauerūt, inqt Liuius *lib.* v. *extremo.*

Cap 44. *In ipsum nocturni luminis vrerentur.*] Moris enim in vrbe fuit, per singulas domus Lucernam accensam noctu fenestris appendere, qua vicus illuminaretur, vigilesque vt alacrius vrbem lustrarent.

Cap. 47. *Bicipites hominum aliorumue animalium partus.*] Mōstrosos animalium partus ne celarent veteres fecit mentibus inhęrens religio. De cæteris, fœtus hominum abiici in publicum à parentibus ita potuerunt, si prius indicati proximioribus quinq; vicinis, abiiciendi illis quoque visi forent: alias natos masculos omnes & filias primogenitas educare præceptum Romulea lege fuit. Auctor Dionysius Antiquitatum lib. 11.

Cap. 49. *Famam carminum eius premebat Nero.*] Quum Orpheum in theatro Nero & Lucanus pronuntiassent, Lucano iudices coronam dedere: quod Nero iniquo animo ita tulit, vt foro & theatro Lucano interdiceret, eo vanior, quod suis & Lucani carminib. similitudinem inesse credebat. Ideoque Papinius in Siluis ait.

Ingratus Nero dulcibus theatris,
Et noster tibi præferatur Orpheus.

Cap. 50. *Fenio Rufo.*] Volaterran⁹ in Anthropologia, legit, *Ferinio Rufo.* huic Senecam socium coniurationis addidit Cassius, vt est apud Xiphilinum: de quo paulo infra Cornelius ex Antonij Natalis indicio meminit.

Cap. 51. *Quonam modo sciscitata.*] Legendum suscitata.

Eod. *Epicharis plura & omnia scelera principis orditur.*] Id est, Complura ex sceleribus principis, sed & omnia Epicharis incipit pandere & aperire. Quod pono, nequid cum aliis hoc loco deesse putes.

Cap. 61. *Indicere mortem iubetur.*] Interrogatus Tribunus an ıortem voluntariam sibi Seneca pararet, eam non paranti, indi- ere à Nerone iussus est Erat enim summum quod Tyranni vete- s haberent, damnato iure vel iniuria liberam mortis electionem ɔncedere, quo de se statueret reus genus mortis, quod expedi- ssimum videretur. Sic supra lib. 11. Vitellius sub Claudio, *Vale- io Asiatico liberum mortis arbitrium permisit.* Sic paulo ante, *Plau- o Laterano non illud breue mortis arbitrium permisit Nero.* Ita uoque infra lib. sequenti, *Thraseæ, Sorano, Seruiliæque datur ortis arbitrium ex senatusconsulto.* Apud Suetonium Tiberio, ıv. *Germanici filium putant Neronem ad voluntariam mortem co- ctum.* Placuitque Senecæ mortem eo quo breuior futura esset, ıagis eligendam, aduersus Platonem, qui non licere sibiipsi ma- us inferre censuerat, epistola 71. ad Lucilium. Proinde, ait Vlpia- us, *Nec liberam mortis facultatem concedendi ius præsides habent: ulto minus* (ita lego, non, *multo magis*) *vel veneno necandi. Di- i tamen fratres rescripserunt, permittentes liberam mortis faculta- m.* 8.5.1. D. de pœnis.

Cap. 63. *Quæ in vulgus edita eius verbis.*] Temporibus Corne- i nostri liber Senecæ extabat & lectitabatur, quo in sæuitiã Ne- ɔnis inuectus supremis potius verbis quam tabulis exitum de- ripsit suum. Is vero libellus non inter tragicos Neronis nunc su- erest, quamuis nonnullis illud commentum placeat. Fuit autem, fallor, factus dissimili argumento, oratione ac stylo. De quo iphilinus Cassii epitomator inquit, *Seneca non prius sibi manus tulit, quam libellum quem tum scribebat, cæteraq; emendauisset, uæ non audebat apud quenquam deponere, metuens ne si forte in Ne- nis manus venissent, interirent. Itaq; Seneca hoc modo decessit è vi- a, licet, vt homo imbecilli animo, Neroni consuetudinem quam cum so habuisset, exprobraret.*

Cap. 64. *Damnati publ. Atheniensium iudicio extinguerentur.*] icuta venenum est, publica Atheniensium pœna inuisa, inquit .Plinius lib. 25. c. 11. cuius absorptæ exemplum in Socrate super- t apud Ælianum, Variæ lib. 1. & apud alios.

Cap. 67. *Sensus & incomptos & validos.*] Scriptum oportuisse, d *validos*, Beatus censet, quod nobis placet.

Cap. 70. *Versus ipsos retulit.*] Sic in Pharsalide quisquam est iiles, cuius expirantis imaginem Lucanus moriens expresserit. is t Tullus, lethifero serpentis ictu afflictus, de quo ille scripserat bro. 9.

Impressit dentes Hæmorrois aspera Tullo
Magnanimo iuueni, miratoriq; Catonis.
Vtq; solet pariter totis se effundere signis
Corycij pressura croci, sic omnia membra
Emisêre simul rutilum pro sanguine virus.

PP

Sanguis erant lacrymæ, quæcunq; foramina nouit
Humor, ab ijs largus manat cruor, ora redundant,
Et patulæ nares, sudor rubet, omnia plenis
Membra fluunt venis, totum est pro vulnere corpus.

Quorum posteriores quinq; versus, ij sunt quos M. Anneius Lucanus fertur dixisse, quum in sua resolutus initia, cælo cælestem animam redderet.

Cap. 71. *Pellitur & Rufrius Crispinus.*] Melius erit *Rufus*. Sic enim dicitur supra lib. 13. & eius filius non Rufrianus, sed Rufinus est Suetonio.

Eod. *Virginius studia iuuenum.*] Hoc à Plinio Cæciliano prætermissum esse miror, qui lib. 2. Epist. Romano, & lib. 9. de Virginii laudibus scripsit.

Cap. 72. *Petronio Turpiano consulari.*] Malim *Turpiliano*: vt sit consularis ille Petronius Turpilianus, qui supra lib. proximo cum Cæsonio Pæto gessit consulatum. Ineptum est enim dicere quod quidam scripsit, eidem nomen *Petronio Turpiliano*, *Turpiano*, quasi, *Tarpeano*: temerariumque est in Augusti numismate, cuius altera facies insculptum habet, IIIVIR TVRPILIANVS, Petronium ob idem inibi scriptum nomen, triumuirum adseuerare.

Eod. *Obliteratam mansuetudinem principis.*] Lego, *immansuetudinem*, pro ferocia sedata & composita.

Cap 74. *In præsens haud animaduersum.*] Sensus est, Hucusque minime animaduersum fuit ad auspicium, postquam arma Fuluius Vindex mouerat: tametsi præsagium futuræ vltionis trahebatur. At mireris Cornelium, qui Galliarum defectionem referre lib. XIV. oblitus sit, C. Vipsanio & Fonteio Coss. Eo anno Neapoli de motu Galliarum cognouit Nero, ipso die quo matrem occiderat, deficientium duce Iulio Vindice, qui tum Galliam prouinciã pro Prætore obtinebat, vt ait Suetonius. Illius autem edictis contumeliosis & frequentibus permotus Nero, Senatum epistola in vltionem sui reique publicæ adhortatus est, excusato languore faucium, propter quem non adesset. Eam excusationem siue accepit siue non probauit Senatus, inde Neronem timor mali ominis incutit, puta, quum organa hydraulica se prolaturum omnia in theatrum affirmauit, si per Vindicem liceret: vel cum noctibus plerique iurgia cum seruis simulantes, crebro Vindicem poscebant. Illudque diri præter cætera fuit auspicii, quod quum ex Neronis oratione, qua in Vindicem perorabat, recitaretur in Senatu, daturos pœnas sceleratos, ac breui dignum exitum facturos, conclamatum est ab vniuersis, TV FACIES AVGVSTE. Sed ad auspicium illud animos non aduerterunt, & tamen *ad præsagium futuræ vltionis trahebatur*, ait Tacitus. Quod si Cornelium ad extremum libri consequentis retulisse C. Iulii Vindicis motum existi-

æſtimare malis, ſimili ordine quo Dio ſcripſit, ego non impediam, ſi modo per huius perque Tranquilli ſcriptum liceat ita coniectari. Hoc enim loco tempus præſens quo hæc ſcriberet Tacitus non inepte dicetur exprimere: qui an verum dixerit, eius æquales viderint.

Eod. *Templum diuo Neroni.*] Hinc præſagium mortis Neronianæ & diuum appellans Neronem, ſi de mendacio non erubuit, de infauſto potuit timere: quoniam maledictum eſt ante ἀποθέωσιν Deum Cæſarem nuncupare, ait Tertullianus, Apologetici XXXIV.

Eod. *Quod ad omina olim excitus ſui verteretur.*] Beatus legit, & recte, *Quod clam ad omen ac dolum ſui exitus verteret.* quæ lectio veſtigiis chirographi Regii adiuuatur, vbi eſt, *quorundam ad omnia dolum, &c.* Ibi vero *ſui* pro *eius* vſurpat Cornelius, more Ciceronis & veterum auctorum.

Eod. *Nam deum honor, &c.*] Ex huius autoritate Ælianum ſophiſten ridere licet, qui ad Adrianum imperatorem ſcripto libello de inſtruendis aciebus, θεῖον illum appellauit. Sed in eo videatur adulatus, more quem Domitianus induxit, ſibi nomen *Dei* adſcribens, quo ab aliis appellari vellet. Quare Apologetici XIII. ait ille, *Digne imperatoribus defunctis honorem diuinitatis dicatis, quibus & viuentibus eum addicitis.* At vero quid de Octauiano dicemus? Numiſma æreum habeo, qua facies eius refertur, ita inſcriptum, DIVVS AVGVSTVS PATER. quod S. C. cuſum ſub templi fronte prouidentiam Auguſti teſtatur. Verum opinari mortuo Auguſto, dum cunctaretur Tiberius an imperium acciperet, Senatum illud numiſma formari iuſſiſſe, melius erit & tutius. Neque vero ſcio an illi aſſentiri debeam qui Antoninum Pium *diuum* appellatum ſcribit, initio imperii ſui: eſt certe apud me numus qui cum *diui* inſcriptione, eius faciem oculis ſpectandam præbet.

AD LIBRVM XVI. ANNAL.

CAP. I. *Ceſellij Baſſi.*] Is eques Romanus eſt Suetonio Neronis XXXI.

Cap. 7. *Inſcriptam* DVCI PARTIVM.] Manuſcriptus Coruini Regis habet, *Dux*, & rectius, mea quidem ſententia. Erat autem effigies ita inſcripta, C. CASSIVS DVX PARTIVM, quod partes Cæſari aduerſas in bello ciuili duxiſſet. Siquidem Romanis ſolenne fuit, eorum imagines quorum ipſis ſacroſancta memoria eſſet, ex vero effingere, & effictas, leuando minuendoue dolori in atriis habere. Quare Plin. XXXV. c. II. inquit, *Expreſſi cera vultus ſingulis diſponebãtur armariis, vt eſſent imagines, quæ comitarẽtur gentilitia funera.* Ex cereis deinde exſcribebat artifex, pingebat pictor imagines, *quamuis ſit difficilima imitationis imitatio,*

vt Cæcilianus lib. IV. epist. Iulio Seuero scribit. Itaque, vt dixi, Cassius aui sui inscriptam effigiem colebat: quod crimini datum & ipse in Sardiniam deportatus est, vti mox idem Cornelius refert. Sed à Nerone tandem hic mori iussus dicitur Suetonio illis verbis post alia, *Cassio Longino iurisconsulto, ac luminibus orbato, quod in vetere gentili stemmate C. Cassii percussoris Cæsaris imagines retinuisset*, &c. contra Sextus Pomponius de successione iurisprudentum de Sabino locutus sic habet, *Huic successit C. Cassius Longinus, natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Seruij Sulpitij: & ideo proauum suum Seruium Sulpitium appellauit*. Is & consul fuit cum Quartino temporibus Tiberii, & plurimum in ciuitate autoritatis habuit, donec Cæsar eum ciuitate expelleret. Expulsus ab eo in Sardiniam, reuocatus à Vespasiano diem suum obiit. Idem Cassius supra libro XII. cæteros præeminebat peritia legum: qui cum Syriæ præesset, quantum sine bello dabatur, reuocabat priscum morem: cura prouisuque perinde agebat ac si hostis ingrueret. Ita dignum maioribus suis, ita familia Cassia ratus per illas quoque gentes celebrata, post illum Cassium qui mandatu Senatus, & auctoritate Pop. Rom. adiutus, Syriam cum tribus exercitibus qui in eadem prouincia erant, in potestatem suam redegit, teste Liuio CXXI. & aliis scriptoribus.

Cap. 8. *Increpuit iisdem quibus patruum eius Torquatum.*] Supra lib. proximo, *Torquato obiectum fuit quod nobiles haberet, quos ab epistolis, & libellis, & rationibus appellaret: nomina & meditamenta summæ curæ.*

Eod. *Calpurnius Fabatus.*] Fuit hic C. Cæcilii Plinii prosocer, patria Nouocomensis: eius antiquam memoriam quæ adhuc Comi visitur, publicauit Alciatus, his literis, C. CALPVRNIVS L. F. OVF. FABATVS VIVIR. IIIIVIR. I. D. PRÆF. M. PRÆF. PRÆT. TRIB. LEG. XXI. RAPAC. PRÆF. COHORTIS VII. LVSITAN. ET NATION. GETVLIC. ARSEN. QVÆ SVNT IN NVMIDIA FLAM. DIVI AVG. PATRIMONIO T. F. I.

Cap. 9. *Et senatus ius expectabatur.*] Haud scio damnato Cassio quale ius senatus expectaretur: at ita scriptum lego, *Deportatusque in insulam Sardiniam Cassius è senatus iussu spectabatur*, id est, ex senatus decreto: ante vero pauca verba scribendum est, *Tunc consulto senatu.* & ita liber Coruinianus habet.

Cap. 12. *Ideo Iunium mensem transmissum.*] Id est, censendo à se non nominatum, licet satis intelligeretur qui Maium inter & Iulium esset.

Cap. 18. *De C. Petronio supra.*] Petronium Priscum intelligat, an Turpilianum dubito, propter illa quæ sequuntur de eodem Caio, *Proconsul tamen Bithyniæ, & mox consul*, &c. At Petronius Turpi-

Turpilianus conſul prius, deinde ex conſule Britanniam obtinuit, ſupra libro XIV. ibi, Suetonius, *Tradere exercitum Petronio Turpiliano, qui iam conſulatu abierat, iubetur*, Petronius autem Priſcus in inſulam maris Ægei relegatus erat, ſupra lib. XV. Erunt itaque quibus videbitur de Turpiliano dixiſſe Cornelius, quem non impedit Bithyniam rexiſſe, mandatu principis pro conſule, antequam conſulatum gereret. Imperio nanque conſtituto creati ſæpius ſunt ab Auguſtis proconſules, qui conſulari poteſtate prouincias extra ordinem regerent, & ex prouinciæ dignitate id nomen adipiſcebantur. Ita accipi poteſt Rufus Varenus proconſul Bithyniæ, apud Cæcilium libro V. Epiſt. Iterum Bithyni.

Cap. 21 *Ludis Ceſticis à Troiano Antenore inſtitutis.*] De his ludis Virgilius & Statius ſcribunt, quos *pugilares* dicere poſſis, cum in illis pugiles manuum palmas ceſtibus armati certarent, manus plumbo graues alii in alios iactantes, vt eſt apud Senecam ad Lucilium. Manuum vero tegmen è tergore primoribus Græcis Latiniſque factum, deinde plumbeum, ceſtus nomen habuit, auctore Pompeio libro III. Ex quo licet obſeruare veteres *ceſtus* ſine diphthongo ſcripſiſſe, vt eſt apud Cicer. II. Tuſc. licet apud Virgilium V. Æneid. per œ, & ſupra lib. XIV. per æ, Cornelium habere reperias. Cæterum niſi immutatam ſæculis multis ludorum formam credas, quid ad rem Ceſticorũ facit habitus Tragicus, quærit Alciatus. Ego reſpondeo, ludos in quoſque XXX. annos ab illo Antenore inſtitutos qui Patauinam condidit vrbem, & in eos quidem Thraſeam ad pugnam non deſcendiſſe: ſed qui nunquam in vrbe Neronem cithara canentem audierat, neque vt reliqui omnes eius ſacræ voci ſacrificauerat, neque ludicro Iuuenali interuerat vnquam, eo ſibi Neronem iratum fecit, quod Patauii in patria ludis adfuit, ſpectauit, & quod magis in Thraſea mirandum, tragœdiam egit, vt mos illis ludis erat, cuius in Nerone Dionis aſſertor Xiphilinus.

Cap. 27. *Oratio principis per Quæſtorem eius audita.*] Hic vnus ex illis fuit, qui Candidati principis dicuntur, qui epiſtolas eius in Senatu legunt, ait Vlpianus: illiſque & libris principalibus, ſiue orationibus legendis in Senatu vacare, Candidatorum munus erat: & lectam ab eis intelligo ſupra in Senatum miſſam orationem principis.

Cap. 28 *Generum eius Heluidium priſcum.*] Idem in præceptis Stoicorum ab ineunte ætate verſatus, ſapientiæ ſtudioſos amiciſſimos habuit Soſium Senecionem, qui libros de vita eius C. Cæcilium, qui de vltione, Iuniumq; Ruſticum, qui de eius & Thraſeæ laudibus compoſuerunt: eiq; ſub Nerone primum, deinde ſub Veſpaſiano, cum prætor eſſet, in exilium acto, periculorũ comes adfuit ſemper Fannia, Ariæ & Thraſeæ filia, Heluidio marito Thra-

ſeaque patre digniſſima. De cuius laudibus Plinius Cornelio Priſco lib. VII. & Quadrato lib. IX. epiſtola priori parte corruptiſſimè ſcribit.

Cap. 32. *Quantum nunc ſæuitia.*] Locus hic eſt in quo inſcitiam exſcriptorum cum Faerno mirati ſumus. Is ita legit. *Quantum miſericordiæ ſæuitia accuſationis permouerat, tantum iræ P. Egnatius teſtis conciuit*: & ita in altero bibliothecæ Pontificalis exemplari ſcriptum inueni: Decepit autem librarios breuibus quam poſſint notis ſcribētes, in *mīe* pro *miſericordiæ*, & *nunc* literarū ſimilitudo.

Cap. 33. *Caſſii Aſclepiodoti.*] Xiphilino Caſpius Aſclepiodotus Niceus paulo aliter dicitur.

Cap. 34. *Flentes quiritanteſq; qui aderant.*] Cum hic antea *queritantes*, pro cientibus flebiles queſtus ſcriptum eſſet, & placeret, Beatus tentauit legere *quiritantes*, quod grauius eſt, & magis placet. Eſt autem *quiritare*, vt inquit Marcellus, *clamare*: tractum ab iis qui Quirites inuocant. Lucilius lib. VII. Satyr.

Hæc inquam rudet è roſtris, atq; eiulitauit
Concurſans veluti ancarius, clareq; quiritans.

P. quoq; Nigidius in commentariis Grammaticis, *clamat, quiritat.* Liuius item Annali IXL. *Nulla vox quiritantium inter ſtupra & cædes exaudiri poterat.* & infra, *Ne vox quiritantis, cum per vim ſtuprum inferatur, exaudiri poſſit.*

Eod. *Arriamque tentantem, &c.*] Arriæ vxori, quæ filia fuit Arriæ illuſtris fœminæ & Pæti Cæcinnæ, illius qui pro Scriboniani partibus fuerat, cum arma in Illyrico aduerſus Claudium mouerentur, Thraſeas diſſuadet mortem, & matris exemplum eam vt ſequatur monet, qua marito mortis ſolatium, non qua mortis exemplum præbuerat. Eius de virtutibus extat Cæciliani libr. III. ad Nepotem epiſtola. Ceterum deficit dimidia pars libri huius, & annis duobus geſta exciderunt, ſcilicet Fonteio Capitone, & Iulio Ruſo: Valerio Turpiliano Thracala, & Silio Italico conſulibus: ſtudioſus ex Dione & Suetonio hiſtoriæ ſitum explebit.

AD HISTORIARVM LIBRVM I.

CAP. I. *Initium mihi operis.*] Quanquam annorum ſerie receptum libri titulum mutare, audaciæ nimiæ temeritatiſq; certo ſciā: nihilominus tamen ab hoc operis (vt ait autor) initio libros Hiſtorias inſcriptos Corneliū exorſum fuiſſe aſſerere, & veterem titulū audeo libris vindicare. Neq; enim ſi nuncupatos Annaliū nomine ſequentes libros cum vulgo vel ex Rhenani autoritate probes, titulo ſatisfacias in operis curſu Tacitus, qui non admodum aperte ſub Con-

sulibus acta distinguit, & non quoque libro res gestas plurimum annorum componit, quod Annalium proprium est, sed vno anno quæ facta fuere in plures libros distribuit: quorum nomine (vt ego quidem interpretor) dicitur Fla. Vopisco Cornelius Tacitus historiæ Augustæ scriptor. His in libris res gestas principatu Galbæ, Othonis, Vitellij, Vespasiani, Titi, & Domitiani persecutus est, qui principatum Neruæ, & imperium Traiani seposuit, si bi suppetente vita, *materiam senectuti suæ*, vt hoc ipso loco, scribit. At quot in partes historiarum opus diduxerit, eo nobis ignotum quod reliquià quinto non supersunt, nec ille quidem integer extat: cuius ex initio, vt ad primum Annalem dixi, Q. Septimius Florens in Apologetico producit testimonium. Et Cornelium à Plinio Cæciliano petiisse nobis constat, huius Epistol. VII. vt Caij Plinij auunculi exitum describeret, quo verius poste ris tradere posset: quod si est, sub Tito res gestas Tacitus noster narrauit, cum eius principis tempore Vesuuius mons conflagrauerit, & tum C. Plinius interierit. Ipse præterea scriptor sibi testis est Annali XI. se libros de rebus Domitiani composuisse. Sed & cum ille lib. VII. scribit Tacito: *Auguror, nec me fallit augurium, historias tuas immortales futuras: quo magis illis, ingenue fateor, inseri cupio*: ante finem epistolæ significat Cornelium gesta sub Nerua, nomine historiarum scribere, quæ annalibus libris complexa intelligi non debent. Etenim sicuti quod homo est, id necessario animal est, annales libri qui sunt, historiarum libri sunt: sed sicuti quod est animal, non id necesse est hominem esse: ita historiæ non omnino id quod annales sunt; apud Agellium lib. V. cap. 18. Quare nominis ratione, & quod tam multa hoc libro Cornelius præfetur, & initium operis & opus aggredi se dicat, distinctos Annalium libros ab Historiarum, non sine causa mihi videor asserere. Adiuuatque coniectationem & opinionem meam, quod in Vaticana bibliotheca manuscriptus ad initium huius libri miniatis literis sic habet, INCIPIT XVII. EIVSDEM SECVNDVM QVOSDAM: quod significat olim iam ingeniosos fuisse, qui ab hoc libro Cornelij Taciti opus Historiarum exordirentur. Itaque non tam audacter quam quibusdam videbitur hoc à me factum est, vt suspectam librorum inscriptionem in receptum apud maiores nostros titulum commutarim.

Eod. *Omnem potestatem ad vnum conferri.*] Beatus ex Coruiniano legit, *omnium*, subauditque ciuium, hoc est, totius populi Romani. Ego nihil muto, sic enim scripsit Vlpianus, *Lege regia quæ de imperio principis lata est, populus ei & in eum omne suum imperium & potestatem cõfert*, id est, omnẽ imperandi potestatem, quam populus in ciues singulos, & in summum ipsum magistratum haberet.

Cap.8. *Nec ſtatim pro Galba Virginius.*] De Galliarum defectione, ductu Iulij Vindicis, diſcrepant autores. Tranquillus, motas C. Vipſanio & Fonteio Coſſ. vt ad extremum Annalis XVI. retuli. Xiphilinus ex Dione ſcribit Gallias ſub finem imperij Neroniani defeciſſe. Hoc veriſimilius eſt, ſi Virginius Rufus, Cornelio & Xiphilino, cum Germaniæ præeſſet, Vindicem repulit, ſibique toties oblatum imperium recuſauit, cupiens decus priſtinũ S. P. Q. Roman reſtituere. Quod vt præclare factum, ſepulchro ſuo his verſibus inſcribi iuſſit.

HIC SITVS EST RVFVS, PVLSO QVI VINDICE, QVONDAM
IMPERIVM ASSERVIT NON SIBI, SED PATRIÆ.

vt Plinius Epiſtolarum VI. Albino, & IX. Rufoni ſcriptum reliquit. Virginium autem, ſi quod videtur, verius eſt, reuocauit ipſe Nero, qui illum ob nominis claritudinem expulerat, teſte Cornelio, Annalium XV. Cæterum qui patriæ imperium aſſereret recte dicitur hoc loco, non ſtatim à Galba ſtetiſſe.

524.13. *Dein feſſa iam ætate Galbæ.*] Beatus ex chirographo, *defeſſa annis ætate: ego malo, dein feſſa annis ætate.*

26. *Annulis donatum equeſtri nomine Martianum.*] *Annuli medium ordinem tertiumque plebi & patribus inſeruere*, ait C. Plinius lib. XXXII. cap. XI. Quare ante Galbam & eius temporibus maius beneficium fuit, quam poſtea ſub Adriano, ſecutiſque principibus ius aureorum annulorum; quo iura ingenuitatis ſic à principe tributa ſunt, vt libertinitas, lituraque ſeruitutis permaneret. De Icello, quo de agimus, idem Suetonius in Galba XIV. Similiter Cornelius libro ſequenti ſcribit, Aſiaticum libertum equeſtri dignitate donatum, & annulis honoratum fuiſſe, quod & Tranquillus in Vitellio XII. refert. Vt ex illis conſtet à principio imperij conſtituti idem ius aureorum exorare, quod in equeſtrem ordinem adlegi.

Cap.15. *Lege curiata apud Pontifices, vt moris eſt, adoptarem.*] Veteri iure cauſas arrogationis ſubeſſe oportuit, quas Pōtifices conſiderabant: puta, ætasne arrogatoris liberis potius gignundis idonea, bonane eius qui arrogaretur, inſidioſe petita eſſent. Cauſis probatis, comitia quæ *curiata* appellantur præbita ſunt, arbitris quandoque ipſis Pontificibus. Tum à magiſtratu, qui ad populum ferre legem poſſet, veluti Conſule, lata fuit rogatio his fere verbis: VELITIS IVBEATIS VTI L. VALERIVS L. TITIO TAM IVRE LEGEQ. FILIVS SIET, QVAM SI EX EO PATRE MATREQ. EIVS NATVS ESSET: VTIQ. EI VITÆ NECISQVE IN EO POTESTAS SIET, VT PATRIENDO FILIO EST. HOC VTI DIXI, ITA VOS QVI-

QVIRITES ROGO. Quæ sunt apud Agellium lib. v. cap. xix. & liquent ex ea Ciceronis Pro domo sua. Plane quod hic ait Cornelius *adoptarem*, de *arrogatione* eius qui sui iuris esset, accipiendum est: & in libris ciuilis studij *arrogatio* vocabulo *adoptionis* continetur.

Eod. *Sulpicia ac Luctacia decora.*] *Familias* intelligit, ex quibus ortus Galba, ex Sulpicia genus nomenque paternum, ex Luctacia genus maternum ducebat: qui ex Mummia Achaia natus, statuarum titulis pronepotem se Q. Luctacij Catuli Capitolini scripserit, vti refert Suetonius in Galba III.

Cap. 16. *Neque erat adhuc damnati principis exemplum.*] Scilicet, ante Neronem, qui *perlatis à cursore Phaontis liberti sui codicillis, legit se hostē à Senatu iudicatum, & quæri vt puniretur more maiorum*, ait ille.

Eod. *Vtilissimus quidem ac breuissimus bonarum malarumq; rerum delectus.*] Cum in mala non cadat electio, vulgarem scriptionem suspicor corruptam. Chirographo regio deest *malarum*. Sic igitur scribo: *Vtilissimus idem qui breuissimus bonarum rerum delectus: cogita quid aut nolueris, sub alio principe, aut volueris.* Dictionem *quidem* partitus sum: *ac* sustuli: neminem enim, opinor, latet quam multa sint in auctoribus passim interpolata.

Cap. 18. *More diui Augusti & exemplo militari.*] Æmylius maluit, *Exemplo diui Augusti & more militari*: egoque sic scribendum puto. Etsi enim C. Iulius Cæsar belli Gallici libro primo negat se more & exemplo populi Romani posse iter vlli per Prouinciam dare: Tacitus tamē initio Galbianæ orationis dixit: *Principatum, &c. bello adeptus, quiescenti offeram, exemplo diui Augusti, qui sororis filium, &c. in proximo sibi fastigio collocauit.* Quod autem adoptare se Pisonem more militari quo vir virum legeret, Galba pronunciauit, id ex militiæ Romanæ antiquis moribus explicandum est. Apud maiores miles quandoq; non ex lege, aut ex censu per conquisitionem delectum ve scribebatur, sed siue domi cogeretur exercitus, siue pars copiarum prœliatura cum hostibus, in expeditionem mitteretur, cum gliscerent pericula, ex iisque casus grauiores timerent, soliti fuere milites singuli notos sibi singulos legere, quos antea ex præclaris facinoribus satis spectatos putarent. Quod hodie militibus in more, legitur quoque apud Liuium libro nono: *Hetrusci lege sacrata coacto exercitu, cum vir virum legisset, quantis nunquam alias antea simul copiis, simul animis, dimicarunt.* Eodem alludit M. Tullius, vt quidam obseruauit ad illa verba Milonianæ: *Ille qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat tum neminem, nisi vt virum à viro lectum esse diceres.*

Cap. 20. *Exactioni* XXX. *equites Romani præpositi.*] Suetonius ait fuisse præfectos quinquaginta: Galbæ XV.

Eod. *Inquieta vrbs actionibus.*] Legendum *auctionibus*, ea quæ præcedunt, *hasta & sector*, Rhenano & Ferretto suasere: hic certe mendum hoc tam facile, quam triplici loco in Pandectis similiter obrepserat.

Cap 22. *Genus hominum potentibus infidum, &c. quod in ciuitate nostra & vetabitur semper, & retinebitur.*] Augustus M. Antonio II. L. Scribonio consulibus, astrologos & præstigiatores vrbe eiecit. Deinde mortuo principe cum in vrbem obrepsissent, Tiberius peregrinos necauit omnes: ciues, qui Augusti edictum neglexerant, in exilium expulit. Mox sub Caligula sensim regressis, qui vrbe prohibiti fuerant, Claudius de mathematicis Italia pellendis senatusconsultum atrox fecit, quod deinde irritum fuit, vt Cornelius Annali XII. retulit. Sic impunitate & licentia malorum omnium per Neronis, Galbæ, Othonisque tempora permissi Mathematici, iussu Vitellij Italia pelluntur: infra libro sequenti. Sed cum Tiberij principatu depulsos illos referret Tacitus, Annali II. ita scribit: *Facta & de mathematicis magisque Italia pellendis senatusconsulta: è quorum numero L. Pituanius saxo deiectus est.* Quamobrem non pulsos astrologos vrbe Roma, vt apud Dionem conuersum est, & plerique omnes existimant, sed pulsos mathematicos, *genus hominum*, appellat Cornelius, *potentibus infidum sperantibusque fallax*, Hieronymi Cardani sententia est. Ita vero interpretatur, *vt mathematici* dicerentur illi, qui per puncta & numeros, notasque diuinabant: quod genus diuinandi, vt penitus insulsum, inquit, ita impium & abhominandum est, legibusque coercendum. Omne enim quod est extra publicam vtilitatem, & nullius vsus, explodi debet, atque puniri. Illo referendum est quod legimus Annalibus Cornelianis, *obiectum Lolliæ Chaldæos mathematicos consuluisse*: & ita accipiendus Parmenes exul pulsis mathematicis, Chaldæorum arte famosus, ideoque plurium amicitiis innixus. Enimuero cum sectæ tres Romæ essent, Chaldæa, Ægyptia, Græca, teste Plinio lib. 18. cap. 25. vix est, vt qui per astra ortusque siderum prædicerent, ab vrbe exacti fuerint: licet de Chaldæis non dubitem, qui tum ex notis & characteribus, tum ex Magia diuinantes, sese *Genethliacos* appellabant. In illos noster Phauorinus Arelatensis philosophus Græce Romæ disseruit, sed & aduersus Ægyptiorum sectam, vt extat apud Agellium lib. 14. qua de re latior est apud Lucianum disputatio. Sane si diuorum Basilij in Hexaemero, Augustini, & Chrysostomi multiplicia in omnes astrologiæ partes scripta prætereo tacitus, non silebo quod Florens Tertullianus de Idololatria scribit, Angelos illos desertores Dei, auctores astrologiæ, propterea quoque à Deo damnatos: *Expelluntur*, inquit, *mathematici sicut angeli eorum, Vrbs & Italia interdicitur mathematicis sicut cœlum & angelis eorum. Eadem pœna est exitij discipulis & magistris. Sed magi & astrologi ab oriente venerūt.*

Scimus

Scimus magiæ & astrologiæ inter se societatem. Et infra: *Post Euangelium nusquam inuenias aut Sophistas, aut Chaldæos, aut incantatores, aut coniectores, aut magos, nisi plane punitos.* Ea Cardanus viderit. Nos latius ad constitutiones de mathematicis & maleficis quæstionem executi sumus.

Cap. 24. *Cocceio Proculo spiculatori.*] Coruiniano scriptum est, *speculatori*: cuius munus erat de rebus hostiũ ad suos referre quid percepisset, siue ex specula, siue in ipsis hostium castris: neq; enim verum est hunc ex specula prospicere, exploratorem inter hostes versari: tolluntque discrimen illud verba Liuij XXII. ibi, *speculator Carthaginensis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehensus.*

Cap. 25. *Barbium Proculum Tesserarum spiculatorem.*] Malo *tesserarium spiculatorem*: neque enim *tesserarius* & *spiculator* idem esse, ob diuersissima munia potuit. Idem autem tesseram (id est, præceptũ ducis) per militum contubernia nunciauit, quam à Tribuno per singulos dies extremo sole accepisset, stipatorque ducis, aut imperatoris spiculo, breuique hasta armatus fuit. De his Vegetius lib. II. cap. VII.

Eod. *Veturium Othonem.*] Pontificalis liber habet *Opitionem*: Regius habet *Optionem*: quod placet. Dictus autem primum est *Optio*, is quem decurio centuriove optaret sibi rerum priuatarum ministrum, quo facilius officia publica obiret, qui olim ante *Accensus*. Festus libro XIII. Idemque Varro & Marcellus. Aliud vero senescente imperio munus *optionis* fuit, de quo Vegetius lib. II. cap. VII. & Modestus.

Cap. 30. *Luxuria speciem liberalit.*] Legendum, *specie*, Beat.

Cap. 31. *Neque ætate, neque corpore sistens.*] Manuscriptus non habet, *neque ætate*: quæ verba nullius sensus, hoc loco, delenda sunt.

Cap. 37. *Beruichilonis in Gallia.*] Ex opinione Rhenani melius puto, *Vectij Chilonis.* Est enim in Regio *Betui chilonis*: quæ nõ hic solum, sed & apud Cæcilium commutatio literarum est: vbi is habet lib. epist. VI. *Bettio Prisco*, pro *Vectio.*

Eod. *Quam quod Polycleti, Vatinij & Helij parauerunt.*] E ratione, *Vatinij, & Egij, & alij para.* sed quo quis indefinitum illud, *& alij* produxerit? anne plus omnibus qui ante eum vnquam fuerunt, vnus Hicellius parauit? Adhæc illud, *& Egij*, quibus poterit accommodari? Quis *Egios* in aula Neroniana vidit, legit, scripsit? Ego inuenio apud autores Neronem habuisse libertos dominationis suæ, non fautores, sed magistros atq; rectores, quibus summam rerum publicarum priuatarumq; permiserat. Ac de iis Dio Cassius scripsit: *Polycletum Neronis libertum in vrbe cum Helio expilasse & diripuisse omnia quæ occurrerent. Is Helius cognomine Cæsarianus, à Claudio Cæsare manumissus, ea auctoritate pollebat, vt à Nerone in Græciã proficiscente, datam omniũ rerum in omnes*

tam in vrbe quam in Italia homines, potestatem haberet. Sic inquit Dio, *Eodem tempore imperium pop. Rom. duobus imperatoribus seruiebat, Neroni & Helio. Hic enim principe inconsulto, bona proscribebat, innocentes cuiuslibet ordinis viros damnabat, nocentes pœnæ eximebat: quod illi conquirendæ pecuniæ breuissimum & facillimum iter fuit. Super hos erat & Vatinius, intima Neronis familiaritate in audaciam omnium facinorũ euectus, illi vero propterea maxime gratus, quod semper diceret, Odi te Cæsar, quod senator es. Itaque tres ij, quod iniquissimi principis familiares essent, nacti amplã occasionem, rapiendi modum finemve nullum tenebant: adeo vt se magnum quiddam dicere putauerit Otho*, cum ait, *Iam plus rapuit Hicellus quam quod Polyclet, &c.* Sane *Hicellus*, quem vereor ne apud hunc, Suetonium & Xiphilinum, *Hicellium* scribere oporteat, prænomine *Caius*, cognomine *Martianus*, vnus ex veterib. Galbæ concubinis, vt refert Tranquillus, de seruo libertus illi factus, iam summæ equestris gradus candidatus, Galbam magna ex parte regebat, qui cum intra Palatium vno cum illo habitaret, nec vnquam ei nõ adhæreret, vulgo *pædagogus* vocabatur.

Cap. 46. *Vacationes præstari centurionib. solitæ.*] Nõ erant hæ militiæ vacationes, sed largitiones pecuniæ ob spectatam per multos annos fidem: illã vero pecuniam honoris causa milites singuli primum tribuebãt, quam post Othonem ex fisco imperatoris exolui solenne fuit. Quod hic locus aperte docet, eo vsque, *Laco præfectus.* Sane de huiusmodi vacationibus idem Cornelius intellexerit lib. Ann. vbi milites indiscretis vocibus, inquit, precia vacationum, angustiæ, stipendij, &c. incusant.

Cap. 47. *Vt in libertum, palam animaduersum.*] Non hoc odio Galbæ factum, quod Hicellius eius libertus fuisset, sed quod esset libertini generis, ideo non in carcere, vt de ingenuis retuli ad libros Annales, sed publice necatus est. At aliquis fortasse quæret, ex quo fonte mores tã diuersi prodirent? scilicet constat iure ciuili grauius cũ seruis, quam cũ liberis actum, & inter hos melioris conditionis ingenuos vsquequaq;, & deterioris libertinos semper fuisse.

Cap. 51. *Ad vsum & ad decus super.*] Scriptum oportuit, *ad abusum & ad dedecus supererant*, vti fere in Coruiniano exemplari est, Beatoq; placet, & filum orationis arguit.

Eod. *Qui remissam sibi à Galba.*] Dixit Cornelius Ann. XI. Galliæ Comatæ liberos & benemeritos populos fœdera & ciuitatem assecutos: nullũ igitur ab illis stipendium exactum. Proinde accipiendũ est de cæteris qui stipendia singulis annis penderent, quiq; censione res suas profiterentur, vbi libri huius initio legimus, Gallia super memoriam Vindicis obligatæ recenti dono Romanæ ciuitatis, & in posterum tributi leuamento, id est, remissa Gallis stipendiariis quarta pars tributorum, qua se à Galba publice donatos, in contumeliam exercitus iactabant.

Cap.

Cap. 54. *Miserat &c.dextras hospitij insigne.*] Dextræ quod quædam insit religio, ea in fide porrigitur: & cum fidem exiginus, per dextram oramus, & cum fidem damus, dextram coniungimus, vt est passim apud autores. Sic manuum coniunctio, signus præsens eorum fuit qui pacem communicarent, cuius in legibus de mutuo hospitii iure & contesseratione hospitalitatis fit quandoque mentio, vt apud Virgilium lib. III. Æneid.

Iungimus hospitio dextras, ac tecta subimus.

Inde reperias in numismatis Antonini pij Cons. II. coniunctas manus, & in numo Triumuirali circum eas scriptum CONCORDIA. Illo respexit M. Tullius, Pro domo sua, *Q. Martius*, inquit, *signum concordiæ fecerat, idque in publico collocarat, dextera hospitij insigne.* Quare in militare signum cohortium venit, Manus hastæ imposita. Ea insigne hospitij est, quod missum Tacitus hic ait: & lib. sequenti *Concordiæ signum* appellat ibi, *Centurionemq; Sisennam dextras, Concordiæ insignia, Syriaci exercitus nomine ad prætorianos ferentem, varijs artibus aggressus est.*

Cap. 65. *Cuncta illic externa & hostilia: se coloniam Romanam.*] Senatus cum accepisset Syllanum Antonii rebus fauere, Lepidum & L. Plancum veritus, ne hi se quoque Antonianis adiungerent, misit ad eos qui dicerent, nihil iam eorum opera Remp. opus habere. Ac nequid suspicarentur mali, facinusque aliquod patrarēt, iussi sunt à Senatu vrbem ijs Ergosiauorum condere, qui quondam Vienna prouinciæ Narbonensis oppido, ab Allobrogibus expulsi, ad confluentes Rhodani Ararisque fluminum consederant. Itaque illi subsistentes, Lugdunum (antea *Lugudunum* dictū) ædificauerunt. Auctor Dio Cassius lib. XLVI. Quæ si vera sunt nuleve vt scripta accipiantur, perperam se Lugdunenses iactitant, *Coloniam Romanam, & partem exercitus.* Sed qui libēter antiquitatem tueor, Dionis & Cornelii ita scriptum accipio, vt Vienna pulsis Ergosiauis, veterani ciues Romani immixti fuerint à L. Numacio Planco: neque enim nouum est dicere Romanam deductam coloniam, vbi non omnes coloni ciues Romani fuissent. Inde vero expulsi patrio solo Lugdunenses incolæ, non mirum si in Allobroges Vienna potitos, odium hæreditarium exercent.

Cap. 66 *Viennenses velamenta & infulas præferentes.*] Sic & alibi loquitur Cornelius. Morem autem veteribus etiam Romanis vsurpatum significat, quo in belli rebus aduersis v terentur. Hi enim ex Senatusconsulto de pace legatos ad Cn. Marcium, & alias ad alios miserunt: missique oratores cum in castra non reciperentur, sacerdotes suis insignibus velatos isse supplices ad castra hostium, traditum est apud Liuium lib. II. insignia autem erant *Infulæ, lanea velamina quæ capiti imponerentur*, vt est à Varrone scriptum de lingua Latina lib. VI. Ideo vero cum res in discrimine versarentur, iracundiæ exercitus restinguendæ, eo amictu

ſacerdotes prodibant, ait Liuius, vt tanta offuſa oculis animoque religione, hoſtes mouerentur. Eo enim iure vetuſtiores vtebantur; eratque ex pop. Rom. diſciplina, *nequid quod vſquam ſanctum eſſet, apud eos violaretur*, inquit P. Scipio, Liuij XXVI. Contrarium autem fuit in re apud hoſtes religioſa vel ſacra: illa enim capi violarique ſine religione potuerunt, *captaque religioſa vel ſacra eſſe deſiuerunt*. Pomponio ad Q. Mucium, & Paullo iuriſconſultis auctoribus.

Cap. 70. *Petronium vrbis procuratorem.*] Lego, *præfectum*: licet alius *prætorem* legere poſſit, ex ijs literis, quæ primo poſitæ ſunt, *pr.* Alterutrum certe probabilius eſt multo, quam ſi *vrbis procurator*, cuius nemo præterea quod ſciam mentionem fecit, ex hoc vno loco afferatur in Romana Rep. Neque vero intra vrbem fuere tributa, quæ procuratores exigerent: quod ſi ærario populi vindicãdum quidpiam erat, Quæſtorum ab ærario, Præfectorumve muneris fuit.

Cap. 76. *Partem ſe Reip. fecerat.*] Melius & aptius erit, *Participem ſe.*

Cap. 77. *Iũgitur Virginio Põpeius Vopiſc⁹.*] Regi⁹ liber ſic habet, *Conſul cũ Titiano fratre in Cal. Martij ipſe, proximos mẽſes Virginio. Pompeius Vopiſcus, prætextu veteris amicitiæ, plerique Vienenſium honori datum interpretabantur*: quam lectionem Beatus ait breuitati Cornelianę aptiſſime conuenire, & ſcriptorem exiſtimat Vopiſcum Pompeium, qui ſcripſerit, *prætextui veteris amicitiæ* datum, vt Virginius cum Othone conſul eſſet. Verum quid cauſę fuerit, quod plerique datum id honori Vienenſium interpretarentur, cum Virginius, Alciato vindice, Mediolanenſis fuerit? Ego nihil muto ex recepta ſcriptione: & Pompeium Vopiſcum forte Vienenſem cognomine Siluanum, T. Virginio forte Ruffo collegam reor, Iulium Frontinum de Aquęductibus aſſiduum ſecutus auctorem.

Cap. 90. *Galerij Trachali ingenio.*] Hic orator ad Domitiani tempora peruenit, ſobrius & ſatis apertus ſuis, & quem velle optima crederes, auditu tamen maior. *Nam in eo vocis quantum in nullo cognoui*, inquit Quintilianus, *& pronunciatio vel ſcenis ſuffectura, & decora omnino.*

AD LIBRVM II. HIST.

CAP. I. *Obliuiſcendum infenſarum.*] Opinor ſcribendum, *offenſarum.* Beat.

Cap. 3. *Conditorem templi regem Aeriam.*] Coruinianus habet Verianũ, *alij Venerianũ*: Alciatus manult *Vranũ*, ego nihil muto: eſt enim conſtãter ſcriptũ, & ab omnibus probatũ Annal. li. III. *de tribus in Cypro delubris, quorũ vetuſtiſſimum Paphiæ Veneri auctor Aerias, poſt fili⁹ ei⁹ Amathus, Veneri Amathuſiæ &c. poſuiſſet.*

Cap. 7.

Cap.7. *Sed bellantibus &c.*] Diſtinguenda clauſula ex Beati iudicio ſic eſt. *Non fallebat duces impetus militum: ſed bellantibus alijs placuit expectari bellicum*: ſcilicet ex quo ſciretur quam in partem inclinaret victoria, & deinde *Victores victoſque nunquam ſolida fide coaleſcere.*]

Cap.12 *Prouinciæ Narboneñſi Suediũ, &c. duces dederat.*] Imperio conſtituto Prouincia noſtra Populi facta, vt alibi diximus, & conſularis eſt: vnde libro ſuperiori legitur Titus Iunius proconſulatu Galliamque Narbonenſem ſeuere integreque rexiſſe. Moris autem fuit in prouinciam quæ limitem ditionis Romanæ conſtitueret, Proconſuli, Prætori, Præſidive laborum & operis parte leuando, ſi opus eſſet, mittere qui Duces & Limenarchæ dicerentur, ſed hoc loco Vedius Clemẽs, Antonius Nouellius, Æmylius Pacenſis aliam ob rem miſſi ſunt ab Othone, tentandis ſcilicet aggrediendiſque alpibus maritimis, ad id autem duces electi, & cum militibus profecti ſunt, non vt quidam ſcripſit, proconſuli iuuando, quem tum in prouincia non fuiſſe coniicio, ex eo quod nulla proconſulis mentio fit in hac tota quæ ſequitur ciuilium bellorum ſcriptione. Adhæc plura lib. ſequenti, vbi de Valerio Paulino referam. Verum quid eſt dicere, *alpibus tentandis aggrediendiſque prouinciæ Narbonenſi Suedium, &c. duces ab Othone datos?* Si ex Italia mittebantur qui alpes maritimas tentarent, aggrederenturve, illi prouinciæ Narbonenſi non erant dati duces, cum id nomen haberẽt eo quod milites ducerent. Alias non niſi Dux Narbonæ in codice Præfecturarum dicitur. Quare non videntur tres miſſi duces qui prouinciam regerent, ſed qui exercitum Othonianorum ducerent, qui χιλίαρχοι, vt eſt apud Vlpianum, dici potuerunt. Equitem & celebritatis patriæ & emaculandi Cornelij gratia, Clementem, Nouellium & Pacenſem oriundos Prouincia puto: quod ſignificant illa quæ ſequuntur, *Videbatur non Italia adiri nec loca ſedeſque patriæ.* Sic igitur à Cornelio ſcriptum, & cæteris exſcribendum reor, *prouinciæ Narbonenſis Vedium Clementem, Antonium Nouellium, Aemylium Pacenſem duces dederat.* & infra, *Vedius Clemens ambitioſo &c.* ſupraque lib. proximo, *Nouellio, Vedio Clementi primipilaribus.* & non *Suedio*, neque enim Suedium in libris Latinis legas.

Cap.15. *Antipolim Narbonenſis Galliæ municipium.*] Neminem latet *municipes* ciues eſſe Romanos, ex municipijs ſuo iure & legibus ſuis vtentes, muneris tamtum cum pop. Romano honorarij participes. A quo munere capeſſendo appellati videntur, *nullis alijs neceſſitatibus, neque vlla pop. Rom. lege adſtricti, cum nunquam pop. Rom. fundus eorum factus ſit*, vt ait eleganter A. gellius lib. XVI. cap. XIII. Sed ſi Tauroentiũ Olbia, Antipolis, Niceaque in Salyũ ſolo extructę ſunt; illoq; in littore, vnde C. Sexti⁹

Salyes, & Deceates Ligures Alpium maritimarum incolas expulit, cum ex eo facta pop. Romani regio maritima sit, haud scio cur Antipolis municipium à Cornelio appelletur: nisi forte causa sit hæc, quod Sextius ex littoribus, quæ Massilia ducunt in Italiam, pulsis Barbaris, relictam ab ijs oram Massiliensibus attribuit, vt auctor est Strabo lib. IV. Ita non fuit ea pop. Romani facta, quam purgauit proconsul Sextius, nomine socii populi Massilitani. Cæterum è natione Salyum, Deceatium, Oxybiorumue quosdam fuisse non hostiles necesse est dicere, qui municipio à proconsule attributi fuerint. Neque enim colonos à Romanis missos legimus Antipolim, quæ colonia, si id esset, non municipium diceretur. Minus à Massilitanis, quibuscum tandem iudicio contendens Antipolis, libera ab eorum mandatis facta est, inquit ille: quod perperam iudicatum fuisset, si origine sua Massilienses attinuisset. Proinde Galliæ Narbonēsis municipium Cornelio Antipolis dicitur, quod in Narbonensi hodie quoque superfit: olim autem teste Strabone Italiæ annumerabatur. Quæ cum ita sint, vbi C. Plinius ait lib. 3. c. 4. *in ora opidum Latinum Antipolis*, non accipi debet inter Græcas Massiliensium ciuitates fuisse Antipolim, quæ latine loquentes municipes haberet: sed ideo Latinum, quod Italici iuris esset.

Cap. 19. *Robur ac cædem bello legisset.*] *Quod* hic male se habet cum in melius mutare non possim, videndū an non magis cohæreat legere, *coloniam virium & opum validam, robur ac sedem bello legisset.* Hoc tamen nescio an cæteris, mihi ipsi certe non satisfacit.

Cap. 24. *Locus castrorum vocatur.*] Apud Orosium lib. VI. cap. VIII. est locus quem *Castoris* vocant.

Cap. 53. *Rursus consiliaturi.*] Scribendum, *consilituri.*

Cap. 54. *Vt diplomata Othonis.*] Diploma dictum ἀπὸ τοῦ διπλοῦ, quod in charta duplicata scriptum. idem fuit initio, quod nunc literæ, quibus festinatio tabellariorum adiuuatur. Sed imperio constituto promiscue nomen illud pro *rescripto principali* vsurpatum est: vt in Suetonii Nerone XII. *Diplomata ciuitatis Romanæ singulis obtulit*, de quibus Seneca Beneficiorum VII. *Video isthæc displomata & syngraphas, & cautiones, & vacua habendi simulachra.* Illa cum princeps concederet, signabat ipse, vt de Augusto refert Tranquillus cap. L. cum vero prætores proconsulesue tribuerent, principem præscribebant, deinde obsignabant, vt infra eodem Cornelius noster ait, vbi de M. Cluuio Rufo. At horum diplomata præterita scripta die non valebant: principis nisi ad tempus data in perpetuum, id est quandiu princeps viueret. Instituerat enim Tiberius vt indulta beneficia à defunctis principibus Cæsares aliter rata non haberent, quam si eadem ipsi dedissent, vt Suetonius Tito, & Sextus Aurelius retulerunt. Ex eo instituto descen-

descendit, quod diplomata Othonis mortui negligerentur, de quo Tacitus hoc loco scribit.

Eod. *Rapidus in vrbem vectus.*] Beatus coniicit quod verius est, legendum. *Rapide in vrbem vectus.*

Cap. 16. *Captus in eo prælio Maricus, ac mox feris obiectus.*] Similiter postea Constantinus pater per filium attritis Alemannis, qui in Italiam irruperant, ipsorum reges captos spectaculo bestiis obiecit: quæ vetus noxiorum hominum pœna fuit. Siquidem apud Pausaniam libro primo legitur, Lysimachus Macedo Alexandri satelles, in eandem cum leone caueam obiici regis ira iussus: sed cum bestiam à Lysimacho interemptam rex audisset, viri perpetua admiratione virtutem prosecutus est. Romæ vero Scipio exemplo patris sui Æmylij Paulli, qui Macedones vicerat, ludos fecit, transfugas atque fugitiuos bestiis obiecit, autor Florus ex Liuij l. 1. Sic apud Senecam Epistola septima: *Mane*, inquit, *leonibus & vrsis homines, meridie spectatoribus suis obijciuntur.* Quibus in locis confundunt autores obiicere feris damnatos, & ad bestias dare, cum venationis pugna populo exhibetur, vt est ex Appione apud Agellium libro quinto. In eo autem discrimen esse videtur, quod bestiis obiectus, vt Maricus hoc loco, homo imbecillus à valentissima bestia laniatur: ad bestias datus plerumque præclaram bestiam venabulo transfuerberat: qua vero pugna, docet Cassiodorus Variarum lib. v. & illo casu qui certationis discrimine pœnam luisset, culpę vacuus, & pœnæ alterius erat. Vnde apud Vlpianum ad bestias dari, minor liberorum pœna est, quam seruorum, qui summo supplicio afficiuntur. 8. D. lege Cornelia, de falsis. Cæterum Maricus quod plebem ad arma concitasset, legitime punitus est: Paullus enim ait: *autores seditionis & tumultus populo concitato, pro qualitate dignitatis aut in furcam tolluntur, aut feris obijciuntur, aut in insulam deportantur.* I I X L. D. de pœnis. Erant autem hæ diuersæ puniendi formæ, in furcam siue crucem tolli, & feris obiici, quamuis & qui obiicerentur, cruci adfixi forent, quo facilius à bestia laniarentur, vt indicat Martialis libro primo, Epigram. 7.

Nuda Calidonio sic pectora præbuit vrso,
Non falsa pendens in cruce Laureolus.

At bestiis subiectus Maricus, non laniabatur, ait Cornelius, non quod Deus esset, qualis videri gestiebat, sed forte quod citrium dicto pœnę die sumpsisset, vel quod ferarum ora aspergi chalcantho curasset. Legimus enim apud Hermolaum ex Athenæo li. III. cap. in Ægypto horrendis animalibus obiectos prædones, qui theatrum ingressuri citrium à muliercula datum comedissent, mali nihil quicquam ab illis passos esse. C. quoque Plinius de chalcantho lib. XXXIV. cap. XII. scribit, *Nuper inuentum vrsorum in arena, & leonum ora aspergere illo, tantaque est vis in adstringendo, vt non*

queant mordere. Quod vero tanquam inuiolabili Marico feræ quibus obiectus, nec laniatus erat, humanissime pepercissent, an iterũ infligi pœna, aliudve genus mortis irrogari debuerit à Vitellio, iuris quæstio est, cuius Seneca exemplum refert, Declam. III lib. I. sed eius definitio locum alium postulat.

Cap. 71. *Luxu & sagina mancipatus emptusque.*] Nisi Cornelius in dandi casu singulari dixerit, *luxu.* Lucilium, Virgilium, Iulium Cæsarem secutus, vti supra Hist. I. *prætextu veteris amicitiæ datum:* de quo Agellius lib. IV. Malim scriptum, *Luxui & saginæ mancipatus emptusque,* id est, traditus & acceptus, quæ propria verborum significatio est. de illo scriptum Annal. II.

Cap. 80. *Plerique necessitudinibus & propinquitatibus mixti.*] Prouinciales militibus familiarissimos, & milites prouincialibus necessitudine, affinitate, & omnibus rebus coniunctos fuisse Cornelius ait: sed hoc posterius quis illi crediderit? *Prouincialis mulier ei qui ibi meret, contra principum mandata si nubat,* inquit Vlpianus, *nuptiæ non sunt.* Nullæ igitur fuere ex huiusmodi coniunctionibus necessitudines, affinitatesve contractæ: nisi in Syria supplendis legionibus, dicamus inducta fuisse per prouinciam tyrocinia: quemadmodum apud Liuium Annali XXXVII. legitur: *C. Atinium Labeonem, cum prouinciam Siciliam & in ea exercitum regeret, iussum in supplementum scribere ex ipsa prouincia, si vellet, peditum duo millia, & centum equites.* Illud si est, eos qui in patria sua militarent, non videri contra mandata ex eadem vxorem ducere, idque etiam quibusdam mandatis contineri, quod Iulius Paullus libro quinto Respõsorum scripsit, huic loco aptissime accommodatur.

Cap. 85. *Vexillis nomen Vitellij præferentibus.*] Hinc obseruandũ solita vexilla Imperatoris nomine inscribi, vt apud Suetonium de Vespasiano VI. Nomen eius vexillis omnibus sine mora inscripserunt.

Cap. 86. *Titus Fabianus Pannoniam.*] Initio libri consequenti idem dicitur *T. Appius Flauianus:* vbi rectius, non liquet.

Eod. *Sed procurator aderat. Cornelius.*] Malim legere, *Et procurator ad Cornel.* Beat.

Cap. 91. *Irrisere plerique impudentiam æmulationis.*] Æmylio magis placet scribi, *imprudentiam:* ego nihil muto. Si quidem cum Heluidius à Vitellio dissentisset, dixit Vitellius, *solitum se etiam Thraseæ contradicere.* Quo dicto à plerisque irrisus est; non quod Thraseam & Heluidium contulisset, vt alij putant, sed quod à Thrasea integerrimo viro dissimillimus, impudenter illius similis videri vellet, cui sic contradiceret Heluidius: vt Thrasea olim ipse. *Aliis id ipsum placebat,* scilicet impudenter dictum, quod pro exemplari veræ gloriæ Thraseam retulisset, non eorum quem quam qui plus illo apud principes anteriores potuissent. fuerat autem

autem ob virtutes & inuictam libertatem animi inuisus Neroni Thrasea, ideoque in minori dignatione. De quo Annalium lib. 16. Cornelius multa scripsit.

Cap. 92. *Reuersis ab exilio iura libertorum concessisset.*] Ius libertorum Tacito, Marcello, Vlpiano, id est, quod aliis *Ius patronatus*, scilicet quod patronus in manumissos habet. *Sunt enim manumissoribus permulta in libertos concessa, ad remunerandum tam grande beneficium, quod in libertos confertur, cum ex seruitute ad ciuitatem Romanam perducuntur*, inquit Vlpianus. His autem fere ius illud libris studij nostri legitur constitisse: impositis libertatis causa dono, munere, operis, vel officio, vel obsequio, vel alimentis exigendis, vel ex pacta societate liberti bonorum dimidia à superstite exigenda, vel defuncti liberti bonis ex successione accipiendis. Proinde ex hoc Taciti loco dicere oportet, cum exulibus ablata bona fuissent omnia, mobilia & immobilia; iura quoque ablata fuisse, vt quæ in libertos haberent. Vitellius ab exilio reuersis iura libertorum restituit: hoc est, vt à libertis patroni colerentur, inopes alerentur, illisque si decessissent, succederent. fraudabant tamen Vitellij edictum & patronos liberti, qui pecunias & facultates abderent, & potentioribus adscriberent. Tum illo se modo ius, & aduersus id vafrities seruilis habebat: secutis autem seculis omnia mutata. Neque enim bona cuiquam, nisi in perpetuam exilij pœnam damnato ablata sunt I X L. D. de iure fisci. & restitutus ab exilio patronus ipso facto amissum ius patronatus recepit: cuius sententiæ sunt Vlpianus & Hermogenes, I I I. D. de bonis libertorum, & X X I. D. de iure patronatus.

Cap. 93. *Adiacentia Tiberi Germanorum Gallorum, &c.*] Coruini Regis libro scriptum est, *Germanorum Gadauorumque*, Beatus legit, *Batauorum*. Sed meminisse potuit eius, quod supra eodem Cornelius dixit, *cohortes Batauorum, nequid truculentius auderent in Germaniam remissas*: quæ si non inde redierunt, non possunt videri Tiberi adiacuisse. Igitur nihil ex recepto scripto mutandum censeo.

Cap. 95. *Sumptu Caianæ aquæ satiare inexplebiles Vitellij libidines.*] Hic locus non nisi ex Plinio interpretari potest, qui libro trigesimosexto, capite decimoquinto, sic habet; *Vicit antecedentes aquarum ductus nouissimum impendium operis inchoati à C. Cæsare, & peracti à Claudio. Errogata in id opus sestertia quingenta* L. V. M. Illis concinit Suetonius in Claudio X X. apud quem C. Cæsar Caligula inchoauit aquæductum regione Tiburti, & eum Claudius perfecit. Cornelius autem vt de maximo dicturus sumptu in Caianam aquam impenso, Vitellianas libidines inexplebiles scripsit. Quare mirari satis non possum, cur *Caianæ aulæ* scriptio magis Ferretto placeat.

Ad Lib. III. Histor.

CAp.4. *Cæterum vt transmitt.&c.*] Subobscurus locus hic ita illuminandus videtur. Tiscurus Appius Flauianus, qui supra Fabianus, legatus consularis Pannoniam tenebat, qua omissa legionum cœptante motu, Italiam ingressus, diem remeauerat in Pannoniam, eoque nomine perfidiæ suspectus erat. Illi Fuscus Pannoniæ procurator suadebat, vt cum copiis sine militum suspicione transiret in Italiam, & surgentibus tum maxime partibus, se vtilem suis Vitellianis præberet, seque Apponio Saturnino legato Mœsici exercitus in partibus tutandis socium scriptum, viribus & auctoritate reualescere crederet. Quo sensu verba Corneliana accipienti nihil de sinceritate lectionis receptæ ambigendum est.

Cap.9. *Victoria post principia belli.*] Melius erit si legas, *principia belli:* & *post* auferas, quod deest etiam Coruiniano, & vulgaribus libris superest.

Cap. 11. *Mox omissis lictoribus.*] Marcus Apponius Saturninus legatus consularis Mœsiæ rector, qua triumphali statua donatus est, supra lib. XVII. non habuit lictores, quos omitteret, sed qua prouinciam consularem obtineret. Legatus enim eiusmodi ensem gerere, eburneaque sella sedere, & securibus & fascibus vti potuit, quos lictores præferrent: quæ fuere insignia consularitatis cum imperio apud Cassiodorum, lib. VI. Variarum.

Cap.19. *Dedita ad duces pertinere.*] Æmyl. Scaurus Liuij XXXVII. dixit, *captas non deditas diripi vrbes, & in his tamen arbitrium esse imperatoris, non militum.* Ideoq; *prædam vrbis deditæ ad duces pertinere,* Cornelius refert ex iure militari.

Cap.34. *Condita erat T. Sempronio, & P. Cornelio Coss.*] Idem sibi videri significat Velleius in priore, qui deductas colonias sub aduentum Annibalis Cremonam atque Placentiam scribit, & circa Padum, in agrum Gallicum iis ipsis T. Sempronio, & P. Corn. Coss. anno V.C. D.LVI. deductas, Liuius autor est lib 21.

Cap.37. *Nunquam antea non abrogato magistratu, &c.*] Lego *nonnunquam.* Nam Q. Fabio extrema die magistratus sui defuncto, in residuas horas C. Caninium Rebilum Iulius Cæsar substituit. Qua in re tum labefactata maiorum instituta Dion Cassius ait, lib.43. extremo, quod Caninius simul ac consul factus, gessit, deposuitque consulatum: quod Cicero cauillatus, tanta solicitudine ac cura consulem eum in suo magistratu vsum dixit, vt ne breuissimum quidem in eo somnum admiserit. Hinc aperias Sueton. scriptum Iulio LXXVI. *Prid. Cal. Ianuarias repentina consulis morte cessantem honorem, in paucas horas petenti dedit.* De eodem Plutarchus: *Mortuo consule maiore, quanquam vnica magistratui dies superesset, Caninium Rebilium consulem fecit. Ad quem congratu-*

gratulandi causa euntibus multis, Cicero, Maturemus, inquit, *vt ad hominem ante sui consulatus exitum veniamus.* Verum in eo Plutarchi locus suspectus est, quod maiori consuli suffectum refert Caninium. Præcipuus consul Velleij posteriore, insignis Virgilij VII. prior Ciceronis Pisoniana: & maior Plinius VII. C. XLIII. Lucio Crasso dicitur, vel is penes quem fasces sunt, vel is, qui prior creatus sit. Si Fabium, cum moreretur, fasces habuisse Plutarchus nouit, ideoque maiorem dixit, bene est: sin minus, primo loco Fabius creatus non potest videri, qui neque creatus est. Caius enim Iulius contentus Dictaturæ potestate, quartum consulatum titulo tenus gessit, atque binos consules substituit sibi, ait Tranquillus, qui sunt apud Dionem libro quadragesimotertio. Q. Fabius & C. Trebonius. Tum in illo Cæsar præuaricatus est, quod integro anno consulatum non gessit, sed ipse viuus nullo exemplo, nullis patriæ legibus, nulloque edicto, iussus, magistratu se abdicauit, aliosque subrogauit. Exinde receptum scribit Cassius, vt perpauci toto anno consulatum gererent, sed alij pauciores, alij plures menses diesque, prout casus tulisset, eo magistratu fungerentur. Quare in Rossio Regulo falso annotasse periti videantur, nunquam ante id tempus, non abrogato magistratu, neque lege lata, cõsulem alij suffectum, si receptam in Cornelio scriptionem probes: ego ex superioribus ostendisse videor pro *nunquam* legi debere *nonnunquam:* qualiter apud Papinianum 43. D. de Religiosis: *Strictam rationem insuper habemus, quæ nunquam in ambiguis religionum quæstionibus omitti solet,* scribendum esse *nonnunquam,* alij quoque annotauerunt.

Cap. 42. *Portum Herculis Monœci depellitur.*] *In montanis Liguribus,* ait Cato, *sunt portus Herculis Ægyptij. Nam Liburnum in his est, à nomine simul & cognomine illius.* Est & alius qui nomen vetus adhuc retinet, Portus Herculis. Sed & ab eodem cum portu extructa videri potest arx, cui Monigo, vel (vt alij) Monacho nomen vulgus nostratium dat, à priore literis pauculis distans. Hoc suadet Ammianus lib. XV. vbi de Thebano Hercule ad Geryonem extinguendum, & Tauriscum lenius gradiente, prope maritimas alpes, inquit, *Monœci arcem & portum ad perennem sui memoriã consecrauit.* Ex quibus verbis *arx Monœci,* & *Portus Herculis Monœci* diuersa duo significantur. Hæc ego tentare solum, Volaterranus affirmare ausus est, lib. IV. ibi, *Monœci portus, quod solus ibi Hercules coleretur, hodie Monachus.*

Eod. *Marius Maturus alpium maritimarum procurator.*] Idem libro superiore in Liguria Othonianis restitit, quos arcebat ne finibus prouinciæ nostræ appropinquarent: tum enim in verba Vitellij prouincia adacta erat, quam deinde procurator Valerius Paulinus Foroiuliensis Vespasiani verbis adegit, vti mox Cornelius scribit. Licet autem maritimarum alpium nationes

(si Romam attendas) cisalpinæ complures essent, Veneni, Statyelli, Vacienni, Magelli, Euburiates, Intemelij, Ingauni, &c. transalpinæ, Salij, Deceates, Oxybij, non ideo maritimarũ procuratori eidem suberant omnes, vt ex hoc loco obseruari potest. Quicquid enim inter Macram & Varum, addito municipio Antipoli, Romani iuris fuit, procuratori maritimarum: quicquid inter alpium summa iuga & Massilitanam ditionem, procuratori prouinciæ Narbonensis parebat. Sed etsi imperij singularis sub initio Lucilius Capito Tiberij Cæsaris in Asia procurator, eo quod manu militum vsus, in exilium damnatus fuerit, sensim imperio constituto ab illo summo iure recessum est. Tum enim in prouincias quæ prætorem aut proconsulem haberent, procurator plerumque missus est, qui rationes principis tributorum, vectigalium, redituumque curaret, vt ad Annal. XII. diximus. Deinde cum res in prouinciis consedissent, solus procurator in eas missus, & præsidiorum & rei principalis curam habuit: qualis apud Plinium epistol. VII. Terentius Iunior, & Valerius Paulinus ex Corneliano scripto videtur. Neque enim si proconsul prouinciam rexisset, cum de imperio Vespasianus & Vitellius contenderent, nulla eius esset à Tacito facta mentio.

Cap. 50. *Clauarium, donatiui nomen est.*] *Largitio* principum aut *popularis*, aut *militaris* fuit. *Popularis* à mensura *congij*, quę primum data, *congiarium* dicitur, quod initiis imperij principes populo largirentur. Ideoque Annalium lib. XII. *additum Neronis nomine donatiuum militi, congiarium plebi. Militaris* largitio tribui solita militibus, ad recipiendum citatis, vel post victoriam, vel initijs imperij. ex eo *donatiui* nomen habuit; sed & *Clauarium* dicitur, forsan, quod claui ex arca & primiscrinio largitionũ promeretur; quamuis pro indictione extraordinarioque tributo, cuius quantitas ignota est, *clauis*, accipiatur, in tractatu de Prætoribus, & honore præturæ, collatione & gleba, & claui, & folle, & septem solidorum functione, lib. XII. Codicis Iustiniani.

Cap. 66. *Ne victos quidem laturos.*] Beato magis placet, *ne victum quidem laturus*. ego malim, *ne victor quidem laturus*. & procul dubio ita legendum est.

Cap. 72. *Pulsis regibus Horatius Puluillus.*] Capitolium à Toli Vulcentani capite inuento inibi indictum Arnobio, vt opera Tarquiniorum sacratum fuerit Ioui, refert pluribus Dionysius antiquitatum lib. IV. Sed quid M. Horatius Puluillus anno tertio ab exactis regibus cum P. Valerio Publicola iterum consul addiderit Capitolio, non est apud illum; minus apud Liuium, qui nec Puluilli meminit. Conflagrauit autem siue consulto, siue fortuito incendio, vt idem ait, exacta Olympiade CLIII. circiter T. Manlij Torquati, & Cn. Octauij consulatum: idque opinor incendium primum Caio Plinio libro XXXV. cap. III. Alterum secu-

tum

tum eſt Syllanis temporibus, cuius meminit idem Plinius libro XIII. cap. XIII. & operis curatore Sylla, eodem quo antea fuerat loco, refectum eſt Capitolium, anno poſtquam Puluillus dedicarat CDXXV. L. Scipione Aſiatico, & C. Norbano Balbo coſſ. tot enim vno plus minus anni inter Horatii & horum conſulatum interceſſere. Emendo igitur Cornelianum ſcriptum, à quo denarii nota elapſa eſt, vt pro *interiecto* CCCCXV. *annorum ſpacio*, ſcribendum aſſeuerem, CCCCXXV.

Cap. 73. *Quintum Atticum conſulem.*] Malim, *Quintium.* Sunt enim apud Xiphilinum in Vitellio C. Quintius Atticus & Cn. Cæcilius Simplex conſules, intellige, ſuffecti: & Cæcilii ſupra facta eſt mentio.

Cap. 85. *Per auerſam Palatij partem Auentinum.*] Coruiniano ineſt. *Auentini*, & rectius.

Cap. 86. *Pater illi L. Vitellius.*] De patre & ætate Vitellii cum Tacito Tranquillus ſentit: in ætate diuerſus ab illis Dio, qui vixiſſe illum annis quinquagintaquatuor tantum, & non ſeptem, refert: Sed quod inter autores diſcrepat, ſit in medio.

Ad Librvm IV. Histor.

Cap. 1. *Fortuna capta vrbis.*] Malim, *forma.*

Cap. 6. *Priſcus regione Italicæ, Tarracinæ municipio.*] Cornelius regionis Italiæ, non adiecto illius numero, mentionem habuit: Quare vitium exſcriptorum accuſo, qui notam ſeptenarii numeri prætermiſerunt. Eſt enim apud Plinium lib. III c. v. Supra flumen Oufens oppidum Tarracina, lingua Volſcorum Anxur, intra regionem Italiæ ſeptimam ex deſcriptione Auguſti. Itaq; ſic repono, *regione Italiæ ſeptima Tarracinæ, &c.* Dicitur autem Tarracina municipium, pro oppido, non ex veteri nominis ſignificatione: ſic infra eodem, *pacis opera haud procul caſtris in modum municipij extructa*, & ita forte ſupra Hiſt. II. Antipolis municipium dicitur.

Cap. 9. *A prætoribus tractabatur ærarium.*] Hac de re multis egi ad Annalem XIII. vbi ſæpe immutatam ærarii ſeruandi formam Tacitus ait, quouſque Nero viros prætorios, experientia probatos, ærario præpoſuit. Quod bellis ciuilibus non irritum, Veſpaſiano & filiis probatum, ad Traianum durauit. Hic vero quos iudicio probaret ſuo, Præfectos ærarii creauit, vt Publicium Certum, Pliniumque Cæcilianum: & ita tranſlatum à prætoribus ad præfectos, ab his geſtum munus eſt ſubſecutis principibus, Hadriano, Antonino Pio & Marco Philoſopho. Senatus enim conſultum Hadriani temporibus factum, delatoris a præfecto ærario adeſſe iuſſi, meminit. XV. D. de iure fiſci. Sub Pio Aburnius, Valens iuriſconſultus refert Arrianum Seuerum præfectum ærarii pronunciaſſe, XLII. D. de iure fiſci. Marcus item Philoſo-

phus caufam ad præfectos ærarij mifit, tefte Papiniano, XII.D de his quæ vt indignis auferuntur. Sub quibus Agellius eruditiffimus fcriptor, inquit : *Quod per Quæftores dixi, intelligi nunc oportet præfectum ærario fignificari. Nam cura ærarij, à quæftoribus ad præfectum translata eft.* Noctium XIII. c. XXIII. ad finem.

Cap. 11. *Variquepotentia.*] Fuit cum fcriptum effet *Varique Arij potentia*, vt adiectione nominis Arrius hic ab Alfeno Varo difcerneretur, de quo fecuturus eft fermo. Coruinianus liber habet, *Arijque potentia*: & melius.

Cap. 12. *Nec opibus Romanis focietate validiorum attriti.*] Lego, *nec opibus à Romanis &c.* vt fit fenfus, nec opibus à Romanis attriti Batauí, qui focij validiores effent. De his idem Cornelius in vltimo, *Refpicerent Rhetos, Noricofque & cæterorum onera fociorum: fibi non tributa, fed iuuentutem & viros indici, &c.*

Cap. 13. *Sertorium fe aut Annibalem ferens, fimili oris dehoneftamento.*] Plutarchus initio Sertorij, ait, qui duces maxime bellaciffimi fuerunt, eos altero caruiffe oculo, Philippum Antigonum, Annibalem & Sertorium. Quare Tacitus *ore facieque fœdum Ciuilem* illis fimilem ait, vt infra eod. *Dux Claudius Sanctus effoffo oculo, dirus ore*, & Annal. II. *Flauium fratrem amiffo oculo, vnde ea deformitas oris interrogat Arminius.*

Cap. 22. *Vtranque Rheni ripam.*] Manufcripto deeft, *vtranque*, &, hic fuperfluit.

Eod. *Quod duabus legionibus &c.*] Diuinatio Beati mirum in modum placet, vt legam, *quod duabus legionibus, tum vix quinq; milium armatorum, tuebantur.*

Cap. 30. *Prætoriæ portæ.*] Ea in caftris appellata qua exercitus in prælium educitur, quia inde Prætores erant qui nunc confules, & ij bella adminiftrabant quorum tabernaculum quoque dicebatur *prætorium*, ait Pompeius XIV. Significationum.

Cap. 39. *Citeriorem Hifpaniam oftentans.*] Eam vero libentius fufcepit regendam Antonius, quia Tolofæ natus erat, puer cognomine Beccus dictus, apud Suetonium. Legitur autem Tolofæ in Hifpania Capitolium, facris annalibus : vt inde conijcere liceat & Narbonenfi Galliæ, & Hifpaniæ citeriori Tolofam annumeratam olim fuiffe.

Cap. 40. *Aera legum vetuftate delapfa.*] Vefpafianus *ærearum tabularum tria milia, quæ fimul conflagrauerant, reftituenda fufcepit, vndique inueftigatis exemplaribus*, inquit Suetonius in Vefpafiano cap. VIII. quod verifimilius eft, quam leges quæ fummo cultu feruarentur, folius temporis vetuftatifue caufa, aboleri cepiffe.

Cap. 41. *Certatim omnes magiftratus.*] Regium exemplar habet *omnis mens mag.* lego, *omnis iniens magiftratus.* Beat.

Cap. 49. *Neque modica cupiens. &c.* Interpungêdus & fcribendus i-

dus ita locus hic eſt, *neque immodica cupiens: ſed affinitate Vitellij anxius is, crebris ſermonibus tentaritne, &c.*

Cap.53. *In L. Veſtinum confert, equeſtris ordinis virum.*] Hic eſt à Claudio in Lugdunenſi tabula memoratus, ex colonia Vienenſi, equeſtris ordinis ornamentum, ab illo familiariſſime dilectus.

Cap.81. *Alius manu æger.*] Ab hoc ſtetit Dio, ſed in diuerſa parte eſt Tranquillus, Veſpaſia. VII. ibi, E *plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure ſedentem pro tribunali pariter adierant, orantes opem valetudinis, demonſtratam à Serapide per quietem: reſtituturum oculos, ſi inſpuiſſet: confirmaturum crus, ſi dignaretur calce contingere.*

21. *Origo Dei nondum noſtris auctoribus.*] De Serapidis origine & cultu varijs produntur varia: quæ omnia ex Varrone, Diodoro, Plutarcho, Macrobio, Euſebio, Auguſtino, Suida, Euſtathio & alijs obſeruata retulit diligentiſſimus ſcriptor Lilius, Hiſtoria deorum, Syntagmat. VI.

Ad Librvm. V. Histor.

CAP. I. *Priuatis vtriuſque rebus.*] Id eſt, priuſquam pater imperator, & ipſe Cæſar factus eſſet. Sic ſupra hiſt. III. *Flauius Sabinus ætate prior priuatis vtriuſque rebus, auctoritate pecuniaque Veſpaſiano anteibat.*

Eod. *Superior ſui iam crederetur*.] Beatus legit, *ſuperiori via ingrederetur*: ſed longe petita & nimis inſolens translatio in ſenſu verborum erit. Nihil igitur muto, & ſcriptum ſic accipio, vt Titus factus Cæſar ſui ipſius priuati virtutem ſuperaret.

Cap.2. *Iudæos Creta inſula profugos.*] Quamuis inſcitiam Cornelij cum maioribus ſuis in religione cæcutientis, ridere nobis Chriſtianis non liceat, audaciam tamen hominis, ne dicam perfidiam, in ferendo teſtimonio de origine, ſtatu, moribus, rituque Iudæorum per Criticos ſi mirari, ſubinde ridere licebit. Is enim alienæ antiquitatis curioſus, in rebus referendis ſibi cæteriſque Romanis incognitiſſimis, ex auditione multa, ex incertis auctoribus plurima, titubans ita teſtatur, vt fidem ipſe eleuet teſtimonij ſui. Quanto prudentius Dio Caſſius, qui Iudæorum cognomen vnde dictum, ignorare ſe confitetur. Notum illud nobis illis non ignotum fuit, κακὸν ἀνεμώλια βάζειν. Iam vero nemo, vt opinor, neſcit, poſteaquam in Syriæ delecta regione, Deo Opt. Max. duce, Hebræi conſediſſent, veteri nomine relicto quoniam princeps ex animis eorum Iudas erat, Iudæos appellatos, & Iudææ ab illis nomen regioni fuiſſe. Quę Biblia ſacra, Ioſephuſque in Antiquitatibus pluribus literis exequuntur.

Eod. *Plerique Atehiopum prolem, quos rege Cepheo*] Populi finitimi, ſed legibus, moribus, lingua literiſque diuerſi Chaldæi Iu-

dæriqueab exteris opinione confusi sunt. Quod hic dicitur, de illis accipiendum est, qui à regis nomine Chaldæi dicti, postquam mortuo Cepheo, è finibus Æthiopiæ cum exercitu in Persidem exierunt, vt Hellanicus in historia Persica scribit. Iidem antea *Cepheni* dicebantur, ait Stephanus, à Cepheo rege, cui fuberant: illo vero patre Andromedæ, quam in Ioppe littore, vbi nunc Zappha, Orcæ expositam, Perseus liberauit, & duxit vxorem.

Eod. *Solymos carminibus Homeri celebratam gentem.*] Solymi à monte Solymo, populi maioris Asiæ sunt, tandem Milyes dicti, vt ait Strabo lib. 14. idemque Homeri versus, ex Iliad. ζ. & Odyss. ε. producit, quibus Solymorum facta mentio, vt ibi:

Δεύτερον αὖ σολυμοῖσι μαχέσσατο κυδαλιμοῖσι. & alibi:

--- οἱ υἱὸν ἄρης ἆτος πολέμοιο.

--- Μαρνάμενον σολυμοῖσι κατέκτανεν.

Illi vero è patria in coloniam exierant, qui Solymorum ciuitatem, prius Hiebus & Salem dictam, eo vsque habitarunt, quo Hebræi duce Iuda illos armis pepulere.

Cap. 3. *Orta per Aegyptum tabe.*] Specta vt gesta Domini Dei nostri profanum vulgus contaminarit: Cornelius ait Hebræos inuisos Deo, cum is digito suo Pharaonem & Ægyptios tetigit, & computruit Ægyptus, Exodi VIII. & seq. Idem ait Hebræos alias in terras aduehi iussos: vnde apud Strabonem fama asserit Ægyptios proautores gentis, quæ Iudæorum appellatur.

Eod. *Moses coniectura herbidi soli.*] Deus misertus eorum, qui sub Ægyptijs regibus intolerabili seruitutis iugo premebantur, post annos CCCXXX. duce Mose eduxit ac liberauit, edidítque populo plurima signa virtutis & maiestatis suę. Inter cætera cum sitim paterentur castrametati in Raphidim, ictu virgæ à Mose Horeb rupe percussa, prosilijt fons aquæ, populumque recreauit. Exodi XVII.

Cap. 4. *Effigiem animalis quo monstrante, &c.*] Scripsit ridiculus asseueratione Cornelius, Mosem asinos secutum, aquarum venas aperuisse: nunc ait Hebræos cum terræ promissæ appulissent, effigiem asini in penetrali sacrauisse. Sed saltem sui, si non veritatis, memorem mendacē oportuit. Idem Cornelius mox de Cn. Pompeio templum Hierosolymorum ingresso, scribit, *Inde vulgatum, nulla intus deûm effigie vacuam sedem, & inania arcana. Et vtique,* ait Tertullianus in Tacitum: *si id colebatur quod aliqua effigies repræsentabat, nusquam magis, quam in sacrario suo exhiberetur: eo magis quia verebatur extraneos vana cultura.* Solis enim sacerdotibus adire licitum, & conspectus cæterorum velo oppanso interdicebatur.

Eod. *Cæso ariete velut in contumeliam Hammonis.*] Legum Mosis multiplici capite cautum est, vt pro peccato sacerdoti aries offerretur. lib. Leuitici. Quod Ethnici conscij vel suspicaces pro-

prię vanitatis, eorum contumeliæ & Iouis Hammonis contemptus causa à Iudæis obseruari interpretati sunt. Sane Herodoti lib II. Iupiter cum ab Hercule videri nollet, ab eo tandem exoratus, id commentus est, vt amputato arietis capite, pelleque villosa quam illi detraxerat induta, ita sese videndum Herculi præberet. Inde factum vt Ægyptij Iouis simulachrum arietina facie confingerent, & ab Ægyptijs Hammonios aiunt accepisse.

Eod. *Bos quoque immolatur, quem Aegyptij Apim colunt.*] Bouem immolari præcepit Dominus Deus. Deuter. XVI. Gentes eorum odio tribuebant quod ex præcepto Israëlitæ facerent. Illis enim in Memphide Ægypti ciuitate bos Apis nomine nutriebatur in templo, quod regis Apis memoriæ dedicarant: cum is fame facta Alexādrinis ex proprijs facultatibus alimēta præbuisset, teste Suida: deq; Api boue C. Plinius li. VIII. Et Marcellin⁹ li. XXII. Eius aureū caput quod eos signo præcederet, in deserto Hebręi figurarunt, vt ait Lactātius: quo peccato ac scelere offensus Deus, impium & ingratum populum grauibus meritisque pœnis affecit. Exodi XXXII.

Eod. *Sue abstinent, memoria cladis qua ipsos scabies.*] Attende quam audacter aliena de religione loquatur. Similiter ait Strabo lib. XVI. Ex superstitione instituta est carnium abstinentia, & circuncisiones & excisiones. At Iudæis vetuerat Dominus, quæ non ruminaret, licet pedibus bifidis esset, suē comedere, eiusue cadauer quod immundum, contingere. Leuit. XI.

Eod. *Septimo die ocium, &c. quia is finem laborum.*] Ratio falsa est. Eam enim sibi diem ab initio seculorum elegit Deus, religioseque populus etiam in Aegypto, & in deserto obseruauit.

Eod. *Septimum quoque annum ignauia.*] Vitio vertit Ethnicus quod ex lege Dei est; Mosesque sic auctore Deo refert, Leuit. XXV. *Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam, colligesq; fructus eius: septimo autem anno sabbathum erit terræ, requietionis Domini, agrum non seres, vineam non putabis, sponte nata non metes, &c.*

Eod. *E septem syderibus, &c.*] Mundum Deus, & hoc rerum naturę admirabile opus, sicut arcanis sacrę scripturæ Genes. I. continetur, sex dierum spatio consummauit, diemque septimum, quo ab operibus suis requieuerat, sanxit. Hic est Dies sabbathi, qui lingua Hebræorum à numero nomen accepit: non, vt putat Cornelius, à septem sideribus. Græcorum siquidem vel Romanorum, non Iudæorum inuentum fuit, non ita pridem ante Dionis tēpora, dies hebdomadis planetarū appellatione insignire. Qua vero ratione repertum, harmonia cæli spectata, prodidit

idem Caſſius lib. XXXVII. & Plutarchus Problem. CII. At referre quod in aperto apud illos eſt, operæ pretium non puto.

Eod. *Pleraque cæleſtium viſua & curſu ſeptimos per numeros.*] Septenarius numerus ait L. Cælius, legitimus & plenus eſt. Nam & dies ſeptem ſunt, quibus per orbem reuolutis orbes annorum conficiuntur, & ſeptem ſtellæ quæ non occidunt, & ſeptem ſidera quæ vocantur errantia: quorum diſpares curſus, & inæquales motus, rerum ac temporum varietates efficere creduntur. Plura Agellius lib. III. c. X. ex M. Varronis primo librorum, qui Hebdomades vel de Imaginibus, inſcribuntur.

Cap. 5. *Liberum patrem coli.*] Bacchum à Iudæis cultum Plutarchus in Sympoſiis tradidit, appellatumque eorum lingua σάβ-βον, vnde nomen Sabbathi: quam ſententiam Iudæi etiamnum deridiculo habent. Alciat.

Cap. 6. *Præcipuum montium Libanum erigit.*] Non eſt quo ſe verbum hoc referat: & ex iis quibus luſtrare loca nobis narrare datum eſt, ſic accepi, verſus Damaſcum rupium quas nos pendentes & inciſas dicimus præcipitio erigi montem Libanum. Quare ſic legerim, *præcipitium montium*, &c. quam lectionem & aliis probari audio.

Eod. *Amnem Iordanem alit funditque.*] Errat multis milibus Cornelius: non enim ex Libano, ſed ex Antilibano fluit Iordanes fluuius: in quo & Hieronymus ſui videtur oblitus fuiſſe, vbi ait: *Iordanes ad radices oritur Libani, & habet duos fontes, vnum nomine Ior, alterum Dan, qui ſimul iuncti Iordanis nomen efficiunt.*

Cap. 7. *Magniſque vrbibus habitatos, fulminum iactu arſiſſe.*] Deus Opt. Max. pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem de cælo, & ſubuertit ciuitates, eiuſque regionis vniuerſos incolas, cunctaque virentia terræ. Geneſis XIX. Poſidonius addit illis ciuitates vndecim, quarum omnium metropolis erat Sodoma, quæ LX. ſtad. ambitum ſeruat adhuc, inquit Strabo libro XVI.

Eod. *Arena admiſto vitro in vitrum excoquuntur.*] Legendum indubitate *admiſto nitro.* & vitri excoquendi rationem refert Plinius libro XXXVI. cap. XXVI. vbi de flumine Belo inquit, *Fama eſt appulſa naue mercatorum nitri, cum ſparſi per littus epulas pararent, nec eſſet cortinis attollendis lapidum occaſio, glebas nitri è naui ſubdidiſſe. Quibus accenſis permiſta arena littoris, tranſlucentes nobilis liquoris fluxiſſe riuos, & hanc fuiſſe originem vitri.* Felix inuentum rei tam pretioſæ: quæ tamen pretioſior multo eſſet, ſi hominum ingeniis ſupereſſet artificium illius, qui ob Liuiæ porticum corruentem, ſine vlla materia, funibus priſtino reſtitutam, à Tiberio vrbe eiectus, ſupplex ad principem accedens, vitreum poculum conſulto abiecit, fractumque manibus refecit, ſperans eo ſe veniam impetraturum, ait Dio, libro 57.

verum

verum necari ob id iussus est, ne aurum vitro ductili reperto vilesceret.

Cap. 9. *Antonij, Felix progener, Claudius nepos.*] Antonius Felix Iudææ procurator, Drusillæ maritus fuit, Actis Apostolorum XXIV. Ea vero Cyprûs & Agrippæ filia erat: ipsaque Cyprus ex Cleopatra & M. Antonio nata. Sic Felix Antonii progener. Claudius Cæsar ex Druso Germanico & Antonia minore natus, hæc M. Antonii ex Octauia filia, ideo dicitur fuisse Antonii nepos.

Cap. 10. *Patientia Iudæis vsque ad Gessium florum.*] Primus Cæsaris procurator Iudææ cum imperio Pontius Pilatus præfuit, à Tiberio missus, cum Iudæa pulso in exilium Archelao in formam prouinciæ redacta esset. Deinde à Cæsaribus inuestiti Tetrarchæ per aliquot annos in illa regnarunt. Tandem ad procuratores administratio rediit: hique ex ordine fuere. Felix Albinus, Festus & Florus.

Cap. 12. *Empto iure muniendi, struxere muros in pace.*] Obseruandum ex hoc loco per auaritiam Claudianorum temporum venditum, quod secuti principes soliti sunt petentibus gratuito concedere. Et sane quod vetustiores suo iniussu muros extrui nolebant, & M. Aurelius Antoninus præsides vetuit se inconsulto permittere, ideo institutum arbitror, quod vti lib. sup. Tencteri ad Agrippinenses dicebant, muri coloniæ cum munimenta seruitii sint, si clausos iis ciues teneas, virtutis obliuiscuntur. Ad hæc, murus nos ab hostibus tutos, & à subitis latronum incursionibus, præstat, inquit Seneca, de Beneficiis libro VI. Quare quod honori commodoque ciuitatum cederet, id auari principes vendiderunt, liberales concesserunt. Itaque Galba inter ciuitates Hispaniarum & Galliarum quæ cunctantius sibi accesserant, quasdam murorum destructione puniuit, vt ait Suetonius. Qua de re plura in Commentario iuris libertorum c. IIXL. scripsi.

Eod. *Ioannes, quem & Barbagioram.*] Lego *Bargioram*: Hebraicô vocabulo significante emphaticῶs illum *Gioræ filium*. Cæterum Iosippo non *Ioannes*, sed *Simon filius Gioræ* dicitur. Vtut se res habeat, emendandus est ex prædictis Xiphilinus in Vespasiano, cui Βαρφορᾶς est, qui Βαργιορᾶς scribi debuit, ille scilicet quì Hierosolymis principatum tenebat, solusq; in triumpho Vespasiani patris & filii supplicio affectus est.

Cap. 13. *Profectique Iudæa rerum potirentur.*] Idem testatur Tranquillus Vespasiani IV. Erat autem Iudæis ipsis de Messia creditum, fore vt orbis imperium manu armisque populo Iudaico vindicaret, eoque sibi blandientes, quod & gentibus diceretur, Iudæa profectos rerum potituros Iudæi rebellarunt.

Eod. *Sexcenta milia.*] Modestiæ restitutus Cornelius, parcus hic est in numero obsessorum referendo. Iosippo obsessi ad vicies

centena & septingenta milia fuerunt, cum ad festum Azymorum eo ex omni Iudæa conuenissent.

Cap. 25. *Sed virtutes & viros indici.*] Melius erit si *virtutes* in *iuuentutem*, quod per Beatum licet, immutes.

Cap. 26. *Scinditur Nabaliæ fluminis pons.*] Coruiniano inest scriptum, *scinditur flabile*, id vero nullo sensu. forsan erunt quibus placebit legere, *Scinditur Nauæ fluminis pons*: de quo lib. superiore Cornelius inquit, *quia pontem Nauæ fluminis abruperat.* Eiusdemque mentio Ausonii Edylio IX.

Transieram celerem nebuloso flumine Nauam. Beatus scribit, *Vahalis fluminis pons.* Siquidem Taciti lib. II. *Rhenus apud principium agri Bataui, velut in duos amnes diuiditur, seruatq; nomen qua Germaniam prauehitur: ad Gallicam ripam ab accolis Vahalis appellatur.* Delendam ego *Nabaliæ* scriptionem affirmo, quod neque huic, neque vlli ex scriptoribus eius fluminis mentio fiat: an vero *Nauæ*, an *Vahalis* loco vacuo scribi debeat, non statuo: interim Beati Rhenani ingenio, iudicioque felicissimi eruditissimique viri subscribendum esse censeo. Nusquam enim animum induxi aliorum asseuerationi anteponere susceptiones meas: tametsi inter scribendum è priscis auctoribus vbi se dux offert, neruosaque oratio recenti scriptori repugnans, tacitus plerunque in partem diuersam transeo.

Finis notarum Vertranij.

FVLVII

FVLVII VRSINI NOTÆ AD TACITVM.

AD LIB. I. ANNAL.

CAP. 4. *Ne ijs quidem annis, quibus Rhodi specie secessus exulem egerit, aliquid quam iram, &c.*] Ita est in omnibus vulgatis libris, & in codice item, quem habeo domi scriptum manu accurati viri Iocundi Veronensis. Illud autem, *exulem egerat*, licet non ita vsitatum sit, Latine tamen dici, exemplis aliorum scriptorum confirmari potest. Vt non necesse sit, *exulem*, in, *exul* mutare, nec *aliquid*, in, *aliud*. Cum præsertim constet Tacitum ab vsitatis loquendi formulis plerunq; discessisse, secutum Sallustii scripta, qui & ipse M. Catonis antiqua verba, & phrases pæne iam exuletas in plerisque imitatus est.

Cap. 10. *Postremo Liuia grauis in remp. mater, grauius domui Cæsarum nouerca.*] Faernus legebat: *Postremo Liuia grauis in remp. mater, & grauis domui Cæsarum, &c.* vel si magis placet, legi potest: *grauis in remp. mater, grauior domui, &c.* & paulo post idem Faernus ex coniectura legebat: *Comparatione deterrimi sibi gloriam quæsiuisse, &c.* pro eo, quod vulgati libri habent, *comparatione deterrima, &c.* Quæ lectio magnopere placet.

Cap. 15. *Mox celebratio annuum ad Prætorem translata.*] Antonius Augustinus putabat rectius legi posse: *Mox celebratio annua, &c.*] Videndum autem an paulo post legendum sit: *ob mœstitiã, aut gaudiũ, &c.* pro eo, quod vulgo habetur: *Ob iustitiã, aut gaudiũ, &c.* nam mœstitiæ gaudiũ opposuit Tacitus addita, aut, particula.

Cap. 17. *An Prætorias cohortes, quæ binos denarios acceperint.*] Putamus Faernum recte coniecisse legendum esse: *An Prætorias cohortes, quæ binos denarios acciperent, &c.* & ita poscit sententia, vt legatur.

Cap. 20. *Retinentis centuriones.*] Faernus legebat: *Renitentes cẽturiones, &c.* Potest tamen illud, *retinentis*, in vulgatis editionibus positum esse pro, *renitentes*. Paulo post pro eo, quod vulgo legitur, *intus operis ac laboris, &c.* Antonius Augustinus legendũ putabat, *intus operis, ac labore foris, &c.* Sed videtur nimiũ audax cõiectura.

Cap. 21. *Ac rerum Capitalium damnatos sibi iam miscent.*] Faernus legebat: *Ac rerum Capitalium damnatos sibi immiscent, &c.* Deinde videndum an legi debeat: *Prostratos verberibus mulcant,* &c. pro eo, quod vulgo legitur, *mulctant.* nam infra hoc ipso libro habetur: *Nudo, aut mulcato corpore.* A quo verbo fortasse factum est id, quod Græci dicunt ῥυμουλκεῖν, Latini, *remulcare.*

Cap. 39. *Interea legati ab Senatu regressi.*] Faernus legebat *regressum,* pro, *regressi,* & ad Germanicum referebat. De qua lectione mihi non liquet. & paulo post scribebat: *Eo in motu arguere Germanicum omnes, &c.* non, *eo in metu, &c.*

Cap. 41. *Quis ille flebilis sonus? quod tam triste?*] Videtur deesse aliquod verbum & fortasse legi potest: *Quod tam triste spectaculum.*

Cap. 44. *Legatum legionis primæ C. Cetronium.*] In antiqua inscriptione nominatur quidam Q. CETRONIVS. Q. F. PASSER, qui potest ad hunc C. Cetronium, qui a Tacito nominatur, pertinere.

Cap. 47. *Resistentisque Germanico, aut Druso.*] Faernus legebat, *resistentique Germanico, &c.* pro, *resistentis,* vel, vt in aliis, *resistentes.*

Cap. 63. *Vt opus, & alij prœlium inciperent.*] Faernus locum hunc, vt videtur, mutilum, ita restituebat: *Vt alij opus, alij prœlium inciperent, &c.* & paulo post legebat: *Atq; ipsi passim adiacere vallō, oberrare tentorijs, &c.* pro eo, quod vulgo legitur, *adiacerent,* & *oberrarent,* &c. Item post legebat: *Simul hæc, cum delectis scindit agmen, equisque maxime vulnera ingerit,* &c. deleta, *&,* coniunctione.

Cap. 71. *Facta arguebantur, dicta impune erant.*] Hæc verba Petrus Danesius putabat ex alio Tatici loco irrepsisse, eaque vt prorsus ab hoc aliena, reiiciebat consentientibus libris.

Cap. 74. *Quantoq; incautius efferbuerat, pœnitentia patiens tulit absolui reum maiestatis.*] Faernus optima, vt videtur, coniectura restituebat: *Quantoq; incautius efferbuerat, tanto patientius tulit absolui reum, &c.*

Cap. 77. *De modo Lucaris.*] In fragmento marmoreo, quod est apud me, de Ludis Sæcularibus, incisum est: DE LVCARI LVDORVM SÆCVLARIVM, Item: LVCARIS NOMINE, &c. nam *Lucar,* vt docet Plutarchus, dicebatur, τὸ τελούμενον εἰς τὰς θέας, siue vt est apud Glossarum scriptorem, τὸ θεατρικὸν, vt notauimus ad librum de legibus, & antiquis Senatusconsultis, in quo Sæcularium ludorum fragmentum hoc protulimus.

Cap. 78. *Centesimam rerum venalium post bella ciuilia institutam, &c.*] De *centensima* hac, quam Tiberius postea *Ducentesimam* fecit, ita scribit ipse Tacitus infra lib. II. *Regnum in prouinciam redactum est, fructibusque eius leuari posse Centesimæ vectigal professus*

professus Cæsar, Ducentesimam in posterum statuit, &c. Hanc postea remisit C. Cæsar Caligula, vt ex eius nummo æreo, qui est apud me, intelligimus; in cuius vna parte inscriptum est: C. CÆSAR DIVI AVG. PRON. AVG. S. C. in altera, COS. QVAT. PON. M. TR. P. IIII. PP. R. CC. hoc est, *Remissa Ducentesima*, siue, *Remissio Ducentesimæ*, vt in nummo Galbæ Imp. R. XL. hoc est, *Remissa Quadragesima*, siue, *Remissio Quadragesimæ*. Ducentesimæ igitur vectigal, quod erat aurei semissis in centenarium, primus instituit Tiberius sublata centesima, remisit autem C. Caligula, vt scribit Suetonius cap. XVI. *Ducentesimam*, inquit, *auctionum Italiæ remisit, &c.*

AD LIBRVM II. ANNAL.

CAP. 3. *Datus à Cæsare Armeniis Tigranes.*] Expressit Tacitus antiquam formulam, quæ in veteribus quoq; numismatibus extat: REX ARMENIS. DATVS. REX. PARTHIS. DATVS. & cetera id genus.

Cap. 6. *Missis ad census Galliarum, P. Vitellio, & Cantio.*] Docti viri legunt, *Scantio*, nescio an ex aliqua historia mihi ignota. Si coniecturæ locus sit, magis placeret, *C. Antio*, ne à Scriptura veterum librorum longius discedamus.

Citæ remis, augebantur alacritate militum, &c.] Qui huius loci sententiam diligentius inspexerit, probabit, vt opinor, Faerni coniecturam, qui, *agebantur*, legebat, quod de nauibus proprie dicitur.

Cap. 8. *Classis Amisiæ relicta læuo amne, erratumq; in eo, quod non subuexit. transposuit militem, &c.*] Verba sunt, vt videtur luxata, quæ vt reponantur vnde mota sunt, sic videntur ordinanda: *Classis Amisiæ relicta. erratumq; in eo, quod non subuexit. læuo amne transposuit militem, &c.*

Cap. 14. *Meminissent modo auaritiæ, crudelitatis superbiæ: quid aliud sibi reliquum, &c.*] Ita legitur hic locus in codice manuscripto. cum in vulgatis editionibus desit illud. *quid.* Paulo post c. 17. fortasse legendum: *Incubuerat sagittarijs, illâ erupturus, &c.* non, vt vulgo legitur, *rupturus.*

Cap. 20. *Seio Tuberoni.*] De Tuberonis consulatu extat mentio in veteri hac inscriptione:

CERERI. AVGVST. MATRI. AGR. L. BENNIVS
PRIMVS MAG. PAGI. BENNIA
PRIMIGENIA. MAGISTRA FECER.
GERMANICO CÆSARE II.
L. SEIO TVBERONE COSS. DIES. SACRIFICI.
XIII K. MAI.

Ibid. *Vt si murum succederent.*] *Muro succederent*, vsitatius esset. Sed nihil temere mutandum reor. nam à Tacito, vt supra

diximus, communis vsus scribendi non est in omnibus nimium requirendus. Paulo post Faernus legebat: *Qui humilis Germaniæ terris, &c.* non, vt habent editiones vulgatæ, *qui tumidis Germaniæ terris.*

Cap. 28. *Senatus cognitionem poscit, & vocantur patres.*] Faernus legebat: *Senatus cognitionem poscit, aduocantur patres, &c.* & post legebat: *Piso quamquam abfuturum se dixerat Cæsar, &c.* non, *adfuturum.* quæ lectio placet: nam sequitur: *ob id magis agendum censebat, vt absente principe, &c.*

Cap. 38. *Eandem vim in me transmittere.*] Antonius Augustinus ex antiqui codicis scriptura, quæ est, *transmerei*, faciebat, *transmittei.* Et post capite quinquagesimo legebat: *Cæsarique cum nexa adulterio teneretur*, &c. pro eo, quod vulgo habetur, *Cæsarique connexa adulterio teneretur*, &c. Quæ lectio nobis valde probatur.

Cap. 54. *Igitur, aliaque quæ ibi varietate fortunæ, & n stri origine veneranda, relegit Asiam, &c.*] Faernus locum hunc mutilum, mendosumque ita veteribus libris adiutus restituebat: *Igitur Ilium, aliaq; ibi varietate fortunæ, & nostri origine veneranda cum aspexisset, relegit Asiam, &c.*

Cap. 73. *Et erant qui formam, ætatem, &c.*] Videtur deesse particula, *ob*, legendumque: *& erant qui ob formam, ætatem, &c.* & ita legebat Danesius.

Cap. 83. *Sedesque curules Sacerdotum Augustalium locis, superque eas querceæ coronæ statuerentur.*] De hoc ponendi coronas querceas, vel etiam aureas super curules sellas antiquo more, & veteres Scriptores meminerunt, & ex argenteis denariis constat, in quibus sellæ huiusmodi superimpositis coronis signatæ sunt. & fortasse denarius Augusti, in cuius altera parte, sella curulis habetur cum duabus coronis, ad honorem pertinet Cæsari decretum, de quo ita Dio libro XLIV. Ἐψηφίσαντο, inquit, τόν τε δίφρον αὐτοῦ τὸν ἐπίχρυσον εἰς τὰ θέατρα, καὶ τὸν στέφανον. τὸν διάλιθον, καὶ διάχρυσον εἰσάγεσθαι. Itaque Sellę curuli in eo denario inscriptum est, CÆSAR DIC. PERP.

Ibid. *Sepulchrum Antiochæ vbi crematus: tribunal Epidaphne, quo in loco vitam finierat, &c.*] In æreo numismate, quod est apud me, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΕΠΙ ΔΑΦΝΗ, inscriptum est, quod facit ad Taciti locum.

Ibid. *Cum censeretur Clypeus, &c.*] De hac Clypei ponendi consuetudine, & quando primum Clypei imaginum publice, quando in domibus positi, itemque de æreis Clypeis cum argenteis imaginibus, videndus Plinius libro XXXV. capite II. & III. Ad ea vero quæ docti viri de huiusmodi Clypeis protulerunt, addi potest locus ex oratione XII. Hadriani Imp. quem refert Charisius libro II. *Diuus*, inquit, *Hadrianus orationum*

tionum XII. *A vobis P. C. peto, & impetratum validissime cu-pio, vt proxime imaginem Augusti argenteum potius Clypeum sicut Augusto ponatis, &c.* Atque hic ipse ex argento Clypeus signatus est in pluribus Augusti denariis cum inscriptione, CLV. hoc est, CLVPEVS, antiqua scriptura, vt Sulla pro, SYLLA, nisi forte sit, CL. V. pro Clypeus votiuus. Præterea Pedianus in Verrem libr. II. Fornix, inquit, Fabianus arcus, &c. Atque huiusmodi scuta in argenteo denario M. Lepidi columnis Basilicæ Æmiliæ affixa videntur. Suetonius in Caio cap. XVI. Caio inter reliquos honores decretus est Clypeus aureus, quem quotannis certo die Collegia Sacerdotum in Capitolium ferrent. Trebellius Pollio in Claudio. Claudio, inquit, Clypeus aureus Senatus totius iudicio in Romana curia collocatus est, &c. De Clypeo Scipionis cum imagine patris & patrui videndus Silius Italicus, libro VII.

Cap. 85. *Exacta & à Titidio Labeone Vistilia marito; cur, &c.*] Faernus addebat vocem, *ratio*, & legebat: *Exacta & à Titidio Labeone Vistilia marito ratio, cur, &c.* Fieri autem potuit, vt id verbum, quod duabus tantum litteris notatum esset, rō, facile librarius omiserit. Paulo post cap. 86. magis placeret: *Et Cæsar quamuis post habitam decies sestertium*, &c. non, *sestertio*.

Ad Librvm III. Annal.

Cap. 1. *Compleretur non modo portus, & proxima maris.*] Nihil est mutandum, quamuis *proxima mari*, vsitatius sit.

Cap. 6. *Non enim eadem decora principibus viris, & Imperatori, populoque modicis domibus, &c.*] Omnino videtur addendum, *quæ*, quod omissum videri potest à librario, ob alterum, *que*, præcedens. Itaq; legendum: *Non enim eadem decora principibus viris, & Imperatori, populoque quæ modicis, &c.*

Cap. 12. *Et priuatas inimicitias noui Principis vlcisçar.*] Faernus legebat, *non vi Principis*, &c. Antonius vero Augustinus, *non vt Princeps*, &c. quæ lectio non displicet.

Cap. 14. *Scripsissent expostulantes.*] Locum esse mutilum indicant verba, quæ Faernus addebat ex manuscripto libro. Sunt autem hæc, quæ nihilominus non implent: *Scripsissent: instabant accusatores statim scribi sententias expostulantes, &c.* Paulo post videtur legendum: *Et accepto quinquagies sestertium*, &c. non, *sestertio*, supra.

Cap. 26. *Cum honesta suopte ingenio peterentur.*] Quæ præcedunt verba, *vetustissimi*, &c. & quæ sequuntur, *cuperent*, &c. postulant, vt legatur, *peterent*, non, *peterentur*. licet & hoc ferri possit.

Cap. 28. *Tum Cn. Pompeius, &c. Suarumq; legum auctor idem*

& subuersor, quæ armis tuebatur, armis amisit.] Hæc verba, Cæsaris locum, quem hîc adducam, non solum illustrant, sed vulgatam etiam eius scripturam confirmant, quæ dubitari potest, an sincera sit. Sic enim Cæsar libro primo de bell. ciuil. *Nouum in Rep. introductum exemplum queritur, vt Tribunicia intercessio armis notaretur, atque opprimeretur; quæ superioribus annis armis esset restituta, &c.* Dubium autem non est, quin Taciti quoque verba ad Tribuniciam potestatem à Cn. Pompeio restitutam referenda sint. Videnda quæ ad Cæsarem eo loco notauimus.

Cap. 28. *Visi à priuilegijs parentum cessaretur.*] Illud, *visi*, mendosum est, proque eo Danesius, *nisi*, reponebat, vt totus locus ita legatur: *Acriora ex eo iudicia, custodes etiam lege Papia Poppæa præmiis inducti, nisi à priuilegiis parentum cessaretur, &c.* nam vocem, *inditi*, ex ea, quæ sequitur, *inducti*, repetitam esse suspicari possumus. Paulo post c. vigesimo nono Antonius Augustinus legebat; *Hæc tamen initia fastigij*, &c. non, *ac tamen*, &c.

Cap. 34. *Multa duritie veterum melius & lætius mutata.*] Videtur legendum, *duritiæ*, non, *duritie*. Et paulo post: *Cæsium Cordum Proconsule Cretæ*, &c. non, *Proconsulem*. & ita est in vv. c c. e antiqua formula.

Cap. 46. *Et fugientibus consilite.*] Ex loco inferiore, qui e lib. v. *aliosque occultos consilit, &c.* videtur hîc scribendum; *& fugientes consilite, &c.*

Cap. 51. *Rubellius Blandus.*] Videndum an hic sit, qui æreis numismatibus dicitur C. RVBELLIVS. BLANDVS III. VIR. A. A. A. F. F. de quo item infra Tacitus mentionem facit.

Cap. 55. *Verum hæc nobis maiores, &c.*] Faernus addebat vocem, *aduersus*, & ita legebat: *Verum hæc nobis aduersus maiores, &c.* Sed incertum, an ea lectio ex coniectura sit, an vetere aliquo libro. Paulo post capite quinquagesimo nono legebat: *Non æmulationi, non odio, &c.* pro eo, quod vulgo legitur *æmulatione, &c.*

Cap. 67. *Ausis ad Cæsarem codicillis.*] Faernus legebat, *missis ad Cæsarem codicillis*, &c. & paulo post capite sexagesimo nono, *Cytheram potius concederent*, &c. non, *concederet*. Videndum item an illud, *minutura*, quod est paulo supra, mutandum sit in, *minus tuta*. De *Iunia* vero *Torquata* Silani sorore, & de *Manlia* Torquatorum familia per adoptionem in familiam Silanorum inserta diximus in lib. de Familiis, additis tribus inscriptionibus de hac ipsa Iunia Torquata.

AD LIBRVM IV. ANNAL.

CAP. 2. *Inter cæteros metus crederetur.*] Faernus pro corrupto verbo, *crederetur*, reponebat, *oriretur*. Sed legi etiam posset, *cresceret*. Paulo post capit. 3. Faernus ita legebat: *Neque femina amissa pudicitia alia abnuit*, &c. quod magis placet quam illud, *abnuerit*.

Cap. 14. *Queis præcipuum fuit rerum omnium iudicium ea qua tempestate Græci, &c.*] Corrupte penitus. Faernus legebat: *Queis præcipuum fuit rerum omnium iudicium tempestate qua Græci, &c.* Paullo post pro, *Oscum quondam ludicrum leuissimæ apud vulgum oblectationis*, &c. Faernus, & Danesius legebant: *Oscum quendam ludium leuissimæ, &c. vt auctoritate patrum coercendus sit.*

Cap. 20. *Sed liberalitas Augusti auulsa.*] Danesius addebat ex v. c. particulam, *&*, legebatque: *Sed & liberalitas, &c.* Videndum autem an paulo post cap. 28. sit scribendum: *Innocentem Cornutum, & falso exterritum*, &c. pro, *falsa*.

Cap. 30. *Intercessit Gallus Asinius, Gyaro aut Donusa claudendum censeret.*] Locum corruptum esse nemo non videt. Faernus legebat: *Intercessit, vt Gallus Asinius, Gyaro aut Donusa claudendum censuerat.*

Cap. 33. *Etiam gloria, ac virtus infensos habet, vt animus ex propinquo diuersa arguens.*] Videndum an illud, *animus*, sit mutandum in, *nimis*, vt ex ea mutatione aptior sensus eliciatur. Et paulo post capite trigesimo quarto, pro, *namque spreta exolescunt*, vt est in vulgatis, legendum videtur: *Namq; quæ spreta exolescunt, &c.* Nam lapsus est librarius in voce *quæ*, iterum non repetita.

Cap. 36. *Præfectum vrbis Drusum.*] v. c. habet *præfectum vrbi*, &c. & sic est in antiqua formula, Q. IVNI. RVSTICI. PRÆF. VRBI. Infra item cap. 41. ex v. c. legendum: *Rursus Seianus non iam de matrimonio*, &c. non vt in vulgatis, non tam de matrimonio, &c.

Cap. 42. *Quanquam Lentulus Gætulicus Coss. Des. lege Iulia damnasset.*] v. c. habet: *Quamque Lentulus, &c.* Et paulo post cap. 44. Faernus legebat: *Nam patre eius L. Antonio ob adulterium Iuliæ morte punito, &c.*

Cap. 45. *Saxoque caput adflixit.*] In v. c. est, *allisit*, non, *adflixit*. Sed male. nam Tacitus id verbum accepit à Sallustio, qui lib. IV. histor. dixit: *Aut mulcato corpore, in prora patibulo eminens adfligebatur.* & lib. II. *Caput adfligebant.* & ipse Tacitus infra lib. XIV. *Fuste caput adflixit.* Illud autem *allisit*, videtur esse glossema verbi *adflixit*.

Cap. 49. *Simulæque armenta (vt mos barbaris) iuxta clau-*

ſa,&c. Videtur illud, *æque* repetitum ex præcedente verſu, & fortaſſe legendum: *Simulque armenta*, &c. vt Daneſius etiam notauit. Paulo poſt cap.53. videtur ex v. c. legendum: *Eſſe in ciuitate pateretur Germanici coniugem*, &c. Nam in libris vulgatis deeſt verbum, *pateretur*.

Cap.59. *Adſimulabatque iudicis partes aduerſus Germanici ſtirpem,&c.*] Faernus legebat coniectura, vt videtur, non mala: *Adſumebatque iudicis partes*, &c. Et poſt capite ſexageſimo quinto legebat: *Qui Dux gentis Etruſcæ cum auxilium appellatus tuliſſet, &c.* Nam vulgo legitur corrupte: *Cum auxilium appellatum tauiſſet*, ſiue, *ductauiſſet*.

Cap.68 *Speciem arctæ amicitiæ facere.*] Faernus legebat, *fecere.* & paulo poſt cap.70. *Sed Cæſar ſollennia incipientis anni Kal. Ianuarijs*, &c. non, *Ianuarias*.

Cap. 71. *Verum vt cunctationes Cæſaris aperirentur.*] Imo legendum: *Verum ne cunctationes,&c.* Paulo poſt capit. 72. in v. c. eſt: *Et poſtquam non ſubueniebatur*, &c. pro *ſubueniebat*. Item capit. 73. *L. Apronio inferioris Germaniæ Proprætore*, &c. non, *Proprætori*.

Ad Librvm V. Annal.

CAp. 4. *Feſtiſque in Cæſarem ominibus.*] Placeret magis: *Fauſtiſq; in Cæſarem ominibus*, &c. nam ſic eſt in antiquis formulis. Paulo poſt cap.10. Faernus legebat: *Quippe elapſum cuſtodia pergere ad paternos exercitus*, &c. non, *lapſum*, &c. vt eſt in vulgatis. Nam illud *lapſum*, à librario factum eſt, qui omiſit litteram, *e*, ob præcedentem alteram verbi, *quippe*.

Ad Librvm VI. Annal.

CAp. 2. *Tum retulere Scipiones.*] Faernus legebat: *Tum de ſe retulere Scipiones*, &c. Et paulo poſt legebat: *Prorupere pridem concepta odia*, &c. non, *Prorupere per idem,&c.* Deinde ſcribendum cap. 4. *Vt vero Latini Latiaris ingreſſus eſt accuſator*, &c. & ſic legebat Daneſius. Item, *præbebant*, magis placeret, quam *præbebatur*, ſi pro, *Acrius*, reponatur, *ac reus*. vt totus locus ita legatur: *Accuſator, ac reus, iuxta inuiſi, gratiſſimum ſpectaculum præbebant.*

Cap. 5. *C. Cæſarem quaſi inceſtæ virilitatis.*] Videtur ſcribendum: *In C. Cæſarem*, &c. nam paulo poſt habetur: *ſeu compoſuerat quædam in C. Cæſarem, vt impudicum.*

Cap.7. *Quid repens, aut vetuſtate obſcurum.*] In v. c. eſt: *Quid recens*, &c. quod placet: Et paulo poſt ex eodem v. c. Ant. Auguſtinus legebat: *Seius Quadratus, cuius originem non reperi*, &c. nam in vulgatis editionibus deeſt verbum, *cuius*.

Cap. 11. *Feruntque ab Romulo Dentrem Romulium.*] Vel hic ex Li

ex Liuio, *Dentrem Liuium*, eſt ſcribendum. vel apud Liuium ex Tacito, *Dentrem Romulium*, reponendum.

Eod. *Cilinium Mæcenatem equeſtris ordinis.*] Scribendum *Cilinium Mæcenatem*, *&c.* vnico *L.* Sic enim eſt in v. v. c c tum apud Tacitum, tum apud Macrobium in luſibus Auguſti, qui Mæcenatem appellat, *Ciliniorum Smaragdum.* *Cilnium* autem pro, *Cilinium*, corrupte habent codices Liuiani manuſcripti, vnde docti viri Tacitum emendari poſſe putarunt, cum potius ex Tacito, apud quem minus corruptum legitur hoc nomen, Liuius emendandus fuiſſet. Neque vero apud Silium, repugnantibus præſertim omnibus libris, mutandum fuit *Cilinus*, in, *Cilnius*; Sed potius ex Silij verſu debuit confirmari Taciti pæne incorrupta ſcriptura. Nec etiam defuere qui ex antiqua inſcriptione, quam ſubiiciam, *Iunium Mæcenatem* hic apud Tacitum ſcribendum putarint. Adeo fatale fuit, vt in *Mæcenatis* nomine non tantum oſcitantes librarij, ſed curioſi etiam antiquitatis viri ſæpius fallerentur. Inſcriptionis exemplum hoc eſt:

C. IVNIO. THALATIONI
C. MÆCENATIS. LIBERTO
FLATVRARIO
SIGILLARIARIO
C. IVNIVS. EVOKATVS. FELIX
TIT. DD.

Cap. 14. *At Rubrio Fabato.*] In veterib. denariis nominatur R O S C I V S quidā F A B A T V S. Sed non putamus ex eius denarii auctoritate quicquam apud Tacitum mutandum eſſe. Paulo poſt Faernus corruptum locum ita reſtituebat: *cuſtodes additi ſunt. Sane is repertus apud fretum Siciliæ, &c.*

Cap. 15. *Ser. Galba, L. Sulla Coſs.*] Atqui in eburnea teſſera, quæ apud me eſt, habetur: L. S V L P. L. S V L L A. Quid igitur? erratum dicemus apud Tacitum? Non puto. nam Sulpiciam gentem duobus ſimul prænominibus vſam fuiſſe, L. &, Ser. diximus in familiis Romanis ad denarium L. S E R V I I. R V F I, qui cum ex Sulpicia eſſet familia, duobus his prænominibus, vt ibi notauimus, vſus eſt.

Eod. *Deinde redditis abſentiæ cauſis admodū vagis.*] Placeret magis, *vanis*; niſi illud, *vagis*, ſit verbū Tacito familiare, vt pleraq; alia, quę ab exoleta prorſus antiquitate ſumpſit. Paulo poſt Faernus legebat: *Et offenſiones ob remp. captas, &c.* non, *ceptas*, vel vt alij reponunt, *ſuſceptas*. Quod tamen non eſſet æque improbandum.

Cap. 17. *Ac famam præceps dabat.*] Niſi ſit phraſis Tacito familiaris, ſcriberem: *ac famam in præceps dabat, &c.* & paulo poſt legendum: *Millies ſeſtertium, &c.* non, *ſeſtertio.* quod mendum ſæpe apud Tacitum irrepſit. Deinde Faernus pro vulgatis illis c. 19. *aurariasq; eius, &c.* legebat, *argentarias eius, &c.* deleta copula, quæ

Cap.23. *Sponte vel necessitate, incertum habebatur.*] Tacito magis familiare fuisset: *Sponte an necessitate*, &c. Et paulo post in v. c. habetur: *Tradidere quidam præscriptum fuisse Macroni*, *&c.* non, *descriptum*. Item post cap.25. *Vt a.d. quintum decimum K. Nouembris*, *&c.* nam in vulgatis editionibus desunt notæ. A.D.

Cap.28. *Phœnix auis in Ægyptum venit.*] Totum hunc Taciti locum de *aue Phœnice* mirum in modum illustrant, quæ scribit Achilles Statius Alexandrinus lib. 3. de Leucippe, & Clitophonte, cuius Græca verba hic subiicere operæpretium existimamus: Φοῖνιξ μὲν ὁ ὄρνις ὄνομα, τὸ δὲ γένος αἰθίοψ, μέγεθος κατὰ ταὼνα, τῇ χροιᾷ ταὼς, ἐν κάλλει δεύτερος, κέχρωσαι μὲν τὰ πτερὰ χρυσῷ καὶ πορφύρᾳ, αὐχεῖ δὲ τὸν ἥλιον δεσπότην, καὶ ἡ κεφαλὴ μαρτυρεῖ, ἐστεφάνωσε γὰρ αὐτὴν κύκλος εὐφυής, ἡλίου δέ ἐστιν ὁ τοῦ κύκλου στέφανος, εἰκών. κυάνεός ἐστι ῥόδοις ἐμφερής, εὐειδὴς τὴν θέαν. ἀκτῖσι κομᾷ, καὶ εἰσὶν αὗται πτερῶν ἀνατολαί. μερίζονται δ' αὐτοῦ αἰθίοπες μὲν, τὴν ζωὴν, αἰγύπτιοι δὲ, τὴν τελευτήν. ἐπειδὰν γὰρ ἀποθάνῃ (σὺν χρόνῳ δὲ τοῦτο πάσχει μακρῷ) ὁ παῖς αὐτὸν ἐπὶ τὸν νεῖλον φέρει. σχεδιάσας αὐτῷ καὶ τὴν ταφήν. σμύρνης γὰρ βῶλον τῆς εὐωδεστάτης, ὅσον ἱκανὸν πρὸς ὄρνιθος ταφὴν, ὀρύττει τε τῷ στόματι, καὶ κοιλαίνει κατὰ μέσον, καὶ τὸ ὄρυγμα, θήκη γίνεται τῷ νεκρῷ. ἐνθεὶς καὶ ἐναρμόσας τὸν ὄρνιν τῇ σορῷ, καὶ εἰς τὸ χάσμα γηΐνῳ χώματι. ἐπὶ τὸν νεῖλον οὕτως ἵπταται, τὸ ἔργον φέρων. ἕπεται δὲ αὐτῷ χορὸς ἄλλων ὀρνίθων, ὥσπερ δορυφόρων, καὶ ἔοικεν ὁ ὄρνις ἀποδημοῦντι βασιλεῖ, καὶ τὴν πόλιν οὐ πλανᾶται τὴν ἡλίου. ὄρνιθος αὕτη μετοικία νεκροῦ. ἕστηκεν οὖν ἐπὶ μετεώρου σκοποῦ, καὶ ἐκδέχεται τοὺς προπόλους τοῦ θεοῦ. ἔρχεται δέ τις ἱερεὺς αἰγύπτιος, βιβλίον ἐξ ἀδύτων φέρων, καὶ δοκιμάζει τὸν ὄρνιν ἐκ τῆς γραφῆς. ὁ δὲ, οἶδεν ἀπιστούμενος, καὶ τὰ ἀπόρρητα φέρει τοῦ σώματος, καὶ τὸν νεκρὸν ἐπιδείκνυται. καὶ ἔστιν ἐπιτάφιος σοφιστής. ἱερέων δὲ παῖδες ἡλίου, τὸν ὄρνιν τὸν νεκρὸν παραλαβόντες, θάπτουσι. ζῶν μὲν οὖν, αἰθίοψ ἐστὶ τῇ τροφῇ· ἀποθανὼν δὲ, αἰγύπτιος γίνεται τῇ ταφῇ. Hæc quidem Achilles Statius de Phœnice. Suspicor autem in Taciti verbis illis, *mille quadringentos sexaginta vnum interici*, duo menda subesse: vnum, factum ex notis obscurioribus; quæ cum essent C D L X. à librariis mutatæ sunt partim, in D L X. partim in C I Ɔ C D L X. addita nota Φ ad eam summā, quā Tacitus ediderat, C D L X. Cuius additiōis causa apparet fuisse ignoratio notæ C D. quam librarius putauit esse, C I Ɔ. Plinius certe libro x. cap. 11. edit annos D C L X. nisi & ipse ex hoc Taciti loco emendandus sit. Alterum mendum putamus esse in verbis illis, *vnum interici*, pro quibus scribi posset, *vnum in terris*, &c.

Cap.30. *Effusæ clementiæ, modicus securitate.*] Placeret magis, *modicus securitatis*, &c. nihil tamen mutādum censeo. potest enim esse phrasis Tacito familiaris. Paulo post cap.35. v. c. habet: *Modo equites tres prœlij more*, &c. pro, *equestris prœlij more*, &c. vt est in vulgatis. Sed lectio libri manuscripti videtur mendosa. Cum vulgata confirmetur loco Liuij, apud quem ita legitur libro XXII. *Minime equestris modo pugnæ*, &c. Quod ideo dictum est à Liuio, quoniam

niam equitibus, vt Polybius ait, neque conuertere se, neq; iterum in hostem procurrere licebat.

Cap. 36. *Aliosque occultos consilit.*] Vsus est Tacitus hoc verbo supra, vt ad eum locum notauimus. Quod vero obscurius videretur, Faernus pro eo, reponebat, *conscios*, vel propius ad vulgatam scripturam, *consilij*. Nos putamus nihil mutandum esse. Paulo post cap. 38. idem Faernus legebat: *Et continuum abscessum, velut exilium obiectando,* &c. non, vt vulgo legitur, *& continuo abscessu,* &c. Item cap. 41. *Ceterasque vrbes, quæ à Macedonibus sitæ,* &c. cum in vulgatis desit præpositio, *a*. Et infra cap. 43. *Et si qui alij delectum capiendo diademati diem naui* vel (vt est in v.c.) *naui diem non concelebrauerant.*

Ad Lib. XI. Annal.

CAP. 1. *Dedita per prouincias fama.*] Faernus optima coniectura legebat, *didita*, nō, *dedita*. quo verbo vtitur sæpe Lucretius, cuius si recte memini, est illud, *per terras didita fama.*

Cap. 3. *Sed consultanti super absolutione Asiatici.*] Faernus legebat, *consultantes*, &c. & paulo post cap. 4. videtur legendū: *Pergitq; Suilius agere reos*, &c. non, *reddere*. nisi verbū *reddere* Tacitus ex antiquo aliquo sumpsit Scriptore; vt verbū *grauitatem*, quod sequitur paulo post, pro quo libentius legerem, *caritatem*. nam *caritatem annonæ* vsurpauit Cicero, & alij etiam Scriptores.

Cap. 10. *Exin validissimas præfecturas inuasit, & recuperare Armeniam, in Vibio Marso, &c.*] In v.c. est: *Exin validissimas præfecturas inuisit, & recuperare Armeniam parabat, in Vibio*, &c.

Cap. 14. *Quo exemplo Claudius tres literas adiecit.*] Hoc idē Suetonius ait. Sed tres literæ, quæ fuerint, non scribit. Vnius certi sumus ex titulis, vt *ampliauit*. alterā existimo fuisse I I pro H Græco: tertia littera quæratur, & fortasse pro ω aliqua nota.

Cap. 15. *Sæpe aduersis Reip. temporibus accitis, quorū monitu: &c.*] Non displicet veteris libri scriptura, qui habet, *accitos*, pro, *accitis*, quamuis & *accitis* æque placeat. Paulo post videtur legendum: *Nō alium infensius contra patriam, ac deos Penates, quam parentem eius exercuisse, &c.* In vulgatis autem libris est, *parentes*, &c. quod non placet.

Cap. 18. *Qui natione Caninefas.*] Scribendum est, *Cunnanefas*, ex antiqua inscriptione apud Vulsinios superioribus annis reperta, cuius exemplum hoc est:

L. CANNVLEIVS
IN. ITALIA. VOLSINIENSIVM. PATRIÆ. SVÆ. ITEM FERENT. ET. TIBVRTIVM ITEM. COLONI. ITALICENSIS. IN. PROV. BÆTICA. PRÆT. ETRVR. POPVLOR. SACERDOTI. CÆNINENSIVM. M. HELVIVS. M. F. CLEMENS ARNENSI. DOMO. CARTAGINE. PRÆF.

EQALÆ. PRIMÆ. CANNANEFATVM PRÆSIDI. SANCTISSIMO. ET. RARISSIMO. CVRAM. AGENTE. L. ACCNIO CALLISTO. TRIBVNO. MIL. LEG. XIIII. GEM. SEV.

Eod. *Quæ nimia, & incertum an falso iacta.*] v.c. habet: *Quæ munia, & incertum an falso iactata*, &c. Sed de verbo, *iactata*, dubius non sum, de *munia*, hæreo.

Cap. 22. *De se Nonius, conscios non edidit.*] Videtur deesse verbum, *confessus*, quod Faernus addebat, sic legens: *De se Nonius confessus conscios non edidit*, &c. Paulo post cap. 23. v.c. habet. *Nisi cœtus alienarum velut captiuitas inferatur*, &c. non, *inferatur*.

Cap. 25. *Vt iudicium censorum, ac pudor sponte cadentium.*] Faernus legebat: *Vt iudicium censorium*, &c. Et paulo post pro eo, quod in vulgatis est, *Quo censa sunt ciuium LXIX. centena, & CXLIIII. millia*, &c. Antonius Augustinus legebat: *Quo censa sunt ciuium sexagies nouies centena millia, & centum quadraginta quatuor.*

Cap. 27. *Noctem denique actam licentia coniugali.*] Videndum an illud, *denique*, mutandum sit in, *diemque*. Item paulo post cap. 29. an addendum sit prænomen Cai, vt Faernus legebat: *Ac primo Callistus iam mihi circa mortem C. Cæsaris narratus*. &c.

Cap. 34. *Tum quicquid habitum Neronibus & Drusis.*] Iam pridem Faernus *auitum*, pro, *habitum*, emendauit, vt alibi etiam, *auitas*, pro, *habitas*. Paulo post scribendum est, *Cæsoninus*, ex antiquis titulis.

AD LIB. XII. ANNAL.

CAP. I. *Cœlibi vitæ intonanti*] Amicus meus homo doctissimus putabat huic loco mendum aliquod subesse, legebatq; *cœlibis vitæ intoleranti*. Ego nihil mutandum censeo. nam ex vulgata lectione aptus elicitur sensus, & phrasis resipit antiquitatem eam, cuius studiosum fuisse Tacitum diximus.

Cap. 2. *Ne fœmina experta fecunditatis.*] Sine dubio legendum, *expertæ fecunditatis*, quo modo Faernus quoque legebat, & paulo post cap. 4. fortasse rectius esset, & vsitatius: *Serere crimina in Silanum*, &c. nam & ita sæpe Sallustius locutus est, cuius Tacitum imitatorem fuisse diximus.

Cap 10. *Sed & filium Vononis nepotem Phraatis accersere.*] Danesius legebat, *accedere*. Et paulo post cap. 11. videtur fortasse legẽdum: *Clementiamque ac iustitiam, quãto ignoratiora barbaris, tanto lætiora capesseret*, &c, non, vt vulgo legitur, *tolerantiora*. Deinde interpungendum sic: *vt externis quoque gentibus quietem velit Datum post hæc C. Cassio, qui Suriæ præerat.*

Cap. 12. *Rexque Arabũ Abbarus aduenerat.*] Hic in numismate æreo Gordiani Pij Imp. dicitur ΑΒΓΑΡΟϹ ΒΑϹΙΛΕΥϹ. in cuius numismatis altera parte caput ipsius regis diadematũ cum titulo si recte memini, ΕΔΕϹϹΕΩΝ, signatũ est. In alio autem eiusdem Gor-

Gordiani numismate item æreo, rex ipse Camelo insidens impressus est cũ eodẽ titulo, Camelus autem Arabũ insigne est, in argẽteo etiam denario familiæ Plautiæ, in quo REX ARETAS inscriptum est.

Cap.20. *Atque Claudius quanquã, &c.*] Videtur vel delenda copula, *que*, vel legendum: *At Q. Claudius*, &c. Et paulo post cap.24. scribendum: *Et publicis actis perscriptum*, &c. non *præscriptum*.

Cap.32. *Colonia Camulodonum valida veteranorum manu deducitur.*] Faernus legebat, *manus*, &c. quod placet. *Camulus* vero deus, siue *Sangus*, siue alius, è Sabinis Italiæ populis colebatur: vt ex antiquo lapide apud Sabinos reperto constat, in quo Camuli ipsius simulacrum incisum est, cum titulo, CAMVLVS: Sed ab eo *Camulodonum* nominatum esse, vix credi potest, præsertim cum in inscriptione vetere Nomentana sit, CAMOLODONVM.

Cap.37. *Supplicium mei obliuio sequeretur.*] Videndum an legi debeat, *sequetur*. Et paulo post cap.38. Faernus legebat: *Ac ni cito è vicis & castellis proximis subuentum foret, copia Ro. occidione occubuissent*, &c. Deinde cap.39. scribebat: *Vt quondam Sugambri excisi, aut in Gallias traiecti forent.*

Cap.41. *Et Cæsar adulationibus Senatus cessit.*] In v. c. additur Verbum mendosum, *liberis*, pro quo scribi posset, *libens*, vt ita legatur: *Et Cæsar adulationibus Senatus libens cessit.* Miror autem Tacitum omisisse hic alios honores Neroni adolescenti tunc decretos, de quibus extat memoria in aureis apud me nummis cum instrumentis sacrorum & inscriptione in vno. SACERD. COOPTATVS. IN. OMNE. CONL. SVPRA. NVMER. in altero cum titulo, quem hic Tacitus ponit: EQVESTR. ORDO. PRINCIPI. IVVENTVTIS, & Clypei dedicatione, quam Tacitus prætermisit.

Cap.42. *Qui mos sacerdotibus.*] Magis placeret, *qui honos*, &c. Nam id est vlitatius & paulo post cap. 45. fortasse legendum *Asperius*, pro eo, quod vulgo legitur, *Casperius*.

Cap 46. *Ne dubitaret armis, quam incruẽtas conditiones malle.*] Libri veteres variant. nam alij habẽt: *Ne dubitaret armatus, quam circumuentus cõditiones malle*, &c. alij: *Ne dubitaret armis incruentas conditiones malle*, &c. quod magis placet.

Cap.47. *Quod dedecorum barbaris trahebatur.*] v.c. habet, *habebatur*, non *trahebatur*. Illud autem, *dedecorum*, Danesius mutabat in, *modo pecorum*, quod pluribus locis Sallustius vsurpauit in fragmentis historiarum.

Cap.48. *Vt sæpe principes Romani in eandem Armeniam, &c.*] Ita Danesius legebat. In vulgatis autem deest, *in*, præpositio. Et paulo post cap. 49. Faernus legebat: *Erat Cappadociæ procurator Iulius Posthumus ignauo & deridiculo, &c.*

Cap.45. *Postquam cognita cæde eius haud obtemperatum esset.*] Faernus legebat: *Postquam cognito, Cai iussis haud obtemperatum esse,&c.* Sed locus videtur mutilus, & cui non ita facili medicina mederi possit. Paulo post cap.56. magis placeret: *Ac tantum spatium amplexus,&c.* pro eo, quod est in vulgatis: *Attamen spatium amplexus.*

AD LIB. XIII. ANNAL.

CAP. I. *Ad mortem agitur inuito Principe.*] Videtur legendum, *adigitur*, vt est in v.c. quod magis placet, quam illud, *agitur*, & paulopost cap. 5. videtur abundare vox, *quidem*, legendumque, *Ne designatis Quæstoribus edendi gladiatores, &c.* Sunt enim verba Senatus decreti. Videtur item abundare cap. 6. verbum, *dixerant*, quod est paulo post, legendumque, *Contra alij melius euenisse, quam si inualidus senecta, & ignauia Claudius, &c.* potest enim videri illud, *dixerant*, adiectum esse.

Cap. eod. *Pleraque in summa fortuna auspicijs & consilijs, quam telis, & manibus geri.*] Magis placet, *pluraque &c.* & ita aptius ad sententiam. Et paulo post cap.7. Faernus legebat: *Simul pontes super amnem Euphratem, &c.* non, vt in vulgatis, *per pontem, &c.* Et deinde cap. 9. pro eo, quod vulgo legitur, *Et Vologeses quo bellum ex æquo modo pararet, &c.* Faernus legebat: *Et Vologeses quo bellum ex æquo mox appararet, &c.*

Cap. 12. *Quando vxore ab Octauia nobili quidem & probitatis spectatæ.*] Magis placeret *nobili quamquam, & probitatis, &c.* Et paulo post cap.13. addenda videtur dictio, *se*, legendumque, *Senecæque se permitteret.*

Cap.16. *Quia cibus potusque eius delectus ministri gustu explorabatur.*] Ita legendum, deleta dictione *ex*; quam tamen retinebat Danesius, legebatque *ex ministris*, &c. Hic autem minister in antiquis inscriptionibus dicitur, PRÆGVSTATOR, vt in hac apud me inscriptione.

TI. CLAVDIVS. TI. AVG. LIB. ARRIO
CLAVDIONIANO SCRIB. LIBEL. TI.
CLAVDIVS. FLAMMA. CLAVSVS. TI.
AVG. PRÆGVSTATOR. FRATRI. PIISS.
ET. FIDELISSIMO. FEC.

Eod. *Vt perinde ignaram fuisse, atque Octauiam sororem Britannici constiterit.*] Ita Faernus legebat: & paulo post cap.18. *Quæ vt coniugis Imperatoris solitum & matri seruabantur, &c.* Deinde legebat cap. 19. *Illa spe vltionis casu oblata*, &c. non, vt in vulgatis, *vltionis causa*, &c.

Eod. *Coniugioque eius etiam imperio Remp. rursus inuadere.*] Faernus legebat: *Coniugio eius etiam imperiũ rursus*, &c. Nec displi-

pliceret, si ita legeretur: *Coniugioque eius petito Remp. rursus inuadere.* &c,

Cap. 25. *Et ore praeferret.*] Danesius ex v.c. legebat: *Et ore se Caesarem ferret.* &c. Et paulo post: *Quia vi attentantem acriter repulerat*, &c. non, vt vulgo, *vim tentantem*, &c. quamuis nec illud, *vim tentantem*, displiceat.

Cap. 28. *Comprobauere patres, incusata Antistij licentia.*] Videtur legendum, *non probauere*, &c. Contra supra, ex, non mutassent, factum fuit, *commutauissent.*

Cap. 32. *Redditur ordini Lusius Varius.*] Placeret, *L. Varius.* Et paulo post legendum, vt in v.c. *De capite famaque coniugis cognouit, & insontem pronunciauit*, &c. non, vt vulgo habetur, *nuntiauit.* Deinde Faernus legebat cap. 33. *Quia absoluere nequibat Caesar, traxit sententiam donec mortem obiret*, &c. nam illud, *senecta*, quod est in vulgatis, mendosum videtur, & sine sensu.

Cap. 38. *Nihil in summa pacis proficiebatur.*] Faernus rectissime, vt opinor, legebat: *Nihil in summam pacis*, &c. & paulo post Danesius, *offerri*, legebat, pro, *afferri*, siue vt alij, *auferri.*

Cap. 42. *Omnia potius toleraturum, quam veterem ac olim partam.* &c.] Faernus legebat: *atque olim partam*, &c. & ita est in v.c. Et paulo post videtur legendum cap. 46. *Se ire ad illam, sibi concessam dictitans nobilitatem*, &c. Deinde pro, *accepto aditu*, vt est in vulgatis, scribendum est fortasse, *hac cepto aditu*, &c.

Eod. *Ibi se summa fortuna dignam visere.*] In v. c. est, *videri*, pro *visere.* Faernus tamen retinebat verbum, *visere*, & pro, *digna*, legebat *dignam.*

Cap. 50. *Acri etiam populi Ro. tum libertate.*] Videtur venustior lectio veteris libri, quae est, *Acri etiam tum populi Ro. libertate.* Paulo post cap. 52. Faernus legebat: *Valuitque pecuniosa orbitate & senecta, quam vltra eorum vitam produxit, quorum impetum euaserat*, &c. pro eo, quod vulgo legitur, *quorum ambitu euaserat*, &c.

Cap. 54. *Cum dubius Auitus accepta à Paulino prouincia.*] Recte à doctis viris emendatum est, *Vibius Auitus*, nam ita in manuscripto etiam libro. Paulo post, cap. 55. Faernus legebat: *Seruarēt sane receptos* gregib⁹ *inter hominū famē.* &c. & ita Danesius pro eo, quod in vulgatis est, *Seruarent sane receptos inter hominū famā* &c. Deinde cap. 57. Faernus legebat: *Cūcta viua occidioni dantur, &c.* non, *victa*, vt est in libris vulgatis. Item Danesius: *Aut quo alio humore reniterentur*, &c. pro, *niterentur.*

Ad Lib. XIV. Annal.

CAp. 1. *C. Vipsano.*] Legendum *C. Vipstano*, ex fragmentis inscriptionum Fratrum Arualium, in quibus est:

ADFVERVNT. A. VITELLIVS. M. APONIVS.

SATVRNINVS. L. SALVIVS. OTHO. TITIANVS. SVLPICIVS. CAMERINVS. C. VIPSTANVS. APRONIANVS. P. MEMMIVS. REGVLVS. C. PISO. Item : ADSTANTIBVS. SVLPICIO. CAMERINO. MAGISTRO. L. SALVIO. OTHONE. TITIANO. C. VIPSTANO. APRONIANO.

Eod. *Fœcunditatem, & verum animum timeri.*] Iampridem Faernus emendauit: *Fecunditatem, & vterum annuum*, &c. quæ lectio eo mihi magis placet, quod eam video probari doctis etiam aliis viris, quibus sic emendare in mentem venit. Danesius vero pro eo, quod est in vulgatis, *aperiat*, legendum putabat, *operiatur.*

Cap. 5. *Et recuperatam matris gratiam.*] Magis placeret, vt Faernus legebat: *Et recuperatam matri gratiam*, &c. Paulo autē post licet, *lembucunculorum*, bona lectio sit, *lenunculorum* tamen reperiri in v v. c c. Eamque lectionem confirmari testimonio veterum aliquot inscriptionū diximus in notis ad Sallustium, & Cæsarem.

Cap. 7. *Questibus, votis, clamore, diuersa rogantium.*] Danesius ex v. c. legebat, *rogitantium*. Et paulo post Faernus legebat: *Iam in mortem centurioni ferrum distringenti*, &c. non, vt in vulgatis, *Nam in mortem*, &c.

Cap. 11. *At posteaquam frustra oblata sint, infensa*, &c.] Danesius legebat: *Ac posteaquam frustrata, vt infensa*, &c. & paulo post Faernus pro, *Temporum quoq; Claudianorū oblita insectatione, &c.* legebat: *Temporum quoq; Claudianorum addita insectatione, &c.* siue, *abdita insectatus*, vt ex veteris libri vestigiis legi etiam potest.

Cap. 12. *Iturium & Caluisium*] *Titurium*, habet v. c. & post cap. 16. Faernus pro vulgatis illis: *Nec dum insignis ætatis nati considere*, &c. legebat: *Nedum*, &c. Sed Danesius ita totum locum restituebat; *Contractis quibus aliqua pangendi facultas, nedum insignis ætatis vatibus considere; &c.*

Cap. 20. *Si cōsideret.*] Danesius addebat dictionem, *ne*, legebatque. *Ne si consideret*. &c. & paulo supra cap. 19. emendabat: *Qua clariorem effecit*, &c. non, vt in vulgatis, *quam*, &c.

Eod. *Quoties P. R. sederet.*] Faernus legebat *Quoties P. R. ludos ederet, &c.* & paulo post pro lectione vulgata, *An iustitiam augurij, &c.* reponebat: *An ius augeri, & decurias equitum*, &c.

Cap. 32. *Et femina in furore turbata.*] Faernus legebat: *Et feminæ in furorem turbata*, &c. & paulo post pro, *motis*, restituebat, *amotis*, legebatq;. *Neq; amotis senibus, & feminis, &c.*

Cap. 35. *Sed tunc non vt tantis maioribus ortam, &c.*] Videndum an legi debeat: *Se tunc non vt, &c.* nam fieri potest, vt illud *set*, quod ita scribebant antiqui pro, *sed*, ex primæ literæ sequentis verbi *tunc*, factum sit.

Cap. 39. *Detentusq; rebus gerundis Suetonius, &c.*] Faernus, legebat:

gebat:

gebat: *Demotusq; rebus gerundis* Suetonius, &c. & paulo post cap. 40 *Vinicio Rufino*, non, *Vicio Rufino*. Deinde cap. 41. delebat particulam, *si*, legebatq;: *Vt perinde pœna teneretur, ac publico iudicio calumniæ condemnatus, &c.*

Cap. 43. *Quæ ne in metu quidem pericula nostra auertit.*] Faernus legebat: deleta, *in*, præpositione, *Quæ ne metu quidem*, &c. Et paulo post videndum an addenda sit interrogationis nota ad verba illa, *deliberatum est?* Illud autem, *iure cæsum videri*, ex antiqua iudiciorum formula Tacitus sumpsit.

Cap. 44. *Multa sceleris indicia præueniunt, quæ si serui, &c.*] Ita Danesius legebat. nam in vulgatis deest illud, *quæ*. & post videtur delendum illud, *non*, legendumque, *Inulti inter nocentes agere.*

Cap. 48. *Et publicæ clementiæ maximũ exemplum futurum.*] Faernus legebat. *futurus*, pro, *futurum*. quod magis placet. Et paulo post cap. 51. pro illis, *Ac quæ illis pro cognatis moribus fuere*, &c. legebat: *quæ illi pro gente & maioribus fuere, &c.*

Cap. 52. *Illudere voces, quoties caneret.*] Magis placeret, *vocem*. Et paulo post cap. 53. Faernus legebat: *Innumeram pecuniam circumdedisti*, &c. nam in vulgatis deest illud, *circum*.

Cap. 55. *Sed in ea ipsa ætate, cuius autoritas, &c.*] Totus hic locus ita legi commodius posset: *Sed in ea ipse ætate, cuius auctoritas tueretur quicquid illi* vel (vt Faernus) *illis, & qualecunque tribuisset, ac tamen neutrum datis à se præmijs exuit, &c.*

Eod. *Pudet referre libertinos, qui te ditiores sunt.*] Ita Danesius legebat, addito, *te*, quod in vulgatis deest. Et Faernus paulo post legebat: *Aut me Claudio postponis*, &c. non, vt in vulgatis, *præponis*, &c. Deinde: *Innatumque robur subsidio*, &c. non, vt vulgo legitur, *inornatumque*, &c.

Cap. 57. *Quæ turbidos, & negotiorum appetentes faciat.*] Faernus legebat: *facit*. & paulo post cap. 59. *Et ad Senatum litteras misit, &c.* non, *Sed ad Senatum*, &c. Deinde cap. 60. *Amouetur tamen primo*, &c. non, *Mouetur*, vt in vulgatis.

Cap. 62. *Et quæstionibus ancillarum eluserat.*] Faernus legebat: *elusa erat*, &c. Nisi magis placeat, *illusum erat*. Et paulo post cap. 64. idem Faernus legebat: *Cumque Germanici, & postremo Agrippinæ nomen cieret*, &c. non, vt in vulgatis, *Communeque Germanici, &c.*

AD LIB. XV. ANNAL.

CAP. I. *Et dissensione Hyrcanorum gentis valida.*] Faernus legebat, *& deditione, &c.* Et paulo post: *Omitteret ocius obsidionem, &c.* non, *omitteret potius, &c.* Paulo supra in v. c. est, *quosdam viuos congestis arenæ obdidit, &c.* non, *abdidit*.

Cap.7.*Calauius Sabinus.*] Placeret, *Flauius Sabinus.* Et paulo post Faernus delebat dictionem,*sed*,legebatque:*Nihil mutato consilio,vi ac minis alares exterruit.*

Cap.13.*Et alij propria ignauia,aut metu Corbulonem opperientes.*] Ita est in v. c. nam in vulgatis desunt illa, *aut metu.* Et paulo post videtur legendum omissa,*pro*,dictione: *Quod Armenius semper Romanæ ditionis,&c.*

Cap.14. *Quid de Armenia cernerent: Adiecisse deos dignum Arsacidarum, simul & de legionibus Romanis statuerent.*] Videtur ex v.c.ita legendus hic locus: *Quo de Armenia decernerent. Adiecisse deos dignum Arsacidarum, simul vt de legionibus Romanis statuerent.*

Cap.15.*Ducum inter se breuis sermo secutus est, hæc conquerentium.*] Faernus legebat: *hoc conquerente*,&c.Paulo post cap.18.pro, *frumentum plebis*,fortasse legendum,*frumentum publicum.* nam in v.c.est *frumentum pull.* sed corrupte.

Cap.20.*Ergo aduersus nouam prouinciarum superbiam.*] Faernus legebat,*prouincialium*,pro,*prouinciarum.*Et paulo post legendum: *Structam ante Auguralem aram*,&c.non,*structa*,quod mendosum est.De *Augurali* autem *porta* mētio est supra,vbi scriptum est, *Augurali egressus*,&c.

Cap.36.*Prouincias Orientis maxime Ægyptum, secretis imaginationibus agitans.*] Nihil mutandum, quamuis fortasse melius legeretur,*machinationibus*,pro, *imaginationibus.* Paulo autem post cap.37. Faernus legebat: *Nihil vsquam periculosum sibi publicis locis*,&c. pro eo, quod vulgo legitur: *Nihil vsquam perinde lætum sibi,&c.*

Eod. *Cuncta denique spectata, quæ etiam in femina nox operit.*] Danesius ex v.c.legebat,*aspectata*,non,*spectata.*Et paulo post cap. 38. ex eodem v. c. legendum: *Ad hæc lamenta pauentium feminarum,fessa ætate senes,aut rudis pueritiæ ætas*, &c. In vulgatis deest verbum,*Senes.*

Cap.40.*Quia à prædiis Tigillini Æmilianis proruperat.*] Suetonius in Claudio cap. XVIII. *Quum Æmiliana pertinacius arderent, &c.* Videnda quæ scripsimus ad verba illa Varronis ex libro III.de re rustica (*Qui habitant extra portam Flumentanam, aut in Æmilianis, &c.*) vbi inscriptionem etiam protulimus, quæ apud me est in ænea tabella, *De naui oneraria, quæ seruit in Æmilianis.*

Eod. *Quippe in regiones XIV. Roma diuiditur.*] Conuenit hoc cum aliis Scriptoribus, & antiqua etiam inscriptione, in qua est: MAGISTRI. VICORVM. VRBIS. REGIONVM. XIIII.

Cap.41.*Multa seniores meminerant,quæ reparari nequibant.*] Videndum an legi debeat,*reperiri*, pro eo, quod est in vulgatis:*reparari.*

ari. Quod vero dicit Tacitus, XIV. *Kal. Sextiles*, pro eo Liuius lib. I. habet, XV. *Kal. Sept.*

Cap. 43. *Custodes: & subsidia reprimendis ignibus, &c.*] Faernus addebat particulam, *vt*, ad sensum necessariam, legebatq;. *Vt custodes, & subsidia reprimendis ignibus, in propatulo quisq; haberet*, &c. Et paulo post cap. 44. deleta, *in*, particula, legebat: *Haud perinde crimine incendij, quam odio generis conuicti. Et pereuntibus addita ludibria, &c.* Deinde: *Vt flammandi, &c.* non, *aut flammandi.*

Cap. 49. *Prohibueratq; ostentare, vanus assimulatione.*] Videndũ n potius sit legendum, *vana æmulatione*, &c. Et paulo post cap. 51. x v. c. legendum: *Neq; Senatui, quod in manus esset, prouisum, quoam modo pœnas euersæ reip. daret*, &c. nam in vulgatis corrupte est: *Neq; Senatui, quod inane esset*, &c.

Cap. 56. *Prior tamen Natalis totius coniurationis magis gnarus simul arguendi peritior.*] Faernus parua mutatione legebat: *Simul arguenti paratior.* Et paulo post cap. 57. pro, *Senatores intantis tormentis*, &c. legebat: *Senatoresque intacti tormentis*, &c. Sed Danesius, *ne intentatis quidem tormentis*, &c.

Cap. 58. *Retinuit, infregitq; impetum.*] Non est dubium, quin, *nuit*, legendũ sit, pro, *retinuit.* & ita Faernus emendabat. Et paulo post cap. 62. legebat: *Quod vnum tantum, & pulcherrimum habeat*, &c. pro eo quod vulgo legitur: *Quod vnum iam tamen & pulcherrimum habebat*, &c. Deinde delebat verba, *bonarum artium*, &c.

Cap. 64. *Seneca interim durante tractu, & lenitudine mortis.*] aceret magis, vt Faernus legebat: *lętitudine mortis.* Et paulo post Danesius emendabat: *Frigidus iam artubus*, &c. non, *frigidis*, &c.

Cap. 67. *Is proximo in agro scrobem effodi iussit, quem Flauius vt humilem & angustã increpans*, &c.] Faernus ex v. c. legebat: *Quam Flauius vt humilem & angustam, &c. ad scrobem*, referens.

Cap 71. *Statius proximus veniam, quam ab Imperatore acceperit, vanitate exitus corrupit.*] Faernus rectissime, *velocitate*, legebat, pro, *vanitate.* Et post cap. 73. addita voce, claros, legebat: *Tantam claros viros & insontes ob inuidiam aut metũ extinxisset.* Item addita rursus voce, *iram*, legebat paulo post: *Neu compositam & literatam mansuetudinem principis, iram nouam ad sæuitiam retineret.*

Cap. 74. *Et venerationem hominum merito.*] Verbum, *hominum*, licet retineri possit, magis tamen pro eo, placeret, *numinum.*

AD LIB. XVI. ANNAL.

CAP. 7. *Aut memoria tantum infensi nominis ad discordias vteretur.*] Scribendum, vt Faernus legebat: *Ac ne memoria tantum infensi nominis*, &c. Et paulo post delendum est verbum, *exritus*, scribendumque. *Nam Silanus intentior metu, & exitio pa-*

trui ad præcauendum erat,&c. Deinde Faernus legebat, cap.19. *Sed non prærIpere percussori gloriam*, &c. non vt in vulgatis, *sed non permittere*, &c.

Cap.11. *Et Nero intercessit, mortem sine arbitrio permittens.*] Videndũ an legi debeat: *Et Nero intercessit, mortis arbitrium permittens.* Paulo post cap.21. Faernus legebat: *Et cum deûm honores Poppææ decernerentur*,&c. non, *decernuntur.*

Cap.22. *Qui tibi lasciuiam exprobrent.*] Faernus legebat: *Quasi tibi lasciuiam exprobrent*,&c. Et paulo post cap.24. *Sperans exterritum Thraseam scripsisse per quæ claritudinem principis extolleret*, &c. pro eo, quod est in vulgatis: *Spe exterritum Thraseam sensisse per quæ claritudinem*,&c.

Cap.32. *Et quantum nunc sæuitia accusationis*, &c.] Cum in v.c. Faernus scriptum inuenisset: *Et quantum mīæ*, &c. vel, vt in alio, *Et quãtum nunc*,&c. ex ea voce fecit *misericordiæ*,&c. quam lectionem ita plane scriptam vidimus postea in aliis libris manuscriptis. Paulo post pro, *habitu & ore ad exprimendam imaginem honesti, & exerciti*,&c. Faernus legebat, *honesti exercitus*,&c. Sed Danesius non male, *honesti & exercitio*, &c. quamuis lectio Faerni magis placeat.

Ad Lib. I. Histor.

CAP.I. *Atque omnem potestatem ad vnum conferri.*] Non displicet lectio Danesij, qui habet ex v.c. *Atque omnium potestatem*, &c. & paulo post magis placeret: *Sed ambitionem scriptoris facile aduerteris*, &c. non *auerseris*, vt est in vulgatis, siue, *auerseris.*

Cap.8. *Cluuius Rufus, vir facundus, & pacis artibus, belli inexpertus.*] Videtur deesse vox, *clarus*, quam addebat Faernus, legebatq;, *& pacis artibus clarus, belli inexpertus.*&c. & paulo post c.12. idem Faernus emendabat: *Hunc vel illum ambitiosis rumoribus destinabant*,&c. non, *ambitionis*, vt erat in vulgatis.

Cap.10. *Iisdem erga aliena sumptibus, quibus sua prodegerãt.*] Videtur illud, *erga*, abundare. Et paulo post Faernus emendabat: *& inquieta vrbs auctoribus*,&c. non, *actionibus*, vt erat in vulgatis. Sic supra, *Bis & vicies millies sestertium*,&c. legebat.

Cap.21. *Occidi Othonem posse.*] Ant. Augustinus legebat: *Occidi Pisonem posse*, &c. Et paulo post cap.22. Faernus: *Non erat Othoni mollis, & corpori similis animus*, &c. pro eo quod in vulgatis est: *Non erat Othonis mollis*,&c.

Cap.27. *Per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad Miliarium aureum sub ædem Saturni pergit*, &c.] Domum Tiberianam ad radices Palatini montis fuisse, didicimus ex inuentis nuper in eo loco laminis plumbeis cum inscriptione Tiberij Cæsaris. Tacitum autem illustrant verba Suetonij de eadem re. Sunt autem hæc: *Vt se in*

se in Foro, sub ædem Saturni ad Miliariũ aureum operirentur, &c. Et recte. Nam Forum Romanum sub æde Saturni fuit ea parte, quæ est inter arcem Tarpeiam, & Palatinum montem, vt ex Dionysio etiam apertius constat. Quin & ipsa Saturni ædes Tarpeij montis radices attingebat, vt ex veteri inscriptione de Ærario ibi reperta intelligimus. Tacitus etiam ipse infra libro tertio sic habet: *Vix dum regresso in Capitolium Martiale, furens miles aderat, nullo duce, sibi quisque auctor: cito agmine ad Forum, & imminentia Foro templa prætervecti, &c.* & supra libro duodecimo: *Per ima montis Palatini ad aram Consi, mox ad Curias veteres, tum ad Sacellum Larium, Forumque Romanum, &c.* Larium enim Sacellum fuisse in summa sacra via, qua parte Foro Romano iungebatur, scribit Solinus, cap. 11.

Eod. *Pars clamore, & gladiis, pars silentio, &c.*] Faernus legebat: *Pars clamore, & gaudijs, &c.* Et paulo post capite trigesimo: *Sed perinde à nobis plus donatiui ob fidem, quam ab alijs*, &c. pro eo quod est in vulgatis: *Sed proinde à nobis donatiuo ob fidem, quam ab alijs*, &c.

Cap. 35. *Sumpto thorace Galba irruenti turbæ neque ætate, neque corpore sistens.*] Faernus emẽdabat, *resistens*, &c. nã, *re*, syllaba videtur à librario prætermissa, ob præcedentem postremam verbi, *corpore*. Et paulo post legebat, *prehensare arctius, complecti armis*; &c. non, *prehensare manibus*, &c. vt puto ex v. c.

Cap. 38. *Infaustam adoptionẽ aduersantes.*] Faernus mutabat ex v. c. verbũ *aduersantes*, in, *versantes*. Paulo post Plutarchus in Galba pro, *Vergilionem*, edit *Seruilionem*. Item *Arcadium*, pro, *Lecanium*. Sed à Græcis scriptoribus fides in Latinis nominibus non est nimium requirenda.

Cap. 49. *Dispensator Argius è prioribus seruis*, &c.] Faernus recte ex v. c. restituebat: *è primoribus seruis*, &c. Et paulo post ex eodem v. c. restituebat: *Et publice ciuitate Romana donatos*, &c. cũ in vulgatis tantum sit: *publice donatos*, &c.

Cap. 52. *Ita comitatem bonitatemque fauentes vocabant.*] Danesius ex v. c. statim addebat: *simul, auiditate imperandi, quod simodo, sine iudicio donaret sua*, &c. Pro A. vero *Cæcina*, qui paulo post nominatur, non putamus recte emendatum esse, *Allienus Cæcina*, nam *Cæcina*, non cognomen, sed nomen familiæ fuisse, constat ex alio *Cæcina*, qui C. CÆCINA LARGVS dicitur in inscriptione fratrum Arualium, & alio item, qui in basi statuæ Vespasiani Imperat. dicitur C. CÆCINA PÆTVS. Hic autem ipse A. Cæcina habetur apud me in antiquo lapide, ita plane inscriptus, A. CÆCINA. Nomina vero familiarum apud Romanos omnibus litteris scribebãtur, cum prænomina vnicis tantum, vel duabus, aut ad summum tribus litteris notarentur.

Eod. *Imponere iampridem Imperatoris dignationem & auferre priuati securitatem,&c,*] Faernus omissa copula, &,legebat: *Imponere iampridem Imperatoris dignationem,auferre,*&c.

Cap.58. *Pari simulatione vinculorum frustratur.*] Faernus emendabat: *Partim simulatione,*&c.& ita postulat sententia. Paulo post cap.65. Danesius sic legebat: *Et Galba redditus Lugdunensium occasione ira in fiscum verterat*, &c. In vulgatis autem est, *reditus*, *&c.*

Cap 66. *Quoties pecuniæ materia deesset, stupris & adulteriis exorabatur.*] Ita legebat Faernus,omissa copula,&,quæ est ante verbum, *stupris*. Et paulo post cap. 67. *Rapuerint pecuniam missam in stipendium Castelli,&c.*non,*rapuerunt*,vt in vulgatis.

Cap. 71. *Statim intra intimos amicos habuit.*] Magis placeret, *inter intimos*, &c. & paulo post, *qua velocius erat*,&c. non, *quia*, vt habent vulgatæ editiones. Danesius autem illud, *vnde*, quod sequitur, mutabat in, *aliunde*, & sic legebat: *Aliunde nulla innocentiæ cura.*

Cap.78. *Hispaliensibus,& Emeritensibus.*] Faernus legebat: *Hispalensibus*,&c.& post, *Vetandi metu,vel agnoscendi pudore,*&c. pro eo,quod habent libri vulgati, *cognoscendi pudore*, &c. Deinde legebat: *Ibi seuitia vulnerum. hic misericordia absumpti*, &c. non, vt in vulgatis: *Ibi sæuitia,hic miseria vulnerum absumpti*,&c.

Cap.80. *Tempus in suspicionem,causa in crimen,affectatio quietis in tumultum eualit.*] Placeret, *euadit*, pro, *eualit*, nisi verbum sit à Tacito ex obscura antiquitate erutum,vt pleraq; alia.

Cap. 85. *Ne diffidere dubiis, ac parum gaudere prosperis viderentur.*] Fortasse rectius esset: *aut parum gaudere prosperis,&c.*& paulo post videtur legendum: *Et Othoni eadem, quæ nuper priuato, dicenti adulatio, &c.* non, vt vulgo legitur: *Et priuato Othoni nuper, atq; eadem dicendi adulatio.*

Cap.86. *Sed præcipuus, & cum præsenti exitio etiam futuri pauor, subita inundatio Tiberis,&c.*] Ita Faernus legebat, cum in aliis sit, *inundatione*,quod non ita placet. Paulo post cap.87. pro verbo, *inuitatus*,quod est in vulgatis, Faernus emendabat, *initio datus*, &c legebatq;, *Ad obseruandam honestiorum fidem initio datus*, &c. E deinde pro, *expedire*, vt est in vulgatis, legebat, *expeditos ire*, siue, *expediri*, si magis ita placeret.

Cap. 89. *Sub Tiberio & Caio tantum pacis aduersa Reipubl. pertimuere*, &c.] Danesius pro verbo, *pertimuere*, reponebat, *pari nocuere.*

AD LIB. II. HISTOR.

CAP.1. *Lætumq; Reip. aut atrox*,&c.] Cum in v.c. sit, *semen Reip aut atrox*,&c. Danesius ex ea lectione emendabat, *Semel Reip atrox*,&c. Sed amplius de hac lectione considerandum censeo.

Eod

Eod. *Et inclinatis ad credendum animis loco ominum etiam Fortun.*] Ita videtur legendum. nam illud, *omnium*, pro, *ominum*, perturbat sententiam.

Eod. *Si rediret, offensam haud dubium victoris.*] Danesius legebat: *offensarum.* Sed fortasse melius legeretur, *offensam haud dubiam victoris.* Paulo post pro, *infensarum*, fortasse legi posset, *infensorum.* Vt sit: *obliuiscendum infensorum de bello agitantibus*, &c.

Cap. 4. *Quantumque illis roboris discrimina & labor, tantum his vigoris addiderat integra quies, & inexpertus belli labor.*] Danesius legebat, *ardor*, non *labor*, &c. ne repeteretur vox, *labor*, supra iterum posita.

Cap. 7. *Sed bellantibus aliis placuit expectari bellum, cum in victores, victosque numquam solida fides coalesceret.*] Danesius sic legebat: *Sed bellantibus aliis placuit expectari bellicum: victores victosq; numquam solida fide coalescere*, &c.

Cap. 16. *Tanta mole belli nihil in summa profutura.*] Placet, vt Danesius legebat, *in summam profutura*, &c. quæ scriptura nõ eget exemplo, vt confirmetur.

Cap. 18 *Qui pro Othone & accitum Cæcinam clamitabant.*] Danesius legebat: *Quin pro Othone etiam accitum Cæcinam clamitabant*, &c. Et paulo post cap. 19. pro, *robur ac cædem*, videtur scribendum, *robur ac sedem bello legisset.*

Cap. 21. *Fraude illata ignis alimenta credidit à quibusdam è vicinis coloniis inuidia & æmulatione, &c.*] Ita videtur legendus hic locus ex vetere codice adiuto coniectura ex parte aliqua. Nam illa, *à quibusdam è vicinis* v.c. suppeditauit. Cetera nituntur coniectura.

Cap. 32. *Quoniã Galliæ tumeant.*] Fortasse legendum, *timeant.* Sed Danesius pro, *quoniam*, legebat, *quanquam.* Et paulo post idem Danesius: *Vnadeuicesima, cui cognomen Rapaci, &c.* De qua legione Plutarchus in Othone. Item: *Vnadeuicesimanorum principis, &c.*

Cap. 58. *Aut Vitellium contumeliis.*] Addenda videtur, *in*, præpositio, legendumque: *Aut in Vitellium, &c.* Et paulo post scribendum: *Quamuis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret*, &c. non, *humilibus blanditiis*, &c. & ita Danesius legebat.

Cap. 64. *Non minax tristibus.*] Danesius legebat: *Non minis tristibus, &c.* Et paulo post: *Tertiadecima ac septima suis hibernis redditæ. Vndecimani struere amphitheatra iussi*, &c. non, vt in vulgatis, *Vndecima, & septima suis hibernis redditæ. Tertiadecimani*, &c. Deinde: *Inter initia belli assumptus*, &c. pro eo quod in vulgatis est, *Inter inania belli*, &c.

Cap. 71 *Sed luxu & saginæ mãcipatus, emptusq;.*] Videtur legendũ: *Sed luxu, & sagina*, &c. Et paulo post c. 74. v.c. habet: *Præfectus Ægypti Ti. Alexander*, &c. Vt fortasse illud, *Ti.* ob præcedentẽ pe-

ſtremam ſyllabam Ægupti, omiſſum ſit à librario. Suetonius certe *Ti. Alexandrum Auguſt: præfectum* edit in Veſpaſiano, cap. VI.

Cap. 85. *Accelerata interim Veſpaſiani cœpta Illyrici exercitus ſtudio tranſgreſſi in partes.*] Ita habet v. c. cum in vulgatis deſit verbum, *tranſgreſſi.* Paulo poſt pro, *Tertium*, Daneſius legebat, *Titium.*

Cap. 98. *Mare quoq; Eteſiæ flabant*, &c.] Totum hūc locum Daneſius ex v. c. ita legebat: *Mare quoq; Eteſiarum flatu in Orientem nauigantibus ſecundum; inde aduerſum erat*, &c.

Ad Librvm III. Histor.

CAP. 6. *Vt innocuum exercitum Mœſicum.*] Faernus pro, *innocuum*, legebat, *inuictum.* & paulo poſt capite ſeptimo: *Nequi[...] diſcordiæ externa molirentur*, &c. pro eo, quod vulgo legitur: *N[...] inter diſcordias*, &c.

Cap. 9. *Tanquam inſultantes Vitellio ſcripſiſſent.*] Verbum, *ſcripſiſſent*, videtur mendoſum. Itaque pro eo Faernus, *corripuiſſen[t]* reponebat. & paulo poſt cap. 10. legebat: *Rapiuntur arma met[u] proditionis: ira militum in Tampium Flauianum incubuit*, &c. Tam[...]pia vero familia ex denariis, & antiquis titulis nota.

Cap. 13. *Sed vbi totis in caſtris in fama proditio.*] Illud in fama, [...]nico verbo in v. c. legitur. & poſt, *Vndeuiceſimæ Rapaci.* vt ſup[...] lib. II. Sed vidēdus Plutarchus in Othone. Paulo poſt pro, *immen[...]ſam belli luem* Faernus legebat: *immenſam belli molem*, &c.

Cap. 19. *Et maiorem rapiendi licentiam.*] Daneſius ex v. c. leg[e]bat: *Sed maiorem*, &c. nam ex particula *ſed*, facta eſt copula &, [o]miſſa *s*, litera, ob extremam præcedentis verbi, *irrumpētibus.* Pa[u]lo vero poſt videtur legendum: *Et pro clamore, ac vulneribus, c[le]mentiæ gloriam inanem laturos*, &c. pro eo, quod mendoſe legit[ur] in vulgatis, *clementiam & gloriam inania laturos*, &c.

Cap. 22. *Quartam Macedonicam dextro ſuorum cornu.*] Faern[us] legebat *dextrum*, non *dextro cornu*, &c. Et poſt in v. c. eſt: *Duode[ci]ceſimanoſq; & primanos*, &c.

Cap. 25. *Voce flebili precabatur vt placatos patris manes, nev[e] vt parricidam aduerſarentur.*] Faernus legebat: *Voce flebili pre[ca]batur ne piatos patris manes, neve ſe vt parricidam auerſarentur.*

Cap. 31. *Sed in tribunos, centurionesq; vbi precium cædis erat, re[...]teretur.*] Videtur legendum, *verteretur.* & paulo poſt cap. 33. *Ve[...]ribus, tormentisq; domorum abdita ſcrutari*, &c. non, vt in vulga[tis] *dominorum abdita*, &c. Deinde Daneſius legebat: *Vtique exerc[...] vario linguis*, &c. non, *vtq; exercitu*, &c.

Cap. 36. *Non more vulgi agere.*] Faernus legebat: *Non lege v[...] agere*, &c. Sed nimis longe à vulgata ſcriptura; ad quem pro[...] accederemus, ſi legatur, *in ore*, pro, *more.*

Cap.39. *Addidit facinori fidem, nobili gaudio, &c.*] Placeret, *notabili gaudio*, &c. & ita legebat Faernus. Et paulo post pro eo, quod in vulgatis est cap. 41. *auidos periculorum.* idem Faernus emendabat, *pauidos periculorum*, &c.

Cap. 44. *Non sine motu cohortium iunxit ceterarum.*] Ita Faernus legebat ex v.c. cum in vulgatis sit, *adiunxit*, & desit verbum, *cohortium.* Paulo post cap. 50. idem Faernus pro eo, quod vulgo legitur, *& ipsos in legione bello attrita*, &c. legebat, *in regione bello attrita*, &c. Deinde cap. 51. *Distulerunt tanquam maiora meritum*, &c. non, *distulerant*, &c. vt habent vulgati.

Cap.56. *Nec quicquam nisi iucundum, & læsurum acciperet.*] Faernus legebat, *acciperent*, &c. ad *aures* referens. & post c. 66. Danesius ex v.c. legebat: *Vt priuatum Vitellium pateretur, ne victũ quidem laturus*, &c. Cum vulgo legatur, *ne victos quidem laturus, &c.*

Cap. 69. *Circa lacum Fundani descendentibus.*] Lacus Fundani fit mentio in antiqua apud me inscriptione, in Quirinali reperta eo loco, quo Dei Fidii, siue Sanci Sabinorum lingua, templũ erat. Eius exemplum subieci:

L. CORNELIO
SVLLÆ. FELICI
DICTATORI
VICVS. LACI. FVND.

Cap.74. *Et præmia nauatæ operæ petebant.*] Danesius legebat, *nauatæ.* Et paulo post cap. 84. Faernus pro vulgatis illis: *Domos arasque fœdare, &c.* legebat: *Domos, arasque fœdatas*, &c. vel si magis placet, *fœdas.*

Ad Libr. IV. Histor.

Cap. 2. *Paucos erumpere ausos, circumrecti pressere.*] Faernus legebat, *oppressere.* & paulo post fortasse legendum: *Dein L. Vitellius interficitur, par vitijs fratri, in principatu eius vigilantior, nec perinde prosperis socius, quã aduersis in Germanias tractus*, &c. Nam *fratris*, quod est in vulgatis, non ita placet vt, *fratri*; & illud *abstratus*, penitus ineptum.

Cap. 10. *Nec tam Musonius, aut Publius, quam Priscus, & Marcellus ceteriq; motis aduultionem deletionibus expectabantur.*] Ita Faernus iampridem emendauit pro, *motis adulationibus animis expectabantur.*

Cap.15. *Missi ad Caninefates.*] Diximus supra, *Cannanefates* ex antiqua inscriptione legendum esse vbiq; apud Tacitum.

Cap.16. *Quas incensis castellis illuc appulerat.* Danesius legebat: *Quasi incensis, &c.* Et paulo post cap.22 *Sed paruum prouisum, vt copiæ, &c.* pro, *Parum prouisum, ni copiæ*, &c. Deinde: *Tum vix quinq; millia armatorum tuebantur*, &c. In vulgatis enim libris deest illud, *Tum.*

Cap. 24. *Quin potius interfecto traditore.*] Videndum an legi

debeat, *proditore.* & paulo post cap. 28. Faernus legebat: *At ciuilem immensis auctibus, &c.* non *actibus*, &c. Sed nisi longius discederetur à vulgata scriptura, placeret magis, *laudibus*, &c. Quãuis illud, *auctibus*, Tacitus acceperit à Salluſtio.

Eod. *Et alia manu Moſam amnem tranſiri iubet.*] Ita Faernus legebat pro, *tranſire.* Et paulo poſt: *Romano nomine Agrippinenſes vocarent*, &c. non, *Romanorum.*

Cap. 39. *Eius nomen epiſtolis, edictiſque proponebatur.*] v.c. habet. *præponebatur.* In alio autem eſt, *præferebatur. Ius penes Mutianum erat, niſi quod, &c.* Paulo ſupra idem v. c. habet: *Et Titio Iuliano*, &c. & ſic infra conſtanter, pro, *Tertio Iuliano.*

Cap. 42. *Signatus, & ſacerdotio fulgens.*] Faernus legebat, *ſaginatus*, quod non diſplicet ob ea, quæ præcedunt. Paulo poſt pro eo quod vulgo legitur, *Et electus in eandem ſpem*, &c. magis placeret: *Erectus in eandem ſpem*, &c.

Cap. 47. *Summaque etiam miſcentis.*] Faernus rectiſſime legebat: *Summaque & ima miſcentis*, &c. Et paulo poſt cap. 49. legebat: *Et pace ſuſpecta tutius bellum, &c.* deleta, *in*, præpoſitione. Deinde: *Lata Piſoni omina*, &c. non, *omnia*, vt in vulgatis.

Cap. 53. *Ingreſſi milites, quibus fauſta nomina.*] Ita iam pridem Faernus emendauit, adductus Ciceronis loco ex lib. I. de Diuin. & Plinij ex lib. XXVIII. cap. II. in quo eſt: *Cur publicis luſtris etiam nomina victimarum ducentium proſpera legimus.*

Eod. *Præeunte Plautio Æliano.*] Ita legendum eſt ex vv. cc. In quibus paulo ſupra eſt: *aqua trinis è fontibus, amnibuſque hauſta.* Quæ lectio non diſpliceret, ſi aliquo antiquitatis teſtimonio confirmaretur. Ant. Auguſtinus legebat: *Aqua è riuis, & fontibus amnibuſque hauſta perpluere, &c.* Deinde ſcribendum: *Luſtrata Suouetaurilibus area* &c. Vt iampridem emendauimus ex vv. cc. & ipſa antiqui ritus notitia.

Cap 57. *Cum ducibus Germanorum, &c.*] Faernus legebat: *Treuirorum, &c.* Et paulo poſt: *Pecunia nuper etiam è donatiuo ſuffecit*, &c.

Cap. 62. *Reuulſæ imperatorum imagines, innexa ſigna, &c.* Cum in v. c. ſit *in hora*, pro innexa, *poſſet legi*, mota ſigna, &c.

Cap. 68. *Arretinum Clementem.*] Scribendum *Arricinum*, ex antiqua inſcriptione, quam vidimus olim in ſchedis apud Benedictum Aegium Spoletinum, Romanæ antiquitatis virum curioſum & ita emendandum item apud Suetonium in Domitiano cap. II.

Cap. 74. *Nos quanquam totiens laceſſiti, iure victoriæ id ſolum vobis addimus.*] v. c. habet, *adijcimus*, ſed placeret, *ademimus.*

Ad Lib. V. Histor.

CAP. 7. *Et Belus amnis Iudaico mari illabitur, circa cuius* con-

coniecta arena misto nitro, &c.] Faernus legebat, *conlecta arena mixto nitro*, &c. & ita Danesius quoque legebat.

Cap. 15. *Et dira omnia obseruari.*] Faernus emendabat, *& dira omina, &c.* quod mendum alibi irrepsit tum apud Tacitum, tum apud alios etiam scriptores. Paulo post, cap. 22. idem Faernus legebat, copula, &, deleta. *Vtque ad fallendum silentio, ita cœpta caae, quo plus terroris adderent*, &c.

Cap. 23. *Adiecta ingens lintrium vis, vehētium ad tricenos, quadragenosque ceu armamenta Liburnicis, soli haud in decore pro velis iuuabant, &c.*] Ita Faernus legebat hunc locum, addito verbo, *vehentium*, quod deest in vulgatis.

Ad Librum De Moribus Germanorum.

Cap. 8. *Vidimus sub Diuo Vespasiano Veledam diu apud plerosque numinis loco habitam.*] De *Veleda* Tacitus supra lib. IV. ab excessu Neronis ita scribit: *Mummius Lupporcus legatus legionis inter dona missus Veledæ. Ea virgo nationi Bructeræ late imperitabat*, &c. Statius Siluar. lib. I.

—Captiuaque preces Veledæ.

Fœminæ autem quanto in honore apud Germanos fuerint, ex his etiam antiquis inscriptionibus intelligere possumus.

MATRONIS. RVMÆABVS SACR. L. VITELLIVS CONSORS. EXPO. LEG. VI. VICTR.	T. FRATERNVS MATRIBVS GALLAICIS V. S. L. M.

Cap. 23. *Cibi simplices, agrestia poma, recens fera, aut lac concretum.*] Danesius legebat, *recens caseus*, &c. quod placet, si ea lectio veterem librum habet auctorem. Paulo post cap. 29. videtur legendum: *Nam nec tributis conteruntur*, &c. non, vt in vulgatis, *contemnuntur*. Deinde cap. 32. pro, *Sed prout ferox bello & melior*, &c. placeret; *Sed prout ferox, & bello melior.*

Cap. 34. *Nec defuit audētia Druso Germanico.*] Danesius legebat *Marc, Germanicoque*, &c. & paulopost. cap. 42. ex v.c. scribendū: *Druso omanis, Quadisque vsque ad nostram memoriam*, &c.

Ad Agricolæ Vitam.

Cap. 3. *Non tamen pigebit vel incondita, ac rudi voce memoriam prioribꝰ senectutis*, &c.] v.c. habet *prioris seruitutis*, &c. Et paulo post cap. 5. ex v. item c. legendū. *Nihil appetere in tactationem*, &c. Item pro vulgatis illis cap. 7. *Dum in Templo, Liguriæ pars est, hostiliter populatur*, &c. v.c. habet, *Dum in Temelium, Liguriæ vrbs est, hostilit?r*, &c.

Cap.13. *Consilium id diuus Augustus vocabat Tiberius præcipu*.] v.c. habet, *Tiberius præceptum*. Et paulo post cap. 15. videtur legendum: *Alternis manus centurionum, alternis seruos vim & contumelias miscere*, &c. addita voce, *seruos*, ex v.c.

Cap. 18. *Tum Agricola, quanquam transacta æstas, sparsi per prouinciam numeri.*] Legendum videtur *innumeri*, &c. Et paulo post Danesius legebat: *Nec ex commendatione aut precibus centurionum comites asciscere*, &c.

Cap.19. *Officiis & administrationibus præponere potius non peccaturos, &c.*] Ita est in v. c. cum in vulgatis desit verbum *præponere*, pro quo alius liber habet, *præficere*. Vt alibi apud Tacitum vv. cc. eodem loco quidam habent, *præponere*, quidam *præficere*.

Cap. 20. *Contracto exercitu multum in agmine laudare modestiam*, &c.] v.c. habet, *multus* pro, *multum*; placeret tamen magis, *militum*, &c. Pro eo vero quod in vulgatis est, *ponendisque insuper castellis spatium fuit*, &c. v.c. habet, *telis*, non *castellis*, & paulo post cap.24. Danesius legebat: *Solum, cælumq. & ingenia, cultusque hominum haud multum à Britannia differt. eius aditus*, &c.

Cap.25. *Et infesta hostili exercitu itinera timebantur.*] v.c. habet, *hostilis exercitus*, &c. & paulo post: *Caledoniam incolentes populi*, &c. Item *oppugnare vltro Castellum adorsi*, &c.

Cap.31. *Primo statim congressu vnde ostendamus quos sibi Caledonia viros seposuerit.*] Danesius pro, *vnde ostendamus*, legebat, *non ostendamus*, &c. interrogationis nota posita ad verbum, seposuerit? Deinde cap.32. pro, *Nostris illi discessionibus*, &c. legebat, *Nostris illi dissensionibus*, &c. Et ita v. c. & Faernus etiam legebat.

Cap.33. *Et vix monitis coercitum militem*, &c.] v.c. habet, *munimentis*, pro *monitis*, &c. & totus locus ita legendus ex eodem v.c. *Et vix munimentis coercitum militem, accendendum adhuc ratus*, &c. vel, vt est in alio libro, *militem adhuc cohortandum ratus*, &c.

Cap.41. *Crebro per eos dies apud Domitianum absens accusatus, absens absolutus est.*] Ant. Augustinus legebat: *præsens absolutus est*. Et paulo post cap. seq. pro vulgatis illis: *Aderat iam annus, quo Proconsulatum Asiæ Africæ sortiretur*, &c. v.c. habet: *Asiæ & Africæ*. Sed Danesius, *Asiæ aut Africæ*.

Cap 42. *Sed in nullum rei post vsum.*] Scribendum ex v.c. *Sed in nullum Reipublicæ vsum*, &c. Et paulo post cap.43. legendum est: *crebrius quam ex more principis per nuntios visentis*, &c. Et deinde cap. 44. *Natus erat Agricola Caio Cæsare tertium Consule*, &c.

Eod. *Nam sicuti magnæ cuiusdam felicitatis esse, durare in hac beatissimi sæculi luce*, &c.] Ita legendus hic locus ex v. c. & dein-

& deinde cap. 45. *Nos Mauricium, Rusticumque diuisimus,* &c.

Cap. 46. *Admiratione te potius, quam æmulatione decoremus.*] Ita legitur in v. c. pro eo vero quod est in vulgatis, *militum*, &c. fortasse, *imitatione virtutum*, &c. emendatius legeretur. Vt totus locus ita legatur: *Admiratione te potius, quam æmulatione, etsi natura suppeditet, imitatione virtutum decoremus*, &c.

Eod. *Non quia intercedendum putem imaginibus.*] Videtur legendum, *interdicendum*, non *intercedendum*, &c.

AD DIALOGVM De oratore.

CAP. I. *Non minus notos esse in extremis partibus terrarum*, &c.] Ita videtur legendum, cum in vulgatis desit verbum, *notos*, sine quo sententia stare non potest. Et paulo supra libentius legerem, *Qua accinctus & minax*, &c. pro eo, quod vulgo legitur, *Qui accinctus & minax*, &c.

Cap. 14. *Cum Vrbanus Messalla.*] In v. c. est *Vibanius Messala*. Sed fortasse, *Vibianus* scribendum.

Eod. *Quod vos viri optimi, & optimi temporum nostrorum oratores.* &c.] Ita videtur legendum, cum in vulgatis desit alterum, *optimi*, à Librario non repetitum. Deinde Ant. Augustinus legebat cap. 17. *nam vt de Cicerone ipso loquar, Hirtio nempe & Pansa consulibus, vt Tiro libertus eius scripsit, VII. Idus Octobris occisus est*, &c. In vulgatis autem deest, illud, *Octobris*.

Cap. 18. *Supra modum exultans, & superfluens & parum anti-quus videretur*, &c.] Videtur legendum, *parum Atticus*, &c. Et paulo post: *Nunc mihi cum vniuersis negotium est*, &c. non, vt in vulgatis, *Nec mihi*, &c.

Cap. 19. *Vidit nempe vt paulo ante dicebam, conditionem temporum, & diuersitates auctorum.*] Magis placeret, *auditorum*, &c. & paulo post, *Cum vix in corona quisquam assistat*, &c. non, in *cortina*, &c.

Cap. 21. *Viderimus an iudicium eius vis aut animi aut ingenij defecerit*, &c.] Videtur hic locus ita legendus pro eo quod in alijs est *iudicio*, &c. *sufficeret*, &c.

Cap. 22. *Quod optimũ dicendi genus est.*] Sententia postulat, vt legatur, *discendi*, non, *dicendi*.

Cap. 25. *Quamuis in diuersis ingenijs, esse quamdam iudicij, ac voluminis similitudinem*, &c.] Fortasse legendum, voluntatis similitudinem, &c. ita requirente sententia & paulo post Faernus legebat: *Perge, inquit, Maternus, de antiquis loquens*, &c.

Cap. 31. *Nam in iudicijs*] *fere de æquitate, in deliberationibus*

de honestate dicimus, &c.] Locus videtur mutilus, & ita fortasse supplendus: *Nam in iudicijs fere de æquitate, in deliberationibus de vtilitate, in laudationibus de honestate dicimus*, &c.

Cap. 32. *Et Cicero his, vt opinor, verbis, quicquid in eloquentia effecerit, ait se non Rhetorum, sed Academiæ spatiis consecutum*, &c.] Ita legendus hic locus ex ipso Cicerone.

Cap. 39. *Paruum & ridiculum fortasse videtur, quod dicturus sum.*] Magis placet, *videbitur*, quam vulgata lectio, *videtur*, ita præsertim postulante sententia.

Cap. 41. *Forum non emendatæ, nec vsquam ad votum compositæ ciuitatis argumentum est*, &c.] Ita legebat Faernus, cum in vulgatis sit, *emendare*, pro, *emendatæ*.

Finis notarum Vrsini.

MAR-

MARCELLI DONATI

IN CORNELIVM TACITVM DILV-CIDATIONES.

IN LIB. I. ANNAL.

CAP.6. *Propius vero, Tiberium ac Liuiam, illum metu, hanc nouercalibus odiis suspecti & inuisi iuuenis cædem festinauisse.*] Abiit in prouerbiũ, *Nouercale odium*, & pro insigni malo *nouerca*; sic scriptum: *Dies quandoq; parens quandoq; nouerca.* Et Menāder in sententiis Comicis Græcorum *c. 24.* δεινότερον ἄλλο δ᾽ ἐν μητρείης κακὸν, hoc est, *nullum maius malum nouerca.* Charōdas Sibaritis tulit legem, *vt qui liberis superinduxisset nouercam, consilio senatus, & patriæ submoueretur; nunquam ab eo existimans patriã recta ac salubria consilia sperare posse, qui liberis propriis male cõsuluisset*; quod scripsit Diodorus Siculus *lib. 12. Bibliot* Glossa *in §. socrum, de Nupt.* tradit *Nouercã* dici, quasi *noua arca*; rectius tamen alii, quasi νέα ἀρχή, id est, *noua princeps.* statim enim atque in domum mariti traducitur, omnia sibi arrogare nititur. & sæpe nouercalibus delinimentis infatuati mariti coguntur iudicium ferre contra proprium sanguinem; & filios exhæredare, *ex l. 4. de inoff. test. in P.* Sic Euripides *in Alcestide* scribit:

> ἐχθρὰ γὰρ ὑπιοῦσα μητρῴα τέκνοις
> τοῖς πρὸς θ᾽ ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα.

hoc est: *Inimica est enim subiẽs nouerca prioribus liberis, vipera nihilo mitior.* hinc scriptores semper *nouercæ* voci *impiam, crudelem, iniustam, sæuam*, & huiusmodi adiiciunt. Virg. in Bucol.

> *Est mihi namque domi pater, est iniusta nouerca.*

Cestius Pius apud Senecam lib. 4. Controuersiarum ait: *Sed adhuc crudelis & pertinax nouerca post omnia deuicta, nihilominus sæuit.* Et Ouidius in Epist. Medeæ ad Iasonem:

> *Sæuiet in partus dira nouerca meos.*

Et Claudianus de raptu Proserpinæ:

> *In diræ subito mores transisse nouercæ.*

Virgilius iterum 2. Georg.

> *Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ.*

Ouidius rursus 2. Tristium:

Nam quid in Hippolyto est, nisi sæua flamma nouercæ?

Et Seneca in Tragœd. Octauia:

Tulimus sæuæ iussa nouercæ,
Hostilem animum, vultusque truces.

Et iterum:

Sæua cui lacrymas dedit etiam nouerca.

Itemque in Hippolyto:

Vicit sæuas cura nouercas.

Et rursum:

Audite Athenæ, tuque funesta pater
----Peior nouerca.

Et Statius lib. 2. Syl.

---- Cui sibila serpens
Poneret, & sæuæ vellent seruire nouercæ.

Valerius Flaccus lib. 1. Argon:

----- Heu sæuæ nequicquam erepta nouercæ.

Et iterum:

----- Heu sæuæ formido nota nouercæ.

Ouidius lib. 1 Metamorph.

Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.

Et lib. 9. Metamorphos.

Mors mihi munus erit, decet hæc dare dona nouercam.

Horatius lib. Epod. Ode 5. *Quod vt nouerca me intueris.* Iure itaq; Tacitus odia Vatiniana, quibus Liuia Drusum prosequebatur, *nouercalia* appellauit. Et paulo infra inquit: *Nouercalibus Liuiæ in Agrippinam stimulis.* Et rursus: *Liuia grauis domui Cæsarum nouerca.* Et: *manu auidæ nouercales.*

Cap. 7. *Ne edictum quidem, quo patres in Curiam vocabat, nisi Tribunitiæ potestatis præscriptione posuit, sub Augusto acceptæ.*] Consulum ius vocādi Senatū fuisse elicimus ex Liuio *lib. 23.* scribente: *Consules edixerunt, quoties Senatum vocassent, vti Senatores, quibusq; in Senatu dicere sententiam liceret, ad portam Capenā conuenirent.* Clarius Dionysius Halicarnassæus *lib. 10.* Quamobrem dubiū videtur Taciti dictum, quum ait, Tiberium qui *cuncta per Cōsules incipiebat*, Senatum conuocasse Tribunitiæ potestatis præscriptione. Cui difficultati obuiam ire possum ex Gellii sententia *lib. 14. c. 7.* vbi habet, ex Varronis sententia, *ius vocandi Senatum fuisse non solum penes Consules, sed & Dictatorem, Prætores, Tribunos plebis, Interregem, Præfectum vrbis, Tribunos militares, qui pro Consulibus fuissent; Decemuirosq;, qui Cōsulare imperium habebant. Item & Triumuiros Reipub. constituendæ causa creatos.* De vocatione Senatus à Prætoribus facta plura habemus apud Liuium exempla, præsertim absentibus Consulibus, vti *lib. 8.* post principium, & *lib. 10.* vbi de Sempronio Prætore creato loquitur, & *lib. 32.* vbi de Senatu à Prætoribus post Cannensem cladē vocato. Et iterum *lib. 3.* vbi de

Senatu vocato à M. Æmilio Prætore. & *lib.42.* vbi de L. Cor. Lentulo Prætore, & *lib.46.* vbi de M. Iunio prima luce, Catone authore, Senatũ vocante, & *lib.8.* vbi de Seruio Sulpicio, & *li.5.* ad finẽ, & *l. 41.* Quod pariter habemus ex Tacito *lib.* Hist. *1.* vbi Prętor Vrbanus, quẽ non nominat, *Senatũ vocauit.* De vrbis Præfecto, erat authoritas Liuii *lib. 31.* vbi inquit, *Senatũ absentibus Consulibus conuocatũ fuisse à V. Fabio Præfecto vrbis.* Sed quod magis ad præsentem rem facit, quod scil. a Tribunis plebis conuocaretur Senatus, multæ extant authoritates: pręsertim Cic. *lib. Epist. famil 10. Epist. 27.* vbi inquit: *Nam quum Senatũ ad 13. Kal. Ian. Tribuni plebis vocassent, deq; alia re referrent totã Rempub. sum complexus, egiq; acerrime.* Ex lib 1. Epist. *6. Quũ Tribuni plebis edixissent Senatus adesset ad 14 Kal. Ian. haberentq; in animo de præsidio Consulum designatorũ referre.* Ex his itaq; satis patere puto, non solum Consules, sed & Tribuños, vt alios omittam, Senatum conuocasse, quod sicuti primis temporibus Reipub. frequens Consulum munus fuit, rarum vero Tribunorũ plebis, ita posterioribus, quibus imperantes Tribuniciã potestatem sibi adiunxerant, eadem Senatum conuocare non infrequens. De qua re libet Dionysii Haliç. *lib. 10.* verba subscribere. *Antea* (inquit) *tantum in concionibus regnabant Tribuni, Senatum vocare, aut sententiam dicere eis non licuit; sed Consulum is honos fuit. Huius anni Tribuni primi Senatũ cõuocare ausi sunt, authore Icilio, qui eius collegij Princeps erat, vir industrius & pollens Rom. facundia.*

Cap. 16. *Erat in castris Percennius quidam Dux olim Theatraliũ operarum, deindè gregarius miles.*] Tacitus videtur hisce verbis cõtrariari Liuio per initia *lib.7.* scribenti de Attellanis Fabellis. *Quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit iuuentus, nec ab histrionibus pollui passa est. eo institutum manet, ne actores Atellanarum nec tribu moueantur, & stipendia tanquam expertes artis ludicræ faciunt.* Ex quibus patet, histrionibus olim vetitũ stipendia facere. nec iniuria; siquidem Iulianus Iurisconsultus eos dicit infamia notari, qui artis ludicræ pronuntiandiue causa in scenã prodierint, *in l. 1. de his qui not. infa. lib. 3. P. tit. 2.* Quod etiam confirmat Vlpianus *l. 4. eodem l. 2. §. fin. eod. & l. 2. §. ait prætor, de ijs, qui not. infam.* Marcellus quoq; *l. quædã delicta. l. 14. de pœn. P.* ex responsis Menandri tradit, militem qui artem ludicram fecisset, capite puniẽdum esse. Æmilius Probus *in procœmio Vitæ Imperat.* scriptum reliquit: *Magnis in laudibus tota fuit Græcia auctorem Olympiæ citare; in scenam vero prodire, & populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini; quæ omnia apud nos,* Romanos scil. *infamia, partim humilia, ac ab honestate remota ponũtur.* Nihilominus Tacitus hoc in loco inquit: *Percennium quendã olim ducem Theatralium operarũ, gregarium militem extitisse, & seditionis militaris ministrum.* Conciliari hæc posse existimo, si dixerimus, Percennium non fuisse

histrionem, actorem sc. in scena, sed præfuisse tantum Theatralibus operibus, sic enim significare puto vocari illum Ducem.

Cap. 23. *Et centurio Lucillius interficitur, cui militaribus facetiis vocabulum, Cedo alteram, indiderant quia fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, & rursus aliam poscebat.*] Veteribus Romanis lege & vsu sancitũ, vt ciues suos non virgis sed vite verberarẽt, quod à Lucio Floro & Liuio *lib.* 57. relatũ est. Quare milites ciues Romanos in minorib. criminibus vite corrigebãt. Ita Scipio Africanus Numantiã obsidens, milites extra ordinem quos deprehẽdisset, si Romanus esset, vitibus, si extraneus, fustibus cecidit. Et Plutarchus *in Gracchis* autor est, Liuium Drusum, & C. Gracchũ Tribunos plebis plebiscito sanxisse, ne liceret quempiã Latini nominis virgis afficere, sed vitibus, in hac re Latinos Romanis adæquãtes. Nec obstat, quod Liuius *lib.* 5. *in Oratione Ap. Claudij* scriptũ reliquerit: *Fustuarium meretur, qui signa relinquit, aut præsidio decedit.* Et Cic. 3. Philip. *Fustuariũ meruerunt legiones, quæ Consulẽ reliquerunt.* Nam relinquere Consulem & signa, & decedere præsidio, non inter minora delicta enumeranda. Munus autem castigandi milites vite, Centurionũ erat, testimonio Plutarchi in vita Galbæ, vbi de Sempronio Denso centurione. Vnde Macrobius *vitem* appellat *centurialem.* Et Marc. *D. de re mil. l.* 13. §. 3. scribit: *Eum qui Centurioni castigare se volenti restiterit, sic veteres notauerunt, si vitem tenuit, militiam mutat, si ex industria fregit, vel manum centurioni intulit, capite punitur.* Plin. *lib.* 14. *c.* 1. de vitibus loquens ait: *Quid quod insertæ castris, summam rerũ, Imperiumq; continent. Centurionum in manu vitis illius virtutis præmium, tardos ordines ad lentas Aquilas perducit, & in delictis pœnam honorat.* Et Iuuenalis de Mario verba faciens, Saty. 8. scribit:

Nodosam posthæc pungebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.

Et Silius Italicus *lib.* 12. de Ennio, quem Centurionem fuisse dicit:

Ennius antiqua Mesappi ab origine Regis
Miscebat primas acies, Latiæque superbum
Vitis adornabat dextra decus.

Posteriorum tamen Imperatorum tempore hoc immutatum, & in minori etiam delicto, & liberi fustibus etiam verberari cœpti, ex Callistrato, *l.* 2. § 1. *D. de pœn.* & Macer. *l.* 10. *eod.* habet: *Ex quibus causis liber fustibus cæditur, ex his seruos flagellis cædi.*

Cap. 26. *Vt denarius diurnũ stipendiũ foret*] Locus iste eruditissimos plerosq; viros exercuit; namq; si denarius decẽ assib⁹ permutabatur, & decem asses diurnum stipendium militibus seditionem agitantibus erant; nihil amplius sibi in stipendium dari petere videbantur, secus tamen eos enixe expetere & poscere, declarat continuata textus lectio. quod vero decem asses stipendium diurnum eisdem esset, ostendunt manifesta verba illa Taciti, paulo supra pro-

pra prolata: *Enimuero militiam ipſam grauem, infructuoſam, denis in diem aſſibus corpus & animam æſtimari.* Denarium autem denis aſſibus permutatum docent Voluſius Metianus *libello de ponderibus*, Vitruuius *libro 3.* & Plinius *libro 33. cap. 3* Teſtatur Vertranius *in Annotat. ſuis*, Æmilium Ferretum de re hac ad Turnonium Cardinalem ſcripſiſſe plura. Iuſtus Lipſius *in Notis ad Tacitum* ait: *Scripſi de re hac copioſe Com. 6. Antiq. lect.* Sed quum virorum horum ſcripta hactenus legere mihi non licuerit; quamuis multam adhibuerim diligentiam, quid de illorum ſententia dicam, non habeo. Vertranius ipſe rem adeo conciſe tetigit, vt difficultatem tollere non videatur. Amplius, milites ſeditioſos ſtipendij additamētum non obtinuiſſe affirmat, quod nullibi apud Tacitum legimus, quinimo oppoſitum potius exiſtimandum, ſcribente illo infra eodem libro: *Tiberium lætitia curaque adfecere: gaudebat oppreſſam ſeditionem, ſed quod largiendis pecuniis, & miſſione feſtinata fauorem militum quæſiuiſſet, bellica quoque Germanici gloria angebatur.* Leuinus Torrentius *in Com. Suetonij in Iulio Cæſ. c. 26.* vt difficultatem dilueret, eo eſt deduct⁹, vt ſit auſus proferre decem aſſes, qui in diem militi erogabantur in ſtipendium, alios fuiſſe à decem aſſibus, quibus denarius permutabatur; quo nil abſurdius excogitari poteſt; ſiquidem id repugnat omnium de re nummaria ſcribentium ſententiæ, & veritati ipſi, namque Plinius libro & capite citato tradit, *ſemper in militari ſtipendio denarium pro decem aſſibus datum*: ergo aſſes ſtipendij & ærarij eo tempore eiuſdem generis, & valoris fuere. F. Hotomanus *lib. de re nummaria* hunc ſcrupum demere conatus, veritatem aſſequutus eſt, vt ego arbitror. Verum quum ille quoque conciſe admodum rem ita tractet; vt ex breuitate ſuboriatur obſcuritas; nos operæpretium facturos cenſemus, ſi fuſius de eadem re verba fecerimus; duo prius præfati, ex quibus ſenſus faciliimus Corneliani textus eruitur, ac omnis difficultas tollitur. Primum eſt, quod denarius, argenteus ſcilicet nummus, primum decem aſſibus æreis permutabatur; vt ſuperius comprobauimus: at procedentibus temporibus variis de cauſis pluribus aſſibus permutatum, ita vt quandoque ſexdecim aſſibus valuerit; quod præcipue ex Vitruuio colligimus *lib. 3.* ita ſcribente: *Noſtri autem primo in denario denos æreos aſſes conſtituerunt*, paulo poſt ſubiungens, *ad ſexdecim aſſes eius valorem deductum*, ita vt Auguſti tempore denarius ſexdecim aſſes valuerit. Secundo ſciendum, antiquitus morem fuiſſe; vt ſtipendij militaris rationes, non ad denarios argenteos, ſed ad æreos aſſes computarētur. Vnde *ære diruti* dicebantur milites, quibus ſtipendium quod in nummis æreis erat, ſubtrahebatur. Ad hæc Liuius lib. 5. *Placere* (inquit) *autem omnibus his voluntariam extra ordinē profeſſis militiam, æra procedere, & equiti certus numerus æris eſt aſſignatus.* Ita Cæſar ciuil. belli 3. *Scæuam centurionem vt erat deſe-*

meritus, centum millib. æris donauit. His ita constitutis, dicamus
quum milites seditiosi in singulos dies decẽ asses æreos pro stipen
dio haberent, exposcebãt sibi dari loco illorum denarium argen
teum, qui tunc sexdecim assibus permutabatur, ita vt sex assiun
quotidie lucrum facerent. Namq; etsi etiam concedamus, argen
tea moneta stipendium persolutum, denario inquam: tamen nu
merabantur secundum currentem valorem, hoc est, sexdecim a
sium à quæstoribus, ita vt incrementum à decem ad sexdecim a
sium Reip. commodo, non militum cederet. Nec obstat Plinij d
ctum illud: *In militari stipendio semper denarium pro decem assibu
datum*, quæ verba pluribus negotium ita fecere, inter quos Bu
dæus *lib. de asse s.* vt se à difficultate extricare nequierint, & aliorum
captu & arbitratu quid statuendum sit, reliquerint: Quod *eni
Plinius*, inquit, *expositioni nostræ tantum abest vt aduersetur, v
eam plane confirmet. Sensus enim verborum Plinij est; quod etsi de
narius decem assibus primum permutaretur, postea ad sexdecim ass
excreuerit, Augusti tempore & Tiberij per initia principatus sui, qu
tempore militaris seditio excitata, nihilominus militibus pro decem
assibus numeratus, primum iuxta veteris stipendij valorem; posteà
Imperatorum munificentia militum vtilitati prospicientium, & in
dulgentium etiam, licet asses sexdecim valentem denarium solutum.*
Ex quibus patere potest, Vertranium lapsum ex eisdem Plinij ve
bis concludentem, militibus nullum commodum accessisse.

Cap. 21: *Repente lymphati districtis gladijs in Centuriones inua
dunt, ea vetustissima militaribus odijs materies, & sæuiendi princ
pium; prostratos verberibus multant, sexageni singulos, vt numerum
Centurionum adæquarent.*] Legiones Romanorum militum, no
semper vno eodemq; numero peditum fuisse, sed temporum suc
cessione variasse, ex antiquorum scriptis colligimus. Per initia e
nim Romanæ dominationis, legionem à Romulo institutã trium
millium peditum, & trecentorum equitum, constat. Ex singuli
enim tribubus mille conscripti sunt pedites, & centeni equites, se
aucta ciuitate, receptis Sabinis, ad quatuor millia peditum ampli
ficata legio, teste Dionysio, & Plutarcho, vnde & *legio quadrat*
dicta, quod pariter ex Liuio liquet, scribente libro sexto; *Legioni
quaternũ milliũ scriptis*, & libro vigesimoprimo; *Sempronio datæ le
giones duæ, eæ quaterna millia erant peditũ*; & in oratione Scipion
Africani: *Propter quod facinus tota legio millia quatuor hominum i
foro Romæ securi percussi sunt.* Polybius libro tertio inquit: *Roman
quatuor legionibus exercitum complent, singulæ quæq; legiones qua
ternis millibus peditum complent.* Subsequentibus vero tempori
bus, pro arbitrio Imperatorum & Senatus quandoque variatum
Nam bello Gallico, teste Liuio, *decem legiones descriptæ ex agresti
& vrbana iuuentute; quaternum millium & ducentorum peditum
& bello Latino scriptæ quatuor legiones quinis millibus peditum
pr*

pro ſingula; ex eodem Liuio *lib.8.* Et lib.39. *in bello Hiſpanico legiones quina millia peditum habuere.* Et *libro trigeſimoſeptimo*, idem Liuius ſcribit, *duas legiones fuiſſe quinque millium peditum*, & *quadringentorum*; *vel, vt alij ſcribunt, quadragintorum.* Et *libro quadrageſimoſecundo*, in bello Perſico in Macedonia tradit *ſcriptas legiones ſena millia peditum*, pro vnaquaque continentes. Scribit Feſtus; *C. Marium primum legionem ſex millium conſcripſiſſe.* Ita Vegetius *rei militaris lib. & c. 2. ſena millia armatorum legionem habuiſſe* teſtatum reliquit. Et Modeſtus *in libello de vocabulis rei militaris*, ſcribit *legionem habuiſſe peditum ſex millia.* Quod potiſſimum colligimus ex Eutropio *lib.2.* vbi habet: *Factæq; legiones decem, qui modus ſexaginta vel amplius armatorum millia efficiebat, paruis adhuc Romanis rebus tanta tamen in re militari virtus erat.* Moderantibus autem Imperatoribus Rom. Remp. id quoque vſu veniſſe patet ex hoc Taciti loco, vbi legimus *ſexaginta fuiſſe centuriones in ſingula legione*, nam centum peditib. centurio præerat, vti palam eſt, vnde militibus in illos ſæuientibus *ſexageni ipſorum ſingulos*, quod ait Tacitus; *multabant verberibus, ita vt numerum centurionum adæquarent.*

Cap. 37. *Primam ac viceſimam legiones Cæcinna legatus in ciuitatem Vibionem reduxit turpi agmine, quum fiſci de Imperatore rati inter ſigna atque aquilas vellerentur.*] Pecuniæ publicæ *ærarij* & *fiſci* nomine comprehenduntur: differunt tamen, vt Budæus inter recentiores annotauit, eo quod *ærarium* pertinet ad ciuitatem; *fiſcus* vero ad Principem; quod à Plinio mutuatus eſt in *Panegyr. ad Traianum*, dum ait: *At fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum, qua ærarium cohibes. imo tanto maiore, quanto tibi plus licere de tuo, quã de publico credis.* Idem ſentire videtur Dion *in Traiani vita.* & clarius Spartianus *in Adriano*, vbi habet: *Damnatorum bona in fiſcum priuatum redigi vetuit, omni ſumma in ærario publico recepta.* In eandem ſententiam Vulcatius Gallicanus in Auidio Caſſio: *Bona Auidij Caſſii hoſtis appellati proſcripta, Antoninus in priuatum ærarium congeri noluit, quare Senatu præcipiente in ærarium publicum ſunt relata.* Fiſcum autem priuatum ærarium vocari palam eſt. Quod & ex Vlp. colligimus *l. 2. §. 2. D. ne quid in loc. publ.* vbi legimus: *Hoc interdictum ad ea loca, quæ ſunt in patrimonio fiſci, non pertinet, res enim fiſcales, quaſi propriæ, & priuatæ Principis ſunt.* Poſterioribus autem temporibus ærarium Principis dictum eſt proprie pro priuatis rebus Auguſti vel Auguſtæ. Sic terminos iſtos apud Iuriſtas confundi obſeruamus. Ita Paulus *ad ærarium deferri*, pro delatione ad fiſcum dicit, *l. edicto, de iure fiſci, lib. 40. P. tit. 14. Inſtit. §. penult. de vſucap. iuncta l. neque enim, tit. de reſtit. milit. lib. C. tit. 51.* *Fiſcus* etiam generaliter acceptus pro ſacris theſauris, *l. 2. & 3. C. de quadrien. præſcrip.* *fiſci* etiam nomine *Eccleſiam* intelligi notat Innocent. *in c. cum pro cauſa, de ſenten. exco.*

vnde & ipsa fiscum habet, *cap. quia diuersitatem, de conces. praben* *& ibi glossa.* Illud vero non omittendum, duplicis generis esse bo na Principis, priuata quædam, & patrimonialia, de quibus *in ti* *de feudis rei priu. & saltib. diu. domus*, & potissimum *in l. 2.* & ha nullo modo sub nomine fisci veniunt; alia vero, quæ Princeps e vectigalibus, tributis & confiscationibus percipit, & hæc propr *fiscalia* dicta, & ad fiscum spectantia. Per initia autem Reip. Ron nullis extantibus Principibus, & *æs fisci* publicam pecuniam dici quandoq;, constat ex Plinio *lib. 7. c. 28.* vbi de L. Siccio Dentato d nato ex fisco decem millibus æris. At quod magis ad præsente locum spectat, *fisci* ab mperatore appellati *Sacculi, in quibus Pri cipis pecuniæ propriæ, seu etiam publicæ in stipēdia militum erogan continebantur*, quas Asconius docet ita dictos à vase rustico, *fisci fiscina, fiscella, & spartea* appellata; de quo Iurisconsulti *D. locat.* *19. §. 5.* & Columella, *lib. 12. c. 47. 49. & 50.* Varro *lib. 4. de ling* *Latina*, sic dicta scribit à *ferendo* huiusmodi vasa, in quib. & ol pecunia portari solebat, & ita accipiendo contentum pro con nente, *fiscus* dicitur pecunia fiscalis; sed erant & *fisci*, vti dixim proprie *loculi* seu *crumenæ*, & *marsupia*, in quibus principis pec nia portabatur, quod ex præsente Taciti loco palam fit, & ex C *in Verr.* vbi habet: *Reperiebam fiscos complures cum pecunia Sicili si, à quodam Senatore ad equitē Rom. translatos.* Idem Isidorus co probat; & clarius Suet. in Claudio, c. 18: *Auxilio plebem per ma stratus ex omnibus vicis conuocauit, ac positis ante se cum pecu fiscis, ad subueniēdum hortatus est, repræsentaturus per opera dign cuiq; pecuniam.* Ab huiuscemodi fiscis, & *pecunia confiscata* dic Suet. in Augusto, c. 101. *Legionarijs trecentos nummos, quam su mam repræsentari iussit. Nam confiscatam semper repositamq; ha erat.* Inde & *confiscare hæreditates* Suet. in Domitiano. c. 12. *Co scabātur alienissimæ hæreditates vel vno existente, qui diceret au se ex defuncto quum viueret, hæredem sibi Cæsarem esse.* Ita & *co scare personas.* Suet. in Caligula, c. 41. *Quū prætereuntes duos equ Romanos locupletes sine mora corripi confiscariq; iussisset, exultans dijt, gloriansq; nunquam se prosperiore alea vsum.* Confiscare bo vulgatissimum est. Sic & *fiscarij* dicti, à fisco Imperatorum, scili exactores, & qui annuas fiscariorum præstationes repetunt. & discussiones rationales tractare cōsueuerunt, testimonio Vitru Tantæ autem sunt pecuniæ, quas ex publicis exactionihus seu ctigalibus & alijs pensionib. confiscationibusq; principes collig vt iure dictū sit, fiscum semper soluendo esse, *l. 2. de fund. dotal.* *23. P. tit. 5.* Non tamen prætermittendum dictum boni Impera ris Traiani, aureum profecto, quod in Iuliano Sextus Aurelius moriæ prodidit; illum nempe exactiones nimias improbantem cere solitum, *Fiscum esse veluti lienem, quod eo excrescente, a reliqui contabescerent.* Cur autem milites fiscos de Imperatore

ptos inter signa, Aquilasque veherent, haud mirum est, ibi enim & proprias pecunias singuli milites deponebant; quod elicimus ex Suet. *in Domitiano cap.7.* & nos alibi fusius docuimus.

Cap.44. *Centurionatum inde egit.*] Peremptis militari seditione legionum centurionibus, nouos elegit Germanicus coram militibus, qui eorundem merita vel demerita perpendentes, eos, vel approbabant, vel reijciebant; hanc actionem Tacitus *centurionatum agere* dixit, noua quidem voce vsus, semper.n. *centuriatũ* vocauit Cicero. Sic in Orat. pro Pomp. inquit: *Imperator in cuius exercitu veneant centuriatus, atq; venierint.* Et in Orat. in Pisonem: *Quid centuriatus palam venditos?* Liuius quoq; *centuriatum* dixit, lib.2. de bello Punico: *Vbi ad decuriatum, aut centuriatum conuẽnissent.* Insueta itaq; voce Tacitum vsum dicendum, vel *centuriatum* non dixisse, eo quod hæc dictio singularem dignitatem vel officium significet, *centurionatum* vero vniuersalem & multorum centurionum electionem. In militari autem seditione morẽ fuisse cædendi centuriones, patet tum ex Taciti superius dictis, tum ex Hirtij Com. *de bello Alexandrino*, vbi legimus, *legionem trigesimam decessione facta centuriones aliquot occidisse.*

Cap.54. *Idem annus nouas ceremonias accepit, addito sodalium Augustalium sacerdotio; vt quondam T. Tatius retinendis Sabinorum sacris sodales Tatios instituerat.*] Marcus Vertranius in suis notis ad Tacitum, *sodales Titios* legendum putat, eo quod apud alios semper legerit *Titios*, nunquam *Tatios*, vti apud Suetonium *in Galba, capite octauo*, vbi habet: *Inter 15. viros sodalesque Titios, item Augustales coaptatus.* Et apud Lucanum *1. lib.* Pharsaliæ legimus:

Septemque viri epulis, Titijque sodales.

Ad hæc Varro *lib. 1. de lingua Latina* scribit, *Titios nuncupatos à Titijs auibus, quas in augurijs certis obseruare solebant.* Nos tamen & *Titios* & *Tatios* nuncupari posse non dubitamus, rectius tamen *Tatios*, à Tito Tatio, vt scribit Tacitus hoc loco, & *lib. 2. Hist.* quemadmodum & *sodales Augustales* ab Augusto dicti ex Suetonio *in Claudio, c. 6. & in Galba, c.8.* & Tacito locis dictis & *Antoniani* ab Antonino Pio ex Capitolino in illo, & Antonino philosopho non semel, & Spartano in Caracalla. *Heluiani* ab Heluio Pertinace, vbi & eosdem *Martianos* dictos inquit à Marco Antonino; & ex Spartiano in vita Seueri. *Aureliani* à M. Aureliano, ex Capitolino in vita Antonini philosophi. & *Alexandrini* ab Alexandro Seuero in eiusdem vita, qui *Mammeanos* etiam instituit in honorem matris, eodem teste. Verum quod magis ad rem facit, habemus ex Liuio *lib.1.* à T. Tatio centuriam equitum Tatiensem appellatam, & ex Festo libro 18. *Curiam Titiam, & tribum Titiam,* à prænomine Titi Tatij appellatas, cur non & sodales Titios & Tatios ab eodem dici potuisse dubitamus? *Titios* nempe

à nomine, & *Tatios* cognomine. Verum quia in re hac parum laborat Vertranius, ideo nec nos plura: ſed ad illud quod magis refert, ſermonem intendimus. Idem Vertranius Tacitum inconſtantiæ inſimulat, ac ſui diſſimilem appellat: quod ſcilicet hoc loco T. Tatium ſodales inſtituiſſe Tatios dixerit ad retinenda Sabinorum ſacra: at 2. Hiſt. tradiderit, huiuſmodi Sacerdotium à Romulo Tatio regi ſacratum fuiſſe. Ego ſane non contradicendi ſtudio, ſed quia ſemper in tutandis potius quam accuſandis veterum ſcriptis pronior fui, aliter ſentiendum puto, ac iniuria Tacito inconſtantiæ notam inuri: ſiquidem haud inconueniunt, ſed & ſimul ſtare poſſunt hæc duo, quod ſcilicet T. Tatius ſodales Tatios inſtituerit, & quod Romulus eoſdem T. Tatio conſecrarit: nam *inſtituere*, primam originem ſignificat: at *conſecrare*, non ita, ſed iam inſtitutos duntaxat ad retinenda ſacra Sabinorum, mox illo extincto, à Romulo illius honori conſecrari & confirmari. Quod ſi nec Liuius, nec Dionyſius, Plutarchuſque de re hac verba fecere, non tamen Tacitus accuſandus, imo laudandus, vti illis in ſcribendo vberior. Sane illi, *Romulum T. Tatio funus ampliſſimum feciſſe, ac parentale annuum decreuiſſe*, non reticuere, vnde & veriſimile, & Sacerdotes Tatios ab illo inſtitutos, Romulum conſecraſſe.

Cap. 74. *Patiens tulit abſolui reũ criminib. maieſtatis: de pecuniis repetundis itum ad reciperatores.*] Duo hoc in loco ſcrupum faciunt. vnum quod ſcribat Tacitus, Granium Marcellum duntaxat accuſatum à Cæpio Criſpino, & à Romano Hiſpano læſæ Maieſtatis poſtulatum, & tamen ſubdat, eum ab hoc crimine liberatum, at de pecunijs repetundis ad reciperatores itum. alterum vero, quod in Senatu *reciperatores datos ſcribat*, quod non alibi factum obſeruamus. Quibus vt lucem afferamus ſciendum, *reciperari, reciperatores, & reciperationẽ* paſſim legi in Pãdectis Florentinis, vt p *recuperari, recuperatores, & recuperatio*. Preterea ratione iuriſdictionis duplices iudices fuiſſe, *ordinarios* ſcilicet, & *delegatos*: *Ordinarij* dicebantur, qui aſſiduam & conſuetam exercebant iuriſdictionem, ab alio iudice vel Magiſtratu non pendentem. *Delegati* vero, ſeu *Commiſſarij* vocati, qui alterius iudicis vices agentes, nihil quicquam ex præſenti iuriſdictione habebant ordinarium. Hi autem à Romanis antiquis *reciperatores* ſeu *recuperatores* appellati, eorumque iudicium *recuperatorium*. Hoc quidem vel ex eo patere poteſt, quod Cicero ad demonſtrandum, quod nullam iuriſdictionem ordinariam haberent, fere ſemper eos cum iudicibus coniungit. Ita in Orat. pro Cæcinna ait: *Si quis iudex recuperatorue dicat*. Et iterum: *Non reperies quenquam iudicem aut recuperatorem*. & in Verr. 5. *Nullum vnquam iudicem aut recuperatorem dedit*. Præterea & illud memoriæ reuocandum, quæſtiones fuiſſe, vel de re publica, vel de priuata: de publica nunquam iudi-

iudicium penes recuperatores, sed ordinarij iudices erant] Senatus Populusque Rom. Si de priuata: vel quæstio erat de iure vel æquo, vel de facto: de iure iudicabant Centumuiri, vt longa verborum serie docet Cic. *lib. de Orat.1.* si de facto erat controuersia, iudicium ad recuperatores spectabat, quod pluribus exemplis comprobare possumus. Liuius *lib. 26.* scribit, *orta quæstione de præmio coronæ muralis inter Q. Trebellium Centurionem, & Sextum Digitum socium naualem, à Scipione tres recuperatores datos, qui causam cognoscerent.* Sic lib. 43. *Cum controuersia subreptæ pecuniæ à L. Caruleio Prætore quini Senatorij ordinis recuperatores dati.* An aliquis esset seruus vel liber, ingenuus, vel libertinus, si disputabatur, & recuperatores dabantur, exemplum habemus apud Sueton. in Vespasiano, *cap. 3.* de Flauia Domicilla recuperatorio iudicio ingenua pronuntiata. An facta esset iniuria necne, si disputabatur, recuperatores dabantur, quod comprobari potest ex Gellio scribente, libro 20. cap. 1. *Prætores legem duodecim tabularum, si iniuriam faxit, æris pœna sunto, abolescere censuerunt, iniuriisque æstimandis recuperatores se daturos edixerunt.* Et Cic in Rhetor. iudicium iniuriarum à Prætore datum, *iudicium recuperatorium* vocat. Ex his patere puto, recuperatores dari solitos in priuato iudicio, vbi de facto ageretur. Ob id Domitianus *tradente Suetonio in illo cap. 8. Recuperatores ne se semper persuasoris assertionibus accommodarent admonuit.* Nam recuperatorium iudicium, vti quod de facto procederet, potissimum testibus, non persuasionibus innitebatur. Munus vero dandi recuperatores potissimum ad Prætores spectabat. Vnde Plautus in Bacchid.

Postquam Prætor recuperatores dedit.

Et Cic. *in Frumentaria* ait: *Veniant Syracusas, & de Prætore, videlicet æquo iure Apronium delicias tuas, ac vitam tuam iudicio recuperatorio prosequentur.* Valerius Probus *in libello de notis antiquis*, Prætoris formulam, iudicium recuperatorium dantis describit. Idem etiam ex Cic. authoritate *in Rhet.* & Gellij loco adducto comprobari potest. Non solum autem Prætores, sed & Consules recuperatores dedisse, elicimus ex veterib. legibus, vbi habemus: *Consulis, Prætoris, quicunq; erit, de ea re iurisdictio, iudicij, Iudicis recuperatorũue datio esto.* Exercituum Duces, seu Imperatores aliquando recuperatores dedisse manifestum ex superius allato Scipionis exemplo inter milites de corona murali contendentes. Quinimo & Romanos Imperatores recuperatores dare consueuisse, constat ex Capitolino in M. Cæsare: scribente, illum *in Senatus honorificentia multis & prætoriis, & Consularibus, & priuatis decidenda negotia delegasse, quo magis in exercitio iuris eorum cresceret authoritas.* Nil aliud est enim, vt diximus *recuperatores dare*, quam causam cognoscendam alicui delegare. Senatur

vero dediſſe recuperatores nũquam legimus, ſed bene ipſo iubente à Prætore datos, vti ſupra authoritate Liuij, *lib.43.* demonſtrauimus. Ita quoque & hoc loco non recuperatores in cauſa Granij Marcelli à Senatu datos, ſed iuſſu illius cum conſenſu Tiberij, vel ex illius mandato commiſſum iudicium recuperatorium: quod oſtendunt verba illa: *Itum ad recuperatores*: aliter enim Tacitus datos dixiſſet. Ex his ſatisfactum ſecundæ obiectioni præmemoratæ cenſemus. Quod vero ad primum ſcrupum ſpectat, illum facile euitamus. Namque ſcribente Tacito, *Granium Marcellum Prætorem Bithyniæ à Quæſtore ipſius Cæpione, Criſpino maieſtatis poſtulatum, ſubſcribente Romano Hiſpone*, includit etiam præter maieſtatis crimen, & repetundarum obiectum. Nam quum Cæpio Marcelli Quæſtor in Prouincia fuiſſet, ob idque pecunias ac earum rationes tractaſſet, facile ei fuit, Prætorem ſuum inſimulare: quod Tacitus ſolita breuitate inuoluit. Illud poſtremo notandum, apud Athenienſes iudices fuiſſe perſimiles recuperatoribus, qui διαιτηταὶ vocantur, quorum meminit Iul. Pollux. Dabantur autem recuperatores ſtatim propoſita quæſtione, nulla dilatione interpoſita: quod colligimus ex Plinio *libro Epiſt. 3. Epiſtola penultima*; ſcribente Maximo ſuo. *Nam vt in recuperatoriis iudiciis, ſic nos in his comitiis quaſi repente apprehenſi ſynceri iudices fuimus.*

Cap.77. *De modo lucaris, & aduerſus laſciuiam fautorum multa decernuntur.*] *Lucar* erat precium, quod ex lucis percipiebatur à pop.Rom. & *Lucaris pecunia*, quæ in luco dabatur, & *Lucaria feſta*, quæ in luco Romani faciebant, qui permagnus erat, inter viam Salariam & Tiberim, in memoriam, quod victi à Gallis fugientes è prælio ibi ſeſe occultauerant, & hæc omnia ex Feſto Pompeio, *lib.10.* nec non & ex Plutarcho, *in Quæſtionibus*. *Lucar* ex Lexico antiquo, *vectigal* interpretatus eſt abſolute Turnebus, *libro Aduerſ. 28, cap. 6.* nos ſubaudiendum putamus cum Feſto concordantes, *vectigal, quod ex luci alicuius prouentibus percipiebatur.* Sic ſenſiſſe etiam videtur ex recentioribus Cæl. Rhodiginus *lib.8.cap.9.* M. Vertranius in Annot. ad hunc locum, interpretatur, *pecuniam expendi ſolitam in ſpectaculis publicis.* Sed etſi exponamus feſta ipſa in primis temporibus in lucis fieri ſolita, & poſtea ad vrbem deducta; non reluctabimur: in lucis enim vrbi proximis ſacra & ludos peragi ſolitos, præter Feſtum & Plutarchum, teſtatur Liuius *lib.39.* de Bacchanalibus, quæ in luco Similæ fiebant, verba faciens. Qui mos à Germanis forte deductus, qui nemoribus pro templis vſi ſunt, ex Tacito *in libro de moribus Germanorum*. Hincque illud Plinij *libro 12. cap.1.* de arboribus loquentis: *Hæc fuerunt numinum templa, priſcoque ritu ſimplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant, nec magis auro fulgentia, atque ebore ſimulachra, quam lucos, & in iis ſilentia ipſa adoramus.* Quod vero ludi in ſacris fierent: palam fit

ex omnibus propemodum authorum ſcriptis : ſed præſertim ex Cicerone *in 7. in Verr. actione*, vbi ait : *Nunc ſum deſignatus Ædilis. Scio mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani nominati ſunt, maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæ eſſe faciendos: Lucaria ſcilicet.* Lactantius Firmianus *libro 6. cap. 20.* ad finem, inquit; *Et cæteris Diis paulatim idem honos tribui cœpit, ſinguliſque ludi numinibus eorum conſecrati ſunt, ſicut Siſinnius Capito in libro ſpectaculorum docet.* Siue itaque *Lucaris modum impoſitum* interpretamur, Feſtis Ludiſque in lucis fieri ſolitis, ſiue pecuniæ ex lucis perceptæ, & in ludos faciendos expenſæ, parum refert: & ſenſus verborum Taciti ex ſerie ipſa fit clarus.

Cap. 78. *Templum vt in Colonia Tarraconenſi ſtrueretur Auguſto, petentibus Hiſpanis permiſſum: datumque in omnes prouincias exemplum.*] Vertranius interpretatur, datum Tiberij literarum exemplum ad omnes prouincias , vt ſcilicet ſtruerent Auguſto templum. Nos potius interpretandum cenſemus, ex conceſſione facta Hiſpanis petentibus , vt ſibi liceret in Colonia Tarraconenſi ſtruere Auguſto templum , datumque exemplum cæteris prouinciis, vt & ipſæ idem facerent : motæ ſcilicet exemplo Hiſpaniarum: ne, inquam , paterentur in demonſtranda erga Auguſti Manes obſeruantia, ſe ab Hiſpanis ſuperari. Poſſumus & aliter Taciti dictum explicare, nempe , quod Tiberius decreuerit non ſolum ab Hiſpanis , ſed & ab aliis prouincialibus omnibus conſtrui templa in honorem Auguſti , datumque ad omnes prouincias exemplum, id eſt modulum & formam , quibus in ædificandis Auguſto ædibus ſacris vterentur.

Cap. 80. *De comitijs Conſularibus, quænam primum illo principe ac deinceps fuere, vix quicquam affirmare auſim: adeo diuerſa non modo apud authores, ſed in ipſius orationibus reperiuntur.*] Comitia Conſularia hoc loco vocat Tacitus illa , quibus Conſules creabantur: quod fiebat comitiis centuriatis. Ita Liuius de primis Conſulibus ſcribit : *Duo Conſules inde ex comitiis centuriatis à præfecto vrbis ex commentariis Seruij Tulli creati ſunt.* Et Cicero per initia Orat. pro Muræna: *Quæ deprecatus à Diis immortalibus ſum, Iudices, more inſtitutoque maiorum illo die , quo auſpicato comitiis centuriatis , L. Murænam Conſulem renuntiaui.* Et lib. 7. Epiſt. in Epiſt. cuius initium : *Ego vero iam te nec hortor*, inquit: *Ille autem, qui comitiis tributis eſt auſpicatus , centuriata habuit, Conſulem hora ſeptima renuntiauit.* Idem docet Gellius *libro 13. cap. 14.* Huiuſmodi comitia primo per vrbis Præfectum habita, ex Liuij citato loco patet. Deinde per Conſules haberi ſolita vt plurimum, & ferme perpetuum , apud Liuium & alios obſeruamus. Nonnunquam autem habita comitia Conſularia ab Interrege , quum res ad Interregem rediiſſet, patet ex Liuio, *libro 3.* in creatione Lucretij Tricipitini , & T. Veturii Gemini Conſu-

lum. Et *lib. 4.* in creatione L.Papyrij Mugilani & L. Sempronij Atratini Consulum. Et iterum *eodem libro*, in creatione Auli Cornelij Cossi,& L.Furij Medulini Consulum. Et *libro 7.* vbi de creatione C. Sulpitij Petici, & M. Valerij Publicolæ Consulum. Et rursus in creatione M. Valerij Coruini, & A. Cornelij Cossi Coss. Et *libro 8.* in creatione Manlij Torquati,& P.Muris Coss. Rursumque in creatione C.Petilij, & L. Papyrij Mugilani Coss. & alibi etiam non semel. Huiusmodi comitia & aliquando habita per Dictatorem, quum Consules haberi non possent, constat ex Liuio *libro 7.* vbi habet, *Dictatorem creatum fuisse ægris Consulibus, L. Furium Camillum, & paulo post T. Manlium Torquatum.* Et *libro 32.* L. Veturium Philonem, absentibus Consulibus,& *libro 36.* ob eandem causam Q. Fuluium Flaccum,& *libro 39.* Q. Cæcilium Metellum Dictatores creatos, comitiorum Consularium habendorum causa. Sic & Claudius Nero; M. Liuium collegam Dictatorem dixit eadem de causa apud Liuium *libro 38.* & *libro 37.* ita scribit: *Hæc recitata à Consule, ita mouere Senatum; vt non expectanda comitia Consules censerent, sed Dictatore comitiorum causa dicto, extemplo in prouinciam redeundum.* Non desunt, qui Consularia comitia aliquando per Prætores habita affirment, quorum tamen nullum afferunt exemplum, imo Cic. *libro 9. ad Att.* in illa Epistola, quæ incipit, *Tres Epistolæ*, horum sententiam refellit: habet enim: *Iste omnium turpissimus & sordidissimus, qui Consularia comitia à Prætore ait haberi posse.* Consules denique semel absque comitijs centuriatis à Patribus clientibusque Patrum factos, T. Quinctium & Q. Seruilium, quum plebs irata noluisset Consularibus comitijs interesse, habemus ex Liuio *libro 2.* versus finem. Postremo creandorum Consulum comitia ad se transtulere Imperatores cæteri, exemplo Cæsaris, qui, teste Suetonio in illo, *cap. 41.* quamuis comitia cum populo partitus esset, exceptis tamen Consulatus competitoribus, *iussit de cætero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur, pro parte altera, quos ipse dedisset.* Pulchre itaque de populo Rom. Iuuenalis Satyr. 10.

----- Qui dabat olim
Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se
Continet, atq; duas tantum res anxius vrget,
Panem & Circenses.-----

Modestius quidem Augustus, qui & ipse cum populo munia Magistratuum creandorum partitus, validorum prouinciarum Magistratus ad se transtulit, cæteras Proconsulibus sortito permisit, ex ipsomet Suetonio in illus vita, *capite 47.* Tiberius deinceps, cuius mores fuere simulatissimi ac varij, vt Tacitus in sequentibus docet, publicam quamuis autoritatem seruare professus, re-vera Consulum creationem ad sui commendationem trahebat,

varijs

varijs ac diuersis artificijs vsus: ob id iure, inquit Tacitus, de comitijs Consularibus illo Principe, & deinceps, qualia fuerint, certi quidquam firmare, se minime ausum. Illud sane scriptum posteriorum Imperatorum temporibus à Iurisconsultis legimus: *ad Principem, Magistratuum creationem pertinere, non ad populi fauorem.* Ita docet Modestinus *l. 1. ad leg. Iuliam, de ambitu*, vitandi ambitus causa id moris inductum. quod de bonis Principibus intelligendum, qui & bonos, magistratibusque gerendis aptos eligere student, secus vero malos Imperatores, quos & sui similibus venali fauore, non virtute præualente, magistratus vt plurimum demandasse, magno subditorum malo, passim in lectione historica obseruamus.

In Lib. III. Annal.

CAP. 2. *Atque vbi colonias transgrederentur atrata plebs, trabeati equites, pro opibus loci vestem, odores, aliaque funerum solennia cremabant.*] Ex hisce Taciti verbis existimauere nonnulli, *trabeam* fuisse vestis genus, qua in funeribus equites vterentur, sed perperam; quamuis enim in Germanici funere *trabeati equites incessissent*, non ob id tamen inferendum, trabeam funerale indumentum extitisse, sed bene familiare equitibus in publicis solennitatibus. Valerius Maximus *lib. 2. c. 1.* vbi de ordine equestri verba facit, inquit: *Trabeatos vero equites Idibus Iulij Q. Fabius transuehi instituit.* Et Suetonius *in Domitiano, cap. 14.* ait: *Decretum erat, vt quoties gereret Consulatum, equites Romani, quibus sors obtigisset, trabeati & cum hastis militaribus præcederent eum.* Non solum autem equites Romanos trabea vsos, sed ante eos Rom. Reges, docet Plinius *lib. 8. cap. 48.* inquiens: *Trabeis vsos accipio Reges.* Et lib. 9 c. 39. *Purpuræ vsum semper Romæ fuisse video, sed Romulo in trabea.* Hinc Romulus *trabeatus* dictus Ouidio, lib. 1. Fast.

Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini.

Quinimo Papinianus *lib 5. Syl. 2.* non solum Romulo, sed & Remo eius fratri *trabeam* attribuit, inquiens:

---- Non sanguine cretus
Turmali, trabeaq; Remi, sed paupere clauo
Augustam sedem, & Latij penetrale Senatus
Aduena pulsasti.----

Ex hoc quoque est illud Iuuenal. ad finem *Satyr. 8.* de Seruio Tullo Romano Rege sexto:

Ancilla natus trabeam & diadema Quirini,
Et fasces meruit Regum vltimus ille bonorum.

Isidorus lib. 19. *Trabea togæ species (inquit) ex purpura & cocco, qua operti Romani Reges initio incedebant. Consules post Reges trabeam vsurparunt.* Virg. lib. 7. Æneid.

Ipse Quirinali trabea cinctuq; Gabino
Insignis reserat stridentia limina Consul.

Et Claudianus in Panegyr.2.

Quo tandem flexus trabeas auctore rogantes
Indueret, factisque suum concesserit annum.

Liuius lib.32. *Consul vere primo trabeatus in continentem ad hostem pergit.* Halicarnassæus *lib.5.* & Amm. Marcellinus lib.26. *Trabeam* Consularem vestem fuisse testati sunt. Et Ausonius in Protreptico ad nepotem:

Vt trabeam pictamq; togam mea præmia Consul
Induerer, fastisq; meis prælatus haberer.

Duces autem & *trabea* vsos, testantur Dionysius Halicarnassæus loco citato, & Am. Marcellinus loco iam dicto, Præfectis Prætorio & principibus exercituum trabeam assignant. Sueton. *in libro de vestium generibus*, & ex eo Seruius enarrans Virgilij locum prænarratum, *trabeam* pariter augurale indumentum extitisse, scribunt. Idem Dionys. *libro 2.* Salijs trabeam togam assignat, περιπορφύρους appellans, id est, *puniceam*. Quamuis Liuius *libro 1.* Salijs non trabeam, sed togam pictam assignet. Cuiusmodi autem trabea fuerit, colligimus ex eodem authore, & pariter libro eodem, vbi docet, togam fuisse circumdistinctam purpura subtegmine puniceo, vestemque fuisse Romanis gentilem & honorificam: ex quibus colligere possumus, trabeam fuisse togam seu vestem discolorem, purpuream & puniceam, vt hoc loco Halicarnass. ex purpura & cocco, vt Isidorus *in l.1. Cod. de pub. læt. & l.1. eiusdem Cod. de Consul libro 12. Trabea*, inquit An. Cornutus, *erat togæ species ex purpura & cocco, qua operti nobiles Rom. initio præcedebant.* Trabeam autem ita dictam, arbitratus est Turnebus, eo quod discolores veluti trabes haberet pannorum, ordituram scilicet vnius, texturam vero alterius coloris. cui ego nō assentior. nam potius discolorem ex duplici panno confectam, purpureo scilicet & puniceo, seu coccineo fuisse, elicitur ex præallegatis authoritatibus. Hæc latius dixisse volui, quum inter recentiores, V.L. qui librum de vestibus antiquorum edidit, sobrie admodum, ne ieiune dicam, rem hanc pertractarit.

Cap.13. *Exin biduum criminibus obijciendis statuitur, vtque sex dierum spacio interiecto, reus per triduum defenderetur.*] Tempus accusatori & reo causam agendi non semper idem antiquitus statutum obseruamus, præsertim apud Asconium *in Orat. Cic.* scribitque Plinius *lib. Epist.4. Epist.9. ad Vrsum*, in foro coram iudicibus lege cautum fuisse, *vt sex horæ accusatori, nouem vero darentur reo orandi, vno scilicet & altero die.* At Cneus Pompeius tempus hoc magis etiam restrinxit, scribente Pediano in Cic. Orat. pro Milone: *Pompeius legem promulgauit, qua prius testes dati p[...]*
triduu[...]

triduum, dein vno die, atque eodem, & ab accusatore & à reo perorari iubebat. Ego puto id iudicis arbitrarium fuisse, pro personarum & criminum qualitate. Sic apud Iurisconsultos legimus, quale quantumque tempus sit, iudicis arbitrio relinqui definiendum, *L. ab hostibus, §. final. ex quibus causis maior.* Id autem ex hoc Taciti loco elici potest, siquidem Tiberius habita ratione personarum Germanici scilicet, de cuius nece ambigebatur, & Pisonis qui reus agebatur, necnon criminis de veneno obiecti, certum accusatoribus & reo obiiciendorum & diluendorum criminum sex dierum tempus constituit. alioquin id minime facturus, si à lege certum & ordinarium tempus statutum fuisset.

Cap. 25. *Relatum deinde de moderanda Papia Poppæa, quā senior Augustus post Iulias rogationes incitandis cœlibum pœnis, & augendo ærario sanxerat, &c.*] Hic locus Beatum, Ferrettum, Verranium & Lipsium fatigauit, dum varij varie legendum textum censuere. Nos in eo enucleando non parum laborauimus, & quæ adinuenimus, subiicimus. Plures fuisse apud Romanos leges Iulias obseruamus. Fuit enim *lex Iulia de ciuitate*, quam tulit Sextus Iulius Cæsar Consul cum L. Marcio, anno ab vrbe condita 672. Fuit & *Iulia de prouinciis*, à C. Iulio Cæsare Consule cum Bibulo lata, anno 691. Idem tulit & *legem Agrariam, Iuliam de vi, Iuliam Maiestatis, Iuliam iudiciariam, Iuliam de sacerdotiis, Iuliam repetundarum, Iuliam de prouinciis, Iuliam de legibus Cæsaris, Iuliam de fœnore, & Iuliam de Coloniis.* Post C. Cæsarem, Augustus, qui illi in Imperio successit, tulit *Iuliam de vi publica & priuata, Iuliam Maiestatis, Iuliam de ambitu, Iuliam de vicesima, Iuliam de Iudiciis, Iuliam de adulteriis, Iuliam caducariam, Iuliam Theatralem, Iuliam sumptuariam, Iuliam de manumissionibus, Iuliam de veneno, Iuliam peculatus, Iuliam de residuis, de tutoribus, & Iuliam Semproniam de limitibus.* quæ omnes Iuliæ dictæ sunt, quod à Dictatore Iulio Cæsare latæ sint, vel ab Augusto partim etiam reformatæ, partim vero de nouo latæ. qui eas in honorem eiusdem Iulij Cæsaris Dictatoris patris sui Iulias appellauit, vel quod eas, vt ederet, edoctus esset ex Commentariis Iulij Cæsaris, vt ipse populo suadebat, ne grauaretur eas recipere, tanquam ab authoritate Iulij Cæsaris, quem vehementer viuum amauerat, & peremptum vindicauerat, prodiissent. Hoc loco tamen per rogationes Iulias, Tacitum tantum Iuliæ de maritandis ordinibus intellexisse, non dubitandum. Vocauit autem Iulias, non Iuliam, non quod plures essent, sed quia Iulia hæc plura haberet capita, per quæ Augustus publicum bonum spectans, multiplicibus præmiis & immunitatibus honoribusque vxorem ducentes seu habentes, atque ex his liberos, prosequutus est: & econtra cœlibes & orbos pœnis subiecit, & de ijs secundis Tacitus verba facit hoc in loco. Et intellexit Horatius in carmine seculari scribens;

Diua producas ſobolem, patrumq́;
Proſperes decreta ſuper iugandis
Fœminis, proliſq; nouæ feraci,
Lege marita.

In errore namque verſantur, qui exiſtimauere, Horatium intellexiſſe de lege Papia Poppæa. nam ſcripſit hæc ille anno ab vrbe condita 736. & mortuus erat anno 761. quo lata eſt Papia Poppæa. Cauſa autem ferendæ legis Iuliæ de maritandis ordinibus fuit, quod Rempublicam minime conſiſtere & augeri poſſe, ſine multiplici liberorum procreatione videretur. Vnde & ante Auguſtum Q. Metellus cenſor, vt ducere omnes vxores omnino cogerentur, liberorum ſuſcipiendorum cauſa cenſuit, tradente Floro, *libro 59. Ciuitatem enim ſine matrimoniorum frequentia conſiſtere non poſſe exiſtimabat*, teſte Gellio, *libro 1. cap. 6.* Quinimo eiuſdem Metelli de prole augenda oratio ad poſteros prouenit, quam populo recitandam Auguſtus edicto ſanxit, tradente Suetonio in illo, *cap. 89.* Varia autem, vt dixi, capita lex iſta continebat, veluti, ne cœlibes, niſi qui genere eſſent proximi, quicquam ex teſtamento ciuis Rom. caperent: Ne orbi plus quam dimidiam eorum, quæ relicta eſſent, vt collegimus ex Euſebio, Nicephoro, & Sozomeno, & *l. 1. C. de infirm. pœn. cœlib.* Ne coniunx coniugis teſtamento, niſi decimam relictorum partem caperet, reliquæ nouem ad fiſcum ſpectarent, ex Vlp. *cap. Inſtit. 15. l. 1. Cod. de his qui ſe def. tit. 10. & l. 2. C. de infir. cœlib. pœn.* Vt ſi liberta ab inuito patrono diuerteret, alij nubere, inuito patrono, non poſſet. Vt iuſiurandum, quod liberto impoſitum eſt, ne vxorē ducat, ei remittatur, *l. 6. §. 3. de iure. pat l. 1. D. vnde vir & vxor.* Ne ſenatores eorumue liberi libertinas, & quæ ipſæ, quarumue pater vel mater artem ludicram fecerint, item ex numero corpore quæſtum facientium vxorem ne ducant. Cæteri autem ingenui prohibentur ducere lenam à lenone, lenamue manumiſſam, & in adulterio deprehenſam, & iudicio publico damnatam, & quæ artem ludicram fecerit, *ex Paulo, l. 44. de ritu nupt.* Marcianus autem *in l. 19. eo* ſcribit, caput trigeſimum quintum legis Iuliæ fuiſſe, vt qui liberos haberent in poteſtate, iniuria prohibuerint vxores ducere, vel nubere, à magiſtratibus cogantur in matrimonium collocare & dotare. Vt patriciis liceret libertinas vxores ducere, præterquam ſi ſenatores ſenatorumue liberi eſſent. Ne qua ſponſalia rata eſſent, niſi ſtatim exacto biennio nuptiæ fierent, hoc eſt, ne puellæ decem annis minores ducerentur, quarum annus ætatis duodecimus maturus coniugio habebatur, ex Zonara, *lib. 2.* & Dione *lib. 44.* Gellius quoque author eſt, eadem lege cautum: Vt ex Conſulibus prior ille faſces ſumeret, qui plures liberos, quam collega, haberet: quod ſi par vtrique numerus fuiſſet, præferendus qui pluries maritus fuiſſet: quod ſi in vtroque

pares

pares eſſent, qui maior natu eſſet, prius faſces ſumeret. Plura & alia capita eiuſdẽ legis fuiſſe conſtat ex Marciano, vt diximus, 35. enumerante, quæ referri non poſſunt, ob amiſſos Iuriſconſultorũ antiquorum libros. Hanc legem pop. Rom. & præcipue equeſtri ordini inuiſam fuiſſe colligimus ex Suetonio in Aug. c. 34. ſcribente: *Leges tractauit, & quaſdam de nouo ex integro ſanxit, vt ſumptuariam, de adulterijs & pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus. Hanc quum aliquantulum ſeuerius emendaſſet, præ tumultu recuſantium perferre non potuit, niſi adempta demum lenitaue parte pœnarum, & vacatione triennij data, auctisque præmijs. Sic quoque abolitionem eius publico ſpectaculo pertinaciter poſtulante equite, accitos Germanici liberos, receptosque partim ad ſe partim in patris gremiũ oſtentauit, manu vultuq; ſignificans, ne grauarentur imitari iuuenis exemplũ. Quumq; immaturitate ſponſarũ & matrimoniorũ crebra mutatione vim legis eludi ſentiret, tempus ſponſas habendi coarctauit, & diuortijs modum impoſuit.* Ex quibus amplius colligimus, Auguſtum pluries legem Iuliam de maritandis ordinibus emendaſſe, modo lenius, modo ſeuerius. Seuerius, inquam, quum iam ſeneſcens addidit capita, quæ lege Papia Poppæa continentur, vt hoc loco Tacitus tradit. Continebat auten lex Papia Poppæa de maritandis ordinibus & ipſa plura capita; Vti qui Senator eſſet, quiue filius, nepos proneposue, ex filio vel ex filia natus, ne quis eorum ſponſum vel vxorẽ ſciens dolo malo vxorem habeat libertinam, aut etiam quæ ipſa, eiusue pater materue, artem ludicram faceret, feciſſetue. Ne Senatoris filia, neptisue ex filio, proneptisue ex nepote filia nata, nato libertino, eiue qui ipſe, cuiusue pater vel mater artem ludicram facit, fecitue, ſponſa nuptaue ſciens dolo malo eſſet. Vt ne quinquaginta annis minor ſexagenario nuberet, aut vir hac ætate iunior quinquagenariam fœminam duceret in vxorem. Vt patronis, qui ius trium liberorũ habeant, contra tabulas teſtamenti liberti, aut ab inteſtato contra hæredes ſuos non naturales, bonorum poſſeſſio detur. Vt patronæ ingenuæ duobus liberis honoratæ, libertinæ tribus idem iuris detur, quod patronis ex edicto. Vt liberis ingenuæ trium liberorum iure honoratæ idem iuris, quod ipſi patronæ tribuatur. Vt omnibus ingenuis, præter Senatores eorumque liberos, vxores libertinas habere liceret. Quæ omnia colliguntur ex Iuriſconſultis, *ſub tit. de ritu nupt. de vulgar. ſubſtit. de iure pat.* & alijs locis innumeris. Vlpian. *cap. Inſtit. 14.* Dione *lib. 56.* & Lactantio; *lib. 1. Inſtitut. cap. 16.* Aduerſus transgreſſores legis Papiæ Poppææ ſeueras pœnas inſtituit Auguſtus, quarum nonnullæ legi poſſunt apud doctiſſimum Alciatum *libro Diſpunctionum tertio, capite ſexto.* Harum exactione ditabatur ærarium, vt ſupplere poſſet maximis expenſis, quæ Auguſti temporibus in alendis exercitibus fiebant, præcipue quum mul-

ti nec coniugia frequentarent, nec prolis procreationi operam darent, inuisæ legi parere abnuentes, & pœnas potius subire malentes: vnde multi delatoribus etiam perperam legem interpretantibus periclitabantur. Nam, vt paulo post ait Tacitus, *inditi & custodes, vt si*, (ita enim legendum puto, non, *visi*, vt Vertranius, nec, *aut si*, vt Lipsius, nec locum mancum puto, vt Ferrettus) *à priuilegijs parentum cessaretur*, id est, si liberi non susciperentur, *populus*, Respublica scilicet, *veluti omnium parens vacantia bona teneret*; vacantia, inquam, ob filiorum defectum, ideoque fisco applicarentur. Lege enim Papia Poppæa cauebatur contra eos, qui cœlibes manerent, ne ex testamento solidum capere possent, nisi intra dies centum legi paruissent, quod Tertullianus *in lib. de Monogam.* Sozomenus & Vlpianus *in Instit.* ostendunt. Sed ad institutum reuertentes, duo adnotatione digna addamus; Legem *Papiam Poppæam* perperam ab Alexandro ab Alexan. *lib. 4. cap. 8.* ab Augusto latam, *Papiam Pompeiam* appellari, quod & ante ipsũ fecisse Isidorum *in 4.* non ignoramus, dum scribit, sub Octauiano Cęsare suffectos Consules *Papium & Pompeium* legem hanc tulisse. In eodem errore & versati Zazius *in Catalogo legum antiquarum*, & Beroaldus *in Suetonium*, *Papiam Pompeam* appellantes; quum nunquam cum Papio Pompeius Consul fuerit. Quod docuit Ioan. Cuspinianus *in suis Com. in Aurelij Cassiodori Consules, in anno ab V. C 761.* Verum latam fuisse hanc legem M. Papio Mutilo, & Q. Poppæo 2. Coss. suffectis, Augusto Imperante, anno 761. ex supputatione Bartholomæi Marliani *in Annal. Consulum & Dictatorum* constat; quod pariter ex Dione *lib. 56.* conuincitur, apud quẽ *Popilium* pro *Poppæo*, textu corrupto legi existimamus. Alterum vero, quod prætermittendum minime duximus, est; Conciliari facile posse Iurisconsultos, qui eandem legem faciunt legem Iuliam de maritandis ordinibus, & Papiam Poppæam cum Tertulliano, qui in Apologetico eas sic distinguit: *Nonne vanissimas leges Papias quæ ante suscipi liberos cogunt, quam Iuliæ matrimonium contrahi.* Cui & hoc loco Tacitus & Suet. & Dion locis citatis fauere videntur. Concilium autem huiuscemodi est, Iurisconsultos scilicet easdem leges coniunxisse, quia ambæ de matrimoniis contrahendis, & liberis suscipiendis pertractant, & sub eodem Augusto latę sunt; quamuis re ipsa vere sint distinctæ. Hinc in Iurisperitorum scriptis interdum *legem Iuliam*, interdum *Papiam*, interdum *Iuliam Papiã*, nonnunquam *Papiam Popæam* dici obseruamus. Sed de hac lege plura in Dilucidationibus in Suetonium à nobis scripta, adeat studiosus lector.

Cap. 44. *Extitisse tandem viros, qui cruentas Epistolas armis cohiberent.*] Principum rescripta, quibus scilicet illi vel ad præsentium postulata, vel ad absentium consultationes respondebant, *Epistolæ* dictę habemus ex Iurisconsultis, *l. 1. D. de constit. Princip.* & exem-

& exemplum *in l. ſed addes, 19. §. 8. D. locat. l. diui fratres, D. de iure patron. l. 3. D. de teſtib.* Sanctio etiam imperatoria, *Epiſtola* quãdoque dicta. Ita *Epiſtola D. Adriani de peculio diuidendo inter mandatores & fideiuſſores*, cuius fit mẽtio *l. fin. C. de cõſtit. pecun.* Itaque Cornelius Tacitus inquit, quod quum Tiberius libellis accuſatorum frequentem inſumeret operam, repertos tandem viros, Florum ſcilicet & Sacrouirum, qui bellum intentantes cruentas Epiſtolas armis cohiberent, id eſt, Tiberiũ auerterent à decretis & reſcriptis pœnalibus, quibus accuſatorum ob frequens crimen læſæ Maieſtatis modo huic, modo illi attributum, libellis trucibus & ſanguinolentis decretis & reſcriptis reſpondebat, hoc eſt, quibus pœna ſanguinis reis accuſatis infligebatur.

Cap. 65. *Magna pars eorum, qui Pratura functi, multique etiam pedarij Senatores certatim exurgerent, fœdaque & nimia cenſerent.*] Gellius *lib. 3. c. 18.* ex Varronis ſententia in Satyra Menippæa, quæ ἱπποκύων inſcripta eſt, tradit, eos qui non à Cenſoribus allecti eſſent in Senatum (vtpote equites, quibus à C. Graccho, teſte Plutarcho, in eius vita, ius eundi in Senatum, & ſententiam dicendi tributum eſt) *Senatores pedarios* appellatos. *Ad hæc* addit Gellius, authoritate C. Baſſi, *Senatores, qui honoribus & magiſtratibus functi eſſent, curuli ſella in ſenatum & curiam vehi ſolitos; qui vero non geſſiſſent, pedibus ibant in curiam, & ideo pedarij vocati*; quæ etiam à Feſto Pompeio *lib. 14.* annotantur. Alij tamen *pedarios Senatores* exiſtimant dictos, qui in Senatu ſententiam non dicebant, ſed ab alio dictam comprobabant, mouentes ſe loco, & in partem cuius ſententiam approbabant proficiſcentes. Cui opinioni fauere videtur Cic. *in Epiſt. ad Att. Epiſt. 14. & 15.* vbi inquit: *Et raptim in eã ſententiã pedarij concurrerũt.* Et rurſus: *Quũ præclarũ caput recitaretur, ne quis ad nos referret, ne decerneret, ne pedibus iret.* Idẽ & à Tacito hoc loco confirmari videtur, dũ ſcribit: *Pedarij Senatores certatim exurgerent, fœdaque & nimia cenſerent.* Feſtus *lib. 1.* inquit: *Pedarium Senatorem ſignificat Lucillius, quum ait: Agipes vocem mittere cœpit, quia ita appellatur, qui tacitus tranſeundo ad eum, cuius ſententiam probat, quid ſentiat, indicat.* Hinc *pedibus ire in ſententiam*, & *pedariam ſententiam* obſeruamus apud Latinos ſcriptores; translata ſcilicet à ſententia, quæ rogabatur per diſceſſionem, vt diximus. *Pedarios* autẽ Senatores fuiſſe minoris authoritatis cæteris, ex dictis & ex Tacito ipſo hoc in loco facile conſtare poteſt. Clare vero ex Liuio *lib. 27.* vbi de Liuio antea ex Conſulatu à populo damnato, & à Cenſoribus in Senatu reducto, qui *ignominiæ acceptæ memor, aut verbo aſſentiebatur, aut pedibus in ſententiam ibat, donec cognati eius in ſenatu ſtantem ſententiam dicere coegerunt.* Hinc forte apud Iuriſperitos legimus, *Pedaneos iudices* dictos, qui viliora & humiliora, minimique momenti iudicant, *ex l. 4. & fin. C. de Ped. iud. l. fin. C. vbi & apud quos.* χαμαι-

ἀδιγαστὰς, hoc eſt, humiles iudices appellauit Theophilus *Inſtit. d interdict.* Ego ſane non modo locis citatis, ſed & *l.3.§.1. D. ne qu eum qui in ius voc. l. 1. §. item ſcribit. D. de poſtul. & Nouell. 82* non *pedaneos*, ſed *pedarios iudices* legendum cenſeo: nam *Pedanii* Latina vox in hac ſignificatione non eſt, teſtimonio Gellij, *lib.* c. 18. Nec omittendus præclarus locus Vopiſci in Aureliano, c quo triplicem modum probandi ſententiam in Senatu elicimu & eſt huiuſmodi: *Deinde alijs manibus porrigentibus, alijs pedibus ſententiam euntibus, pleriſq; verbis conſentientib. conditum eſt S. C.* Quæ eo libentius annotaui, quum non alibi rogationis probatio nem porrectione manuum, ni memoria me deſtituit, obſeruarin.

Cap. 74. *Medio cum delectis caſtella & munitiones idoneis lo imponens.*] *Oppida* frequentiores & ampliores hominum conue tus facere; *Caſtella* minores atque anguſtiores, ſed murorum t men ambitu vtraq; circumſepta, ſicuti *vici* ſine muris. Quod Iſidoro colligimus, ſcribente: *Vici, caſtella & pagi ſunt, quæ nu ciuitatis dignitate ornantur, ſed vulgari hominũ conuentu incolu tur, & propter paruitatem ſui ciuitatibus attribuuntur. Vicus* dict eſt à vicinis, ſcilicet habitationibus, vel quod vias haberent ſi muris. *Caſtrum* antiqui dicebant oppidum loco altiſſimo ſitu quaſi *caſam altam*, à quo *caſtellum*, ſiue quod *caſtrabatur* ibi lice tia habitantium, ne paſſim vagarentur. illud palam eſt, *caſtrum* di locum muris munitum, indeque *caſtellum* diminutiuum, caſtru ſcilicet vel oppidum paruum, Græcis φρούριον κώμη, id eſt, locus munitus. Author Etymol. definit ἡ κοιμητήρια καὶ ἀνάπαυσις ζώων καὶ ἀνθρώπων ἀπὸ τῶν ἀγρῶν, id eſt, *quies animalium & operum, ab grorum opere.* Namque agricolæ poſt opera diurna, ſeque & a malia tanquam in locum tutum recipiebant ab agris in caſtel. Interpres ſacrorum Euangeliorũ vbi vertit *Matth. 21. & 14. Ma 9. Luc. 5. 8. 9. 10. 17. 19. 24. caſtellum*, Græcus textus habet κώμην caſtello *caſtellani* dicti, caſtellorũ incolæ. Ita Liuius *lib. 38* inqu *Stipem à Tyrannis caſtellaniſq; de vijs colligens.* Et lib. 35. *Decem m liaria popularium cum caſtellanis agreſtibus in armis habuit.* Qu autem caſtellum locus munitus eſſet, conſtat ex Cic. ſcribente Epiſt. *Multa caſtella cepi, multa vaſtaui.* Et ad Att. *Caſtellum tura munitum.* Et rurſus in Epiſt. *Caſtella munita.* Et de clar. Or. *Ligurum caſtella oppugnauerunt.* Et in orat. in Piſonem: *Recep culum veterum Catilinæ militum caſtellum forenſis latrocinij.* T citus lib. 4. *Apud caſtellum ſeminatum, quod magna vis armata incõdita tuebatur.* Et iterũ: *Soluta iã caſtelli obſidio.* & lib 11. Ann. *Romani ad excindenda caſtrorum ardua.* & lib. 12. *Caſtellis ſeſe fenſare, bellum ducere ſtatuerat.* Ita apud Liuium lib. 3. *Virgini tribunal Appij Claudij caſtellum omnium ſcelerum, id eſt, tutam & receptaculum vocauit.* Ab eadem ſimilitudine in acie *caſt mobilia*, non *ſtabilia* vocata à Tacito & alijs, quod ex Taciti ei

de

dem verborum ſerie facile dignoſcitur, dum inquit: *Caſtella & munitiones idoneis locis imponens.* Erant itaque *caſtella* in acie propugnacula, quæ in procinctu portabantur, ex aſſeribus, ſiue alia conſimili materia fabricata, ad caſtrametandum quam maxime apta, ita dicta à ſtabilium caſtellorum ſimilitudine & vſus conuenientia. Ita paulo poſt Tacitus ſubdit: *Sed vt in limine belli diſpoſitis caſtellis per expeditos, & ſolitudinum gnaros, mutantem mapalia Tacfarinatem proturbabat.* Cicero in Anton: *Aditus hoſtium caſtellis & aggeribus prohibetur.* Liuius libro 5: *Inde ad Veios exercitu ductus, denſioraq; caſtella facta, & à procurſationibus ceſſatum, quæ multa temere intra murum & vallum fiebant, edicto ne quis iniuſſu pugnaret.* Et lib. 36: *Vno caſtello aduerſus arcem poſito, cæteras vrbis partes diuiſis copijs pro ſitu mœnium circumſedit.* Et lib. 25. *Ita tria prætoria circa Capuam erecta, exercitus diuerſis partibus opus aggreſſi, foſſa valloq; circumdare vrbē parant, & caſtella excitant, modicis interuallis.* Et rurſus lib. 5: *Et iterum caſtella primo pauca, poſtea exercitu aucto creberrima ferūt.* Et iterum: *Sed caſtris præerat Virginius priuatim Sergio inuiſus infeſtusq; is, cum pluraq; caſtella oppugnata, ſuperas munitiones &c.* Ita & Liuius libro 7. *Caſtellatim diſſipatos* dixit, hoc eſt, per caſtella diſiunctos ac diuiſos. Sicuti vero in huiuſmodi caſtellis diſponebantur milites ad tutelam; ita eadem conſimilitudine *caſtella* in aquæductibus dicta *aquarum receptacula*, quorum frequens mentio apud Iuriſconſultos & Vitruuium, *lib. 8. cap. 7. & 10. cap. 9.* & Plinium, *lib. 36. cap. 15.* & Frontinum, *lib. de aquæductibus*, quibus qui præerant, *caſtellarij* dicti; ſicuti *caſtellani*, qui caſtellis, quorum primo loco verba fecimus, præſidebant, vt diximus. Extat marmorea tabella Romæ in Æde SS. 40. Martyrum, huiuſmodi: CLEMENTI CÆSARVM SERVO CASTELLARIO AQVÆ CLAVDIÆ, &c. quod adnotare libuit in fidem ſuperius dictorum.

In Lib. IV Annal.

Cap. 16. *Nam patricios confarreatis parentibus genitos, tres ſimul nominari, ex queis vnus legeretur vetuſto more: neque adeſſe vt olim eam copiam, omiſſa confarreandi adſuetudine, aut inter paucos retenta; pluresq; eius rei cauſas adferebat, potiſſimam penes incuriam virorum fœminarumq;. Accedere ipſius cerimoniæ difficultates, quæ conſulto euitarentur.* Et paulo infra: *Sed lata lex, qua Flaminica Dialis ſacrorum cauſa in poteſtate viri, cætera promiſcuo fœminarum iure ageret.*] Tribus modis olim Romanos nuptias contrahere conſueuiſſe, ex Boetio *Com. 2. in Cic. Top.* habemus, vſu ſcilicet, coemptione, & confarreatione. Ita & Arnobius *lib. aduerſus gentes 4.* ſcribit: *Vxores Dij habent, atque in coniugalia fœdera veniunt conditionibus ante quæſitis; vſu, farre,*

coemptione. Quæ eſſent nuptiæ *vſu contractæ*, docet Gellius *libr. 5. c. 2.* ſcilicet quando mulier tutoribus authoribus, cum marito ma-
trimonij cauſa conueniebat, & per annum impletum apud eum
remanebat: qua coniunctione non intercepta, *vſu* dicebatur *ca-
pta*. Siquidem ſui iuris antiquitus nunquam fœmina erat, ſed ſem-
per in alicuius tutela: quemadmodum M. Portius Cato, pro le-
ge Oppia apud Liuium dixit *lib. 44.* Vnde nec minimam rem fœ-
mina ſine authoritate parentum, fratrum, aut liberorum, vel tu-
toris agere poterat. Sic Cicero *pro Cæcinna* ſcripſit: *non potuiſſe ſi-
ne tutore obligari.* Excipiebantur tamen Veſtales quæ eximeban-
tur à poteſtate, lege Numæ. *Coemptione fiebant nuptiæ*, vt ait Boe-
tius, in loco citato, *dum ſeſe coemendo inuicem interrogabant, vir
ita: An ſibi mulier materfamilias eſſe vellet, & illa reſpondebat Vel-
le. itaq; mulier viri conueniebat in manum, & erat materfamilias
viro, indeque erat in poteſtate mariti.* Proinde Euripides iure ſcri-
ptum reliquit: γυνὴ μὲν ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων, οὐ τῶν τεκόντων ἐ-
στὶν, ἀλλὰ τοῦ λέχους, id eſt, *Mulier egreſſa domum parentum, non eſt
amplius parentum, ſed mariti*, quinimo & in familia quoque mari-
ti, & in ſui heredis locum veniebat, teſte Aulo Gellio *lib. 18. c. 6.* &
Vlpiani *in Fragmentis ſeu Epit. tit. qui heredes inſtitui poſſint.* Nu-
ptiæ vero, quæ fiebant per confarreationem, celebrabantur inter
ſacra, hoc eſt ſacrificio libato. Vnde Vlpian⁹ in vndetriginta libris,
qui ex corpore eius collecti dicuntur, *t. 9. de iis, qui in manu ſunt*,
ſcribit: *Farre conuenitur in manus certis verbis, & decem teſtib. præ-
ſentib. & ſolenni ſacrificio facto, in quo panis farreus quoq; adhibe-
tur.* Dionyſius Halic. *lib. 2. hiſt. Rom.* inquit: *Nominabant aũt Priſci
Rom. ſacras nuptias vocabulo ſuo farreaceas, quia coniuges veſceren-
tur eodem farre, quod nos Zeam dicimus: & quemadmodum noſtri
homines antiquiſſimam hordeaceam frugem rati, hordeo quod molã
ſalſam vocant, hoſtias initiarent, ita Romani quoduis ſacrificium i-
gne adhibendum, aſpergunt farre.* Et paulo infra: *Hæc ſane inter vi-
rum & vxorem communio primi & ſacri quondam habiti cibi, atq;
fortunæ quamuis opimæ, à communi farre nomen inuenit.* Plinius lib.
18. c. 3. ait: *Quia in ſacris nihil religioſius confarreationis vinculo, no-
uæq; nuptæ farreum præferebant.* Farreum autem dicebatur, quod
ex farrina farris toſti, ſale aſperſa, & aqua conficiebatur; quod ex
Plinio colligimus *lib. 18. c. 2.* vbi etiam docet ex Numæ inſtituto
farre toſto vſos, quod ſalubrius eſſet, & quod purum ad rem diui-
nam niſi toſtum haberetur, vnde ab adolendo *adoreum far* dictum
huiuſmodi putarunt, quod pariter elicitur *ex Val. Max. lib. 2. c. 1.*
& Feſto Pompeio *lib. 6.* Hinc & illud Ouidij lib. 2. Faſt. *Torrida cũ
mica farra. Farra* autem & *farinam* furfure non ſeparatam dixere
Antiqui: Sic Sammonius qui verſibus medicinam ſcripſit, *c. 6.* ait:

Aut acido Baccho miſcebis farra lupini: & c. 1.

Deſinit interea glomerari farrea nubes.

Deſcri-

Deſcribens ſcilicet furfuraceas ſquamas illas, quæ in pectendo caput decidunt. Sic Plinius *lib.18.cap.9.* inquit: *Farinam à farre dictam, nomine ipſo apparet.* & *lib. eodem cap.7.* populum Rom. *farre tantum è frumento vſum.* Vnde apud Catonem *de re ruſt.c.10.* obſeruamus *farream fiſtulam* & *pilam farream*, ad far ſcilicet pinſendum. nam farre excorticato vtebantur ad farreum parandum, ſiue molam ſalſam quæ eadem erant; quod præcipue ex Plinio loco ſupra citato, & *lib.12.c.18.* & Val. Max. *lib.2.c.10.* colligitur. *Far* autem huiuſmodi vocauit Cato *expinſum*: Græci οὐλοχύτην dixere, ex cuius inquam farina, ſale & aqua mola parabatur, frequens in ſacris pulmenti genus. Ideo Plinius loco iam dicto ſcribit: *Nec minus propitij erant Dij mola ſalſa ſupplicantibus.* & Plaut. in Amphit.

Prodigali Ioui aut mola ſalſa hordei, aut thure comprecatum oportuit.

Et Horatius lib. Sat.2. Sat.3.

Ante aras ſpargisq; mola caput improbe ſalſa.

Lucanus lib.1.

——————— *Infundere Bacchum*
Cœperat, obliquoque molas inducere cultro.

Et Virgilius Ecloga octaua:

Sparge molam, &c.

Et quarto Æneid.

Ipſa mola, manibuſque piis.

Et Ouid. lib.1. Faſt.

Antè Deos homini quod conciliare valeret,
Far erat, & puri lucida mica ſalis.

Tibul. Eleg.4.

Farre pio placant & ſaliente ſale.

Non ſolum autem farre in ſacrificiis vſos antiquos, ſed & cæteris frugibus, colligi poteſt ex Virgiliano illo 2. Æneid.

Iamque dies infanda aderat, mihi ſacra parari,
Et ſalſæ fruges.

Hordeo litatum Halicar. docuit. Columella *lib.8 c.5. farris hordeacei* meminit, ita vt *farris* nomine & *hordeum* nonnunquam acceptum. *Farris* voce & *frumentum* quandoque comprehenſum conſtat ex Vlpiano *in Inſtit.t.9.* quod pariter Seruius *in Com. Virg. lib.1. Georg.* atteſtatum reliquit. Idem etiam confirmare poſſumus ex Liuio *lib.23.* ſcribente. *Et ægre patiens Gracchus, quum neq; pugnam conferre Dictatoris iniuſſu auderet, pugnandum autem eſſet, ſi palam frumentum importare vellet, neque importandi clam ſpes eſſet: Farre ex agris circum vndique conuecto, quum plura dolia compleſſet, nuncium ad magiſtratum Caſſilinum miſit, vt exciperent dolia, quæ amnis deferret: inſequēti nocte intentis omnibus in flumen, ac ſpem à Romano nuncio factam, dolia medio miſſa amni defluxerunt: æqualiter inter omnes frumentum diuiſum.* Idem *lib.4.* vbi de Spurio

Melio, cum *frumentarium diuitem* appellat, atque ſtatim ſubdit, *bilibri farris ſperaſſe libertatem ciuium ſuorum emiſſe*, & iterum: *Se-libri ſe farris gratiam ſeruatori relaturum.* Et lib. 7. inquit: *Iiſdem militibus legiones libras farris, & ſextarios vini contulerunt.* Ad hoc ſpectat & illud Horatianum libro primo Saty 5.

----Cui ſatis vna

Farris libra foret.

In lege 12. tabul (vt refert Gel. *lib. 2. c. 1.*) ſcriptum erat: *Si volet ſuo viuito: ni viuit, qui tum vinctum habebit, libram farris in dies dato.* Idem colligere poſſumus ex Plin. *lib. 18. c. 3.* Sic & Ruellius *lib. 2. c. 17.* ſcriptum reliquit: *Duo farris genera Gallia alit, vnum rubeo co-lore, quod frumentum rubeum appellant.* At quomodocunque ſit, illud ſane conſtat, à farre, quo in ſacris nuptiarum vtebantur anti-qui, *confarreationem* dictam, quod Alex. ab Alex. *lib. Genialium 2* & Bar. Briſſonius *lib. de ritu nupt.* clare docent. At quod magis ac rem noſtram facit, videndum, cur confarreatis parentibus genit Tiberio imperante pauci. Binas cauſas explicitas tradit Tacitus tertiam implicitam & ſubobſcuram. Manifeſtæ ſunt. Prima incu riam virorum fœminarumque. Secunda ceremoniarum difficulta tes, quæ conſulto vitarentur. Tertia non ita aperta eſt. Quod quã do per confarreationem geniti, tum mulier, quæ in manum Fla minis conueniret, tum Flamen ipſe exeuntes à iure patrio nihil a dipiſcerentur; ſiquidem ex horrida illa antiquitate à Numa, vt di ximus, conſtituta confarreationis lege, illud conſequebatur quo Pontificibus reiterari matrimonia non licebat, vti docet Tertul lianus *lib. de exhortatione caſtitatis*, 1. ad vxorem ſcribens, *Regem ſicuti Pontificem Maximum rurſus nubere nefas eſſe.* Et Dionyſiu Halic. loco ſupra citato ait, de confirmatione loquens: *Hæc ſane inter virum & vxorem communio primi & ſacri quondam habi cibi atque fortunæ, quamuis opimæ à communi farre nomen inueni vinculum efficiens indiſſolubile, nec vlla res tale coniugium dirimer poterat, ita lex hæc mulieres nuptas, non habentes quo ſe verterent alio, cogebat vnius mariti ſe attemperare moribus, viros item ſic ha bere mulieres vt rem neceſſariam, nulloque vnquam tempore dive lendam.* Quod itaque confarreatis orti parentibus pauci reper rentur Tiberij temporibus, in cauſſa fuit, quod ex confarreation priuilegio nihil aliud accederet viris, quam quod inter Pontific connumerari poſſent; fœminis vero quod eorundem vxores eſ valerent. Quod commodum econtra incommodo maximo con penſabatur non ſolum, ſed & ſuperabatur. Nam tunc temporis d uortia, repudia, & ſecundæ, tertiæ & quartæ nuptiæ frequentes rant, voluptate, neceſſitate, aliaque huius generis cauſa ſuppe tante, & ſuadente. Nec obſtat, quod & defarreationis nonnu meminerint, hoc eſt, ſolutionis matrimonij ex confarreatione c tracti. Namque præterquam quod huius vocis nulla apud p ob

tos authores fiat mentio, non tamen ex dissolutione permissa cõcludendum, quod nouas nuptias tum à Flaminica, tum à Flamine contrahi liceret. Itaque lata lex à Tiberio, vt confarreatis parentibus genitis leuamen aliquod daretur; præsertim mulieribus, vt in posterum Flaminica Dialis sacrorum causa in potestate viri tantum esset; cætera promiscuo fœminarum iure ageret.

Cap. 27. *Et erat eisdem regionibus Curtius Lupus Quæstor, cui prouincia vetere ex more Cales euenerat.*] Quidam hoc loco per *Cales* interpretati sunt Galliæ maritimam oram, cum vrbe ita appellata in Morinis, quam nos alibi *Gessoriacum* antiquis appellatam ostendimus: duplicique coniectura mouentur; quarum primam colligunt ex Suetonio in Claudio, *cap. 24.* vbi verba facit de Gallica Quæstoria prouincia; Secundam eliciunt ex eodemmet textu Taciti, vbi habet, Curtium Lupum Quæstorem, *cui prouincia vetere ex more Cales obuenerat, ad seruitia ferocia bellum agitantia cohibenda, quum forte munere Deum tres triremes adpulissent, disposuisse classicorum copiam, sicq; cœptam coniurationem disiecisse.* At quale imperium Quæstori Lupo in triremes fuisset, nisi de Cales vrbe maritima & portuosa intellexerimus? Secunda interpretatio est Turnebi *lib. Aduers. 2. c. 9.* vbi non *Cales* sed *Calles* geminata litera *l.* legendum putat, & intelligendum per *Calles* loca inculta, & saltus, vbi pascebantur pecora, qui plurimi in Apulia illo in Italiæ tractu erant. Quorum sic meminit Varro lib. 2. de re rustica c. 10. *Neque senes neque pueri Callium difficultatem, & montium arduitatem, atque asperitatem facile ferant, quod patiendum illis, qui greges sequuntur præsertim armentitios, & caprinos, quibus rupes & Syluæ ad pabulandum cordi.* & Isidorus lib. 15. c. 16. *Callis* inquit, *est iter pecudum inter montes angustum, & tritum, à callo pedum vocatum, siue callo pecudum perduratum.* Huic expositioni fauere videntur verba textus illa: *Mox positis propalam libellis ad libertatem vocabat agrestia, per longinquos saltus, & ferocia seruitia.* Verũ neutrã harum interpretationũ recipiendã puto: non priorẽ, quia *Cales* in Gallia in Morinis antiquis Gessoriacum, modernis tm̃ *Cales*, non in Italia, vbi seruilis coniuratio. Nec cõueniens erat, ꝙ si Curtius Lupus Quæstor ꝓuinciam Cales in Galliis habebat, Quæstoriũ imperiũ in Italia exerceret. Posterior Turnebi nec ipsa recipienda: siquidẽ Calles, & syluæ inter ꝓuincias Cõsulares vetere ex more numerabantur, non inter Quæstorias; ꝙ palam fit ex Suetonio in Cæsare, *c. 19.* scribente: *Eandem ob causam opera optimatibus data est, vt prouinciæ futuris Coss. minimi negotij, id est, syluæ, & calles decernerentur.* Quamobrẽ magis nobis probatur Vertranij expositio, qui per *Cales*, intelligendũ existimat Italicã ciuitatem, quæ ab initio Ausonum, dein Romana Colonia, tandemq; municipium fuit. Verum quum ipse in re hac aperienda nimiũ sobrius fuerit, paulo fusius rem aperire decreui. *Cales* vrbẽ fuisse Au-

ſonum Sidicinis finitimam, colligimus ex Liuio *lib.8.* ita ſcribente: *Inſequens annus L. Papirio Craſſo K. Diuillio Coſſ. Auſonum magis nouo, quam magno bello fuit inſignis; Ea gens Cales incolebat vrbem.* Et paulo poſt: *Exercitu victore à ſuperioribus Coſſ. accepto, ad Cales, vnde bellum ortum erat, profectus.* Et iterum: *Sidicinis finitimis arma coniunxerunt; horum autem exercitu fuſo, obſeſſa Cales & expugnata, Calibus præſidium impoſitum.* Idem Liuius *lib.27. & 29.* inter Colonias Romanas *Cales* connumerat; Hanc quoque Ptolemæus *lib. Geographiæ 3.* inter Campaniæ vrbes ſtatuit. Et de ea Horatius, lib. 4. Carminum:

Sed preſſum Calibus ducere liberum
Si geſtis.

Hanc vrbem à Calai Boreæ filio extructam poſt Argonautarum reditum teſtatur Silius lib. 8.

Quem genuere Cales non paruæ conditor vrbis,
Vt fama eſt Calais Boreæ.

Hæc hodie *Calui* vocatur, alij *Catinulam* eſſe contendunt. Municipium effectum *Cales* ac lege Iulia Ciuitate donatum colligimus ex oratione C. Gracchi, quam de legibus promulgatis habuit. Virg. lib. 7:

Quique Cales linquunt.

Quem locum explicans Seruius ait: *Cales vrbs Campaniæ, de qua ita ſcriptum in lib. Coloniarũ: Cales municipium muro ductum. Iter populo non debetur. Ager eius limitibus Græcanicis antea fuerat adſignatus, poſtea iuſſu Cæſaris Auguſti militibus nominis ſui eſt reuocatus.* De oppido Cicero ad Atticum: *Iter faciens in Samium venit Cales, manſit Theani.*

Cap.35. *Egreſſus dein Senatum vitam abſtinentia finiuit.*] Xiphilinus ex Dione, quem *Cremutium Cordum* vocat Tacitus, non abſtinentia cibi vitã finiſſe ſcribit, ſed manus ſibi afferre coactum; & paulo infra, accuſationis eius cauſas enarrans eaſdem cum Tacito, inquit: *De ijs enim rebus accuſatus occiſus eſt.* Suetonius in Auguſt. *cap.56.* quo ſpectat ad nominis appellationem, cum Tacito conuenit, hunc hiſtoriæ ſcriptorem *Cremutium Cordum* vocans, vnde mendum in Xiphilini textu impreſſoris incuria eſſe credendum. At quod ad contradictionem de interitus modo ſpectat, exiſtimo ſic eorum dicta concilianda; Nempe *manum ſibi afferre,* hoc eſt, ſibi mortem conſciſcere, etſi proprie ſit *ferro vitam finire,* nihilominus & de quocunq; alio mortis modo voluntario dici poſſe. Sic Cic. in Epiſt. ad Oct. *Ego Senatum ſibi manus afferre coegi.* Ita & *occidere,* licet magis proprie ſignificet gladio & ferro interimere; vti apud Iuriſconſultos, *l.10. ſi ipſe ſeruus. D. de pec.* tamen Vlpianus, l.2. §.1. D. ad leg. Aquil. *Occiſum,* inquit, *accipere debemus ſiue gladio, ſiue fuſte, vel quo alio telo, vel manibus, ſi forte ſtrangulauit eum, vel calce petijt, vel capite, vel qualitercunq;.* Vulgo e-

go enim occidisse dicitur is, qui mortis causam quolibet modo præbuit. Quum itaq; Cremutius Cordus iniustis accusationibus petitus, à Seiano consentiente Tiberio mori coactus sit, cibi abstinentia, ob id iure sibi manus attulisse, atq; occisum dici potuit. Libet annotare, Cordum historiarum scriptorem, de quo Capitolinus in Gordianis meminit, alium à Cremutio Cordo fuisse, is enim *Iunius Cordus* appellatus.

Cap. 43: *Et Segestani Ædem Veneris apud montem Erycum vetustate delapsam restaurari postulauere, nota memorantes de origine eius, & læta Tiberio, suscepit curam libens, vt consanguineus.*] Quę essent à Segestanis de origine templi Veneris Erycinæ memorata, & quæ Tiberium vti consanguineum incitarint ad illius restaurationem suscipiendam, etsi tunc scribat Tacitus nota, in præsentiarum non ita; quocirca perquirenda, vt sensus textus pateat. Segestanos Siciliæ Populos esse docet Plinius *lib. 3. cap. 8.* ibidemq; Erycum montem, in quo vel apud quem Veneris Erycinæ templū. *Segesta* oppidum, vt ait Cicero *6. in Verr. act.* ab Ænea fugiente à Troia, atq; Italiam petente, conditum fuit, præposito Egesto, qui eum Egestum nominauit; verum, quum egestatem præ se ferre nomen videretur, ad euitandam nominis obscœnitatem ante proposita litera S. postea *Segesta* dicta. Hoc Æneam, vna & Elymam in Sicilia posuisse author est Dionysius. Iuxta hoc Eryx Veneris filius templum matri construxit, ibique sepultus & monti & templo Erycis nomen reliquit. Vnde Ouidius 2. de arte aman.

Sed Dea nec patitur sic ad sua munera cogi
Colle sub vmbroso, quam tenet altus Eryx. Et iterum:
Quid geminas Erycine meos sine fine dolores.

Et Virgil. Æneid. 5.

Tum vicina astris Erycino in vertice sedis,
Fundantur Veneri Idaliæ.

Pomponius: *Montium Eryx maxime memoratur ob delubrum Veneris.* Quum itaque & Æneas & Eryx fratres & Veneris filij memorentur, Romanos vero ab Ænea ortum traxisse palam sit, ideo Tiberium Romanum, & Romanorum Imperatorem, consanguineum Segestanorum dixit Tacitus. Quod vero Romani ab Ænea & Troianis in Italia sedem firmantibus originem duxerint, & Liuius per initia historiæ suæ, & Virgilius passim, & Horatius *lib. 3. Ode 3.* & Ouidius 4. *Fast.* tradidere, alijque plures, sed præcipue Lucretius *lib. 1. Æneadem*, id est, Romanorum genitricē Venerem vocans. Illud autem scrupum facit, quod Strabo, qui claruit Augusti & Tiberij temporibus, scriptum reliquit *lib. 6. Geographiæ, templum Veneris Erycinæ ipso viuente vetustate collapsum*; quod pariter & hoc loco confirmat Tacitus. At Suetonius *in Claudio, cap. 25.* ait, *huiusmodi templum Veneris Erycinæ in Sicilia vetustate collapsum, vtque ex ærario Pop. Rom. reficeretur, Claudium authorem,*

fuisse. Diluitur apparens contradictio facile, si dixerimus, munus
à Tiberio libenter susceptum, sed non aggressum, vel saltem non
perfectum: à Claudio postea absolutum. Apud radices montis E-
rycis, delubrum Veneri Erycinæ primum erectum diximus, post-
ea aliis in locis, præsertim Romæ alia templa eidem extructa do-
cet Liuius, qui *lib. 22.* ita scribit: *Ædem Veneri Erycinæ votam à Q.
Fabio Max. Dictatore*, & lib. 40. *Ædes deæ eo anno dedicata, vna
Veneris Erycinæ ad portam Collinam.* Et lib. 23. *Interea Duumuiri
creati sunt Q. Fabius Maximus, & Otacilius Crassus ædibus dedi-
candis, Marti Octacilius, Fabius Veneri Erycinæ, vtraque in Capi-
tolio est, canali vno discretæ:* de hoc Ouidius lib. 4. Fastor.

Templa iubet Veneri fieri.-----

Calamitatis à Carthaginensibus ad montem Erycis perpessæ, me-
minit Liuius *libr. 21.* de Veneris vero Erycinæ sacris plura Strabo,
lib. 5. Polyb. *lib. 1.* sæpe Cic. *in Verrinis & Cluentiana.*

In Lib. VI. Annal.

CAP. 23. *Iisdem Consulibus Asinij Galli mors vulgatur, quem e-
gestate cibi peremptum haud dubium, sponte vel necessitate, in-
certum habebatur. Consultusque Cæsar, an sepeliri sineret, non eru-
buit permittere, vltroque incusare casus, qui reum abstulissent, ante-
quam coram conuinceretur. Scilicet medio triennio defuerat tem-
pus subeundi iudicium Consulari seni, tot Consularium parenti.*]
Duo in præsenti textu leguntur, quibus Dion aperte aduersari vi-
detur, ait namque Tacitus incertum fuisse, an Gallus *sponte*, vel
necessitate, cibi egestate obierit; at Dion, referente Xiphilino, ne-
cessitate ita mandante Tiberio, peremptum clare ostendit in hæc
verba de Asinio Gallo: *Nam quo die cœnabat apud Tiberium, eique
propinabat amice, condemnatus est à Senatu, vt quum esset Prætor
futurus in exilium mitteretur. Quumque id Tiberius fecisset, tamen ei
mortem obire cupienti cognito Decreto Senatus, non permisit sed eum
quo magis affligeretur, iussit bono animo esse, vtque solutus à vinculis in
custodia teneretur, quousque ipse in vrbem veniret (vt paulo ante dixi)
vt hac ignominia affectus, & percussus metu, diutissime miser, & ca-
lamitosus esset. idque factũ est. semper enim custodiebatur à Coss. quum
non esset Tiberius Consul: tum autem à Prætoribus, non vt ne fugeret,
sed vt ne sibi manus afferret, cum eo nullus amicus, nullus famulus
versabatur, loquebatur nemini, videbatque neminem, nisi quoties ci-
bum sumere cogeretur. Cibus vero huiusmodi erat: vt non ei volupta-
tem afferret, non vires eius reficeret, (quod erat omnium grauissimũ)
quum non sineret mori.* Ex his itaque constat Gallum quamuis tæ-
dio vitæ afficeretur, tamen necessitate sibi egestate vltimum diem
obiisse. Ex eisdem altera contradictio elicitur: nam Dio Asinium
hunc Gallum à Senatu damnatum dum cœnaret cum Tiberio, nec
adhuc palam se illi inimicum manifestasset, aperte docet: At Taci-
tus ait, *Tiberium doluisse Gallum reum è viuis excessisse, antequam
coram*

coram conuinceretur. Crediderim ego, vtrumque ſcrupum facile tolli poſſe. Quo ad primum dicimus, Tacitum ad duo ſpectaſſe, nempe ad cupiditatem Galli ſe mori cupientis, & ad modum quo iubente *Cæſare* interemptus eſt, ob idque incertum protulit, an ſponte vel neceſſitate necatus fuerit Gallus. At Dio mortis modũ animaduertens à Tiberio iniunctum, neceſſariam Galli mortem tradidit & coactam. Quod vero ad ſecundam contradictionem apparentem pertinet, etiam ſic tolli poſſe putamus. Nempe Dionem de condemnatione Galli à Senatu facta, retuliſſe in gratiam Tiberij, illo inaudito & indefenſo. quæ leuis fuit, illo ſcilicet tantũ exilij multato pœna: ſed Tacitus de vltimo ſupplicio quo damnari Gallum Tiberius cupiebat, confictis in eum criminibus, quæ quum falſa deprehenderet Senatus, & ipſemet Tiberius talia eſſe ſciret, interitus Galli culpam à ſeipſo auertere volens, & non conficta crimina, ſed vera eidem iure obiecta oſtendere, cõdoluit Gallum è viuis exceſſiſſe, antequam coram iudicibus ſui reatus conuinceretur. Verum veri conſcientia ductus, Gallum ſepeliri permiſit, id tamen humanitati ſuæ adſcribi, nõ innocentiæ accuſati exiſtimari affectans. Erat tamen omnibus notum ipſius in Gallum virum vndique innocuum, iniuſtum æque atq; implacabale odium, cuius prætenſas cauſas ſi ſpectemus, iniuſtas profecto cognoſcemus. Prima odij cauſa fuit, quod duxerat vxorem Aſinius Gallus Viſpaniam M. Agrippæ filiam, alias Tiberio coniunctam, at non in eius iniuriam, quum iam eam dimiſiſſet Tiberius. Secunda, ꝙ nimis libere, vt annotauit idem Tacitus *lib. Annal. 1.* Tiberio dicẽti ſe non toti Reipub. parem, at quæ ſibi eiuſdem pars demandaretur, eandem ſuſcepturum, Aſinius eum interrogauit, *quam partem Reipub ſibi mandari vellet?* at ex vultu Tiberij offenſionem coniectatus ſubdit, *vnam eſſe Remp. & vnius animo regendam*, addens laudes in Auguſtum, & Tiberium ipſum. Obiecit etiam Tiberius Gallo, *quod Pollionis Aſinij patris ferociam retineret, & quod pluſquam ciuilia agitaret.* Nam pater Auguſtus Aſinium imparem Imperio, licet appetẽtem, eum admonuerat, quamuis nec quicquam ab Aſinio imperante Tiberio actum legimus, ex quo affectati imperij argui poſſet. Annotauit etiam Tacitus *lib. 6.* Tiberium arguentem impudicitiæ Agrippinam ei obieciſſe Aſinium Gallum adulterum, cuius morte ad tædium vitæ fuerit compulſa: atque id æque falſum Taciti eiuſdem teſtimonio, qui *eam dominandi auidam virilibus curis præditam, fœminarum vitia exuiſſe* ſcribit. Itaque non peccata Aſinij, non ſcelera eiuſdem, ſed crudelitas Tiberij illius mortis fuit in cauſa. Nec tamen Aſinio è viuis ſublato, Tiberij crudele odium in eum ademptum, ſed & in illius amicos exercitum. Namque Syranus, qui nullam ei iniuriam fecerat homo doctus & eruditus, occiſus eſt, quod Tiberius eum Galli amicum diceret, & familiarem, teſtimonio Dionis. Sed hæc bonorum ac præſtantium virorum apud malos principes calamitas.

Cap.28. *Paulo Fabio L. Vitellio Coss. post longum seculorum ambitum auis Phœnix in Ægyptum venit.*] Fabulosam auem Phœnicem plerique scriptorum affirmant ex Plin. *lib. 10. cap. 2.* quam tamen veram tradit Corn. Tacitus hoc in loco scribens: *Cæterum aspici aliquando in Ægypto eam volucrem non ambigitur.* Tacito consentit Dion, seu ex illo Xiphilinus, inquiens: *Eodem anno Phœnix in Ægypto visa est, ea Tiberio mortem denuntiare putabatur, etenim sequenti anno grauiter ægrotauit, &c.* Fabulosam auem arguunt, quod de eadem multa scripta legamus, & ipsorummet scribentium assertione minus vera, & varia, præsertim de tempore apparitionis ipsius. Namq; Sext. Aurelius Victor temporib. Claudij Imperatoris visam apud Ægyptũ Phœnicẽ tradit, cæteri Tiberio imperante. Tacitus ipse Coss. Paulo Fabio & L. Vitellio, Plinius Q. Plautio, Sex. Papinio Coss. authoritate Cornelij Valeriani: cui cõsentire videtur Dion, namque si ante Tiberij mortẽ per annum id accidit, & ille Cn. Acerronio Proculo, & C. Portio, vel vt alij scribũt Pontio interiit, ergo non Coss. Q. Plautio, & Sex. Papinio, qui in Consulatu præmemoratos antecessere. Solinus Plinio consentit, & hunc sequutus Suidas. Quibus tamen non obstantibus, credidenm Phœnicem veram auem existimari posse, sed raro visam, vtpote quæ vnica dicatur: Vnde Herodotus *in Euterpe libro 2.* scriptum reliquit, Phœnicem sibi nunquã visam, nisi in pictura. At visam aliquando alij scriptores attestati sunt: quinimo & *Romæ conspectam Claudij Principis Censura, & in comitio propositam, idq; actis testatum* ipsemet Plinius scribit: licet aũt illam falsam & confictam dicat, & per initia capitis, non fabulosam tñ Phœnicem absolute inquit, sed dubitatiue profert, ait.n. *Haud scio an fabulose, vnam in toto orbe nec visam magnopere.* Nec obstãt superius adducta in oppositum. Namq; Sext. Aurel. Vict. ex nominis similitudine hallucinatum constat: nam & Tiberius ipse C*laudius* appellatus. Nec differentia temporis de huius volucris apparitione sub Tiberio inter Tacitum & Plinium & alios ita insignis est, vt ex ea propositionis falsitas sit inducenda, siquidem inter binos illos Consulatus tñ tertius numeratur, nempe, C. Cestij, & M. Seruilij. Demus itaque nonnulla de Phœnice scripta, veritate carere posse, haud tñ ipsam fabulosam fuisse dicendum, præsertim quum illius formam & plumarum colores à pluribus historicis antiquis describi obseruem, vti à Plinio, Tacito, Herodoto, Tzetze, Solino, Sex Aurel. Victore, & à Poëtis etiam, puta Claudiano, Lactantio Firmiano, Ouidio, & aliis. Quod si hanc auem Tiberij tempore visam miraculo haud carere dixerimus, forte non erit incongruum: sub illius enim imperio Iesus Christus Saluator noster passus est, cuius typum quendam referre Phœnicem congrue tradidere Theologi sanctiq; Patres nonnulli, præsertim D. Ambrosius *libr. 3. Hexam. c.23.* & sicuti auis hæc vnica dicta, ita Saluator noster vnicus Christus: illa calo-

valore cœlesti sine semine genita, hic ex Spiritu sancto procreatus intra purissima B. Virginis viscera, sicut illa intra beneolentia aromata: hic in ligno Crucis peremptus, illa intra odorata ligna mortua & in vermē commutata: ille in sepulchro, quasi vermium esca positus, ista ex verme denuo renata: ille post triduum ex monumento reuixit, illa noua vita resumpta ad Solem euolauit, Redemptor noster ascendit ad dextram diuini Patris, quum antea à mortuis resurrexisset.

IN LIB. XII. ANNAL.

CAP. 56. *Claudius triremes, quadriremesque, & vndeuiginti hominum millia armauit.*] Etsi numerum nauium, quibus naualem pugnam instituit Claudius in Fucino lacu, Tacitus non describat, nihilominus ex illius dictis facile conciliantur Dion & Suetonius in re hac valde prima facie discrepantes, siquidem Suetonius *in Claudio, cap. 21.* scribit: *Hoc spectaculo classis Sicula & Rhodia concurrerunt duodenarum triremium singulæ.* Dion vero quinquaginta vtrinque naues depugnasse tradit, quod & Xiphilinus confirmat. Qua in re ingens discrimen quis non videt? Lipsius in suis ad Tacitum notis in re hac se hærere fatetur. Leuinus Torrentius suis in Suetonium Commentariis Tacitum, ad Suetonij partes trahere contendit, & numerum armatorum, ad triremium numerum accommodare conatur, violenta certe quadam Metamorphosi. Et virum doctum reprehendit, qui loco duodenarum *quinquagenum*, legendum censuit, sic Suetonio Dionem concilians. Ego in eam venio sententiam, in Suetonij textu deesse dictionem *quadriremium*, & legendum esse, *duodenarum triremium & quadriremium*, namque ex Tacito habemus in ea Naumachia non solum triremes, sed & quadriremes fuisse, quas omnes Dion vnica appellatione naues vocauit, generali significatione illas cōprehendens: ita vt quadraginta octo triremes & quadriremes pugnauerint, ex Suetonio, numerus parum distans ab eo, quem Dion recensuit. Non enim assentior illis, qui ex Dione centum naues eo in nauali conflictu fuisse dixerunt, quinquaginta scilicet hinc inde: quod falsum esse ex textus Græci lectione facile conuincitur. Habet enim: καὶ πεντήκοντα ναῦς ἑκάτεροι εἶχον, οἱ μὲν ῥόδιοι, οἱ δὲ σικελοὶ ὀνομασθέντες. quo loco interpretandum ἑκάτεροι *vtrique*, nam *vtrinque*, Græcis ἑκατέρωθεν dicitur. ἑκάτερος vero à quo ἑκάτεροι, Latinis *vterque* est, id est, *vtrique* copulatiue, seu coniunctim. Ita vt sit sensus verborum Dionis, ambas classes pugnantium, vnam & alteram scilicet, quinquaginta naues habuisse: quas si compares duodenis triremibus, & totidem quadriremibus, singula ex parte, tum Rhodiæ classis, tum Siculæ, ex Suetonio duarum tantummodo nauium erit discrimen. Quinquagenarium vero numerum seu quadragenarium octauum tum triremium tum quadriremium

conuenire numero vndeviginti armatorum millium, quod Tacitus tradit, optime nouere nauticæ militiæ periti. Si itaque Suetonij dictis, quæ disiunctim leguntur addamus dictionem, *& quadriremium*, transcribentium vel impressorum incuria omissum (nam non solum ea in pugna fuisse triremes, sed & quadriremes, docet Tacitus) coniunctim autem si Dionis verba legamus, vbi textus Græcus sonat, tolletur difficultas omnis, quæ hactenus tot viros doctos fatigauit.

Cap 64. *Perdita prius Domitia leuibus & muliebrib. causis. Quia Lepida minore Antonia genita auunculo Augusto, Agrippinæ sobrina prior, ac Cn. mariti eius soror, parem sibi claritudinem credebat, nec forma, ætas, opes, multum distabant, &c.*] Binas Lepidas apud Suetonium obseruamus, alteram in Caligula, *c. 1.* Germanici sororem patris Agrippinæ natam ex Druso, & Antonia iuniore, alteram ex Cn. Domitio Neronis auo, & Antonia maiore genitam, sororemque Domitij Neronis patris, & Agrippinæ viri; quã inceitasse eundem Domitium, tradit idem Suetonius in Nerone, *c 5.* De hac verba facere Tacitum constat ex ipsius textus serie. Siquidem hæc Domitia dicta. vti ex gente Domitia orta, non illa ex Drusa ortum ducens: tum hanc mariti Agrippinæ sororem, & Neronis amitam vocat Tacitus. Ex cuius dictis duæ insurgunt non contemnendæ difficultates. Vna, quomodo Domitiam Lepidam minore Antonia genitam dixerit, quam ex maiore natam tradidere Suetonius Plutarchus, & Plinius, quare mendum in textu inesse dicendum, atque non *minore*, sed *maiore* legendum, non enim rationi consonum, Tacitum in recensenda ferme sui temporis genealogia adeo fœde lapsum. Præterea si Augusto auunculo Agrippina Lepidam priorem, seu, vt legit Vertranius, *propiorem*, (in hoc namq; parum laboro, quum vtraque vox propinquiorem significet) dixit Tacitus, cui dubium de Antonia maiore intelligendum? Altera difficultas emergit, quod hanc Lepidam perditam ab Agrippa scribat Tacitus adhuc viuente Claudio Imperatore, eandem vero scribat Suetonius *cap. 34.* ex Xiphilino & Dione interemptam post Agrippinæ matris necem, iussu Neronis, Medicis, vt largius eam purgarent, adactis. Tollitur & hæc obiectio dicendo: Agrippinam quidem mortem Lepidæ molitam illis causis obiectis, quas recenset ipse Tacitus, at non datam, sed indictam tantum, inquit enim: *Ob hæc mors indicta multum aduersante Narcisso:* Vnde quum paulo post Claudij mors sequuta sit, & Nero ad Imperium assumptus, iam rerum omnium potita Agrippina, & aduersante Nerone in amitam beneuolo, apud quam prius inops & egens puer nutritus fuerat, & adolescens blandimentis, & largitionibus deuinctus, quod Suetonius & Tacitus tradidere, mortem indictam, minime exequutioni mandatum, sed in memoratum à Suetonio tempus dilatam.

IN

In Lib. XIII. Annal.

Cap. 4. *Cæterum peractis tristitiæ imitamentis Curiam ingres-sus.*] Quid sibi velit Tacitus inquiens Neronem Curiam ingres-sum peractis tristitiæ imitamentis, haud facile est conijcere, si *tristitiam* in propria & cõmunissima significatione acceperimus, at non ita, si *tristitiæ* vocem aliter interpretemur, cui rei potissimũ ex Cicerone lucem afferimus. nam illi *tristitia* aliquando seueri-tas, seu grauitas dicitur; item *triste*, graue & seuerum est. Sic libro de Arusp. respons. *Tristitia autem, & in omni re seueritas absit*; & libro de clar. Orat. *Homo ipsa tristitia, & seueritate popularis*. Et de Orat. *Tristitiam & seueritatẽ mitigare & relaxare*. Et in Orat. pro Cælio. *Cum tristibus seuere, cum remissis iucunde viuere*. Et rursus, libro de Clar. Orat. *Triste & seuerum dicendi genus*. Iterum libro de Orat. *Seuerus ac tristis vultus*. Et libro de Repub. *Qui numero optimatum & principum obtulit his vocibus, & grauitatis suæ liquit illum tristem, & plenum grauitatis sonum*. Dum itaq; Nero primis annis sub matris Agrippinæ præceptis, Burrhi & Senecę disciplina vitam duxit, intra tristitiæ imitamenta stetisse dicit Tacitus, at iu-uentutem ingressus, egressum tristitiæ imitamenta, nam non sua sponte, & ingenio, decus Imperatoriũ seueritatẽ nempe & grauita-tem seruabat, sed iuxta indita & præcepta ab his, qui illius curæ præerant; ideo non proprie seueritas & grauitas illi inerant, sed si-mulatę & tanquã ex imitatione moderatorib. inditæ, & præceptæ.

Cap. 14. *Id solum Dijs & sibi prouisum quod viueret priuignus. Ituram cum illo in castra. Audiretur hinc Germanici filia, inde vilis rursus Burrhus, & exul Seneca trunca scilicet manu, & professoria lingua generis humani regimen expostulantes.*] Agrippina Claudij defuncti vxor, quum per malas artes Neronem filium ad prin-cipatum prouexisset, posthabito Britannico ex eodem Claudio priuigno, cunctis malæ dominationis cupiditatibus flagrans, plures innocentes etiam pessumdare satagebat, cuncta per-uertens ad libitum: cuius ferociæ obsistentes Afranius Burrhus cohortis Prætorianæ præfectus, & Annæus Seneca, ille militari-bus curis & seueritate morum, hic præceptis eloquentiæ & comi-tate honesta, contra obuiam ibant, sese inuicem iuuantes. Quam rem moleste ferens Agrippina, indignabunda eos im-pugnabat (sed incassum; quum apud Principem gratia & autho-ritate præualerent,) ac probris onerabat; Imperatori quoque mi-nabunda, adultum iam esse Britannicum iactans, veram dignam-que stirpem suscipiendo patris Imperio, quod insitus & adoptati-uus per iniurias matris exerceret. Non abnuere se, quin cuncta infelicis domus mala patefierent, suæ inprimis nuptiæ, suũ vene-ficium: Iturã cum priuigno in castra, vbi audiretur hinc Germanici filia, inde vilis Burrhus & exul Seneca, trũca scilicet manu & ꝓfes-

ſoria lingua. Hoc in loco duo difficultatem potiſſimum faciunt. Primum, quid pro *trunca manu* ſit intelligendum. Secundum, *profeſſoria lingua* quomodo ſit interpretãda. Quoad primum ſpectat, nonnulli Burrho ea verba applicant, dicentes, eum manum truncam habuiſſe, quorum vtrumque falſum cenſemus: nam haud veriſimile eſt, virum militaribus artibus clarum, ſub Claudio & Nerone Prætorianis militibus Præfectum fuiſſe, ſi manum obtruncatam habuiſſet, nec Dion, Suetonius, & Tacitus ipſe, qui ſæpe illius meminere, id reticuiſſent. Præterea ex verborum ſerie patet, ea verba Senecæ, cui proximiora ſunt, & coniuncta, attribuenda: quem quum nullibi legamus manu detruncatum, verba hæc non ad literam exponenda, ſed abditiorem ſenſum habere coniiciendum, ita vt Agrippina Burrho viro militari in caſtris apud milites verba facturo, natalium humilitatem ad infringendam illius authoritatem eſſet obiectura, mulier ex aduerſo nobiliſſima, & filia Germanici Imperatoris exercitibus chariſſimi & amantiſſimi: Senecæ vero ignauiam & ad militaria munia tantam ineptiam, quaſi manum non haberet, & quales ſunt, qui mutilati manibus carent: *Truncum* enim ſemper in malam partem accipi, obſeruamus apud Latinos. Sic homo dicitur *truncus*, quod quaſi ſtipes ſtupidus ſit. Cicero in Piſonem: *Sed qui tanquam truncus atque ſtipes, ſi ſtetiſſet modo, potuiſſet tamen ſuſtinere titulum Conſulatus.* Virg. 6. Æneid.

---*Truncas inhoneſto vulnere nares.*

Et 2. eiuſdem:

-----*Iacet ingens littore truncus.*

Vocat autem eundem Senecam Agrippina *exulem*, quaſi facinoroſum argueret, ex quo exul factus eſſet, ingratitudinis notam eadem voce inurens, quod ab ipſa redux ab exilio factus, non modo ſuarum partium non eſſet, ſed & contra ipſam cum Burrho conſpiraret. Quod eidem quoq; *profeſſoriam linguam* exprobrat, expoſitionem noſtram confirmat, quod ſcilicet manu nihil, parum lingua, licet tamen eloquentiam maxime profiteretur, valeret: ſiquidem *profeſſoria lingua* dixit, hoc eſt, præceptoria & pædagogica. Sic Latinæ linguæ profeſſores, Grammaticæ & artis Oratoriæ præceptores appellare ſolemus. Vnde *profeſſorum* nomine neque Medicos, neque Philoſophos, neque Iuriſconſultos contineri, traditum à Iuriſtis, *l. 1. §. 1. cum ſeq. D. de var. & extraord. cognit. & in rub. de profeſſ. & medicis, libro 10. Cod.* Senecam autem Neroni eloquentiæ magiſtrum datum, teſtatur Suetonius in illo *cap. 6.* ſcribens: *Vndecimo ætatis anno à Claudio adoptatus eſt, Annæoque Senecæ iam tunc Senatori in diſciplinam traditus.* Quod & Dion confirmat, *Neronis doctorem* appellans Senecam. Tacitus tradit *lib. 14. Annal.* Neronem ſic Senecæ præceptori oranti reſpondiſſe: *Quod meditatæ orationi tuæ ſtatim occurram, id primum*

primum tui muneris habeo, quod me non tantum præuiſa, ſed ſubita expedire docuiſti. *Profeſſoria* pariter *linguam* exprobraſſe Agrippinã Senecæ dicere poſſum⁹, ꝙ ſcilicet meritorie & orando forenſes cauſas agere ſolit⁹ eſſet, lucri cauſa. Verbum enim *profiteor*, à quo *profeſſorium* deriuatur, inter cætera ſignificata, eſt, publicè in actis enuntiare. Sic, *profiteri cenſũ, profiteri natales, profiteri merces*, paſſim legimus. Et apud Iuriſtas Conſt. D. 2 §. vlt. *Profeſſores iuſtitiæ.* Huius rei præſertim fidem facit Dion, ſcribens, *Caium Caligulam parũ abfuiſſe, quod Senecã nõ occideret, ideo quod cauſam quandã in Senatu, præſente Caio ipſo, pulcherrimè egiſſet.* Nec mirũ, Agrippinã Senecæ eloquentiæ detraxiſſe, illi⁹ linguã *profeſſoriã* vocans, quũ & ipſius frater Caligula Imperator, *Senecam tunc maxime placentẽ, commiſſiones meras componere, & arenam ſine calce eſſe diceret*, teſte Suetonio in illo, *cap. 53.* Itaque Tacitus ex Agrippinæ ore hoc loco vitio vertens Senecæ eloquentiæ præcepta, & militiæ inhabilitatem, pulcherrima contrapoſitione, *libro Hiſt. ſecundo* Antoninum Pium collaudans, illum *ſtrenuum manu, & ſermone promptum* appellat. Niſi itaque Senecam manu mutilatum dixerimus, quod nullibi legimus, nec illius vitæ ſcriptores tradidere, iam dicta expoſitio erit recipienda; niſi malueris interpretari, *manu trunca*, id eſt, ſine multitudine adhærentium, & amicorum conſectantium turba deſtitutum, in qua Romæ innixa erat Senecæ potentia. *Manus* enim aliquando pro multitudine & copia accipitur. Cic. ad Att. *Quos impetus in totam illam manum feci.* Virg. 6. Aneid.

Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi.

Et iterum:

----- *Iuuenum manus emicat ardens*
Littus in Heſperium.

Et præſertim pro multitudine militari. Corn. Tacitus lib. Hiſt. 2. *Paganorum manus, qui partim inter milites.* Cic. in orat. pro leg. Manilia: *Vt non modo manus tanti exercitus.* & in orat. pro Cæcina: *Qui manum fecerit, copias armarit.* Sic, *manus militum*, dixit Vlpian. *in l. metum autem præſentem. in princip. D. quod met. cauſa.* & pro hominum collectione accipitur, *l. 6. D. ad l. Iul. pecul.* & Cicero in Verr. 4. *Comites illi tui delecti, manus erat tua, Præfecti, ſcribæ, medici, accenſi, aruſpices, præcones, manus erant tuæ.* Accipitur etiam *manus* pro poteſtate, teſte Virgilio:

Ante oculos interq; manus ſunt omnia veſtra.

Cicero in Tuſc. *Cui in manu ſit, quem eſſe dementem velit.* & in Epiſt: *Verum hæc non ſunt in noſtra manu.* Ita & in Orat. pro lege Manilia: *Mithridates autem & ſuam manum iam confirmarat.* Sic & apud Pomponium in l. 2. in prin. D. de orig. iur. *Omnia itaq; manu Regis gubernabantur.* Vnde illud vulgatum:

An neſcis longas Regibus eſſe manus?

hoc est, plurimam potestatem habere. Itaque in hoc textu inte-
pretari possumus, *manu trunca*, hoc est, potestate ipsius, qu
Romæ numerosa hominum obsequentium affectatione inge
erat, in castris diminutam admodum amicis destituto futuram a-
pud milites.

Cap. 23. *Eius accusationis author extitit Pætus quidam exerce-
dis apud ærarium sectionibus famosus, & tunc vanitatis manifesta.*
Eorum bona seu pecuniæ, qui damnabantur, ad ærarium sp-
ctabant, vnde *ærarios* factos passim legimus, præsertim apud L-
uium, & *lib.*38. apud eundem obseruamus, quæstores ærarios sc-
licet missos à Prætore in Scipionis damnati bona, in ijsque no
solum vestigium vllum pecuniæ regiæ adinuentum, sed nec ta-
tum redactũ, quantæ summæ damnatus fuerat. Erant enim quæ-
stores publicarũ pecuniarũ ministri; vnde Asconius in Verr. *Quæ-
stor est, ad quem rediguntur pecuniæ ex proscriptis bonis, & à quo s-
cijs annumerantur. Sector autem est æstimator redemptorq́; bonorũ d-
amnati atq; proscripti, qui spẽ sectatus lucri sui, id est, sequutus spẽ æst-
imationis suæ, bona omnia auctione vendit, & simul infert pecuniã æ-
rario, vel socijs.* Quum itaq; alicuius bona publicabatur, *sectio* L-
tinis dicebatur, quæ postea *confiscatio* dicta est, deriuata appell-
tione ex eo, quod prædã ex hostibus captã milites inter se secab-
& diuidebãt. Cicero in Anton. *Nemo fuit, qui ad illud scelus secti-
nis auderet accedere, præter Antoniũ.* Et rursus: *Appellatus es de pec-
nia, quam pro sectione debebas.* Hinc & *sectores* dicti, qui bona co-
demnatorũ simul & semel auctionabantur. Tacitus *lib. Hist.*1. v-
de Galba pecuniã colligente à Nerone donatã, ait: *Vbiq; hasta e
Sector, & inquieta vrbs auctionibus.* Et iterũ de Othone: *Reliqui
Neronianarum sectionum nondum in fiscũ cõuersas, reuocatis ab ex-
ilio concessit, iustissimum donum, & in speciẽ magnificum, sed festin-
ta exactione vsu sterile.* Suetonius in Vitellio, c. 2. *Cuius filius secti-
nibus, cẽsuturis,* vel, vt alij, *cõciliaturis,* vel, *cognituris vberius com-
pendiũ nactus.* Hinc Festus lib. 17. inquit: *Sectores dicuntur, qui em-
pta sua prosequuntur.* Vet. glossis *Sector* βιώνης dicitur. quæ vox im-
propriè vsurpata; nam propriè *præfectum commeatui* significa
Suidas tamen & Hesychius appellant τὰ δημόσια ἀγοράζων, id es
publica emens; & sectio Aristophani dicta δημιοπρασία, hoc est, *au-
ctionaria emptio*, sicuti Plutarcho in Crasso δημιοπράτης dictu
auctione emptor. Sicuti *sector* verbale masculinum, ita *sectrix* fo
mininum. Plinius lib 36. cap. 17. *Vnde enim vitricus Silla, & Mete
lla mater proscriptionum sectrix.* Cæsar libro belli Gallici secund
scribit: *Postridie eius diei refractis portis, quum iam defenderet nem
atq; intromissis militibus nostris, sectionẽ eius oppidi vniuersã Cæsa
vendidit.* De *sectione* Cicero libro de Inuent. 2. ait: *Si dici possit e
hostibus, equus est captus, cuius prædæ sectione venierit, eius est.* L
in Orat. pro Sexto Roscio: *Scimus per ista tempora eosdẽ fere secto-*
re

res fuisse collorum & bonorum. Et rursus: *Sector hic est, qui bonorum Sex. Roscij emptor atq; possessor est.* Et *in Anton.2.* eundē Antoniū *sectorem Pompeij* appellat, quoniā in subhastatione Pompeij bona redemerat: & demum scribit: *Expectantibus omnibus, quisnam esset tam impius, tā demens, tam Dijs hominibusq; hostis, qui ad illud scelus auctionis auderet accedere, inuentus est nemo præter Antonium.* Et rursus: *Tantus igitur te stupor oppressit, vel, vt verius dicā, tantus furor, vt primum, quum sector sis isto loco natus, deinde quum Pōpeij sector, non te execrandum pop. Rom. non detestabilem, non omnes tibi Deos, omnes homines, & esse inimicos, & futuros scias?* Idē in Verrē: *Quum videret, te iam nō contra accusatorē tuum, sed cōtra quæstorem sectorēq; pugnare.* Ex his satis patere puto, *sectores* qui damnatorum bonorum emptioni operam dabant, malè audisse, & pessime habitos à probis viris: ob id Tacitus Pætū *sectionibus famosum* dicit, quæ vox etsi aliquando in bonā partem accipiatur, in deteriorem tamen frequentius intelligitur; inde *famosa mulier* appellata, quæ famæ parum integræ & impudica sit. Cic. *lib. de Orat.2.* & Salustius *largitionem famosam impudentemque* dixit. Quod vero improbus vir esset Pætus, ostendunt subsequentia de illo Taciti verba hæc; *Exiliumq; accusatori irrogatum, & tabulæ exustæ sunt, quibus obliterata ærarij monimenta retrahebat.* Sciendū tamen nō solum sectionem dici de damnatorum bonorū venditione & emptione facta, sed & de emptione & venditione seu auctione quaslibet sub hasta facta. Eutropius *lib.8. Histor. Rom.* de Antonino: *Ad huius belli vsum ærario exhausto, quum largitiones nullas haberet, neq; indicere prouincialibus aut Senatui aliquid vellet, instrumenta regij cultus facta in foro D. Traiani sectione distraxit, vasa aurea, pocula crystallina, & murrhina, vxoriā ac suam sericā, ac aureā vestē, multa ornamenta gemmarū, ac per duos cōtinuos mēses vēditio habita est, multūq; auri redactū. Post victoriā tamē emptoribus pretia restituit, qui vendere comparata voluerunt. molestus nulli fuit, qui maluit semel empta retinere.*

Cap. 51. *Ergo edixit Princeps, vt leges cuiusq; publici occultæ ad id tempus proscriberentur.* M. Vertranius in suis Annot. *cuiusq; publici leges* interpretatus est, *cuiusq; communis* seu *ciuitatis leges*; & certe vir alioquin oculatissimus, toto (vt aiunt) cœlo aberrauit. nam *immodestiā publicanorum pop. Rom. crebris flagitationibus arguebat,* vt inquit Tacitus, non prouinciæ externæ, ciuitatesve sociæ, aut vectigales pop. Rom. Quamobrem p *publicū*, intelligendū *vectigal*, vti habem⁹ apud Iurisc. *l.34. D. ex quib. causis maior.* quinimo vectigalia absolute *publica* vocātur, *l.1.§.1. de publican.* Et, *publicorum conductores* obseruam⁹ *in l.33. D. pro soc.* Cic. & ipse *Ep.1. ad Q. Fr.* ait: *Vt publicanis satisfacias, præsertim publicis male redēptis.* Idē de prouinc. Cōs. *An qui frui publico nō potuit, hic ligetur ipsa lege censoria?* Addam⁹ Quintilianum in decl.340. scribentem: *Ego non ea volun-*

tate feci, vt hic liber esset, sed vt publica non solueret. Et declam. 3.. *Ante omnia nulla lege comprehensum est, vt alienam rem non profi... liceret, alioquin publicium euersum est.* Suetonius in Caligula *cap.* 40. de vectigalibus à Caligula institutis, verba faciens ait: *Additumq; ad caput legis, vt teneretur publico, qui meretricium fecisset.* Et Horatius Epist. 1.

Pars hominum gestit conducere publica.

Hinc vectigalium & publicorum conductores *Publicani* dicti, Suetonio in Vaspasiano, *cap.* 1. & passim omnibus. Itaque per *publicum* hoc in loco interpretandum vectigal cuiuscunque generis: & erit sensus verborum Taciti, quod quum publicani immoderatè vectigalia exigerent, legibus quibusdam iam in desuetudinem profectis, innixi, eas in nouum vsum retrahentes suo commodo & populi Romani dispendio; Nero cuiusque vectigalis leges ad id vsque tempus occultas proscribi & aboleri voluit, siq; populi indemnati consultum, ac illius crebris flagitationib⁹ factum, sanciens adhæc, ne publicani omissas petitiones vltra annum resumerent, hoc est, ne vectigal, quod sibi deberi dicerent, à die protensæ exactionis post annum petere & exigere possent.

In Lib. XIV. Annal.

CAP. 30. *Druidæq; circum, preces diras sublatis ad cœlum manibus fundentes, nouitate aspectus perculere militem, vt quasi hærentibus membris, immobile corpus vulnerib. præberent.*] Qui autem apud Gallos Britannosque essent *Druidæ*, inter cæteros Cæsar belli Gallici libro sexto. & Ammianus Marcellinus *libro* 10. tradidere ille in hæc verba: *Sed de his duobus generibus alterum est Druidum alterum Equitum. Illi rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant, leges interpretantur. Ad hos adolescentū magnus numerus disciplinæ causa concurrit, magnoq; ij apud eos sunt honore: nam fere de omnibus controuersiis publicis priuatisque constituunt, si quod est admissum facinus, si cædes facta, si de hæreditate, de finibus controuersia est, iidem discernunt, præmia pœnasque constituunt. Si quis priuatus aut populus eorum decreto non steterit, sacrificijs interdicunt, hæc pœna apud eos est grauissima.* Et paulo post: *His autem omnibus Druidibus præest vnus, qui summam inter eos habet authoritatem, hoc modo, si quis ex reliquis excellit dignitate, succedit, & si sint plures pares, suffragio Druidū adlegitur. nunquam de principatu armis contendunt. Ii certo anni tempore in finib. Carnutū, quæ regio toti⁹ Galliæ media habetur, considūt in loco cōsecrato; huc omnes vndiq;, qui cōtrouersias habet, cōueniunt, eorumq; decretis & iudicijs paret. Disciplina in Britannia reperta, atq; inde in Galliam translata esse existimatur. Et nunc qui diligentius eam rem cognoscere volūt, plerunq; illò discendi causa proficiscuntur. Druides à bello abesse consueuerunt, neque tributa vna cum reliquis pendunt, mi...*

nilitiæ vacationẽ, omniumq; rerũ habent immunitatem. Tantis ex-
itati præmiis, & sua ſpõte multi in diſciplinam conueniũt; & à pro-
pinquis parentibusq; mittuntur, magnum ibi numerum verſuũ edi-
cere dicuntur. Itaq; nonnulli annos vicenos in diſciplina permanent,
neq; fas eſſe exiſtimant ea literis mandare, quũ in reliquis fere rebus
publicis priuatisq; rationib. Græcis literis vtantur. Et rurſus: *Inpri-*
mis hoc volũt perſuadere, non interire animas, ſed ab aliis poſt mortẽ
trãſire ad alios, atq; hoc maxime ad virtutem excitari putant, metu
mortis neglecto; multa præterea de ſideribus atq; eorũ motu, de mũdi
ac terrarũ magnitudine, de rerũ natura, de Deorum immortalium vi
ac poteſtate diſputãt, & iuuẽtuti tradũt. Et amplius plura alia, quæ
breuitatis gratia omittuntur. De iiſdem Druidibus Amm. Mar-
cellinus hæc ſcriptis reliquit, de Galliis verba faciens: *Per hæc locis*
hominibus paulatim excultis, viguere ſtudia laudabilium doctrina-
rũ, inchoata per Bardos & Eubages & Druidas; & Bardi quidẽ for-
tia virorum illuſtrium facta, heroicis cõpoſita verſibus cum dulcibus
lyræ modulis cãtitarunt: Eubages vero ſcrutãtes ſumma & ſublimia
naturæ pandere conabãtur. Inter hos Druidæ ingenijs celſiores, vt au-
thoritas Pythagoræ decreuit, ſodalitiis adſtricti cõſortiis, quæſtionib.
occultarum rerum altarumq; erecti ſunt & deſpectãtes humana pro-
nuntiarẽt animas immortales. De Druidibus Plinius *lib. 16. c. poſtre-*
mo ſic ſcribit: *Non omittenda ea in re & Galliarũ admiratio; Nihil*
habẽt Druides (ita ſuos appellãt magos) viſco & arbore, in quo gi-
gnatur (ſi modo ſit robur) ſacratius. Iã per ſe roborũ eligunt lucos, nec
vlla ſacra ſine ea frõde conficiunt, vt inde appellati quoq; interpreta-
tione Græca poſſint Druides videri. Enimuero quicquid adnaſcatur
illis, è cœlo miſſu putãt, ſignumq; eſſe electæ ab ipſo Deo arboris. Eſt au-
tẽ id rarũ admodum inuẽtu & inuentũ magna religione petitur. Et
ante omnia ſexta Luna, quæ principia menſiũ annorumq; iis facit, &
ſeculũ poſt triceſimũ annum, quia iam viriũ abunde habeat, nec ſit
ſui dimidia, omnia ſanantẽ ſuo vocabulo appellãtes. Sacrificio epulisq;
rite ſub arbore præparatis, duos admouẽt cãdidi coloris tauros, quorũ
cornua tunc primũ vinciãtur. Sacerdos cãdida veſte cultus arborem
ſcãdit, falce aurea demetit, cãdido id excipitur ſago, tũc demũ victi-
mas immolãt, precãtes vt ſuum donũ Deus proſperũ faciat: ijsq;, quib.
dederit, fœcunditatem eo potu dari cuique animaliũ ſterili arbitran-
tur, contraq; venena omnia eſſe remedio. Tanta gentium in reb. fri-
uolis plerunq; religio eſt. Rurſũ idem author *lib. 29. cap. 3.* de Druidi-
dibus inquit: *Præterea eſt ouorum genus in magna Galliarum fama,*
omiſſum Græcis; Angues innumeri æſtate conuoluti, ſaliuis faucium
corporumq; ſpumis artifici cõplexu glomerantur anguinum appella-
tur. Druidæ ſibiles id dicunt in ſublime iactari, ſagoq; oportere interci-
pi, ne tellurem attingat. Id autem paulo poſt, inquit Plinius, *inſigne*
Druidis. Poſtremo *lib. 30. c. 1.* idem Plinius de Galliis loquẽs, inquit:
Namq; Tiberij Cæſaris principatus ſuſtulit Druidas eorum. Ex iam

dictis, qui fuerint olim Druides, facile colligimus. At in his plures difficultates insurgũt, præsertim si dictis Taciti hoc in loco ea cõparemus. Siquidẽ Tacitus ait, instructa acie Britannorum ad pugnandũ cum Romanis, Monæ insulæ incolas Druidas circum adfuisse, preces diras sublatis ad cœlum manibus fundentes, & nouitate aspectus militem percellẽtes; Econtra Cæsar eos à militia penitus im̃unes tradit, & à bello abesse consueuisse. Conciliare possumus dicentes: Druides alioquin à militia vacantes, in extremo tamen suorum & patriæ discrimine, quum de sum̃a rerum ageretur, futuræ pugnæ adfuisse, precibus suis suppetias ferentes, & ad strenue præliandum animantes; non tamen ipsos armis concursuros. Alia quoque insurgit difficultas. Namque Plinius scribit Tiberij Cæsaris *principatu*, *Gallorum Druidas sublatos*. Econtra Suetonius in Claudio *cap. 25.* tradit, *Druidarum religionem apud Gallos diræ immanitatis, & tantum ciuibus sub Augusto interdictã, à Claudio penitus abolitam.* Diluitur difficultas vel nullo negotio. Nam dici potest, sub Tiberio quidem magos, inter quos Druidas connumerari haud dubium est, Italia Senatusconsulto pulsos, quod præter Plinium docuit Tacitus, *lib. Annal. 2.* At & postea reprobasse Claudio imperante, qui licet eos aboleuerit, teste Sueton. nihilominus & postea resurrexisse, quod constat ex eodem Tacito, ita scribente libro Hist. 4. *Imperante Vespasiano, possessionem rerum humanarũ Transalpinis gentibus portendi superstitione vana Druidæ canebant.* Quinimo & sub posterioribus Imperatoribus eosdem viguisse, manifestum est, scribente Vopisco in Aureliano. *Dicebat enim, quodam tempore Aurelianum consuluisse Druidas, sciscitantem, vtrum apud posteros Imperium permaneret; tum illos respondisse, dixit: Nullius clarius in Republica nomen, quam Claudij posterorum futurum. Et est quidem iam Constantinus Imperator eiusdem vir sanguinis, cuius puto posteros, ad eam gloriam, quæ à Druidibus prænuntiata sit, peruenire.* Idem autem in Numeriano scribit: *Quũ Diocletianus apud Tungros in Gallia quadã in caupona moraretur, in minoribus adhuc locis militans, & cum Druida quadã muliere rationẽ conuictus sui quotidiani faceret, & illa diceret Diocletiano, nimium auarus, nimium parcus es, ioco nõ serio Diocletiani respondisse fertur; Tunc ero largus, quum Imperator fuero. Post quod verbum Druias dixisse fertur, Diocletiane iocari noli, nam Imperator eris, quum Aprum occideris.* Lampridius in Alex. ita scriptũ reliquit: *Mulier Druias eunti exclamauit Gallico sermone, Vadas, nec victoriã speres, nec militi tuo credas.* Quod vero Tacitus subdit, Britannis Monæ Insulæ debellatis, *excisos lucos sæuis superstitionibus sacros*, Polydori Virgilij Vrbinatis de rebus Anglicis scribentis detegit errorem. Nam ipse Monam antiquorum, de qua Tacitus hoc loco, & Cæsar *libro 6. bell. Gall.* Dion Cassius & Plinius, verba fecere, vocis similitudine deceptus quã *Monariam*, seu, vt alij, *Monarinam*

narinam, aut *Monaidam*, Ptolomæus appellauit, hodie *Man* vulgo dicunt Angli, esse existimauit; quũ tamen hæc distet à continẽti per vigintiquinque milliaria. Mona vero quæ hodiernis temporibus *Anglesen* vocatur, per milliare tantum; quod conuenit Taciti dictis, hoc in loco, ex quo Polydori error innotescit, præsertim quum in Anglesen, vera, inquam, Mona, trunci innumerabiles & arborum radices passim terra obruti inueniãtur, quę reliquiæ sunt luci excisi à Paulino Suetonio, cuius rei facit fidem Humfredus Lhuyd *in Epist. ad Abrahamum Ortelium*. De Druidibus plura qui scire cupiet, adeat Diodorum Siculum, *lib. 5.* Strabonẽ, *lib. 4 & 14.* & Laertium *in proœmio*.

Cap. 47. *Gymnasium eo anno dedicatum à Nerone, præbitumque oleum Equiti ac Senatui, Græca facilitate.*] Romanos Græcorum mores aspernatos, constat ex Liuio *libro 36.* vtpote qui leuissimum hominum genus essent: quos & vanos dixit Plinius, *libro 28. cap. 8.* & *Græcam vanitatem* appellauit, *lib. 2. cap. 109.* Græciamque *omnibus libidinum illecebris repletam*, tradidit Liuius per initia *libri 34.* Græcos luxui quam maxime studuisse, docet Firmicus Maternus *Astronomicon libro & capite primo*, & confirmat Seruius *in 6. Æneid. libro*, ibi.

Principium cœlum & terras camposque liquentes.

Vnde Horatius 2. Serm. Satyr. 3.

---- Vel si Romana fatiget
Militia assuetum Græcari.

De Græcorum luxuria & leuitate abundat Cicero *in orat. pro Flacco*. Plinius *libro 15. cap. 4.* de oleo verba faciens, inquit: *Vsum eius ad luxuriam vertere Græci, vitiorum omnium genitores, in gymnasiis publicando. Itaq; quũ Nero gymnasium dedicasset, in quo nõ solum ipse, sed & Equites & Senatores publice se exercebãt, quod antea minime fieri solebat, præbuit & oleum, quo corpora inungerent, Græca facilitate*, id est, vt ego interpretor, indulgentia, licentia & luxu Græco, contraq; bonos Romanos mores. Ita scribit Tacitus ipse *lib. 15.* Neronem indies magis ac magis in vitia prolabentem, *minime ausum Romæ incipere scenas, sed Neapolim quasi Græcam vrbem delegisse.*

IN LIB. XV. ANNAL.

CAP. 20. *Vna vox eius vsque ad contumeliam Senatus penetrauerat, quod dictitasset, in sua potestate situm, an Proconsulibus, qui Cretam obtinuissent, grates agerentur.*] Insignis hic locus est, & à nemine, quod sciam, hactenus animaduersus, & cuius illustrationem minime prætermittendam duxerim. Itaque quemadmodum, si qui Consules, aut prætores, seu proconsules & proprætores prouinciis præfecti, in illis administrandis deliquissẽt: peculatus, repetundarũ, vel alterius criminis à prouincialibus

peracta administratione Romæ postulabantur: ita si eisdem satisfecissent, in discessu illis in Concilio prouincialium gratiæ agebãtur, quod & Romæ in rei bene actæ testimonium per literas vel legatos significabant. Accusatorum exempla passim habemus apud eundem Tacitum & Liuium, aliosq; Romanæ historiæ scriptores. Quod vero his qui bene se gessissent, grates agerentur, ex hoc loco patet, necnon ex Liuij verbis, *lib.33.* vbi habet *Placentini Cremonensesq; addiderunt fauorē, Consuli gratias agentes, cōmemorantesq; obsidione se esse ab eo liberatos, &c.* Verum cum vsu compertum esset, ex quorundam prouincialium libidine & potentia, iniuria aliquando accusationes exerceri, necnon minime merentibus gratias agi, exemplo Claudij Timarchi Cretensis iactitantis, *in sua potestate esse, vt Proconsulibus, qui Cretam obtinuissent, gratiæ agerentur*, ob id Pætus Thrasea censuit, vt in posterum, qualis quisq; ex prouinciarum administratoribus esset, iudicium penes ciues, non prouinciales esset, qui precibus vel pretio præpotente aliquo corrupti, gratiarum actionem à prouincialibus extorquebant, vel ad nutum alterius eisdem accusatio decernebatur. Vt itaque metu repetundarum prouincias administrantium infracta auaritia; ita & vetita gratiarum actione ambitionem cohibendam. Verum abnuentibus Consulibus, ex Pæti sententia, haud Senatusconsultum factum: sed media via incedens princeps, sanxit ne in posterum apud Concilium prouinciale sociorum proprętoribus aut proconsulibus pro prouincia probe administrata, gratiæ agerentur; sed si opus esset & conueniens, apud Senatum id fieret, & ab ipso Senatu, ob idque minime à prouincialibus Romam legati amplius mitterentur in hunc vsum.

Cap. 40. *Plusq; infamiæ id incendium habuit, quia prædijs Tigellini Æmilianis proruperat.*] Mirum sane est, Æmiliana, è quibus prorupit incendium sub Nerone, in illo incōparabili vrbis incendio, cuius hoc in loco meminit Tacitus, etiã Claudio imperante, exarsisse, teste Suetonio *cap. 18.* Locus autem hic fuit extra portã Frumentariam, vel, vt alij, Flumentariam, in vrbis tamẽ continentib. seu suburbijs testimonio Varronis, *libro 3. de re rustica, c. 2.* scribentis: *Eorum ædificia, qui habitant extra portam Frumentariam, aut Æmylianam.* Ita autem appellatam existimandum ab Æmyliorum familia, quæ ab Æmylio Pythagoræ Philosophi ortum duxit, cui propter eximiam humanitatem, quam *αἱμυλίαν* Græci vocant, cognomen inditum ex Plutarcho *in Numa*, & Paulo Æmylio, & Festo, *libro 1.* vnde per y scribendum contendunt. Quamuis alij dixerint, ita gentem hanc vocatam ab *Æmilia* Italiæ regione, vnde ortum duxit, ideoque per i scribunt. Verum quicquid sit, manifestum est, ab hac familia Romæ potentissima, & viris præclarissimis insignita, *prædia Æmiliana* dicta, sicuti & *Vicus Æmilianus*, qui fuit in regione vrbis septima viæ la-

tæ, v

tæ, vt Rufus docuit; ſicuti & *Tribus Æmiliana*, & *Æmiliana via* quæ à Placentia Ariminum vſque producta fuit ab Æmilio Conſule. Ex hac gẽte orti Paulus Æmilius, & Scipio Africanus minor, illius filius, & Mamercus Æmilius Cenſor, qui legem Æmiliam de cenſuræ tempore tulit, tradente Liuio, *lib.9.* vt interim pleroſque alios omittam.

In Lib. XVI. Annal.

CAP. 12. *Liberto & accuſatori præmium operæ, locus in theatro inter viatores Tribunitios datus.*] Qui *viatores* Romanis antiquis eſſent, diu anxie quæſiui, & difficultatem afferebat, quod *apparitores, viatores, accenſos, lictores, ſummotores*; ita officio coniunctos obſeruarem, vt quæ inter illos differentia eſſet conſtituenda, ignorarem: quod tandem longo ſtudio & diligentia me adinueniſſe exiſtimo. Itaq; hi omnes iam dicti *apparitorum* nomine & communiſſima appellatione dicti, quod ſcilicet Magiſtratibus aſſiſterent, & præſto eſſent ad obſequendum. Liuius libro 3. *Poſtremo quum locus adeundi apparitoribus non daretur, ipſe cum agmine patriciorum iuuenum per turbam vadens, in vincula duci iubet.* Et libro octauo: *Quum præ ſtrepitu ac tumultu nec ipſius Dictatoris, neo apparitorum eius vox audiretur.* Quod & potiſſimum paſſim patet ex lectione Hiſtoriæ Ammiani Marcellini, & ex Iuſtiniano, *in l. 31. §. 5. Cod. de Epiſcop.* & *Cleric.* Hi quoque nominati *miniſteria, l.3. §. tutor. D. de ſuſpect. tutor.* Aliquando *apparitio, l. finali, §. finali, D. de euiction.* Cicero tamen *in Epiſtol. ad Thermum, apparitionem* pro officio apparitoris accepit. Vocati quoque & interdum *officia, l. illicitam, §. ne tenuis, D. de offic. præſid.* Nonnunquam *officiales, Rubric. & l.1. Cod. de filijs official. & cap. nullus, 4. quæſt. quarta.* Interdum *executores, l.2. Cod. de ſportul.* Aliquando *miſſi*, vti *cap.1. de immunit. eccleſ. & ibi gloſſa in Nouell.* τάξεις ταξεῶται, id eſt. *ordo*, & in gloſſa veteri, ἀμφιδιάρχαι, ἀρχιπηκρίται. In horum numero fuere *lictores*, qui apparebant his tantum magiſtratibus, qui authoritatem haberent non ſolum vocandi & ligandi, ſed & quoque puniendi, hique ab alijs in hoc diſtinguebantur, quod ſecuri & virgis ſupplicium de damnatis ſumebant, iuſſu magiſtratuum, quibus apparebant: quod paſſim ex Hiſtorijs palam fit, omniq; dubitatione caret. Ita Tribunos Cõſulari poteſtate creatos, lictores habuiſſe, conſtat ex Liuio, *libro 3.* Ita Conſules vbiq; ita & Imperatores. Iſti autem *lictores* & aliquando *ſummotores* dicti, eo quod eorum officium eſſet, turbam & alios quoſcunque ſummouere; quod patere poteſt ex ipſo Liuio, *libro tertio* ſcribente: *Lictor decreſſe ait, vociferantemq; Iuliũ ſummouet.* Et rurſus: *Inquit, lictor, ſubmoue turbã, & da viã domino ad prehendendũ mancipiũ.* Et lib. 8. *Repente ſtrepitus ante curiam lictorũ ſubmouentiũ auditur.* Et lib. 45. *Aſſuetis Regio Imperio tamen nouum forma terribili præ-*

buit tribunal, summotor aditus, præco, accensus, insueta omnia: quo in loco pro *summotore* intelligendum lictorem, non dubitandum, quum eodem libro alio in loco scribat idem Liuius: *Lictor ap|a-ruit, summouente eo incesserunt virgæ, & secures prælatæ*. Et alibi: *Et summouere populum lictores iussi. Accensi* munus fuit vocandi, & ab *acciendo* dicti, ex Varrone, *lib. 5. de lingua Latina*, vbi habet: *Consul loquitur ad exercitum, Impero, qua conuenite ad comitia centuriata. quare hic accenso, illic præconi dicit, hæc est caussa, in aliquot reb. itẽ vt præco accensus acciebat, à quo accensus quoq; dictus.* Et Cicero in Epist. ad Q. Frat. *His rebus nuper C. Octauius iucundissimus fuit, apud quem primus lictor quieuit, tacuit accensus.* Verum quia & id munus proprium erat; & *Viatores* in quo differrent & distinguerentur, indagandum. Quod *Viatoris* munus præcipuum esset vocãdi, cõstat ex Columella in præfatione libri primi: *Illis tẽporibus* (inquit) *proceres in agris morabantur, & quũ consiliũ publicum desiderabant, à villis arcessebantur in Senatum, ex quo, qui eos arcessebant, viatores nominati sunt.* Cicero de Senect. *A villa arcessebãtur in Senatũ Curius & cæteri senes, ex quo qui eos arcessebãt, viatores nominati sunt.* Et Festus ait: *Qui magistratib. apparent, eo quia initia tribuum omniũ, quũ agri in propinquo erãt vrbis, atq; assidue homines rusticabantur, crebra eorum opera erat in via quã vrbe quod ex agris plerunq; homines à magistratib. vocabãtur, & frequẽs eorum erat ab agris ad vrbẽ via.* Et Liu. libro.... *Quib. in forum delatis; & à viginti matronis, apud quas deprehensi erant, per viatorẽ accitis.* Et alibi: *Cõsul viatorẽ misit, qui patri nũtiaret, vt sine lictoribus ad Consulẽ veniret.* Et lib. 10. *Per viatorem Imperator acciri iubebat nobilissimum quemq;.* Et lib. 41. *Cn. Cornelius euocatus à viatore.* Et Plinius lib. 18. cap. 3. *Cincinnato viator attulit Dictaturam, & quidem, vt traditur, nudo plerunq; pulueris, etiamnum ore. Cui viator vela corpus, inquit, vt proferã Senatus populiq; Romani mãdata.* Ex dictis patet, sicuti *Accensi*, ita & *Viatoris* quoq; vocãdi munus fuisse. At quomodo distinguendi sint, non æque manifestũ. Ego statuendum puto, in hoc *Viatores* ab *Accensis* distingui, quod *Viatores* non modo vocandi ius haberent, sed & ligandi; *Accensi* vero minime. Verum quia Carolus Sigonius id aperte negat *libro 2. de iure antiquo ciuium Romanorum, cap. 15.* ideo comprobandum est. Liuius *lib. 3.* de Appio scribit: *Arreptus à viatore, prouoco, inquit.* Et *libro 6.* vbi de Manlio: *In vincula duci iussit. Arreptus à viatore, &c.* Et lib. 9. *Quum apparitor verecũdia maiestatis Posthumiũ laxe vinciret.* Et *lib. 4.* vbi de Mælio scribit: *Quũ apparitor iussu Magistri Equitum eum duceret, arreptus à circumstantib. &c.* Vtrobiq; enim *apparitoris* voce, *viatorem*, omnemq; aliũ, qui ligandi ius haberet, intelligendum non dubito. Sicut & *lib. 3.* quum Liuius ait: *Dimissi circa domos apparitores simul ad pignora capienda, sciscitandumq; nũ consulto detrectarent, &c.* de *Viatoribus* interpretandum conijcio.

At

At Cicero omnem ſcrupum demit, quum ait in Vatinium: *Miſeriſne viatorem, qui M. Bibulum vi domo extraheret.* Itaque quum *Viatores* facultatem haberent ligãdi, in hoc ab *Accenſis* diſtinguebãtur; *Accenſi* vero à *Viatoribus* alia differentia diſcernũtur. namq; *Accenſi* munus erat, etiam meridie conclamare populo quod *Viatores* non faciebãt. Id autẽ conſtat ex Varrone, loco citato, vbi habet: *Accenſum ſolitum ciere Beotia oſtendit, vbi primũ Accenſus clamarit meridiẽ.* Et Plin. *lib. 7. c. 6.* ſcribit: *Poſt aliquos annos adiectus eſt & meridies, Accenſo Conſulũ id pronuntiante. Viatores* aut proprios fuiſſe Tribunorũ plebis, ſicuti *lictores* Conſulum exiſtimauit plurimæ lectionis vir, Andreas Tiraquellus *in ſuis annot. ad Alexandrum ab Alexandro, lib. 1. c. 27.* motus authoritate Liuij *lib. 2.* vbi habet: *Ardens igitur ira Tribunus Viatorem mittit ad Conſulem, Conſul lictorem ad Tribunum*; qua tamen in re eum hallucinatum non dubito. namq; non modo Tribuniplebis, ſed & alij Magiſtratus *viatores* habuere, quib. vocandi ius fuit. De Senatu cõſtat ex Plinio loco citato, vbi de Cincinnato. De Cõſulib. nulli dubiũ, De Ædilibus patet ex Liuio *lib. 30.* ſcribente: *Pecuniam ex ærario Scribæ Viatoresq; Ædilitij clara egeſſiſſe per iudicium comperti.* Romę in Baſilica Sãcti Petri in Vaticano extat tabella antiqua inſcripta, in qua fit mentio *T. Tettieni Viatoris Ædilitij.* Et in Æde Sanctæ Ceciliæ in alia tabella legitur.

Q. LVCRETIVS Q. L. GEMELLO VIATORI QVÆSTOR. AB ÆRAR. Q. LVCRETIVS Q. L. CHRESTVS VIATOR QVÆSTOR. AB ÆRAR. in alia in domibus Dominorum S. Crucis legitur: TIBERIO ONESIMO VIATORI COLLEGII MAGNI.

Quod pariter & reliqui magiſtratus *viatores* proprios habuerint, rationi conſonum eſt, & conſtat ex Iuriſconſultis, *l. finali, de iudic. P. l. magis puto. §. illud quæri poteſt, de rebus eorum, qui ſub tutel. P.* Vnde & *viatores* Prætoris ſcilicet, vel Iudicũ aliorum eiſdem dicti executores litium, vt Imperator docet *in §. triplici, de actionibus. Viatores* ex ſeruorum genere fuiſſe contendunt aliqui ex recentioribus, authoritate Strabonis innixi *libro quinto*; & Gellij *libro decimo, capite tertio.* vbi legimus *Romanos abeunte Annibale Brutios ignominiæ cauſa à Romanis ſuperatos, non milites ſcribendos ſtatuiſſe, nec pro ſocijs haberi, ſed magiſtratibus in prouincias abeuntibus parere & adminiſtrare ſeruorum vice.* Idem & aduerſus Picenos & Lucanos obſeruatum, qui viatorũ tabellariorum loco ſunt habiti. In oppoſitum tamen ſtat veritas, ſiquidem Viatores ciues Romanos fuiſſe conſtat ex antiqua inſcriptione tabellæ, quam Carolus Sigonius *de antiquo iure ciuiũ Rom. lib. 2. cap. 15.* deſcribit, quã ibidẽ ſtudioſus lector legere poterit. Præterea quomodo Nero liberto & accuſatori pręmiũ operæ dediſſet, locũ in theatro inter viatores, ſi hi ex ſeruili genere extitiſſẽt? Ad hæc Liuius *lib. 38.* ſcribit de

Scipione: *Ab Roſtris in Capitoliũ aſcendit. Simul ſe vniuerſa concio auertit, & ſecuta Scipionẽ eſt, adeo vt poſtremo ſcribæ, viatoreſq; tribunos relinquerent, nec cum iis præter ſeruilẽ comitatum, vt præconẽ, qui reum ex Roſtris citaret, quiſquam eſſet.* Ecce itaq;, quod Liuius viatores à ſeruili comitatu diſcernit. Ad authotitates autem Strabonis & Gellii dicimus; Aliud eſſe *ſeruorum vice haberi*, aliud vero *ſeruum eſſe*, namq; & communi appellatione eriam ſeruire dicuntur, qui liberi ſunt, non ſerui. Et ita à Frontino *libro de Aquaductibus*, & à Varrone & Liuio *apparitores* (inter quos *viatores* ſtatuim⁹) ſeruos publicos appellatos obſeruamus, hoc eſt, qui publico inſeruirent, quum tamen hi fere omnes ex libertino genere eſſent, vti Cicero ad Q. Fratrem ſcribens, & ad Appium *in Verr. & in Cornel.* docet & Tacitus *lib. 13.* demonſtrat. Valgius Rufus & cum eo Gellius *lib. 12. cap. 3. Viatores* in collegio lictorũ repoſuere, quos tamen aberraſſe ex iam dictis conſtat; apertius vero ex præallegata antiqua tabella, ex qua dignoſcitur, præcones potius ex viatorũ collegio fuiſſe, quam lictores. Quantum aberrauerit doctiſſimus Turnebus *lib. & cap. 11. viatoris* vocem ex antiqua inſcriptione interpretantis, ex dictis iam ſatis patere puto.

Cap. 33. *Æquitate Deum erga bona malaque documenta.*] Iuſtus Lipſius in Notis ad hunc locum ſcribit: *Deprauatio manifeſta: quã adnotare volui, tollere non potui.* Ego tamẽ non ſolum nullũ mendũ ineſſe exiſtimo, quinimo præclariſſimam ſuſpiciendamq; ſententiã mira breuitate Tacitum complexum non dubito. *Æquitas animi* abſolutè eſt conſtantia quædam, & moderatio, quum æquo animo patienterq; omnia feruntur, ac in bonam partem accipiuntur, quæ & *tolerantia* dicitur. Cicero pro Plancio: *Fugiſti ſententiã legis, æquitatem omnẽ reiecisti.* Et primo de Finibus: *Probabo, modo iſta ſis æquitate, quã oſtẽdis*, Et lib. de ſenectute: *Noui enim moderationẽ animi tui. & æquitatẽ.* Et in Epiſtolis: *Æquitatem tuã non potui non probare.* Æquitatis vim duplicem dixit idem Cic. *in partit. Oratoriis*, cuius altera directi & veri & iuſti æqui & boni ratione defenditur, altera ad viciſſitudinem referẽdę gratiæ pertinet, quod in beneficio *gratia*, in iniuria *vltio* nominatur; His ſic ſe habẽtib⁹ interpretor Taciti dicta: *Factum æquitate Deûm*, id eſt, tolerantia & permiſſione, quib. nulla præſcripta lex, vt P. Egnatius Sorani infidus amicus, in eum pecunia corruptus teſtimonium diceret, Caſſius vero Aſclepiodorus verus & ſyncerus eum laborantem non deſeruerit, etiamſi fortunis ob id exutus eſſet, & in exilium actus, *tolerantia* inquam *Deorũ erga mala bonaq; documenta*, id eſt, *exempla*, nam *documentum* pro *exemplo* ſumitur à Salluſtio & Cicerone non ſemel; malũ ſiquidẽ exhibuit exemplũ Egnatius, bonũ vero Caſſius, quib⁹ Deorũ eadẽ æquitate vltio & gratia habita.

In Lib. I. Histor.

CAP. 24. *Adeo animosus corruptor, vt Coccio Proculo stipulatori, de parte finiũ cum vicino ambigenti vniuersum vicini agrum sua pecunia emptum dono dederit, per socordiam Præfecti, quem nota pariter & occulta fallebant. Sed tunc è libertis Onomastũ futuro sceleri præfecit, à quo Barbium Proculum Tessararium speculatorum, & Veturium Optionem eorundẽ perductos.*] *Spiculatorum*, non *speculatorũ* legendũ esse hoc loco, non desunt, qui putẽt, eo quod stipulatores Imperatorũ spiculo vterent', ex Vegetio *lib. 2. c. 7.* Quib. M. Vertranius assẽtiri videtur in suis Annot. necnon Turneb⁹ *lib. Aduer. 24. c. 41. Caligas spiculatorias*, non *speculatorias*, legens, in Suet. Caligula, *c. 52* & apud Tertul. de corona milit. *spetulatoriam morosissimã pedib. absoluit*: quũ vtrobiq; tamen *speculatoriã* legẽdum ex mox dicẽdis patere putem. Quod vero hi in errore versati sint, docet Suidas scribens σπεκουλάτωρας, τοὺς δορυφόρους, hoc est, *speculatores stipatores Principis.* Preterea Prętoriani milites, qui Imperatorib. astabant eosq; stipulabãt, lancea nõ spiculo vsos constat ex Suetonio scribẽte in Claudio, c. 35. *Neq; conuiuia inire ausus est, nisi speculatores cũ lanceis circũstarent.* Et in Galba c. 18. *Descendentẽ Galbam speculator impulsu turbæ lancea prope vulnerauit.* Adhæc *spiculum à pilo*, quod commune legionariorũ militum erat, nõ differebat, si Vegetio credimus, vnde nequaquam credendũ, *spiculatores à spiculo* dictos; sed potius *speculatores à speculando*, eo quod Principis tutelæ inuigilantes vndique specularentur, vt insidiarum omne genus præcauerent. *Speculatores* autem non solum in Prætorianis militib. frequentes fuisse, sed in legionibus ipsis, constat ex Hirtio *de bello Hispanico* scribẽte: *Speculator de legione secũde Põpeiana captus à militib., & interfectus est.* Et rursus de *speculatoribus* missis in Cęsaris castris: *Complures Getuli qui sumus clientes C. Marij, & propemodum omnes Ciues Romani in legione quarta, & sexta.* Quinimo vnaquæq; cohors proprios habebat *speculatores*, si Tacito credimus scribenti: *Dilapsis speculatoribus cætera cohors non aspernata concionem, &c.* In antiquo marmore Romæ in domo Laurentij de Lallis existente legitur: C. FABIVS. C. F. SER. CRISPVS. CARTAG. SPECVL. COH. VI. PR. Horum autem *speculatorum* munus erat, de rebus hostium ad suos deferre quicquid percepissent, siue ex specula, siue in ipsis hostium castris. Neque eorum recipienda sententia; qui *speculatores* ab *exploratoribus* differre dixere; quod *speculator* è specula prospiciat, *explorator* inter hostes versetur. Namque Liuius *lib. 22.* inquit: *Per eosdem dies speculator Carthaginensis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehensus, præcisisque narib. [illegible] emissus.* Et Hircius de bello Gallico: *Ex Getulis duos pro perfugis specu-*

landi gratia in Cæsaris castra mittunt. & paulo post: *Pro speculatoribus missi à Scipione.* Et rursus Liuius lib. 30. *Præmissi speculatores, excepti à custodib. Romanis deducti ad Scipionē.* Siue itaq; hi è specula, siue in castris, seu quocunque alio modo explorarent, *speculatores* dicti, quod Virgilius in apibus perbelle expressit, inquiens:

----- *Quibus ad portas cecidit custodia sorti,*
Inque vicem speculantur aquas & nubila cœli.

Vtebantur quoque Principes *speculatoribus* ad damnatorū caput amputandū, vel alio pacto in reos lege agendum. Iul. Firmicus lib. 8. c. 26. *Speculatores* (inquit) *facit, qui nudato gladio hominum amputant ceruices.* Et Seneca lib. 1. de Ira: *Tum centurio qui supplicio præerat, condere gladium speculatorem iubet.* Et Vlp. *l. 6. de bonis dānatorum* scribit: *Spolia quib. indutus est, qui ad supplicium ducitur, neq; speculatores vltro sibi vindicent, neq; optiores ea desiderent.* Idē confirmare possumus ex sacro Marci Euangelio *c. 6.* vbi de morte D. Ioannis ait, *à speculatore eum decollatum*; textus Græcus habet σπεκουλάτωρα. Mirandum sane, Torrentium virum doctissimum, quiq; ante nos *spiculatorem*, nō *speculatorem* legendum apud Suetonium in Caligula *c. 51.* annotauit ausum fuisse affirmare, *Caium vsum speculatorib. in mittēdis literis ad Senatū*, Suetonio *authore, c. 44.* vbi de *speculatorib.* ne verbū quidē, sed simpliciter *latorib.* scribit, vti ex lectione loci illius facile dignoscet diligēs lector. Ex dictis itaq; satis patere existimo, quales essent milites dicti *speculatores*; stipulatores scilicet Principis, quorū meminit in textu Tacitus, hos vero electos inter milites, qui fortiores corpore & fide præstantiores haberentur palā est. Sic idē Tacitus *lib. Hist. 2.* ait: *Ipsum Othonem concomitabantur speculatorum lecta corpora.* & rursus: *Et cum ipso Prætoriarum cohortium, & speculatorum, equitumq; valida manus discessit.* & iterum: *Postquam speculatores Syria Iudæaque adactum in verba eius Orientem nuntiauere.*

Barbium Proculum, Tesserarium speculatorum, quomodo sit intelligendum, non sat bene explicat Vertranius, dum *Tesserarium* interpretatur, qui præceptum Ducis per militum contubernia nūtiabat, hoc est, quod à Tribuno per singulos dies extremo Sole accepisset. quam expositionem etiam recipere videtur Turnebus *lib. 3. Aduers. c. 7.* & vtrique fauere Vegetium *lib. 2. c. 7.* dum ait: *Tesserarij sunt, qui tesseram per contubernia militum, aut per contubernia prætorianorum nuntiant.* Hæc interpretatio an veritati consentiat, indagandum. Multi generis *tesseram militarem* obseruo apud scriptores. Vna erat symbolum bellicum, seu signū, quo cōsocij milites ab hostib. dignoscebantur, de qua Virgilius lib. 7. Æneid.

---*It bello tessera signum.*

Et Silius lib. 5.

---*Tacitum dat tessera signum.*

Claudianus lib. 1. Panegyr. Stiliconis:

Decre-

Decretoq́; togæ fœlix legionibus iret
Teſſera, Romuleas leges adijſſe fatemur:
Quum procerum iuſſis famulitia cernimus arma.

Et Liuius lib. 7. *Cæteris omnibus teſſeram dari iubet.* De hac etiam Vegetius *lib. & cap. 7.* Hæc autem *teſſera verbalis* erat; In caſtris enim Cæſaris, *Venerem* teſſeram fuiſſe tradit Appianus *lib. 2. belli ciuil.* alias *fœlicitatem*, teſte Hircio *de bell. Afric.* In Pompeij Magni, *Herculem inuictum, eodem authore eodem in loco.* In Pompeij iunioris, *Pietatē, ex Appiano lib. 3.* Neronē quandoq; dediſſe Tribuno ſignū petēti, *Optimæ matri, ex Tacito lib. 13.* & Suetonio *in illo, cap. 9.* Brutum in Philippicis, *Apollinē, ex Plutarcho in illius vita.* Antoninum Piū, *Æquanimitatem, ex Capitolino in illo.* C. Caligulā *Priapū* dediſſe Caſſio Chereæ Tribuno prætoriano, tradit Suet. *in illo, cap.* 56. & Seneca *lib. 10. Epiſt. ad Serenum*, Seuerus Iouē; Septimi⁹, *Laboremus, ex Spartiano in illo.* Pertinax, *Militemus, ex Capitolino in ipſo.* Claudius excubitori Tribuno ſignū de more petenti, *verſū Græcū* quem Suetonius deſcibit *in illo cap. 42.* Vegetius *lib. 3. cap. 5. Victoriam, Palmā, Virtutē, Deus nobiſcum, Triumphū Imperatoris*, quorundam teſſeram fuiſſe recenſet. Illud autem animaduertendū; ſignum, ſeu teſſerā verbalem aliquando datū cōgreſſuris cum hoſte militibus, vt in pugna in feriendo, ſe ab hoſte diſcernerent. Ita Hircius loco citato inquit: *Signo fœlicitatis dato, eoq́; admiſſo in hoſtem contra principes ire contendit.* Aliquando vero in caſtris etiā prætorianis excubias agentibus *teſſera*; quod ſignū Tribun⁹ ab Imp. acceptū militib. dabat *Teſſera* vulgo *contraſegno*, excubitores *ſentinelle* appellāt. Prioris teſſeræ minime *teſſerariū* fuiſſe Proculū Barbium, clarū eſt, quū in actu bellico nō eſſent Imperator & milites; Nec minus ſecūdæ, non. n. exiſtimandū rem tanti momēti ad Imperatoris vitā cuſtodiendā manipulari ordinario cōmiſſā; ſingula enim die Sole occiduo petebat, & dabat teſſera, q́ ēt noſtris temporib. obſeruari norunt omnes. Manipularē autē fuiſſe Proculū patet ex ipſomet Tacito paulo infra ſcribente: *Suſcepere duo manipulares imperium Romanum transferendum, & tranſtulerunt*; in hoc à Suetonio diſcrepans in Othone *c. 5.* qui quinq; ſpeculatorib. rem cōmiſſam tradit. *Teſſerā* aliam militarē nō verboten⁹, ſed naturalē apud ſcriptores annotamus, quā ēt *frumētariā* dixere, & erat tabella lignea, certa inſignita nota, quæ dabatur militib. vt ex publico in ipſorūmet alimentū frumenti certam quantitatē acciperent, fuiſſe autē vt plurimū *figuræ quadratæ* ex ipſa voce Græca conijciēdum, nam Græcis τέσσαρα *quatuor* ſignificat, *planas* autem, quia & Polybius πλατεῖαν appellauit, quamuis & aliquādo eas *rotundas* fuiſſe obſeruem⁹ ex Dione ſcribēte in Tito: σφαιρία ξύλινα μικρὰ ἄνωθεν εἰς τὸ θέατρον ἐρρίπτει σύμβολον ἔχοντα, τοῦ μὲν ἐδωδίμου. Fuiſſe quoq; aliquando *Teſſeram* dare militibus ſuetum, ad annonam recipiendam *ſtellatæ figuræ*, coniijcimus, eo quod eam inde *ſtella*

turã vocabant. Lamprid. in Alex. *Alexander Cæsar annonam militum diligenter inspexit, & Tribunum, qui de stellaturis militibus aliquid abstulisset, capitali pœna affecit.* Et Spart. in Pescennio: *Pescennius Imp. Tribunos duos quos constitit stellaturas accepisse, lapidibus obrui à militibus iussit.* Huiusmodi *stellaturæ* verba faciunt Iurisc. *l. C. de erog. milit. annonæ lib. 12.* Et in C. Theod. in constit. quadam Honorij & Theodosij, sicuti & *tesseræ frumentariæ.* Vlp. *l. 52. §. 1. D. de iudic.* & Paulus *l. 49. D. de leg. & iud. lib. 31. §. 1.* Et Iuuenalis:

Summula ne pereat, qua vilis tessera venit
Frumento.------

Quum itaque vel donatiui loco vel stipendij in solutum dabatur militibus frumentum aliaue annona, tesseræ tot assignabantur Tribunis, quot milites sub eis militabant; has vero viritim Tribuni per suum Tesserarium militibus impartiebantur. Fuisse itaque Barbium Proculum speculatorum Tribuni Tesserarium huiusmodi existimo: Veturium vero ipsius optionem, hoc est vicarium seu vices gerentem, *locumtenentem* vulgo vocant. Notum enim est ex Varr lib. 1. *de ling. Latina.* Festo & Vegetio *li. 2. c. 7.* quod *optio* masculini generis dici solet, qui muneris alicuius militaris administrandi vices gerit. Sic Plautus in Asinaria: *Optionem tibi sum mitto Leonidam*; Et Callistratus *in l. vlt. de iur. immunit.* scribit *Quamobrem eum qui in Palatina militia idipsum agat, quod in exercitu optiones iure arbitror dici optionem.* Ita Vlpianus l. 6 de boni damnat · *Neq; speculatores, neq; optiones ea desiderent*; quo loc ope: *optiones* intelligendi speculatorum Vicarij. Prædictæ autem nostr expositioni fauent leges nonnullæ, in quibus *optiones* accipiuntu pro illis, qui annonam militibus diuidunt, vti lex 9. *C. de iure fisc* *l. 9. C. de exact. tribut. l. 3. C. de apoch. public. & Nouel Martiani a indul. rel. Nouel. Iustiniani 129.* tales etiam sunt ὀπτίωνα Procopi *lib. 3. de bello Vandal.* Illud insuper annotare libet, Plutarchum tanti fecisse has Taciti voces, vt easdem in Galba, vbi de hac con iuratione in textu Græco, receperit ὀπτίων καὶ τεσσαράριος: quum tamen *tesserarium* interpretatus sit διάγγελον, *optionem* ver διοπτῆρα. *Simphori Tesserarij* fit mentio in marmore antiquo libro Epigram. *Antiq. Vrbis, pagina 144.* & in alio ibidem *pagina 63.* in voto HERCVLI INVICTO *Fabiani signiferi & Valerij Firmini Optionis.*

Cap. 46. *Flagitatum, vt vacationes præstari Centurionibus soliti remitterentur.*] M. Vertranius hūc locum perperā interpretatus est, ni me fallit animus, dum inquit: *Non erant hæ militiæ vacationes, sed largitiones pecuniæ ob spectatam per multos annos fidem, lam vero pecuniam milites honoris causa singuli primum tribuebant.* Vt vero id palam fiat, sciendum, quod vacatio honesta & cum honore quædã à militia fuit, quæ militib. dabatur ijs, qui per vigi ann

nnos in legione militassent; vel qui quinquagesimum annum excessissent; & hæc perpetua erat & cum priuilegiis, atq; à Duce exercitus, vel Principe, vel Senatu dabatur. Veterani enim rude donati in colonias mittebantur, & pro nauata tot annis opera Reipub. agros accipiebant, teste Liuio *lib. 55. in Orat. M. Pompilij centurionis*. Et *lib. 7.* vbi habet: *Consul educto in æstiua milite, exercitum purgare missionibus turbulentorum hominum instituit; alijs emerita stipendia esse dicendo, alios graues tum ætate tum viribus parum validos*. Et lib. 42. *Spurius Ligustinus ità loquitur: viginti duo stipendia annua, in exercitu emerita habeo, & maior sum annis quinquaginta, quod si mihi nec stipẽdia omnia emerita essent, nec dum ætas vacationem daret, tamẽ quum quatuor milites pro me vno dare possem, æquũ erat me dimitti.* Erat etiam *vacatio perpetua*, quæ gratiosa dabatur absque vlla ex memoratis causa, qualem à Senatu P. Æbutio datã legimus *lib. 39.* Altera erat vacatio à militiæ muneribus, non perpetua, sed temporanea, & sine priuilegiis veteranorum, quæ quandoque & ipsa gratiose à Principe dabatur, vnde statutũ sub Theodosio, *ne quis obtineret à Principe vacationem temporalem, nisi ex iustis causis, illisque probatis, l. vnica de ijs, qui à principe vacat. accep. lib. 10. C. titu. 44.* Sic legimus apud Liuium *lib. 23. Prænestinis militibus Senatum duplex stipendium, & quinquennem vacationem decreuisse.* Erat denique & alia *vacatio* non solum temporanea, sed & particularis, non quidem ab vniuersa militia eximens, sed tantum à quibusdam militiæ muneribus, & hæc non à publicis Magistratibus, sed à Centurionibus obtinebatur, certa pecunia illis persoluta, nam sicuti Duces Tribunis, ita Tribuni Centurionibus & hi gregario militi, seu manipularibus imperabant. Hinc eueniebat, vt Centuriones milites quosq; locupletissimos labore ac sæuitia fatigarent, donec vacationem emerent, vnde factum, vt miles redempta laborum temporanea vacatione huiusmodi à Centurione suo sumptu exhauriretur, ac otio languesceret; ita vt postmodum pro diuite inops, pro strenuo iners ad manipulũ rediret, ac rursus alii pari egestate, & otio corrupti, seditiones ac discordias excitarent, & in bella ciuilia ruerent; dum inter suos manipulares latrocinantur, commeatum rapiunt, aut similia mala ministeria exercent, vt habeãt vnde militare otium redimere possint. Hac de causa apud eundem Tacitum *lib. Annal. 1.* milites tumultuantes Centuriones verberibus conficiunt, tanquam materiem vetustissimam militaribus odiis præsumentes, & paulo post subdit: *percunctante Germanico, quo Centuriones exegissent. Nudant vniuersi corpora, cicatrices ex vulneribus, verberũ notas exprobrant, mox indiscretis vocibus pretia vacationum, angustias stipendij, duritiẽ operum, ac proprius nominib. incusant; Vallũ, fossas, pabuli materia, lignorũ adgestus, & si qua alia ex necessitate, aut aduersus castrorũ otium quæruntur.* Ex hisce interpretationis nostræ veritatẽ patere puto,

Quis enim cum Vertranio militem Centurioni, ob spectatam i
militia fidem pecuniam persoluisse iure affirmare audebit, quun
iā Ducis, Imperatoris, Senatusue munus esset, ad quos spectaba
non ad priuatos milites, Centurionis meritis satisfacere, eosqu
bene actorum remunerare. Præterea, huiusmodi vacationes hau
vniuersales, vel ordinariæ erant, sed tantum ex Centurionum l
bitu & permissione dabantur; cōuentione habita cum hoc vel ill
singulari milite. Quamobrem Otho Imperator effectus, ne mil
tum flagitationem reiiceret, nec centurionum animos auertere
ex Fisco suo vacationes annuas exoluturū promisit. Sic enim sub
leuati milites, nec stipe & emolumento ob id percipi solito Cen
turiones defraudati. Quod pariter factum à Vitellio idem Tacitu
paulo infra scribit; nempe *Cēturionibus vacationes ex Fisco nume
ratas*, hoc est, certam summam pro vacationibus huiusmodi ill
numeratam, quod quoque à bonis postea Principibus perpetuita
te disciplinæ firmatum tradit idem Tacitus, vtiliter quidem, nar
centurionibus nihili soliti emolumenti detractum, milites ab im
pensa subleuati, & militiæ onera æqualiter inter omnes partita.

In Librvm II. Histor.

Cap. 78. *Est Iudæam inter Syriamq; Carmelus, ita vocant mon
tem, Deumq; nec simulachrum Deo, aut templum, sic tradidere
maiores, aram tantum, & reuerentiam.*] Suetonius *in Vespasiano
cap. 5.* scribit: *Apud Iudæam Carmeli Dei oraculum illum consulen
tem, ita confirmasse sortes, & quicquid cogitaret volueritq; animo
quantumlibet magnum, id esse prouenturum pollicerentur.* Duos esse
montes *Carmelos*, author est D. Hieronymus, alterum Galilææ
prouinciæ ad Australem plagam, in quo fuit Nabal maritus Abi-
gail, vt 1. *Regum 25.* alter iuxta Ptolemaidem mari imminens, in
quo Helias flexis genibus pluuiam impetrauit, *3. Regum; c. 18.* E
huius meminere Suetonius & Tacitus, & Plinius *lib. 5.* & Strabo &
Ptolomęus *libro pariter 5.* Huius quoque frequens in sacris Bibliis
fit mentio, gratissimumq; Deo locum fuisse constat, quum popu
lo Hebræo per eum & in eo, modo gratiam donaque, modo iram
& pœnā demonstraret. Prioris exemplum Ieremiæ c. 2. *Et indux
vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius, & bona illius.* E
c. 49. eiusdem: *Et reducam Israel ad Tabernaculū suum, & pascetur
Carmelum;* & Micheæ 7. *Pasce populum tuum in virga tua, gregem
hæreditatis tuæ, habitantes solos in saltu, in medio Carmeli pascentur*
Secundi habemus exempla Isaiæ c. 16. *Et auferetur lætitia & exul-
tatio de Carmelo,* & 33. *Concussa est Basan & Carmelus.* Et 37. *Ego
ascendi in altitudinē montium, iuga Libani, & succidā excelsa cedro-
rū eius, & electas abietes illius, & introibo altitudinē summitatis eius,
saltū Carmeli eius.* Et Ier. c. 4. *Ecce Carmelus desertus, & omnes vr-
bes eius destructæ sunt à facie Domini.* & c. 48. *Ablata est lætitia &
exultatio de Carmelo;* & Amos 1. c. *Exsiccatus est vertex Carmeli.* Et

Nahum

Nahum 1.c. *Infirmata est Basan & Carmelus.* Et in Cantico quum Deiparæ virginis pulchritudo repræsentatur: *Caput illius assimilatur Carmelo*, c. 7. & Isaiæ c. 35. de eadē: *Data est ei gloria Libani, & decor Carmeli.* In Carmelo *li. 1. Regum*, Saul parta victoria de Amalec, erexit sibi fornicem triumphalē, & obtulit holocaustū Domino de initiis prædarū, quæ attulerunt ex Amalec. Ex his mihi conici posse videtur, Deum, quē Carmeli dicit Tacitus, fuisse Deum, qui sine fine viuit & regnat, cui Hebræi illo in monte sacrificium offerebāt, eumq; ibidem venerabantur, aram & reuerentiā habentes, minime vero templū, hoc enim solum in Hierusalē, innominatū vero, quia non illi particulare nomen vt cæteris Diis gentiū. Basilidē autem Sacerdotem eum, de quo paulo post Tacitus, Hebræū fuisse coniicio, quia Suetonius de ea re verba faciēs meminit Iosephi cuiusdā captiui Hebræi Vespasiano ea fœlicia vaticinanti, ob id vinculis soluti. Iosephus de bel. Iudaico eum *Iosippū* appellat; quinimo Beroaldus multis rationib. eundemmet historię scriptorē fuisse comprobare contendit. Ad hæc Suetonius *in Traiano c. 4.* ita scribit: *Percrebuerat Oriente toto vetus & constans opinio, esse in fatis vt eo tēpore Iudæa profecti rerum potirentur.* Id de Imperatore Romano, quantū euentu postea patuit, prædictū patuit. Iudæi ad se omen trahentes rebellarunt; Nam vt Cornel. Tacitus subdit, *Pluribus persuasum fuerat, antiquis sacerdotū literis contineri, eo ipso tēpore fore, vt valesceret Oriens, Profectiq; Iudæis rerum potirentur. Quæ ambages Vespasianū & Titum prædixerunt. Sed vulgus more humanæ cupidinis sibi tantā fatorum altitudinē interpretati, ne aduersariis quidē ad vera mutabantur.* Orosius in hanc scribit sententiam: *Iudæi in Carmelū montem seductis sortibus, quæ portendebant, exortos à Iudæa duces rerum potituros esse, bellum ad se trahētes, in rebellionē exarserunt.* Egesippus vero *lib. 5.* refert, in sacris literis impressum fuisse, *quod futurus esset vir, qui de regione Iudæorum imperium assumeret in orbe terrarū, quæ res eos in tanto furore posuit, vt sibi non solū libertatem, sed & regnū pollicerentur. Id alij ad Vespasianū referendum putauere, sed & prudentiores* (ait Egesippus) *ad Iesum referendū esse constanter crediderunt, qui in Iudæorum terris secundū carnē genitus ex Maria virgine beatissima, regnum suum per vniuersa terrarū spatia diffudit.* Hæc commemorare volui, vt videant nostri seculi & futuri homines, eam esse Dei summi opificis omnipotentiā, vt etiam ex ore Taciti & Suetonii alioquin acerrimorum Hebraicæ & Christianæ religionis subsannatorum, & irrisorum, & gentilium aliorum, suam gloriam & honorem inuitis ipsis, & caligine ignorantiæ perstrictis mentis oculis, elicere potuerit; eosque futuri Messiæ, & Christi Iesu Domini nostri, & generis humani Redemptoris vaticinium literis mandare coegerit: ita tamē, quod quæ scripserint nō intellexerint, gratiæ illius minime participes, cui honor & gloria sit in secula seculorū. Ita & Lampridius

in Alexandro Seuero teſtatum reliquit, *illum Chriſto templum face re voluiſſe, quod & Adrianum cogitaſſe fertur, qui templa in omnibu Ciuitatibus ſine ſimulacris iuſſerat fieri, ſed prohibitus eſt ab ijs, qu ſacra conſulentes repererant omnes Chriſtianos futuros, ſi id optat vertiſſet, & templa reliqua deſerenda. Idem Imperator inter bonos o ptimus, in ſuo ſacrario Chriſti imaginē habuit. Ad hæc, quū Chriſtia ni locum quendā qui publicus fuerat occupaſſent, è contra Popinar dicerent, ſibi eum deberi, reſcripſit: Melius eſſe vt quomodocunq; ill Deus colatur, quam Popinariis dedatur.* Hæc omnia attuliſſe libui vt videant Chriſticolæ etiam ab Ethnicis ſine fide & baptiſmat Chriſtum magnifactum. Deiparam virginem de monte Carmel colunt Carmelitani Monachi, quorum primus inſtitutor fuit An gelus, nobilibus Hieroſolymitanis ortus parentibus, qui tempor bus Sancti Franciſci & D. Dominici floruit, illius Seraphici ordi nis, huius Prædicatorum primi inſtitutoris.

Cap. 92. *Gratum primoribus ciuitatis, etiā plebs approbauit, quo reuerſis ab exilio, iura libertorum conceſſiſſet: quanquam id omnin ſeruilia ingenia corrumpebant, abditis pecuniis per occultos aut ambi tioſos ſinus.*] Iuſtus Lipſius in ſuis ad Tacitū Notis in hunc locum inquit: *Hæc cum ſequentibus ſuſpecta erroris habeo; ſed ſuſpecta tan tum, nam quid iuuem non habeo.* M. Vertranius genuinū certe ſen ſum aſſequutus eſt; at verborum difficultatem non ademit. Patro no egenti tenebatur alimenta præbere libertus, *l. 2. de libert. eorum lib. 6. C. tit. 7.* tenebātur & libertorum filii petere tutorem à patro nis, *l. 2. §. liberti. C. qui pet. tut.* libertus quoque tenebatur obſequi honoremq; & reuerentiam præſtare patrono, *l. 5. de obſeq. à lib. pa præſt. C.* Plato *lib de legibus* 11. inquit, *ius eſſe patrono propria autho ritate capere libertum, ſi ab eo ſufficienter non colatur.* Item lis à li berto moueri aduerſus patronum non poterat; nec eundem actio ne famoſa in ius vocare poterat, ſaltem niſi venia à Prætore impe trata *l. 4. §. Prætor ait, de in ius voc. in P. l. veniam. C. eod. tit.* Poter & patronus libertum ingratum ac contumacem; in ſeruitutem re uocare, *l. 1. de ingrat. lib. C.* Tenebatur & libertus operas præſta ad nutum patroni, *Caius l. cum patronus. l. 22. & l. 1. & 3. de ope. lib lib. 38. P. tit. 1.* Sed quod magis ad rem præſentem facit, erat & ſu ceſſionis ius patroni in bonis liberti, ex l. 12. tab. ſi is deceſſiſſet ne legitimo hærede, *§. 1. de ſucceſſ. libe.* Deinde l. Papia cum filiis l berti patronus in virilem partē vocatus, ſi ſeſtertium centum eſſ patrimoniū, *§. poſtea eod.* Poſtea & Iuſtinianus decedētibus ſine beris ab inteſtato libertis; patronis ex l. 12. tab. delatam ſucceſſi nem reſeruauit, *§. Sed veſtra conſtitutio, eod.* Succedebantq; liber non ſolum patronus, ſed etiam coniuncti, vel proximi patron vſq; ad quintum gradum, *§. ſed noſtra.* His ſtantibus, quum Gal nobiles exulantes patriæ reddidiſſet, minime tamen bonis reſtit tis, egeniq; ideo eſſent, nec à Vitellio bonorum traditione iuuar

tu

-tur, tamē ius libertorum illis concessit, quod parum vel nihil pro-
-ficuum fuit calliditate libertorum, qui pecunias, quibus potissi-
-num eorum diuitiæ cōstabant, transferebant in potentes amicos,
-sicq; patronos fraudabant. ita enim interpretor *ambitiosos & oc-*
-cultos sinus. Namque intimos amicos *sinus* quandoq; appellatos
obseruamus. Ita Cicer. ad Atticum dixit in hunc sensum, *in sinum*
& familiaritatē adolescentis. Et iterum: *Bibulum noli dimittere ex*
sinu tuo. Et in 3. Verr. *Calumniatores de sinu suo apposuit*, id est, fami-
-liares, & amicos. sic & ipse Tacitus lib. Hist. 4. *Tradi se præfectis Cē-*
-turionibusq; quos vbi spoliis, sanguineq; expleuerint, mutari, exquiri-
-que nouos sinus, id est, amicos. Addidit autem Tacitus *ambitiosos*,
hoc est, per ambitionē conquisitos, vt eorum fauore & gratia tuta-
-rētur. Sic Iurisperiti *ambitiosa decreta* dixere per gratiā fauoremq;
elicita. *Vlp. l. ambitiosa. 4. de decret. ab ord. faciend. & l. 3. D. de mi-*
-nor. 4. l. serui. §. cum Prætor, D. ad SC. Trebel. ita & *ambitiose iubere*
apud Marcianū, id est, gratiose & fauorabiliter, obseruamus, *l. ser-*
-uos, §. cum Prætor, D. ad SC. Trebel. Dixit autē Tacitus non solum
ambitiosos sinus, sed & *occultos*, haud congrue, siquidē apud eosdē
Iuristas legimus, *in sinu habere*, id est, in occulto, *l. 27. D. de prob.* Et
Lampr. in Commodo scripsit: *prædā omnem in sinū cōtulit*, hoc est,
occultauit. Et iterū: *Qui ēt condemnationes in sinum vertisse dicere-*
-tur. Tertul. *in lib. De fuga in persecu.* ait: *Pacisceris cum delatore, vel*
milite, vel ministro aliquo præsidis, sub tunica & sinu quod aiunt. Et
ipsemet Tac. lib. Hist. 3. *Sed opes Cremonensium in sinu præfectorum,*
legatorumq; fore, id est, occulta potestate.

Cap. 93. *Postremo ne salutis quidem cura, infamibus Vaticani locis magna pars tetēdit; vnde crebræ in vulgus mortes.*] Vaticanus Collis
non procul à Tiberi est, cōterminus Ianiculo supra molē Adriani,
in quo D. Petri Basilica nunc est, & Pontificū aliorumq; nobilissi-
-mæ ædes; quomodo itaq; illius locos infames vocet Tacitus diffi-
-cultate non caret: præsertim quū antiquitus in eo & Circus Caii &
Neronis, & Obelisc⁹ fuerint, tradēte Plinio *lib. 16. c. 40. & li. 36. c. 11.*
nec non & celeberrima illa Ilex, de qua idē author *lib. 16. c. 44.* Ibi-
-demq; ēt laudabiles perficerētur patellæ, scribēte Iuuenali Saty. 6.

Et Vaticano fragiles de monte patellæ.

Et quod pariter delitiosus haberetur, innuere videtur Horat. *lib. 1. Carm.* scribens:

> *---- Vt paterni*
> *Fluminis ripæ, simul & iocosa*
> *Redderet laudes tibi Vaticani*
> *Montis imago.*

Itaq; cur *infames* illius *locos* scripserit Tacitus, indagandum. Ego
sane ab effectu sic appellatos existimo, eo quod Vitelliani milites,
æstus & sitis impatientes, libidinibus quoq; operā dantes, flumi-
-nis vicinitate allecti, crebris mortibus occasionē præbuerint, vires

concubitu frequenti imminuentes, & copiam aquæ ingurgitãte nam tunc forte à meretricibus loci illi frequentibus incolebantu sicuti ea Tiberis flumen adiacentem habuisse constat. Quod si hæ expositio non placet, aliam subiicimus, Tacitum non vniuersu Vaticanum infamem appellasse, sed tantum partem, hoc est, loco infernos, quos tunc aquis putribus, & cœno multo abundasse cre dendum, ob idq; insalubres habitationes habuisse, præsertim æsti uo tempore caloribus æstuantibus. Cuius rei aliquod lumen ha bemus ex Gellio, M. Varr. auth. scribente, *lib. 16. c. 17. Aram & sta tuam Aio Deo locatam in Vaticano in infima noua via.* Ælius Lam pridius in Ant. Heliogabalo ita scribit: *Fertur Elephantorum qua tuor Quadrigas in Vaticano agitasse, dirutis sepulchris, quæ obsistebã.* Ex quibus colligere possumus, postquã Romæ sepeliere mortuo (quod antea, vt alibi ostẽdimus, vetitũ erat) Vaticani locos sepeli endis cadaueribus destinatos, ob idq; à Tacito infames vocatos

In Librvm. III. Histor.

CAP. 55. *Secuta è classicis Legio.*] Supra dixit Tacitus c. 50. E *classicis Rauennatibus legionariã militiam poscentibus optimus quisq; adsciti;* Hic è classicis legionem scribit, vtrobiq; an de militibus classis, an de naualibus ministris, seu remigibus sit intelligẽdum, indagandũ. Hos *classiarios* vocauit Suetonius *in Galba, c. 12.* inquiens: *Nam quum classiarios, quos Nero ex remigibus iustos milites fecerat, redire ad pristinũ statum cogeret, recusantes, atq; insuper Aquilã & signum pertinacius flagitantes, non modo immisso equite disiecit, sed decimauit etiam.* Itẽ in Tiberio, c. 62. *Damnatos post longa & exquisita tormenta præcipitari corã se in mare iubebat, excipiente classiariorũ manu, & contis atq; remis elidente cadauera, ne cui residui spiritus quicquã inesset.* Et in Othone c. 8. *Et placuerat per classiarios arma trãsferri, remittiq; nauibus.* Et in Vespasiano c. 8. *Classiarios vero qui ab Hostia & Puteolis Romã pedibus per vicos commeãt, petẽtes cõstitui sibi aliquid calcearij nomine, quasi parum esset sine responso abegisse, iussit post hæc excalceatos cursitare, & ex eo ita cursitãt.* Hircius li. 3. bel. ciuil. *Aqua prohibere classiarios instituit.* His sic se habentibus, si demus, *classicos* Tacito eosdem esse, quos *classiarios* Suetonius & Hircius appellauere, constat nautas, remiges, & nauium ministros quoscunque in legionem militarem redactos. Si vero à largiori significatione *classicos* acceperimus pro his omnibus, qui classi inseruiũt, dubio procul & milites classi assignati sub eadem voce continebuntur; Nam & apud Iuristas *in l. vnica. C. de classic. lib. 2. & C. Theod. eodem l. vnica. classici milites* sunt deputati nauibus. Quinimo & *classiarios* quandoq; nuncupatos obseruamus. Lampridius in Commodo: *Quum illi sæpe pugnãti vt Deo populus fauisset, irrisum se credẽs, pop. Rom. à classiariis, qui vela ducebant, in Amphitheatro interimi præcepit.*

CAp. 6. *Nam si caderet Marcellus, agmen reorum sternebatur.*]
Reum appellasse Latinos scriptores illum de quo quæreretur,
qui causam diceret, qui lege aliqua teneretur, qui aliqua culpa
rgueretur, passim obseruamus. Vnde *reum facere*, pro *accusare*
lixit Cic. *in Verr. in Orat. pro Planco, pro Sextio, de Arusp. Resp. &*
ad Attic. quod pariter Iurisperitis receptum, *l. 3. D. de accusat.* Ita
etiam & *agi reus*, eodem sensu dictum quo *accusari.* Valer. Max.
lib. 6. cap. 8. *M. Antonius auorum nostrorum temporibus clarissimus*
Orator incesti reus agebatur. Et lib. 8. cap. 1. *Q. Fuluius à C. Valerio*
Ædile apud populum reus actus. Et Plinius iunior inquit: *Dum ille*
peragitur reus, sedimus. His sic se habentibus, obscurum & impro-
prium videtur quod Tacitus delatores *reos* appellauerit, quũ po-
tius *actores* essent dicendi. Delatorem autem fuisse Marcellum
Eprium, præsertim sub Nerone, constat ex ipsomet Tacito supra,
& paulo infra: cuius potentia si cecidisset, sternebatur actio dela-
torum aliorum minus potentium. Hunc scrupum sic tolli posse
censemus. *Rem*, pro *lite*, antiqui dixere, vnde illud Ciceronis con-
tra Iurisconsultos in Orat. Muræniana: *Tot homines, tam ingenio-*
sos statuere non potuisse, vtrum rem an litem dici oporteat. Et Varro
lib. 6. de lingua Latina scribit: *Quam rem seu litem dicere oportet.*
Hinc, *rem amittere*, est, litem amittere, *l. 8. de restit. in integ. l. 22. §.*
penult. D. rem ratã habere. A *re* autẽ, id est, lite, *reus* dictus antiquis
& *reus* non modo accusatus & conuentus, sed & accusator &
actor appellati. Cic. 2. *de Orat.* ait: *Reos appello non eos modo, qui ar-*
guuntur, sed omnes, quorum de re disceptatur, sic enim olim loque-
bantur. Et Gal. Ælius apud Festum inquit: *Reus est, qui cum alio*
litem contestatam habet, siue is agit, siue cum eo actum est. Ex qui-
bus manifestum fit, *reos* olim fuisse, qui nunc litigatores seu liti-
gantes, & per consequens, nomine *rei* non solum *accusatum*, sed
& *delatorem* intelligi posse, sicque iure optimo Tacitum, Mar-
cellum Eprium, licet delatorem, *Rei* nomine vocare potuisse, si-
cuti & vterque ex contrahentibus *reus* appellatur à Iurisconsul-
tis, *l. 5. §. conuentionales, D. de verb. oblig.* Addamus tamen, Eprium
& alios: qui sub Nerone delatores fuere, assurgente Vespasiani
Imperio, recte à Tacito *reos* appellatos, & proprie, quia in iudi-
cium vocabantur, vt de illis supplicium sumeretur.

Cap. 11. *Asiaticus enim (is libertus) malam potentiam seruili sup-*
plicio expiauit. Cornelius Tacitus non solum hoc loco, sed & *lib.*
hist. 20. scribit: *Sumptum de eo suppliciũ in seruilem modum.* Et lib.
4. Hist. *Solatio fuit seruus Virginij Capitonis, quem proditorem Tar-*
racinensium diximus, patibulo affixus. Seruile itaq; *supplicium*, quod
fuerit Tacito, ind gādũ, quũ qui in illũ annotationes scripsere, id
prætermiserint. *Seruile suppliciũ*, crucis patibulũ fuisse, colligim⁹
ex antiquis scriptorib⁹, præsertim historicis. Vulcatius in Auidio
Cassio inquit. *Cẽturiones rapi iussit, & in crucẽ tolli, seruiliq; suppli-*
cio affici. Iul. Capitolin⁹ in Macrino: *Nã & milites in crucem tulit,*

& seruilibus suppliciis semper affecit. Hircius de bello Hispaniensi: *Ea nocte speculatores prehensi serui tres, & milites ex legione vernacula; serui sunt in crucem sublati, militibus ceruices abscissæ.* In eundem sensum intelligenda Liuij verba, libro 30. *De captiuis, vt quisque liber aut seruus, suæ fortunæ à quoque sumptum supplicium est*, id est, serui cruce, securi liberi multati. Nam & lib.33. de Marco Accilio seruilem coniurationem debellante scribit: *Ex his multi occisi, multi capti: alios verberatos, crucib⁹ affixit, qui principes cõiurationis fuerant.* Et *libro* 30. de fugitiuis & profugis à Garthaginensibus redditis ait: *De perfugis grauius, quam de fugitiuis consultum. Nominis Latini qui erãt, securi percussi. Romani in crucem sublati.* Idem *lib.*29. inquit, *Legatos tribunos militum seruilibus omnibus cruciatibus cruciatos occidisse.* Et libro 24. *Qui caput hostis retulisset, eum se extemplo liberum iussurum esse, qui loco cessisset, in eum seruili supplicio animaduersurum.* Et libro 22. *Et serui quinque & viginti in crucem acti, quod in campo Martio coniurassent.* Capitolinus in Pertinace scribit: *Eos, qui calumnijs appetiti per seruos fuerant, damnatis seruis delatoribus liberauit, in crucem sublatis talibus seruis.* Sic Herodianus *lib.*5. tradit, à Macrino seruos, quicunque dominos detulerant, in crucem actos. Dion lib. 54. *Seruitia dominis reddita ad pœnam, quorum domini non extarent, cruci sunt fixa.* Valerius Maximus libro 2. capite 7. ait, cruce dignissimos fugitiuos seruos. cui sententiæ alludens Cicero in Orat. pro Deiotaro, inquit: *Quæ crux huic fugitiuo potest satis supplicij afferre?* Iuuenalis Satyr. 6. habet:

---- *Pone crucem seruo.*

Et apud Petronium in Satyrico mulier de seruo inquit: *Nec Dij sinant vt amplexus meos in crucem mittam.* Apud Plautum in milite seruus ait:

Noli minitari, scio crucem futuram mihi sepulchrum.
Ibi maiores mei siti sunt, pater, auus, proauus, abauus.

Et in Amphit. Mercurio serui Sosiæ personam agenti, inquit Amphitrio:

Ita ego te certo cruce & cruciatu mactabo.

Et in Aulularia *Scen* 1. Euclio herus Staphilæ seruæ ait:

Si respexeris Donicum,
Continuo hercle ego te dedam discipulam cruci.

Vnde & Horatianum illud lib. 1. Serm.

Si quis eum seruum, patinam qui tollere iussus
Semesos pisces tepidumque ligurierit ius,
In cruce suffigat, Labione insanior inter.
Sanos dicatur. ----

Paulus *lib.*5. *Sent. tit.*21. habet: *Si serui de Domino consuluerint, summo supplicio, id est, cruce, afficiuntur.* In sacra Genesi, c. 40. & 41. *Seruus Pharaonis magister pistorum suspensus in cruce.* Denique

seruile

ſeruile ſupplicium *crucis* fuiſſe, docet Lactantius *lib.4.cap.26.* Non negandum tamen, præter ſeruos & aliquando liberos ſummoſq; viros cruce peremptos: vti Polycrates Samiorum tyrannus, teſte Cic. *lib.5.de Finibus*, Herodoto *in Thalia*, & Euſebio *lib. 8. de præpar. Euangel. cap.*14. & Hamilcar Pœnorum Dux, tradente Iuſtino. Item & Annibal eorundem Dux, ſi Epit. Liuianæ credimus, *lib.*17. & Gauius ciuis Romanus, de quo Cicero *in poſtrema in Verr. act.* Mago Suffetes Magiſtratum Inſulæ Cambis cruci affigi iuſſit, ex Liuio *lib.28.* præter alios plurimos, quos enumerare nimis longum eſſet. Erat namque crucis mors cæteris acerbior, ſcribente D. Auguſtino in Ioan. tract. 36. *Supplicium crucis ideo durius, quod diutius cruciabat, & omnes crucifixi longa morte necabantur.* Erat & ignominioſiſſimum, tradēte eodem Auguſtino in Matth. Serm.18. *Nihil illo tempore fuit ignominioſius: quam mors crucis.* Verum poſt Saluatoris noſtri Chriſti Ieſu mortem, adeo venerandum, tantæque maieſtatis fuit crucis patibulum, vt Conſtantinus Magnus lege lata ſanxerit, ne quis amplius crucis ſupplicio, quod tum frequentiſſimum erat, puniretur, tradente Caſſiodoro *lib.*1. *hiſt. Trip. cap.* 10. & Sozomeno *lib.*1. *hiſt. Eccleſ. cap.*8. & Nicephoro *lib.7.cap.46.* Nec illud prætermittendum, crucis patibulum ab antiquis *Gabalū* vocatū. Varro: *Nos barbari quod innocētes in gabalum ſuffigimus homines, vos non barbari, qui noxios abſoluitis.*

Cap.40. *Signo vltionis in accuſatores dato, petijt à Cæſare Iunius Mauricus, vt commentariorum principalium poteſtatem Senatui faceret, per quos noſceret, quem quiſque accuſandum popoſciſſet.*] *Commentaria* dixere Latini libros, in quibus non fuſe lateque res, ſed tantū quaſi per capita deſcriberentur. Cicero in Brut. *Non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, & orationis commentarium.* Paulo plenius Seneca li.3. Declamat. *Sine commentario nunquam dixit Seuerus Caſſius, nec hoc cōmentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur.* Hūc *Diurnū, Ephemeridē, Regeſtū* à verbo *regero*, quo vſus eſt Quintilianus, vnde vulgo *Regiſtrū*, & Latine vocari poſſe, docet Budæus *in Annot. in Pand. in l. abeſſe 32. D. ex. quibus cauſis maior.* Ita Plutarchus Iulij Cæſaris Commentarios *Ephemerides* appellauit, inquiens: Καῖσαρ ἐν ταῖς ἐφημέρισι γέγραφεν. Huiuſmodi autem commentariis omnes fere Magiſtratus, qui Reipublicæ Romanæ munia obibant, vſos fuiſſe comperimus. De Conſulibus inquit Cic. ad Att. *Commentarium Conſulatus Græce ſcriptum ad te miſi.* De Prætoribus idem in Verr. *Audire decretum mercenarij Prætoris ex ipſius commentario.* De regibus in orat. pro Rabirio. *Ex annalium monumentis & Regum commentariis aliquid conquirere.* Et. T. Liuius lib. 1. *Omnia ea ex commentariis Regis in album relata.* Et in fine eiuſdem libri: *Duo Coſſ. inde comitijs centuriatis à præfecto vrbis ex commentariis Seruij Tulli creati ſunt.* Et lib 54. *Eumenes Rex commentarium ferens ſecum, quod de appara-*

tibus belli fecerat, omnia inquirens, Romam venit. Et lib 45. *Quod ex alijs gentibus Principum literas deprehensas in commentariis Regis habebant.* De Pontif. Cicero de claris Orat. ait: *Quod ex pontificum commentarijs longe plurimum ingenio valuisse videatur.* Et Liuius libro 4. *Si non ad fastos, non ad commentarios pontificum admittimur.* Quod vero & imperatores propria haberent commentaria, patet ex Cicer. in Anton. *Nihil tum, nisi quod erat notum, in C. Cæsaris cõmentariis reperiebatur.* Tranquillus in Tiberio: *Commẽtario* (inquit) *quod de vita sua summatim breuiterq; cõposuit, ausus est scribere, Seianum se punijsse, quod comperisset furere aduersus Germanici liberos filij sui.* Idem in Caligula: *Cõmentarios ad matris fratrumq; suorum causas pertinentes confectos in forum concremauit, vt inde delatorum nomina exciperentur.* Et Traianus ad Plinium: *Dedisse me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo, & conditione, qua assueui, referri in commentarios iussi.* Quod etiam *publica scriberẽtur,* & *vrbana commentaria,* patet ex Cic. in lib. de Orat. *Pater publicis commentariis consignatis.* Et in Epistolis: *Quam quisq; sententiam dixerit, in commẽtario est rerum vrbanarum.* Et iterum: *Commentarium rerum vrbanarum primum dedi L. Castrinio.* Ex his patet, qualium Tacitus dixerit Iunium Mauricum *Commentariorum Senatui potestatem fieri petijsse à Cæsare,* principaliũ, inquam, hoc est, superiorum Principum, quorum sub imperio delationes frequentes exercitæ, puta Claudii & Neronis. *Ita commentarium Principis* legimus apud Modestinum, *in l. abesse. 32. D. ex quibus causis maior,* Vnde & qui Principis Commentaria perscribebant, *Commentarienses* dicti. Et in castris *Commentarienses* appellari, ex Vegetio. *lib* 1. qui militum munia, vti excubias commeatusq;, & alia huiusmodi in commentarios referebant. Et apud Iuristas i *l.* 4 *de cust. reo.* obseruamus, *Commentarienses* vocatos, qui detractorum nomina in commentariis describebant, ac veluti custoditorum diarium conficiebant; sic accepti in *l. in fraudem,* 43. §. *quoti D. de iure fisci, Commentarienses,* quorum manu acta subnota[r]tur, quoties apud fiscũ agitur. Illud sane postremo minime pra[e]tereundum videtur, quod admiratione haud carere credo, expl[a]nationes scilicet in Virgilium, Horatium aliosque authores *Com[m]mentaria* inscribi: quum *Commentaria,* vt diximus, breuia sint, [&] veluti per capita scripta, hæc autem fluxiore oratione fusequ[i] sint literis mãdata. Scio quidẽ, Gellium dixisse: *Qui Cõmentaria [in] Virgilium scripserunt.* Et alibi: *Probi Grãmatici Commentariũ.* Et iterũ: *Taurus in primo Cõmentariorum, quæ in Gorgiã Platonis co[n]scripsit.* Scio quoq; in scholis ab expositionis excellẽtia Auerroe[m] cõmunissima appellatione *Commentatorẽ* vocari. Attamẽ apud [a]lios probatos ac classicos authores *Cõmẽtariũ* in hac significatio[ne] me legisse minime recordor, ob idq; hasce expositiones potius [re]ctius *Cõmentationes* dicẽdas, semper cẽsui. Siquidẽ *Cõmenta[ria]* pass[im]

passim Ciceroni meditatio est, & præsertim *lib. de Orat.* vbi habet: *Subitam orationem commentatio & cogitatio facile vincit.* Et iterum: *Quos locos multa commentatione ac meditatione parotas atq; expeditos habere debetis.*

In Librvm V. Histor.

CAP. 8. *Illic immensæ opulentiæ templum, & primis monumentis vrbs deiugis, templum intimis clausum.*] Doctissimus Lipsius Taciti obscura breuitate & obsoletarum vocum vsu perstrictus, hunc locum mutilatum annotauit, quum tamen integer sit; quod pluries eidem in Taciti annotat. accidisse manifestum est, dũ locos ex sui sententia deprauatos, asteratico designat, quorum tamẽ pleriq;, si exacte perpendantur, nullo mendo scatere facile dignoscitur. Sensus itaq; Taciti verborũ est, Hierosolymam vrbẽ propriis munimentis primis circumductã seiunctam fuisse à templo, quod & ipsum munimentis propriis in vrbis intimis postea munitum fuit. Sicut enim *iugo* verbum *coniungo* significat, & ab eo *iugis*, pro *coniuncto* accipitur, ita & *de* præpositio, quæ in compositione detrahit & negat, addita, fit *deiugo*, quod est secerno & separo, vnde *deiugis*, id est, secreta & disiuncta. Sic Pacuuius dixit: *Nostram vnanimitatem memoria deiugat.* Quod vero vrbs Hierosolyma, & in illa templum propria mœnia, & munimentum habuerint, eaq; inuicem disiuncta, constat ex eodẽ Tacito, in sequentibus, & Strabone *lib. 14.* passimq; ex Iosepho *de bello Iudaico*, & Egesippo *de excidio Hierosolymitano.*

Cap. 15. *Neuter ducum cunctator; sed arcebat latitudo camporum, suopte ingenio humentem.*] *Ingenium* in animatis, pro moribus, industria, solertia & intellectus acie semper à Cicerone & à reliquis accipi annotauimus. at in inanimatis nonnunquam ab aliquibus pro insita & ingenita natura. Ita Iuristæ *in l. 6. C. de bon. præscript.* dixere, *ingenium* naturam significare, & ad ea, quæ anima & sensu carent, transferri. Virgilius 2. Georgicorum:

Nunc locus aruorum ingeniis.

Et Plinius *lib. 14.* scripsit: *Ad cœli mores solique ingenia.* Salust. lib. Histor. 3. *Castrisque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebatur.* Et Næuius in Lycurgo:

Ite actutum in frondosos lucos,
Ingenio arbusta vincta sunt, non obsita.

Ipsemet Tacitus alibi: *Locorumque ingenio sese contra imbelles regias copias tutabantur.*

In Taciti Germaniam.

CAP. 3. *Sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem Barditum vocant, accendũt animos.*] Quamuis *bardus* Nonio sit, vi propria & ingenio tardus, Græcorum authoritate, quibus βάρδιστος piger & *tardus* dicitur, sic Homerus *Iliad.* ψ. equi βάρδιστοι dicti

tardi, & Festo *bardus, ingenio tardus vocatus.* nihilominus *Bardi*
proprie inter Gallos homines fuere, fortia illustrium virorum fa-
cta heroicis composita versibus, cum dulcibus lyræ modulis can-
titantes, teste Amm. Marcellino lib. 4. de quibus Lucanus lib. 1.

Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Et Martialis lib. 4. Epigram. 4.

Lassi Bardiaci os, quod euocati.

Et Iuuenalis Satyra 19.

Bardiacus iudex datur hæc punire volenti.

Quod vero *Bardi* Galli genere essent, præter iam dicta cõfirmat
etiam Hesychius, scribens: Βαρδαῖοι ᾠδοὶ παρὰ γαλάταις. Verum
quia *Bardi* laudabilium doctrinarum studiis incumbebant, nec ad
militiæ munera proni erant, hinc forte & *Bardi* nuncupati, hoc est,
tardi. Vnde iure optimo Zasius *in epit. feud. tit. de feud. success.* stre-
nuum virum ac bellicosum *bardo* opposuit. Ab horum *Bardorum*
cantu forsitan *Barditum* dictum cantum illum, seu clamorem,
quo per initia pugnæ Germani Galliis contermini, vsi sunt, Taciti
testimonio. Nonnulli textus legunt *Barritum*, non *Barditum*, nec
mehercle iniuria. siquidem Ammianus lib. 16. de Germanis & *Ale-
mannis* verba faciens, inquit: *Iam gestiurientes barritũ ciere vel ma-
ximum, qui clamor ipso fauore certaminum à tenui susurro exoriens,
paulatimque adolescens, ritu extollitur fluctuum cantibus illusorum.*
Hinc quem *dissonum & trucem cantum* Liuius *lib. 5.* appellauit, &
Vegetius *lib. 3. c. 18. barritũ* vocauit, idem Tacitus paulo infra *can-
tum, fremitum, clamoremque dissonum* nuncupauit, inquiens: *Exce-
pere orationem alacres barbari, moti cantu & fremitu, clamoribus
dissonis. Barritum* autem hunc dictum existimant quidam à simili-
tudine inconditæ vocis elephanti, quem *barrire*, tradit Spartianus,
in Antonino Geta, vnde & *barrus* elephas Latinis dictus, vt docent
interpretes in illud Horatij, Ode 12. Epod.

Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris?

Huiuscemodi clamore, vel saltem consimili, non solum Ger-
manos vsos per initia pugnæ, sed & alias nationes, obseruamus.
Liuius *libro 4.* vbi de prælio Volscorum & Romanorum: *Cla-
mor indicium fuit, quo res inclinatura esset, excitatior crebriorque a[b]
hoste sublatus, ab Romanis dissonus, impar, segnis, sæpe iteratus, incert[o]
tempore prodidit pauorem animorum, eo ferocior illatus, hostes vrger[e]
scutis, micare gladijs.* Et lib. 30. *Ad hoc dictu parua, sed magni eade[m]
in re gerenda momenti res, congruens clamor à Romanis, eoq; maior &
terribilior, dissona illis, vt gentium multarum discrepantibus lingui[s]
voces.* Et lib. 40. de Romanis aduersus Ligures pugnaturis: *Aduer[-
sus] ita incompositos eos venientes, clamore pariter omnium, qui in ca[-
stris] erant, Calonum quoq; & Lixarum, sublato simul omnibus port[is]
Romani eruperunt.* Cæsar lib. 3. belli ciuilis: *Est quædam animi inc[i-]
tatio atq; alacritas naturaliter innata nobis, quæ studio pugnæ ince[n-]
ditu[r]*

ditur, hanc non reprimere, sed augere Imperatores debent. Neq; frustra antiquitus institutum est, vt signa vndiq; concinerent, clamoremque vniuersi tollerent, quibus rebus & hostes terreri, & suos incitari existimauerunt. Hoc idem refert Plutarchus in ipsius Cæsaris vita. Idem Cæsar lib. 7. belli Gallici: *Hostes committunt prælium, vtrimque clamore sublato, excipitur rursus ex vallo, atq; omnibus munitionibus clamor.* Hircius de bello Hispanico: *Hic etsi virtute nostri antecedebant, aduersarij loco superiori defendebātur acerrime, & vehemens fiebat ab vtrisq; clamor.* Ex his, id moris fuisse Italis & Hispanis, vt scilicet pugnaturi clamorem ederent, quam possent, maximum, manifestum est, quod & de Germanis diximus. De Pœnis pariter id affirmari potest ex Liuio, *lib. 26.* scribente: *Prælium nō solito modo clamore ac tumultu est cœptum, sed ad alium virorum, equorum armorumq; sonum disposita in muris Campanorum imbellis multitudo tantum cum æris crepitu, qualis in defectu Lunæ silenti nocte cieri solet, edidit clamorem, vt auerteret etiam pugnātium animos.* Hoc quoq; à Gallis obseruatum, idem Liuius docet *lib. 21.* in hæc verba: *Galli occursant in ripam cum varijs vlulatibus, cantuq; moris sui, quatientes scuta super capita, vibrātesq; dextris tela, quamquam ex aduerso terrebat tanta vis nauium, cum ingenti sono fluminis, & clamore vario nautarum & militum, qui nitebantur perrumpere impetum fluminis, & qui ex altera ripa traijcientes suos hortabantur.* Sed & ante hos omnes id factum etiam à Græcis, docet Homerus *Iliad. δ.* vbi de Troianis loquens, inquit:

> οὐ γὰρ πάντων ἦεν ὁμὸς θρόος, οὐδ' ἴα γῆρυς.

Quod pariter confirmat Polybius *lib. 15.* vbi etiam refert, *Romanos more patrio in prælio simul vociferari, & gladijs ad scuta illisis, strepitum edere.* Verum ad rem reuersi, vnde initium desumpsimus, concludamus, in textu Taciti legi posse *Barditum* & *Barritum*; namq; vtrauis lectio ratione non caret, vt diximus.

IN AGRICOLAM.

CAP. 35. *Media campi Couinarius & Eques strepitu ac discursu complebant.*] Pomponius Mela *lib. 3. cap. 4.* docet, *Couinum vehiculi falcati genus esse, quo Britanni in prælijs vterētur,* quod pariter legimus apud Diodorum Siculum, *lib. 6.* De hoc Martialis libro 12. Epigram. 24.

> *O iucunda Couine solitudo,*
> *Carrucaque magis, essedoque gratum.*

Et Sillius lib. 17.

> *Agmina falcifero circumuenit arcta Couino.*

Et Sidonius Apollinaris in laude vrbis Narbonensis:

> *----Iamque & pectora prona Couino*
> *Extersi rapiuntur, &c.*

Lucanus lib.3.Pharſaliæ:

Et docilis rector monſtrati Belga couini.

Ex his credidere aliqui, *couinarium* dictũ *couini rectorem*, ſeu *aurigam*. Nos tamen ex hoc Taciti loco, *couinarium* interpretamur *militem ex couino pugnantem*; cuius & paulo poſt meminit idem Tacitus in hæc verba: *Interim equitum turmæ fugere; couinarij peditum prælio miſcuere: & quamuis recentē terrorem intulerant, denſis tamen hoſtium agminibus & inæqualibus locis hærebant; minimeque equeſtris & pugnæ facies erat; cum in gradu ſtantes, ſimul equorum corporib. impellerentur; ac ſæpe vagi currus, exterriti ſine rectorib. equi, vt quemque formido tulerat, tranſuerſos aut obuios incurſabant.*

Finis Donati.

FRANCISCI MODII NOuantiquæ lectiones ad Tacitum.

EPISTOLA XV. IANO LERNVTIO.

EX Tacito, quem ad vetuſte impreſſum adeo exemplar, vt manu exarati vicem eſſe poſſit, collatum Lipſio noſtro cum notis paſſim in eumdem Rodolphi Agricolæ occaſione data miſſurus ſum, hæc, mi Lernuti, enotabam; quę per te aliis quoque communicarem; ſi cui fortaſſe ea aut vſui, aut voluptati eſſe poterunt. Annal. xv. cap. 15. *At Vologeſis ad Corbulonem miſſi nuncij, detraheret caſtella trãs Euphratem, amnemq; vt omnium medium faceret.* Probo Romanam ſcripturam; *amnemq; vt olim, medium faceret.* Maloq; mox: *Armenij ſine arbitrio relicti ſunt.* quam, vt nunc paſſim legitur: *Armenij ſuo arbitrio relicti ſunt.* de quo tamen Lipſium arbitrari volo. Poſt multa cap. 51. *Ergo Epicharis plura, & omnia ſcelera principis orditur. Neq; Senatui quid manere, ſed prouiſum quonam modo pœnas verſæ reip. daret.* Belgicę noſtræ deliciũ & amor Lipſius, in Farneſiano codice *monere*, pro *manere* exſtare profeſſus, de vera huius loci lectione ampliat; niſi ꝙ forte ſcribendũ ait: *Neq; ſe nautam quidem manere:* At Agricola neſcio vtrum ſoluens, an ſcindēs hunc nodum, reponit: *Neq; ſe nouum quid monere.* tu Caſtor, cum Polluce tuo Giſelino, vide ſis liberes nos ab hoc æſtu. Statim c. 53. *Nobis quoquomodo traditũ non occultare in animo fuit; quamuis abſurdum videretur & inane, aut ipſi Antoniam nomen & periculum commodaſſe, aut, &c.* mauult idem Agricola: *quamuis abſurdum videretur, aut inani ſpei, Antoniam nomen & periculum accommodauiſſe, aut, &c.* neque ſane abſurde.

Iterum ſtatim c. 55. *Fomenta vulneribus nulla iuſſu ſuo, ſed quia cætera palam vana obieciſſet, adiungere crimen viſum, ſe pariter indicem & teſtem facere.*] Legerim cum Rodolpho, ſi modo libri non nolint; *adiungere crimen, vt ſeſe pariter indicem, & teſtem faceret:*

Adhuc

Adhuc ſtatim c. 57. *clariore exemplo libertina mulier in tanta neceſ-
ſitate alienos ac prope ignotos protegendo, cũ ingenui, & viri, & equi-
tes Romani, ſenatoresque intacti tormentis cariſſima quæque ſuorum
pignorum proderent.* Romæ excuſus liber ab hinc annis centum:
*cum ingenui, & viri & equites Romani, Senatoreſque intacti tormen-
tis cariſſima quiſque ſuorum pignorum proderent.* ſed puſillum hoc,
vti & illud, quod mox etiam c. 60. ex eodem exemplari ſcripſerim:
*Proximam necem Plautij Laterani Conſulis deſignati Nero adiungit,
adeo propere, vt non complecti liberos, non illud breue mortis arbitrium
permitteret.* Sub finem cap. ſcilicet 72. *At illa mater Annæi Lucani,
ſine abſolutione in ſupplicio diſſimulata:* geminat Romanum exem-
plar & *ſine*, hoc modo; *ſine abſolutione, ſine ſupplicio diſſimulata.* An-
nal. lib. 16. c. 5. *Sed qui remotis è municipijs, ſeueramque adhuc, & an-
tiqui moris retinentes Italiam, quiq́; per longas prouincias laſciuiæ in-
experti officio legationum aut priuata vtilitate aduenerant.* Corrigit
Agricola: *Sed qui remotis è municipiis, ſeueraque adhuc & antiqui
moris retinente Italia, quique, &c.* Hiſtor lib. 4. cap. 28. *Infeſtius in
Vbiis, quos genus Germanicæ originis, eiurata patria Romanorum no-
mine Agrippinenſes vocarent.* malit amiciſſimus Lipſius; *Romano
nomine*, cui aſſentiens, totum locum cum editione Romana ita
lego: *Infeſtius in Vbijs, quod genus Germanicæ originis, eiurata pa-
tria Romano nomine Agrippinenſes vocarentur.* Eodem libro, cap.
42. *Et Sulpitia Prætextata, Craſſi vxor.* abeſt vox vltima à libro
Romano nec deeſt. ſic, *Eliſa Sichæi* à poeta dicitur. Poſt nõn ita
multa, cap. 47. *Funuſque cenſorium Flauio Sabino ductum: magnæ
documenta inſtabilis fortunæ, ſummaque etiam miſcentis.* Interpo-
lat Rodolphus: *ſummaque & ima miſcentis.* de quo tu, Lernu-
ti, videris. Libro de moribus Germanor. cap. 31. *Nam ne in pace
quidem vultu mitiore manſueſcunt.* Cuſus Romanus, & ſcriptus
Bambergenſis liber; *cultu mitiore manſueſcunt.* Sed nunc Quin-
ctiliani etiam de Oratore dialogum ſaltuatim percurramus. Initio
ſtatim, cap. 3. *An ideo librum iſtum apprehendiſti, vt diligentius re-
tractares, &c.* Editio Romana referebat. *An ideo librum iſtum de-
prehendiſti.* puto veram ſcripturam eſſe: *An ideo librum iſtum re-
prehendiſti.* Mox cap. 16. *Sed hoc primum interrogabo, quos vocetis
antiquos, quam Oratorum ætatem ſignificatione iſta determinetis.*
Eadem editio: *quam Oratorum ætatem ſignatione iſta determine-
tis.* Rurſus mox, cap. 21. *Concedamus C. Cæſari vt propter magni-
tudinem cognitionum, &c.* quæ eſt nota iudicibus, & foro vt ſcis,
Lernuti, vox. Poſt verſus aliquammultos, c. 22. *Sed ſit in apparatu
ius, & aurum, & gemmæ, vt ſumere in manus, vt aſpicere ſæpius li-
ceat.* Malo cum Rodolpho Agricola: *vt aſpicere ſæpius libeat.*
Non magno interuallo, cap. 26. *Primus enim contemto ordine
verum, omiſſa modeſtia ac pudore verborum, ipſis etiam quibus
vtitur armis incompoſitus, & ſtudio feriendi plerumque deiectus*

non pugnat, ſed rixatur. Verum eſt; *& ſtudio feriendi plerumque de-*
tectus, non pugnat, ſed rixatur. erratum typographicum. Paulo an-
te finem, cap.39. *Ipſam quin imo curam, & diligentem ſtyli anxieta-*
tem contrariam experimur. Romanus: *& diligentis ſtyli anxieta-*
tem contrariam experimur. ſed putidæ, quod ſentio, diligentiæ eſt,
hæc cuſorum errata tam anxie perſequi. ergo, *Nauiget hic alia iam*
mihi linter aqua. tuque Lernuti chariſſime, cum liberis & omni fa-
milia feliciter vale.

Epistola xcix. Ivsto Lipsio.

VT dij deæque illos, per quos ſtati olim tabellarij ad nos Co-
nia Agrippina commeare deſierunt: nam abſque illis eſſet,
non ſerius Tacitum acciperes mi Lipſi, quam & ego vellem, & in-
ſtituto fortaſſe tuo expediebat. nunc nundinæ mihi manendæ, vt
vides, fuerunt. atque vtinam ſic quoque tuto ad te perueniat: erit
haud dubie in quo eius variantibus ſcripturis à me cum cura no-
tatis iuuabere. nec etiam hæc vt ſpero ex eodem iudicio tuo dedi-
gnabere. Hiſtoriarum lib. II. cap. 7. *Sed bellantibus alijs placuit ex-*
pectari bellum, cum in victores victoſque nunquam ſolida fides coale-
ſceret: locus eſt vitij manifeſtus. itaque coniiciebas tu, Lipſi, *&*, *in*
in *inter*, mutandum; & placet, niſi quod Agticola, incertũ ex libris
an ingenio emendabat, ante annos plus minus centum: *Sed bellan-*
tibus alijs placuit expectari bellum: cum victoribus victos numquam
ſolida fide coaleſcere. quidquid huius eſt; de re, ita Curtius meus:
Quibus bellum non intuleris, bonis amicis poteris vti. Nam & firmiſ-
ſima eſt inter pares amicitia, & videntur pares, qui non fecerunt inte
ſe periculum virium. Quos viceris, amicos tibi eſſe caue credas. Inte
dominum & ſeruum, nulla amicitia: etiam in pace belli tamen iur
ſeruantur: Annalium lib.12.cap.12. *Iam fratres, iam propinquos, iar*
longius ſitos, cædibus exhauſtos: adiici coniuges grauidas, liberos par
uos, dum ſecors domi, bellis infauſtus, ignauiam ſæuitia tegat. Proba
bam magis ſcripturam vetuſte impreſſi Romæ Taciti: *dum ſecor*
domi, belli infauſtus, ignauiam ſæuitia tegat; vt tranſeat in naturar
aduerbij illud *belli*, quemadmodum *militiæ* apud Terentium
Salluſtium. Annal.13.cap.17. de morte Britannici: *Vt iam non præ*
matura, neque ſæua mors videri queat, quamuis inter ſacra menſæ, n
tempore quidem ad complexum ſorori dato, ante oculos inimici prop
rata ſit. Nihil magnopere refert; malo tamen cum laudato ia
Romano libro; *ne tempore quidem ad complexum ſororium dat*
Statim poſt cap.19. *Ex quibus erit Iunia, Silana, quam matrimon*
C. Silij ac Meſſalina depulſam, ſupra retuli, inſignis genere, forma l
ſciua, &c. & hic quoque concinnius videtur quod eſt in antiqua
ditione; *inſignis genere, forma, laſciuia.* neque tu ſcio Lipſi alit
hæc legis. Quid quod ibi quoque cap.21. *Itur ad Agrippinam*
noſce

noſceret obiecta diſſolueretque, vel pœnas lueret. non diſplicebat le-
ctio vetus; *vel pœna lueret?*

Eod.adhuc lib.c.36.*Interim Corbulo legionibus intra caſtra habi-
tis, donec ver adoleſceret, diſpoſitisq́; per idoneos locos cohortibus auxi-
liarijs, ne pugnam priores adirent prædicit.* editio Romana: *ne pugnam
priores auderent edicit.* quomodo millies Tacitus loquitur. quodq;
Virgilius dixit, *audere in prælia.* paucis verſibus intermediis, cap.37.
Ita conſilia Tiridati in contrarium vertebantur. eadem editio: *verte-
bāt:* quæ & ipſa germana Cornelij phraſis. Correxi olim apud Cur-
tium: *Philotam ſicut recentib. ſceleris eius veſtigijs iure affectū ſuppli-
cio cenſuerāt milites, ita poſtquam deſierat eſſe quem odiſſent, inuidia
in miſericordiam vertit.* atq; ita bis vtitur Virgilius verbo *præcipitat,*
vt alibi noto. Paullo poſt c.40. *In cornib. pedes ſagittarius, & cætera
manus equitū ibat, & productio cornu in ſiniſtro per ima colliū, vt ſi
hoſtis intrauiſſet. frōte ſimul & ſinu exciperetur.* Notat eruditiſſimus
ſæculi ſui Agricola ſibi legendū videri: *productiore cornu ſiniſtro per,*
&c. tu, Lipſi, iudicabis. ego ad iſta trāſeo: De Poppæa c.45. *Igitur a-
gentē eam in matrimonio Rufi Criſpini equitis Romani:* Cuſus Romę
olim codex omiſſo τῷ *in: Igitur agentē eam matrimoniū,* vt dicimus
agere conſulatum, de qua locutione ἐπέχω. Ann.14. de cōſternatio-
ne Neronis, cum illi excogitatus in matris perniciem dolus non
proceſſiſſet, c.7. *Tum pauore exanimis, & iam iamq́; affore obteſtās
vindictæ properam, ſiue ſeruitia armaret, vel militem accenderet, ſiue
ad ſenatum & populum peruaderet, naufragium & vulnus, & inter-
fectos amicos obijciendo. quod contra ſubſidium ſibi? niſi quid Barrhus
& Seneca expergiſcerentur.* neſcio quid ſit, quod pro illo, *ſubſidium*
vetus editio *ſuffragium* referebat, te, Lipſi, cura intentiore hoc cō-
ſiderare par eſt. Non ita multo poſt c.11. *Adijciebat crimina lōgius
repetita, quod conſortium imperij, iuraturaſque in feminæ verba præ-
torias cohortes, idemq́; dedecus ſenatus & populi ſperauiſſet: ac poſt-
eaquam fruſtra oblata ſint, infenſa,* &c. repræſentat formis expreſ-
ſus in vrbe quondam liber; *quæ poſtquam fruſtra optata ſint:* & ta-
le aliquid requirit ſententia. Iterum paullo poſt cap.14. *Ratuſque
dedecus amoliri, ſi plures fœdaſſet nobilium familiarum poſteros, ege-
ſtate venales in ſcenam deduxit.* vide, Lipſi, an non pro, *amoliri,* æ-
que apte vetus ſcriptura huc quadret, quæ habet *molliri.* & gemi-
num germanumque locum apud Curtium de Alexandro in Per-
ſarum habitum degenerante, *& principes amicorum ne in ſe vno ille
inuidioſius conſpiceretur, eodem onerante,* ſi operæ erit conſule. Ad-
huc XIV. Annalium, ſed poſt longum interuallum in verbis Sene-
cæ ad Neronem, cap.53. *At tu gratiam inmenſam, innumeram pe-
cuniam dediſti.* Omnino magis placet vetus ſcriptura; *innumeram
pecuniam circūdediſti:* ſic Plautus dixit, emendante eleganter, vt
opinor, Palmerio noſtro: *Suam non enim ille meretriculis moinen-
dis rem coegit,* &c. certiſſima enim vitæ prę́ſidia regina pecunia, cui

omnia obediunt. Post pauca cap. 58. *Hæc in ore famæ credentium*
tio agebantur. Sæpe laudatus codex: *Hæc more famæ.* Lego igitu
Hæc more famæ credentium otio augebantur. notum enim illud; *v-*
resque acquirit eundo. quod nusquam verius quam apud otiosc.
quare prudenter Alexander factitabat, qui otium militum non
subinde bello interpolans, seditionum in exercitu materiam s-
stulit. Non ita longe à fine: *His haudquaquam Nero pœnitent*
flagitij coniugē reuocauit Octauiam. mutilū hunc locum incertu,
vnde vnde ita supplet Agricola: *His motus Nero, an pœnitentia fl-*
gitij, coniugem reuocauit Octauiam. non male ad sententiam pro-
cto; si tantum libros auctores sui facti haberet, de qua re N. L. n-
hi pronuncio; teque, mi Lipsi mellitissime, bene valere op.
Wirzeburgi.

Modij notarum finis.

IOSIÆ MERCERI AD COR-nelium Tacitum aliquot Notæ.

AD LIB. I. ANNAL.

CAP. I. *Largitio differebatur. in hiberna cuiusquam.*] Vitium h-
ius lectionis animaduersum viris doctis. Medicinam tenta-
re, quæ facillima fuit, obseruato more militiæ. Æstiua castra p-
res legiones habuerūt intra idem vallum, paratas hosti: vbi hye s
ingruebat, abibant in hiberna, quę sæpius intra vrbes aut proxime
eas: & abibant discretæ ac separatæ legiones, vt sæpius tot ciui-
tes hibernis tenerent, quot legiones essent; aut si quando duæ -
nerentur iisdem hibernis, castra tamen separatim metarent.
Exempla vbique apud Cæsarem, Tacitum, alios. Et nostra milita
idem tenet, quæ singulas cateruas hibernatum mittit præsidio s-
gulis ciuitatibus. In exercitu Pannonico dixit supra, cap. 30. N
aliud malorum leuamentum quam si linquerent castra infausta,
merataq;, & soluti piaculo suis quisque hibernis redderentur. Prim
Octaua, dein Quintadecima legio rediêre. Nonanus opperiendas T-
berij epistolas clamitauerat. Vbi vides iisdem æstiuis attentas sim
tres legiones; separatas, quum itum in hiberna. Itaque nonani
manendum simul in æstiuis clamabant, dum pollicitorum fi s
appareret, ne separati spernerentur. Idem prorsus, in hoc exer-
tu Germanico fuit. Quatuor legiones in iisdem æstiuis era;
prima, quinta, vicesima, & vndeuicesima. Earum seditionem e-
riculosissimam summæ rerum veritus Germanicus, literas Tib
fingit, quis promissa missio & pecunia: spe fore, vt pollicitis del-
ti placarentur, quæ deinde separatis in hiberna repræsentaren r,
vti ère & commodo Reip. visum esset. Sensit miles & promissor
fid

dem præſentem flagitauit. Itaque miſſioni ſtatim intentum; pe-
unia rurſus dilata, donec in hiberna diſcretis legionibus ſoluere-
ur. Itaque leuiſſima mutatione ſcribendum; *Miſſio per tribunos*
aturatur: largitio differebatur in hiberna cuiuſque. Non abſceſſere
uintani Vndeuiceſimanique, donec iiſdem in æſtiuis contracta ex
iatico amicorum ipſiuſque Cæſaris pecunia perſolueretur. Rurſus vt
illo ſuperiori loco, *Et ſoluti piaculo ſuis quiſque hibernis redderen-*
ur. Nam mox vides Quintam & Vndeuiceſimam legiones hye-
are in Veteribus; primam & Viceſimam apud Aram Vbiorum,
ibi diſcreta primæ legionis caſtra.

Cap. 39. *Legati ab Senatu egreſſi iam apud Aram.*] Priſca omnis
ctio, *regreſſi*; quam falſam eſſe viderunt viri docti, & mutaue-
int. Sed ego ſane malim, *legati ab ſenatu regreſſum iam apud A-*
m Vbiorum Germanicum adeunt. Alioqui neque illud *iam* quo
feras habeas, &, *egreſſos ab Senatu legatos*, metuo vt ſatis latine di-
eris. At *legati ab Senatu*, eleganter, & Corneliano compendio.
egreſſus Germanicus, quia ab exercitu inferiori aſcenderat ad
periorem, quem ſacramento adigeret; a quo tum redux ad in-
riorem illum, qui apud Vbios.

Cap. 67. *Equos dehinc, orſus à ſuis.*] Cur hanc lectionem mu-
s, cauſſa nulla eſt. nam quod Cæſar equum ſuum è conſpectu
mouet, prima de bello Gallico; ſcilicet quia in acie, equo ve-
us, è quo deſcendit, vt æquaret periculum. At Cæcina in caſtris
des equos omnes ſuos diſtribuit fortiſſimis militum.

Cap. 70. *Penetratumque ad amnem Viſurgim.*] Nihil veriſimi-
us, quam quod poſtremum docuit doctiſſimus Lipſius de-
ndum & *Viſurgim*: quæ vocula hîc contra omnem hiſtoriæ &
eographiæ rationem. Sed amnem capies Rhenum, non Ami-
im. lege diligenter totum locum; fateberis.

Cap. 74. *Granium Marcellum Prætorem Bithyniæ.*] Maneo in
quod dudum monui, reſcribendum *Proconſulem.* Nam Bi-
ynia in Senatus populique Romani prouinciis ex diuiſione
uguſti, apud Dionem & Strabonem: nec cauſſa fuit cur poſtea
utaret; pacatiſſima quippe prouincia. Quin manſiſſe, indicio
Plinius Secundus, qui Traiani ætate Proconſul ei Prouinciæ,
apud eum alij. Et mox quæſtor additus huic Marcello; qui ſa-
e non miſſus in prouinciam Cęſaris. quo argumento etiam con-
cit hanc ſcripturam eruditiſſimus & omni literatura politiſſ.
enricus Sauillus in doctiſſimis ad Tacitum notis: quas Reip. in-
terat alia etiam lingua quam Anglica in vulgus dari. Error ortus
notis, quas fere vbiq; corruperunt imperiti librarij.

AD LIB. II. ANNAL. NOTÆ.

CAP. 26. *Adſequi nomen Imperatorium & deportare lauream poſſet.*]
Rectū eſt, *deportare.* Reportātur quæ portata fuerāt, vt lib. 4.

Serenus Amorgum reportatur; & legio reportatur, quæ transfue
fuerat. At *deportatur laurea*, quæ non lata: deportatur fama, q
ibi parta. infra libro 4. *Insignes captiuos, cædem ducis, bellique con*
cti famam deportarat. Et sic omnes alij. Cicero 1. Offic. *Frustr*
tertium triumphum deportaturum fuisse.

Cap. 48. *Bona Æmiliæ Musæ.*] Ambigi video cur hæc bona
tita in fiscum: & placuisse viris magnis, Æmiliam libertam, &
bertam sine patrono fuisse. Hoc postremum caussam aliquam
derit confiscandis bonis, quasi vacantibus; illud non item. N
quam enim ius principi in bona libertorum, siue testaméto fa
siue intestato morientiū, nisi suorum; eodē iure quo priuati vt
tur scilicet. Nam de Cerylo Vespasiani non est quod ita flu-ctu
viri docti, quem certum mihi aut ipsius Vespasiani, aut alicui
proximis eius libertum. Torrentius Latinum vult fuisse: sed in
tini bonis quid iuris fisco? Immo libertum Imperatoris ipsius,
alicuius è propinquis; nam & in libertos propinquorum ius
bis semissis, si moriuntur sine liberis testati; assis, si intestati. §. n
tis. Inst. de succ. libert. quod est ex veteri iure, vt docet l. liberto
D. de bonis libert. & aliæ. Indeque explicandus & ille locus è S
tonij Nerone; *Ante omnia instituit, vt è libertorum bonis pro se*
se dodrans cogeretur ei, qui sine probabili caussa eo nomine essent,
fuissent illæ familiæ, quas ipse contingeret. Qui locus haud dubie
piendus de libertis qui sine patrono. Si enim patronus fuit, cur
minutū ius eius fraudati suo semisse? Et omnino de iis qui lib
fuerant eorum, quos Tiberius, Caius, Claudius, Nero ipse, nob
& illustribus è familiis occiderant: bona eorum voluit cogi i
scum Nero, quasi sua; quippe qui liberti eorum quos ipse cog
tione cōtingeret: id enim ex nomine apparet. Et hoc est quod
sine probabili caussa: qui nimirum patronum viuum non ha
rent, à quo id nomen: nam si habent, nullum ius fisci aut Cæs
Semissem quidem habebat iure; sed voluit etiam alterius sem
semissem, hoc est, dodrantem, si ea lectio recta. Nam crede
bona libertorum quorumlibet ius semissis fuisse fisco: diui
est: prærepta enim iis esset omnis testamenti facultas, altero iam
misse debito patronis. Et in eo loco Suetonij, *cogeretur ei*, id est
sco principis; propria voce *cogendi*, quam obseruabis fere sem
in hoc iure. Infra lib. 5. *ablata ærario, vt in fiscum cogerentur.* & i
Marci Constitutione, Institut. de eo cui lib. cau. bo. add. Non
ius fisco aliud in bona libertorum alienorum, quam bono
vacantium, scilicet idem quod in bona ingenuorum: quo eg
re capio delata Æmiliæ bona ad fiscum, ingenuę ac sine suc
sore mortuæ. ita enim fit. l. quidam. §. quoties. de legat. 1. &
sim apud veteres scriptores. Verum ea restituta Lepido; quasi g
tili; quippe, cui nomen idē. *Domus* ergo, pro familia, gente; vt s

Cap. 50. *Cæsariq; connexa, adulterio teneretur.*] Familiare pri
pi

bus, vt vulgata & cõmunia crimina quouis prætextu trahant ad
men maieſtatis. Curtius lib.x. vbi accuſati Cleander, & alij ſpo-
tarum prouinciarum, & per libidines alienatarum; *Rex, inquit,*
nita cauſſa pronunciauit, ab accuſatoribus vnum, & id maximum
men eſſe præteritum, deſperationem ſalutis ſuæ: nũquam enim talia
ſuros, qui ipſum ex India ſoſpitẽ aut optaſſent reuerti, aut credidiſ-
t reuerſurum. Ita D. Auguſtus adulteria filiæ ac neptis traxit ad
mina maieſtatis, quod notat Tacitus lib. ſequenti: *Ob impudici-*
m filiæ ac neptis, quas vrbe depulit, adulteroſq; earũ morte aut fuga
niuit. Nam culpã inter viros ac feminas vulgatã graui nomine læ-
um religionum ac violatæ maieſtatis appellando, clementiam ma-
um, ſuaſq; ipſe leges egrediebatur. Cui prorſus ſimile iſtud obiectũ
puleię, quod *Cæſari connexa, adulterio teneretur.* Et ab eadẽ men-
Velleius indignatur *pœnas pependiſſe quaſi cuiuſlibet vxore viola-*
, qui Cæſaris filiam & Neronis violaſſent coniugem.

Cap. 58. *Neu proceres gentium.*] Legendum, *ne proceres gentium.*
auſſa cur remoueri velit Vononem è Syria, ne dũ proceres gen-
ım, Artabanus Perſicæ, Germanicus Romanæ, proximi ſunt, ſi
opius adſit Vonones, ſerat inter eos nuntiis è propinquo cauſſas
ſcordiarum. Eo mox amolitus in Ciliciam, & in eius oram mari-
mam, quæ remotiſſima.

Cap. 86. *Quod mater eius in eodẽ coniugio manebat.*] Nõ ait vniui-
m fuiſſe, ſed non diuortiſſe à marito: ſequitur enim; *nam Agrippa*
uortio domũ imminuerat. neq; diuortium tamen matris impedi-
t capi Veſtalem, ſicuti mors impediret; nam patrima matrima
pi debet: ſed prefertur cui mater concors cum viro. Et recte, bo-
ɔ exemplo. De decies ſeſtertij dote dixi ad Ariſtenetum.

Cap. 88. *Prælijs ambiguus, bello non victus.*] Lucillius.

Vt populus Romanus victus vi, & ſuperatus prælijs
Sæpe eſt multis; bello vero numquam, in quo ſunt omnia.

Ad Lib. III. Annal. Notæ.

CAP. 8. *Sueta erga filios familiarium nobiles liberalitate auget.*]
Lege, *Filiosfamiliarum*, vna voce. Ita loqui in vſu veteribus, vt
atremfamilias, patresfamiliarũ; filiumfamilias, filiosfamiliarum
icerent. Notat id Varro eſſe à Siſenna, vij. de ling. Lat. Et deinceps
vſi multi. Infra lib. xi. *ne in mortem parẽtum filiisfamiliarum fenori*
pecunias darent. Suet. Calig. xxvi. *patresfamiliarum notos.* & Veſp.
ı. *filiorumfamiliarum.* ita enim legi in v.c. peroptimo, quo vſi Ra-
nonetus, Turnebus, Cuiacius, vulgo, *filiorumfamilias.*

Cap. 12. *Priuataſq; inimicitias nõ principis vlciſcar.*] In veteribus
ſſe, *noui principis*, teſtatur doctiſſimus Lipſius. quid certius, quam
eſcribendum, *non vi principis vlciſcar?* infra lib. v. *paratos ad vltio-*
nem vi principis impediri.

Cap. 14. *Scripſiſſent expoſtulantes.*] Luxata eſſe iudicauerũt viri ma-

gni in his literis. Mihi leui mutatione reſcribendum videtur; *ſ*
miſſe expoſtulantes, quod haud minus Tiberius quam Piſo abnue
Perſuaſum erat & vulgo & Senatui, fraude periiſſe Germanicu
id Tiberius ſemper agnoſcere ſe diffitetur, & hoc crimē longe à
ſone reicit; mauultque hærere eum in maieſtatis crimine quan
veneficij. Id patres indignari, quod præcipuum crimen rei non
nus princeps quam ipſe Piſo abnueret. Sed hoc ſummiſſe & ſec
to murmure. Nihil certius. Paulo poſt de Plancina; *in quam opt*
cuiuſq; ſecreti queſtus magis ardeſcebant. Et paulo inferius hoc i
libro; *Exin promtū quod multorū intimis queſtibus tegebatur.* Qu
ſequitur, *Piſonis effigies tractas ac diuulſas*, rectū & ſanum eſt, qu
dam tractæ, quę promtiores & ad manū furenti plebi, alię diue
bantur, quæ longinquiores. Has protexit Tiberius, illas repoſi

Cap. 24. *Illuſtrium domuum aduerſa.*] Dudum monui cōtinua
da hæc verba cum illis *ſolatio adfecit*, incluſis parentheſi quæ
termedia. *Illuſtrium domuum aduerſa (etenim haud multum diſt*
ti tempore Calpurnij Piſonem, Æmilij Lepidam amiſerant) ſolatio a
fecit D. Silanus Iuniæ familiæ redditus. Narrauerat aduerſa Calp
niorum & Æmiliorum, familiarum ſane illuſtrium. At ea penſ
Iuniorum proſperis. Non opus verbis. quando tam certam con
cturam & firmauit adſenſu ſuo maximus Lipſius, & editiones n
peræ agnouêre. Prorſus ſimile quod libro ſequēti; *His tam adſid*
tamque mœſtis modica lætitia iniicitur, quod Cominium equitem R
manum Cæſar precibus fratris conceſſit.

Cap. 25. *Incitandis cælibum pœnis.*] Putaui olim ſcriptum fuiſſ
Tacito, *incitandi cælibum pœnis*: id eſt, incitandorum cælibū gr
tia. Amice fecit optimus Lipſius, qui referre id non dedignatus, r
fellere noluit. Nam ſane tranſuerſum me tum egit peſſimum illu
Criticorum noſtrorum cacoëthes, vt abſque iudicio & diſcrimi
ſiquod abſtruſum verbum, ſiqua inſolentior locutio, eam infe
ciant importune inuitis priſcis ſcriptoribus. Verum eſt multa a
eum modum ſcripta antiquis. Plautus Captiuis, *nominandi iſt*
rum. Varro de re ruſt. *Generandi animalium.* Cic. Phil. v. *condona*
di agrorum. Gellius XVI. VIII. *Videtur eum librum ſcripſiſſe ſui m*
gis admonendi quam aliorum docendi gratia. quem locum non er
cur de mendo ſuſpectum haberent. Vetus interpres Dictys Cr
tenſis, in quo multa proba & veteris notæ; ſed pleraq; deprauat
ab imperitis correctoribus. *Miſſi ab Troianis qui peterent eorum q*
in bello ceciderant humandi veniam. Ita libri ſcripti; vulgo addid
runt vocem *corpora*, quibus inſueta hæc locutio. Corippus, lib. I

Et patrium diadema dedit, curaſque regendi
Impoſuit rerum genitor, quas ipſe creauit.

Et ad eundem modum in l. 22. C. de admin. tut. *pecuniæ feneran*
ſcriptum eſt: *Huc accedit quod ipſius pecuniæ feneradi vſus vix diu*
turnus eſt. Suetonium credunt ita locutū in Auguſto LXXXVII

exa

xacta iocandi licentia, diripiendique pomorum, & obsoniorum, recumque missilium. Mihi non liquet, quoniam & libri quique optime habent, *Missilia*, & inter eos fidelissimus ille Ranconeti, uem idm laudaui; & Suetonius solet rerum missilia dicere, non s missiles. Et hæc quidem ita sunt, sed quid ad Tacitum? qui neue eam locutionem vsus alibi, neque hic secundo casu scripsisset *ncitādi cælibum*, & statim tertio, *augendo ærario.* Nihil melius uam quod notatum eidem eruditiss. Lipsio, *Incitandis cælibum pœnis*, non aliud esse, quam augendis. Indixerat quidem œnas cælibatui Iuliis legibus, sed eas intēdit hac lege, quæ sane roduxit tēpus ineūdi aut renouandi matrimonii, ita auxit pœnas eorū qui obstinate à nuptijs abstinerēt.

Cap. 32. *Etiam Asiæ Sorte depellendum.*] De prouinciis quæ populo Romano relictæ ab Augusto, earumque administratione pleraque docte notata viris magnis. Pauca sunt quæ addantur, luci historiæ. In eas missos Proconsulibus, missos sorte, missos in annum, recte adnotatum est, item Consulares duas, Asiam & Africam, reliquas prætorias, quas decem enumerat Strabo in ipso fine operis elaboratissimi. Sed hoc addendum, sortitos eas prouincias consulares & prætorios secundum ordinem quo eos magistratus in vrbe gessissent. Nam Asiam & Africam sortiti anno suo Consulares duo, qui antiquiores cæteris Consularibus. Anno suo dico, quia arcanum imperii illud ab Augusto, ne imperia continuarentur, vt magistratus deposito honore manerent in vrbe saltem quinquennium ante quam prouinciam sortirentur. Dio; Suetonius. Itaque non statim euirato magistratu prætores aut Consules ibant in prouincias, sicuti in veteri Repub. sed post quinquennium; interdum etiam post sexennium, septennium, aut eo tardius. Id fiebat, quia non vt ante, duo tantū Consules quoque anno, sed suffectis aliis post paucos menses crescebat numerus Consularium. Itaque duo antiquiores sortiebantur inter se eas pronincias Asiam & Africam; sicuti prætorii secundum ordinem gesti magistratus etiam cæteras sorte ducebant: in quis si pluribus eiusdem anni magistratibus locus non esset, prælati in sorte mariti cælibibus, parentes orbis, ex legibus Iuliis & Papia. Apud Tacitum sæpius videbis referri, quis quo anno Asiam, quis Africam rexerit; obserua fastos: videbis eo ordine mitti in eas Prouincias quo Consules fuere: clareque id Tacitus ipse indicat, fine huius libri; *Ita sors Asiæ in eum qui Consularium Maluginensi proximus erat conlata.* Inde est quod paullo ante idem Maluginensis anno suo sortiri vult Asiam, quamuis flamen dialis. Inde quod hic Lepido sine sorte datur Asia, quia Africa extra ordinem exempta sorti. inde, quod in Suetonii Galba, *prohibitus à Tiberio sortiri anno suo procōsulatum.* Inde apud nostrū hunc in Agricola; *Aderat iam annus quo proconsulatum Asiæ &*

Africæ ſortiretur, hoc eſt, ſorte duceret vtram earum regeret. Quod minus animaduerſum ſuſpectum mendi locum fecit eruditiſſ. Lipſio. Hæc ordinaria & ſolennia. At factũ interdum vrgentib. prouinciarum rebus, vt dilata in proximũ annum ſorte vnius è Conſularibus, altera prouincia extra ordinem iudicio Principis vel Senatus mandaretur: quod in Aſia neſcio an factum, pacata & quieta prouincia. In Africa turbidiore non ſemel accidit. apud Suetonium, Galba Africam proconſule biennio obtinuit, *extra ſortem electus ad ordinandam prouinciam, & inteſtina diſſenſione & barbarorum tumultu inquietam.* Idem exemplum hic, vbi Blaeſus extra ordinem electus Africæ pacandæ, & ſequenti anno continuatus. In Suetonii Vitellio cauſa alia, quod ille duobus annis in Africa: nam priore ſortitus eam ex Conſulatu ordinario; altero legatus fratris, qui in Conſulatu ſuffectus ipſi, & ideo ſequenti anno ſortitus Conſularem prouinciã. Cauſa alia imperij extraordinarii apud Xiphilinum in Tiberio, penuria Conſularium aut prætoriorum, qui exhauſti eius tyranni ſæuitia. τοσοῦτον γὰρ πλῆθος τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν βουλευτῶν ἐξώλετο, ὥστε τοὺς ἄρχοντας τοὺς κληρωτοὺς τοὺς μὲν ἐστρατηγηκότας ἐπὶ τρία, τοὺς δὲ ὑπατευκότας, ἐπὶ ἓξ ἔτη τὰς ἡγεμονίας τῶν ἐθνῶν ἀπορίᾳ τῶν διαδεξομένων αὐτοὺς σχεῖν.

Cap. 42. *Vulgus obæratorum aut clientium.*] Non adſentior viro doctiſſimo, qui illuſtrando huic loco mittit nos ad Varronem de re ruſtica lib. I. XVII. Nam quod ibi legimus, *quos obæratos noſtri vocitarunt*, nihil ad Taciti & Cæſaris obæratos. Et aperte ſcribendum *operarios*, vt ex ſerie totius capitis clarum, manuducente vetere ſcriptura, *oberarios*, quam & optimus atque eruditiſſ. Victorius è ſuis libris adnotauit, & ego ipſe legi in optimo Regiæ bibliothecæ libro, qui per omnia fere ſimilis optimo illi Victoriano; hoc melior quod poſtrema pagina in eo ſupereſt, quæ abfuit ab altero; & quia abfuit, extrema Varronis librorum clauſula corruptiſſima, quam iuuabit obiter reſtitutam hic dare; Editur vulgo, *Nos hæc: at ſtrepitus à dextra: & eccum recta candidatus noſter deſignatus ædilis, cui nos occurrimus: & gratulati in Capitolium proſequimur, ille inde eundo ſuam domum, nos noſtram. Opinionis noſtræ ſermonem de paſtione villatica ſummatim hunc quem expoſui habeto.* At quanto melius in illo veteri: *Et cum lata candidatus noſter deſignatus ædilis ſe in villam: Cui nos occidimus, & gratulati in Capitolium proſequimur: ille inde endo ſuam domum, nos noſtram. Opinioni noſter ſermone de paſtione villatica ſummatim hoc quem expoſui habito.* Egregie, ſi addas ſcribendum, *nos noſtram, ô Pinni noſter.* Nam hic liber ſcriptus ad Q. Pinnium, vt primus ad Fundaniam vxorem, alter ad Turranium Nigrum. *Endo ſuam domum*, habet ab Ennio. *Occidere* pro occurrere, notum ex Feſto, & Plauto. Iam illa, *ſe in villam*, eleganter addita, quia illi in villa publica

vb

vbi expectauere candidatum: dixerat enim; *Respectantibus nobis, quod eo candidatum nostrum venturum sciebamus.* nam ita scribendum, non *& canditatum*, vt vulgant. Vnum est in veteri scriptura, quod nondum intellexi, quid sibi velint illa, *cum lata*, nisi sit, cum lata turba. Sed de hoc quæramus amplius. At de toto illo capite XVII. libri primi, & de operarijs illis plura alio loco.

Cap 54. *Simultates faciunt, ac mihi relinquunt.*] Curiose inquirenti mihi olim in hanc sententiam, visum mendum, & probaui doctis: nunc, nisi fallor, veram medicinam vidi. Rescribendum *Simultates faciendas mihi relinquunt.* fons mendi, ex veteri scriptura, *faciundas.* Ædiles incusauerant luxum generali oratione, gloriamque ex eo apti. Remedium ei malo in singulorum correptione, quod plenum inuidiæ & simultatum, Senatus ad principem retulerat. Ille ambigua, vt solebat, oratione primum excusat in vniuersum emendari posse. Sub finem, ijsdem qui gloriam ex reprehensione vitiorum quæsiuerant, relinquit emendationem singulorum, hoc est inimicitias faciundas: Et ne coacti videantur, vult videri relictum hoc ipsorum arbitrio, si pares se iudicent tantæ rei. sensit Senatus Principis voluntatem, & Ædilibus, qui emendationem postulauerant, eam curam permisit. Indicio est Suetonius in Tiberio; & quod Tacitus addit, *Remissam Ædilibus talem curam*, non est contra. permissum enim vult Ædilibus, vt in luxum inquirant ex sumtuariis legibus, *Remissa* si quidem idem quod permissa, vt lib. j. Annal. Cap. 8. *Remisit Cæsar*, pro permisit. quod adseruit maximus Cuiacius. Symmachus Ep. VIIII. VI. *Actores absentium, quibus res longinque remittitur tanquam soluti legibus viuunt; quoniam procul positis nullus damnorum* (γρ *dominorū*) *terror incurrit.*] Et alia exēpla passim. Sed quid fiet ijs quę mox Tacitus addit, luxum illum & profusionem annonæ ab Actiaca pugna ad Galbæ imperium licentia summa exercita tandem post Vespasiani æuum per se exsoleuisse. Scilicet, vt sumtuarijs Augusti ac Tiberii legibus nullus magnus & rigidus vindex; ita quod nunc Ædilibus permissum, id exercuere in popinas ac vulgares cœnas, non in procerum & magnatium insana conuiuia; quod & Plinii locus de Galba Ædile popinarum pœnis famam aucupante indicio est.

Cap. 56. *Ne successor in incerto foret.*] Insignis locus, & curate expendendus vbi consulatio incidit, an Principi designandus successor. Quæstio maxima, & cuius partes fecerim duas, primam, an Reipublicæ id expediat; alteram, an Principi. In prima generatim hoc censuerim, expedire semper Reip. ne successor in incerto sit, qui, si quid humanitus accidat Principi, consensu omnium firmatus suscipiat gubernacula, cognito multis experimentis nasci maximas turbas, si Princeps nullo certo successore moriatur, trahentibus ad se pluribus summam imperii. Cuius rei nul-

lum clarius documētum imperio Alexandri Magni, quo nullum florentius nec maius vnquam fuit pro breuitate temporis, quo paratum primo, dein auctum: nec venerat adhuc eo vt mole sua caderet, quod solet in magnis imperiis; quum recens adhuc & florens nondum corruptionem ex senio metueret; nisi si dicas, quod breui adoleuerat, breui perire debuisse; vt contra quæ magno molimine crescunt, diutius manere, experimentis cognitum semper. Sed vtvt sit, nulla alia caussa desolatum tam cito, quam quod moriens Alexander successorem sibi nullum certum reliquisset. Erat hinc filius paruulus adhuc in cunis, cui fauor à patre apud multos. Illinc frater Aridæus, qui & studia multorum habuit memoria patris Philippi, qui vt non tam latum imperium quæsierat, ita ea fundamenta iecerat, sine quibus nec Alexander ad illa venisset. Alia ex parte Perdiccam imperatorem sibi volebant quidam ob annulū ab Alexandro moriente ipsi datum, & supremam voluntatem principis quouis iure potiorem rati; eius maxime, qui imperium relinqueret non à patre aut auo, sed à se partum. Hæc studia dum diuersos duces rapiunt in partes, pessumdedere partam Macedonum nomini tanto labore gloriam, quæ non accidissent si obuiam itum ab Alexandro viuo fuisset huic discidio. Sed nulla eius culpa, mortui ante quam de morte cogitandum sibi putaret; exemplum tamen: quouis tempore facturum ex officio principem, si successorem destinet sibi. Quo exemplo contentus ero in hac parte prima: sequitur pars altera consultationis, an expediat principi, & destinatio successoris munimento sit viuo; an irritet scelera desperatorum. Qua in re consilium refert Tacitus diui Augusti, principis sapientissimi atque optimi: qui primus post fluctuantes Reip. Romanæ reliquias inter tot aduersos, hos partium diuersarum, illos libertatis memores, gratæ vsque omnibus, nisi iis quibus status integer rep. integra esse non potest, primus, inquam, inter tot obstantia constituerit sibi securam & longe pacatam dominationem summam; eius igitur consilium hoc fuit, diligendum à viuo successorem, & destinatum augendum honoribus, *ne successor in incerto sit; sic cohiberi prauas aliorum spes ratus*. Quod consilium secutus euentus felix comprobauit. Opponitur contra exemplum Galbæ, qui securus pacatum imperiū tenere potuit, nisi Pisonem sibi adoptando successorem designasset. Ante id factū enim Otho nihil mouebat; perfecto, spe deiectus imperii tentauit extrema, perfecitq. Certa responsio huic exemplo. Malum id maximū in Rep. quū plures viuo principe sibi promittunt successionem; sed nunquam maius quam vbi iis variæ causæ quîs freti, & ambigua certaturis victoria; aut vbi causa vnus potior, alter fauore. Hoc in Tiberii & Galbæ principatu animaduertere est. Caussâ melior Piso; non quod ius aliquod ei, nam neque ex

iure imperium, quod tum primum transierat à generis prærogatiua ad electionis iudicium; sed quod bonus, iustus, spe fore, vt sine vitio regeret Remp. tum fauor Galbæ; quæ omnia suadebant eum præferri. At militum fauor Othoni; hoc est eorum, quorum in manu tum omnia. In Tiberii principatu duo successores videbantur ostendi populo, Germanicus, & Drusus; vtrique suus fauor, sua causa. Hic, quia filius principis, præualuit amore patris; inferior gloria belli, metu luxuriæ erumpentis in iuuene, & crudelis animi. Alter, quia eadem familia, progener Augusti, adoptatus à Principe, & iussu eius qui imperium dederat Principi; accedebat moderatio, & summus in eum fauor populi, postremo, gloria rerum gestarum. In eiusdem Tiberii extremo vitæ tempore eadem ambiguitas: mortuis duobus filiis supererant nepotes duo; quisque paterni fauoris ac gratiæ heres. Proposui causas ancipitis consilii sub his principibus. videamus quis successus. Tiberii in vtroque melius fatum quam Galbæ. Dum duo fuerunt, quorum alterum præoptaret ipse, alter studiis omnium vocaretur, sustinuit iudicium; ne aut alterum firmando suum abiceret; aut istum præferendo studia popularium in se concitaret. Quod noster optime notat in his verbis, *quum incolumi Germanico integrum inter duos iudicium tenuisset.* In eiusdem principis fine æque suspensa studia inter Caligulam & Tiberium, & causæ eædem celandi consilii, & animi; quem si aperuisset, nocuisset ipsi sibi; & qui odio iam erat multis, aut destituto proprio nepote Tiberio miseram domus suæ ruinam vidisset viuus, aut electo periculum præsens sibi ipsi creasset. In Galba studia quoque eadem fuerunt, at non eadem moderatio; quippe in principe rigide præfracto & retinenti eius quod optimum videretur; non consulto, an & id saluo Reip. statu posset. Sustinere inter duos iudicium noluit: ideo pessum ijt adlecto altero, & eo qui plus poterat, minus posse debebat, coacto ad arma desperatione exspectati præmii. Sed causa alia Galbæ fuit præcipitandi iudicii, quæ Tiberium non vrgebat. Senem principem nolebant pati exercitus, nisi fultum munimento liberorum, aut eorum à quîs Resp. opem exspectaret, princeps tutamen. Nec potuit differendo Tiberianam artem sequi, librato inter duos iudicio, quin sibi ipsi & summæ rei pessime cautum iret. Sed hoc teneant principes qui in eadem alea, cauere melius rebus suis, & frangere ante potentiam eius qui abicitur, quam altero electo hic ad experiundas opes suas cogatur desperatione speratæ potentiæ. Bene id Augustus, qui Tiberium fregit ablegatum Rhodum antequam Caium & Lucium nepotes eueheret ad spem certam imperii: & postmodum fregit Agrippam Postumum electo & destinato Tiberio. At Galba non modo non fregit Othonem, sed etiam adiuuit, auxit. Pauca ei studia militum, & ea ex memoria Nero-

nianæ luxuriæ, cui ſimilis Othonis vita. Auxit ſtudia partium Galba negando paruulo donatiuo,quo demulceri potuerunt; & à diſſimilitudine vitæ cogendo exſpectare eos à luxurioſo, quod ab auaro fruſtra expetiſſent. Itaq; ex iis quæ diximus conſilium hoc manet;ſi duo ſint qui vocentur ad ſpem ſucceſſionis cauſſis diſparibus,ſed quîs vtriſque ſua munimina,ſi res non vrgeat,vtendum Tiberii conſilio;temperanda ſtudia inter vtrumque,donec melior aut omnibus probetur,aut abiecto deteriore ſecurus ac ſine æmuli metu capeſſat ſpem imperii. Sin,vt in Galba,res inſtet,& neceſſe ſit vel bello ingruente, cui non alius dux dari poſſit quam qui ſucceſſor futurus,vel ingraueſcente ætate principis aut morbo;tunc hoc Galbæ ſequendum eſſe, vt bonum & dignum eligamus potius cum aliquo periculo,quam malum ſecuri futurorum, & nobis ſolis conſulentes. Deinde hoc adiciamus, quod non ſeruatum Galbam peſſumdedit, vt quos fauere deteriori princeps viderit, eos omni ope, omnibus artibus ab eo abducat: omnibus artibus dico,etiamſi à publica diſciplina deſciſcendum ſit. Galbam enim exactio diſciplinæ militaris, & ſtudium frenandæ impotentiæ & auaritiæ prætorianorum peſſumdedit: quibus eo tempore indulgendum aliquid fuit potius, quam daretur cauſſa qua ſibi ipſi arrogarent omnem licentiam. Cato præfractus nimium negando multa publicanis abalienabat ordinem Equeſtrem à Senatu,& bicipitem ciuitatem faciebat. Bono id conſilio quidem; ſed dum retinentiſſimi ſumus alicuius publicæ honeſtatis aut iuris, ſæpe fit vt iniuriam & iniuſtitiam omnem inducamus imprudentes intra mœnia. Conciliandi ergo quacunque ratione ſiqui erunt qui turbare poſſe videbuntur; aut ſane exarmanda ante eorum audacia, quam cogendi ad omnia audenda abiecto eo cui ſtudebant. Sera remedia, tum quum vulnus ſaucium perduxit ad extremos halitus. Seræ deſtinæ, quum ruit conuitio parietum domus: & ſera tum coercitio,aut conciliatio plus potentium, quũ efferati ruunt ad arma: ſicuti in Galba documentum clarum exſtitit. In aliis principibus, ſi ſimilia exempla obtenduntur, dici poteſt non tam eſſe damnoſam electionem potioris, quam fuit electionis dilatio, quia dilatione ſpes ab aliis concipitur. Ab initio ſi fieri poteſt oſtendendus qui deſtinatur imperio,ne quis ſpe ſubleuari ad res nouas poſſit. Quod & in Galba ipſo exemplum habet: quem neque Otho perculiſſet, ſi antequam rediiſſet ex Hiſpaniis habuiſſet ſecum ſucceſſorem imperii. Dilata electio & adoptio ſpem Othoni creauit;dein,ea præciſa, audaciam. Hæc ſatis ſunt ad eos qui periculum metuunt Principi deſtinanti ſucceſſorem ab iis quibus ea deſtinatio ingrata. Sed & alterum periculũ oſtenditur:ne is ipſe qui deſtinatur ſucceſſor audeat aduerſus Principem;auctuſque ab eo honoribus potentiam vertat in eius exitium. huic periculo obuiam ibitur à Principe,ſi hæc duo ſeruârit,quæ Tacitus verbo notat

tat:*ſimul modeſtiæ Neronis & ſuæ magnitudini fidebat.* Vtrumq; vt
non ſemper concurrere poteſt, ita alterutro confidere debet Prin-
ceps qui ſucceſſorem quærit ſibi, eique in manus tradit exercitus
ac cetera imperii munimina. Primum eſt magnitudo Principis,
quæ firmata longo imperio, amore ciuium, minus ſollicita eſt
quem eligat;quia hoc vnum intueri habet, eum eligi qui Principe
mortuo par ſit rebus. Alterum,modeſtia deſignati, qui talis ſit,in-
genio,adſuetudine,vt etiamſi poſſit, etiamſi vocetur ad imperiũ,
malit tamen exſpectare id quam ſcelere præripere: qualem Ger-
manicum ſenſit Tiberius, quem certo deſtinaſſet, niſi ſuum præ-
tuliſſet adoptiuo: quæ cauſa ei potior quærendæ neci iuuenis in-
culpati,quam ſuſpicio adfectati imperii,aut inuidia recuſati. Au-
guſto firmato longa pace, longa adſuetudine dominii nullus me-
tus à quoquam:eo ſecurior, quemuis elegiſſet. Galbæ recens vo-
cato ad imperium, nutantibus adhuc exercitibus, infenſis qui li-
centiam ſub priore Principe adſuetam deſiderarent, crudelita-
tem, quæ ſemper mutationibus rerum comes, horrerent, opus
fuit electo eo,qui modeſtia & moribus bonis cognitus non ſolum
recturus eſſet imperium ſolus ſine probro,ſed etiam qui exſpecta-
re mallet quam occupare. Et Piſo ad eam rem dilectus optime ac
ſapientiſſime. Infelix Claudius, qui Neronem diligendo & ſibi &
ſuis exitium accelerauit. Poſtremum eſt, vt eum Princeps eligat
qui bonis artibus clarus, quemque parem rebus futurum aut ex-
perimentis cognitum ſit,aut ſumma indole: quod & recte Taci-
tus expreſſit his verbis: *Modica de moribus adoleſcentis, neq; in fal-
ſum aucta retulit, eſſe illi coniugem, & tres liberos, eamque ætatem,
qua ipſe quondam à Diuo Auguſto ad capeſſendum hoc munus voca-
tus ſit: neque nunc propere,ſed per octo annos capto experimento,com-
preſſis ſeditionibus, compoſitis bellis, triumphalem & bis Conſulem
noti laboris participem ſumi.* Quæ poſtrema verba non capit noſter
interpres,quum *notum laborem vertit*, cognitum omnibus,quum
dicat, cognitum ipſi Druſo, qui iam in partem curarum voca-
tus ante.

Cap.58. *Porro ſi hi duxiſſent prouincias.*] Id eſt,ſortiti eſſent,ſor-
te duxiſſent. quod idem prorſus eſt ac ſi diceret, ſi hi in prouincias
populi Romani iſſent: nam earum perpetua nota,*ſors*: adeo vt et-
iamſi aliqua occaſione fiat vt in eas eatur ſine ſorte, tamen *ſorte
obtineri* dicantur: vt ſupra,de Lepido; *Etiam Aſiæ ſorte depellendum*;
quum prouincia Africa extra ordinem data, Aſia illi ſine ſorte re-
ſtaret regenda. Ita hic Maluginenſis petit vt ſibi liceat ſorte Aſiam
habere, quum eadem Africa extra ordinem Blæſo continuata,
ſine ſorte eam habiturus eſſet, ſi fas ei egredi pomœrio. Et in fine
libri: *Ita ſors Aſiæ in eum qui Conſularium Maluginenſi proximus
erat collata.* Ita κληρωτοὶ dicuntur in loco Dionis quem adduxi ſu-
pra, prouinciarum publicarum præſides. Et Tacit. ſup. lib. II.

Maius imperium quoquo adisset quam his qui ſorte aut miſſu Principis obtinerent. id eſt, quam omnibus prouinciarum præſidibus, ſiue ij in populi Romani Prouinciis, ſiue in Cæſarianis. Pręſidibus dixi, quia id nomen olim generale vtriſque, quod poſtea in iure noſtro reſtrictius obſeruatum. Gellius II.II. *Ad philoſophum Taurum venerat vir clariſſimus præſes Cretæ prouinciæ:* quæ certe in populi Romani prouinciis & ei proconſul. Et ne poſtea mutaſſe credas, idem Gellius fine capitis vetat: *Sedeat hic potius,* inquit, *qui populi Romani magiſtratus eſt.*

AD LIBRVM IV. ANNAL.

CAP. 2. *In ceteros metus crederetur.*] Quæ mihi & aliis viſa, nunc damno. Verius eſt quod video placuiſſe doctiſſimo Sauillo, *crearetur.*

Cap. 5. *Tres vrbanæ, nouem prætoriæ.*] Labor vt reſcribam, *decem prætoriæ,* quia & Dio decem millia militum fuiſſe ait, in decem cohortes tributa, & manſiſſe eundem numerum etiam ſequenti æuo fidem facit vetus inſcriptio, quam deſcripſi ex libro Epigrammatum vrbis Romæ:

M. AVRELIO. CÆSARI. IMP. CÆSARIS. T. ÆLI. HADRIANI. ANTONINI. AVGVSTI. PII. FIL. DIVI. HADRIANI. NEP. DIVI. TRAIANI. PRONEP. DIVI NERVÆ. ABNEP. COS. PETRONIVS. MAMERTINVS. ET. GAVIVS. MAXIMVS. PR. PR. TRIBVNI. COHORTIVM. PRÆTORIARVM. DECEM. ET. VRBANARVM. TRIVM. CENTVRIONES. COHORTIVM. PRÆTORIARVM. ET. VRBANARVM. ET. STATORVM. EVOCATI. COHORTES. PRÆTORIÆ. DECEM. ET. VRBANÆ. X. XII. XIIII. CENTVRIÆ. STATORVM. OPTIMO. AC. PIISSIMO.

Nam quod Vitellius ſedecim prætorias conſcripſit, quatuor vrbanas, non manſit diu. De tota ratione prætoriani & vrbani militis nihil addi poteſt ad ea quæ doctiſſimus Sauillus adnotauit, in accuratiſſimo tractatu de militia Romana, quem vna cum notis ad Taciti hiſtorias, & Agricolam editum ante aliquot annos pauci vidêre, quia malo maximo rei literariæ Anglica tantum lingua publicatus.

Cap. 16. *Et quando exiret.*] Defectum eſſe cenſent viri docti: mihi aliter videtur. Inter cauſas omiſſæ confarreationis, has adfert; vnam, cærimoniæ difficultates, quas vel incuria negligerent, vel conſulto vitarent. Alteram, ob priuilegia liberorum, qui flamines aut flaminicæ: quia ij adepto ſacerdotio ſtatim exibant è patris poteſtate: quod nolebant patres, & ne inuiti paterentur, omittebant vſum confarreationis, ne liberi eorum in id ſacerdotium legerentur. Nam alioqui filii, etiam honoribus aucti, filiæ, etiam

nuptæ,

nuptæ, manebant tamen in patris poteſtate, vt notum eſt è noſtris legibus. Re deliberata, Senatus in ipſis cęrimoniis & in iure flaminis nihil mutat; in iure flaminicæ hoc tantum, quod ſacrorum cauſa in manu viri eſt, cetera in manu & poteſtate patris, ſicuti aliæ feminæ. De confarreatione multa docte notata, & ex omnibus clarum, ſanctas habitas eas nuptias. ideo priſci moris ſeruantiſſimus Apuleius Cupidinis nuptiis eam adhibet, loco vulgo corrupto, quem obiter emendabo. lib. v. Miles. *Ego vero ſororem tuam, & nomen quo tu cenſeris aiebat. iam mihi confeſtim arra atq; his nuptiis coniugabo* Libri veteres conſtanter habent, *confeſtim arreat hiis nubtiis*. Scilicet ſcripſiſſe illum; *iam mihi confarreatis nubtiis coniugabo.*

Ibid. *Flaminica dialis.*] Recte, *flaminica*. ita ſemper Gellius, Feſtus, Seruius, alii: & aliam eſſe *flaminiam* oſtendit Feſtus, ſacerdotulam videlicet quæ flaminicæ præminiſtrat, vt *flaminius Camillus*, qui miniſtrat Flamini. De hac ſacerdotula capio antiquum lapidem, MARCELLA. FLAMINIA. AVGVSTÆ. & Ouidium II. Faſt.

Ipſe ego Flaminiam poſcentem februa vidi.

quamuis ſecus alii.

Cap. 22. *Plautius Siluanus.*] Lapis, quem retulit eruditiſſ. Lipſius, non eſt de hoc Siluano. Nam in eo Plautius & Claudii Imp. comes fuiſſe dicitur in Britannia, & vixiſſe vſque ad Veſpaſianum. Deſcribam, integrum ex Apiano, & Epigrammatis vrbis Romæ;

TI. PLAVTIO. M. F. ANI. SILVANO. ÆLIANO. PONTIF. SODALI. AVG. III. VIR. A. A. A. F. F. Q. TI. CÆSARIS. LEGAT. LEG. V. IN. GERMANIA. PR. VRB. LEGAT. ET. COM. CLAVDII. CÆSARIS. IN. BRITANNIA. COS. PROCOS. ASIÆ. LEGAT. PROPRÆT. MOESIÆ. IN. QVA. PLVRA. QVAM. CENTVM. MIL. EX. NVMERO. TRANSDANVVIANOR. AD. PRÆSTANDA. TRIBVTA. CVM. CONIVG. AC. LIBERIS. ET. PRINCIPIBVS. AVT. REGIBVS. SVIS. TRANDVXIT. MOTVM. ORIENTEM. SARMATAR. COMPRESSIT. QVAMVIS. PARTEM. MAGNAM. EXERCITVS. AD EXPEDITIONEM. IN. ARMENIAM. MISISSET. IGNOTOS. ANTE. AVT. INFENSOS. P. R. REGES SIGNA. ROMANA. ADORATVROS. IN. RIPAM. QVAM. TVEBATVR. PERDVXIT. REGIBVS. BASTARNARVM. ET. RHOXOLANORVM. FILIOS. DACORVM. FRATRVM. CAPTOS. AVT. HOSTIBVS. EREPTOS. REMISIT. AB. ALIQVIS. EORVM. OBSIDES. ACCEPIT. PER. QVÆ. PACEM. PROVINCIÆ. ET. CONFIRMAVIT. ET. PROTVLIT. SCYTHARVM. QVOQ. REGE. MACHERONENSI. QVÆ. EST. VLTRA. BORVSTHENEM. OBSIDIONE. SVMMOTO. PRIMVS. EX. EA. PROVINCIA. MAGNO. TRITICI. MODO. ANNONAM P. R. ADLEVAVIT. HVNC. LEGATVM. IN. HISPANIAM. AD. PRÆFECTVR. VRBIS. REMISSVM.

SENATVS. IN. PRÆFECTVRA. TRIVMPHALIB. ORNAMENTIS. HONORAVIT. AVCTORE. IMP. CÆSARE. AVGVSTO. VESPASIANO. VERBIS. Q. I. S. S. MOESIÆ. ITA. PRÆFVIT. VT. NON. DEBVERIT. IN. ME. DIFFERRI. HONOR. TRIVMPHALIVM. EIVS. ORNAMENTOR. NISI. QVOD. LATIOR. EI. CONTIGIT. MORA. TITVLVS. PRÆFECTO. VRBIS. HVNC. IN. EADEM. PRÆFECTVRA. VRBIS. IMP. CÆSAR. AVG. VESPASIANVS. ITERVM. COS. FECIT.

Cap. 25. *Dilectis circumstipatoribus.*] Scribe, *disiectis.*

Cap. 33. *Neq; refert cuiusquam Punicas Romanasue acies.*] Prorsus idem est; quod apud Iuuenalem Sat. I.

Quid refert, dictis ignoscat Mutius, an non?
Pone Tigellinum. ----- Et paulo post:
Securus licet Æneam, Rutulumq; ferocem
Committas: nulli grauis est percussus Achilles,
Aut multum quæsitus Hylas. ----

Cap. 34. *Cremutius Cordus.*] De cuius fine legendum Senecam cõsolatione ad Marciam bene monuit Lipsius, & partem eius loci feliciter correxit. At quod in fine editur; *Magna res erat in quæstione, an mortis rei perderentur*; rectissimum est quod ille in libris inuenisse se testatus, *proderentur*, hoc est, ederentur. Rei semper produntur ab accusatore; & recipiuntur à iudice certi & nuncupati criminis, cui pœna statuta certa lege; puta maiestatis, adulterii, falsi, de vi publica, repetundarum. At hic nouum crimẽ, *reus mortis*; non vt Græcis θανάτου δίκη, nam id est cædis, siue mortis alienæ; hic reus mortis suæ. Nam maiestatis reus Cordus ante diem iudicii mortem sibi ipsi constituerat: id delatores vt impedirent, quia bona sponte morientis non publicata, veniunt ad tribunal, tanquam, inquit, postulaturi reum noui criminis, mortis suæ. Quæ alia viri docti comminiscuntur, & frigida nimis, & longius abeunt à scriptura veteri.

Cap. 43. *Veterem inter Herculis posteros diuisionem Peloponnesi.*] Sortitio Heraclidarum post victos Peloponnesios, & diuiso in Lacedæmoniorum, Argiuorum, ac Messeniorum regionem satis nota ex veteri historia. Temenus Argiuam, Aristodemus eiusque liberi Lacedæmoniam, Cresphontes Messeniam habuere. Ea diuisio & quæ eam præcessit Heraclidarum expeditio octogesimo anno fuit post excidium Troiæ. Eusebius, Diodorus, Paterculus, & omnis historia Græca, & corrigendus Strabo lib. XIII. in quo ἑξήκοντα ἔτεσι τῶν τρωϊκῶν ὕστερον male scribitur pro ὀγδοήκοντα, translatitio errore ex notis. Viginti annis ante captam Troiam prima expeditio Heraclidarum fuerat, in qua occisus ab Echemo Tegeade Hyllus Herculis, & ex pacto recessere Heraclidę, nec rediere ante completum pactionis tempus, hoc est, post centesimum annum. Herodotus lib. VIII. Pausanias in Messenicis. ἐστιν Ἀβία ἐπὶ θα-

λάσσ

λάσση πόλις. ταύτην ἱρὴν καλεῖσθαι πάλαι, καὶ τῶν ἑπτά φασιν εἶναι πολέων, ἃς Ἀχιλλεῖ πεποίηκεν Ὅμηρος Ἀγαμέμνονα ὑπισχνούμενον. Γλύνου δὲ καὶ Δωριέως μάχῃ κρατηθέντων ὑπ' Ἀχαιῶν, ἐνταῦθα Αἰβίαν Ὕλλου τοῦ Ἡρακλέους τροφὸν ἀποχωρῆσαι ἐς τὴν ἱρήν, &c. Historia ignota mihi de Glyno & Dorieo; credo & aliis. Sed omnino rescribendum: Ὕλλου δὲ καὶ Δωριέων μάχῃ κρατηθέντων ὑπ' Ἀχαιῶν. Dores semper Heraclidæ, & qui ab illis. Achæi tum communi nomine omnes Græci; ita tamen vt fere Dores atq; Iones excipiantur. Itaque eos ecce nominat etiam in hac ipsa re narranda Herodotus. ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου ἐπεὶ Ἡρακλεῖδαι ἐπειρῶντο μετὰ τὸν Εὐρυσθέος θάνατον κατιόντες ἐς Πελοπόννησον, τότε εὑρόμεθα τοῦτο, διὰ πρῆγμα τοιόνδε, ἐπεὶ μετ' Ἀχαιῶν καὶ Ἰώνων τῶν τότε ἐνόντων ἐν Πελοποννήσῳ, &c.

Ibid. *Suoque regi Dentheliatem agrum.*] Dentheliatem agrum nullum hic locum habere recte monuerunt. Sed nec Eleates ferri potest, quod iis visum. primum, nunquam Eleates pro Elæo dicitur, sed aut ex Elea siue Velia Italiæ, aut ex ciuitate cui nomen ἕλος τῆς λακωνικῆς, à quo ἐλεάται Theopompo apud Athenæū, qui postea εἱλῶται. At ἠλεῖος ab Elide, non Ἐλεάτης. Deinde, ne Elæus quidem ager hic locum habere potest, qui inter Dymam quidem & Messenam est. & vere id Strabo, sed non inter Messenā & Laconicam. Ita enim est: Dyma vrbs postrema Achaiæ; eam excipit Elæorum ager; hunc Messeniorum; dein Laconica est. At regionem quærimus, quæ media Messeniam inter & Laconicam, & in ea hoc templum. Postremo, nusquam proditum Elidem aut Elæum agrū fuisse in sorte Heraclidarum; quæ vtraq; ratio etiam refellendis iis qui rescribunt in Tacito, *Tegeatem*; qui ager neq; in sorte Aristomachi filiorū fuit vnquā, sed semper Arcadiæ; neq; inter Messeniam Laconicam, sed supra Laconicam, quum infra eam sit Messenia. Nec Pausanias iuuat, qui coli Limnatidem Dianam Tegeæ fatetur; sed ita vt Aleam Mineruam Mantineæ, propriam Tegeatarum; Leucophrynam Dianam Athenis, Magnesiorum. Nec certius quidquam eo quod iamdudū moneo, de Thuriate agro sensisse & scripsisse Tacitum, in quo Limnæ vicus sacer Dianæ cultu, & qui inter Messenios & Laconas controuersus. Vtrumq; probat Pausaniæ locus insignis in Messenicis. ἐντεῦθεν πρὸς μεσόγαιαν τῆς Μεσσηνίας σταδίους προελθόντι ὀγδοήκοντά ἐστιν ἡ Θουριατῶν πόλις. Ἄνθειαν δὲ αὐτὴν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὠνομάσθαι τοῖς Ὁμήρου λέγουσι. Λακεδαιμονίοις δὲ ἔχειν τοῖς ἐν Σπάρτῃ τὴν Θουρίαν ἔδωκεν Αὔγουστος. Αὐγούστῳ γὰρ βασιλεύοντι Ῥωμαίων ἐπολέμησεν Ἀντώνιος, γένει καὶ οὗτος Ῥωμαῖος. καὶ οἱ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι ἄλλοι τε καὶ Μεσσήνιοι προσέθεντο, ὅτι ἐφρόνουν Λακεδαιμόνιοι τὰ Αὐγούστου, καὶ ὁ μὲν τούτων ἕνεκα Μεσσηνίοις καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀντιταξαμένων τοῖς μὲν αὐτῶν ἔλαττον, τοῖς δὲ καὶ ἐς πλέον ἐπεξῆλθε. Θουριάται δὲ ἐκ τῆς πόλεως ἐν μετεώρῳ τὸ ἀρχαῖον οἰκουμένης ἐς τὸ πεδίον κατελθόντες οἰκοῦσι· οὐ μὴν παντάπασί γε οὐδὲ τὴν ἄνω πόλιν ἐκλελοίπασιν, ἀλλὰ καὶ τείχους ἐρείπια, καὶ ἱερόν ἐστιν αὐτόθι ὀνομα-

ζόμβιον θεοῦ συγίας· τὴν δὲ ἐν τῷ πεδίῳ πόλιν ποταμὸς καλέμενος Ae
παρέξεισιν. ἔστι δὲ ἐν τῷ μεσογαίῳ κώμη Καλάμαι, καὶ Λίμναι χωρίον
δ' αὐτῷ Λιμνάτιδος ἐστὶν ἱερὸν Ἀρτέμιδος, ἔνθα τηλέκλῳ, & cetera, qu
narrauerat, antea in Laconicis. Planus locus, & ex quo certa in T
cito correctio: *Suoq; Regi dein Thuriatem agrum in quo id delub*
cessisse. quando & de agro constat in quo Limnetis Diana, &
controuersia super eo agro, quam diiudicauit Augustus. Tantu
aduerte pugnam Taciti, qui Diui Iulii & Antonii id decretum r
fert, cum Pausania, qui diui Augusti, odio Antonii. Sed hæc no
mira in his historiæ parergis. Malim ego in hac parte Pausaniæ
dem arbitrarier. Aduerte etiam Pausaniam scribere Thuriam a
Homero vocari Anthiam, quum Strabo scribat, Æpiam. Res to
in coniectura est, & has ἀρχαιολογίας nouerunt omnes quam fi
dubiæ. Vtramq; nominat Homerus Iliad. j. eodem loco.

> φηρὰς τε ζαθέας καὶ Ἄνθειαν βαθύλειμον,
> καλήν τ' Αἴπειαν, καὶ Πήδασον ἀμπελόεσσαν.

Cap. 56. *Et quia Lepidus ipse diligi se per modestiam abnuebat*
Scribe, *diligi à se.*

Ad Librum VI. Annal.

Cap. 11. *Post ab Tullo Hostilio Numam Marcium.*] Quis h
Numa Marcius, indictus vniuersæ historiæ veteri? Volu
esse patrem Anci Marcii. Mihi aliter videtur; neq; enim id tacui
sent auctores originum Romanarum, & contra Liuius Ancu
Marcium nobilē ait vna imagine Numæ. Itaq; maneo in eo quo
pridem monui, legendum *Numæ N. Marcium*, id est, Numæ nep
tem. Is est Ancus Marcius, qui mox successor Tullo Hostilio. S
neca epist. CVIIII. *Quum ad hanc eandem lectionem philologus a*
cessit, hoc subnotat, duos Romanos reges esse, quorum alter patrem n
habet, alter matrem: nam de Seruij matre dubitatur; Anci pater nu
lus, Numæ nepos dicitur. Ita libri meliores.

Cap. 14. *Sanus repertus.*] Bene monent corruptam lectionen
rescribe; *sane is repertus apud fretum Siciliæ.* Accusatus Rubrius d
sperasse de rebus Romanis, & parasse perfugiū ad Parthos. San
inquit Tacitus, ad fretum Siciliæ captus, retractusq; nullam it
neris probabilem causam reddebat; vnde fides, verum crimen ob
ici. *Sane*, ita sæpe in vsu Tacito. Paullo post; *sane vetus vrbi fenebr*
malum.

Cap. 15. *L. Cassius.*] Notauit hîc doctissimus Lipsius errore
Onufrii ac Sigonii, qui Cassium hunc eūdem esse volunt cum I
risconsulto C. Cassio. Sed quod idem accusat Pomponium, verb
respondebis, & defendes SCtum. non enim is M. Vinicium coll
legam dat Cassio Iurisconsulto, sed Quartinum, nec mentio v
quā Quartini nomen adhæsisse huic Vinicio. Consules ergo sim
L. Cassius Longinus, & M. Vinicius, & quidem ordinarii. Rursu

Consi

Consules simul C. Cassius Iurisconsultus, & Quartinus, sed suffe-
ti. Monuit id doctissimus atq; optimus senex Iacobus Cuiacius
d l. II. de orig. iuris. Itaq; & Lipsii sententia hos Cassios discer-
entis, vera, docta, & Pomponius sine culpa. Tu modo ex breuia-
io libri v. tolles Quartini nomen, quod Lipsius addidit, credulus
astorum concinnatoribus.

Ad Librvm XI. Annal.

CAP. 3. *Liberum ei mortis arbitrium.*] Non sunt hiulca, nec cō-
fusa, ne putes. Insignem impudentiam Vitellii notat, & insi-
nem stoliditatem Claudii. Asiaticus accusatus erat à Suilio pa-
am, clam à Messallina & Sosibio. Quum responderet criminibus,
exus princeps, & iam in consiliū ibat de absoluendo, quem vide-
at innocentem. Scelestè Vitellius, amicitiam prætexens, & recē-
tis quæ fidem facerent eum cupere rei causa, flexit tandē pro ab-
olutione ad mitiorē pœnam: & stolidè Claudius exorari clemen-
iam suam passus artibus Claudii, quē nullius criminis compertū
bsolutum ibat, ei priorū bene meritorum commemoratione vi-
tus, quasi gratiam faceret, liberum mortis arbitrium permittit.

Cap. 18. *Auxiliaris & diu meritis.*] Proba lectio, si esset à libris.
ta supra lib. II. *Tacfarinas auxiliaris, stipendia meritus.* Sed libri
ariant, & in Vaticano est: *auxiliare es diu meritus.* Quid proprius
uam quod olim mihi visum, *auxiliare æs diu meritus?* auxiliare
s, vt æs militare.

Cap. 19. *Nos virtutem auximus.*] Nulla causa est cur mutes,
eq; semper *augere* passiue scriptum veteribus. Non melius ille
ui in Catullo, *augens*, vult esse pro, *auctus*, noto versu;

O decus eximium, magnis virtutibus augens.

uum vno ductu rectè scribatur, *augens decus virtutibus*; vt apud
Ouidium;

Ille memor magni generis, virtute quod auget.

Ibid. *Sinistra in Remp. casura, cum prosperè egisset.*] Facillima
hic loco medicina. Veteres libri: *in prosperè egisset*; addita litera
ribe; *sin prosperè egisset, formidolosum paci virum insignem.* Non
acebat moueri arma à Corbulone; siue rem bene gereret, ne ar-
a & iis quæsitam auctoritatem verteret in principem; siue male,
equid imperium detrimenti caperet.

Cap. 29. *Num Messallinam secretis minis.*] Æstuant in hoc loco
ri docti: sed certe in simpulo fluctus mouent. Nuptiis Messallinę
gnitis inhorruere omnes principis domestici, quia exitiū prin-
pi imminere necessario videbant. Admoneri principem intu-
m, recordantibus potentiam vxoris, cuius vi tot proceres mor-
dati. Rursus facilitas principis spem faciebat opprimendæ
oris, si præuenirent; sed in hoc metus, ne vxorem quam-
s accusatam audiret ante quam perderet: quod si fieret, eadem

facilitas periculum vertebat in accuſatores. Eo metu fiebat, vt a
aliud conſilium deſcenderent, ſi ſine accuſatione Meſſallinæ po
ſent auertere exitium à capite Principis. Id videbatur fieri poſſe
ab amore filii eam abſterrerent; quod ſecretis minis tentandun
primo cenſuerant liberti, iniecto metu, niſi adulterum relinque
ret, dicturos principi. Rurſus hoc conſilium periculoſum viſum
ne impotens mulier vltro monitores in exilium raperet. Ita in tā
to conſiliorum æſtu deſtitēre prorſus ab omni incœpto Pallas &
Caliſtus, expectaturi quid fors ferret: Pallas, ignauia; Caliſtu
prudentia. Solus Narciſſus perſtitit in amoliendo periculo quo
imminebat capiti principis; ſed vſus priore conſilio, præuenien
adulteram apud aures principis; alterum conſilium aſpernatu
minis abſtenendæ Meſſallinæ, ne exinde ſuſpicaretur accuſato
rem & occuparet.

Cap. 31. *Tum potiſſimum amicorum vocat.*] Imo, *potiſſimos.*

AD LIBRVM XII. ANNAL.

CAP. 5. *Quin & inceſtum ac ſi ſperneretur.*] Duas cauſas adfe
cur matrimonium iam pactum nondum auderet celebrar
primum, ne princeps ſine exemplo inceſtas nuptias faceret: alt
rum, ne exemplum daret aliis idem facturis malo publico. Itaqu
legerim: *Quin & inceſtui via ſi ſterneretur, ne in malum publicu
erumperet metuebatur.*

Cap. 61. *Argiuos vel cum Latonæ parente.*] Dudum monui leg
dum, *Argiuos vel Cœum Latonæ parentem*; vel, *Et Cœum.* Cœ
pater Latonæ, à quo nomen habet inſula. Xenophon qui m
dicitur medicus Claudii, Laertio memoratus in fine Xenopho
tis Socratici, vbi Xenophontes recenſet; τρίτος, ἰατρὸς Κῷος.

Cap. 64. *Perdita prius Domitia.*] Verum eſt, nomen huic muli
ri fuiſſe, Domitia Lepida; ſed non ideo traſpoſuerim hic eas v
ces: explicat enim ſequens quam Domitiam dixerit, neq; id ap
Tacitum ſine exemplo. Lepida hæc procul dubio vna ex ami
Neronis, & apud quam ille educatus, matre in exſilium pulſa, v
de hæc blandimenta aduerſus alumnum. Eandem eſſe quæ ma
Meſſallinæ, non perſuadent mihi viri docti; nam ecce forma &
tate Agrippinæ parem eam facit Tacitus, quod ſane in matre
Meſſallinæ cadere vix poteſt. Et quod ex ea & altero marito A
pio Silano natum volunt L. Silanum ſponſum Octauiæ, pror
ſtare non poteſt. Nam ex præmiſſis ſequeretur ante Claudi
Agrippinæ nuptias licuiſſe ducere ſororis filiam. Faciunt en
L. Silanum & Meſſallinam Octauiæ matrem ex vna matre L
pida genitos; quod, vt dixi, ſtare non poteſt. Quod addit Ta
tus, *impudicam & infamem*, ſcilicet ob fratris Domitii inceſtu
de quo Suetonius; quo in ſcelere conſtitiſſe mulieris libidinem
ſimile vero.

AD LIBRVM XIII. ANNAL.

CAP. 9. *Quo bellum ex æquo modo pararet.*] Lege, *ex commodo pararet.* Hoc vult, datos obsides non bona fide. aut ergo dati vt falleret, & ostensa pace bellum pararet commodo suo, cui tum non satis paratus; aut vt specie obsidum amoliretur quos suspectos haberet. Nihil certius.

Cap. 30. *Inoffensa tot Imperatorum malitia fuit.*] Ego vero nihil muto. Rarũ in tanta ętate, tantis opibus, effugisse callidã sæuitiam Tiberii, furiosum impetum Caii, stolidã vecordiam Claudii: quæ singulorum vitia generali malitiæ vocabulo complexus noster.

Cap. 33. *Quæ testamẽto matris aut aui acceperãt.*] Imo, *acceperat.*

Cap. 36. *Deesse nobis terra in qua viuamus, in qua moriamur, non potest.*] Prorsus similis locutio supra, fine libri XII. *Agrippina, quæ filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat.* Nam & ibi deesse videtur, *quibat.* Itaque nihil mutauerim. Simile est primo hist. *Et pacis artibus, belli inexpertus.*

AD LIBRVM XV. ANNAL.

CAP. 33. *Quod vberrimum spoliant.*] Corruptum locum esse & fatentur viri docti, & multa arguunt; maxime, quod *spoliant* præsenti dicit, mox alio tempore, *petebant.* Manuduxit me ad verã lectionem monitio Lipsii, qui, *defendentibus intutum*, ex libris retulit. Itaq; rescribo; *quod vberrimum spolianti, & defendentibus intutum, læti præda, aliorum segnes, petebant.* Alacres nimirum ad prędam, segnes ad cetera: eo castellis ac præsidiis militarium omissis, eunt ad municipia vacua defensoribus, spoliis vberrima.

Cap. 40. *Adscitis Vicio Ruffino.*] Scribe, *Vinicio.*

Cap. 45. *Per sæuitiam incenderetur.*] Scribe, *intenderetur*, quod Tacito & huic sæculo perpetuũ, pro augeretur. Nam quod incendi annona dicitur, nihil ad vulgatam.

Cap. 49. *Quæ haut perinde exitium Antistio.*] Pugnat sequens narratio, suadetq; rescribendum, *qua.* non enim lex quæsiuit gloriam principi; sed Antistius eo consilio legem reuocabat, non exitio Capitonis, sed vt dãnatus à Senatu beneficio Principis faceret locum. Scelestum hominis consilium subuersum Thraseæ sententia & Senatus adsensu.

Cap. 51. *Ac quæ illi pro cognatis moribus.*] Nihil certius est scriptura Farnesiani codicis, si eam distinctione iuues; *Atq; illi pro cognitis moribus fuere; validior Tigellinus, &c.* Dixerat causas quibus euecti ad præfecturam Fenius & Tigellinus; subdit vtrumq; fuisse pro moribus cognitis, id est, ita apud principem valuisse, vt ratio vitæ prioris & morum pristinorum ferebat. Nam adscitus per libidines Tigellinus, per easdem vim retinuit apud Neronem. Fenius fauore vulgi & commendatione innocentiæ lectus, gratiam populi retinuit, non principis.

Cap.64. *Communeq; Germanici.*] Caue mutes. Commune Octauiæ cum Nerone nomen Germanici, qui Neroni auus, Octauiæ patruus: cõmune item Agrippinæ, quæ Neroni mater, Octauiæ patruelis, & propter Claudii matrimonium matris loco.

AD LIBRVM. XVI. ANNAL.

CAP. 17. *Dum rem familiarem eius acriter requirit.*] Quomodo id? & nonne damnati publicata bona? scilicet verum esse quod scribit Eusebius in Chronico; restituta ea patri à Nerone: Lucius Annæus Mella Senecæ frater & Gallionis bona Lucani filii sui à Nerone promeretur.

AD LIBRVM I. HISTOR.

CAP. 2 *Perdomita Britannia, & statim amissa.*] Ita constituit hunc doctissimus Lipsius, bene vtique; nisi quod verbũ *amissa* minus placet acerrimi iudicii viro Sauillo, qui verissime adserit non amissam Britanniam sub Domitiano; imo, ne sub Hadriano quidem. Verius ergo quod ei visum, *missa*: quia perdomita quidem ab Agricola omnis Britannia, sed incuria sequentis seculi non omnis retenta, quia pars eius minus fructuosa, Appianus; τῆς Βρεττανίδος νήσου τὸ κράτιστον ἔχουσιν ὑπὲρ ἥμισυ, οὐδὲν τῆς ἄλλης δεόμενοι· οὐ γὰρ εὔφορος αὐτοῖς ἐστιν οὐδὲ ἣν ἔχουσι. Quod visum est hîc monere, vt & quædam alia ab eodem Sauillo, quia eius notæ, vt iam sæpius questus sum, Anglice tantum editæ.

Cap.61 *Cum aquila quintæ legionis.*] Valenti XL. millia hominum data, lectis roboribus legionum & auxiliorum ex vniuerso inferioris Germaniæ exercitu: nulla integra legione ei data, vt Germanis hostibus qui ad Rhenum quatuor legionum nomen fraudẽ faceret. Aquila tamen vnius legionis data, signum præcipuum totius expeditionis. Cæcinæ XXX. millia hominum data, ex lectis duarum legionum, & auxiliorũ inferioris exercitus, addita vna legione integra, vna & vicesima Rapaci: eodem consilio, vt duarum legionum nomen prætexeretur vicinis barbaris. Inde factum, vt mox in Italia septem legiones Germanicæ numerentur, prima, quinta, quintadecima, & sextadecima, ex inferiori exercitu; quarta, vna & vicesima, & duo & vicesima, è superiori. Rursus eodem tempore sex legiones in Germania, hoc est, eædem illæ, vna & vicesima excepta; quia ex aliis partem eduxerant in Italiam Vitelliani, partem reliquerant. Quod docte & curate obseruauit idem Sauillus, vt pleraque alia in his historiarum libris, qua illustrandæ Taciti historiæ, qua ostendendo in quibus Tacitus ipse incuriosius aut minus explicarit rerum gestarum ordinem, aut contraria sibi ipsi & repugnantia scripserit. Quę omnia summa industria, diligentia, iudicio ab eo telata, aut ipse non inuidebit nobis cismarinis Latina lingua dare, aut erunt qui

ui audeant Mihi hic ea tantum decerpere consilium, quæ ad Taciti scripturam constituendam. Vti hic, vulgatā lectionem turbant iri docti, quia corrupte in Vaticano, *cum aquilex quintæ legionis*; quo Lipsius, *cum aquila x. quinta*: cui caue credas: non quin de traq; legione id credi possit ex cætera historiæ serie, sed *decimam-uintam, decimamquartam*, aliaq; ad eum modum nunquam Taitus, ac vix vnquam vllus alius veterum; omnes consensu minoem numerum præponunt, *quartamdecimam, tertiamdecimam, uintamdecimam*.

475. *In alpe Graia*] Vaticanus, *cum alpe Tarina*: è quo Lipsius, *um ala Taurina*. Felicius Sauillus; *cum ala Petrina*. Nam & la Taurina hic esse nō potuit, quæ cum Valente Cottiis Alpibus ransiit, & Petrinam alam in partibus Vitellij fuisse, indicio est Sagitta præfectus alæ Petrinæ, infra lib. IIII.

AD LIBRVM II. HISTOR.

CAP. 18. *Qui pro Othone & accitum.*] Corruptum est: minima mutatione restitues, *quin proditione accitum Cæcinam clamitabant*. Sane in proditionis crimen vocatum Spurinnam à milite diserte scribit Plutarchus. Paulo post, rectum est, *omnia quæcunque facta*: quomodo locuta omnis antiquitas. & Græci eodē modo πάνθ' ὅσα.

Cap. 24. *Cum duabus vexillaribus cohortibus.*] Multa suadent vt damnē hanc lectionem, & substituam, *auxiliaribus*. Primum, quod perpetuo militię Romanę more debuerunt legionis latus claudere auxilia, vti in sinistro vides, quatuor auxiliorum cohortes: deinde, quod vix repereris vexillarios in cohortibus censos, semper auxilia: nam vnum, duo, tria millia vexillariorum referunt scriptores, nunquam vnam, duas, tres cohortes vexillariorum: Et ita supra mille vexillarios Spurinnæ attribuit; sequenti libro, tredecim millia vexillariorum, Muciano. Postremo, vexillarium dicunt semper, non vexillarem, & vexillariis, non vexillaribus: quæ omnia mihi certa adstruendæ nouæ lectioni, *Auxiliaribus*.

Cap. 67. *Apud victores.*] Non est quod transposita censeas. nec enim inuidia bello è numero cæsorum in acie, quam vltra non sæuitum à Vitellianis; sed è numero cæsorum post pacem partam sociorum, quia duæ cohortes auxiliarium Gallorum cæsæ.

Cap. 92. *Præposuerat Prætorianis P. Sabinum.*] Non esse hunc Sabinum qui præfectus vrbi, & Vespasiani frater, recte monuit Sauillus. Nam hic vinctus detecta proditione Cæcinæ, libro sequenti. At Flauius Sabinus liber in vrbe, & in suo magistratu, vsque ad ciuilem tumultum, quo crematum Capitolium. Itaque manebit per hunc Sabinum vera Onufrij nota, de prænomine Flauiæ gentis. Et hic igitur legendum, P. Sabinum à præfectura cohortis, Iulium Priscum, dum centurio esset. hoc enim vult, prætorio præ-

positos duos à Vitellio; Sabinum hunc, qui antea præfectus cohortis fuerat, Priscum, qui tum centurio. Et cohortis, scilicet auxiliaris: nam iis præfecti, vt legionariis Tribuni. Tacitus sæpe, & vniuersa historia prisca.

Cap. 98. *Mare quoq. Etesiæ flabant.*] Ego vero ausim rescribere, *Mare quoq. Etesiarum flatu in orientem nauigantibus secundum.* Nā quæ in vulgatis & scriptis libris adduntur, à margine irrepserunt, ad quam studiosus adnotarat ex Lucretio:

- -- Etesiæ flabra Aquilonum.

Cap. 100. *Mox vexillarij quartadecimæ.*] Falsus numerus. Nam quartadecima è victis legionibus remissa in Britanniam à Vitellio. Vidit Sauillus, & vertit *quintædecimæ.* Lipsius in libris esse testatur, *Vexilla* XIIII. *&* XIII. è quis legerim, *Vexilla quartæ & sextædecimæ.* Quæras rursus quare quintam & quintamdecimam omiserit, quæ mox in acie. Nec habeo quod dicam, nisi aut hic etiam inter notas numerorum eę reponendæ; aut eæ relictæ in Italia fuerāt, non ductæ in vrbē vsq;, dein in itinere iunctæ Cæcini.

AD LIB. III HISTOR.

CAP. 4. *Cæterum vt transmitteretur.*] Transpositionem magnam hic fuisse primus obseruauit Lipsius, cui homini sane plurimum debet Tacitus; solertissimo ingenio, diligentia, iudicio, ab eo correctus, illustratus. Quod necesse est agnoscant & fateantur etiam inuiti, qui tanti viri singulari eruditioni inuide & maligne detrahunt. Addidit Sauillus obseruationem notatu sane dignam, paginas transpositas fuisse, quia par versuum numerus ab his verbis, *Quæsitū inde quæ sedes bello legeretur*, ad illa, *Ac ne inermes Prouinciæ:* qui ab istis ad illa, *Et partes præsumsere.* Quorum doctissimis obseruationibus pauca sunt quæ addantur. Nam in libris omnibus habes; *Ceterum vt transmitteretur in Italiam impunem eo vsui foret, scriptum Aponio Satium reuirescere crederetur,* quæ postrema duo verba dissimulant. Mihi certum est ita scribenda: *Ceterum vt transmitteretur in Italiam impune, meo vsui fore scriptum Aponio Saturnino vt cum Mœsico exercitu celeraret,* & quæ sequuntur, vsque ad illa, *Decorum pro causa ratus, si placere Galbæ principatus & partes reuirescere crederetur. Quæsitum inde.* Et in fine eius paginæ *Vitellium vt inimici præsumsere.* Primum in consilio Petouione, duces partium intelligo, nō tres Illyrici Consulares, Pompeium, Dalmatiæ: Flauianum, Pannoniæ: Aponium Mœsiæ; sed Flauianum solum cum Antonio ac Vedio legatis legionum, & Cornelio Fusio procuratore. Vbi Antonii sententia inualuit, bellum vltro inferendum Italiæ censentis; vt id sine noxa fieret aduersus tot Germanicas veteranas legiones, scriptum est Aponio vt is quoq. in Italiam cum Mœsicis legionibus properaret; quod ab eo factum statim docet Tacitus. Id, quia Aponius lega-

egatus Consularis, & ad parem scribebatur, consilii & precum forma scriptum, *Magno vsui fore*, vt cum suis properaret, nam sane ita legerim. Coniunctio luxatarum paginarum in hac voce, *Saturnino*; cuius prior pars in illo *Satium*, quod libri omnes agnoscunt, altera in verbo. *vt innocuum exercitum*, pro, *imo*, *vt cum exercitu*. Ceterorum ratio certior & liquidior, quam vt verbis indigeat.

Cap: 28. *Multa cum strage incesserat contatio.*] Rectum est, post multam stragem in alacriores editam iam cæteri contatius oppugnabant, quum monstrata ad excidium Cremona nouis viribus, nouo impetu ferri cœpere.

AD LIB. IV. HISTORIARVM.

CAP. 5. *Regione Italiæ septima.*] *Septima*, non est à libris. neque Terracina in septima regione Italiæ, & insuetum Tacito regionem adicere, nec necessarium noto municipio Terracinæ. Quin & libri variant, & aliud quærendum.

Cap. 11. *Quum discordia inter partes.*] Scribo *patres*. Nam de Senatorum dissensionibus sentit.

Cap, 35. *E quinta & quartadecima legionibus.*] Immo, *Et quintadecima.*

Cap. 55. *Hostis populi Romani.*] Scio quæ monita doctissimo Lipsio, sed verius est: *Ipse è maioribus suis hostis quam socios populi Romani iactabat.* clarus maiorib. classicus. Sed ex iis ille eos potius iactabat, qui bellū intulissent Romanis, quam eos qui societate & honoribus ab iis aucti.

Cap. 59. *Occisis Magontiaci Tribunis.*] Distinctio mutanda. *Tutor valida manu circumdatos Agrippinenses quantumque militum apud superiorem Rheni ripam, in eadem verba adigit, occisis Magontiaci Tribunis, cæso castrorum præfecto, qui detrectauerant. Classicus corruptissimum quemque*, &c. Nam ita est. A Nouesio partitis curis, Tutor in superiorem Germaniam missus, Agrippinenses in itinere, dein legiones Romanas Magontiaci adegit in verba Galliarum, classicus inferiorem Rheni ripam secutus ad vetera direxit. Nouesium supra vetera, infra Agrippinensem coloniam.

Cap. 62. *Legio* XIII.] Immo, *sextadecima.* Sed ita non semel peccatum in Taciti libris, nota ternarii pro senario.

Cap. 68. *Nequaquam egregij duces.*] Quid certius quam legendum, *Ne, quanquam egregij duces* (*iam enim Gallum Annium & Petilium Cerialem delegerat*) *summam belli parum tolerarent?*

Ibid. *Legiones victrices* VI. & XVIII.] Bene Sauillus, *sextam & octauam.* & mox, *sexta & decima ex Hispania accitæ.*

Cap. 81. *Statos æstiuis flatibus dies.*] Recte: nam stati dies æstiuis flatibus iidem; quibus certa nauigatio à Maio ad Septembrem: de qua Vegetius, Apuleius, alij. At quod visum doctissimo Li-

ſio, *Eteſiarum flatibus*, & tempeſtati anni, & regionum rationi prorſus contrarium, quum Eteſiæ nauigantibus ex Italia in Ægyptum propitij ſint, ex Ægypto in Italiam contrarij. Tacitus ſupra: Cæſar, alij. Quod bene monuit idem eruditiſſimus & exactiſſimus Sauillus.

Cap. 85. *Qua cogitatione.*] Adiuua diſtinctione; *qua cogitatione, bellum aduerſus patrem cogitauerit, an opes vireſque aduerſus fratrem, in incerto fuit.* Nihil clarius.

AD LIBRVM V. HISTOR.

CAP. 8. *Et primis munimentis vrbs deiugis.*] Variant libri: ſed omnes tamen conſtanter, *gia*, non *gis*, referunt. Itaque lego; *primis munimentis vrbs, dein regia templum intimis clauſum.* Nam trinus ambitus murorum, & regia proprios muros habuit. Præter alios Tacitus ipſe paullo poſt; *Alia intus mœnia regiæ circumiecta.*

Cap. 14. *Aduentu ſecundæ, & XVI. & XIIII. legionum.*] At ſextadecima iamdudum cum Ceriali; nam ex iis erat, quæ in verba Galliarum adactæ, dein pœnitentia reuerſæ ad prius Sacramentum. Lege, *ſextæ*, quæ ex Hiſpania miſſa, vt clarum eſt è libro præcedenti. & aperte infra in cohortatione ante pugnam.

AD AGRICOLAM.

CAP. 7. *Dum in Templo, Liguriæ pars eſt.*] Sauillus ingenioſiſſime & leuiſſima mutatione, *Intemelio.*

Cap. 42. *Sed in nullum rei poſt vſum.*] Malim, *nullum Reipubl. vſum.*

Eod. *Quo proconſulatum Aſiæ & Africæ.*] Rectum eſt. Dixi ad librum tertium.

Cap. 39. *Falſum è Germania triumphum.*] Ridiculi Principes Romanorum, qui falſis victoriis gloriam quærebant apud vulgum: nam plebs ſola fallitur his præſtigiis, ideoque quum plebs plurimum poſſet ſuffragiis, iudiciis, in libera republ. legibus cautum ne quis eiuſmodi mendaciis clareſceret. Nam & ſtatuta pœna ſiquis militum falſo ſtrenuum quid factum à ſe retuliſſet ad tribunum aut ducem. Polybius: ἐὰν τινες ψευδῆ περὶ αὑτῶν ἀνδραγαθίαν ἐπαγγείλωσι τοῖς χιλιάρχοις ἕνεκα τοῦ τιμὰς λαβεῖν. Crimini huic proprium nomen, *de falſis pugnis* Plautus Truculento;

> ---------*mille memorari poteſt,*
> *Qui & conuicti & condemnati falſis de pugnis ſient.*

quo crimine poſtulatus à M. Catone Cenſorio Qu. Thermus oratione, quæ inſcripta, *In Q. Minutium Thermũ de falſis pugnis.* Ita enim eſt recte apud Gelliũ & Nonium; nec audiendi qui legunt, *pœnis*, eo quod in fra-

n fragmento ſæuitiæ ac pœnarum mentio. Notus mos accuſatorum apud Romanos, vt quamuis certi criminis poſtulatum tamen vrgerent ceteris priſtinæ vitæ probris; quæ, vt recte Tacitus notat lib. III. Ann. neq; conuicta noxæ reo, ſi recentia purgaret, neq; defenſa abſolutioni erant, ſi teneretur maioribus flagitiis.

Cap. 46. *Et ſi natura ſuppeditet militum.*] In verbis hæreo: de ſententia non ambigo: nam hoc ait, admiratione & laudibus proſequendam memoriam defuncti, &, quatenus fieri poſſit, ſimilitudine morum ac vitæ. Indicant quæ ſequuntur; *quam tenere & exprimere non per alienam materiam & artem, ſed tuis ipſe moribus poſſis.* Addidit, *ſi natura ſuppeditet*, quaſi ſupergreſſa humanam virtutem virtus Agricolæ, ſic de limitatione dearum Ariſtænetus: ἐκείνας ἡμῖν ὡς ἐφικτὸν ἀπεικάζεις. Hæc igitur ſententia, quam effeceris è verbis, ſi vel legas, *ſimili vita decoremus*, vel potius; *imitatu decoremus.*

Ad Dial. de Eloq.

CAP. 16. *Non multo plures quam trecentos annos.*] Omnino legendum, *quam* CCCC. *annos.* Anno imperij Veſpaſiani ſexto habitus hic ſermo: hoc eſt, anno A. V. C. DCCCXXVIII. is incidit in annum IIII. Olympiadis CCXIII. At mortuus Demoſthenes primo Olympiadis CXIIII. numerus rotundus à morte Demoſthenis, quadringenti anni; ab æuo quo floruit, non multo plures, vt ait.

Finis Merceri.

CVRTII PVCHENÆ, SERENISS. MAGNI DVCIS ETRVRIÆ A SECRETIS, AD CORNELII TACITI Opera Notæ, eiusdemq; Appendix.

Ad Lectorem.

PRÆMONENDVS *es Lector, me, dum Cornelium Tacitum iam diu in manibus, imo in deliciis habeo, nonnulla in eo, sed mihi tantum adnotasse. Nuper autem accidit, vt cum Riccardo Thomsonio nobili Anglo, multiplicis eruditionis, ac perspicacis ingenij viro, qui Florentiæ morabatur, amicitiam contraxerim. Qui cum Notas meas forte vidisset, ac probasset, vt ederē suasit. Ego contra, repugnare, ne in Mustaceo, vt aiunt, laureolā quærere viderer. Tandem, aliis etiam amicis idem exigentibus, annuere cœpi. Ac dum in ea cogitatione versarer, mihi consilium subiit, antiquissima duo Taciti exemplaria manuscripta, quæ Florentiæ in Medicæa Bibliotheca religiose asseruantur, conferre. Vnum, idemque in orbe terrarum vnicum Leonis X. Pontif. Max. tempore in Germania repertum priores Annalium libros continens qui antea desiderabantur. Alterum vero vetustissimum, priscis characteribus, quos Longobardicos, falso vt opinor appellant, exaratum: quæ enim Longobardorum eo tempore in Italia mentio, cum illius codicis antiquitatem constet esse annorum vltra mille ducentorum? Nam cum eidem sit adnexus Apuleij liber, eadem, vt videtur, manu, ijsdemque characteribus scriptus; in fine singulorum fere librorum subscribit se Crispus quidam Sallustius, atque vno in loco his verbis:* Ego Sallustius legi & emendaui Romæ fœlix, Olibrio & Probino consulibus, in foro Martis controuersias declamans Oratori Endelechio. Rursus Constantinopoli recognoui, Cæsario & Attico consulibus. *At Olibrius & Probinus consules fuerunt eo anno, quo Theodosius Imperator obijt, id est, à Christo nato 395. Cæsarius autem & Atti-*

cus consulatum inierunt, Arcadio iam & Honorio regnantibus, anno Christi 397. vt autor est Onuphrius Panuinius Fastorum lib. 3. Ex eorũ igitur Codicum diligenti collatione, mirum quanta meis Notis accessio facta est. Atq; vt alterum ab altero distinguatur, priorem, Manuscripti; secundum, Florentini nomine appellabimus. Accessit etiam tertius liber, Venetiis excusus, anno 1497. mendosus quidem, eoq; fidelior, qui mihi nõ paruo vsui fuit. Miraberis Lector, me aliquãdo à Lipsio dissentire: scias, illius tanti viri summam esse apud me authoritatem, vt qui Reipubl. literariæ maximo fuerit, & ornamento, & adiumento. Sed, vt in cæteris, ita in his sua cuique sententia: ac si mihi ipsum audire contingeret, fortasse cum illo sentirem. Sunt etiam multa, quæ aliunde ex Lipsio, Rhenano, Mureto, aliisq; collegi, ac in meis Notis, ipsorum testimonio inserui, ad tui faciliorem vsum. Si vero in his conscribendis oratione vsus sum, vt tu quidem videre poteris, satis tenui, & inornata, ne mireris. ego enim ab ineunte ætate, potius in Principum negotiis, quàm in Latini sermonis elegantia conquirenda, sum versatus, ideoq; crassa, vt aiunt, Minerua, styloque minime elaborato, meos explicare sensus, nec puduit, nec forte res ipsa aliter postulauit. Postremò edico, ac prædico, me neque veteranis hæc, neque mediocriter doctis scripsisse, sed tirunculis tantum, qui à Taciti Lectione, ob multa quæ in eo sunt deprauata & obscura, deterreri solent. propterea nonnullas difficiliores sententias, leui quadam interpretatione clariores reddere conatus sum. Ac si cui profecero, grande laboris mei pretium feram.

ITERVM LECTORI SALVTEM.

NISI *otium mihi, seu patientia defuisset, Notas meas fere omnes inuertere, animo cogitabam: multa quippe nimis friuola, multa etiam in illis vana & falsa cognoueram. mihique idem euenit atq; iis, qui super instabile solum ædificij fundamenta iaciunt, vt aliquid semper, aut reficere, aut demoliri cogantur. Sed neq; ego me eruditum profiteor, & si quis errores meos arguat, potius cum actione gratiarũ agnoscam, quam ægreferam. In aliud tempus fortasse meum consilium differam. interim nonnulla alia, quæ, dum autorem nostrum relegerem, annotaui, ad libelli huius calcem addere non incongruens mihi visum est: quanquam ea sint eiusdem cum reliquis monetæ, vilis scilicet pretij.*

Ad Cornelij Taciti opera, Notæ.

ANNALIVM LIB. I.

EX Manuſcripto Codice, priores hos quinque libros continente, cuius in præfatione memini, non ab re erit, Lectorem de nonnullis vocibus ac verbis præmonere, quæ ibidem diuerſo ac in vulgatis more ſcripta vbique reperiuntur. Nimis leuia hæc: fortaſſe tamen non negligenda. Sunt igitur ſequentia. *adulescen. exſuere. valitudo. repperire. cunctari. percunctari. ſumptus. promptus. promiſcus, &, promiſci. deligere, &, delectus. quotiens. totiens. beniuolentia. epiſtula. intellegere. ſocordia. antire. prenſare. tripertitus. haud,* ſæpius quam *haut.*

Cap. 4. *Ægro & corpore fatigabatur.*] Cum ſæpe in veteribus libris erratum hoc animaduerterim, &, pro, *etiam*; legendũ hic puto, *ægro etiam corpore fatigabatur.*

Cap. 7. *Conſules Patres, Eques.*] Vt omnes pluraliter nominarẽtur, videretur etiam legendum, *Equites.* Obſeruaui tamen, frequentem apud Tacitum eſſe huius vocis vſum in ſingulari numero. Sic infra: *non ſenatus modo & eques.* item: *& ſacerdotes, & ſenatus, & eques.*

Eod. *Ne læti exceſſu principis, neu triſtiores primordio.*] Cum in Man. legatur; *triſtior,* vide an melius ſit, *triſtis:* præſertim cum præcedat, *læti.*

Eod. *Lacrymas, gaudium, queſtus, adulationes, miſcebant*] Muretus legebat, *lacrymas gaudio, queſtus adulatione:* idque Lipſio probatur. Addo ego, hanc lectionem cum Manuſcripto fere congrueſe, qui habet, *queſtus adulatione.*

Eod. *Cauſſa præcipua ex formidine.*] Sunt qui hæc referant ad feſtinationem Tiberii, qui ſcilicet metuebat, ne ſi ipſe cunctaretur, Imperium Germanicus præoccuparet. Sed ſi attendas, ſequentia non cohærent, cum verba illa, *dabat, & famæ,* afferant ſecundam cauſſam, quæ priori coniungitur. Mihi videtur, cauſſam illam præcipuam referri ad Tiberii cunctationem; id eſt, ſimulatam quandam modeſtiam ac reuerentiam erga Patres, donec ipſorum autoritate, Principatus ei ſtabiliretur. Tres deinde illius cunctationis cauſſæ aſſignantur. Metus præcipue, ne, ſi ipſe autoritatem ſenatus ſpreuiſſet, Germanicus accerſeretur. Aliæ duæ cauſæ per ſe claræ ſunt.

Cap. 9. *Hi pietate erga parentem, & neceſſitudine reipublicæ.*] Quidam interpretantur *neceſſitudinem,* pro coniunctione, qua ſcilicet deuinctus reipublic. Auguſtus, plurimum illi deberet. At ſententia requirit, vt accipiatur pro neceſſitate & anguſtiis, quod clare oſtendunt verba quæ paulo poſt ſequuntur: *pietatem erga paren-*

parentum, & tempora reipubl. quę verba ad superiora hæc respondent. Sic infra lib. 6 *seque ea necessitudine ad preces cogi.*

Eod. *Multa Antonio, vt interfectores patris vlcisceretur.*] Man. habet, *multa Antonio, tunc interfectores.* Emenda ergo, *dum interfectores,* dum, pro dummodo, notissimo vsu. Sic infra, *dum interfectos nullum ob scelus, &c.*

Cap. 10. *Siue milites Hirtium, & machinator doli Cæsar abstulerat.*] Delet Muretus particulam, *siue.* At in Man. clare legitur, *sui milites Hirtium,* quæ quidem adeo vera lectio est, vt mirer, omnes, qui librum illum contulerunt, id non animaduertisse.

Eod. *Grauis domui Cæsarum nouerca.*] Man. *grauius,* forte legẽdum, *grauior.*

Cap. 13. *Gallum Asinium auidum, & minorem.*] Mureto assentior legenti, *auidum, sed minorem.*

Eod. *Quousque patieris Cæsar non adesse caput reipublicæ?*] Aliter ac Lipsius hunc locum intellexeram, scilicet, offensum fuisse Tiberium, non quod caput reipubl. nominaretur, sed quod artes suas detegi à senatoribus videret, quas ipse occulere maxime studebat, quasi dixisset Haterius: Quousque te rogari permittes? nimium nos detines ac ludificaris cum istis ambagibus tuis: noli amplius dissimulare, sed accipe iam Imperium.

Eod. *Eiusque accuratissimis precibus protegererur.*] Man. habet, *curatissimis,* quod optimum censeo. Infra enim ait; *curatius disseram:* item, *ludos curatius editos.* præterea: *diurna populi Rõ. curatius leguntur.*

Cap. 17. *At hercle verbera & vulnera.*] Man. semper, *hercule.* sic supra: *At hercule Germanicum Druso ortum.*

Cap 20. *Quem direptum vehiculo sarcinis grauant.*] In Man. legitur, *dereptum,* quod proculdubio rectius, cum ex altiori loco in inferiorem quis deturbatur.

Eod. *Inuictus operis ac laboris.*] Quis commodũ sensum eliciet ex voce, *inuictus,* quæ à Beroaldo reposita fuit? Rhenanus legit, *attentus.* Alius placet, *immitis,* quæ non minus corrupta censeo. Taciti mens videtur, Rufum illum; cum diu manipularis militasset, fuisse optime gnarum expertumque operum ac laborum: quem sensum nulla alia vox aptius exprimit, quam illa autori nostro familiaris, id est, *vetus.* Infra enim dixit, *scientiæ cæremoniarumque vetus.* : Item *vetus regnandi.* etiam: *veterem expertumque belli.* præterea infra : *veterem stipendij,* vt ego restitui, cum antea legeretur, *stipendiis.* ergo corrigendum censeo, *vetus operis ac laboris,* quod etiam similitudo literarum suadet, cum in Man. vnico corrupte legatur, *intus operis,* contrarium etiam dixit Tacitus infra. *legiones operum ac laboris ignaras.*

At cum nuper postremas Lipsij ad Tacitum notas mihi parauissem, hanc eandem correctionem ei quoque venisse in mentem animaduerti, optimoque exemplo Silij illam firmauisse: qui ait: *ignaros belli, veterisque laborum.* adeo vt nihil iam de illa sit dubitandum.

Cap.23. *Quia fracta vite in tergo militis.*] Apud Romanos, militari more, ipsi ciues verberabantur vitibus, extranei autem fustibus. Quod clare colligitur ex Liuij Epit. lib. 57. Ait enim de Scipione ad Numantiam: *Quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus; si extraneus, fustibus cecidit.* Plin. lib. 14. cap. 1. *vitis in delictis pœnam ipsam honorat.* Vnde centuriones in bello vitem gestare solebant.

Cap. 26. *Mandata Clementi Centurioni quæ præferret.*] Man. *perferret.*

Cap. 28. *Prospereque cessura quæ pergerent.*] Forte, *quæ peragerent.*

Eod. *Et si qui alij bonis artibus grati in vulgus.*] Man. *& si alij.*

Eod. *Ii vigilijs, stationibus, custodijs portarum se inserunt.*] Vigiliæ semper nocturnæ; stationes, siue excubiæ, & nocturnæ, & diurnæ. Sic lib. 11. *stationes, vigiliæ, diurna nocturnaque munia in armis agitabantur.* Isidorus lib. 9. *Excubiæ diurnæ sunt, vigiliæ nocturnæ.* At custodiæ portarum à *stationibus* non differunt. supra enim dixit: *portas stationibus firmant.* Cæsar. lib. 4. Gall. *Ii qui pro portis in statione erant, Cæsari renunciarunt.* Virg. 9. Æneid.

Eod. *Tunc quoque communi portam statione tenebant.*] Et *stationes* videntur proprie esse, quæ hodie corpora custodiarum vocantur.

Cap. 31. *Orto ab vndeuicesimanis quintanisque initio.*] Lipsius, qui Manuscriptum non vidit, ex historiæ fide asserit, legendum esse, *vna & vicesimanis.* ego autem ipsius Manuscripti autoritate idem confirmo. nam & hic, & vbicunque inferius de illa legione fit mentio, semper in eo libro nominatur & scribitur, *vn & vicesima.*

Cap. 32. *Prostratos verberibus mulctant.*] Ex ingenio reposuit Lipsius, *mulcant.* Recte, quia non aliter legitur in Manuscripto.

Eod. *Sexageni singulos, vt numerum Centurionum adæquarent.* Notat Lipsius hic, in plena legione fuisse sexaginta Centuriones. Idem in opere quod de Militia Romana elegantissime scripsit, lib. 2. dial. 5. & 8. hoc distinctius exponit. Triginta enim in vna legione manipuli, qui ex centum & viginti militibus constabant; & in vnoquoque manipulo duo Centuriones. Diuidebatur deinde manipulus in duas partes, quæ appellabantur Ordines, & cuilibet Ordini, id est, sexaginta militibus, vnus Centurio præerat.

Cap. 35. *Et si vellet imperium promptos ostentauere.*] Man. habet *prom-*

omptas. forte legendum eſt, *promptum:* vt ad imperium refera-
ır. Veteres enim plerumq; ſcribebant, *promptum*, quod multos
rores in Tacito peperit.

Eod. *Quidam ſinguli propius incedentes.*] Muretus mallet, *acce-
ntes.*

Cap. 36. *In ancipiti reipublica.*] Autoritate Manuſcripti reſtituo,
ancipiti reſpublica.

Eod. *Largitio differebatur: in hiberna cuiuſquam non abſceſſere.*]
Iuius loci vitium à Ioſia Mercero animaduerſum & ſanatum
ıit. Ait enim, ęſtiua caſtra plures legiones vnum intra vallum ha-
uiſſe: hiberna autem cuicunque legioni propria & ſeparata, vt
aſſim teſtantur Tacitus, & Cæſar, & alij. Ergo legit, & diſtinguit:
ırgitio differebatur in hiberna cuiuſque. Non abſceſſere, &c. Ne-
ue correctio hæc recedit à fide Manuſcripti; in quo clare legitur,
uiuſque.

Cap. 37. *Legiones nihil contatus ſacramento adigit.*] Optime Li-
ſius reponendum cenſet, *contatas:* ita enim habet Manuſcriptus,
ı quo tamen ſcribitur, *cunctatas*, vt ſupra monui.

Cap. 38. *Præſidium agitantes vexillarij diſcordium legionum.*]
Quod genus militum eſſent hi vexillarij, adhuc mihi ignotum.
ipſius de militia Romana lib. 1. dial. 8. ac lib. 5. dial. 19. eos fuiſſe
adit exauthoratos milites, & nondum plene miſſos, qui dum
ræmia & agros expectant, velut veterani & euocati quidam, à
gionibus diſcreti, ad vexillum retinebantur, ideoque vexillarij
icti. ac de his capienda ſint verba Taciti de exauctoratis, pag. an-
ecedenti: *miſſionem dari vicena ſtipendia meritis, exauctorari qui
ſenadena feciſſent, ac retineri ſub vexillo, cæterorũ immunes, niſi pro-
ulſandi hoſtis.* Idem quoque ſentit Ioan. Antonius Valtrinus de re
nilitari veterum Romanorum libro ſexto, capite ſexto. Tamen
nulta ſunt, quę, vexillarios non fuiſſe veteranos, mihi perſuadent.
ıam cum ſæpe de illis Tacitus mentionem fecerit, nunquam eos
eteranos appellauit, aut aliquid dixit, vnde id ſuſpicari poſſis. I-
no contrarium arguitur libro ſecundo hiſtor. *nec tres prætorias co-
ortes, & mille vexillarios, cum paucis equitibus, veterano exerci-
ui obiicere.* &: *quippe Bedriacenſi acie, vexillariis tantum pulſis, vi-
es legionis non affuiſſe.* Præterea, cum aliquando tantus vexilla-
iorum numerus eſſet in exercitibus, ſicuti Muciano tribuun-
ur, *tredecim vexillariorum millia*; ſi veterani omnes; quæ vires
llis reſiſtere potuiſſent? Ac ſi tot ſimul ſub vexillo retenti fuiſ-
ſent, dum agros & præmia expectarent; quas turbas ac ſeditiones
uſcitauiſſent, ea efflagitando? corruptiſſima præſertim diſcipli-
ıa? cum de legionariis ipſis, qui nondum veterani, id ſæpius au-
liatur. Cenſeo igitur, vexillarios fuiſſe partem legionariorum
nilitum, qui à ſua legione aberant: ſcilicet à legionibus per
onginquas prouincias præſidium agitantibus, tanquam in bel-

lis ſubſidium, accerſiti, tot ex vnaquaque legione; quot pro ra-
tione præſidii abeſſe poſſent. ideoque vexillarii appellarentur,
eo quod ab Aquilis ſeparati, ſub vexillis propriis militarent. Fir-
mari hæc opinio videtur lib. 2. Hiſt. *præcipua Quartadecimano-
rum ferocia, qui ſe victos abnuebāt: quippe Bedriacenſi acie, vexilla-
riis tantū pulſis, vires legionis non affuiſſe.* At alibi dixit, è Dalmati-
præmiſſa fuiſſe Othoni bina millia militum è quatuor legionia
bus, quarum præcipue erat Quartadecima: ergo inter hos præ-
miſſos fuerunt illi, quos poſtea, ſuos vexillarios, legio vocat.
Quod clarius etiam colligitur mox in ipſa pugna, vbi ait: *circum-
uenti plurium accurſu Quartadecimani;* nempe ijdem, quos dein-
de dixit, vexillarios pulſos. nam legio ipſa prælio non affuit, vt
patet. Aliquid etiam iuuat locus lib. 14. *Iam Suetonio quartadeci-
ma legio cum vexillarijs vicesimariis, & è proximis auxiliares,
decem ferme millia armatorum erant.* paulo poſt, dum eoſdem in
aciem componit, ait, *legionarius frequens ordinibus, leui circum ar-
matura conglobatus, pro cornibus eques aſtitit*, vbi legionariorum
appellatione videtur ſimul comprehendere Quartamdecimam
legionem, ac vexillarios viceſimæ. nam pro leui armatura ca-
piendi ſunt auxiliares; vt probat Lipſius de militia Rom. lib. 2.
dial. 2. qui etiam addit, auxilia ſucceſſiſſe in locum velitū. Item,
vexillarios non fuiſſe equites, alibi Tacitus oſtendit, qui qua-
tuor locis ſeparatim, vexillarios & equites nominat. Ait
etiam alicubi; *Auxitque copias Cæſar, miſſis è Germania duo-
bus legionariorum millibus octo auxiliariorum cohortibus, ac mille
equitibus.* . vnde coiicere poſſumus, duo illa millia ex pluribus le-
gionibus ſumpta, atque idem eſſe, ac ſi dixiſſet, *duobus vexillario-
rum millibus.* Obſeruabis adhuc pro meo ſenſu, plerunque eos
nominari vexillarios alicuius legionis, & tamen eam ipſam le-
gionem nunquam adeſſe. Colligitur etiam, eos fuiſſe Roma-
nos milites. nam cum lib. 2. hiſt. dixerit, Spurinnam, qui Pla-
centiam obtinebat, habuiſſe tres prætorias cohortes, & mille
vexillarios, cum paucis equitibus, paulo infra ait: *vtrinque pu-
dor, vtrinque gloria, & diuerſa exhortationes: hinc legionum, &
Germanici exercitus robur, inde vrbana militia, & prætoriarum
cohortium decus attollentium: Illi vt ſegnem ac deſidem, & circo ac
theatris corruptum militem,* &c. vbi clarum eſt, vrbanos illos
milites, & circo ac theatris corruptos, eoſdem eſſe, quos ſupra
nominauit vexillarios. Aliquando Tacitus pro vexillariis, di-
cere ſolet, vexillum; vt *Tertiadecimæ legionis vexillum. Et cum
vexillis nonæ, ſecundæque, & viceſimæ Britannicarum legionum.*
Nam de his ipſis ſupra dixit: *Cum vexillariis trium Britannicarū
legionum.* Et quod ſupra dictum eſt de vexillariis legionum,
cenſeo, idem intelligendum eſſe de vexillariis cohortium, vt ſci-
licet ſint milites à cohortibus ſuis, nempe auxiliaris, ſeparati. vt
lib. 3.

.Hiſt. *Antonio vexillarios è cohortibus, & partem equitum, ad* *...dendam Italiam rapienti.* Quod autem cohortium nomine ...pliciter intelligantur auxiliariæ, alibi apparet: præſertim ...cribit: *expediri tamen itineri ſingula millia ex tribus legioni-* *... & alarios octingentos, parem numerum è cohortibus iuſſit.*

...ap.39. *Interea legati ab ſenatu egreßi, iam apud aram Vbiorum* *...manicum adeunt.*] Satis mirari non poſſum, tam multa præ... ...ſſe Beroaldum, aut ſi quis alius hos quinque libros imprimi ...anuſcripto curauit. hic .n. locus incorrupte in eo legitur ſic: *...rea legati ab ſenatu, regreſſum iam apud aram Vbiorum Ger-* *...nicum adeunt.* Quod quidem vitium Mercerus notauerat, at... ...ex ingenio correxerat.

...ap.49. *Duodecim millia è legionib. ſex, & viginti ſocias cohor-* ...] Melius ex hiſtoria Lipſi⁹ diſtinguit: *duodecim millia è legionib.* ... *& viginti*, &c. quam diſtinctionem reperi ego etiam in Ma... ...ſcripto.

Cap.58. *Ipſi ſedem veterem in prouincia.*] Dubitat Lipſius, an ſit ...endum, *vetere in prouincia*: huc certe inclinat antiqua ſcriptu... ...quæ corrupte habet, *vetera*, ac litera, *e*, ſupra literam, *a*, addita ...t, ſed à recentiori manu.

Cap.60. *Cæcinam cum quadraginta cohortibus Romanis.*] Ergo ...m quatuor integris legionibus, quibus ipſe præerat, vt ſupra ...ditum. Decem enim cohortes in vna legione numerabantur, ...quælibet cohors ex tribus manipulis conſtabat, vt ex Vegetio, ...olybio, & aliis notum eſt.

Cap. 63. *Circum ſiluæ paulatim adclines.*] Man. *adcliues.*

Cap.65. *En Varus, & eodem iterum fato victæ legiones.*] Cum ...an. habeat, *& eodemque iterum*; ambigo, num legendum ſit: *...Varus en, eodemque iterum*, &c. nam particula, *en*, ingemina... maiorem vim addere verbis videtur.

Cap.66. *Tanta inde conſternatio*, &c.] Apud veteres Romanos ...t alibi Lipſius notauit) hoc maxime cautum erat. Polybius e... ...m lib.6. ait. *Turmas equitum quotidie excubaſſe in caſtris.* deinde ...quitur: *Atque hi curant, cum alia, tum equos maxime, ne aut vin-* *...lis impediti & illigati lædantur, inutiles futuri ad militiam; aut* *...luti & ruentes, turbas & conſternationem excitent in caſtris.*

Cap.67. *At victoribus decus, gloriã, quæ domi cara*, &c.] Illud ...æ, ad antecedentia referri non debet, ac melius diſtinguendum ...t, autoritate etiam Manuſcripti: *at victoribus decus, gloriam, quæ* *...mi cara, quæ in caſtris honeſta, memorat.* Senſus eſt, victoribus ...ecus & gloriam ſupereſſe, deinde memorat ea, *quæ domi cara*, ...cilicet parentes, liberos, fratres, vxores: *quæ in caſtris hone-* *...a*, nempe dona militaria, quibus quiſque ob virtutem decora... atur.

Cap.70. *Sternuntur fluctibus, hauriuntur gurgitibus : iumenta, sarcinæ, corpora exanima,*]&c. Melius, ni fallor, interpuncta sunt hæc in antiquioribus editis: *sternuntur fluctibus, hauriuntur gurgitibus iumenta, sarcinæ. corpora exanima,* &c.

Cap.75. *Nec patrũ cognitionibus satiatus.*] Suet. Tib. c.33. *Magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerunque se offerebat consiliarium.*

Cap.76. *Quod vulgus formidolosum, & pater arguisse dicebatur.*] Lipsius legit, *quod in vulgus.* Mihi vulgata lectio probatur, vt sit sensus: Quoniam vulgus, & ipse etiam pater, arguerant Drusum formidolosum, hoc est, illũ esse formidolosi animi, ideo ill , vt se quodãmodo hac formidinis nota purgaret, in spectaculis sanguine, quamquam vili, nimis gaudebat.

Cap.77. *Theatri licentia proximo priore anno cœpta.*] Restituer Man. *At theatri.*

Cap.79. *Congruentia his Interamnates disseruere.*] Non reticebo, in Man. legi, *Antemanates*: licet falsum credam.

ANNALIVM LIB. II.

CAP. 1. *Ignota Parthis virtutes, noua vitia.*] Quidam existimant, Tacitum *noua vitia* vocare, *lecticæ gestamen, fastumque erga patrias epulas.* Ego aliter intelligo; *promptos illos aditus, obuiamque Vononis comitatem,* quæ re vera virtutes essent, tamen quia Parthis ignotæ ac suspectæ, tanquã noua vitia habita fuisse.

Eod. *Et quia ipsorum maioribus aliena,* &c.] Mihi rectũ videtur. tamen Muretus mallet, *ipsorum moribus.*

Cap.5. *Celerandæ victoria intentior.*] Lipsius ait, priscam lectionem esse, *interior.* At ne quis erret, ego oculatus testis contra affirmo, in Man. non aliter legi, quam, *intentior.*

Cap.13. *Tertia ferme vigilia insultatum est castris.*] Id est post sextam horam noctis. Nam quælibet nox in quatuor diuidebatur vigilias, in hieme longissimas, in æstate breuissimas, quarum vnaquæque tres horas habebat; cum perpetuo duodecim horæ diei, ac duodecim noctis apud antiquos essent, quæ ab Astronomis inæquales, siue planetariæ appellabantur. Lucanus lib.

----- *Iam castra silebant:*
Tertia iam vigiles commouerat hora secundos.

Atque hæ vigiliæ Clepsydra æqualiter distinguebantur. Veget. lib.3. cap.8. *In quatuor partes ad Clepsydram sunt diuisæ vigiliæ.*

Cap.15. *Quorum pars onusta vulneribus tergum.*] Figura hic locum habere non videtur, cum omnia referantur ad verbum, *obijciant.* ergo legendum puto, *terga,* vel si mauis, *tergora.*

Eod. *Aduersis odijs obijciant.*] Quis vocem, *odijs,* huc aduexit? Recte Lipsius emendandum censuit, *diis* : nam & scriptus liber haud aliter habet, quam, *aduersis diis.*

Cap.

Cap.17 *Incubueratq; sagittariis, illâ rupturus.*] Muretus legit, *illâ erupturus.*

Cap.18. *Miles in loco prælij Tiberium Imperatorem salutauit.*] Quum ipse Princeps non aderat, apud ipsius imaginem fiebat hęc salutatio. Quem morem ex Plinio iuniore disces, qui in Paneg. ad Traianum ita ait: *Itaque non te apud imagines, sed ipsum præsentem audientemque consalutabant Imperatorem.*

Cap.20. *Quis impugnandus agger, vt si murum succederent.*] & sic legit Muretus, *vt si muro succederent.*

Cap.23. *Aut insulas saxis abruptas.*] Cũ Man. habeat, *abruptis*, vide an sic melius legatur: *aut insulas, saxis abruptis, vel per occulta vada, infestas.* vt sint insulæ infestæ, vel abruptis saxis, vel occultis vadis.

Cap.26. *Quando Romanæ vltioni consultum est.*] Muretus: *consultum esset.*

Cap.31. *Strepebantque etiam in vestibulo.*] In Man. legitur tantum: *strepebant etiam in vestibulo.*

Eod. *Euertentibus adpositum mensa lumen.*] Mureto magis placet, *mensæ.*

Cap.33. *Sed vt locis, ordinibus dignationibus antistent, talesq; ad requiẽ animi,* &c.] Emẽdauit olim Muret⁹: *sed vt locis, ordinibus, dignationibus antistent aliis, quæ ad requiẽ animi,* &c. Ac mihi emendatio hæc non omnino probatur. nam locis & ordinibus, non recte opponuntur *dignationes*, cum fere vnum & idem sit, *dignatio*, ac *locus*, & *ordo*, horum autem verborum sensus est; vbi honores, ibi commoda. Lipsius legit ac distinguit: *sed vt locis, ordinibus, dignationibus antistent, & alijs quæ ad requiem*, &c. bono quidem sensu, sed constructione nõ integra. Manuscriptus nihil aliud iuuat: nisi quod habet, *talisque ad requiem*, ac fortasse ibi latet particula, *ita*, quæ necessaria videtur ad sententiam explendam. Itaque ego sic legerem: *sed vt locis, ordinibus, dignationibus antistent, ita aliis quæ ad requiem*, &c.

Cap.35. *Super eo negotio diuersas sententias noscere.*] Illa vox *eo*, refertur quodãmodo ad verbum, *prolatas*, hoc est, super negotio, de quo tunc in senatu certabatur, an scilicet res agi, vel præsentiæ Principis reseruari, satius foret.

Eod. *Piso quanquam absuturum se Cæsar dixerat.*] Acta hæc in senatu fuisse coram Tiberio constat, cum paulo infra dicat, *Audiente hæc Tiberio ac silente.* ac deinde; *Et certamen Gallo aduersus Cæsarem.* Nihilominus contrarium arguere videntur verba Pisonis, qui *absente Principe agendum censebat.* Item verba Galli; qui *res integras ad eius præsentiã reseruabat.* ergo non aderat. Præterea verisimile non videtur, Pisonem adeo libere ac superbe locutum, præsente Tiberio, & quidem suspicacissimo ac memore. Hæc autem non obstant. Nam cum proponerentur negotia illa

coram Principe, censeo ipsum dixisse; diutius sibi in senatu m
rari non esse commodum. Tum Piso, quamquam abfuturum
Cæsar dixerat, eo magis agendum censebat, vt post illius di
cessum, senatus & equites sua munia exercerent. Gallus con
res in alium diem differendas, quo Cæsar adesse posset. Nec e
bis Pisonis moueor, cum ea simulacra libertatis Tiberius li
ter senatoribus permitteret, vim imperii sibi retinens, vt s
passim ostenditur, existimo etiam, mentem potius Pisonis à Ta
cito significari, quam vt palam eum contumaciter locutum in
nuat. Imo verisimilius est, sententiam ab eo ornatam fuis
honestis ciuilibusque verbis; ac fortasse prætextu sumpto n
Tiberii aures leuibus illis negociis detinerentur.

Cap.38. *Eandem vim in me transmittere.*] Dubito, an Tacitu
scripserit, *inuidiam vero in me transmittere.*

Cap.39. *Relinquebat famam, aut praueniebat.*] Hoc ide di
xit, vt mirabilem hominis illius festinationem ostenderet. Na
relinquebat famam; scilicet post se, cum ex municipiis adhuc
gnotus abiret, vt illum adfuisse non vulgaretur, nisi post eius di
cessum. Vel si forte agnosceretur, adeo vt antequam discederet
fama superueniret; saltem praueniebat illam, cum ad om
municipia ante ipsam famam aduolaret.

Cap.52. *Nec Tacfarinas pugnã detractauit.*] In libro vetere
per scribitur, *detrectauit*, sicque iterum infra.

Cap.54. *Igitur aliaque, quæ ibi varietate fortunæ, & nostri o
rigine veneranda.*] Corruptus proculdubio locus. Olim voce
posita legebam: *Igitur Asiam, aliaque ibi varietate fortunæ, & no
stri origine veneranda, relegit, appellitque,* &c. quod nunc mihi no
satis placet. in Manuscripto legitur: *Igitur alio, quæque ibi* &c.
Existimat Lipsius, fuisse hic aliquid insertum de Ilio Romulegen
tis fonte: quod ego suspicor fortasse latere in voce, *alio*, atque a
liquid simile scriptum fuisse: *Igitur viso Ilio, quæque ibi varietat
fortunæ, & nostri origine veneranda, relegit Asiam.* Nam cum supra
dixerit, Germanicum intrasse Propontidis angustias, & os Pon
ticum, Ilium certe non longe aberat, vt Tabulæ geographicæ de
monstrant.

Cap.55. *Quæ in Macedones improspere, violenter in suos fecisse*nt.]
Socratem enim damnarunt, cuius Apologia extat apud Plato
nem. Item Themistoclem expulerunt; de quo Plut. in vita ipsius
& Thucyd. lib.1. de bello Pelop. Sociis etiam grauia tributa impo
suerunt; vt ait idem Thucyd. lib.1.

Cap.56. *Ambigua gens ea antiquitus, non modo ingeniis, sed situ
terrarum.*] Restitue ex Man. *Ambigua gens ea antiquitus, hominum
ingeniis, & situ terrarum.*

Cap.57. *Discesserantque opertis odiis.*] Mihi videtur potius leg
dum; *discesseruntque apertis odiis.*

Postquerarus in tribunali Cæsaris Piso.]lege *Post quærarus.*

Cap. 58. *Neu proceres gentium propinquis nuntiis ad discordias traheret.*]Particula illa, *neu*, sententiam confundit. censeo itaque legendum, *ne proceres gentium*, vel potius, *ne is proceres gentium.*

Cap. 63. *Sin rebus suis aliud conduceret.* Man. *sin rebus eius*, haud dubie rectius. supra enim dixit, *tutam ei honoratamque sedem in Italia fore*

Si quando insolescerent Sueui, quasi rediturus in regnum ostentabatur.]In Man. legitur, *ne si quando*, quod corrigendum puto, *ac si quando.*

Cap. 64. *Et primo subdola concordia egere.*] Repone ex Man. *sed primo.*

Cap. 65. *Sanciendo, vt dictabat, fœderi.*]Idẽ Man. *vt dictitabat.*

Cap. 66. *Latinius Pandus proprætor Moesiæ.*]Legitur in Man. *proprætore.* sic lib. 13. *Romæ prætor per prouincias qui proprætore aut cõsule essent.*

Eod. *Pomponium Flaccum veterem stipendiis.*]Legendum puto, *veterem stipendij:* modus enim loquendi est, Tacito familiaris. Vide quæ notaui supra lib. 1. & cap. 20.

Eod. *Et quando longius abscedebat, apertiore custodia.*]Melius cum Man. legas, *abscedebatur.*

Cap. 69. *Reperiebantur solo ac parietibus erutæ humanorum corporum reliquiæ.*]Muretus legit, *solo ac parietinis*, quod rectius videtur.

Cap. 80. *Hinc militum, inde locorum asperitas.*]Supplet ex ingenio Muretus: *hinc militum vis, inde locorum asperitas.*

ANNALIVM LIB. III.

CAP. 3. *Modo per silentium vastus, modo ploratibus inquies.*] Omnino legendum censeo, *vastum*, hoc est, profundum. Sic sæpe Tacitus loquitur infra, *hostisque clamore turbido, modo per vastum silentium, incertos obsessores effecerat.* Item : *Vastum primo silentium, mox cuncta simul erumpunt.* Adhuc: *Vastum vbique silentium, secreti colles.* Libro etiam 1. *angustus is trames, vastas inter paludes.* Liuius lib. 10. *deinde vt silentium vastum in vrbe.* construitur autem sic: Dies erat inquies, modo per vastum silentium, modo ploratibus. Scriptum forte erat, *vastũ*, vnde error.

Cap. 6. *Non enim eadem decora principibus, viris, & imperatori populoque, modicis domibus aut ciuitatibus conuenisse*, &c. Lipsius legit, *imperatori populo*, quod verum existimo. Liuius enim lib. 1. in principio, lib. 34. & 42. populũ Romanum appellat, *principem orbis terrarum populum.* Suet. in Calig. cap. 35. *dominum gentium populum.* Virg. 1. Æn. *populum late regem.* At idem Lipsius vinclum illud, *que*, remouet, quod ego potius leuiter immutarem, ac relatiuum, *qua*, efficerem. Sic itaque totum locum legendum ac distinguendum censeo : *non enim eadem decora*

principibus viris, & imperatori populo, quæ modicis domibus aut ciuitatibus. Conuenisse recenti dolore, luctum. &c. Addo etiam Manuscripti fidem, in quo eandem fere distinctionem postea inueni.

Cap. 8. *Sueta erga filios familiarium nobiles liberalitate auget.* Mercerus legit, *erga filiosfamiliarum*, vna voce. sic infra; *ne in mortem parentum pecunias filiisfamiliarum fœnori darent.* supra etiam *nunquam ne ad se nisi filiosfamiliarum venturos?*

Cap. 9. *Ab Narnia vitandæ suspicionis.*] Si ad Taciti phrasin attendas, magis placebit, *vitandæ suspicioni.* sic infra: *Tiberius quasi firmandæ valetutini in Campaniam concessit.*

Eod. *Domus foro imminens festo ornatu.*] Cum Man. habeat, *festa ornatu:* suspicor legendum esse, *festa, ornata.*

Cap. 11. *Postquam reo T. Arruntium,* &c.] Corrige ex Man. *Post quæ reo.* sic mox. *Post quæ Tiberius.*

Eod. *Satin' cohiberet ac premeret sensus suos Tiberius, an promeret.*] In Man. legitur: *Satin' cohiberet ac premeret sensus suos Tiberius ac premeret.* Vnde suspicari possumus, postrema illa verba, *ac premeret*, ingeminata fuisse à librario ex prioribus, transcursu calami: posteaque emendata, *an promeret*: verba subditicia, ideoque tollenda.

Eod. *Iis haud alias intentior populus, plus sibi in principem,* &c. Et hic arbitror, neque ex Taciti mente, neque ex veteris libri fide, transcripta hæc verba fuisse. Man. enim habet: *is haud aliâ intentior, populus plus sibi in principem,* &c. Duo hic ostendit Tacitus: Tiberii scilicet in eo negotio intensissimum animum, ac populi maiorem licentiam, optimo sensu.

Cap. 14. *Inter aliena seruitia, & tot adstantium visu.*] videtur legendum: *visus.*

Cap. 21. *Statiuis castris hærebat.*] Man. *adhærebat.*

Cap. 22. *Ad proferenda quæ velut reticere voluerat*], Muretus legit, *reticere voluerant.* ego potius vellem *reiceri voluerat.* In Man autem corrupte, vt opinor legitur, *quæ velut reticere voluerat.*

Cap. 25. *Cum omnis domus delatorum interpretationibus subuerterentur.*] Restitue ex Man. *subuerteretur.* Quod autem ait, *delatorum interpretationibus*, significat dubietatem, atque implicationem, quam multitudo legum pepererat, ideoque inferius ait, *exoluti plerique legis nexus.*

Cap. 26. *Ambitio & vis incedebat*] Man. *incidebat.*

Cap. 27. *Nec minor largitor nomine senatus Drusus*], hoc est, nec minor turbator fuit Drusus, ob largitiones ab eo, nomine senatus, factas. Nam Liuius Drusus Latinis ciuitatem, plebi agros equitibus curiam, senatui iudicia permisit, vt ex historijs est notum.

Ca

Cap.28. *Deditque iura, quis pace & principe vteremur.*] Rhenanus hunc locum interpretatur: quibus iuribus nos vteremur, pace & principe existente. Ego autem aliter intellexeram: scilicet, quibus iuribus existentibus, nos pace, & nouo principatu frueremur.

Eod. *Acriora ex eo vincla, inditi custodes.*] fortasse magis proprie, *arctiora ex eo vincla.*

Cap.29. *Ac tamen initia fastigij Cæsaribus erant.*] Referebam olim verba hæc ad vigintiuiratum & Quæsturam, quæ scilicet Cæsaribus, seu principum liberis, essent initia fastigii principatus. Reduxit me in viam Illustris vir Vrsus Iliciensis Comes, inter Senensem nobilitatem eruditissimus. Tacitus enim, cum Augustum, ea quoque pro priuignis à senatu petentem, irrisum occulte fuisse nō dubitet, tamen habuisse causas ostendit, modeste cum senatu agendi; Tiberium autem, sola vanitate atque ambitiosa simulatione motum, eadem postulauisse. Prima causa fuit, vt potentiam firmius stabiliret, quia tunc Cæsarum imperium recens, atque in ipsis initiis erat. Secunda, quod tunc magis erat in oculis vetus mos, atque ipsius memoria recentior (vt scilicet honores à senatu decernerentur) quam Tiberii tempore. Tertia, quoniam Augusto leuior necessitudo cum priuignis intercedebat, quam Tiberio cum Nepote, ideoque magis necessaria illi erat senatus autoritas. Idem de hoc loco sentit etiam Bernardus Dauanzatus nobilis Florentinus, qui hos quinque libros sermone patrio aptissime interpretatus est.

Cap.32. *Iudicioque patrum diligendum proconsulem.*] Obseruaui, in Man. semper legi, *proconsule.* Itē infra vbi in vulgatis legitur, *ex quis proconsul Africæ legeretur,* idem liber habet, *proconsule Africæ.* & post: *proconsule Cretæ.*

Eod. *Multum ante repetito, concordem sibi coniugem.*] Mureto magis placet, *multum alte.*

Cap.38. *Bellum aduersus nos voluerat.*] à *voluo.* sic infra *lib.1. Hist. bellum voluebat.*

Cap.43. *Nobilissimam Galliarum subolem.*] Cum Man. habeat *nobilissimarum*, suspicor legendum esse, *nobilissimamque Galliarum subolem.* & sane copula illa necessario requiritur. Duo enim occupauit Sacrouir, oppidum, & iuuentutem.

Cap.50. *Vita Lutorij in integro est.*] Lipsius legit, *in integro esto:* quasi id Lepidus pro sententia censuerit. Mihi autem vulgata lectio magis probatur, propter verba quæ supra dixit; principem sæpissime conquestum fuisse, si quis, sumpta morte, misericordiam eius præuenisset Ergo sequitur Lepidus, mortem adhuc Lutorius non sumpsit, vitaque eius est in integro, vt nobis cauendum sit, ne nimiæ seueritatis autores simus. Suam ipse postremo sententiam profert, vt cedat vrbe.

Cap.52. *Nec mediocrib. remediis resisti posse.*] Man. corrupte ha-
bet, *remedij isti.* Emenda ergo, *nec mediocribus remedijs sisti posse*: i-
est, vtensilium pretia.

Cap.54. *Vnius inuidia ab omnibus peccatur.*] Vnius scilicet Prin-
cipis, cui soli communia vitia imputantur. Aliquid simile dix-
Tacitus in vita Agricolæ; *prospera omnes sibi vindicant, aduersa v-
ni imputantur.* Eodem sensu dicit paulo infra Tiberius: *simultat-
faciunt, ac mihi relinquunt.*

Eod. *Simultates faciunt, ac mihi relinquunt.*] Mercerus olim le-
gebat, *simultates fugiunt.* nuper autem aliam correctionem exco-
gitauit, id est, *simultates faciundas mihi relinquunt.*

Cap.5[illegible] *Remissa Æ[illegible]ilib. talis cura.*] Non intelligas, remissa, ho-
est, omissa, vel neglecta; sed potius permissa vel delegata. quod-
dem Mercerus docet Cuiac[illegible] etiam autoritate. Alias contra ess-
Suetonius in Tib. cap. 34. vt Lipsius animaduertit.

Cap.57. *Dixitque pro sententia, vt publicis priuatisue monimen-
tis,* &c.] videtur legendum, *priuatisque.*

Cap.58. *Porro si hi duxissent prouincias.*] id est, sortiti essent, v-
sorte duxissent, quod Mercero etiam probatur.

Eod. *Non æmulatione, non odio, aut priuatis adfectionibus obno-
xium.*] Corrigit Muretus, *non æmulationi.* Vere, nam omnia hæ-
respiciunt verbum, *obnoxium*,

Cap.59. *Bellum scilicet, aut diuerso terrarum distineri.*] Lipsiu-
ait, non male legi posse, *Bello.* Ego mallem, *Bello eum scilicet.*

Eod. *Litora & lacus Campaniæ tum maxime peragrantem.*] R-
stitue ex Man. *cum maxime.*

Cap.60. *Crebescebat enim Græcas per vrbes.*] Man. *crebrescebat.*
sic semper hoc verbum in eo scribitur.

Cap.63. *Modus tamen præscribebatur.*] Modus scilicet vtendi a-
sylis, quem egredi non liceret.

Eod. *Iussique ipsis in templis facere aras, sacrandam ad memoria-*
Turpiter mendosum esse hunc locum non animaduertissem, ni-
me Manuscriptus admonuisset, in quo corrupte legitur; *fiere æ-
sacrandam,* &c. vnde ego veram lectionem eruisse existimo, id e-
iussiq; ipsis in templis figere æra, sacrandã ad memoriam. Intelligit-
nim æreas tabulas, quæ ad parietes templorum affigendæ esse-
ad sacrandam memoriam Senatusconsulti eo die super Asylis f-
cti. Sic infra, lib. 11. *aspiciuntur etiam nunc in ære publicandis ple-
citis per fora ac templa fixo.* lib. 12. *& fixum est ære publico* (sic eni-
libri veteres) *Senatusconsultum.* Lib. 3. Hist. *quique æra legum, v-
tustate delapsa, noscerent, figerentque.*

Cap.68. *Separanda Silani materna bona, quippe alia parente ge-
ni, reddendaque filio dixit.*] Distingue, Silano fuisse matrẽ, & nou-
cam. materna autem bona intelligit veræ matris, quæ à bonis n-
uercæ separari deberent, ac filio, tanquam auiæ ipsius pate[illegible]
bona, reddi.

Cap.

Cap.69.*Cytheram potius concederet.*] Adde ex Man. *vt Cytheram.* At in eo legitur, *Cythenum.*

Cap.70.*Capito insignior infamia fuit.*] Man.habet, *insignitior*, quod fortasse rectius est: nam & infra, lib.4. cap.51. ait, *insignitius flagitium.*

Cap.71.*Vt Pontificis maximi arbitrio, dum ne plusquam binoctium abesset.*] in Man.recte, meo quidē iudicio, legitur: *vt Pontificis maximi arbitrio plusquam binoctium abesset.* Quisquis verba illa, *dum ne*, è suo capite addidit, orationem corrupit. Vera enim sententia videtur: Cum flamen Dialis per binoctium abesse absque vlla licentia posset, decreto Pontificis statutum fuit, vt aduersæ valetudinis causa, etiam vltra binoctium ei abesse liceret, arbitrio tamen Pontificis maximi.

Cap.72.*Tanquam labore vigilantiaque eius, tanta vis vnum intra damnum stetisset.*] Muretus legit, *tanta vis ignium intra damnum stetisset.* quod mihi non satis probatur, nisi forte intelligi possit, *intra damnum*, hoc est citra damnum reliquæ vrbis, cum propter Seiani diligentiam, violentia ignis theatrum non egressa sit. quomodo dixit Quintil.lib.11.cap.3. *Hortensii scripta intra famam sunt*: id est, citra famam vel opinionem. Alias necessarium videretur addere, intra vnum damnum, vel, intra id damnum scilicet theatri. A vulgata igitur lectione non recedam, vt tanta vis, subintellige ignis, steterit intra vnum illud theatri damnum.

Cap.74.*Ac tunc Tiberius Bleso. Postremum obiere eo anno,* &c.] Lipsius distinguendum censet: *ac tunc Tiberius Bleso postremum. Obiere eo anno,* &c. Optime, namque hæc ipsa distinctio præfertur etiam à Manuscripto.

ANNAL. LIB. IV.

CAP. I. *Et quo facinore dominationem captauerit.*] Cum Man. habeat, *dominationem raptum perit*; arbitror scripsisse Tacitum, *raptum ierit*: phrasi illi vsitata. Sic lib.2. Hist. cap. 6. *Mox vt Othonem ac Vitellium scelestis armis res romanas raptum ire vulgatum est.*

Eod. *Non sine rumore, Apicio diuiti & prodigo stuprum venum dedisse*] Man. *veno dedisse.*

Cap.2. *Fiducia ipsis, in ceteros metus crederetur.* Alii legūt, *cresceret*, alii, *crearetur*, alii, *dederetur*, vel *dideretur*. Man. corrupte habet, *crederetur*. Ego vulgatam lectionem vtcumque non sperno. Seianus enim, cum cohortes in vna castra conduxisset, voluit Tiberium quoque ipsum, ac populum Romanum decipere, vt

ſcilicet crederent, illam militum coniunctionem, ad ipſorum fiduciam, & ad metum ceteris intendendum factam fuiſſe, cum re vera ad maiorem ſibi potentiam parandam pertineret.

Cap.5. *Quantum ingenti terrarum ſinu ambitur, quatuor legionibus coercitum.*]Man.*coercita.*

Cap.8. *Sibique & poſteris confirmaret.*] Mihi magis placet, *conformaret*, quod in Man.legitur.

Cap.9. *Poſt Sabina nobilitas, Appius Clauſus.*]Lipſi⁹ legit, *Atta*, vel, *Attius*.Man.autem habet; *Attus Clauſus.*

Cap.10. *Vbi locus veneficij, tempus compoſita ſunt.*]Aliquanto melius Manuſcriptus : *vbi locus veneficij, tempuſque compoſita ſint.*

Cap.13. *Ob atrocitatem temporum in Inſulam Amorgum deportatur.*]Lipſius corrigit;*ob atrocitatẽ morum*.At ego exiſtimo, vulgatam lectionem ſubſiſtere poſſe, hoc ſenſu: Cum illa ætas, illaque tempora, propter inſolentiam Proconſulum, corruptiſſima eſſent, ideo ſeuerius in Silenum animaduerterent, quo aliis exemplo eſſet.Suetonius in Tib.cap.48.dixit;*ad mitigandam temporum atrocitatem.*

Cap.16.*Et quando exiret è iure patrio, qui id flaminium apiſceretur.*] Lipſius defectum hunc locum cenſet:qui tamen mihi integer videtur. Cum enim Tiberius dixerit, paucos tunc reperiri patritios, confarreatis parentibus genitos ad flamines eligendos, eo quod confarreandi vſus omiſſus fuerit; tres addit omiſſæ confarreationis cauſas, ſcilicet, incuriam, cærimoniæ difficultates, & quia electus flamen, ac mulier quæ ei nuberet, ex patria poteſtate per leges exirent, quod valde moleſtum erat parentibus, ideoque confarreationem negligebant. Petebat itaque Tiberius, vt ſenatus decreto, vel lege, huic rei mederetur, & idcirco lata lex eſt, qua lege, flaminica Dialis, ſacrorum quidem cauſa in ſolius viri poteſtate eſſet, at in ceteris, id eſt, præter ſacra in patris ſimul & mariti manu eſſet.Idem de hoc loco ſentiunt Vertranius Maurus & Ioſias Mercerus.

Cap.18. *Quanto maiore mole procideret, plus formidinis in alios diſpergatur.*]In Man.legitur, *diſpergebatur.*

Eod. *Deſtrui per hæc fortunam ſuam Cæſar, imparemque tanto merito rebatur.*]forte legandum; *imparemque ſe tanto merito rebatur.*

Cap.20. *Sed liberalitas Auguſti auulſa, computatis ſingillatim quæ fiſco petebantur.*]Sunt qui interpretentur, Tiberium computari ſingillatim curauiſſe omnia Silii bona, fiſco debita; præter illa quæ Auguſtus liberaliter eidem dono dederat; quæ ſcilicet auulſa fuerint à ceteris bonis; vel à fiſco ipſo, & quaſi exempta.Si talis igitur eſt ſenſus, videtur legendum:*ſed liberalitate Auguſti auulſa, computatis*, &c.ſuſpectus tamẽ apud me hic locus remanet.

Eod.

Eod. *Nam pleraque ab sauis adulationibus aliorum in melius deflexit.*]Man. habet, *in melius flexit.*

Cap. 23. *Nam priores duces sibi impetrando triumphalium insigni*, &c.]corrigit Lipsius, *vbi impetrando*. Verè; namque indicatur hæc correctio à Man. in quo legitur; *nam priores duces sub inspetrando.*

Cap. 25. *At ille dilectis circum stipatoribus.*]Vitium in verbo, *dilectis*, animaduertit Mercerus, qui legit *disiectis*. Ego autem potius rescribo, *deletis*, cum Man. habeat, *delectis*, sic infra, cap. 50. *deleto promptissimo quoque aut saucio.*

Cap. 28 *Nomen viri Q. Vibius Serenus in senatum inducti sunt.*] Recte Lipsius qui corrigit, *nomen vtrique Vibius Serenus*, cum Man. hoc ipsum denotet, qui habet; *nomen virique Vibius Serenus.* At aliquid amplius huic loco requiritur, vt integre sanetur, nec verbum, *sunt*, Taciti phrasim olet, qui plerunque illud omittit, in cuius locum videtur posse aptissime reponi, *senex*: idque necessitas distinctionis exigit, cùm paulo post dicat, *adolescens*. Sic igitur legerem: *nomen vtrique Vibius Serenus, in sen atum inducti. Senex ab exilio*, &c.

Eod. *Missosque in Galliam concitores belli.*]Dele copulam, *que*: abest enim à Man.

Eod. *Innocentem Cornutum, & falsa exterritum.*]Muretus legit, *falso*, dubito an melius, *falsis.*

Cap. 30. *Gallus Asinius Gyaro, aut Donusa claudendum censere.*] Lipsius interpretatur, *censere*, pro censebat, quod mihi non placet: ac potius legerem, *censuit*. Man. habet, *censeret*. Muretusque addit, *cum Gallus Asinius.* Sed coniectura tantum. Harum Insularum meminit Virg. in 3. Æn. vbi tamen, *Donysa*, legitur.

Cap. 33. *Et easdem exitu causas coniungimus.*]puto legendum; *& easdem exitij causas.*

Eod. *Reperies qui ob similitudinem morum aliena malefacta sibi obiectari putent.*]Plin. Paneg. *vt in se dicta interpretaretur, quæ de simillimo dicerentur.*

Eod. *Etiam gloria ac virtus infensos habet, vt animus ex propinquo diuersa arguens.*]Obscurus locus, & qui me aliosque vexauit. Mihi olim visum est, tripliciter interpretari posse. Primo: Cum proxima sit ætas earum rerum quæ scripta sunt, lectoris animus, aliorum virtutes narratas redarguet, eo quod diuersas vel ipse viderit, vel ab aliis illius ætatis audierit: quod in antiquis historiis non contingit, in quibus fides scriptoribus adhibenda est. Secundo: si virtutes relatas Lector sibi, suoque captui, propinquas ac familiares minime agnoscat, statim animo & cogitatione illas arguet, falsasque putabit. Eritque huic sententiæ simile, quod ait Sallustius in prohemio Catil. sumptum ex Oratione Periclis apud Thucyd. lib. 2. *Vbi de magna virtute atque gloria bonorum*

memores, quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit: supra ea, veluti ficta, pro falsis ducit. Tertio: Gloria quoque ac virtus odiosæ sunt, sicuti etiam animus ac mens scriptoris, qui ex propinquo arguere ac vituperare diuersa videatur. Attamen nullus horum sensuum mihi satis probatur. Ilciensis enim Comes supra memoratus, qui multas Mureti notas ad Tacitum mihi humanissime communicauit, me nuper monuit, apud eundem Muretum legi: *vt nimis ex propinquo diuersa arguens*, hoc sensu. Etiam gloria ac virtus odio habentur, vt quæ nimis ex propinquo, id est nimis prope, ac quasi coram & sub oculis hominum, diuersa vituperare, seu aliorum vitia exprobrare videantur. Hanc itaque sententiam probaui eo magis, quod in Man. legitur, *vt animis*. Atque, vt hic, *ex propinquo*, ita alibi Tacitus eodem sensu vsurpasse videtur, *è proximo*. Nam hist. lib. 2. ait: *Et Triariæ licentiam, modestum è proximo exemplum onerabat, Galeria Imperatoris vxor.* Quod idem Ilciensis obseruauit.

Cap. 35. *An illi quidem septuagesimum ante annum perempti.*] Forte melius legetur: *at illi quidem*, &c. interrogationis nota in verbo, *retinent*, deleta.

Cap. 38. *Proinde socios, ciues & deos & deas ipsas precor*] Proculdubio legendum est; *ciues, & deos ipsos precor*: deabus illis ablegatis. Nam Man. habet, *ciues, & deos & deos ipsos*, vbi apparet, male ingeminatum fuisse à librario illud, *& deos*, quod censor aliquis deinde mutauit, *& deas ipsas.*

Cap. 41. *Rursum Seianus, nõ tam de matrimonio.*] lege, *non iam.* Seianus enim territus, matrimonii mentionem omiserat.

Eod. *Sed altius metuens tacita suspicionum.*] metuebat scilicet Seianus, ne Tiberius in suspicionem tacitam incidisset earum rerum, quas ipse animo vere agitabat, de imperio adipiscendo.

Eod. *Sublatisque inanibus, vera potentia augere.*] videtur legendum, *augeri.* Muretus tamen mallet, *veram potentiam augeri.*

Cap. 43. *Quod si vatum, annalium ad testimonia vocentur.*] Forte legendum est, *annaliumve testimonia*, vel, *annaliumque.*

Cap. 44. *Magna opes innocenter parta.*] Bene tamen Manuscriptus habet, *parata.*

Ibid. *Ipse electus, cui minor Antonia*, &c.] In Man. legitur, *Ipse deiectus.* rescribe ergo, *delectus.*

Cap. 48. *Mox versi in luxum, & capti opulentia.*] Perperã mutatus hic locus fuit, cum recte se haberet in Man. *& raptis opulenti.* hoc est, ijs quæ rapuerant facti diuites.

Eod. *Thracum auxilia, repentino concursu territa.*] Man. habet, *repentino incursu.*

Eod. *Cum pars munitionibus adiacerent, plures extrà pabularentur*] Man. *extrà palarentur.*

Cap. 49. *Postquam castello, aut coniunctis tumulis non digrediebantur.*] Man. *degrediebantur.* Recte. degredi autem, non digredi, dicitur, quum ex altiori loco in inferiorē descenditur. Quod verbum sæpe in Liuio emendauit Carolus Sigonius.

Cap. 51. *Et proxima, sponte inimicorum recepta.*] Mureto adsentior, qui corrigit, *sponte incolarū*, Ma. quidē habet, *Sponte incorū*: vt appareat, sy labam, *la*, omissam à librario fuisse. Sic etiam loquitur Tacitus infra, *cætera terrore, & alia sponte incolarum, in deditionem veniebant.*

Cap. 52. *Sed imaginem veram cælesti sanguine ortam.*] Muretus, legit, *se imaginem veram.*

Eod. *Ideo lædi quia non regnaret.*] In Man. legitur n̄ *ideo lædi.* Vnde fortasse restituendum est; *Num ideo lædi, quia non regnaret?* Nam & Suetonius interrogatiuè hanc sententiam pronunciat: *si non dominaris filiola, iniuriam accipere existimas?*

Cap. 53. *Neque aliud probis quam ex matrimonio solatium: esse in ciuitate, Germanici coniugem,* &c] Leuiter tentaui, an ex hoc loco commodus sensus elici possit, hac tantum distinctione: *neq; aliud probis quam ex matrimonio solatium esse in ciuitate, Germanici coniugem,* &c. vt addat, *in ciuitate*, eo quod in ea sint plura incitamenta peccandi. Nihilominus suspicor mendosum esse locum, cum in Man. sit huiusmodi lacuna: *in ciuitate.......... Germanici.* ac pro, *dignaretur*, legitur ibi, *dignarentur.*

Cap. 55. *Sed Cæsar quo famam auerteret,* &c] An frequens senatui adfuit, vt alijs negotiis districtus, se ab illis cogitationib alienum ostenderet, & sic vulgi rumor languesceret? An, cum rumor esset, secretum ad perpetrandum facinus quæri, ipse falsum arguere voluit, cum Romæ, & in senatu frequens ab omnibus aspiceretur? An potius hac arte illos vulgi sermones alio traducere voluit, cum nouis Asiæ negociis omnes intenti futuri essent? Hanc certe, pro reliquis Tiberii artibus, Taciti mentem fuisse crediderim.

Cap. 56. *Cum id Smirnam in concionem nunciatum foret.*] videtur legendum, *in concion e.*

Eod. *Et quia Lepidus ipse diligi se per modestiā abnuebat.*] Vere ad sensum emendauerat Mercerus, *diligi à se*, quod Lipsio etiam probabatur. At verior est lectio Manuscripti; *& quia Lepidus ipse deligere per modestiam abnuebat.* Nam licet consensu ac decreto senatus mittebantur legati, electio tamen solebat plerunq; ipsis ducibus permitti, vt viros sibi gratos secū ducerent. Liu. lib. 44. *Senatus Cn. Seruilio Consuli negotium dedit, vt is in Macedoniā quos L. Æmilio videretur, legaret.* & alibi apud eundem Liuium frater fratrem, filius patrem sibi legasse dicitur. Quē morem violatū Cicero Vatinio obijciens, ait: *Audire de te cupio, quo tandē S.C. legatus sis. ne hoc quidē senatui relinquebas quod nemo vnquā ademit vt legat. ex eius ordinis autoritate legarēt.* Idē p Sestio *quos legatos nō*

modo nullo S. C. ſed etiam repugnante ſenatu, tute tibi legaſti. Vide Lipſium de mil.Rom.lib.2.dial.11.

Cap.57.*Tandem Cæſar in Campaniam:*]Lipſius legit; *Cæſar iit Campaniam.*quod non placet,ac potius vellem, *Cæſar in Campaniam iit*, fortaſſe ſcriptum erat, *in Campaniā iit*, vnde facilis error.

Cap.59. *Adſimulabatque iudicis partes.*]Muretus legebat, *indicis.*

Cap.62.*Sed in ſordida mercede id negotium quæſiuiſſet,*]puto legendum,*in ſordidam mercedem.*

Eod. *Virilis ac muliebris ſexus.*]Man. *virile ac muliebre ſexus.* Recte.ſic Plaut.Rud.*virile ſexus nunquam habui vllum.*

Eod.*Aut qui circum adſtabant,in præceps trahit atque operit.*] In Man. ſimpliciter legitur, *præceps trahit.* Simili modo loquitur Tacitus infra,pag.212. *Euerſio rei familiaris dignitatem ad famam præceps dabat.*

Cap. 64.*Eueniſſe id olim Claudiæ Quinctiæ.*]Ex hiſtoria emendauit Lipſius, *Claudiæ Quinctæ.* quod ego ex Manuſcripto confirmo.

Eod.*In quo tantum in principem honorem dij oſtenderint.*]Man. habet *oſtenderent.*

Cap.65.*Cum auxilium appellatum ductauiſſet.*] Man.corrupte *appellatum tauiſſet:*: Affirmat Vertranius, autoritate Alicarnaſſei Vibennam hunc appellatum non fuiſſe, ſed ſponte ad Romulum tranſiiſſe. Vnde ſuſpicor legendum eſſe: *cum auxilium ad bella ductauiſſet.*

Cap.68.*Speciem artæ amicitiæ facere.*]Muretus,*fecere.*

Cap.70. *Non imprudentem Tiberium tantam inuidiam adiiſſe.* Man.*non prudentem.*ſuſpicor de mendo.

Cap.71. *Verum vt cunctationes principis aperirentur.*]Valde aſſentior Mureto legenti: *vt cunctationes principis opperirentur.* Seiani enim mens erat, vt ad perniciem Neronis & Agrippinæ Tiberium accenderet. Sed quia verebatur, ne ſubita & improuiſa illius ira ſtatim placaretur, potius voluit eum mitigare, vt diutina cogitatione grauius & impacabilius iraſceretur. ideo ſequitur;*gnarus lentum in meditando*,&c.

Cap. 72. *Vt in vſus militares coria boum penderent.*]id eſt, in vſum tentoriorum & ſcutorum. Vide Lipſium de mil. Rom.lib.2. dial.5.

Haud ſpernenda illic ciuium ſociorumque manus.]videtur legendum,*manu.*

Cap.73.*Inferioris Germaniæ proprætori.*]Man.*proprætore.*

Eod.*Neque dux Romanus vltum iit,*]legendum puto:*neq; dux Romanos vltum iit* multi enim Romani ceciderant, Tribuni, Præfecti, ac Centuriones.

ANNALIVM LIB. V.

CAP. 1. *Et cum artibus mariti, simulatione filij bene composita.*] id est, modum ac temperamentum adhibuit inter Augusti artes, ac Tiberij simulationem: adeoque se gessit, vt potentiam suã apud vtrumque conseruarit. Ergo illa quoque artificiosa ac simulatrix fuit.

Cap. 3. *Ceterum ex eo prærupta iam & vergens dominatio.*] Ita emendauit Lipsius, cum in Man. legeretur, *vrgens*. Mihi autem nulla causa videtur, cur priscam lectionem negligamus. Nam vergens dominatio dicitur, cum principis potentia ab ipso culmine declinare incipit, ac paulatim infringitur. at non ea hic Taciti mens. imo ostendit, Tiberium, dum mater vixerit, mitem atque exorabilem aliquando fuisse, propter inueteratum erga illam obsequium, ad quam miseris erat adhuc perfugiũ. Sed matre defuncta, velut frenis exolutus, prorupit: ideoque prærupta & vrgens ipsius dominatio facta est, id est, sæuior ac violentior.

Cap. 4. *Dandumque interstitium pœnitentiæ senis.*] corruptissime legitur hic locus in Man. id est: *quandoque germanicus titium paenitentiæ senis*. Quæ verba hic referre volui; si forte alia correctio acutioribus ingenijs in mentem venerit.

Eod. *Circumsistit curiam, festisque in Cæsarem ominibus,*] &c. Mureto placet, *faustisque*.

Cap. 5. Nec vltra deliberatum, quo minus non quidem extrema decernerent. Nõ sperno, sed Taciti magis proprium videretur; nec vltra dubitatum.

Cap. 10. *Sollertius interrogato quisnam foret, dixit se M. Silano genitum.*] In Man. legitur, *sollertius interrogatum quisnam foret, dixisse M. Silano genitum.*

Cap. 11. *Sed vt noxium coniurationis ad disquisitionem trahebat.*] Muretus legit, *sed vt conscium*.

ANNALIVM LIB. VI.

CAP. 1. *Tuncque primum ignota ante vocabula reperta sunt.*] Licet nimis leue fortasse videatur, monebo tamen, in veteri codice scriptum esse: *ignota antea vocabula*.

Cap. 2. *Et bona Seiani ablata ærario, vt in fiscum cogerentur, tum retulere Scipiones.*] Vere mutilũ esse hunc locum affirmat Lipsius. atque hæc verba, *tum retulere*, à quodam diuinatore potius quam correctore restituta fuerunt. In Man. enim æque corrupta hæc leguntur; *tam referret Scipiones*. Ego abstineo manum.

Cap. 3. *Et summum supplicium decernebatur, ni professus indicium foret.*] Alios scilicet accusauit. Obseruandũ igitur, propositam fuisse impunitatem reis, qui indicio suo alios sibi reos substituissent. Inferius, cap. 7. ait: *Sed Minutius, & Seruæus damnati, indicibus accessere.*

Cap. 4. *Vt vero Latinium Latiarem ingressus est.*] Non mal[e] sed forte melius, *aggressus est.*

Eod. *Gratissimum spectaculum præbebatur.*] Muretus, *præbebant.*

Eod. *Cur mutua accusatione intenta.*] Legendum puto', *attentata.* supra enim apparet, eos, postquam deposuissent magistratum, se ipsos inuicem accusare minatos esse.

Cap. 5. *Neque contatius à primoribus ciuitatis reuincebatur.*] I[n] mendo suspicor, nam Man. habet; *neque cuncta à primoribus.*

Cap. 6. *Quid scribam vobis P. C. aut quomodo scribam.*] Ma[n]. *aut quando scribam.*

Cap. 9. *Et Vicinianus Pollioni patri adijciebatur.*] Lipsius [ex] Dione emendat, *Vinicianus.* Vere, nam Man. idem habet.

Cap. 10. *Qua occupandæ reip. argui non poterant.*] videtur legendum, *quia occupandæ.*

Cap. 14. *Sanus repertus apud fretum Siciliæ, retractusque.*] Lipsius ait, suspectum sibi esse illud, *sanus:* & merito. ego olim restituendum putaui: *Nam is repertus;* ijsdem fere scripturæ vestigiis. Nouissime autem à Mercero emendatum fuit: *sane is repertus.* quod mihi rectius videtur.

Cap. 15. *Facilitate sæpius quam industria commendabatur.*] dubito, an legendum sit, *felicitate.*

Dein redditis absentiæ causis admodum vagis.] Muretus leg[it], *admodum vanis.* quod vulgatæ lectioni non anteferam.

Eod. *Et offensiones ob remp. cœptas.*] Idem Muretus mallet, [ob] *remp. susceptas.*

Cap. 17. *Si debitor populo in duplum prædijs cauisset.*] Vocem, *prædijs,* non sperno. tamen suspicor, Tacitum scripsisse, *prædibu[s].*

Cap. 19. *At ne dubiū haberetur, magnitudinē pecuniæ malo vertisse.*] Censeo legendum & distinguendum: *& saxo Tarpeio deijcitur, vt nec dubium haberetur, magnitudinem pecuniæ malo vertisse: aurariasque eius,* &c. suspicor tamen mendosa esse illa verba, *malo vertisse,* propter nouitatem locutionis. Nam sensus [vi]detur: adeo Marium peremptum, vt dubium non fuerit, magnitudinem pecuniæ exitio illius causam dedisse. forte legendum, *male vertisse,* hoc est, male ei cecidisse, ac perniciem attulisse. Plautus [in] Persa: *si malus aut nequam est, male res vertunt, quas agit.* T[er]. Adelph. *minis viginti tu illam emisti, quæ res tibi vertat ma[le].* Virg. Ecloga 9.

Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hœdos.

Cap. eod. *Inlustres, ignobiles; dispersi, aut aggregati.*] forte melius in Manuscripto legitur, *dispersi, aut aggerati.*

Cap. 21. *Quoties super negotio consultaret.*] Manuscriptus habet: *Quotiens super ta negotio:* forte, *super tali, negotio.* vel *super [eo] negotio:* id est, præscientiæ.

Cap. 22. *Ceterum plurimis mortalium non eximi*, &c.] Lipsius legit, *non eximis*. Ego autem existimabam, *eximi*, optime se habere, cum regi videatur à superiori verbo, *putant*; sicut etiam verba, quæ paulo post sequuntur, *cadere*, & *corrumpi*. At Manuscriptus habet, *non eximitur*. quod fortasse rectius.

Eod. *Cuius clara documenta, antiqua ætas, & nostra tulerit.*] Repone ex Man. *& antiqua ætas*.

Cap. 23. *Scilicet medio triennio defuerat tempus.*] intellige, *medio triennio*, id est, à tempore accusationis ad mortem.

Eod. *Tradidere quidam, descriptum fuisse Macroni*, &c.] Muretus legit, *præscriptum*.

Cap. 24. *Vt quemadmodum nurum, filium fratris, & nepotes*, &c.] Addit copulam Manuscriptus; *filiumque fratris*.

Cap. 28. *Sacrum soli id animal, & ore ac distinctu pinnarum*, &c.] suspicor legendum: *sacrum soli id animal, colore ac distinctu pinnarum*.

Eod. *Consentiunt qui formam eius definiere.*] In Man. legitur, *deffiniere*: sed litera *d*, à recenti manu addita est. vnde existimo, veram lectionem esse, *effinxere*.

Eod. *Mille quadringentos sexaginta vnum interijci.*] Nimis exacta supputatio. Ego corruptum puto illud *vnum*, & fortasse restituendum, *annos*, nisi potius credendum sit, maius vulnus latere, sic præeunte Mureto legendum: *mille quadringentos sexaginta: vnum in terris: prioresque alites*, &c. Nam verisimile est, hoc etiam addidisse Tacitum, vnum tantum in terris Phœnicem reperiri.

Cap. 32. *Instituta Parthorum sumit, patrijs moribus impar.*] Cum Man. habeat, *insumit*, ego legendum puto, *resumit*. scilicet post longam desuetudinem.

Cap. 33. *Et vrbem Artaxata potiuntur.*] prisca lectio, *vrbe*.

Cap. 34. *Ac sæpe modum obsidij stationibus cingebat.*] Muretus addit; *in modum obsidij*.

Cap. 37. *Decus quisque suum & fidem retineret.*] Man. *retinerēt*.

Cap. 38. *Mox quoque modo dicta vulgari malebat.*] Idem Man. *mox quoquo modo*.

Cap. 39. *Quasi aspiciens vndantem per domos sanguinem, aut manum carnificum.*] Restitue ex eodem Man. *aut manus*.

Cap. 41. *Clitarum natio Cappadocia, Archelao subiecta.*] Idem Man. habet; *Cappadoci Archelao*.

Cap. 43. *Et si qui alij dilectum capiendo diademati diem non concelebrauerant.*] In Man. legitur, *diem haci*, vt appareat fuisse, *haut*, quomodo aliquando scriptum in eo libro reperitur: ac frequenter etiam hæ voces, *illut*, *aliut*, *aput*, *set*, *atquot*, pro *ad quod*, & aliæ similes: licet sæpius per *d*. Quoniam vero ea vox, *haut*, in omnibus recentioribus libris iam recepta est, ego vbique rescri-

bendum censeo, *haud*, vt fere semper habent antiquissimi Cod ces. neque ita scriptitasse latinos veteres credendum est, nisi fort in prisca illa antiquitate.

Cap. 44. *Et Tiridates ignarus ad pericula erat.*] Man. *ignauu*

Cap. 45. *Nihil abnuentem, dum dominationis apisceretur.*] susp cor legendum esse, *dominationem*, vt infra adnotabo *lib. 12. Ann*

Cap. 48. *Quod inter ludibria & pericula anxiam senectam to rauisset.*] Vide quid sibi velit Manuscriptus, in quo legitur; *qu inter ludibria & pericularia anxiam*, &c.

Cap. 50. *Non quidem regere valetudines principis solitus.*] l gendum puto, *valetudinem.* nam forte scriptum erat, *valetu nē*: vnde error, de quo alias monui.

ANNALIVM LIB. XI.

CAP. I. *Quos ille à Lucullo emptos insigni magnificentia e tollebat.*] Florentin⁹ Codex, de quo in præfatione dixi, hab *cœptos.* quod omnino probum existimo. Cœperat enim eos ol Lucullus magnifice ædificare, sed non perfecerat. at Asiatic postea emptos absoluebat, extollebatque. Falsum est igitur illu *à Lucullo emptos*, cū neque Luculli nepotes nouisse Asiaticus p tuerit. Absurdumque etiam esset intelligere, emptos à Lucul id est, quos ipse Lucullus emerit.

Eod. *Non extimuisse concionem populi Romani gloriamque fa noris vltro petere.*] Flor. habet: *non extimuisse concionē populi R mani, fateri, gloriamque*, &c. Vnde suspicior, nū legendum sit: *n extimuisse concione populi Romani, fateri, gloriamque*, &c. vt su intelligatur repetitum, non extimuisse etiam fateri, atque glori petere.

Eod. *Dedita per prouincias fama.*] Recte Lipsius legend censet, *didita*: nam haut aliter in Flor. legitur.

Cap. 2. *Et Suilius corruptionem militum, quos pecunia*, &c.] Fl rentino assentior, qui habet, *& Suilio*: ac deinde, *obiectante.* it distinguatur. *Messalina coram. Et Suilio corruptionem*, &c

Cap. 3. *Vtque Antoniam Principis matrem pariter obseruasse* Flor. *obseruauissent.*

Eod. *Vsurpatis quib. insueuerat exercitationibus.*] ex veteri libris restitue copulam, *& vsurpatis.*

Cap. 4. *At causa necis ex eo quod domum suam Mnesteris & I pææ*, &c.] Flor. *Ac causa necis.*

Cap. 5. *Cum idem, inquit, de admissis Poppææ sentiā quod omn* Idem liber corrupte habet; *de admissis Poppææ assen essenti* Alij duo Manuscripti non adeo veteres, qui sunt in eadem bib theca Medicæa, *assentiam.* Hæc & similia mendosa loca pigebit aliquando hic adscribere, vt studiosi super ijs cogi possint.

Cap. 6. *Et postquam annuit tacens, incipiunt.*] In Flor. legitur; *& postquam annuit, tacere,* &c. ac supra, alia manu, antiqua tamen, scriptum est; *agere.*

Eod. *Se modicos senatores, qui à rep. nulla nisi pacis emolumenta peterent.*] Cum Flor. habeat; *qui & à rep.* videtur legendum: *se modicos senatores, quieta republica, nulla nisi pacis emolumenta petere.* Vere. respondent enim verba illa, *quieta republica*, ad id quod supra dixit, *bellorum præmijs refertos.*

Cap. 8. *Quæ egressi, repetundarum tenerentur.*] Flor. habet, *quē egressi.* scilicet, quem modum. Vtrumque recte.

Eod. *Acciuere Bardanem.*] Idem addit, *& acciuere.*

Cap. 9. *Deinde literis Cæsaris coercitus.*] Breuius Flor. *dein literis Cæsaris.* Idem paulo infra, pag. seq. *dein præualuit Gothartes.*

Eod. *Potior Bardanes visus retinendo regno.*] Restituenda copula ex Flor. *Potiorque Bardanes visus.*

Cap. 10. *Exin validissimas præfecturas inuasit, & reciperare Armeniam, ni,* &c.] Flor. item corruptus & auctior: *exin validissimas præfecturas inuisit, & recuperare Armeniam habeat, ni,* &c.

Cap. 11. *Fabulosa, & externis miraculis assimulata.*] Vetus noster habet, *adsimilata.*

Cap. 13. *Theatralem populi lasciuiā seueris dictis increpuit.*] Repone ex Flor. *seueris edictis.*

Cap. 14. *Fontesque aquarū Simbruinis collibus deductos.*] In eodem legitur, *sub Imbruinis.*

Cap. 15. *Et quia externæ superstitiones valescant.*] Venetus Codex in præfatione nominatus, habet, *inualescant.*

Cap. 16. *Iamque adproximos, tam longius clarescere.*] Forte melius in Flor. *Iamque apud proximos.*

Eod. *Adeo neminem ijsdem in terris ortum, qui principis locum impleat.*] Idem Flor. habet, *qui principem locum.*

Eod. *Quam parentes eius exercuisse.*] legendum puto, *parentem eius*: cum supra dixerit: *si paterna Italo mens esset.* & inferius ait: *nec patrem illi rubori.* Ortus error est ex scriptura, *parentem*, de quo alias supra monui. At Italus iste in Flor. vbique, *Italicus* nominatur.

Cap. 18. *Feruntque militem, quia vallum non accinctus,*] &c. Ex more enim ac disciplina, gladium etiam in opere gestare debebant. Veget. lib. 3. cap. 8. *Milites gladio cincti fossam aperiunt.*

Cap. 19. *Aduersa in remp. casura: cum prospere egisset, formidolosum paci,* &c.] Affirmat Lipsius locum non esse integrum. quem tamen ego olim sanare tentaui, hac distinctione tantum: *Cur hostē conciret (aduersa in remp. casura) cum prospere egisset? Formidolosum paci virum insignem, & ignauo Principi prægrauem.* Sicque esset optima sententia, clarusque sensus. Incusabatur enim Corbulo, post prosperas res, irritauisse hostes, vnde aliquid aduersi

Reip. timeri poterat. atque illud, *aduersa in remp. casura*, est ap
positionis forma, Tacito sæpius vsitata. At cum nuper Iosi
Merceri sententiam super hoc loco vidissem, valde illam sum am
plexus. Is enim legendum putat: *Cur hostem conciret? aduersa, i
rempublicam casura: sin prospere egisset, formidolosum paci virum
insignem*, &c. Quod vt facilius probem, suadet Flor. noster, i
quo legitur: *aduersa in remp. casuras in prosperè egisset.* vbi extai
vides literam *s*, quam Mercerus ex coniectura adijcit.

Cap. 20. *Ne tamen miles otium exueret.*] Lipsius legit, *vt tam*
vel pro, *exueret*, reponit, *exerceret*. Ego potius suspicor scriptu
fuisse: *Ne tamen miles otium tereret*; quemadmodum dixit Tac
citus infra, pag. 510. *Ac ne ipsorum miles segne otium tereret.* Nih
lominus illud, *vt tamē*, à Lipsio restitutum fere cōgruit cum Flo
codice, qui habet: *vi tamen miles.*

Eod. *Qui in agro Mattiaco recluserat specus.*] Muretus leg
quia in agro.

Cap. 22. *Gn. Nouius insignis Eques romanus.*] In Flor. scribitu
GN. *Nonius*. ibique, & in antiquis editis abest vox, *insignis*. Qu
autem sequitur, *de se Nouius conscios non edidit*, habet idem Flo
lacunam eandem, quæ, vt ait Lipsius, extat in Farn. codice.

Cap. 23. *Valerius Potus, Æmilius Mamercus.*] Addit Flor. co
pulam: *& Æmilius Mamercus.*

Eod. *Suffecisse olim indigenas, consanguineis populis.*] Hoc e
Vrbis huius indigenæ, vna cum consanguineis populis, suffece
olim Reip. romanæ. & sic censeo locum esse integrum. nam ali
videtur Tacitus simili modo locutus. vt infra, hist. 1. cap. 81. *Er
Othoni celebre conuiuium, primoribus feminis virisque.* & in Ge
man. *Omnes eiusdem sanguinis, populi legationibus coeunt.*

Eod. *Aut si quis pauper è Latio Senator foret?*] Lipsius leger
dum dubitat, *Ecquis pauper.* Ego tamen commodum hinc elic
sensum, vt scilicet repetat: quem vltra honorem pauperibus
tiam, si aliqui sunt è Latio, qui Senatores nunc euadere possun
quasi dicat, tunc non vltra his erit honori locus.

Eod. *Quid si memoria eorum inoriretur, qui Capitolio*, &c.]
Flor. quoque corrupta hæc leguntur sic: *quid si memoria coru
moreretur, qui Capitolio & ara romana manibus eorundem pe
satis.*

Cap. 24. *Etiam statim contra disseruit.*] Idem Flor. *& stati*
Non, vt plerique falluntur, recens.] Idem, *repens.*

Cap. 25. *Lætaque in R. P. munia, multo gaudio Censoris iniba
tur.*] Claudium per iocum Censorem appellat. dixit enim sup
munia Censoria vsurpans. id est, quæ ad se non pertinerent.

Eod. *Mitem & recens repertam quandam ex seueritate pri
rationem adhibuit.*] Recte dubitauit Lipsius de sinceritate hu
loci, quem ego Flor. nostri autoritate emendo sic: *mitem &*

c

ens repertam, quàm ex ſeueritate priſca, &c. ſubintelligitur enim, *otius*, Corneliano more.

Eod. *Quo cenſa ſunt ciuium* L X V I I I I.*centena*, *&* X L I I I I. *millia.*] Aliter ſe habent hi numeri in Florentino Codice, id eſt, *quo cenſa ſunt ciuium* L V I I I I. L X X X I I I I. L X X I I. *Iſque illi finis*, &c.

Cap. 26. *Quippe non eò ventum, vt ſenecta Principis operiretur.*] Reſcribe ex Flor. *opperiretur*. nam aliàs ambiguæ ſignificationis eſſet.

Cap. 28. *Dum induſtria cubiculum Principis occulit adulteros, dedecus quidem illatum.*] Fere cum alijs conuenit Florentinus, qui habet: *dum hiſtruo cubiculum principis exultabero dedecus*, &c. Apparet igitur, vt etiam Lipſius animaduertit, de hiſtrione Mneſtere hîc mentionem fieri, qui inter Meſſallinæ adulteros erat. Ac fortaſſe amplectendum erit, quod Franciſcus Medices olim legendum cenſuit: *dum hiſtrio cubiculum principis perſultauerit, dedecus quidē illatum.* Is enim Franciſcus, qui fuit præterita ætate doctus & acris ingenij vir, contulit & ipſe Medicæum Manuſcriptum, atque in margine ſui Codicis multa adnotauit. Quæ cum mihi Iulianus Medices, ipſius Nepos, illique perſimilis, humaniſſimè communicauerit, magno mihi vſui fuere. Quod minimè reticendum fuit.

Eod. *Sed excidium procul abfuiſſe.*] Idem Flor. habet, *ſed & ſcidium.* ſuſpicor legendum eſſe; *ſed diſſidium.* quaſi dicat; tunc matrimonij diſſidium inter Claudium ac Meſſallinam procul abfuit: nunc autem diſſidium factum eſt, poſtquam ea Silio nupſerit. Videtur etiam hæc lectio confirmari ex eo quod inferiùs ait: *an diſſidium tuum noſti?*

Eod. *Nunc iuuenem nobilem, dignitate formæ, iuuenta.*] Corruptam puto vocem, *iuuenta*, cùm præceſſerit, *iuuenem*. In Flor. legitur: *nunc iuuenem nobilem, dignitate, forma, vimentis.* quod mihi rectum videtur; niſi quod cum Lipſio legerem, *dignitate formæ.* & ſic ſibi inuicem reſpondebunt, dignitas formæ, & vis mentis.

Cap. 29. *Caliſtus iam mihi circa mortem Cæſaris narratus.*] Melius in Flor. *circa necem Cæſaris.*

Eod. *Flagrantiſſimaque eo tempore gratia Pallas.*] Addit Florentinus, *eo in tempore.*

Eod. *Perſtitit Narciſſus, ſolum id immutans.*] Flor. *vt ſolum id immutans.* Venetus, *& ſolum.*

Cap. 30. *Quod ei cis Vectium, cis Plautium diſſimulauiſſet.*] Ita emendauit Lipſius, cum turbent libri veteres. Mihi autem non omnino probatur. nam ſic ſubintelligendū eſſet, Narciſſum antea Vectij & Plautij adulteria Claudio indicauiſſe, quod ex ſequenti-

bus falsum apparet. Ideo ego potius legerem; *quod ei de Vectio & Plautio dissimulauisset.*

Cap. 31. *Quibus fatentibus, tum certatim ceteri circumstrepunt.* Lipsius ait, scriptos libros habere: *Quibus tacentibus.* At Flor. noster, *fatentibus.*

Cap. 32. *Igitur Messallina Lucullianos in hortos.*] Flor. *Fucilianos* vnde dubitari potest, num scribendum sit *Lucilianos*, vt Lipsius annuit. nam inferius, cap. 37. clare in eodem Man. legitur, *Lucilianis in hortis.* Verisimilius tamen est fuisse hortos Lucullianos, de quibus in principio huius libri fit mentio, & apud Plutarchum in vita ipsius Luculli.

Eod. *Silius dissimulando metu, ad munia fori digreditur.*] Recte ex Flor. *digrediuntur.*

Eod. *Quanquam res aduersæ consilium adimerent.*] Flor. *eximerent.*

Cap. 33. *In eodem gestamine sedem poscit, sumitque.*] Idem, *assumitque.*

Cap. 34. *Vibidiam depellere nequiuit, quæ multa cum inuidia* &c.] Idem habet, *quid multa*: atque in margine adscriptum est *quin multa.* quod verum censeo.

Eod. *Ergo auditurum Principem.*] Idem: *Igitur auditurum.*

Cap. 35. *Custodem Silio ac Messalinæ datum.*] Recte Flor. qui habet, *custodem à Silio Messalinæ datum.*

Cap. 36. *Paribus lasciuiis ad cupidinem & fastidio.*] Idem; *ad cupidinem & fastidia.*

Cap. 37. *Ac si contaretur, propinqua nox*, &c.] Idem: *ac si cunctarentur.*

Eod. *Prorupit Narcissus, denuntiatque Centurionibus.*] Idem Flor. *prorumpit.* Vere, nam sequitur, *denuntiatque.*

Cap. 38. *Tum impetu venientium pulsæ fores, astitit Tribunus.*] Idem: *cum impetu venientium pulsæ fores, astititque Tribunus.*

Eod. *Tribunus per silentium, ac libertus increpans.*] Idem, *at libertus.*

Eod. *Decreta Narcisso quæstoria insignia, leuissimum fastigii eius*, &c.] Hic locus à Lipsio, & ab omnibus, tamquam desperatæ sanitatis, derelinquitur. neque ego aut demo, aut addo. tantum experior, an aliquid sensus elici possit, hac sola interpunctione: *Decreta Narcisso quæstoria insignia: leuissimum fastigii eius, cum secundum Pallantem & Calistum ageret. Honesta quidem: sed e quibus deterrima orirentur, flagitiis inultis.* Sensus est; leuissimam concessionem illam fuisse, respectu fastigii, in quo Narcissus positus erat, cum apud Claudium primum locum obtineret post Pallantem & Calistum, qui, vt ait supra, flagrantissima gratia erant. Simili fere modo dixit infra, *lib. 12. decretusque Pomponio triumphalis honos, modica pars famæ eius apud posteros.* Quod autem sequit-

quitur; *Honesta quidē*, (scilicet vt libertis nil amplius tribueretur, quam quæstoria insignia) ironice intelligendum est, pro temporum corruptione, in quibus valde liberti pollebant. nam infra ait; *decreta Pallanti prætoria insignia*. Item, *Claudius libertos sibi & legibus adæquauit*. Sed cum eorum flagitia Princeps inulta relinqueret, deterrima inde oriebantur, cum ij quotidie in maiora flagitia prolaberentur.

ANNALIVM LIB. XII.

CAP. I. *Quis diligeret vxorem Claudio cœlibi vitæ intonanti.*] plerique veteres libri, & manuscripti, & editi, habent, *cœlibis vitæ*. & historia ipsa vbique ostendit, Claudium sine vxore viuere non potuisse, vt præsertim apparet in Suetonio cap. 26. Ergo restituendum est, vt olim correxi, *cœlibis vitæ intoleranti*. supra, *lasciuiæ sueta, laborum intolerans. Item corpus illi laborum tolerans.* Infra: *superbia viri, æqualium quoque, adeo superiorum intolerantis*. Quod autē attinet ad verbum, *diligere*, monendus est Lector, in Florentino manuscripto, atque in alijs veteribus quos viderim, vbique perpetuo scribi, *deligere*, & *delectus*: ac suadeo, vt ita in omnibus libris corrigatur, propter ambiguum verbi intellectum, cum aliud sit *deligere*, aliud, *diligere*, vt est notissimum.

Eod. *Vt quemque suadentium audierat, promtus.*] Muretus legit, *pronus*.

Cap. 2. *Haudquaquam nouercalibus odijs visura Britannicum.*] Ven. atque alij antiqui editi habent; *visura in Britannicum.*

Eod. *Et familiæ Claudiæ, quæ posteros coniungeret.*] Transponit Muretus: *& quæ familiæ Claudiæ posteros coniungeret.*

Cap. 3. *Iuuenemque, & alia clarum.*] Ita emendauit Lipsius ex Vat. quod etiam habet Flor. In ceteris male legitur, *alias*.

Eod. *Cui non iudicium, non odium erat, nisi indita & iussa.*] Muretus legit, *indicta & iussa*.

Cap. 4. *Ferre crimina in Silanum.*] Venetus: *serere crimina*.

Eod. *Fratrisque non incestum, sed incustoditum amorem.*] Flor. *fratrumque*. quod etiam in Vat. legi testatur Lipsius. Intelligit autem, fratrum, hoc est, fratris & sororis.

Cap. 5. *Nullo exemplo deducta in domum patrui fratris filia.*] In eodem legitur, *deductæ in domum patrui fratris filiæ.*

Eod. *Quin & incestum, ac si sperneretur,*] &c. Lipsius hæc ita interpretatur: timuisse Claudiū & Agrippinam, ne propter illud incestum populus sperneret profani principis imperium: fortasse ductus exemplo alterius loci similis in principio lib. 14. vbi ait; *peruulgatum esse incestum gloriante matre, nec toleraturos milites profani principis imperium*. Mercerus autem, qui hæc corrupta suspicatur, corrigere mallet: *quin & incestui via si sterneretur, ne in malum publicum erumperet, metuebat*. Acute quidem. Sed incestui sternere viam, duriuscula sententia videtur, nec Taciti phrasim

olere. Ideo potius vulgatam lectionem tueor, licet fortaſſe non integram, eodem ſenſu manente. id eſt; Quin & inceſtum ipſum Claudius & Agrippina metuebant, tanquam infame factum: ac ſi ab ipſis ſperneretur, ne fortaſſe in malum publicum erumperet: ſcilicet, ne alij eodem exemplo vterentur.

Eod. *Vnum ſe ciuium, & conſenſui imparem.*] Lipſius mendum hîc notat, quod ego non ſentio. Reſpondet enim Cæſar, ſe vnum eſſe ciuium, & conſenſui (ſcilicet vniuerſorum ciuium) imparem.

Eod. *Quod porro honeſtius cenſoriæ mentis leuamen.*] ſuſpecta mihi ſemper fuit vox, *cenſoriæ*, præſertim in ore Vitellij, qui ipſe Cenſor erat. ac libenter legerem, *Cæſareæ.*

Cap. 6. *Nec diu inquirendum, quin Agrippina claritudine generis anteiret.*] Flor. *Nec diu anquirendum.*

Eod. *Statueretur imo documentum, quo vxorem Imperator acciperet.*] Lipſius corrigit; *quomodo vxorem.* quod ego non improbo. tamen apud me vulgata lectio nihil habet difficultatis: imo aliquid argutius præ ſe ferre videtur, cum ſit vis quædam in verbo, *acciperet*, reſpondens ad id quod ſupra dixit, *arripi coniuges.* Ait igitur: documentum hoc alijs Principibus erit, quo documento, vxores accipient, nõ arripient. Nihilominus ſuſpicor, locum non eſſe integrum, cum in Florentino Codice ſit huiuſmodi lacuna, *quo vxorem imperator .... acciperet.*

Cap. 7. *Si contaretur Cæſar, vi acturos teſtificantes.*] Nec male Ven. Codex. *vim acturos.*

Eod. *Addictum quaſi & virile ſeruitium.*] Cum Lipſij coniectura conuenit Florent. qui habet: *Adductum, & quaſi virile ſeruitium.*

Cap. 8. *Et conſilijs eiuſdem ad ſpem dominationis vteretur.*] Melius credo legitur in Flor. *vterentur.* vt intelligatur & de Domitio, & de Agrippina.

Cap. 9. *Qua hortaretur Claudius, deſpondere Octauiam Domitio.*] Flor. habet: *qua oraretur Claudius.*

Eod. *Ac ſecundum priorem neceſſitudinem.*] Scribitur in Flor. *ſi priorem*, quod ego interpretandum puto, *ſuper priorem.* Vide quæ infra notaui lib. 1. Hiſt. cap. 51.

Cap. 11. *Quanto ignara barbaris, tanto tolerantiora.*] Idem Flor. habet: *quanto ignata barbaris, tanto toleratiora.* Ex corrupta voce, *ignata*, æquè legi poteſt, *ignota*, atque, *ignara.* tamen magis placet, *ignara*, vt etiam Lipſio. At verbum, *toleratiora*, procul dubio amplectendum eſt. Nam exempli cauſa, rectè dicas, ego ſum tolerantior laborum; falſo autem, labores ſunt mihi tolerantiores: ſed dicendũ, toleratiores, vt Grammatici iubent. Cùm autẽ verbũ *tolerare*, ſemper moleſtũ aliquid ac minimè gratum ſignificet, cum clemẽtię ac iuſtitiæ iũgitur, quæ virtutes sũt, nõ modò nõ ingratę ſed maximè deſiderabiles? Cẽſeo Tacitũ ita locutũ, ꝓpter barba-

riem Parthorum, qui virtutes illudere, ac pro vitijs interpretari solebant, ſicut de ijſdem ſupra, in principio libri ſecundi dixit: *ſed prompti aditus, obuia comitas, ignotæ Parthis virtutes, noua vitia.* Similis locus eſt in fine libri quarti: *Ibi campo aut litore iacentes, nullo diſcrimine noctem ac diem, iuxta gratiam aut faſtus ianitorum perpetiebantur.* Gratia enim vilium ac ſuperborum hominum ipſis etiam qui accipiunt inuiſa & odioſa eſſe ſolet. Hic itaque ait, Parthos eo faciliùs toleraturos has virtutes, quo magis illas experti non erant, quippe ſuperbæ dominationi aliorum Regum aſſueti.

Eod. *Poſthæc C. Caſſio qui Syriæ præerat, &c.*] Aliter diſtinguitur in Flor. ac fortè melius: *quietem velit. Datum poſthæc C. Caſſio, qui Siriæ præerat, deducere iuuenem ripam ad Euphratis.* Abeſt enim ab eo verbum, *iubet.*

Cap. 12. *Reuocare priſcum morem, exercere legiones.*] Idem Flor. habet, *exercitare legiones.*

Eod. *Id temporis importunam, quia hiems occipiebat.*] Mureto aſſentior legenti: *quia hiems occupabat.* Nam cùm poſtea dicat: *exin niuibus & montibus feſſi*; ſignum eſt, hiemem iam maximè adultam fuiſſe.

Cap. 13. *Qui tempore ſtatuto per quietem monet ſacerdotes.*] Flor. *tempore ſtato.*

Eod. *Rurſus deus quas ſiluas pererrauerint.*] Idem; *quâ ſiluas pererrauerit.*

Cap. 14. *Quod vnum reliquum, rem in caſum dare.*] Venetus: *quod vnum erat reliquum.*

Eod. *Accituſque in regnum Vonones, Medis tum præſidens.*] Flor. habet, *Medos.* Sic ſuprà lib. 4. cap. 5. *proximumque Galliæ litus roſtratæ naues præſidebant.* Item lib. 4. cap. 72. *f. litora Oceani præſidebat.* vide etiam infra cap. 29.

Cap. 15. *Diffuſus proprijs virib. Aquila & Cotys.*] In Flor. legitur, *diffiſis.* Reſtitue ergo, *diffiſi.* de duobus enim ſermo eſt.

Eod. *Quia Zorſines Soracorum Rex hoſtilia reſumpſerat.*] Flor. *Siracuſorum Rex.*

Cap. 16. *Media cohortes & Boſphorani tutabantur, noſtris in armis.*] præcipuam Lipſij interpretatiouem probare non poſſum, ſcilicet, noſtros fuiſſe in armis, hoc eſt, ad armos. Nam præter nouum loquendi modum, hiſtoria quoque repugnat. ſuprà enim Tacitus dixit, Iulium Aquilam paucas cohortes habuiſſe, quas deinde in acie collocat vna cum Boſphoranis. præter hos, nihil Romanorum militum. ergo illud, *noſtris*, referr non poteſt ad milites romanos. ſed veram ſententiam cenſeo, quam idem Lipſius poſtremo cum quadam dubitatione tangit: id eſt, Boſphoranos, quia ſimul cum Romanis militabant, Romano etiam ritu armato & inſtructos fuiſſe. Idem fere di-

xit ſupra, *lib.2. Annal. cap.52. vt Tacfarinas lectos viros, & Ro* *manum in modum armatos, caſtris attineret.* Lib.3.cap.43. *pellicer* *alam equitum, quæ conſcripta Treueris, militia diſciplinaque noſtr* *habebatur.* Itẽ: *quinta ſui parte legionarijs armis.* Deniq; lib.3.Hiſt *mox donati ciuitate Romana, ſigna armaque in noſtrum modum, de* *ſidiam licentiamque Græcorum retinebant.* Hirtius de bello Alex *Adiungit Gn. Domitius legioni* XXXVI. *duas à Deiotaro, quas ill* *diſciplina atque armatura noſtra complures annos conſtitutas habe* *bat.* Cicero Philip. XI. *Deiotari regis, & patris, & filij, & magnus* *& noſtro more inſtructus exercitus.* Suet. in Iulio, cap. 24. *Vnam e* *Tranſalpinis conſcriptam diſciplina, cultuque Romano inſtitutam* *& ornatam.*

Eod. *Ventumq; Sozao opidum Dandaricæ.*] Flor. *Sozam. Exi* *Soracos pergunt.* Idem Flor. *Exin in Seracos pergunt.*

Eod. *Sed cratibus iunctis ac media humo.*] Sequitur Vatican codicem noſter, qui habet, *cratibus & vimentis, ac media humo* Supra autem notatum eſt, *modica humo*, quod non probo.

Cap.17. *Et plerisque Centurionum interfectis.*] In veteribus ple riſque, vt ait Lipſius, legitur, *& plerisque conſulartum.* In Flor. au tem, *conſiliarium.* vtrumque, credo, corrupte.

Cap. 19. *Sibi & Claudio ex communione victoriæ eſſe.*] Alite Florentinus; *ſibi & Claudo, etiam communionem victoriæ eſſ* ſicque etiam in Ven. legitur.

Eod. *Bellorum egregios fines, quoties ignoſcendo tranſigatur.*] In Ven. eſt. *tranſigantur.*

Cap. 20. *Cui inopi, quanto longiorem, vitam,* &c.] Flor. *quin in opi.* At vulgatam præfero, cum fortaſſe ſcriptum fuerit, *quoi*, anti quo more. Idem error in veteribus libris ſæpe irrepſit. Sic inf. *cu per nuptias Antoniæ gener erat.* vbi veteres habent, *qui per nuptias*

Cap.26. *Exquiſitiore in Domitium adulatione.*] Flor. habet *quæſtiore.* forte *quæſitiore.* Sic ſupra. *Excepere Græci quæſitiſſimi honoribus.* Item: *quæſitiores tam & plures Solon perſcripſit.* Etiam *quæſitior adulatio fuit.*

Cap. 27. *Vel delapſis improuiſi circumfunderentur.*] Reſcribe e Flor. *dilapſis.* Non enim hic ex ſuperiori loco in inferiorem era deſcenſus.

Eod. *Poſt quadrageſimũ annum ſeruitio exemerant.*] Tranſpo nunt Flor. & Ven. *quadrageſimum poſt annum*: vſitatiore Taci more.

Cap. 29. *Mox diurturnitate in ſuperbiam mutans.*] Compro batur hæc Lipſij correctio à Flor. cum vulgo legeretur, *diutu nitatem.*

Eod. *Scripſitque P. Attilio Hiſtro.*] Flor. *P. Atellio.*

Cap 30. *Qui Pannoniæ præſidebat.*] Idem Flor. *Pannoniam.* No taui etiam ſupra, cap. 14.

Eo

Eod. *Quia Ligius Hermundurusque illic ingruebant.*] Flor. & Venetus, *ingruerant.*

Eod. *Regnum Vangio, ac Sido, inter se partiti sunt.*] Iidem Codices habent, *inter se partiuere.*

Eod. *Egregia aduersus nos fide*]. Vulgo, *apud nos.* Restituit Lipsius ope Vat. codicis idemque in Flor. legitur.

Eod. *Dum adipiscerentur dominationes, multa caritate.*] Vox, *dominatio*, non videtur hoc sensu admittere pluralem numerum. & supra lib. 6. cap. 45. dixit: *nihil abnuentem, dum dominationis apisceretur.* item lib. 3. cap. 55. *ad ea arma, quis Ser. Galba rerum adeptus est.* quod Lipsius optimo (vt videtur) iudicio, emendauit, *rem Romanam adeptus est.* Considerandum est igitur, an fortasse fuerit Tacito familiare & proprium iungere huic verbo, *adipisci*, secundum casum, vt verbo, *potiri*, iungitur; & sic recte se habeat in superiotibus locis, *adipisci dominationis*, &, *adeptus rerum*: An potius pro, *dominationis*, credendum sit Tacitum scripsisse, *dominationem.* Quod mihi certe magis probatur: & errorem ortum puto ex eo, quod supra lib. 3. cap. 3. notaui, plerunque in veteribus libris literam *m*, ita formatam reperiri, vt pro, *s*, accipiatur. sicuti hic, *dominationē.*

Cap. 31. *At in Britannia P. Ostorium propratorem.*] Flor. *propratore.* vide quæ supra notaui ad lib. 2. cap. 66. & 32.

Eod. *Cinctosque castris Antonam & Sabrinam fluuios cohibere parat.*] In Flor. legitur, *cunctaque castris.* In alijs, vt testatur Lipsius, *cunctisque.* hinc mihi leuis quædam diuinatio subijt, vt corrigi possit; *cunctosque vltra Antonam*, &c.

Eod. *Valida gens, nec prœlijs concussa.*] In Flor. legitur, *contusi*, vt Lipsius ait haberi etiam in Farn. Codice.

Eod. *Turmas quoque equitum ad munia accingit.*] Libri omnes constanti consensu habent, *peditum*, quod Lipsius, ex ingenio emendauit, *equitum*, cum turmas peditum, nunquam dici inueniatur, quod est verissimum. Ego tamen omnino restituendam Tacito suadeo suam vocem, *peditum*, quæ optime se habet, si distinctione adiuuetur, scilicet: *turmas quoque, peditum ad munia accingit.* Ait enim: Cum peditatum exiguum haberet, turmas, nempe equitum, adeo disposuit, vt peditum munia adimplerent. Transpositio autem hæc Tacito familiarissima est. Sic infra pag. 199. *militia ad labores vocaretur.*

Cap. 32. *Et ductus in Cangos exercitus.*] Flor. *& ductus inde Cangos.*

Eod. *Iam ventum haud procul mari.*] Idem Flor. copulam addit: *Iamque ventum.*

Cap. 33. *Sed astu, tum locorum fraude prior, vi militum inferior, transfert bellum in Ordouicas.*] Flor. habet; *Sed tum astu locorum fraude prior.* Putaui olim legendum esse: *sed tum hostis, locorum*

fraude prior. ſed non placet, cum de ipſo hoſte ſit ſermo .Ideo po tius Florentini lectionem probans, ſic interpretor; Caractacun tunc cum eſſet locorum fraude prior, ac vi militum inferior, aſt tranſtuliſſe bellum in Ordouicas.

Cap. 37. *Pluribus gentibus imperantem, fœdere pacis accipere.* Idem Flor. habet, *imperitantem.*

Eod. *Nam ſi vos omnibus imperitare vultis, ſequitur vt omn ſeruitutem accipiant.*] Lipſius ait, falſo & inepte hoc dici, cun conſequens non ſit, vt qui velit, id quod velit, poſſit. ergo emen dat: *Num ſi vos omnibus,* &c. nota interrogationis adiecta. M hi autem vulgata lectio maxime probatur. Nam etiamſi verb Caractaci libertatem, ac non degenerem animum; præſeferant tamen aſperſa etiam ſunt plurima in Claudium, Romanoſque adulatione. Et poſteaquam de ſua potentia locutus ſit, ſequitu ſe opes ſuas; quamquam inuitum amiſiſſe, quia illorum viribu tandem reſiſtere non potuerit. nam cum ipſi Romani, ceteris po tentiores, alios omnes opibus impares debellare velint; conſe quens eſt, vt omnibus ſit ſeruitus ſubeunda. atque idcirco ſe quo dammodo excuſat, quod non ſtatim ſe dediderit.

Cap. 28. *Et ſi qui alij victos Reges populo Romano oſtendere.*] Flo habet, *vinctos reges.*

Eod. *Ac ni cito vicis & caſtellis proximis ſubuentum foret.*] Id Flor. habet; *ac ni cito nuncijs & caſtellis.* Muretus legit, *è vicis & caſtellis.* Ego ſuſpicor legendum, *præſidijs & caſtellis.* Sic infra *Omiſſis caſtellis præſidijſque.* & in vita Agricolæ, *& præſidijs caſtel liſque circumdata.*

Eod. *Ac promptiſſimus quiſque manipulus cecidere.*] Ego mal lem, *manipularis.*

Eod. *Temere prouiſa, ob iram; ob prædam.*] Lipſius legit, *prouiſu* forte melius Flor. *temere, prouiſo.*

Cap. 41. *Simulque qui Centurionum, Tribunorumque,* &c.] pri ma illa copula, *que*, inepta & ſuperuacua videtur, atque à Flor. a Veneto abeſt. Lege ergo: *ſimul qui centurionum Tribunorumqu*

Cap. 43. *Trepidatione vulgi, inualid⁹ quiſq; obtrit⁹.* Flor.] *obtrit*

Eod. *Pulſumque in extremam fori partem vrgebant.*] Add Flor. *vi vrguebant.* Atque obiter moneo, verbum, *vrgere*, ſemp fere in eo codice ſcribi, *vrguere*, licet malè videatur.

Eod. *Donec militum globo infeſtos perrupit.*] Idem Flor. *infenſo.*

Eod. *Longinquas in prouincias commeatus portabant.*] Legen dum puto, *portabantur*, vel, *portabatur.* Flor. habet, *portabat.*

Cap. 46. *Nec aliud præſidij, quàm caſtellum commeatu egenum.* Idem Flor. *Nec aliud ſubſidij.*

Eod. *Seque præſidio abituros minitarentur.*] Vitium aliquod hi latere ſuſpicor: nam in Flor. corrupte legitur: *ſeque præſidiun amnis minitarentur.* Alij iudicent.

Cap

Cap. 47. *Prouiſum illic ſacrificium imperatum dictitans.*]Lipſius legit, *prouiſu ſuo.* At ego exiſtimo recte ſe habere, *prouiſum*, id eſt, præparatum. quaſi dicat, iam eſſe paratum ſacrificium quod imperauerat. ſic infra cap. 50. *Dein atrox hiemi, ſeu parum prouiſi commeatus. prouiſo ante funebri apparatu.* 501. *prouiſa parataq; non arma modo, ſed obſequium & parendi amor.* Plinius iunior lib. 1. epiſt. 14. *diu quærendus fuiſſet, niſi paratus & quaſi prouiſſus eſſet.*

Eod. *Et erant contra, qui tantam fortunæ commutationem miſerarentur.*] Flor. *& erant è contra.*

Cap. 48. *Quando id magis ex vſu, quam ſi cum gloria adeptus foret.*] Lipſius aliter legit. Ego nihil muto. Clarus namque ſenſus optimaque ſententia mihi videtur. Ex vſu, inquit, Romanis erat, Rhadamiſtum adeptum fuiſſe regnum cum infamiæ nota, nam diuturna illi dominatio futura non erat, ideoque inter barbaros cito turbæ orituræ eſſent. At ſi cum gloria regnum adeptus foret, tunc pacificum imperium diu retenturus eſſet.

Eod. *Et diuerſa Cæſar præciperet.*] Licet vnum & idem ſit, tamen in Flor. legitur, *Cæſar iuberet.*

Cap. 50. *Dein atrox hiems.*] Idem Flor. *Deinde atrox hiems.*

Eod. *Perpellunt Vologeſen omittere præſentia.*] Idem habet, *percellunt.* ſicque etiam Venetus codex.

Cap. 52. *Qui ſtirpem hoſtilem iterum conſeruaret.*] Lego ex Flor. *quod ſtirpem.*

Cap. 53. *In ſeruitutem ſui conſenſiſſet, & qui nati eſſent, pro libertis haberentur.*] Manum hic abſtinere, ſanum conſilium cenſeo. Tantum monebo, à Flor. etiam abeſſe illa verba, *& qui nati eſſent.* Ibi enim legitur: *in ſeruitute ſui conſenſiſſet, pro libertis haberentur.*

Eod. *Et fixum eſt publico Senatuſconſultum.*] Lacuna eſt in Flor. *& fixum eſt....publico Senatuſconſultum*: atque in margine additum eſt, *ære.* Ego ſuſpicor ſcriptum potius fuiſſe, *foro publico*, aut quid ſimile. Supra, lib. 11. *aſpiciuntur etiam nunc in ære publicandis plebiſcitis per fora ac templa fixo.*

Cap. 56. *Ad vim remigij & gubernantium artes, impetuſque nauium prœlio ſolitos.*] Aliter Flor. *ad vim remigij, gubernantium artes, impetus nauium, & prœlio ſolita.* quod fortaſſe rectius.

Cap. 58. *Impetrat, vt Ilienſes omni publico munere ſoluerentur.*] In Flor. legitur. *perpetrat.*

Cap. 60. *Et qui vicerant, publice valebant*] Flor. & Ven. *& quæ vicerant.* vt ad ſtudia referatur.

Cap. 61. *Argiuos, vel cum Latona parente, vetuſtiſſimos Inſulæ cultores.* Floren. habet, *parentem.* quod magis confirmat Merceri optimam correctionem, id eſt, *vel Cœum Latonæ parentem.*

Eod. *Sacram & tanti Dei miniſtram inſulam colerent.*] Flor. *& tantum.*

Cap. 62. *Orsi à fœdere, quod nobiscum icerant.*]In Flor. legitur *iecerant.* sic lib. 11. cap. 9. libri omnes veteres habent, *fœdus repente iaciunt.*

Eod. *Simul vehendo cõmeatu opportuna forent.*] fortasse meliu *vehendo commeatui.*

Cap. 63. *Præuisa locorum vtilitate peiora legissent.*] Lipsius corrigit, *parum visa* Ego tamen vulgatam lectionem non improbo intelligo enim, Chalcedonios, quamquam vtilitatem locorum præuidissent, nihilominus sedem illam neglexerunt, ac peiorem delegerunt, fortasse vtiliorem rati, ideoque decepti.

Eod. *Et obliquis subter vndas saxis exterrita.*] Quæ sunt hæc obliqua saxa subter vndas? Turpe mendum restituit, iuuante Strabone, Franciscus Medices, qui in suo Codice adnotauit, legendum esse: *& albis* (vel, *albidis*) *subter vndas saxis exterrita.* Strabonis verba, latine conuersa ex lib. 7. talia sunt. *Earum generatio* (Pelamides ab eo appellantur) *in Mæoticis paludibus fit: inde vero paulatim erumpunt, grege facto, per os ipsum, ac propter littus Asiaticum vsque Trapezuntem, ac Pharnaciam excurrunt. Hic primum earum venatio existit, non copiosa admodum, nondum enim conueniens est multitudo. Sed vt Sinopæ propius accesserint, speciosior nimirum earum est piscatio, simul & salsamentaria. Postquam vero Cyaneas transierint, & ex ripa Chalcedonia albicans occurrit petra quædam, tantus bestijs ipsis terror incutitur, vt è vestigio in vlteriorem conuertantur ripam.* Plinius quoque de ijsdem piscibus loquens, lib. 9. cap. 15. ait: *Est in Euripo Thracij Bospori, in ipsis Europam Asiamque separantis freti angustijs saxum miri candoris, à vado ad summa perlucens, iuxta Chalcedonem in latere Asiæ. huius aspectu repento territi semper aduersum Bizantij promontorium, ex ea causa appellatum auricornu, præcipiti petunt agmine. itaque omnis captura Bizantij est, magna Chalcedonis penuria.*

Cap. 64. *Fastigio Capitolij examen apum insedit.*] Flor. *apium*

Eod. *Et suis fœtus editus, cui accipitrum vngues erant.*] in Floren. & Ven. legitur: *& suis fœtum editum, cui Accipitrum vngues inessent.*

Eod. *Impudica, infamis, vinolenta.*] Iidem Codices haben *violenta.*

Cap. 65. *Ac nouercæ insidijs domum omnem conuelli.*] Flor. *nouercæ*, forte, *at nouercæ.*

Cap. 67. *Secordiane Claudij, an violentia.*] Aliter Flor. *Secordiane, an Claudij vi, an vinolentia.* Quæ lectio fortasse non est spernenda. Vt tres sint caussæ, cur veneni vis statim intellecta non fuerit. Secordia scilicet Claudij, quæ adeo sensum illi hebetasset, vt venenum non sentiret. an illius vis, id est, naturæ corporisque robur. an quia largiter potasset, ideoque vinum veneno resisteret. Nihil tamen affirmo, imo potius suspectus apud me remanet hic locu

locus. Sed violentiæ vox, quam vulgati omnes habent, iure reijcienda est, cum sit hic sine vllo sensu. At de vinolentia Claudij notum est, traditque præsertim Suetonius, cap. 33.

Cap 67. *Tempusq; prosperum ex monitis Chaldeorum attentaret.*] In Flor. atque etiam in Veneto legitur, *aduentaret*: quod mutauit Rhenanus ex Budensi, vt ait, Codice: atque, vt mihi videtur, sine causa, cum verbum illud, *aduentaret*, optimum sensum habeat. Expectabat enim Agrippina, donec Chaldei monerent opportunum tempus ex positu siderum aduenisse, ad Claudij mortem publicandam, ceteraque exequenda, vt omnia Neroni prospere succederent.

Cap. 69. *Tertio ante Idus Octobris.*] In iisdem Flor. ac Ven. legitur: *tertium ante Idus.*

Eod. *Vbi monente Præfecto festis vocibus exceptus.*] Iidem libri habent: *Ibi monente Præfecto.*

ANNALIVM LIB. XIII.

CAP. I. *Ab iis Proconsuli venenum inter epulas datum est.*] Lege ex Flor. *ab his.*

Cap. 2. *Et pari in societate potentia concordes.*] Leue hic mendum inesse puto, quod fortasse tolletur ex Flor. codice. Is enim habet: *& parum in societate potentia & concordes.* Vnde legendum suspicor: *& pari, in societate, potentia, & concordes.* vt sit sensus; Burrhum ac Senecam, in ea ministerij societate, fuisse pari potentia, atque etiam concordes.

Cap. 3. *Quibus otium est, vetera & præsentia contendere.*] Flor. ac Ven. *quibus otiosum est.*

Cap 5. *Vt astaret abditis à tergo foribus, velo discreta, quod visum arceret, aditus non adimeret.*] Lipsius legit, *auditus non adimeret.* quod ego non sperno. tamen vocem, *aditus*, puto defendi posse, hoc sensu: Volebat Agrippina in Senatu adesse, nec conspici, ideoque velo discreta sed aditum non adimebat, cum ibi essent abditæ fores, quibus secretiores amici ipsam adire, eiusque voluntatem super negocijs exquirere possent. Vel, vt ipsa aliquid filio, si opus esset, per nuncios significaret: vel potius, vt ipsamet Senatum ingrederetur, quandocunque libitum ei fuisset. Statim namque sequitur, eam coram legatis Armeniorum, præsidere cum Imperatore voluisse. Itaque visus, refertur ad velum; aditus, ad fores. Tamen melius legas, *aditum*; vel, si magis probes, *auditum*, cum præesserit, *visum*. De simili errore dixi lib. 12. cap. 30. in voce, *dominationes.*

Eod. *Escendere suggestum Imperatoris.*] Verbum hoc, *exscendere*, à Lipsio ex Farnes. Codice restitutum, est etiam in Flor. sicut paulo post, verbum, *anquirebant.*

Cap. 6. *Contra alij melius euenisse dixerunt.*] Rectius, credo, le-

gitur in Floren. *euenisse differunt.* Sic supra, *plures tuta differunt.* Infra: *& morte eius accensum populi fauorem differunt.*

Eod. *Apud Egas ciuitatem Ciliciæ obuium Quadratum habuit.* Flor. *Egeas.* vnde Lipsius legit, *Ægeas.*

Cap. 8. *Etiam specie inanium validus.*] Lipsius ait, ita se restituisse. credo autem ex libris. nam in Veneto non aliter legitur. Flor. autem habet, *specie in animum.*

Cap. 9. *Et Vologeses, quo bellum ex æquo modo pararet.*] Flor. habet, *ex quo modo.* Restitue ergo, *ex commodo.* quod etiam Mercero ac Mureto probatur.

Eod. *Accepitque eos Centurio Hostorius.*] Flor. *Centurio Hisp eius.*

Eod. *Forte priore de causa adito Rege.*] Muretus legit. *forte prior a de causa adito Rege.* quod probo.

Eod. *Et recipere obsides iubet.*] Flor. *reciperare.*

Eod. *Ne diutius externis spectaculo esset.*] Venetus Codex addit *quod ne diutius,* &c.

Eod. *Et inclinatione quadam etiam hostium.*] Idem Venetus, aliique veteres habent; *& inclinationem quandam.*

Cap. 10. *Aut Iulius Densus Equester.*] Corrigit Muretus, *Equerom.*

Cap. 12. *Ne seuerioribus quidem Principis amicis aduersantibus* Flor. habet. *ne senioribus quidem.* tamen altera lectio mihi magis probatur.

Cap. 13. *Exueret obsequium in matrem, Senecæque permitteret.* Hic locus corrupte vbique legitur. In Flor. est, *seque nece*, atque in margine, *senececque.* Lipsius hærere se ait. Ego autem legendum puto, *Senecaque permitteret.* id est, neque Seneca Neroni in hoc aduersaretur; vel Agrippinæ odio; vel metu, ne in stupra feminarum illustrium prorumperet Nero, si à muliercula Acte diuelleretur, matrique ob emperaret. Lucem huic sensui affert, quod Tacitus dixit infra, in principio libri 13. *Hæc atque talia lacrymis & arte adulteræ penetrantia, nemo prohibebat, cupientibus cunctis infringi matris potentiam.*

Cap. 13. *Orbantque caueri insidias mulieris.*] Flor. habet, *cauere* forte legendum, *caueret.*

Cap. 15. *Inter alia æqualium ludicra, regnum lusu sortientium.* Nescio quid sibi Florentinus velit, qui habe : *ludrica R regnum lusu sortientium.*

Eod. *Parari venenum iubet, ministro Pollione Iulio.*] Copulam addit Flor. *pararique venenum iubet.*

Cap. 16. *Frigida in aqua affunditur venenum.*] Editi veteres omnes habent, *infunditur.* Sic supra, *infusum delectabili cibo boletorum venenum.* At in Flor. leg tur, *affunditur.*

Cap. 17. *Prouiso ante funebri apparatu.*] Flor. *funebri paratu.*

Ed.

Eod. *In campo tamen Martio sepultus est.*] Idem, *Martis.* Sic infra, lib. 2. hist. *apud campum Martis Cæsar extruxerat.*

Eod. *Et insociabile regnum existimantes.*] Idem Flor. ac Venetus, habent, *extimantes.*

Eod. *Illusisse pueritiæ Britannici Neronem.*] In ijsdem libris legitur, *illusum esse pueritiæ.* quod corruptum censeo.

Cap. 19. *Insignis genere, forma lasciua.*] Iidem libri habent; *forma, lasciuia.*

Non vetera, & sæpius iam audita deferens.] Nulla adhuc delatio, quam postea factam à Paride histrione tradit. Ideo melius ex Flor. legas, *differens.* sic libro 1. Annal. *pars multo maxima imminentes dominos variis rumoribus differebant.* Lib. 3. Annal. *differrique etiam per externos, tamquam veneno interceptus esset.* Lib. 4. Annal. *differtur per manipulos, Tacfarinatem omnes notum, in prœliis consectentur.*

Eod. *Coniugioque eius etiam imperio remp. rursus inuadere.*] Turpe vitium hic latet. nam quid significat, inuadere remp. imperio? neque ego de mendo suspicatus fuissem, nisi illud Flor. codex saltem ostendisset. In eo enim legitur: *etiam perio.* Si Oedipus essem, diuinarem, Tacitum scripsisse: *coniugioque eius etiam pacto, remp. rursus inuadere.* sic infra, *suum matrimonium promittens, ac nuptias eius pactus.*

Cap. 20. *Solitus alioquin id temporis lusus principis intendere.*] Rhenanus reposuit vocem, *lusus*, cum in Floren. & alijs veteribus libris legeretur, *luxus.* quod rectum videtur, nec à Lipsio improbatur.

Eod. *Refutare tenebras, & vigilatam conuiuio noctem.*] hærentem sententiam Lipsius explicari posse putat, si legatur: *reputaret tenebras.* Ego in vulgata lectione nihil difficultatis inuenio. nam cum dixisset Burrhus, non adesse accusatores, ac tantum afferri vocem vnius ex inimica domo, sequitur, vocem illam refutare tenebras, hoc est, refutari debere à tenebris, atque à nocte in conuiuio vigilata.

Cap. 24. *Et plebs daret experimentum,* &c.] In Flor. & in alijs veteribus, fere semper scribitur, *plebes*, prisco more.

Cap. 25. *Et quidam simili licentia, sub nomine Neronis,* &c.] Auctior hic Flor. *& quidam permissa semel licentia.*

Eod. *Multi propriis cum globis eadem exercebant.*] Lipsius legit *multi.* quod à Flor. etiam confirmatur.

Qui rixarum initia modica & quasi priuata sinerent.] Muretus ex coniectura legebat, *sererent*, quod mihi falsum videtur. Probabile enim est, milites & gladiatores illos, Principem sequi solitos fuisse, spatio aliquo interiecto, ac dissimulatos: illum vero tamquam solum prægredientem, ac nonnunquam rixas cum transeuntibus quærentem, iussisse, vt dum modice ac sine pe-

riculo res ageretur, ipsi priuatas illas rixas finerent, neque acce-
rerent; propterea quod is, sine vrgenti occasione, agnosci noleb-
Sed si à læsis validius resisteretur, tunc subsidio adessent, armaq-
inferrent.

Eod. *A læsis validius ageretur, arma inferebant.*] Rectius Ve-
tus, *arma inferrent:* cum supra dixerit, *finerent.*

Cap. 26. *Perscripsere tamen consensum Senatus. Ille auctor con-
stitutionis fieret.*] Recte hæc se habere videntur. Perscripsere en-
Consules Principi sententiam Senatus, vt scilicet ille fieret co-
stitutionis auctor, si vellet. dictumque est eo modo, quo supra *je-
ctaret populus hunc decore imperatorio.* & infra, *de Lepida Cæsar je-
tueret.* Floren. tamen habet: *Ille an auctor.* ideo suspicor mend-
esse hæc, vt sequentia. Cum autem Rhenanus affirmet, in Bud-
si codice legi, *in consensum*, ego inde libenter restituerem: *perscri-
re tamen ei consensum Senatus.*

Eod. *Vi an æquo cum patronis iure agerent.*] Nihil iuuat hic F-
nisi quod in eo legitur: *vi ne an æquo*, &c. *ac verberibus*, &c. *imp-
re vel pœnam*, &c. Muretus autem ex ingenio totum locum
legit: *vt nec æquo cum patronis iure agerent, sed iam coram insu-
rent, ac verberibus manus vltro intenderent impune, vel pœna-
gaudentes* Sed & ipse, credo, operam ludit, sine ope librorum.

Eod. *Ac criminum manifestos merito ad seruitutẽ retrahi*] F-
habet, *At criminum.* quod rectum puto. atque intelligo illud re-
trahi, id est, retrahendos esse, vel retrahi debere.

Cap. 27. *In commune nihil derogent.*] Muretus legit, *deroga-
rent.* quod etsi rectius videatur, cum præcedat, *expenderent:* tamen
Tacitus plerunque tempora verborum simili modo variare
solet.

Cap. 28. *Comprobauere Patres, incusata Antistij licentia.*] Male
Muretus, qui corrigit; *non probauere Patres.* imo comprobaue-
scilicet prætoris factum.

Cap. 29. *Dein ambitu suffragiorum suspecto.*] Flor. *deinde am-
bitu.*

Cap. 30. *Veneno damnationem anteuertit.*] Idem, *anteijt.*

Eod. *Aminius Rebius ex primoribus peritia legum*] Idem Flo. C-
Aminius Rebius.

Cap. 31. *Plebeique congiarium quadrageni nummi viritim d-
Corrigit Lipsius, *quadringeni.* quod vere conuenit cum scri-
Flor. codicis, qui habet, *quadrigeni.* Idemque etiam Venetus.

Eod. *Dum quæ libidine deliquerat, ambitu propugnant.*] Ve-
habet, *propugnabant.*

Cap. 36. *Ne pugnam priores adirent prædicit.*] Lipsius ex Va-
git, *auderent.* hoc idem annuit noster, qui habet, *audirent.*

Cap. 37. *Plura fama quam pugna extrahere.*] Lipsius ex c-
Vat. codice restituit, *exterrere.* quod verbum est etiam in Flo &
Veneto tamen verbum, *extrahere*, quod Rhenanus testat-

n Budensi libro, valde mihi probabatur, præsertim respectu il- ius vocis, *plura*. Vt sit sensus: Vologeses plura (scilicet oppida, ca- tella, vicos) extrahebat, siue eripiebat è manibus incolarum, at- que sibi acquirebat fama, quam pugna. Alias non dixisset, plu a- ed plus xterrere.

Interfecto filio Rhadamisto, quasi proditore sui.] A Flor. best illud, *sui*, vel, vt in alijs legitur, *suo*, sed tantum ait: *quasi pro- ditore.*

Eod. *Tunc quoque primum illecti Isichi.*] Flor. *Tuncque primum llecti Insichi.*

Eod. *Gens haud alias socia romanis.*] Libri omnes habẽt, *gens an- e alias.* quod Lipsius mutauit, *haud alias.* Namque (ait ill) si tunc rimum illecti, ergo non socij erant ante alios. Nec ego iudi- ium eius improbo. Tamen prisca lectio fortasse defendi poterit, intelligamus, Tacitum loqui de suo sæculo, dum ait, Isichos uisse socios romanis, ante alias gentes: ac tunc, scilicet historiæ lius tempore, fuisse societatis & amicitiæ principium. Quod onfirmare videntur verba illa: *tunc primum illecti:* quę signifi ant, os sequentibus etiam temporibus sæpe adfuisse romanis, atque societate & amicitia constanter perseuerauisse, ante alios i lius egionis populos.

Eod. *Quia causa quamvi agere mallet.*] Flor. *mallent.* quod pro- o: vt sermo sit de ambobus, scilicet Vologese ac Tiridate.

Eod. *Sæpius clade romana expertam.*] Add tidem Flor. *sæpius am clade, &c.*

Cap. 38. *Et hinc maiorem afferri, vt dolus patraretur.*] Idem, *pa- aretur.*

Cap. 39. *Isteo Capitoni castrorum præfecto.*] In Flor. legitur, *In- eio.* sicut Lipsius ait, appel ari eum in lapidibus.

Cap. 40. *Statuit postremo ostendere aciem, & dato die prœlium in- pere.*] Legendum puto, *& claro die.* sic paulo infra dixit, *propin- uis iam tenebris abscessit.*

Eod. *In cornibus pedes sagittarius, & cetera manus equitum ibat.*] Turetus legit, *pedes sagittarijque.*

Eod. *Productior cornu in sinistro per ima collium.*] In Flor. legi- ur, *productiore corn' in sinistro.* Alij iudicent.

Cap. 4 . *Nam cuncta extra tecta hactenus sole illustria fuere.*] um Flo . habeat, *tectis*; ego legendum & distinguendum puto: *am cuncta extra, tectis hactenus, sole illustria fuere.*

Cap 42. *Inuidere iis, qui viuidam & incorruptam eloquentiam, c.*] Flor *liuere iis.*

Cap. 43. *Quam veterem ac olim partam dignationem subitæ feli- tati submitteret.*] Corruptum puto illud, *ac olim*, cum neque a li- ris sit, neque necessarium: dixit enim, *veterem*, quod vnum & i- m est. In Flor. codice etiam corrupte legitur: *veterem ac do*

partam: duoque alij Manuscripti habent; *ac deo partam*. Putaui forte legendum esse; *ac diu partam*, id est, per diuturnum temporis spatium, multorumque annorum seriem. Vulgatam quidem lectionem ferrem, si libri annuerent. nam & in libello de caussis corruptæ eloquētiæ, legitur: *quosdam veteres, & olim natos*.

Eod. *Mox quia inquisitionem annuam impetrauerat.*] Dubito an emendatior sit Flor. qui habet, *impetrauerant*: vt ad accusatores referatur: qui cum idoneis testibus instructi non essent ad accusationem probandam, petierint & impetrauerint annuam inquisitionem, vt in Asiam mittere possent. Quod cum nimis longum videretur ijs qui Suilium peruertere statim cupiebant, suaserunt accusatoribus, vt potius suburbana crimina inciperent, quorum obuij testes erant, atque Asiatica differrent. Nam si verbum, *impetrauerat*, ad Suilium referendum esset, dixisset potius, defensionem annuam, quam inquisitionem; cum inquisitio ad accusatores & ad Iudices pertineat, defensio autem ad reos. Confirmari videtur etiam hic sensus infra, vbi Tacitus ait: *Siluanum magna vis accusatorum circumsteterat, poscebatque tempus euocandorum testium, reus illico defendi postulabat*.

Eod. *Cur enim neminem alium electum.*] Flor. delectum.

Cap. 45. *Maiorum reip. malorum initium fecit.*] Idem, *magnorum reip. malorum*.

Cap. 46. *Sibi concessam dictitans nobilitatem*, &c.] Lipsius mendum hic notat, quod ego non sentio. subintelligitur enim concessam à dijs, vel à propitia sorte.

Cap. 47. *Maxime suspecta & nullius ausi capax natura eius.*] Restituenda copula ex Flor. *maximeq; suspecta*.

Cap. 48. *Quas diuersas Senatorius ordo, plebsque ad Senatum referat.*] Affirmat Rhenanus, à codice Budensi abesse vocabulum *Senatorius*, quod ego à Librario omissum existimabam. Sed cum ab optimo etiam Flor. absit; suspicatus sum, an ex Taciti mente delendum sit. Alij iudicent.

Cap. 49. *Præbuissetque materiam obtrectatoribus,*] In Florentino scribitur, *materiem*.

Cap. 50. *Dubitauit Nero, an cuncta vectigalia omitti iuberet.*] Non sperno. Sed Taciti magis proprium videretur, *vectigalia emitti*. sic supra, pag. 313. *vectigal quoque quintæ & vicesimæ venalium mancipiorum remissum*. infra, 459. *Flagitatum, vt vacationes præstari centurionibus solitæ remitterentur*. 583. vbi legitur, *his tributa dimittere*; Lipsius, *remittere*, restituendum putat.

Cap. 53. *In Rhenum, exin Oceanum decurrerent.*] Legendum puto, *in Rhenum, & in Oceanum*.

Quo plerunque prohibentur conatu honesti.] & hic corrigendum censeo; *quomodo plerunque*.

Cap.54. *Qui nationem eam regebant, in qua tum Germani regnabant.*] Vere vitiosus locus, quem tamen existimo à vetere nostro Florentino optime sanari. Is enim habet, *in quantum Germani regnantur.* hoc est, regebant eam nationem, eo more, quo Germani regnari, vel regi, soliti erant, scilicet iuxta libertatem. Sic Tacitus de moribus Germ. *Trans Lygios Gothones regnantur, paulo iam adductius, quam ceteræ Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem.*

Eod. *Digrediunturque, & inter Patres considunt.*] Flor. habet, *degrediunturque.* Vere: nam ex altioribus gradibus ad inferiores descendendum erat, vt inter Patres considerent.

Eod. *Quasi impetus antiqui & bona æmulatio.*] Libri veteres omnes habent, *& bona æmulatione.* quod ego sane non improbo, licet aliter Rhenanus senserit. Ait enim Tacitus libertatem illam Germanorum comiter fuisse à visentibus exceptam, quasi præsetulisset aliquid impetus antiqui, & bona æmulatione factum.

Cap.55. *Stipendia meruisse, quinquaginta annorum obsequio.*] Addit Flor. *& quinquaginta annorum.*

Eod. *Quotam partem campi iacere, in quam pecora & armenta militum aliquando transmitterentur?*] Lipsius legit, *quo tantam*; aut, *quo eam.* At mihi vulgata lectio probatur, sed hac distinctione: *Quotam partem campi iacere? in quam pecora & armenta militum aliquando transmitterentur.* Quasi dicat: exigua pars campi est, quam petimus, ac modo iacet; & quæ nulli vsui vobis erit, nisi quod in eam armenta & pecora militum quandoque transmittetis.

Eod. *Seruarent sane receptos gregibus inter hominum famam.*] Corruptus videtur hic locus, nec iuuant libri veteres tamen. vtcumque potest esse integer, hoc sensu. Seruarent Romani campos receptos, id est, sepositos pro gregibus: at seruarent etiam hominum famam, ne scilicet palam fieret, meliori conditione esse bestias, quam homines, cum his desit terra in qua viuant, illis vero supersit. Sed pro, *inter*, legerem, *intra*; vt sit, intra famam, hoc est, seruata fama.

Eod. *Sicut cœlũ diis, ita terras generi mortalium datas.*] Flor. *sicuti.* Plurima nimis leuia persequor. cuicumque tamen ea neglegere, in integro est, tamquam si monita non fuissent.

Eod. *Quæque sint vacua, eas publicas esse.*] Abest à Flor. verbum, *sint.* ac recte abesse potest.

Cap.56. *Deesse nobis terra in qua viuamus, in qua moriamur non potest.*] Ita ex ingenio emendauit hunc locum Rhenanus, cum sit in libris omnibus deprauatus. Flor. habet: *Deesse nobis terram viuam, in qua moriamur non potest.* Venetus autem *terra viua*, ergo sic legerem: *Deesse nobis terra viuis, in qua moriamur non*

poteſt.quaſi hoc dicat: Armati terram occupabimus, ibique pugnando moriemur.

Cap.57.*Eluuie maris areſcente vnda, ſed ſuper ardentem arborum ſtruem fuſa.*] Valde mihi arridet Muretus, qui modica tranſpoſitione legit: *eluuie maris areſcente, ſed vnda ſuper ardentem arborum ſtruem fuſa*.proculdubio verius.

Eod.*Contrariis inter ſe elementis.*] Flor.*ex contrariis.*

Eod. *Sed bellum Hermunduris proſperum, Cattis exitio fuit.*] Aliter Flor.*Cattis exitioſius fuit.*

Eod. *Sed ciuitas Iuhonum ſocia nobis.*] Flor. *Sed ciuitas Vibonum.*

Cap.58.*Prodigij loco habitum eſt, donec in nouos fœtus reuiuiſceret.*] In eodem Floren legitur,*reuiuiſceret.*

ANNALIVM LIB. XIV.

CAP. I. *Aliquando per facetias incuſare principem, & pupillum vocare.*] Flor. *incuſaret principem, & pupillum vocaret.*

Cap.2.*Iamque laſciua oſcula, prænuntias flagitij blanditias.*] Reſtitue copulam ex Floren *& prænuntias.*

Cap.3.*Additurum principem defunctæ templum, & aras & cetera oſtentandæ pietatis.*] Floren.& Ven.*pietati.*

Cap.4.*Acciperetque Agrippinam, facili feminarum credulitate.*] Suſpicor legendum; *deciperetque Agrippinam.*

Eod.*Ibi blandimentum ſubleuauit metum.*] Muretus legit,*blandimentis.*

Siue explenda ſimulatione.] forte melius: *ſiue explendæ ſimulationi.*

Cap.5.*Preſſusque Crepereius, & ſtatim exanimatus.*] In Flor. ac Ven. additur verbum; *& ſtatim exanimatus eſt.* ſed quia Tacitus phraſim non olet, ego potius legerem; *exanimatus. At Agrippina*,&c.

Eod.*Eminentibus tecti parietibus forte validioribus, quamuis oneri cederent.*] Cum Flor.addat, *ac forte validioribus*; ego legendum arbitror:*ac forte validioribus, quam vt oneri cederent.*

Eod.*Et quod plerique ignari conſcios impediebant.*] Reſtitue ex Floren.ac Ven.*ignari etiam conſcios.*

Eod. *Viſum dehinc remigibus vnum in latus inclinare.*] Mihi magis probatur priſca lectio, præſertim Ven codicis, id eſt; *Iuſſu dehinc remigibus.* quod clare confirmatur ex ſequentibus verbis, *in rem ſubitam.* Neque credendum eſt, rem ges ipſos, coniurationis ignaros, ſubmergere nauem voluiſſe, in qua Principis mater vehebatur.

Eod. *Verum Acerronia imprudens.*] Flor. habet, *imprudentia.*

Eod.

Eod. *Contis, & remis, & quæ fors obtulerat.*] Idē, *& quæ fors,* &c.

Eod. *Lucrinum in lacum vectam, villæ suæ inferũt.*] Melius Flor. *ucrinum in lacum vecta, villa suæ infertur.*

Cap. 7. *Nisi quod Burrhus & Seneca expergiscerentur.*] Libri ve-eres corrupte habent, *expergens.* Alij legunt, *expedirent.* forte, *eperirent.*

Eod. *Et eo descensum credebant.*] Floren. *an eo descensum.*

Eod. *Ad illam vocem Nero, illo sibi die dari Imperium,* &c.] Idem lor. *Ad eam vocem.*

Cap. 8. *Clamore diuersa rogantium.*] Idem, *rogitantium.*

Eod. *Aliam fere litore faciem nũc, solitudinem,* &c.] In libris o-nnibus corruptus est hic locus. ac Flor. codicis lectio est: *aliam re lateret.* Quorum verborum correctionem vtcumque tenta-imus. Supra ostensum est, vulgato Agrippinæ periculo ingentem nultitudinem adfluxisse cum luminibus, atque omne litus com-letum fuisse. Quum deinde incolumem eam esse pernotuit, o-nnes, vt eidem gratularentur, expectasse, donec aspectu armati c minitantis agminis disiecti fuerunt. Agrippina autem, quæ, lomum ingressa, vulgi huius lætas voces audierat, ac luminibus ollucentem oram viderat, anxia deinde erat, quod circum vil-am & litus repentinam solitudinem ac tenebras aspiceret. Idque ridentur indicare verba illa corrupta, quæ sic fortasse restitui po-erunt: *aliam foris, litoreque faciem, nunc solitudinem,* &c. aliam cilicet esse, quam modo fuisset.

Cap. 9. *Neque dum Nero rerum potiebatur, congesta aut clausa humo.*] Videtur legendum, *humus.* quod etiam Flor. indicat, licet ibi literæ, *us,* deletæ sint, ac supra repositum, *o.*

Cap. 10 *Prehensantium manu gratantiumque.*] Flor. & Ven. ha-bent, *manum,* quod rectius videtur.

Eod. *Ac morti parentis illacrymans.*] Iidem libri: *ac morte pa-rentis.*

Eod. *Obuersabatur maris illius & litorum grauis aspectus.*] Re-stitue copulam ex Floren. *obuersabaturq;.*

Cap. 11. *Et luisse eam pœnam ea consctetia, qua scelus parauisset.*] A Floren. & Ven. abest vox, *ea,* & recte.

Eod. *At posteaquam frustra oblata sint.*] Perspicuum mendum Lipsius notat in verbo, *oblata* ego tamen existimo sic interpretari posse: posteaquam Agrippinæ frustra hæ spes, vel cogitationes ob-latæ sint, atque irritæ ceciderint.

Cap. 13. *An obsequium Senatus, an studia plebis repeteret anxio.*] Floren. & Ven. habent, *reperiret.* quod absque dubio rectum pu-to. Nero enim anxius erat, si vrbem ingrederetur, an in Senatu ob-sequium, an in plebe studia erga se, reperturus esset. Quod cla-rius apparet ex sequentibus verbis suorum, qui ei suadebant, vt nihil timeret, atque audacter pergeret, cum de popul fauo-

re, morte Agrippinæ accenſo, non eſſet dubitandum.

Eod. *Simul progredi expoſcunt.*] Flor. habet, *prægredi.*

Cap. 14. *Vetus illi copia erat, curriculo quadrigarum inſiſtere.*] Ego mallem; *Vetus illi cupido erat*: vt Lipſius dubitat, ac Muretus etiam probatur. Inferius enim oſtenditur, adeo hæc illum concupiſſe, vt iam ſiſti non poſſet: atque ideo Senecæ ac Burrho viſum, ne vtroque peruinceret, alterum concedere. Sic infra: *acriore in dies cupidine adigebatur Nero, promiſcuas ſcenas frequentandi.*

Eod. *Ne vtroque peruinceret, alterum concedere.*] Forte melius Floren. *ne vtraque.* hoc eſt illa duo quæ cupiebat.

Eod. *Mox vltro vocari populus Romanus, laudibus extollere.*] Adde copulam ex Flor. *laudibuſque extollere.*

Eod. *Et ſi eo Princeps trahat, lætum.*] Flor. *& ſi eodem Princeps trahat.*

Eod. *Ratuſque dedecus amoliri, ſi plures fœdaſſet.*] Rectius legitur in Flor. *dedecus molliri*: id eſt, minui.

Cap. 16. *Nec dum inſignis ætatis nati, conſidere ſimul,* &c.] Muretus in libello Variarum lectionum, lib. 15. cap. 2. hunc locum ſic emendare tentauit: *contractis quibus aliqua pangendi facultas, nec dum inſignis erat. Ii conſidere ſimul,* &c. Ingreſſus eſt viam, ſed non pergit. Nam cum ex voce, *ætatis*, reſtituat, *erat ij*: bene ille quidem; quod autem vocem, *nati*, vt ſuperuacuam reiicit, ego potius illam leuiter immutarem, ac reſcriberem, *iuſſi.* modus enim dicendi eſt, Tacito vſitatus. Sic infra, *iuſſi id accuſatores obijcere*: Item: *Iuſſi armari legiones.* Hunc itaque locum ſic legendum arbitror: *contractis quibus aliqua pangendi facultas, nec dum inſignis erat. Ii iuſsi conſidere ſimul,* &c. Vitioſa tamen hæc omnia ſuſpicor.

Eod. *Et allatos, vel ibidem repertos verſus connectere.*] Nihil ſinceri ex Flor. eruitur. Is enim legit, *& ablatos.* forte, *oblatos.*

Eod. *Vtque contraria aſſeuerantium diſcordia eruebantur.*] Legendum puto, *eruerentur*, vt habet Venetus codex. Ait enim, Neronem poſt epulas, etiam doctores ſapientiæ auſcultauiſſe, ea quoque mente, vt diſcordiæ, diſputando, eruerentur inter contraria aſſeuerantes. In Flor. corrupte legitur: *vtque contraria aſſeuerant tum diſcordia rueret'.*

Eod. *Nec deerant qui voce vultuque triſti inter oblectamenta regia ſpectari cuperent.*] Floren. *qui ore vultuque.*

Cap. 17. *Ac plerique liberorũ ac parentũ mortes deflebant.*] Corrige ex Flor. *aut parentum.*

Cap. 18. *Princeps probata Strabonis ſententia.*] Vox, *Princeps*, à Flor. abeſt, & illius vice legitur: *Ne probata.* ex quo ego reſtituendum puto: *Nero probata Strabonis ſententia.*

Cap. 19. *Et elegantia vitæ, quam clariorẽ effecit, vt par ingen*

ta morum diuersus.] Lipsius transponit: *& quem elegantia vitæ clariorem effecit.* Ego nihil mutarem. Clanculum in Seruilio notat luxum, ac nimis lautam vitam, tanquam romano Senatori parum decentem. Is enim hic elegantiæ sensus, sicuti infra, dixit de C. Petronio, qui fuit *erudito luxu*, ac Neroni *elegantiæ arbiter.* Ait itaque, Seruilium illam elegantem vitam clariorem notabilioremq; effecisse, propter eximias ipsi⁹ virtutes, ac nobile ingenium, mores tamen diuersos.

Cap. 20. *Si consideret, theatro totos dies ignauia continuaret.*] Mallet Muretus, *ne si consideret.* quod mihi non placet. Sunt enim incusantium verba. qui postquam dixissent, vetustis temporibus populum stantem spectauisse ludos, sequuntur: nam si consideret, ignauia populi dies totos in theatro continuaret. atque accipio vocem, *ignauia*, esse in primo casu, non autem in sexto, vt in postrema editione notatur. Flor. nihil aliud discrepat, nisi quod distinguit: *si consideret theatro, dies totos ignauia continuaret.*

Eod. *An iustitiam augurij, & decurias equitum,*] &c. Vere vitiosus locus, atque ego vereor, ne temeritatis arguar, cum desperatis manum adhibere audeam. Attamen quid mihi super hoc loco in mentem venerit, non reticebo. Paulo supra dixit Tacitus, conscripsisse Neronem Romanos equites, cognomento Augustanorum. ad hos derisionis causa puto eum alludere hic. Ideoque sic verba hæc emendari posse videntur. *An institutos Augustanos, ac decurias equitum,* &c. certe non longe absunt à vitiosæ scripturæ vestigiis.

Eod. *Si fractos sonos, & dulcedinem vocum perite audissent?*] Videtur legendum, *edidissent.*

Cap. 21. *Neque quemquam Romæ honestò loco ortum.*] Malus vocum sonus. Rescribe ergo ex librorum veterum fide: *nec quēquam.*

Eod. *Eloquentiæ primas partes nemo tulit.*] Vox, *partes,* quam Lipsius ait non esse in Farn. codice, abest etiam à Flor. ideoque tollenda videtur.

Eod. *Græci amictus, quos per eos dies plerique incesserant.*] Cum in Flor. Codice scriptum sit: *qo per eos dies*; dubito an scribere voluerit, *quomodo per eos dies,* vt aliquando solet. & sic recte se habeter hic locus.

Cap. 22. *Et omnium ore Rubellius Platus celebratur.*] Muretus legit, *celebrabatur.*

Eod. *Consuleret sibi & turbis, seque praue diffamantibus subtraheret.*] Vitium aliquod hic latet, quod fortasse ex Flor. sanabitur. Is enim habet: *consulere quieturbis.* vnde ego legendum puto: *consuleret quieti vrbis.*

Cap. 25. *At præsidium regium, quod ferox iuuentus clauserat.*] Muretus legit: *quo ferox iuuentus clausa erat.* forte melius, *quo ferox iuuentus se clauserat.* Nisi potius capiendum sit, *præsidium,* pro

ipſis regiis caſtris, quæ clauſſa eſſent, id eſt, munita ac firmata feroci inuentute. & ſic communis lectio recte ſe haberet.

Eod. *Demum irrumpentium armis ceſſere.*] Addunt Flor. & Ven *Demum & irrumpentium.*

Cap. 28 *Vibij Criſpi fratris fauore enixus.*] Fauoris vox adulterina eſt. Flor. veræ lectioni afferet fortaſſe lucem, qui habet: *friſorib'*. Vnde ego reſtituendum puto: *fratris opibus enixus*. Idque clare ſcriptũ reperi in alio recentiori Manuſcripto, quẽ deinde cõtul

Cap. 29. *Præſidium poſthac impoſitum vicis.*] Lege ex Floren. & Veneto, *victis*.

Cap. 31. *Iam primum vxor Boudicea verberibus affecta.*] Auctior eſt Flor. *vxor eius Boudicea.*

Eod. *Commotis ad rebellionem Trinobantibus.*] Reſtitue ex Flo *ad rebellationem*. proba enim vox eſt, & à Valerio Maximo no ſemel vſurpata.

Eod. *Et qui alij nondum ſeruitio aſſuefacti.*] Probat Lipſius, vt le gatur, *ſeruitio facti*. idque habet etiam Flor. codex. ſic Cicero dixi *factus ad ludum & iocum*, id eſt, natus. Item Liuius lib. 1. *factus a imitationem ſtultitiæ*. quaſi dicat, compoſitus. Ac Tacitus infr *factus natura, & conſuetudine exercitus.*

Cap. 32. *Viſamque ſpeciem in æſtuario notam eſſe ſubuerſæ coloniæ* Manifeſtum vitium eſt in verbis, *notam eſſe*. Flor. habet: *in æſtuar tam eſæ*. Corrigo ergo: *in æſtuario Tameſæ ſubuerſæ coloniæ*. Ex hc fortaſſe nomen accepit Tameſis fluuius, apud Britannos hodie in clitus.

Cap. 33. *Copia negotiatorum, & commeatu maxime celebre.*] Flo habet. *& commeatuum*. haud dubie rectius.

Eod. *Omiſſis caſtellis præſidijſque militarium.*] Muretus legi *militum*. ego mallem, *militaribus*.

Eod. *Quod vberrimum ſpoliant, & deferentes in tutum.*] Flo habet, *& defendentibus in tutum*. Mercerus autem acute, & forta ſe vere, legit: *quod vberrimum ſpolianti, & defendentibus in tutur læti præda, & aliorum ſegnes, petebant*. ad prædam ſcilicet promp ad cetera ſegnes.

Eod. *Iis quæ memoraui locis occidiſſe conſtitit.*] Idẽ Flor. *cecidiſ*

Eod. *Tanquam reddituri ſupplicium, ac prærepta interim vltio feſtinabant*]. Lipſius mallet, *reddituris*. At mihi, *reddituri*, mag probatur: vt idem ſit, reddere ſupplicium, quod reddere pœna Ominabantur enim Barbari, ſe reddituros eſſe pœnas Roman & ideo prærepta vltione ſe interim ſatiabant.

Cap. 36 *Vt ſpernerent ſonoras barbarorum & inanes minas.*] V ra lectio, *ſonores*. quam repoſuit Lipſius ex Vat. Codice. nam in Floren. idem legitur.

Cap. 37. *Propius ſuggreſſus hoſtis certo iactu tela exhauſera* Valde dubito, num legendum ſit, *incerto iactu*. Mens enim Ta ti

ti est ostendere, barbarorum tela frustra exhausta, atque omnia fere in irritum iacta, idque indubie iudicari potest paulo infra, cum dicat, circiter octoginta millia Britannorum in ea acie cecidisse, Romanorum vero ferme quadringentos.

Eod. *Velut cuneis erupit.*] Lipsius ait, in Vat. codice legi. *velut cuneo.* quod Flor. etiam ac Venetus habent.

Cap. 39. *Tamquam durante bello, tradere exercitum Petronio,* &c.] Muretus legit: *quamquam durante bello.* quod ego minime ausculto. Nam bellum vere desierat post Suetonij victoriam, atque hostes iam cohibiti fuerant. Nero tamen, cum Suetonius paucas naues postea amisisset, hinc occasionē sumpsit, Petronium ei successorem mittendi, tamquam ad bellum perficiendum. fortasse ea etiam mente, vt ipse Petronius prætextu belli honorificentius proficisceretur, quam ad pacem prouinciæ conseruandam.

Cap. 40. *Igitur Fabianus tabulas iis quos memoraui,* &c.] In Flor. etiam videtur scriptum fuisse, *tabulasiis,* vt de Vat. codice testatur Lipsius sed à recentiori manu erasa fuit litera, *s,* & repositum, *tabulariis.*

Cap. 42. *Perculit is dies Pompeianum quoque Ælianum.*] Et Flor. & veteres omnes habent, *Pompeium.*

Eod. *Vt perinde pœna teneretur, ac si publico iudicio calumniæ condemnatus.*] A Flor. abest, *vt,* & recte. Sunt enim obliqua verba ipsius Senatusconsulti.

Eod. *Siue amore exoleti infensus.*] Suspicor legendum esse, *incensus.* Nam verba quæ sequuntur; *& dominum æmulum non tolerans,* eandem significationem habent, quam ea quæ dixerat, seruum fuisse domino infensum propter æmulationem.

Eod. *Pluribus nihil mutandum censentibus.*] Hic Florentinum codicem non audio, in quo legitur, *nihil multandum.* falso: cum dicat, Cassium inter illos fuisse, qui nihil mutandum censebant, id est, legis executionem suadebant.

Eod. *Ex quibus C. Cassius sententiæ loco,* &c.] Flor. *Ex quis C. Cassius.*

Cap. 43. *Simul quicquid hoc in nobis autoritatis est.*] Non de toto Senatu loquitur, sed intellige, *in nobis,* id est, in me.

Cap. 44. *Sane consilium occuluit, telum inter ignaros parauit.*] Flor. habet, *consilium occultauit.*

Eod. *Nam & ex fuso exercitu, cum decimus quisque fuste feritur, etiam strenui sortiuntur.*] Ambigo, an melius interrogatiue legatur in Ven. codice. *Num & ex fuso exercitu, cum decimus quisque fuste feritur, etiam strenui non sortiuntur?*

Cap. 45. *Conglobata multitudine, saxa ac faces minitante.*] Flor. ac Venetus habent, *minante.*

Eod. *Ne mos antiquus, quem misericordia non minuerat, per sæuitiam incenderetur.*] Rhenano, ac Mercero valde assentior, qui

legendum putant, *intenderetur*, quod valet, *augeretur*. verbum T[a]cito familiarissimum.

Cap. 46. *Statilium Taurum proconsulem ipsius.*] Floren. habe[t] *proconsule*: vt sæpe alias.

Cap. 48. *Quæ haud perinde exitium Antistio, quam imperato[ri] gloriam quæsiuit.*] Quam leui mutatione Mercerus hunc locu[m] optime sanauit! Legit enim (vt sciant quibus ipsius notæ non su[nt] ad manum) *qua haud perinde*, &c. sensus est, Capitonem non [a] mente Antistium accusauisse, vt illum peruerteret; sed vt à sena[tu] condemnaretur, quo Principi occasio gloriæ ac beneficii pat[e]fieret, illum morti eximendo. Ea igitur maiestatis lege Capit[o] quæsiuit, id est, quærere volebat, gloriam Principi; vt cond[e]mnatus, scilicet postquā condemnatus fuisset Antistius à Senat[u], Princeps iure tribunitiæ potestatis intercedendo, illum morti ex[i]meret.

Eod. *Quin insula publicatis bonis, quo longius sontem vitam tr[a]xisset*, &c.] Flor. habet, *qui in insula*. Ven. *quin in insulam*. forte le[gendum]: *quin in insula*.

Eod. *Eo priuatim miserior, & publicæ clementiæ maximum exem[plum] futurum,*] Muretus legit, *miseriorem*.

Cap 49. *Libertas Thraseæ silentium aliorum rupit.*] Ita reposu[it] Rhenanus, cum in veteribus libris omnibus, atque etiam in Flo[r.] legatur, *seruitium aliorum rupit*. Quam vocem ego certe non spe[r]nerem, cum ostendat, Senatores omnes adeo seruos fuisse, vt fer[e] loqui non auderent.

Eod. *Pedibus in sententiam eius iere, paucis exemtis.*] Flor. habe[t] *exeptis*. forte, *exceptis*.

Eod. *Data etiam absoluendi licentia.*] Flor. Ven. atq; etiam Bu[]denses, vt testatur Rhenanus, habent, *datam & absoluendi licen[]tiam*. quod magis mihi probatur, atque efficacius videtur. Qua[si] dicat, se olim dedisse illis licentian in similibus casibus, etiam ab[]soluendi; vt sit cum aliqua indignatione dictum. Vel intelligat d[e] eo negotio tantum: *datam*; scilicet dare se illis etiam absoluen[di] licentiam.

Cap. 50. *Qui multa & probrosa in patres & sacerdotes composui[s]set.*] Lege ex Flor. *quod multa*.

Cap. 51. *Illitum palatum noxio medicamine asseuerabant.*] Vo[ces] auctiores sunt Flor. & Ven. *illitum palatum eius noxio medica[]mine*.

Eod. *Cum ad visendum Princeps venisset, aspectum eius auersa[]tum:*] Et hic addunt: *Cum ad visendum eum Princeps venisset*.

Cap. 53. *At tu gratiam immēsam, innumeram pecuniam dedisti.*] In Flor. legitur, *innumeram pecuniam circumdedisti*.

Eod. *Tales hortos instruit, & per hæc suburbana incedit.*] Idē Flo[r.] *Tales hortos extruit*.

Cap. 5[]

Cap.55. *Attamē neutrū à se datis præmiis exuit.*] Idem; *ac tamen.*

Cap.56. *Inornatumque robur subsidio impensius regis.*] Vide quot uulnera veteres correctores intulerint. Erat quidem in Flor. codice, *ornatumque robur:* sed à moderno quodam interpolatore, qui locum non intellexerat, additum fuit, Ī, vt fieret, *inornatumque*, neque fefellit, quin recentem manum agnoscerem. Restituo ergo, *ornatumque*, scilicet à te. Quasi dicat: pòstquam robur ætatis meæ præceptis tuis ornasti, nunc tuo subsidio impensius regis.

Eod. *Seneca, qui finis omnium cum dominante, grates agit.*] Cum Floren. Venetus, aliique veteres constanter addant vocem, *sermonum*, id est; *Seneca, qui finis omnium cum dominante sermonum, grates agit.* ego illam minime spernendam censeo, ac sublatam fuisse miror. Optima namque sententia est; omnium sermonum qui cum Principe habentur, finem esse, gratias agere.

Cap.57. *Cui caueri vtcumque ab vrbanis insidiis præsentia.*] Flor. habet, *præsentiora.* vnde suspicor legendum esse, *præsenti ore.*

Eod. *Relatum caput eius illusit Nero, tamquam præmatura canitie deforme.*] Idem Flor. habet; *Prælatū caput eius.* forte, *Perlatum.* sic infra, *Perlatum, & paludamento opertum.* Tamen paulo infra, pag. seq. ait: *Caput interfecti relatum.*

Cap.58. *Hæc in ore famæ, credentium otio agebantur.*] Flor. *Hæc ore famæ, credentium otio agebantur.* quod si restituas, *augebantur*; redderetur locus iuxta Modii correctionem à Lipsio etiam probatam. Sic hist. lib. 4. *veraq; & falsa, more famæ, in maius innotuere.*

Eod. *Nuptias Poppææ ob eiusmodi terrores dilatas, maturare parat.*] Muretus legit. *paras.* vere, nam verba sunt Neronis sibi ipsi loquentis.

Cap.60. *Postquam cuncta scelerum pro egregiis accipi videt.*] Auctior voce Florentinus, *scelerum suorum.*

Eod. *Eucerus, natione Alexandrinus.*] Flor. Ven. & alii veteres habent, *natione Alexandrina.*

Eod. *Canere tibiis doctus.*] Floren. *canere per tibias doctus.*

Eod. *Mouetur tamē primo ciuilis dissidij specie.*] Forte aptius legas, *commouetur.*

Cap.61. *Poppææ honos repositus est.*] Restitue ex Flor. & *Poppææ imos.*

Cap.62. *Et quæstionibus ancillarum eluserat.*] forte legendum: *quæstio omnis ancillarum eluserat.* vel, vt Lipsio placet, *elusa erat.*

Eod. *Quia grauiorum facinorum ministri, tamquam exprobrantes aspiciuntur.*] Flor. habet, *quia malorum facinorum.*

Cap.63. *Præfectum spe sociādæ classis corruptum.*] In eodem Flor. legitur, *Præfectum in spem sociandæ classis.*

Eod. *Melioris olim fortunæ recordatione leuabant.*] Idem Flor. & Venetus; *alleuabant.*

Cap.64. *Cōmuneq; Germanici, & postremo Agrippinæ nomē cieret.*]

Iidem libri habent, *communesque Germanicos*. Mercerus aut
nihil mutandum censet. Ait enim, commune Octauiæ cum N
rone nomen Germanici, qui Neroni auus, Octauiæ patruus. co
mune item Agrippinæ, quæ Neroni mater, Octauiæ patruelis
propter Claudii matrimonium matris loco.

ANNALIVM LIB. XV.

CAP. 4. *Inerant milites & prouisi ante commeatus.* Restitue
copula ex Flor. ac Veneto: *Inerantque milites.*

Cap. 10. *Tria millia dilectorum proximo Tauri iugo imposu*
Aliter legitur in Flor. *tria millia delecti pedites proximo*, &c. to
delecti peditus.

Eod. *Qui in vnum habitus, vagum hostem promptius sustenta*
set.] Floren. habet, *qui in vno habitus.*

Eod. *Ægre compulsum ferunt, vt instantem Corbuloni fateret*
Libri veteres, atque inter illos Flor noster addunt: *& ægre co*
pulsum ferunt. sustulit Rhenanus particulam, *&*, sine causa, n
idem valet hic, quod, *etiam*. Quæ sequuntur verba, ego libe
legerim, *vt instantia Corbuloni fateretur.*

Cap. 11. *Facta sæpius eruptione.*] Et hic excidit, aut sublata
copula: quam ex Flor. repone; *factaque sæpius eruptione.*

Eod. *Se fidem interim, donec vita suppeditet, retenturum.*] Me
puto legi in Flor. & in Ven. *retenturos*: vt ad ipsum ducem, & ad
exercitum referatur.

Cap. 12. *Præter, alia assueta bello.*] Flor. *sueta.*

Vbi par eorum numerus adipisceretur] Corrigit Lipsius, *aspice*
tur. quod eo magis verum censeo, quod in Flor. legitur, *apisce*
tur. vt facilis fuerit lapsus.

Cap. 13. *Modo castellum, quo imbellis ætas defendebatur, oppug*
re.] Flor. habet, *adpugnare.*

Eod. *Et alij propria ignauia, vt Corbulonem opperientes.*] Ita Rhe
nanus mutauit, cum in Flor. & aliis veteribus legatur; *aut Corbu*
lonem opperientes. quod mihi non displicet, vt intelligatur, eo qu
Corbulonem opperiebantur, non ignauia id facere, sed for
prudenti consilio. Venetus quoque addit; *aut metu, Corbulonem*
opperientes, alio, nec malo, sensu, dummodo sit à libris.

Cap. 14. *Et si qui duces obtinendæ donandæve Armeniæ egerant.*
Lectio Flor. codicis est: *& si qua ces. obtinendæ*, &c. vnde sus
legendum esse: *& si qua Cæsares.*

Eod. *Imaginem retinendi donandive penes nos.*] In eodem lo
legitur, *retinendi largiendive.*

Cap. 15. *Interim fluuio Arsameti, is castra præfluebat, pontem*
posuit.] Flor. *flumini Arsameti.*

Eod. *Nam & munimenta ingressi sunt.*] Idem Flor. ac Venetus, *Namque & munimenta.*

Eod. *Antequam agmen Romanum decederet.*] Iidem libri, *excederet.*

Eod. *Et proximus quisque regi vi equorum perrumpere.*] De- mendo suspicatur Lipsius. nec Floren. variat, nisi quod habet; *& proximus quisque regem.*

Cap. 16. *Donec referantur literæ Neronis.*] Restitue ex Flor. alijsque veteribus, *referrentur.*

Eod. *Ne lacrymis quidem temperauere.*] Flor. ac Ven. *temperare.*

Cap. 17. *Hæc conquerentium, irritum laborem, &c.*] Cum Flor. & alij veteres habeant; *hoc conquerentium* : suspicor legendum esse; *hoc conquerente, suum irritum laborem*, hoc, scilicet Corbulone. Ita sentit etiam Muretus.

Eod. *Amnemque vt omnium medium faceret.*] Rhenanus reposuit illud, *vt omnium*, cum in Flor. Ven. alijsque veteribus legatur, *vt olim.* quod probum erat, neque mutandum.

Eod. *Diruptaque quæ vltra Euphratem communierat Corbulo.*] Idem veteres libri; *dirutaque.*

Cap. 18. *Frumentum plebis vetustate corruptum.*] Muretus legit, *frumentum publicum.*

Cap. 19. *Qui magna cum inuidia Senatum adeunt.*] Relatiuum, *qui*, referendum est ad vocem antecedentem, *patres.* scilicet, veri patres, qui legitimos filios habebant.

Eod. *Ac ne vsurpandis quidem hæreditatibus prodesset.*] Cælibes enim ex testamentis nihil capere poterant, nisi è proxime iunctorum: Orbi vero dimidium. Vide quæ supra notauit Lipsius ad librum 3. super verbis; *de moderanda Papia Poppæa.*

Cap. 20. *Aduersus nouam prouinciarum superbiam.*] Flor. habet, *prouinciarium* : ex quo ego legendum puto, *prouincialium.* Sic Paulo supra dixit; *vt solent prævalidi prouincialium.* & infra: *maneat prouincialibus, potentiam suam tali modo ostentandi.*

Eod. *Decernaturque & maneat prouincialibus, &c.*] Corrigit Lipsius, *Decernatur ne maneat.* Mihi autem vulgata lectio facile defendi posse videtur, imo aliquam maiorem vim habere, cum sit inuidiosa quædam concessio; hoc est: Decernatur accusatio ad prouincialium nutum, & maneat illis vsus & autoritas, potentiam suam tali modo ostentandi. quasi dicat, hoc nihil refert, id vtcumque tolerari potest. Sed laus falsa, & precibus expressa cohibeatur. Idem postea visus est sentire Lipsius in nouissimis suis Notis.

Eod. *Quædam imo virtutes odio sunt, seueritas obstinata, &c.*] Videtur sensus: Magistratus nostri has virtutes non curant, easque odio habent, dum nihil aliud præcipue student, nisi vt populis placeant, quo vicissim à populis laudentur.

Cap.23. *Locus puerperio Colonia Antium, vbi ipse generatus* *rat.*] Additur in Flor. & in Ven. verbum, *Colonia Antium fuit.*

Eod. *Et certamen ad exemplar Atticæ religionis decretum.*] Mu retus legit; *Antianæ religionis.* Lipsius, *Actiacæ regionis.* Ego nihi aliud dicam, nisi quod in Floren. corrupte legitur, *actierce re* *gionis.*

Eod. *Vnde gloria egregiis viris & pericula gliscebant.*] Flor. Ven. habent, *vnde gloria.* quod verum puto, cum vox, *gloriæ*, plurali numero rarissime vsurpetur.

Cap.24. *Interim veris principio Legati Parthorum*, &c.] Iidem bri; *Inter quæ veris principio.*

Eod. *Bellum anceps, an pax in hoste placeret.*] Recte, vt opino, emendauit Lipsius, *an pax inhonesta*; cum in optimo Flor. legatu *an pax inhosta.*

Cap.27. *Non enim adhuc eo ventum*, &c.] Floren. *Nec enim* *adhuc.*

Cap.29. *Et simulacris deum in modum templi.*] Nulla hic Flor. codice lux, nisi quod in eo legitur, *& simulacris dm̃.* Ac si vox aliter interpretari non possit, quam, *deum*; mihi certe absu dum non videretur, cum solemnis illa cærimonia in castris fi deberet, aliqua etiam simulacra deorum circumposita fuisse, maiorem ornatum ac venerationem: non quidem in signis, cu Lipsius, diligentissimus antiquitatis perscrutator, hoc neget; circum tribunal Imperatoris, in modum Templi. Nam vt ara castris, ita etiam deorum imagines fuisse credendum est. Herodi nus lib. 4. ait, *Antoninum venisse in sacellum, vbi signa & imagi* *exercitus adorantur.* licet fortasse intelligi possit de Aquilis, imaginibus Cæsarum. Ego tamen in alium Taciti locum inci, qui me adhuc ambigere cogit, num in signis etiam deorum im gines fuerint. ait enim lib. 3. Hist. de Antonio Primo: *Mox con* *sus ad signa, & bellorum deos, hostium potius exercitibus illum fu* *rem illã discordiam injicerent, orabat.* nisi si bellorum deos voca ipsas Aquilas. vt Annal lib. 2. dixit de Aquilis: *sequerentur Roma* *aues, propria legionum numina.*

Cap.30. *Conuiuium buccina dimitti.*] Firmauit Lipsius in lo tis hoc intelligi de classico, quod tempore conuiuandi, cuncti bi cines ac buccinatores ad tentorium ducis canebant, vt ait Poly bius lib. 14. At quia de buccina tantum Tacitus loquitur, & do uiuij fine, scrupulus mihi erat de huius loci sententia. Quem a dem sustulit idem Lipsius de Militia romana lib. 5. dial. 9. atq in terpretatur, classicum illud omnium signorum cecinisse ante nam, buccinam vero post cœnam.

Eod. *Et structa ante Auguralem aram subdita face accen*] Corrigit Lipsius; *& structam ante Augurale aram.* quæ correctio in parte confirmatur à Flor. & Ven. qui habent, *& structam.*

Eod. *Cuncta in maius extollens.*] Floren. ac Ven. *attollens.*

Eod. *Postremo die spatium orauit*, &c.] Lipsius legendum putat; *Postero die*: nam vt ipse notat, pernoctauit Tiridates in castris, vt ex vigilijs nunciatis apparet. Addo ego illud, *postero*, à Flor. confirmari.

Eod *Tantusq; Romæ, quantus Consulibus, honor esset.*] Adde hic, Flor. codicis autoritate: *tantusque ei Romæ.*

Eod. *Scilicet externæ superbiæ sueto non erat notitia nostri.*] Flor. habet: *non inerat.*

Eod. *Apud quos ius imperij valet, inania transmittuntur.*] Leuiter dubitaui, num, *vis imperij*, legendum sit. *Vis* enim aptius opponitur ad *inania*, quam *ius*. quasi dicat; Illi inania sectabantur, nos rerum substantiæ insistimus. quomodo dixit supra, lib. 2. cap. 36. *fauorabili in speciem oratione, vim imperij sibi tenuit.* & lib. 3. cap. 60: *sed Tiberius vim principatus sibi firmans, imaginem antiquitatis senatui præbebat.* Item, *ad vim dominationis conuersus.* Nec non: *vim principis complecti, nomen remittere.* Deniq; lib. 4. hist. *Domitiani nomen epistolis edictisq; proponebatur, vis penes Mucianum.* Dixit quidē Tacitus: *vbi consiliis vincerentur, ad ius imperij transibant.* Sed diuersus videtur sensus. Ibi enim rectè, pro iure consiliorum & rationis, iure, siue authoritate imperij vtebantur. hic autem nihil de iure vel autoritate agitur.

Cap. 33. *Non tamen Romæ incipere scenas ausus.*] Vox, *scenas*, in Flor. nulla est. Rectè ergo iudicauit Lipsius, tollendam esse.

Cap. 34. *Vbi gladiatorum munus à Vatinio celebre edebatur.*] Flor. habet. *gladiatorium munus.*

Eod. *Vi nocendi etiam malis præmineret.*] Repone ex Flor. *malos.*

Cap. 35. *Nomina summæ curæ & meditamenta.*] Defectus hic locus Lipsio videtur, mihi autem sanus & integer. Interpretor enim, nomina summæ curæ, & etiam summæ curæ meditamenta.

Cap. 36. *Et cuncta in rep. exinde immota ac prospera fore.*] Flor. habet, *periende.* lege ergo, *perinde.* quasi subintelligatur, perinde ac si ipse adesset. Sic paulo infra: *quo fidem acquireret, nihil vsquam perinde lætum sibi.* Alibi: *non perinde solis vapore perrumperentur.*

Eod. *Adijt Capitolium, illic veneratus deos.*] Cum Flor. habeat, *veneratus*, puto legendum & distinguendum: *adijt Capitolium. Illic veneratus deos, cum Vestæ quoque templum inisset*, &c.

Hæc atque talia plebi volenti fuere.] Corrige ex Flor. *volentia*, id est, *grata, accepta.* Sic infra, lib. 3. Hist. *Muciano volentia scripsere.* Vide quæ ibi notat Lipsius.

Cap. 37. *Quas Tigellino paratas vt exemplum referam.*] In Flor. legitur, *quas à Tigellino paratas vt exemplar referam.*

Eod. *Cui superpositum conuiuium aliarum tractu moueretur.*] Restituenda vox, quæ in Flor. conseruatur: *cui superpositum conuiuium nauium aliarum tractu moueretur.*

Eod. *Missi auspices duo, & genialis torus.*] Corrigit Lipsius ex Sulpitio Seuero: *Visi auspices, dos, & genialis torus.* quo nihil certiu puto, cum Florentinus præseferat veræ lectionis vestigium. Is enim habet: *Misit auspices d' os.*

Cap.38. *Rursus inferior à populando.*] Additur in Flor. *& rursus*

Eod. *Fessa ætate, aut rudis pueritiæ ætas.*] Lipsius delet vocem, *ætate*, quæ si non superuacua, perspicue viciosa iudicari potest. Eg si quem codicem autorem haberem, libenter legerem; *fessa ann aut rudis pueritiæ ætas.*

Cap.40. *Nec dum posito metu redibat. Leuis rursum grassat ignis.*] Si in libris constanter sic legeretur, sola distinctione locu sanari posset, quæ huiusmodi est: *Nec dum posito metu, redibat leuis rursum grassatus ignis.* At mire hic turbant veteres, quo rum varias lectiones subiiciam, si quis fortasse elicere inde po sit certiorem aliquam. Flor. corruptissime habet, *Nec dum metus aut rediebat libis. i. sum grassatus ignis.* Venetus aute sic: *Nec dum posito metu satis credebatur, cum leuis rursum grassat ignis.*

Cap.43. *Ruderi accipiendo Hostienses paludes destinabat.*] For melius, *destinauit.*

Eod. *Naues quæ frumentum Tiberi subuectassent.*] Flor. & alij v teres; *subuectæ essent.*

Eod. *Quod is lapis igni imperuius est.*] Flor. ac Ven. *ignibus.*

Cap.44. *Et lectisternia ac priuigilia celebrauere.*] Flor. *& sel sternia.*

Eod. *Qui Tiberio imperitante, per Procuratorem Pontium Pi tum.*] Illud, *qui*, à Flor. abest, & abesse potest.

Eod. *Quam odio humani generis conuicti sunt.*] Flor. habet, *c iuncti sunt.* quod probum arbitror. Nam licet innoxij quodam modo haberentur, tamen propter publicum odium coniur cum confessis fuerunt, & quasi cumulo additi. Infra, pag. 403 *c tinua hinc & iuncta agmina trahi.*

Eod. *Aut crucibus affixi, aut flammandi.*] Nisi defectus si cus, ego sic intelligo: crucibus eos affixos, vt vel ibi cruciat interirent, aut flammandi per tenebras reseruarentur. Suspico men legendum esse: *aut crucibus affixi, vt flammandi.*

Cap.45. *Missis in eas prouincias Acrato, ac Secundo Carin* Flor. *ac Secundo Caprenate.*

Eod. *Dum simplici victu & agrestibus pomis, &c.*] Restitu Flor. *dum persimplici victu.* Male alij veteres, *pro simplici.* sic p inferius, *perseuerum imperium dixit.*

Cap.49. *Quintian⁹ molli corpore infamis.*] Flor. *mollitia cor*

Cap.51. *Quonam modo pœnas versæ reip. daret.*] Idem, *euersæ*

Cap.5[?]. *Coniuratis tamen metu proditionis placitum, &c.*] ac Ven. alijque veteres editi quos viderim, voce sunt auctior

eſt, *metu proditionis permotis, placitum*, &c. Quæ vox, cum à tam antiquo exemplari confirmetur, fortaſſe adulterina ac ſuperuacua non videbitur.

Eod. *Cuius amœnitate captus Cæſar crebro ventitabat.*] Aliquid huic loco deeſt, vt integra ſit ſententia. Ego legendum puto; *quo, eius amœnitate captus*, &c. errauit fortaſſe librarius, cum pro, *quo eius*, tranſcripſerit, *quoius*, quod antiqua ſcriptura valet, *cuius*.

Eod. *Ne à libertate moueretur.*] Lipſius legit; *ne aut libertatem moliretur.* Ego veram, ni fallor, lectionem erui poſſe arbitror ex codice Flor. in quo legitur: *ne ad libertate moreretur.* vnde ego reſtituendum cenſeo: *ne ad libertatem oriretur.* id eſt, ne ad libertatem inſtituendam inſurgeret.

Cap 53. *Domo aut hortis clauſus, ad ludicra circi vētitabat.*] Addit copulam Floren. *domoque aut hortis.*

Eod. *Geſtabatq; velut magni operis ſacrum.*] Idem Flor. habet, *magno operis.* vnde legendum puto; *magno operi ſacrum.*

Eod. *Quamuis abſurdum videretur & inane, aut ipſi Antoniam*, &c.] Lipſius ait, Agricolam hunc locum ita emendauiſſe: *aut inani ſpei Antoniam*, &c. A qua correctione Florentinus fortaſſe non longe aberrat, cum in eo legatur: *aut inane aut ſpem Antoniã.*

Cap. 54. *Aſperari ſaxo, & mucronem ardeſcere iuſſit.*]Eadem ſignificatione Tacitus de moribus Germanorum in fine dixit: *ſola in ſagittis ſpes, quas, inopia ferri, oſſibus aſperant.*

Eod. *Quibuſque ſiſtitur ſanguis parare eundem Milichum monet.*] Neſcio, an ſit à libris verbum, *parare*, & an aliquis lateat error, cum aliter in veteribus legatur. Rhenanus ait, in Matthiæ Coruini codice legi: *ſartiebat eundem Milichum.* In Flor. *partiebatque eundem*, &c. In alio Manuſcripto, *partiebatur.* Alij cogitent.

Cap. 55. *Adiungere crimen viſum, ſe ſe pariter indicem & teſtem facere.*] Corruptus hic eſt Flor. qui tamen veræ lectioni aliquam facem præferat. Is enim habet: *adiungere crimen l. 3. ſi ſſe pariter indicem & teſtem faceret.* Ergo legendum puto; *adiungere crimen, vt ſe ſe pariter indicem & teſtem faceret.*

Cap. 56. *Multa cum Sceuino ac ſecreto collocutum.*] Flor. *ac ſecreta.* ſed vulgata magis placet.

Cap. 57. *Cariſſima quaque ſuorum pignorum proderent.*] Melius Flor. ac Ven. *cariſſima ſuorum quiſque pignorum.*

Cap. 58. *Retinuit, infregitque impetum iam manum ad capulum referentis.*] Aliquod mendum hic latet, nam conſtructio non conſtat. Et licet in hoc loco Flor. codex ſit aliquantulum vetuſtate obliteratus, tamen apparet, ſcriptum euiſſe, *rennuit.* ac Manuſcriptus alius ab illo proximus clare habet, *renuit.* Optime ergo reſtitues locum, ſi legas; *renuit, infregitque impetum.* Flauius e-

num Fenio annuit, & Fenius Flauio renuit. Sic lib. 1. Ann. *renuit Tiberius, perinde diuina humanaque obtegens.*

Cap. 59. *Multa experiendo fieri, quæ segnibus ardua videantur.*] Restitue ex Flor. *Multa experiendo confieri.*

Eod. *Animum aduersum suprema firmat.*] Floren. ac Ven. *firmabat.*

Cap. 61. *Et villam globus militum sepsit.*] Melius ex Flor. leges, *globis.* vt tribunus sit is, qui sepsit villam globis militum.

Eod. *Se ratione valetudinis, & amore quietis excusauisse.*] Aliter in Flor. legitur: *seque rationem valetudinis, & amorem quietis,* &c.

Cap. 62. *Quod vnum iam tamen & pulcherrimum habebat.*] Flor. & Ven. habent, *quod vnum iam, & tamen pulcherrimum.* Lego, *attamen.* Ait enim; Vnum iam sibi reliquum, attamen pulcherrimum, id est, suæ vitæ imaginem.

Cap. 63. *Et paululum aduersus præsentem formidinem mollitus.*] Nulla hic formido: neque antecedentia aut subsequentia verba vllam formidinem in Seneca possunt arguere. Lege ergo cum optimo Flor. *aduersus præsentem fortitudinem mollitus.* Scilicet Seneca, dum vxorem complectitur, aliquantulum contra ingenitam ac præsentem animi fortitudinem emollitus est, quasi mortei molesta esset amore vxoris.

Eod. *Temperaret dolor, ne æternum susciperet.*] Corrupta hæc videntur. nec minus in Florent. qui habet; *temperaret dolorem, æternum susciperet,* Franc. Medices in suo libro adnotauit, legendum sibi videri; *temperaret dolori, ne mortem susciperet.* Quæ coniectura fortasse non erit improbanda, cum paulo post, vxor ad hæc respondens, sibi quoque destinatam esse mortem adseueret. Tamen doctissimus Baptista Guarinus, dum hæc mea scripta legeret, rescripsit; sententiam sibi cum priori lectione satis congruam videri; vt scilicet non doleret, ne in æternum doleret. nam qui dolorem in principio reprimit, indolentiam suscipit in futurum. Seneca enim alloquitur vxorem, tanquam is qui vellet ipsam viuere.

Cap. 64. *Ac ne inuidia glisceret crudelitatis, inhiberi mortem imperat.*] Testatur Rhenanus, abesse à suo Manuscripto verbum, *imperat.* Ego item à Flor. nostro, atque à duobus aliis item Manuscriptis. Verisimile ergo est, Tacitum scripsisse; *inhibet mortem.*

Cap. 65. *Post occisum ope Pisonis Neronem.*] Flor. *opera Pisonis.*

Eod. *Tradereturque imperium Senecæ, quasi insonti.*] In eodẽ Flor. legitur, *insontib'.* quam additionem ego arbitror fuisse copulam pertinentem ad sequentia. Lege ergo: *quasi insonti, & claritudine virtutum,* &c.

Cap. 66. *Accensis indicibus ad prodendum Fenium Rufum.*] Vocem addunt Flor. ac Ven. *Accensis quoque indicibus.*

Eod.

Eod. *Instãti minitantiq; retinens Sceuinus.*] Iidem libri, *renidens.* quod aptius proculdubio est, & Lipsio probatur.

Cap. 67. *Mox eorum indicio Subrius Flauius.*] Floren. *Mox eorundem indicio.*

Eod. *Neque se armatum cum inermibus effeminatis.*] Restituo copulam ex Flor. *cum inermibus & effeminatis.*

Eod. *Auriga, histrio, & incendiarius extitisti.*] Hic quoque addit copulam; *auriga & histrio, & incendiarius.*

Eod. *Militaris viri sensus & incomptos & validos.*] Floren. *sensus incomptos & validos.* vnde fortasse bene Rhenanus. *incomptos, sed validos.* ac Lipsio placet.

Eod. *Quem Flauius, vt humilem & angustum increpans.*] Flor. & Venetus habent: *quamuis* (lego, *quam*) *Flauius vt humilem & angustam.*

Eod. *Admonitus fortiter protendere ceruicem.*] Flor. *admonitusque.*

Cap. 68. *Non aliter tot flagitiis eius subueniri posse.*] Idem, *potuisse.* Simile est quod ait Suet. in Tib. cap. 66. *Quin & Artabani Parthorum Regis laceratus est literis, parricidia, & cædes, & ignauiam, & luxuriam obijcientis, monentisque, vt voluntaria morte maximo iustissimoque ciuium odio quamprimum satisfaceret.*

Cap. 69. *Conuiuium celebrat.*] Flor. *conuiuiumque.* Ven. *celebrarat.* puto ergo legendum: *conuiuiumque celebrabat.*

Postquam pauorem eorum imminens exitium opperientium.] Flor. habet *& mensæ exitium* Hinc Franciscus Medices legendum putauit, *ex mensa exitium.* optima, vt mihi videtur, coniectura. quasi dicat, vice epularum, mortem opperiebantur.

Cap. 71. *Quasi principem non quidem odissent, sed tamen existimarentur.*] Rhenanus hoc verbum reposuit, cum in Flor. & aliis veteribus legatur, *extimarentur.* Quod verbum ego potius corrigendum puto, *extimerentur* id est, non quasi ipsi principem odissent, sed quasi eos princeps timeret propter virtutes.

Eod. *Musonius præceptis sapientiæ fouebat.*] De eo vide Philostratum in vita Apollonii lib. 4. cap. 12. & 16. & Tacitum infra, lib. 3. Hist.

Eod. *Sine absolutione in supplicio dissimulata.*] Lipsius ait, in Romano codice legi; *sine absolutione, sine supplicio.* Eandem quoque lectionem præfert Floren. qui habet: *sine absolutione sin supplicio.*

Cap. 72. *Apud Palatium effigies eorum quoque sisteret.*] In Flor. & Veneto melius transposite legitur: *Apud Palatium quoque effigies eorum sisteret.*

Eod. *Dedit etiam consularia insignia Nymphidio.*] Verba, *dedit etiam*, absunt à Flor. & Ven. & abesse salua sententia possunt, cum subintelligatur verbum, *tribuit*, supra positum.

Cap.73. *Neu compoſitam & obliteratam manſuetudinem Principis nouam ad ſæuitiam traheret.*] Confuſa ſententia eſt, neque aliud variat Flor. libet, niſi quod habet; *aut obliteratam*: & *retraheret.* vtrumque rectius. Videntur tamen hæc verba vtcumque ſi[c] conſtrui poſſe: neu manſuetudinem principis retraheret a[d] nouam ſæuitiam, compoſitam iam, aut obliteratam. Sed cu[m] conſtructio hæc inepta & abſurda videri poſſit, potius ſuſpico[r] legendum eſſe: *neu compoſitam aut obliteratam immanſuetudine[m] principis, nouam ad ſæuitiam retraheret.* Senſus certe aliquid tal[e] exigit.

ANNALIVM LIB. XVI.

CAP. I. *Per vanitatem ipſius, ex promiſſo Ceſellij Baſſi.*] Lege e[x] Flor. ac Veneto; *& promiſſa.*

Eod. *Quæ per tantum æui occulta, augendis præſentibus bonis.* Venetus verbo auctior eſt; *augendis præſentibus bonis latuerint.* Illud tamen à Floren. abeſt.

Cap.2. *Credulitate prodentis diuerſa fama tulerat.*] Flor. *tulere.*

Eod. *Oratoribuſque præcipua materia in laudem principis aſſumpt[a] eſt.*] Mendoſam aliquam vocem hic inculcant libri omnes vete[r]es. Flor. habet: *anaratoribus, oratoribuſque.* Lipſius varie emenda[t]. Quid ſi legas; *adulatoribus, oratoribuſque?*

Eod. *Sed noua vbertate prouenire terras.*] Flor. *terram.*

Cap.3. *Non falſa ante ſomnia ſua.*] Idem, *antea.*

Cap.4. *Adijcit facundiæ coronam.*] Idem, *adijcitque.*

Eod. *Se æquum aduerſus æmulos, & religione iudicum meritam laudem aſſecuturum.*] Mendoſus locus Lipſio videtur; tamen eg[o] clarum vtcumque ex eo ſenſum elicio. Ait enim Nero, ſe i[n] Scena æquum, id eſt, æqualem paremque eſſe aduerſus æmulos, ijſque non infenſum; & victoriam adipiſci velle, iudicum re[li]gione ac conſcientia, non tanquam Princeps ab illis reſpici a[t]que anteferri. Ideo paulo infra ait; *ſententias iudicum opperiebat[ur] ficto pauore.*

Cap.5. *Quique per longas prouincias laſciuiæ inexperti.*] Legend[um] puto, *per longinquas prouincias* cum Flor. habeat, *per lonquiuas.* S[ic] ſupra, pag.280. *longinquas in prouincias commeatus portabant.*

Cap.8. *Et inania ſimul & falſa.*] Abeſt primum, *&*, à Flor. [&] Ven.

Eod. *Et exitio patrui ad præcauendum exterritus erat.*] Suſpic[or] legendum; *exercitus erat.*

Cap.9. *Deportatuſque in inſulam Sardiniam Caſſius, & Senat[us] ius expectabatur.*] Cum in Flor. legatur, *& Senatus eius*; Franc. M[e]dices cenſebat ſic emendari poſſe hunc locum: *& ſenectus eius e[x]pectabatur*, id eſt, vt ſenectute caderet, contra quam accid[it].

rat Silano, cuius senectus non expectata fuit. Acute quidem. Ego tamen conijcio, potius legendum esse: *& exitus eius expectabatur.* hoc est, timebatur, ne Centurionem Nero ad cædem eius mitteret, vt in Silanum factum fuerat, & vt moris erat tunc, ad fugiendam inuidiam ciuitatis. sic de Lollia supra lib. 12.

Cap. 11. f. *Et Nero intercessit, mortem sine arbitrio permittens.*] Lipsius ait, Fabro placuisse; *mortem suo arbitrio.* Ipse autem ex ingenio substituit; *mortem sine arbitro*, id est, liberam, sine domino, sine iudice. sicut lib. 1. dixit: *An præmia sub dominis, pœnas sine arbitro esse?* Addo ego, hanc Lipsii coniecturam à Flor. codice penitus confirmari.

Cap. 12. *Et mensis qui Aprilem, eundemque Neroneum sequebatur, Maius Claudij, Iulius Germanici vocabulis mutantur.*] Cum in vulgatis omnibus, & editis, & Manuscriptis legeretur, *Iunius Germanici.* Lipsius reposuit, *Iulius*, atque in contextum recepit, nihil aut in commentariis, aut in margine librorum notans. Tantum in antiquioribus suis Notis ait; vocem Iunii falsam esse, quia statim sequitur, Iunium mensem transmissum fuisse. Mihi autem dissentire liceat, ac suadere, vt prisca ac genuina vox, *Iunius*, in libris omnino restituatur. Orfiti adulatio eo spectat, vt Iunij mensis nomen, ob Iuniæ familiæ scelera, tanquam infaustum deleretur, atque ab aliquo ex Neronis cognominibus denominaretur; cum iam ipse Aprili nomen dedisset. Ac ne mensis Maius in medio vacuus remaneret, excogitauit, Maium Claudii, Iunium Germanici appellationibus commutari posse, vt horum trium cognominum series in mensibus continuaret. Hanc itaque fuisse mentem ac sententiam Orfiti mihi videtur. Nam quid mensi Iulio oportebat nouum nomen imponere? nunquam credas id excogitatum, cum Iulio Cæsari notabilis ignominia ex ea sententia prouenisset. Præterea si nomen Iunium in integro remansisset, insignis honor Iuniæ familiæ fuisset, cuius nominis obliuio potissimum quærebatur. At Tacitus ait, *Iunium mensem transmissum.* Fateor sed interpretor, transmissum in nomen Germanici, ac trāsmutatum. Idque eodem sensu dictum videtur, quo apud Suetonium, transnominatum. Verba eius sunt in Domit. cap. 13. *Septembrem mēsem & Octobrem ex appellationibus suis, Germanicum, Domitianumque transnominauit.* Nisi potius suspicari liceat, mendosum esse in Tacito verbum *transmissum*, ac restituendum, *transnominatum*, quod fortasse aliquo literarum compendio scriptum fuerit, vt causam errori dederit.

Eod. *Infaustum nomen Iunij tum fecissent.*] Flor. habet; *nomen Iunctum.* Recte ergo Lipsius emendauit, *nomen Iunium.*

Cap. 14. *Ventitare ad eum nuntios & consolationes non frustratus.*] Quod Lipsius ex ingenio correxit, *nuntios & cōsultationes*, ego autoritate Flor. codicis confirmo.

Cap.14. *Ventitare ad eum nuntios & consolationes non frustra ratus.*] Quod Lipsius ex ingenio correxit, *nuntios & consultationes*; ego autoritate Flor codicis confirmo.

Cap.16. *Neque aliam defensionem ab ijs quibus ista noscentur exegerim, quam ne oderim tam segniter percuntes.*] Lipsio assentior, *oderint*, legenti. Sensus enim, qui sane subobscurus est, mihi videtur huiusmodi: Hi adeo segniter perierunt, vt fere defendi atque excusari segnities eorum non possit. Itaque ab iis qui ista legent non exigo, vt eos defendant, sed tantum ne oderint.

Cap. 17. *Rufum autem Crispinum.*] Flor. *Rufum tamen Crispinum.*

Cap.21 *Interfecto Barea Sorano, & Thrasea Pæto.*] Transponuntur in Flor. *interfecto Thrasea Pæto, & Barea Sorano.*

Eod. *Quod Senatu egressus est, cum de Agrippina referretur.*] Muretus legit, *egressus esset*. Rectius.

Eod. *Funeri non interfuit.*] Flor. habet, *non interfuerit*. ergo supra, pro, *decernuntur*. legerim, *decernerentur.*

Eod. *Inimicus Thraseæ, quod autoritate eius concidisset.*] Idem Flor. habet; *iniquus Thraseæ.*

Cap.22. *Rigidi & tristes, qui tibi lasciuiam exprobrēt.*] Flor. *quo tibi*. lege, *quo tibi.*

Eod. *Huic vni incolumitas tua sine arte, sine honore.*] Lipsius excidisse vocem putat: *sine cura, artes sine honore*. Quod eo magis co[...] nici potest, cum Flor. habeat, *artes.*

Eod. *Si peruerterint, ipsam aggredientur.*] Ingeminat Flor. *si peruerterint, libertatē ipsā aggrediūtur*, & ad verbū, *peruerterint*, notatum est in margine, sed eadē (vt videtur) antiqua manu, *impetrauerint*.

Cap.23. *Vt ad externa rumoribus intestinum scelus obscuraretur*[...] dubito an legendum sit, *vt ab externis rumoribus.*

Eod. *Exterritum Thraseam sensisse per quæ claritudinem princi[...] extolleret.*] Restituo ex Flor. *scripsisse*: quod cōiectura præuider[...] Lipsius.

Cap. 25. *Segnes & pauidos supremis suis secretum circumdare*[...] Etiam à Flor. confirmatur hoc verbum, *circumdare*, à Lipsio ex [li]bris aliis repositum.

Eod. *Sin crudelitas persisteret, distingui certe apud posteros*, &c[...] Flor. & Ven. habent, *sin crudelitati insisteret.*

Cap.26 *Quod tali tempore capessendæ reip. iter aggrederetur.*] A[d]dit Flor. *Quod tali in tempore.*

Cap.27. *Quid mirum è longinquis prouinciis aduenīri.*] Diuina[...] Lipsius, legendum esse, *haud venire*. Idque fere conuenit cum F[lo]ren. qui habet, *haduenīri.*

Cap.29. *Cū per hæc atque talia Marcellus inueheretur toruu[s &] minax.*] Si attēdas, videbis, hæc duo verba, *inueheretur*, &, *arde*[...]

et, orationem fere confundere. In Flor. legitur: *Marcellus vteret oruus & minax.* quod saltem veræ lectioni afferat nobis lucem. Corrigendum igitur censeo: *cum per hæc atque talia Marcellus, vt oruus & minax, voce, vultu*, &c.

Cap. 30. *Quodque Proconsul Asiæ Soranus pro claritate sibi potius ccommodatum.*] In Flor. scribitur, *procos.* Quod interpretari facile osset, *proconsulatum*, quomodo Lipsius etiam legendum suaet.

Eod. *Sed recens, discrimini patris filiam connectebat.*] Flor. addit; *ed recens, & quos discrimini.* forte, *& quod discrimini.*

Cap. 35. *Porrectis vtriusque brachij venis.*] Restituenda est copu- ex Flor. *porrectisque.*

Eod. *Quibus firmare animum expedit constātibus exemplis.*] Flor. c Venetus, *expediat.*

HISTORIARVM LIB. I.

CAP. I. *Atque omnem potestatem ad vnum conferri pacis inter- fuit.*] Flor. habet; *atque omnem petentiam.*

Eod. *Sed ambitionem scriptoris facile aduerseris.*] Muretus legit, *duerteris.* Ego autem restituere mallem, *auerseris.* Similis enim psus in his libris reperitur, vt in libello de moribus Germ. ad- otabo.

Cap. 2. *Tria bella ciuilia, plura externa*] Flor. *trina bella ciuilia.*

Eod. *Agerent, ferrent cuncta. Odio & terrore corrupti in dominos rui.*] Aliter legitur ac distinguitur in Florent. *Agerent, verterent uncta odio & terrore Corrupti in dominos, &c.*

Cap. 4. *Non modo in vrbe apud patres, apud populum, apud vrba- um militem.*] Flor. ac Venetus: *apud patres, aut populum, aut vrba- um militem.*

Cap. 5. *Quā olim virtutes verebātur.*] forte melius, *reuerebātur.*

Cap. 6. *Odio flagitiorum onerabant.*] Melius restitues ex Floren. *eratum.* quod verbum Rhenanus sine causa mutauit, vt Lipsius ffirmat.

Eod. *Multi ad hoc & innumeri è Germania*, &c.] Clare legitur in loren. *multi ad hoc numeri*, quod Lipsius, indicio Farn. codicis e- endauerat.

Cap. 7. *Iam afferebant venalia cuncta præpotentes liberti.*] Non ntum libertos venalia cuncta attulisse crediderim, sed & plerosque interiores Principis amicos. infra enim ait, principatus poten- am diuisam fuisse in T. Vinium Consulem, & Cornelium Laco- em prætorii Præfectum: nec minorem gratiam fuisse Icelo Gal- æ Liberto, ergo amici potentiores libertis. Ideo legendum & di- inguendum puto: *Iam afferebantur venalia cuncta. Præpotentes berti.*

Eod. *Eademque noua Aulæ mala, æque grauia, nō æque excusata.*]

Duobus modis intelligi poteſt hic locus. primo: Erant tunc eadem mala, quæ in noua Aula eſſe ſolent, & æque grauia, ſed non æque excuſata: quia plerunque noua aula iuuenem principem habet, cuius vitia quodammodo excuſantur per ætatem, aut ſpe mutationis in melius. Galba autem ſenex erat, atque idcirco aulæ ipſius, quamuis nouæ, mala, non perinde excuſabantur. Secundo: Huius nouæ aulæ Galbianæ erant eadem mala, & æque grauia (ſubintellige) ac in antecedente Neroniana fuerunt; ſed non æque excuſata propter Galbæ ſenium, vt ſupra. prior tamen ſenſus mihi magis probatur.

Cap. 10. *Mox attritis opibus lubrico ſtatu*]Placet Lipſio vox, *atteritis*, in Vat. codice reperta. quam ego etiam Flor. noſtri autoritate fulcio.

Et cui expeditius fuerat tradere imperium.]Flor. & Ven. *fuerit.*

Cap. 12. *Paucis iudicium aut reip. amor, multi occulta ſpe.*] In Flor. legitur. *militis occulta ſpe.* forte, *multis occulta ſpes.* præceſſit enim, *paucis.*

Eod. *Etiam in T. Vinij odium diuerterãt.*] Verbum, *diuerterant*, non eſt in optimo Floren. neque in Veneto, neque Taciti germanum eſſe arbitror, ideoque tollendum; cum ſenſum peruertere videatur. Lego igitur ac diſtinguo: *hunc, vel illum, ambitioſis rumoribus deſtinabant, etiam in T. Vinij odium: qui in dies,* &c. Clara nunc redditur ſententia. Erat ciuitas plena ſermonibus, quis à Galba adoptaretur, & aut hunc, aut illum, pro cuiuſque affectu, deſtinabant, cupiebantque vulgo id quam primum perfici, etiam in T. Vinii odium, cum enim Galbæ ſucceſſor aliquis deſtinatus foret, ſperabant, ab illo nimiam Vinii potentiam infractam iri.

Eod. *Qui in dies quãto potentior, eodẽ actu inuiſior erat.*] Verba, *eodem actu*, corrupta eſſe liquet, ac ſi coniecturæ locus eſſet ſine ope librorum, ego libenter reſtituerem; *qui in dies quanto potentior, eo cunctis inuiſior erat.*

Cap. 14. *Seu propria dilectione, ſiue, vt quidam tradiderunt, Lacone inſtante.*]In Flor. legitur; *ſeu propria electione, ſiue, vt quidam crediderunt.*

Cap. 15. *Secundæ res acrioribus ſtimulis animum explorant.*] Melius, credo, in Floren. legitur; *animos explorant.*

Eod. *Etiam ego ac tu ſimpliciſſime inter nos hodie loquimur*] Illud, *etiam*, in hoc loco ſuperuacuum & ineptum videtur, ac ſuſpicor, ad antecedentia pertinere. Sic ergo legerem: *ſua cuique vtilitas etiam. Ego ac tu ſimpliciſſime,* &c.

Cap. 16. *Vtiliſſimus quidem ac breuiſſimus,* &c.]Nonnulli veteres habent, *vtiliſſimus idem.* Ego legendum puto; *Vtiliſſimus idem ac breuiſſimus,* &c.

Eod. *Bonarũ malarumq; rerũ dilect⁹.*]Flor. addit; *rerũ delect⁹*

Eod. *Cogitare quid aut nolueris ſub alio principe, aut volueris*

In

In eodem Flor. melius transpositis verbis legitur: *cogitare quid aut volueris sub alio principe, aut nolueris.*

Cap. 18. *Quartam & duodeuicesimam legiones.*] Repositum quidem ita fuit in Flor. codice à recentiori manu: apparet tamen, antea scriptum fuisse, *duo & vicesimam.* quod ex historia rectum est.

Eod. *Nec vllum orationi aut lenociniū additū, aut pretium.*] Flor. *addita vt pretium.* lege, *addit, aut pretium.*

Eod. *Et proximi militum gratabundi respondent.*] Vox, *gratabundi*, à Rhenano est, ex ingenio potius puto, quam ex fide librorum: qui omnes hic corrupti videntur. Venetus, *grata auditu.* Flor. *grata audito.* Ego suspicor legendum, *grata ac læta.* acclamationes scilicet, quibus fausta omnia precari solebant. Infra. *militariter locutus, læta omnia & affluentia excepit. Et magna voce læta Pisoni omnia.* &c. Lætum, etiam apud Tacitum, idem fere quod gratum, aliquãdo, vt: *atrociora Inguiomero, & læta barbaris.* Item, *Tribunos & Centuriones læta sæpius quam comperta nunciare.* Etiam: *Lætum militibus idem nomen.* In Diui Neruæ edicto, apud Plinium iuniorem lib. 10. epist. 66. *necessarium pariter credidi ac lætum, obuiam dubitantibus indulgentiam meam mittere.*

Cap 19. *Dictum à Pisone in publicum factumve.*] Flor. *in publico.*

Cap. 20. *Inde repeti, vnde inopiæ causa erat.*] In Floren. & aliis veteribus legitur, *vbi inopiæ causa erat.*

Cap. 22. *Cupidine ingenij humani, libentius obscura credi.*] Videtur legendum, *credendi.*

Cap. 23. *Ægre sub armis emitterentur.*] Flor. habet, *eniterentur.* quod probum videtur: nisi forte aptius sit, *emetirentur.*

Cap 25. *In commune omnes metu mutandæ militiæ terrebantur.*] Flor. *exterrebantur.*

Cap. 27. *Pars clamore & gladiis, pars silentio.*] Muretus legit, *pars clamore & gaudiis.*

Eod. *Animos ex euentu sumpturi*] Florent. *animum.*

Cap. 29. *Igitur consultantibus placuit tentari animum cohortis.*] Idem Flor. ac Ven. *pertentari.*

Eod. *Vt qui aduersa expertus eum maxime, ducam ne secunda quidem, &c.*] Recte tamen in Flor. legitur; *vt qui aduersas res expertus cum maxime, ducam ne secundas quidem, &c.*

Cap. 30. *Si resp. & senatus & populus vana nomina sunt.*] Optimum puto. moneo tamen, in Florent. legi, *vacua nomina.*

Cap. 31. *Vt turbidis rebus euenit, timore magis, & nonnullo adhuc consilio patrat signa, &c.*] In Floren. etiam, vt in ceteris, corrupte legitur sic: *vt turbidis rebus euentior te magis & nonnullo adhuc consilio, par signas, &c.* Vnde nihil aliud eruere possum, nisi quod verba illa, *euentior te magis*, corrigenda puto; *euenit, forte magis*, &c. reliqua sunt apud me suspecta.

Cap.34. *Occisum à se Othonem clamauit.*] Florent. *exclamauit.*

Cap.36. *Prehensare manibus, complecti armis.*] Muretus mallet, *complecti artus.*

Eod. *Postquam vniuersa classiariorum legio sacramentum eius accepit.*] Florent. habet; *classicorum.* quod rectius puto. sic supra; *legioni classicæ diffidebat.* infra: *pars classicorum mixtis paganis.* Lib.2. Hist. *classici* Denique: *prima classicorum legio.*

Cap.37. *Tot millia innocētissimorum ciuium trucidauerit.*] Idem Flor. *innocentissimorum militum.* Idque verius credo: non enim omnes milites ciues Romani erant. & supra dixit *Introitus in vrbem trucidatis tot millibus inermium militum.* Item: *Legioni classicæ diffidebat, infestæ ob cædem commilitonum, quos primo statim introitu trucidauerat Galba.*

Eod. *Minore auaritia aut licentia grassatus esset.*] Flor. *ac licētia.*

Cap.38. *Etiam deos infaustam adoptionem aduersantes.*] Muretus legendum putat, *auersantes.* quod rectum censeo. sic supra lib. 1. *sua facinora auersari deos lamentantur.* Infra: *ne ille se vt parricidam auersarentur.* ita enim legitur in optimis libris. notaui etiam supra cap.1.

Eod. *Aperire deinde armamentarium iussit.*] Lege; *aperiri.*

Cap.41. *Dereptam Galbæ imaginem solo afflixit.*] Intellige, hanc imaginem Galbæ fuisse super signo cohortis. Nam vt antea Deorum imagines signis innectebantur, sic Principum tempore, ipsorum Imperatorum. Vide Lipsium de militia rom. lib. 4. dial. 5. & ad Tacitum lib.15. Annal; cap.29.

Cap.43. *Ad Galbæ custodiam à Pisone additus.*] Lipsio assentior, qui legendum suspicatur; *à Galba custodiæ Pisonis additus.* Ducit me ad hanc sententiam Flor. liber, qui, licet corrupte, idem sentire videtur. Ait enim, *à Galbæ custodi* &, *à Pisonis additus.*

Eod. *Iussu Othonis nominatim in cædem eius ardentes.*] Floren. ac Venetus; *missu Othonis.* quod sæpe Tacito vsitatum.

Cap.44. *Tradito Principibus more, munimentum ad præsens, in posterum vltionem.*] De sinceritate huius loci adhuc dubito. nam neque priorem, neque postremam Lipsii emendationem satis probare possum præsertim cum illud, *tradito more*, sit autori nostro familiare, vt supra. *tradito more, quemcunque principem adulandi.* Tentaui verba hæc ita construere; tradito principibus more, ad munimētum præsens, & ad vltionem in posterum. vt scilicet vox, *vltionem*, pendeat ex antecedenti præpositione, *ad*, quomodo paulo infra dixit: *ad seditionem & discordias, & ad extremum bella ciuilia, ruebant.* Sensus autem esset; Principes ex more, præsentem securitatē sibi quærere: (scilicet cauēdo, ne occidi possint ab iis, qui præcessorem principem occiderunt) & in posterum tradere vltionis exemplum, iuxta illud, quod antecedenti pagina dixit,

nec

nec priores nec futuri principes terruere, quo minus facerent ſcelus, cuius vltor eſt quiſquis ſucceſſit. Nec male etiam legeretur, *in poſterum vltioni.* nam tunc intelligi poſſet, *munimentum*, appoſitiue, &, *ad præſens*, aduerbialiter dictum. Supra lib 13. Annal. dixit: *Factum & ſenatconſultum vltioni iuxta & ſecuritati.* Nihil tamen firmare auſim, niſi quod doleo, pulcherrimam ſententiam tenebris eſſe inuolutam, licet mens autoris vtcumque liqueat.

Cap. 46. *Namq; gregarius miles, vt tributum annuum pendebat.*] Gregarii milites alio vocabulo, Munifices dicebantur. Vegetius lib. 2. cap. 7. eos ita deſcribit: *Munifices appellantur, qui munus facere coguntur.* Sextus Pompeius Feſtus de verbis veteribus: *Beneficiarij dicuntur milites, qui vacant muneris beneficio: è contrario Munifices vocantur, qui non vacant, ſed munus Reip. faciunt.* Iiſque oppoſiti ſunt Immunes, qui ab omnibus operibus muneribuſque vacabant. Ammianus lib. 25. *portio pultis parabatur exigua, etiam munifici faſtidienda gregario.* Vide Lipſium de Militia Rom. lib. 5. dial. 6.

Eod. *Pars manipulis pars per cõmeatus, aut in ipſis caſtris vaga.*] Auctor hic eſt Flor. *Quarta pars manipulis.* Hinc colligitur, quartam fere partem militum, commeatibus & vacationibus, à caſtris abfuiſſe, ita vt quum priores redirent, alii ſubinde diſcederent. Hic autem mos in his Taciti verbis latet, quippe corruptis. Quæ mihi ſic reſtituenda videntur. *Quarta pars manipuli ſparſa per commeatus, aut in ipſis caſtris vaga.*

Eod. *Vbi ſumptibus exhauſtus, ſecordia miſer elãguerat.*] Vocem, *miſer*, corruptam eſſe aſſerit Flor. codex, qui habet, *ſocordia, inſ.* lege ergo: *ſocordia inſuper elanguerat.* ſæpe enim ſcriptum ibi eſt, *ſ.* pro, *ſuper*. Moneo etiam, in eodem libro ſemper ſcribi, *ſocordia*, & *ſocors*; non autem, *ſecordia*, &, *ſecors*.

Cap. 47. *Omiſiſſet tot offenſas, an diſtuliſſet, breuitate imperij in incerto fuit.*] Inſeruit Rhenanus vocem, *tot*, præter librorũ mentem. Erroris cauſa fuit, quod in Flor. legitur, *Omiſiſſe tot fenſas.* Veram ergo lectionem reſtitue; *Omiſiſſet offenſas*: quam habet etiam Venetus codex.

Cap. 48. *Magnum Claudius, Craſſum Nero interfecerat.*] Flor. *interfecerant.*

Eod. *Proconſul Africam moderate.*] Vt ſupra alias, ita hic in Flor. legitur, *Proconſule.* neque aliter per totum librum.

Cap. 50. *Captam toties ſuis ciuibus vrbem.*] Etiam Flor. & Ven. legi iubent, *ſuis exercitibus*; quod de aliis libris teſtatur Lipſius. Et vtinam Rhenanus facultatem habuiſſet conferendi potius hunc noſtrum codicem, quam ſuum Budenſem, ex quo ille in Tacito multa deprauauit.

*

Cap.51. *Secundum auaritiam & arrogantiam, præcipua validiorum vitia.*] Corrige, autoritate Flor. codicis; *ſuper auaritiam.* In eo enim ſcribitur, *ſ'.* quod ſæpe poſitum eſſe pro, *ſuper*, notaui etiam paulo ſupra, vbi legitur, *ſocordia inſ'* (id eſt, *inſuper*) *elanguerat.* Idem error ortus eſt lib.12. cap.9. *ſecundum priorem neceſſitudinem:* vbi vetus liber habet, *ſ' priorem*, id eſt, *ſuper priorem.*

Cap.52. *Et profuſa cupidine, inſigni temeritate.*] Melius Flor. & Venetus. *ſed profuſa cupidine, & inſigni temeritate.*

Eod. *Imponere iam pridem imperatoris dignationem.*] Addit Floren. *& imponere.* quod cum altero, *&*, coniunctum, vim orationi addit.

Vt concupiſceret magis quam ſperaret.] Recte tamen in Flor. & in Veneto additum eſt; *quam vt ſperaret.*

Cap. 53. *Cito ſermone, erecto inceſſu, ſtudia militum allexerat.*] Flor. habet, *inlexerat.*

Cap.54. *Et vbi pronis militum animis accipiebantur.*] Flor. *militum auribus.* & proculdubio rectius, propter ſequentem vocem, *animos.*

Cap.56. *Quartam, ac duodeuiceſima legiones.*] Et hic, & vbique infra, in Flor. nominatur, *duo & viceſima.* Quod verum eſt, teſte Lipſio, & hiſtoria ipſa.

Eod. *Coloniam Agrippinenſem Aquilifer quartæ legionis, &c.*] Florentinus, *in coloniam.*

Cap.57. *Vt quiſque corpore, opibus, ingenio validus.*] Suſpecta eſt Lipſio vox, *ingenio*, vt aliena & parum apta, cũ nullus ſit hic ingenii vſus. Mihi autem incongruens non videtur. Reſpicit enim ſenes, inualidos, tenuiores: qui cum neque corporibus, neque opibus iuuare Romanos poſſent, inuabant ſaltem ingenio; ſcilicet, ceteros populares ambitu atque orationibus accendendo.

Cap.60. *Militum conuitiis proturbantibus.*] Et Flor. & Venetus habent, *proturbatus.* quod Lipſio etiam probatur.

Cap.62. *Lætum augurium Fabio Valenti exercituique, quem in bellum cogebat.*] Quomodo exercitum cogebat, ſi iam coactus erat, & proficiſcebatur? Corrige ergo ex Flor. *quem in bellum agebat.*

Eod. *Aquila leui meatu, prout agmen incederet, &c.*] Puto verius legendum, *leni meatu.*

Cap.63. *Raptis repente armis ad cædem innoxiæ ciuitatis.*] Flor. habet, *raptiſue*, forte *raptiſque.*

Cap.64. *Cohortes XVIII. Lugduni, &c.*] Recte Flor. liber, *cohortem XVIII. am* vt Lipſius ait, habere alios quos vidit. Alibi de hoc errore monui: quia forte ſcriptum erat; *cohortẽ.*

Eod. *Solitis ibi hibernis relinqui placuit.*] Lege ex Flor. ac Veneto *ſolitis ſibi hibernis.*

Cap. 66. *Addidit Valens tricenos singulis militibus sestertios.*) Corge ex eodem Flor. numerum, *trecenos.*

Eod. *Quoties pecuniæ materia deesset, & stupris & adulteriis exabatur.*) A Floren. abest illud primum &: quod superuacuum vitur, ac male ingeminatum ex postrema syllaba antecedentis rbi, *deesset.*

Cap. 67. *Auaritia ac festinatio vndeuicesimæ legionis.*) Clare, ac re legitur in Flor. *vna & vicesima.*

Eod. *Rapuerunt pecuniam missam in stipendium Castelli.*) Lege ex or. ac Veneto, *Rapuerant.*

Cap. 68. *Cumque direptis omnibus, Aventicum gentis caput iusto mine peteretur.*) Floren habet, *dirutis omnibus.* Ven. *diruptis.* M hi men magis probatur *direptis*, vt referatur ad prædam. supra e m dixit: *Plus prædæ ac sanguinis Cæcina hausit.*

Cap. 70. *Lætum ex Italia nuntium accipit.*) Deest hic in Floreno folium, cuius tamen defectum suppleui, alterius manuipti ab illo proximi collatione. Isque hic legit, *nuntium acbit.*

Eod. *Penino subsignanum militem itinere, &c.*) Lipsius de militia om. 2 dial. 2. de Velitibus loquens, ait, ab iis secerni subsignanos ilites. sed quod genus militum subsignani fuerint, neque ipse cet, & ego dubito. Nam legionarii non erant, vt hic apparet: c auxiliares, vt infra; lib. 4. Hist. *monuit subsignano milite mediâ mare, auxilia passim circumfusa sunt.* Vnde ego nonnihil suspi r, eosdem esse, quos sæpe Tacitus Vexillarios appellat: vere iidem legionarios milites, sed ex aliis absentibus legionibus acrsitos atque collectos scilicet leuiores & expeditiores. De quis multa dixi ad lib. I. Annal. cap. 38.

Eod. *Hibernis adhuc niuibus traduxit.*) Manuscriptus ille habet: *ernis adhuc alpibus.* quod Lipsius ait, in aliis etiam libris legi, & xime probat, atque exemplis firmat.

Cap 72. *Vnde nulla innocentiæ cura, sed vitæ impunitatis.*) Lipsius ter legit. at integer mihi videtur locus. Intelligo enim, *vnde*, id postquam priuatam gratiam præparauerit, nullam iam innotiæ curam habet sed vt vita ipsius (scelera scilicet ac vitia) sit punita.

Cap. 73. *Consulari matrimonio innixa.*) Man. idem, *subnixa.*

Cap. 76. *Omnesque versæ in orientem prouinciæ, nomine eius teneitur.* Flor. corrupte habet, *versam in orientem.* Alter autem mascriptus, *versus orientem.* quod fortasse rectius.

Nam in malis temporibus partem se reip. fecerat.) Meliorem leonem Flor. habet: *nam & In* (emendo, *& hi,*) *malis temporibus tem se reip. faciunt.*

Cap. 78. *Vetandi metu, vel cognoscendi pudore.*) Idem Flor. *agnoidi.* Rectius.

Cap.79. *Ex ferocia, & successu prædæ magis quam pugnæ intenta.* Ven. *& ferocia, & successu.* ¶ *Ibi sæuitia, hic miseria vulnerum absum ti.*) Impropria & inepta videtur vox *miseria.* mihique admodur arridet Mureti emēdatio: *Ibi sæuitia hyemis, & vi vulnerū absumt*

Cap. 80 *Septimam decimam cohortem Coloniæ Hostiensi, &c.* Flor. addit *e Colonia.* ¶ *Et seuerissimum Centurionū obtruncāt.*) Flo ac Venetus, *& seuerissimos.* Lipsio autem non assentior, qui, *Seu rissimum Centurionem,* legit, vt sit proprium nomen interfecti.

Cap. 83. *Tumultus proximi initiū, nō cupidine vel odio, &c.*) Flo *cupidite.* Ven. *cupiditate.* quod rectum puto. Non.n. omnino idem, *c pido,* ac *cupiditas,* vt notum est. Legitur n. apud Non. Marcell. in l bello veterū Grammaticorū de serm. latino: *cupiditas, & cupido a uersa sunt: nā cupiditas leuior est.* Lucilius lib. 23. *cupiditas ex hoīe, c pido, ex stulto nunquā tollitur; quod cupiditas pars quadā sit temperati defluēs ex cupidine.* ¶ *Vt multa per Cēturiones tribunosq; tantū iuberi e pediat.*) In Flor. legitur; *vt multa ēt Centuriones.* sed nō ideo meliu

Cap. 84 *Muta ista & inanima intercidere ac reparari promiscue p sunt.* Alter Flor. *Muta ista & inania intercidere, ac reparari promi sunt.* quod a Rhenano interpretatur: promiscua sunt vt intercidāt ac parentur Græca cōstructione Animaduerti ēt, & in hoc antiq codice, & in altero priorum quinq; librorum, perpetuo scriptu esse, *promisca, promiscus, promisci, &c.* Quod autē Lipsio placuit scribere, *inanima,* eodē fere modo locut⁹ est Plin. Paneg. ad Tra nū *muta quidē illa, & anima carētia, sentire tamen & lætari vidēt*

Cap. 87 *In numerum legionis composuerat.*) Sequitur alterius fo defectus in Flor. Alter autem Manuscriptus habet, *in numeros gionis.* id est in cohortes. quod etiam in aliis locis Lipsius corre

Eod. *Ad obseruandam honestiorum fidem inuitatus.* Idem M fortasse non minus corrupte habet, *immutatus.*

Cap. 89. *Tantum pacis aduersa pertimuere.*) Cū libri omnes ve res addant vocē, *reip. pertimuere.* forte legendū est, *resp. pertimue* ¶ *Sub ducib. aliis si bellatū foret.*) Idem Man. *si ducibus aliis bella foret.* quod aptius videtur. ¶ *Sed festinata exactione, vsu sterile.* eodē additur, *sed festinata iam pridem exactione.* idq; etiā in Ve

HISTORIARVM LIB. II.

CAp. 1. *Obliuiscendum infensarum de bello agitantibus.*) Id Man. habet, *offensarum.*

Cap 2. *Igitur oram Achaiæ & Asiæ, ac læua maris præteruect* Idem, *præuectus.*

Cap. 3. *Conditorem templi Regem Æriam.*) Optimus Flor. enim folii defectū pertransiuimus) habet *Regem Verianum.* ¶ *Fama recentior tradit, a Cinara sacratū templū.*) Idē Flor. *Cyn* paulo infra, *Cynirades sacerdos.* ¶ Eod. *Hostiæ, vt quisq; vouisset res diliguntur.* Hoc mendū sustuli ex Flor. qui habet, *vouit s&.* ego correxi *Hostiæ, vt quisque vouit: sed mares diliguntur.* ¶ Eo *stratus sacerdotis id nomen erat.* ibi est, *sacerdotii.*

Cap. 4. *Ingens rerū fiducia accessit.*) Liplius vocē, *fiducia,* reii

ihi omnino retinēda videtur, pſertim cũ ſit in noſtro antiquiſſi-
o lib. Non.n.intelligo, vocē illam eſſe in 1.caſu, ſed in 6.i. Titum
gentē acceſſiſſe, fiducia, ſ ꝓpter fiduciam rerũ ex oraculo cōce-
am. ¶ Eod. *Ob ingenium gentis & peruicaciam ſuperſtitionis.* Et-
n ſi manifeſta vitia Flor. codicis mihi aliquando ſe offerant, il-
lis tamen fides & auctoritas hæſitare me cogit. In eo enim leg-
r, *ob ingenium montis.* quod reticere nolui.

Cap. 5 *Praua certamina communi vtilitate aboluerat.*) Veteres
ones habent. *aboleuerat.* & melius.

Cap. 6. *Secluſum tutumq; ipſum mare.*) Lipſ. ait in R. editionib. le-
ſecundũ tutumq;. qď ille ꝓbare videtur. Idemq; habet ēt Flor. cod.

Cap. 7. *Veſp. Mucianuſq; nuper, ceteri olim mixtis conſil.*) Suſpecta
of. ſunt verba illa, *ceteri olim,* quæ mihi ſenſum nō ineptũ habere
lentur: & intelligo, *olim,* futurum tempus ſignificare; ac Tacit.
qui de ceteris, qui poſtea cauſſę & partibus Veſpaſiani acceſſere.

ap. 8. *Vi tēpeſtatũ Scithinũ Inſ. detruſus*) In Flo. ſcribit˜ *Cythnũ.* ſed
lio ĵ. *Scithinũ.* ¶ *Et abnuentes interfici iuſſit.*) idē Flo. *vel abnuētees.*

Cap. 10. *Vt indefenſum & inauditum dedi ad exitium poſtularet.*
m, *poſtularent.*

Cap. 11 *Læta Oth. princip. belli.*) Flor. Ven. & alii veteres, voce ſunt
tiores *Læta interim Othoni, &c.* ¶ *Quē ſiſti inter Gallias poſſe ſpe-
erat.*) Lege ex Flor. *intra Gallias.* ¶ *Sed lorica ferrea vſus, & ante
a pedeſter.* Flor. ac Ven. addunt verbum: *ſed lorica ferrea vſus eſt.*

Cap 12. *Sed Pacēſis ꝑ licentiā militũ victus.*) Verius Flor. *vinctus.*

Cap. 13. *Nec vllis deinde tortorib. aut morte.*) Flor. habet, *terrorib.*

Ca. 14. *Simul a latere ſaxis vrgeret apta ad iaciendũ paganorũ ma-*
) auctior Flo. *apta ad iaciendũ ēt paganorũ manꝰ.* De pagan. paulo
a dixit: *pars claſſicorũ mixtis paganis.* atq; inf. lib 3. *Niſi vincitis
ant, qs alius Imper. q̃ alia caſtra excipiēt?* Pagani a. in bell. expedi-
ibus vocabātur, ad differentiam militũ; id eſt, oēs qui milites
eſſent: a pagis, vel oppidis d. Plin. iun. lib. 10. epiſt. 18. *apud me,
milites, & pagani, certatim ei teſtimoniũ retribuerũt.* Iuuen. Sat. 6.

citius falſum producere teſtem
Contra paganum poſſis, quam vera loquentem
Contra fortunam armati.

eſt. lib. 48. Tit. de pœnis, L. 14. *Quadam delicta pagano, aut nul-
, aut leuiorem pœnam irrogant; militi vero grauiorem.* Item lib. 35.
2. l. vlt. *Miles, ſi dũ paganus erat fecerit teſtamentũ, militiæ tēpore
cillos; lex Falc. in codicillis locũ nō habet, in teſtament. locũ habebit.*

ap. 15. *Ne hinc claſſis, inde equites, ſubitam formidinem inferrent.*)
. ac Ven. *inde eques.*

ap. 16. *Nudus & auxilii inops, balneis interficitur.*) Flor. *balineis.*
nim veteres plerunque hanc vocem ſcriptitabant.

ap. 17. *Quem contra Placentiam tranſgreſſi.*) Reſtitue vocem ex
Ven. & aliis veteribus: *quem repente contra Placentiam.* De-
Rhenanus, cum a ſuo codice abeſſet.

ap. 18. *Spretis centurionib. tribuniſq; prouidentiam du[illegible]*

tibus.)Non temere ſoleo gloſſematum ſuſpiciones admittere.hę autem verba; *prouidentiam ducis laudantibus*, magis magiſque ſu ſpicor, hic perperam inculcata fuiſſe ex iis, quæ paulo infra ſu iiciuntur: *inſerentibus ſe centurionibus tribuniſque, laudare prou dentiam ducis,&c.* Nam ſi attendas, fateberis abſurda & aliena hoc loco eſſe. non enim erat tempus, tunc cum milites ira frem rent, tela duci intentarent, vt centuriones ac tribuni prouide tiam ducis laudarent, imo potius vt eos retinere conarentur. I que eo intentius ſuſpicatus ſum, cum in Flor. codice, pro, *lauda tibus*, ſit, *laudari*, vt eadem prorſus verba ex ſequentibus ſump videantur: nam & ibi pro, *laudare*, legitur, *laudari*. At quod Ta tus ait, ſpretos centuriones ac tribunos, caue intelligas, ſp tos dum militibus ſe opponerent: ſed interpretor, milites n hil illorum ductum moratos, ſed ipſos ſibimet itineris du fuiſſe.

Eod. *Qui pro Othone, & accitum Cæcinam clamitabant.*) Qu olim de proditionis voce diuinaueram, non longe abeſt a Mer ri coniectura. Ille enim legit: *quin proditione accitum Cæcinam.* E autem: *quin proditionem, & accitum Cæcinam.* quod & a vulg ſcriptura minus aberrat, & cum Flor. codice magis congruit, habet, *pro Othonem.*

Cap. 19. *Laudare prouidentiam ducis.*) Monui ſupra in Flor.le *laudari*, quod mihi magis probatur: vt intelligendum ſit, no centurionibus tribuniſque tantum laudari, ſed etiam ab ipſis litibus.

Inſita mortalibus natura, &c.) Lipſius & hic & alibi, pro *inſ* repoſuit, *inſito.* cuius mutationis cauſſam ego ſane non aſſequ Intelligo enim, *inſita*, id eſt, propter inſitam mortalibus natur ſic ſupra, lib. 1. hiſt. cap 55 *inſita mortalibus natura propere ſequi, piget inchoare.* infra, *Vetus ac iampridem inſita mortalibus pote cupido. inſita ignauia, & trepidis miniſtris.*

Cap. 21. *Siue ab obſeſſis dum regerunt.*) Suſpectum mihi eſt bum, *regerunt*, coniectura, vt arbitror, repoſitum. Flor. enim habet: *ſiue ab obſeſſis dum reportans gerunt.* idemque aſſerit Rh nus legi in alio vetere libro. leuiter ſuſpicor, num ſcriptum fu *dum retorquerentur.*

Eod. *Fraude illata ignis alimenta credidit, a quibuſdam vicin lonijs.* Flor. habet, *a quibuſdam & vicinis.* At Ven. *e vicinis.* c rectum puto. id eſt, a quibuſdam hominibus e vicinis coloni *Inuidia æmulatione.*) Mureto aſſentior legenti; *inuidia, & æm tione.*

Eod. *Quocumque caſu acciderat.*) Florent. & Ven. *accidit.*

Eod. *Et nox parandis operibus aſſumta.*) Muretus, *abſumta.*

Eod. *Simul Othonem ac Vitellium celebrantes culpanteſque.*) ex Florent. ac Veneto, *culpanteſue.*

Cap. 22. *Tradidere se abeunti Turullius Cerialis.*) Flor. *Tradidere abeunti.*

Cap. 23. *Ne nouis præsidiis firmati hostes.*) Idem: *ne nouis subsi-r.*

Cap. 24. *Imminentibus viæ lucis occultos imponit.*) Idem, *com-it.*

Eod *Cum duabus vexillaribus cohortibus, & quingentis equiti-*. Lege, monente Mercero; *cum duabus auxiliaribus cohortibus.* infra, *auxiliares cohortes in Cremonensem agrum missæ.* Licet ple-nque apud Tacitum, *cohortes auxiliariæ*, dicantur.

Cap. 26. *Perculsis nullum retro subsidium foret.*) Repone ex vete-is libris, *& perculsis.*

Cap. 27. *Haud perinde damnum Vitellianos in metum compulit.*) r. & Ven. addunt, *Haud perinde id damnum.*

Cap. 29. *Vetitis obire vigilias centurionibus, omisso tubæ sono.*) Li-us de militia Rom. lib. 5. Dial. 9. ait, intelligendum esse de initiis liarum, quæ centuriones procurare solebant, vt supra libr. 15. nal. cap. 30. itemque de tuba, qua primipili singulas vigilias iebantur. Tuba enim adhibebatur ad initia, cornu siue bucci-d finem. Vegetius lib. 3. cap. 8. *A tubicine omnes vigiliæ commit-tur, & finitis horis a cornicine reuocantur.*

Cap. 31. *Vitellius ventre & gula sibi ipsi hostis.* Flor. habet *sibi in-us.* quod interpretari posset *sibi inhonestus.* nam & alibi Annal. ibro, cap. 24. legitur; *pax inhosta*, quod corrigitur *inhonesta.* Et sensus esset, Vitellium sua inhonesta vita neminem alium læ-, nisi se ipsum. Sed cum nimis durus dicendi modus esset, vul-am potius lectionem tueor: quasi dicat, Vitellium non fuisse tem Reip. sed sibi ipsi tantum: Othonem autem contra Reip. osiorem.

Cap 34 *Ac ne ipsorum miles segne otium tereret, naues pari inter se o, &c.* Melius distinguas, etiam Florentini codicis auctorita-*duersus oppositam gladiatorum manum, ac ne ipsorum miles segne n tereret. Naues pari, &c.* Duplex enim consilium fuit incho-pontis. vt scilicet primo transitum simularent, ac deinde ne tes otio languescerent. Postea descriptionem pontis aggre-r.

Cap. 37. *Nisi pollutum obstrictumque meritis suis principem passu-* Venet habet, *moribus suis.* quod aptius videtur.

Cap. 41 *Incertus vndique clamor accurrentium clamantium.* Vi-uam apte dicatur, *clamor clamantium.* In veteribus libris legi-*vomantium*; quod alii corrigunt, *vocantium*; Ego, *vocitan-* vicinitore literarum lapsu.

Cap. 45 *Missa legatione, apud duces Vitellianos dubitatum, &c.*) biruum est, vt Lipsius ait, aut, *non*, aut aliquid simile inse-c- h esse. Mihi sic legendum videtur: *missa legatio, nec apud du-*

ces Vitellianos dubitatum, &c. Postquam hæc scripserim, Florent. codicem diligentius inspexi, an aliquid lucis huic loco afferret, atque inueni idipsum quod quærebam. is enim habet: *missa legatione. capud duces, &c.* quod prorsus coniecturam meam confirmat.

Sed præmissi Mœsia, eandem obstinationem, &c.) Flor. ac Ven. *Mœsia.*

Cap. 47. *Ipse versus a consiliis belli.*) Aptius iidem libri, *auersus.*

Eod. *Quanto plus spei ostenditis si viuere placeret, pulcrior mors erit.*) Voce auctior Flor. *tanto pulcrior mors erit.*

Eod. *Ne tempus computaueritis.*) Flor. nec tempus.

Eod. *Alii diutius imperium tenuerunt.*) Idem, *tenuerint.* quod rectius puto cum sequatur. *reliquerit.*

Eod. *Sed este superstites, nec diu moremur, &c.*) Muretus legit, *sed estote superstites.*

Cap. 48. *Neu remorando, iram victoris asperarent.*) Hoc etiam mutauit Rhenanus ex suo Budensi, cum in Flor. ac Veneto non male legatur; *neu remanendo.*

Eod. *Iuuenes auctoritate, senes precibus monebat.*) Credo verius ad sensum legi in Florent. *mouebat.* Iam enim illos monuerat: postea vero auctoritate aut precibus impellebat, vt abirent.

Cap. 49. *Tum allatis pugionibus.*) Ven. addit, *pugionibus duobus* & sane ea vox necessaria videtur, cum postea dicat, *vtrumque.*

Eod. *Cum vtrumque tentasset, alterum capiti subdit.*) Florenti. ac Venet. habent; *cum vtrumque pertentasset, alterum capiti subdidit.*

Eod. *Placentiæ, aliis in castris celebratum id genus mortis.*) Restitue ex iisdem libris copulam; *aliisque in castris.*

Cap. 54. *Vt diplomata Othonis, quæ negligebantur, lætiore nuntio reualescerent.*) Ad publicum cursum hæc pertinent, qui quidem institutus fuit, vt mutatione equorum certis locis dispositorum, celerrime ex prouinciis nuncii ad Imperatorem venirent. Hic autem cursus non dabatur, nisi illi qui Cæsareum diploma haberet: neque prouinciarum Præsides, nisi graui caussa, diplomata concedebant. vt apparet ex Plinio iuniore, libro 10. epistol. 14. vbi ait: *Rex Sauromatæ scripsit mihi esse quædam, quæ deberes quam maturissime scire; qua ex caussa festinationem tabellarii, quem ad te* (scilicet ad Traianum) *cum epistolis misit, diplomate adiuui.* Item epist. 121. *Vsque in hoc tempus, domine, neque cuiquam diplomata commodaui, neque rem vllam, nisi tuam misi.* Horum autem diplomatum mittere solebant Imperatores multa exemplaria in omnes prouincias, vt iis Præsides, quando vsus venisset vterentur, inscripto nomine illorum, quibus commodabantur. Quod ex eodem Plin. cognosces lib. ad Traianum, epist. 54. *Diplomata, domine, quorum*

orum dies præterita, an omnino obseruari, & quamdiu velis, *o scribas, meque hæsitatione liberes. Vereor enim, ne in alter-* *am partem ignorantia lapsus, aut illicita confirmem, aut neces-* *ia impediam.* statimque rescribit Traianus: *Diplomata, quo-* *n præteritus est dies, in vsu esse non debent. ideo inter prima in-* *go mihi, vt per prouincias ante mittam noua diplomata, quam de-* *erari possint.* Item epist. vltima, idem Traianus ait: *Diplomati-* *quæ officio tuo dedi.* In libris autem iuris ciuilis, diplomata runque vocantur, *Euectiones.* de quibus vide lib. 12. Cod. de cur- publico l. 3. 4. 6. & seq.

Cap. 57. *Cura belli Hordeonio Flacco permissa.*) Cuius belli cura acco permittitur? Sane contra Othonem Valens tantum, ac ecina a Vitellio destinati: nec in eo bello vllæ Flacci huius rtes. In Germania etiam plus suspicionis quam belli rema- bat. Ergo vocem, *belli*, mendosam esse constat, idque mihi orentin. codex indicauit, in quo legitur, *Curari pe Hordeo-* *Flacco permissa.* Quod corrigendum est; *cura ripæ.* Ver ssi- lectio. Reliquerat enim Vitellius Hordeonium ad tutan- n Rheni ripam, ne forte Batauí, aut aliæ nationes suspe- , aliquid turbarent. Quod etiam apparet infra, vbi ait: *rdeonius Flaccus, suspectis iam Batauis anxius proprio* *o.*

Cap. 58. *XVIII. Cohortes, quinque alæ, ingens Maurorum nume-* *aderat.*) Flor. ac Ven. habent, *decem nouem cohortes.*

Cap. 59. *Quamuis odium Vitellius humilibus blanditiis velaret.*) or. *vernilibus blanditiis.*

od. *Perlatum & paludamento opertum sinu retinens.*) Copulam r. addit; *Perlatumque.*

Cap. 60. *Et Vitellius credidit de perfidia, & fidem absoluit.*) Cre- it, id est, credere finxit. Falsa enim erat perfidia eorum in honem, vera autem fides. Ideo Vitellius fidem eorum, ab- uit, quod scilicet fidi erga Othonem, aduersus seipsum fu- t.

Cap. 61. *Iamque assertor Galliarum & deus (nomen id sibi indi-* *it.*) Florent & Ven. *nam id sibi indiderat.*

od. *Si luxuriam temperaret, auaritiam non timeres.*) Credo Ta- m scripsisse: *si luxuria temperaret*, vt Florent. ac Ven. habent, upra dixit *temperare felicitati.*

Cap. 63. *Secundam veniam post scelus quærebat.*) Iidem libri ha- t, *seram veniam*: quod male mutauit Rhenanus. Sensus est: n Plautius obiecta non probaret, pœnitentia ductus, sceleris veniam quærebat: sed sero ac frustra, cum nihilominus Dola- a occisus fuisset.

Cap. 64. *Galeria Imperatoris vxor, non minax tristibus.*) Men- esse in voce, *minax*, quiuis suspicari poterit. Flor. corrupte ha-

bet, *non inmix tristibus*. Rhenanus legit. *minis*, quod non placet ... go corrigendum puto, *non nimia tristibus*, id est, non superba & crudelis erga tristes ac miseros, vt Triaria erat. Quæ vox alias, n... ... a Tacito in hoc sensu vsurpata est.

Eod. *Aut ambitu ciuitatis in gaudium euicta.*) Nonnulli vetere libri habent, *in gaudium euecta.* quod proculdubio aptius.

Cap. 65 *Exemplo L. Arruntii, quem Tiberius Cæsar, &c.*) Florent. *Arruntium Tiberius*. Lege, *exemplo L. Arruntii. Eum Tiberius, &c.*

Cap. 66. *Postquam alpibus digressi sunt.*) Magis proprie corrige *degressi*.

Cap 67. *Arma ad tribunos suos ferebant.*) Flor. *deferebant.*

Eod. *Nunquam ita ad curas intento Vitellio, vt voluptates obliui-scerctur.*) Idem Florent. *voluptatum.*

Eod. *Et quidem partes modeste distinxerat.*) Idem, *distraxerat.*

Cap. 68. *Perinde miles intentus aut licentior.*) Addit verbum Florent. *aut licent. agit*, id est, *licenter agit.*

Eod. *Per lasciuiam & certamen luctandi accensis.*) Lege ex eoder Flor. *ad certamen.* Quod & Lipsius iudicio suo conjectauit.

Cap. 69 *Et prima statim defectione, inter inania belli assumtus.* Lipsius legere mallet, *inter immania belli.* Mihi autem vox, *inani*... magis placet, hoc sensu; Assumta a Vitellio Gallorum auxilia, ... speciem magni exercitus facerent, cum reuera nihil aliud esse quam inane & inutile vulgus.

Eod. *Exitiale id Reipublicæ, ingratum militi.* Flor. *exitiabile.*

Cap. 70. *Hinc erupisse legionum agmen, hinc equites coortos.*) I... Flor rectius, vt puto, legitur; *hinc inrupisse.* Nam de ipsis Vitellia-nis legionibus sermo est, quæ in Othonianos irruperant.

Eod. *Falso vera, aut maiora vero miscebant.*) Magis placet Flo-rentina lectio; *falsa, vera, aut maiora vero, miscebant.*

Cap. 71. *Dissimulatus M. Macri, tamquam Othonianarum pa-tium ducis.* Lipsius ait, veram huius appellationem esse, *Mar... Macri*, de quo alias supra fit mentio, hoc eodem cognomento. ... fere idem annuit Flor. in quo legitur. *Marci Macri.*

Cap. 73. *Postquam speculatores Syria Iudeaque, &c.*) Adde ex Flo-rent. ac Veneto, *e Syria Iudeaque.*

Eod. *Sed inerat a mole belli plerunque cunctatio.*) Corruptum ... verbum, *inerat*, quod tamen ex Florent. facillime emendabimu... In eo enim legitur: *sed iniant a mole belli*: corrige ergo: *Sed in tan... mole belli.* Idque clare habet alter manuscriptus.

Cap. 74. *Quis ille dies foret, quo LX. ætatis annos. & duos filios, &*... Mihi videtur legendum: *quo, sexagesimo ætatis anno, se, & duos ... lios, &c.*

Cap. 76. *Splendidior origine quam nos sumus.*) Florent. corru... habet, *splendieri.* io .. *splendid.ori*: sed neque sic esset vulgata ... [illegible] ... melius.

E

Eod. *Ne Othonem quidem ducis arte aut exercitus vi, ſed præprope-*
ipſius deſperatione victum, iam deſiderabilem & magnum princi-
n fecit.) Si integer ſit hic locus, quod certe non auſim affirma-
videtur ſenſus: Poſtquam Mucianus, vt facilem belli exitum
ſpaſiano oſtenderet, dixiſſet, nullas eſſe in Vitellio virtutes; ſe-
itur illum ignauia ac vitiis ſuis effeciſſe, vt iam Otho princeps
ſideraretur, ac magnus præ Vitellio haberetur: qui quidem O-
o, non ipſius Vitellii arte ac viribus, ſed ſua deſperatione victus
erit. Conſtruitur autem ſic: Vitellius fecit iam deſiderabilem, &
gnum principem, Othonem; non quidem victum ducis arte,
t exercitus vi, ſed præpropera ipſius deſperatione. Ad hæc Mu-
nus vires Vitellii extenuans, addit, legiones ab illo ſparſas, co-
rtes exarmatas, & quæ ſequuntur,

Cap. 77. *Diſcrimen ac periculum ex æquo partiemur.*) Flor. habet,
crimen ac pericula.

Aperiet & recludet contecta victricium partium & tumeſcentia
lnera.) In eodem libro hæc tranſpoſitione aliqua leguntur, id
, *contecta & tumeſcentia victricium partium volnera.* Moneo e-
m, ibi ſemper ſcriptum eſſe, *volnus*, &, *volnera*; *volgus*, *volgatus*;
ltus. & ſimilia.

Eod. *Nec mihi maior in tua vigilantia parſimonia, ſapientia, fidu-*
t eſt. Vocem parſimoniæ Lipſius arguit, tamquam non digna,
æ inter principes & illuſtres virtutes connumeretur, aut quæ
imperium adipiſcendum vllo adiumento eſſe poſſit. Quod li-
t non ſine probabili ratione ab eo dictum ſit, mihi tamen vide-
r, Mucianum non temere inter alias virtutes etiam Veſpaſiani
rſimoniam laudare, atque in ea victoriæ fiduciam reponere:
m belli neruos pecuniam eſſe conſtet, vt inferius dixit; ac ſi ea
odigeretur, vt a Vitellio fiebat, fruſtra in aliis virtutibus, atque
cetero bellico paratu ſpes relinquebatur.

Eod. *Nam qui deliberant, deſciuerunt.*) Similem ſententiam di-
Tacitus in Agricolæ vita; *Iam ipſos, quod difficillimum fuerit, de-*
erare: porro in eiuſmodi conſiliis perículoſius eſſe deprehendi, quam
dere.

Cap. 78. *Recurſabant animo vetera omnia.*) Ita vulgati omnes, &
ale. Reſtitue ergo ex Flor. codice, *vetera omina.* Nam etiam pau-
infra dixit; *impleſſe fidem ominis videbantur.*

Cap. 80. *Pauci milites ſolito aſſiſtunt ordine, vt legatum ſalutaturi,*
peratorem ſalutauerunt.) Flor. habet *ſolito aſſiſtent* (legerim, *aſſi-*
ntes) *ordine, vt legatum ſalutaturi, Imperatorem ſalutauere.*

Iam idipſum opperiens Mucianus) Flor. *Namque idipſum.*

Cap. 82. *Donatiua militi, neque Mucianus prima concione, &c.*)
alim *Donatiuum*, vt etiam Rhenano placuit. atque idem voluiſ-
videtur Flor. qui habet, *Donatiuom.*

Cap. 84 *Ad obtinendas iniquitates haud perinde obſtinato.*) Si cor-

ruptus est locus, vt Lipsius suspicatur; Florent. nihil iuuat, nisi quod in eo legitur, *obstinante.*

Eod. *Largitus priuatim, quod auidius de republica sumeret.*) Flor habet, *largus priuatim*, quod mihi spernendum non videtur, sed postea malim legere; *quo auidius.*

Cap. 85. *Illyrici exercitus studio in partes.*) Flor. ac Ven. verbo sun auctiores: *studio transgressi in partes*: quod Rhenanus sustulit. Ego potius ita corrigerem ac distinguerem: *Illyrici exercitus studio Transgressa in partes tertia legio, &c.*

Eod. *Proturbatis qui de Othone nuntiabant.*) Id est, qui mortem Othonis nuntiabant.

Eod. *In eo metu Aponius Saturninus, &c.*) Corrige ex Flor. *In eo motu.*

Cap. 86. *Senatorium ordinem reciperauerat, præpositus a Galba, &c.*) Melius mihi videtur distinguendum: *reciperauerat. Præpositus a Galba septimæ legioni, scriptitasse, &c.*

Eod. *Titus Flauianus Pannoniam.*) Addit Florentin. *Titus Amplius Fauianus.* Recte ergo legas, litera transposita; *Titus Ampius Flauianus.* Nam idem liber infra, libr. 3. sic eum nominat.

Eod. *Igitur mouere & quatere quicquid vsquam ægrum foret aggreditur.* Omnino legendum puto, *aggrediuntur*, vt est in Florent codice, atque etiam in Veneto. Caue enim hæc ad Cornelium Fuscum referas, sed ad Vespasianum, ceterosque suarum partium duces.

Cap. 87. *Et effusa plebs totis se castris miscuerat.*) Fere semper scribitur in Flor. *plebes*, Prisco more.

Cap. 88. *Incuriosos milites vernacula vrbanitate, quidam spoliauere.*) Idem Flor. ac Ven. addunt hic verbum; *vernacula vtebantur vrbanitate.* Quod certe ego non spernerem, cum ab antiquissimo codice confirmetur. Potius suspicor, corruptum esse illud *Incuriosos.* ac nisi legere placeat; *in incuriosos*; corrigi saltem potest, *in otiosos milites vernacula vtebantur vrbanitate, quidam spoliauere, &c.* Plebeii scilicet, partim scurrilibus ac mordacibus dicteriis in milites vtebantur, partim illos spoliabant.

Cap. 90. *Abnuentique nomen Augusti expressere vt assumeret, tam frustra, quam recusauerat.* Augusti nomen fœlix faustumque erat, atque vt bonum aliquod omen Imperatoribus a populo Romano tribuebatur. Vitellio autem parum conueniens fuit, cum infœlicem exitum breui sortitus esset. Frustra ergo illi tributum ab eoque assumtus, quia nihil ei profuit: frustra recusauerat, qui assumsit.

Cap. 91. *Aliis idipsum placebat, quod non ex præpotentibus, &c.*) Corrige Florent. codicis auctoritate: *quod neminem ex præpotentibus.*

Cap. 92. *P. Sabinum, ac præfecturæ cohortis, &c.*) Mercerus emen-
, *P. Sabinum a præfectura cohortis*, id est, qui antea præfectus
ortis fuerat. Atque ostendit, hunc P. Sabinum, alium esse a
uio Sabino Vespasiani fratre; quod Lipsio caussam erroris de-
rat. Congruit etiam hæc Merceri emendatio cum Florent. co-
e, qui habet: *Publium Sabinum ad præfectura cohortis.*

Eod. *Iulium Priscum dum centurio esset.*) Flor. habet, *dum cen-
ione.* quod mihi suadet, vt Lipsio assentiar, legenti: *tum centu-
nem.*

Eod. *Quamquam id omnino seruilia ingenia corrumpebant.*) Me-
s in Florent legitur, *omnimodo.*

Cap. 94. *Super insitam animo ignauiam.*) Corruptam vocem
dit codex Florent. *insitam morte animo.* Vnde diuinabam, an le-
ndum esset *super insitam inerti animo ignauiam.* sed non placet.
i cogitent.

Cap. 95. *Faces Augustales subdidere.*) Florent. *facem Augu-
les.*

Cap. 98. *Mare quoque Etesiæ flabant. harum flatu, &c.*) Licet hic
cus in Florent. vt in aliis veteribus libris, corrupte legatur, ta-
en veram lectionem inde erui posse videtur, dummodo nul-
sit de glossemate suspicio. Is enim habet: *Mare quoque & Esi
bra Aquilonis. arum flatu. &c.* Quod ego sic restituerem: *Mari
oque Etesiæ, flabra Aquilonis. harum flatu, &c.* Nam subintelli-
ur, nuntios, mari quoque, ab Etesiis retineri.

Cap. 99. *Vt impar ad Vitellium, gratiam, viresque apud nouum
incipem pararet.* Restitue ex Florent. ac Venet. aliisque veteribus,
impar apud Vitellium.

Eod. *Mox vexillarii quartædecimæ, & sextædecimæ legionum.*)
endosum esse hunc locum suspicor: nam aliquid a vulgatis va-
t codex Florent. qui habet: *Mox vexilla in quatuordecim* XIII.
ionum. Considero etiam id quod postea dicit: *dein quin-
& duodeuicesima secutæ.* quod infert, alias legiones præmissas
sse, & tamen nullæ apparent: vt potius dicere oportuerit;
in quinta & duodeuicesima legiones secutæ. Et cum vexillarii ple-
ique ad millia censeantur, vt Mercerus monuit ad librum 2.
stor. cap. 24. leuiter dubitaui, num ex Florent. legendum sit: *&
vexillariis quatuordecim millia. Legionum dein quinta, &c.*
rte scriptum in veteribus erat, *m i ll.* quod pro, XIII. sum-
m fuit. Nec nimis magnus vexillariorum numerus videa-
r, cum & supra capit. 83. appareat, Mucianum tredecim
illia habuisse. Hanc tamen coniecturam ego ipse nihili
cio.

Cap. 100. *Dein quinta & duodeuicesima secutæ.*) Corrigendum est
Flor. *duo & vicesima.*

Cap. 101. *Æmulatione inuidiaque, ne ab aliis apud Vitellium an-*

teirentur. Additum eſt in Florent. ac Venet. *æmulatione etiam inui-diaque.*

HISTORIARVM LIB. III.

CAP. 3. *Eoq; gratior militib. erat, culpæ vel gloriæ ſocius.*) Non temere ſcriptũ eſſe a·bitror in Flor. codice: *eoq; grauior militibus erat*; ac ſuſpicor ita ſcripſiſſe Tacitum. quaſi dicat, verba & geſta Antonii, põdus aliquod & grauitatem, ſiue auctoritatem præſetuliſſe apud milites. idem fere ait infra, *eo grauior auctor, quod Paulino patria Forum Iulii.*

Cap. 4 *Ceterum vt tranſmitteret in Italiam impune, & eo vſui foret.*) Hæc quomodocumque melius in Flor. leguntur ſic: *Ceterum vt tranſmittere in Ialiam, impunem* (lego, *impune*,) *& vſui foret.* i eſt, vt tranſmiſſio impune fieret, & vſui eſſet.

Eod. *Scriptum Aponio, ſocium reuireſcere crederet.*) Codicis Flor lectio eſt: *ſcriptum Aponio ſatium reuireſcere crederentur.* Manifeſtiſſima paginæ tranſpoſitio, vt optime obſeruauit Lipſius. Conſtat enim, illud, *ſatium*, finem vnius paginæ fuiſſe, ac verba quæ inferius ſequuntur, *innocuum exercitum Mœſicum*, principium alterius: Ideoque legendum eſſe: *ſcriptum Aponio Saturnino cum exercitu Mœſico celeraret.* Quod in Floren. clarius etiam apparet, apu quem locus ille legitur: *in Vitellium vt inimici, innocum exercitum Mœſico celeraret.* Quod ad reliquum huius tranſpoſitionis attinet, ad Lipſium lectores delego, nam mihi ſatis fuit, antiqui Codicis noſtri lucem afferre.

Cap. 5 *Poſſeſſa in ipſo tranſitu Vicentia.*) Rectius Flor. *Vicetia.*

Eod. *Et interceptus exercitus per Rhætiam Iuliaſque Alpes.*) In eodem Flor. legitur: *& intertectus exercitus prætiam Iuliaſque Alpe.* Quod Lipſii correctionem aliquantulum adiuuat, legentis: *& interiectus exercitus Rhæticas Iuliaſque Alpes, ne peruium, &c.*

Cap 6 *De excitu ſecuri, Vitellium vt inimici.*) Flor. *de exercitu ſecuri, in Vitellium vt inimici.*

Cap. 7. *At ne inermes prouinciæ barbaris nationibus exponerentur.*) Lege ex Flor. *Ac ne inermes.*

Eod. *Ac maiore ex diuerſo mercede, ius faſque exſuerent.*) Idem Flor. habet, *aut maiore.*

Eod. *Et gens fideicommiſſæ patientior: oppoſita in latus, &c*) Flor *commiſſior patientior poſita in latus, &c.* pro *patientior*, ego legerem *patiens*, vt ſyllaba, *or*, conuertatur in *op*, ad verbum, *poſita*, pertinens. Illud autem, *commiſſior*, emendare, non eſt meæ opis fe te, *gens fida, & commiſſorum patiens*, Sententia mallet, *& laborum patiens*; vel, *atque onerum patiens* aut aliquid ſimile.

Eod *Sextilius Felix cum ala Tauriana.*) Flor. *cum ala Auriana*

Eod. *Nunc illis aut his prœlium tentantibus.*) Corrige ex Flor. N *his aut illis prœlium tentantibus.* Idemque in Veneto legitur.

Eo

Eod. *Occupantes Aquileiæ proxima quæque.*) Florent. *occupata* [A]*quileia, proxima quæque, &c.* Nihilominus remanet locus in [...]endo.

Cap. 8. *Alam, cui Scriboniana nomen.* Idem, *Seboniana.*

Luce prima inermes plerosque oppressere.) Idem, *Inermos.* Sic libr. 1. [A]nnal. *quem ignarum inermumque, quamuis firmatus animo Cen*[tu]*rio, ægre confecit.*

Cap. 9. *Vulgata victoria, post principia belli.*) Abest illud, *post,* a [...]or. Quod confirmare videtur lectionem Rhenani, id est, *princi*[pi]*o belli:* idque Lipsius probat. Tamen in eo codice scriptum est, [pr]*incipia,* vt litera, p', vtrique dictioni inseruire videatur, nam sæ[pi]ssime in eodem libro inuenias p', pro *post.*

Eod. *Quia audacius quam ciuili bello imperitabat.*) Congruit [n]oster cum Vat. codice, qui habet, *adductius.* De qua voce vide, si [li]bet, plura apud Lipsium.

Eod. *Decorum pro caussa ratus, si placeret Galbæ principatus.*) Flo[re]nt. *placere.* Vide etiam quæ de his paginis transpositis tradit in[g]eniose Iosias Mercerus.

Cap. 10. *Obturbabatur militum vocibus Aponius.*) Imo legendum [es]t, *Aponianus,* qui paulo infra iterum inter tumultus sedatores [n]ominatur. Nam Aponius inter præcipuos erat, in quos ira mili[t]um incubuerat.

Eod. *Et aliquo militari honore insignem.*) Restitue ex Flor. *& ali*[q]*uo militari decore.*

Sua quisque in tentoria dilaberetur.) Nec male Florent. *dilabe*[re]*ntur.*

Cap. 11. *Quippe Mœsici adiutam a se Pannoniorum vltionem.*) Au[ct]ior hic Florent. *Quippe Mœsicæ legiones adiutam a se Pannonico*[ru]*m, &c.*

Eod. *Nec tam Primus, Aponianus, & Messalla.*) Idem addit co[p]ulam, *& Aponianus, & Messalla.*

Eod. *Et obuersis militum studiis.*) Flor. *militibus.* forte, *militaribus.*

Cap. 12. *Cornelium Fuscum præfectum sibi destinat, qui propere ac*[cu]*rrit.* Idem, *adcucurrit.*

Eod. *Bassus honorata custodia, Liburnicis nauibus, &c.*) An cu[st]odia peruectus tamquam captiuus? Caue credas. Intelligo, Li[b]urnicarum custodiam a se ipso assumtam, honoris & securitatis [ca]ussa. Vinctum deinde a Memmio, fortasse defectionis ignaro, adhuc Vitellianum esse Bassum credente.

Eod. *Hadriam prouectus.*) Florent. ac Ven. *peruectus.* quod mu[ta]uit Rhenanus. Noster etiam habet, *Atriam.*

Cap. 13. *Secreta castrorum affectans.*) Flor. *Secretorum.* legendum [ig]ito, *secretum.*

Cap. 17. *Spoliare, capere, arma equos abripere.*) Restituenda est co[p]ula ex Flor. ac Ven. *arma equosque abripere.*

Eod. *Exciti prospero clamore.*) Addit Flor. *& exciti.*

Cap. 18. *Forte victi, haud perinde rebus prosperis ducem desiderau-rant, &c.*) Mutilus locus Lipsio videtur, nec mihi omnino i[n]teger. Tamen huiusmodi potest esse sensus: Cum has duas l[e]giones, aduersa suorum fortuna consternatas, neque fessos hos[tes] aggredi ausas fuisse ostendisset; rationem subiicit Tacitus, [sci]licet: forte cum se suosque victos viderent, nihil vltra profici p[os]se sperabant, sine duce, quem tunc demum sibi deesse intellig[e]bant.

Eod. *Quos militiæ gloria legionariis, quamquam raptim duct[os,] æquabat.* Si verba illa, *quamquam raptim ductos*, attentius i[n]trospicias, fateberis, nihil ea ad gloriam pertinere, imo ad co[r]poris vires. Quid enim aut detrahere potest militari glor[iæ] iam partæ, properatum iter; aut proficere, si quamlibet oti[o]se ducti fuissent? Potius dicere oportuerat, *militiæ assuetudi[ne]* aut, *exercitatione*, aut aliud simile. Itaque cum ea vox, *g[lo]ria*, a Florent. codice absit, atque etiam ab aliis veteribus, [vt] testatur Rhenanus, ego tamquam addititiam & adulterina[m] reiiciendam censeo, ac legendum: *quos militibus legionari[is] quamquam raptim ductos, æquabat*. scilicet, ipse Vipsanius, [vi]ribus, ac laborum tollerantia, pares illos reddiderat, æqu[a]batque legionariis militibus. Forte ortus est error ex conc[isa] syllaba huius dictionis, *militib'*. quomodo in antiquis libris p[le]runque scriptitare solebant; adeo vt facile pro, *militiæ*, sum[ptum] fuerit.

Cap. 19. *Quibus tam anceps belli fortuna, &c.*) Lege ex Flore[nt.] *anceps prœlii fortuna.* vt in aliis etiam libris Lipsius inuenit.

Cap. 20. *An operibus & vineis aggredienda vrbs foret?*) Fœdu[m] glossema in contextu Flor. codicis irrepsit, quod ab ipso librar[io] fortasse agnitum fuit, ideoque circumscriptum: atque hic lib[et] illud adscribere. *an operibus & vineis (machinamenti genus ad e[x]pugnandos muros, in modum turrium factum) aggredienda v[rbs] foret?*

Eod. *Num secures, dolabras, & cetera expugnandis vrbibus.*) R[e]stituenda copula ex Flor. *dolabrasque.*

Cap. 21. *Sistere tertiam legionem in ipso via Postumiæ agg[ere] iubet.* Florent. ac Venet. habent, *tertiam decimam.* quod veri[us] censeo. Nam supra, de eadem fit mentio, quæ *tertiadeci[ma] Gemina* appellatur, & cum *septima Galbiana* coniungitur, Pa[n]nonicæque legiones erant, vt apparet lib. 2. Hist. cap. 85. Atq[ue] has duas simul collocatas fuisse, colligitur etiam ex eo qu[od] mox ait: *cur resumsissent arma, Pannonicas legiones interrogaba[t].* Ergo vbi postea sequitur: *mox tertia decima densis arbustis in[ter]septa*; suspicor legendum esse, *tertia*, quæ inter Vespasiani leg[io]nes sæpe recensetur, & supra, & infra.

Cap. 22. *Indigus rectoris, vacuus consilii.*) Flor. *inops consilii.*

Eod. *Paratis iamque dispositis Flauianis impingitur.*) Florent. ac en. *paratis iam, dispositisque.*

Eod. *Cum vexillis nonæ, secundæque, & vicesimæ Britannicarum gionum.* Quod alibi sæpius vexillarios, hic vexilla dixit. supra c-m, de iisdem militibus fit mentio his verbis: *postremo agmine na & vicesima Rapax, & prima Italica incessit, cum vexillariis ium Britannicorum legionum, & electis auxiliis.* Sic etiam: *Terdecimæ legionis vexillum quatuor auxiliorum cohortes, & quinnti equites, in sinistro locantur.* quod idem est, ac si dixisset, Teredecimæ legionis vexillarii. Vide quæ de vexillariis scripsi ad 1. Annal.

Eod. *Crebris interrogationib. notum pugnæ signum.*) Hoc signum oprie Tessera vocabatur, quæ in vno aut altero verbo sub i-am pugnam ab Imperatore dabatur, vt eo symbolo commilines inter se noscerent, & item hostem. vt explicat Lipsius de ilitia Rom. libr. 4. dial. vltimo: quod huc, commoditatis caus-, libuit transferre. Thucyd. libr. 7. in pugna inter Siracusios & henienses: *Crebris interrogationibus signi vtentes, sibi ipsis tumultum crearunt, omnes simul interrogantes, & hostibus notum id erunt.* Remedium huic rei Poliænus libr. 1. inter stratagemata censet, quod Acues quidam dux Arcadum, suis militibus sium dedit, interficere eos qui signum interrogassent. Ad hanc esseram refert Lipsius postremum illud signum, de quo Cæ- libr. 2. de bello Gall. in pugna cum Neruiis: *Cæsari omnia vno mpore erant agenda; vexillum proponendum; quod erat insigne, um ad arma concurri oporteret; signum tuba dandum; acies inuenda, milites cohortandi, signum dandum.* Hirtius de bello r. *Cæsar signo fœlicitatis dato, equo admisso, in hostem ire conten-*. Vegetius libr. 3. cap. 5 *Vocalia signa dicuntur, quæ voce humana nunciantur: sicut in vigiliis, vel in prœlio, pro signo dicitur, vt puVictoria, Palma, Virtus, Deus nobiscum, Triumphus Imperatoris, alia quæcumque voluerit dare is qui in exercitu habet maximam estatem.*

Eod. *Ipsam Aquilam Atilius Verus primipili Centurio, &c.*) mopilus enim Aquilæ præerat, vt ait Vegetius libr. 2. cap. 7. in acie signifero suo adsistebat, Aquilamque tuebatur. De mopilo vide latius Lipsium de militia Roman. libro secundo, l. 8.

Cap. 25. *Vagus inde consilio ducis subditus rumor.*) Amplectitur sius Romani codicis additionem, id est, *Vagus inde, an consilio is, &c.* Proculdubio verum, nam idipsum habet etiam orent.

Eod. *Precabatur piatos patris manes, neue se vt parricidam adsarentur.* Aliquid huic loco, aut deesse, aut superesse su-

ſpicor. nam quod ait, *neue ſe*; aut illud, *ue*, abundat, aut aliud,
præcedens requiritur. In altero manuſcripto legitur, *ne piat*
quod ſatis non facit. In Flor. deinde eſt, *auerſarentur*. & recte
libr.1.Annal *ſua facinora auerſari deos lamentantur*. Notaui eti
ad lib.1.Hiſt cap.38.

Cap. 28. *Multa cum ſtrage inceſſerat cunctatio.*) Damnat Lipſ
illam *cunctationis* vocem, cum ardor vbique & feruens opus ap
reat, atque illius vice legit, *tentatio*. Ego contra aio, optime ſe h
bere; *cunctatio*. Flauiani enim poſt multam ſtragem in eos a Vit
lianis editam, ac iam feſſi & conſternati, cunctari incœpera
quod clare oſtendunt verba, quæ ſtatim ſequuntur: *feſſo militi,
velut irritas adhortationes abnuenti.* ac paulo poſt: *Non iam ſang
neque vulnera morabantur.* Scilicet, vt antea morata fuerunt.
melius cum Flor. diſtinguendus eſt hic locus: *proſternerent in
cum ſtrage. Inceſſerat cunctatio; ni duces, &c.*

Eod. *Is in vallum egreſſus, deturbatis qui reſiſterent.*) Florent. r
ſterant. Rectius Venetus, *reſtiterant*.

Cap.31. *Iam legiones in teſtudinem glomerantur.*) Lege ex Flor
glomerabantur. Ait enim poſtea, *incutiebant*.

Eod. *Cum languere paulatim Vitellianorum animi.*) Ex cod
Flor. legas, *langueſcere*.

Eod. *Aſpernantem tumentemque lacrymis fatigant; extrem
malorum.*) An lacrymas vocat extremum malorum? vix cred
neque conſtructionis ordo conſtaret. Melius fortaſſe olim diſt
xi: *Aſpernantem, tumentemque, lacrymis fatigant. Extremum m
rum, tot fortiſſimi viri, &c.* eandemque diſtinctionem præſef
videtur etiam Florent. codex. Vt malorum extremum intelli
fortes viros, proditoris opem inuocare coactos eſſe.

Cap.32. *Eadem rurſus belli ſedes.*) Copulam addunt Flor. ac V
eademque rurſus.

Eod. *Is balneas abluendo cruori propere petit.*) In Flor. ſcribit
balineas. idemque infra, cap.83. *balinea*.

Cap. 34. *Et ſi qua alia vis per alpes rueret.*) Non a Rhenano
lum eſt verbum, *rueret*, vt ait Lipſius, ſed & a Flor. confirmatu

Eod. *Vbere agri annexu, connubiiſque gentium.*) Diſtingue me
ex Flor. *Vbere agri, annexu connubiiſque gentium.* ſic Virg.1.Æn.

Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ.

A propinquis affinibuſque occulte redimebantur.) Flor. habet
demtabantur.

Cap.36. *Non in ore vulgi agere, ſed vmbraculis hortorum abdit*
Ita Lipſius ex coniectura emendauit, cum antea, *more vulgi*,
retur. atque ipſius coniectura a Flor. codice confirmatur.

Eod. *P. Sabinum prætorii præfectum.*) Dubitat Lipſius de
Sabini prænomine, quod nunquam fuiſſe ait in Flauia gent
Mercerus in notis ſuis tradidit, recte monuiſſe Sauillũ Ang

non esse hunc Sabinum, qui præfectus vrbi, & Vespasiani frater, sed alium ex alia gente. vt ego alibi dixi supra lib. 2. hist. cap. 92.

Cap. 37. *Magno cum irrisu accipientis tribuentisque.*) Aliter Flor. *tradentisque accipientisque,*

Cap. 39. *Qua (ipsa enim verba referam) se pauisse oculos, &c.*) Modica transpositio est in Flor. *qua se (ipsa enim verba referam) pauisse, &c.*

Cap. 41. *Apud auidos periculorum, & decoris securos.*) Ita Rhenanus correxit, cum in veteribus libris, & præsertim in Flor. legatur, *dedecoris.* Quam vocem ego sane anteferrem, ac suo loco restituerem. nam simile videtur, quod supra dixit: *ignominiam consumsistis.*

Eod. [*Gallias, & Germaniæ gentes, nouumque bellum cieret.*) Quod le Vat. codice ait Lipsius, idem addit Flor. id est, *Gallias & exercitus, & Germaniæ gentes.*

Cap. 42. *Cuius sacramentum, cunctis circa hostilibus, non exsuerat.*) Verius puto in Florent. legi, *nondum exsuerat.* innuens, ipsum quoque postea exsuisse.

Cap. 43. *Simul ceterorum fides metu intacta.*) Idem Flor. habet *inacta.*) Quod si corrigatur, *infracta*, vt ego censeo, locus fortasse integer reddetur, vt sit, *infracta*, pro *labefacta*. Supra dixit; *infracta paulatim potentia matris.* Item: *Infracta partium fama.* Infra, *infracta tributa.*

Cap. 47. *Is fuit Anicetus Polemonis Libertus, præpotens olim.*) Ingeminat Florent. *præpotens libertus olim.* Quod ego certe retinerem, cum repetitio illa maiorem expressionis vim habere videatur, velut cum stomaco dictum.

Eod. *Trapezuntem vetustam admodum ciuitatem.*) Suspectum mihi est illud, *admodum*, neque Cornelianam phrasim olet. Floren. habet; *vetusta mama ciuitatem.* Vnde ego diuinabam, an corrigendum esset; *vetustam Asiæ ciuitatem.*

Cap. 48. *Vagum hostem adortus, cogit in naues.*) Flor. *coegit.*

Cap. 51. *Tamquam maiora meritum, quam quæ statim exsoluerent.*) Melius ex Flor. legas, *exsoluerentur.*

Cap. 52. *Et certiora de Muciano sperabantur.*) Idem Flor. *ex Muciano.*

Eod. *Nuper ab Vespasiano in Senatorum ordinem additum.*) Rescribe ex eodem Flor *in Senatorium ordinem.*

Eod. *Et Muciano volentia scripsere.*) Idem habet, *rescripsere.*

Cap. 53. *Immodicus linguæ, & obsequii insolens.*) Corrige ex Flor. Venet. *immodicus lingua.* Sic supra, *promissis largus & immodicus.* Infra, *cultu modicus.*

Cap. 54. *Perpulit, ad vires hostium spectandas.*) Flor. addit, *perpulit ad vires hostium, &c.*

Cap. 58. *Falsa specie, exercitus & legiones appellat.*) Idē, *exercitum.*

Eod. *Mox conterriti mæstiue discrimine.*) Corrupta sunt hæc, ni fallor: ac fortasse veram lectionem Flor. ostendit. Is enim habet; *contemti mestine discrimine.* ex quo ego legendum puto: *contemtim, & sine discrimine.*

Eod. *Donec Vitellius pudore irriti conatus, quæ non dabantur, omisit.*) Idem Flor. ac Ven. *remisit*

Cap. 59. *Ereptus Samnis, Pelignusque, & Marsi, æmulatione, &c.*) Melius in Flor. legitur *Erectus.* Nam verbum *eripere*, vim denotat; at hic potius apparet, sponte hos populos ad Vespasianum defecisse, Campanorum æmulatione.

Cap 62. *Fonteium Capitonem in proditionem corruptum.*) Verba illa, *in proditionem*, absunt a Flor. a Veneto, & a Rhenani codicibus; ac superuacua videntur. ergo glossema fuisse censeo, ac tollenda.

Cap. 63 *Vt ad prœlium intentus armatusque.*) Quod Lipsius ex Regio codice emendauit, *ornatusque*; legitur etiam in Florent. Adde locum Cæsaris de bello Gall. lib. 3. *Naues eorum paratissimæ, atque omni genere armorum ornatissimæ.*

Eod. *De numero seruorum, electione lictorum loqui.*) Vere correxit Lipsius ex ingenio; *electione litorum*: nam idem habet Flor.

Cap. 68. *Interclusum alterum iter, idque solum, quod in sacram viam pergeret, patebat.*) Flor. *interclausum aliud iter.* Recte nam plura itinera quam duo fuisse credendum est idq; etiam verba se quenti indicant.

Cap. 69 *Arcem Capitolii insedit milite, & quibusdam Senatorum Equitumque.*) Addita voce legitur in Flor. *Arcem Capitolii insedit mixto milite, & quibusdam, &c.* Quam vocem a Lipsio exturba tam ego certe retinendam censeo, cum ab optimæ notæ codic confirmetur. Appellat enim militem mixtum, id est, minime pu rum & solum, sed repletum ex plebe, quæ Sabinum sequebatu atque ex seruitiis ipsius, ac cæterorum nobilium qui cum eo rant. Caue intelligas militem mixtum ex Senatoribus Equiti busque.

Eod. *At Sabinus misso per neglecta ad Flauianos duces nuntio* Desunt in Flor. codice ea verba, *At Sabinus.* & certe superuacau videntur, cum de eodem Sabino sit sermo.

Eod. *Qui circumsideri ipsos, nisi subueniretur, artas res nuntiaret* Copula quædam omnino deest, vt perficiatur sententia. Duo nim nuntianda erant. ipsos circumsideri: atque artas res, nisi su ueniretur. Florent. habet: *ipso sel ni subueniretur.* Corrige ergo; *circumsideri ipsos, & ni subueniretur, artas res nuntiaret.*

Cap. 70. *Iret obuiam legionibus, de summa rerum illic certare* Repone ex Flor. *& de summa rerum.*

Cap. 71. *Porticus in latere cliui, dextra subeuntibus.*) Innuit Lipsi legendum sibi videri, *dextræ.* atque idipsum habent Flor. ac V

Eo

Eod. *Saxis tegulisque Vitellianos deturbabant.*) Aliter Flor. *Vitel-anos obruebant.*

Eod. *Traxere flammam alueruntque.*) Idem, *traxerunt.*

Cap. 72. *Quibus armorum causis, quo tantæ cladis pretio pro patria llauimus?*) Cum libri omnes veteres addant verbum *stetit*, quod Rhenano sublatum fuit; mihi videtur leuissima mutatione non commodum sensum ex hoc loco erui posse. Sic igitur lege-m, ac distinguerem. *Quibus armorum caussis? quo tanta clades tio stetit: pro patria bellauimus?* Quasi dicat: si pro defensione triæ incensum Capitolium fuisset, præsertim ab ipsis ob-sis ad hostes arcendos, aliquod pretium fuisset, ac magis excu-bile: nunc autem non pro patria bellauimus, sed ciues contra es.

Eod. *Lutatii Catuli nomen inter tanta Cæsarum opera.*) Flor. *inter Cæsarum opera.*

Cap. 73. *Ex diuerso trepidus miles.*) Idem, *trepidi milites.*

Eod. *Flauium Sabinum inermem neque fugam cœptantem, &c.*) picor legendum, *neq; fugam temptantem*, vel potius, *captantem.*

Cap. 74. *Turba sacricolarum, immixtus ignarusque.*) Vocem *igna-ue*, ex Vat. codice reposuit Lipsius, cum in ceteris legeretur, *ratusque.* Quam vocem ego quidem non improbo. Tamen n Flor. habeat, *ignoratusque*, ac Tacito sit alias vsitatum, nulla sa est immutandi. Sic infra: *Eadem in Voculam parabantur, nisi ili habitu per tenebras ignoratus euasisset.*

Cap. 77. *Reliquas in litore captas, aut nimio ruentium onere pressas, e hausit.*) Cum Flor. habeat, *captæ*; legendum videtur *reliquæ in e captæ.* Ita etiam est in Veneto codice, ac suadet Lipsius.

Cap. 78. *Vel dum tegeret inuidiam, crimen meruit.* Cum in Flor. tum sit, *regeret*; ego legendum puto, *regerit.* Conabatur enim onius inuidiam rerum a se male gestarum in Mucianum sferre, qui epistolis suis victoriam semper moratus esset.

Cap. 82. *Vitelliani ad serum vsque diei, saxis pilisque subeuntes ar-nt.*) Flor. *ad serum vsque diem.*

od. *Quoties pars altera inclinasset, abditos in tabernis, &c.*) Ita e-dauit Lipsius, cum vulgo male legeretur, *abditi.* At Flor. ac t. eandem vocem, *abditos*, habent.

p. 83. *Aut si quam in domum perfugerant, erui iugularique po-tes.*) Iidem libri habent *expostulantes.*

d. *Exsultabant, nulla partium cura, malis publicis læti.*) Flor. t. atque alii veteres addunt, *exsultabant, fruebantur nulla, &c.* d vtrumque apud me tolleratur. Refero enim ad id quod fu-xit, ne minimo quidem temporis voluptates intermissas fu-leo hic ait, exsultabant, ac fruebantur, scilicet voluptatibus, bantque.

p. 86 *Septimum & quinquagesimũ ætatis annũ explebat.* Et his

in Vetet. aliisque veteribus additur; *Nam septimum*: forte legen
dum; *Iam septimum*.

Eod. *Reip. haud dubie intererat Vitellium vinci.*) Vox, *Republic*
quam Lipsius ex Var. codice reposuit, est etiam in Flor. & in Ve
Iidemque paulo infra habent; *Præcipiti in occasum die*, quod Rh
nanus mutauerat in, *præcipitante*,

Eod. *Sed imputare perfidiam non possunt, qui Vitellium Vespasia*
prodidere.) Id est, prætendere non possunt, se Reipublicæ cau
Vitellium prodidisse, nam iidem a Galba prius desciuerant; ac
occasio daretur, forte Vespasianum quoque proderent. Freque
est apud Tacitum vsus huius verbi, *imputare*, in eodem sensu, h
est, postulare, aliquid gratiæ apponi sibi. Exempla passim repe
untur: nec non apud Suetonium & Plinium.

HISTORIARVM LIB. IV.

CAP. 1 *Si quem procerum habitu & iuuenta prospexerant.*) Sc
be, *procerum*, cum accentu. sic infra; *& est plerisque proc*
pueritia.

Cap. 2. *Nec perinde prosperis socius, quam aduersis abstractus.*) C
ue interpreteris, *abstractus*, id est, seiunctus, vel segregatus,
quasi in exitium tractus. vt supra lib. Annalium cap. 13. *claritu*
infausti generis, & paternis aduersis foret abstractus. idque tirun
lis dictum sit, vt cetera. has enim notas veteranis non scripsi, c
& ipse sim e tironum classe.

Cap. 3 *Ciuilia de se, & rep. egregia.*) Malim; *de rep. egregia.*

Cap. 4 *Ipsa quoque insectatio in Vitellianos.*) Flor. *in Vitellium.*

Eod. *Sera & sine libertate.*) *Sera* dicit, cum iam de bello tr
actum esset, ideoque vanum ac frustratorium, insectari victos
ne libertate autem ait, quod scilicet insectatione illa in Vite
nos, non præseferret Mucianus amorem curamque Reipubli
Vitellianis laceratæ, (ita enim hoc sensu capienda videtur v
bertatis) sed potius se ipsum magnificaret extolleretque. V
bertas interpretanda sit, cum quis, sine odio & amore, & ab
vllius respectu, libere quicquid sentit, loquitur: siue in tem
aliquod periculum ex libertate illa sermonis prouenire pote
si ante victoriam Mucianus eadem insectatione vsus esset. Ip
tem, qui Vitellianos oderat, neque ab illis, quippe iam vict
mere poterat, ideo sine libertate eos insectari dicebatur.

Eod. *Muciano triumphalia de bello ciuili data.*) Flor. *de bell*
lium. quod corruptum videtur.

Eod. *Sed in Sarmatas expeditio fingebatur.*) Quæ sit exp
ista, adhuc quæro. Si transactam iam intelligit, nullum an
in Sarmatas bellum Muciano mandatum apparet, qui Syri
tum præfuit, nec supra de alio Sarmatico bello fit mentio, n
lib. 1. cap. 79. de eo quod sub Othone confecit M. Aponius

ector, qui ob hoc triumphali ſtatua donatus fuit. Si autẽ de fu-
ro atq; imminente bello intelligendum ſit, quomodo ante ſu-
eptam expeditionem triumphalia inſignia tribuuntur? Potius
ſpicari poſſumus, vere de bello ciuili ea Muciano data, neque
ſenatores ſimulare voluiſſe: finxiſſe autem, non propter ante-
ta illius merita tantum dari, ſed quia reſp. tanti viri opera indi-
ret aduerſus Sarmatas hoſtes, quorum motus fingebantur; id-
neceſſe fuiſſe, tali honore, licet inſolito, illum decorare. Hunc
men ſenſum non affirmauerim, ac ſuſpectus eſt apud me hic
cus.

Eod. *Et ſtudiis Senatus attollebantur.*) Melius fortaſſe ex Florent.
gas, *attollebatur.* id eſt, Heluidius ipſe.

Eod. *Iſque præcipuus illi dies magnæ offenſæ initium, & magnæ glo-
æ fuit.*) Quærit Lipſius, quid ſit, in quo Heluidius offenderit. Re-
ondeo, offenſiones illius inferius perſcriptas eſſe. Prima, cum
gi, non ſortiri, legatos cenſuiſſet, præter mores. Secunda, cum
arii impenſarumque curam Senatui delegaret, non Principi
ſeruaret. Tertia de Capitolio reſtituendo. Ex quibus ſententiis
illa comprobata fuit, atque in iis partim Senatum, partim
incipem offendit, licet gloriam adeptus eſſet, propter incorru-
am quam oſtenderat libertatem. Tacitus autem, poſtquam di-
, diem illum præcipuum Heluidio fuiſſe magnæ offenſæ, ac
agnæ gloriæ; ante quam Senatus acta ſubiiceret, aliquid de i-
us Heluidii genere ac vita præfari voluit: cum in ſuperioribus
rbis, de honoribus tantum Imperatori ducibuſque tribuendis
tum fuerit, nihil de ſeriis.

Cap. 5. *Heluidius Priſcus, regione Italiæ ſeptima, Tarracinæ muni-
io.*) Corrupta omnino cenſeo verba illa, *regione Italiæ:* ac fruſtra
ertranio additam vocem, *ſeptima,* quæ nuſquam in libris repe-
ur. Neq; ego ſum tanti, qui locum ſanare valeam. Quid tamen
hi in mẽtem venerit, licet ineptias ac ludibria, audacter profe-
n; præſertim cum a communium literarum veſtigiis coniectu-
mea non longe aberret. quæ huiuſmodi eſt. *Heluidius Priſcus
ur, natus Tarracinæ municipio, &c.* Certe aliquid ſimile ſenten-
poſcit, ac fortaſſe alii meliorem lectionem excogitabunt.

Cap. 6. *Et egregiis orationibus vtriuſque teſtatum.*) Muretus le-
, *vtrimque.* Quam lectionem firmo ex Tacito ipſo, qui infra,
ait: *hæc magnis vtrimque contentionibus iactata.*

Cap. 7. *Ni memoria flagitiorum vrgeret.*) Nec male Flor. ac Ven.
eretur.

Eod *Vt vniuſcuiuſque vitam famamque penetrarent.*) Aliter Flo-
it. *vt in cuiuſque vitam.*

Eod. *Cum Thraſea, Sorano, Senecione.*) Pro, *Senecione,* Flor. habet,
tio. quod Lipſio magis probatur.

Eod *Quam bonos amicos. Eſſe ſatis Marcello, &c*) Aliter diſtin-

gnunt Florentin. ac Venet. *quam bonos amicos esse. Satis Marcello, &c.*

Cap. 9 *Fuere qui & meminissent.*) Videtur sensus. Quum postea publicis sumtibus Capitolium restitui cœptum esset, non defuere qui meminissent, ac testati essent, olim in Senatu actum, vt Vespasianus illud opus adiuuaret. De restitutione autem Capitolii vide....

Cap. 11. *Tali rerum statu, cum discordia inter partes, ira apud victos.*)Vbi partes ibi consequenter discordia. nihil ideo erat quod diceret, discordiam fuisse inter partes. Sed nullæ fere partes iam erant, cum omnia in victorem Vespasianum cessissent. Ergo legendum puto; *cum discordia inter patres*: id est, inter Senatores quod ex antecedentibus satis liquet. Idque Mercerus etiam animaduertit.

Eod. *Non leges, non principes in ciuitate essent.*) Corrige ex Flor. *non Princeps.* Vnus enim Princeps, ipse Imperator. Filii autem Cæsares appellati: ac Domitianus ipse in vrbe erat.

Eod. *Fracta Primi Antonii, Varique potentia.*)Flor. ac Venet. addunt, *Varique Arrii.*

Eod. *Vim principis cõplecti, nomen remittere.*)Idem Flor. *amplecti*

Cap. 12. *Capta legionum castra hiberna.*) Inferuit Rhenanus vocem, *castra*, quæ neque in Flor. neque in Ven. neque in aliis melioribus libris reperitur. Ergo deleatur.

Eod. *Nec opibus Romanis, societate validiorum attriti.*) Mendosa hæc. neque Flor. variat. Cum autem Lipsius testetur, in Vat. codice legi, *societateue aliorum astricti*: putaui olim legendum esse *nec opibus Romanorum societate, vel aliorum, attriti.* nam fortasse scriptum erat, *Rom.* quod interpretatum fuit, *Romanis.* nec semper Romanorum socios fuisse Batauos credendum est. Sed hæc lectio nunc nec mihi ipsi probatur. Quid si secundum Vaticanam lectionem interpretemur, eos, neq; ab opibus potentiaq; Romanorum, neq; ab aliis sociis astrictos, id est, seuere habitos fuisse; sed tamquam liberos, arma tantum & milites ministrasse

Eod *Integris turmis Rhenum perrumpere.*) Aut hic deest verbum *suetus, solitus, exercitus*, vel quid simile; aut certe legendum est, *perrumpens.* alioqui non cohæret sententia.

Cap. 14 *Igitur ciuilis dissidii certus.*)Melius Flor. ac Ven. *desciscendi certus.*

Cap. 15. *Pellexit Britannica auxilia, Batauorum cohortes.*) Ipsas Batauorum cohortes *Britannica auxilia* vocat, propterea quod diu in Britannia fuerant cum xiiij. legione, vt supra lib. 1. Hist. cap. 59. libr. 2. Hist. cap. 27. & alibi. Remissas autem in Britanniam dixit, Hist. lib. 2. cap 69.

Eod. *Erat in Caninefatibus, stolida audacia Brinio.*) A Flor. appellatur, *Brinno*, a Venete, *Brenno.*

Eo

Eod. *Igitur ipso rebellis familiæ nomine.*) Flor. habet, *homine*. Ven. *omine*. Vtraque vox, aut, *nomine*, aut, *omine*, proba est; tamen vulgatam præfero.

Eod. *Duarum cohortium hiberna, proximo occupato Oceano, irrumpit.* Lipsius legendum putat; *proxima occupatu, Oceano irrumpit*. Qua coniectura nihil certius arbitror, cum Flor. habeat, *proxima occupata*.

Cap. 16. *Directa ex diuerso acies.*) Legendum puto, *acie*. Nam sequitur: *& obuersis nauibus*.

Cap. 19. *Gallum monuit, ne teneret abeuntes.*) Florent. ac Venetus, *ne terreret*.

Eod. *Sponte legatorum excitari bellum: quin cuncta, quæ acciderant, &c.*) Iidem libri habent: *excitari bellum, cunctaque quæ acciderant*.

Cap. 20. *Illi veteris militiæ memores, in cuneis congregantur.*) Pulcerrima phrasis, ac Tacito familiaris, hic perierat, nisi ab optimo Flor. nobis restituta fuisset, vt alia multa. Neque attentum lectorem fallet, inepte dictum, Batauos veteris militiæ memores. An illius militię tantum, quam tirones olim didicerant? Cur non potius dixit, diuturnæ militiæ memores? Repone ergo veram lectionem: *Illi, veteres militiæ, in cuneos congregantur*. nam & idem liber, pro, *cuneis*, habet, *cuneos*. Sic supra dixit, *vetus operis, & laboris, vetus scientiæ ac ceremoniarum, vetus regnandi, vetus stipendii*, vt notaui lib. 1 Annal. Atque idem in Vat. codice legitur: teste Iuliano Medice, qui illum, me rogante, inspexit.

Cap. 22. *Subuersa longæ pacis opera, haud procul castris in modum municipii exstructa.*) Hunc locum illustrauit Lipsius de militia Rom. libr. 5. Dial. 1. docens, fuisse Romanis consuetudinem extra ipsa hiberna seu statiua, adnectere aliqua ædificia, quæ Procestria appellabantur, vt in iis reciperentur lixæ, mercatores, aliique pagani, qui castra sequebantur. eos enim Romani militibus non miscebant. Colligitur idem ex Cæsare, qui lib. 6. cum Germani equites subito ad castra sua aduolassent. ait: *Nec prius sunt visi, quàm castris appropinquarent, vsque eo, vt qui sub vallo tenderent mercatores, recipiendi sui non haberent facultatem.* Vbi vides, mercatores sub castris tetendisse, non in castris: atq; in ea denique receptum habuisse, cum hostis instaret. Obseruaui etiam, pœnæ & ignominiæ loco datum militibus extra vallum tendere. Tacitus lib. 13. *militesque tendere omnes extra vallum iussit, inque ea contumelia detenti, nec nisi precibus vniuersi exercitus exsoluti sunt.* Liuius lib. 10. *Cohortes, quæ signa amiserat, extra vallum sine tentoriis destitutus inuenit.* Frontinus lib. 4. *Octacilius Crassus Consul, eos qui ab Hannibale sub iugum missi redierant, tendere extra vallum iussit.*

Eod. *Iuxta belli ciuilis externique facie.*) Florent. *mixta belli, &c.* Quod mihi verius & aptius videtur.

Eod. *Duabus legionibus ſitum, vix quinque millia armatorum tuebantur.*) Vox additur in Florent. ac Ven. *armatorum Romanorum*: quam a Rhenano exturbatam ego reſtituerem. Ait enim, *Romanorum*, vt ab illa quinque millium ſumma excluderet ſeruos, lixas, atque id genus hominum.

Cap. 23. *Scandebant iam quidam.*) Flor. *Scandebantque iam quidam.* Melius ergo interpunge: *inuaſore vallum, appoſitis plerique ſcalis, alii per teſtudinem ſuorum. Scandebantque iam quidam.*

Cap. 24. *Lectos legionibus Dillio Voculæ.*) Muretus: *lectos e legionibus.*

Eod. *Ipſe pauidus torpere, inuiſus militibus.*) Aliter Flor. *Ipſe nauibus, inualidus corpore inuiſus, &c.* Forte legendum eſt: *Ipſe pauidus, inualidus corpore, &c.*

Eod. *Acciri in ſocietatem Germanos.*) Flor. ac Ven. *adſciri.* forte, *adſciſci.* quod tamen vulgatæ lectioni non præferam.

Eod. *His inter ſe vocibus inſiſtentes.*) Malim ex Flor. *inſtinctos.* Sic infra: *Inſtinctos ruenteſque ita diſpoſuit.* Supra; *His vocibus inſtinctos exercitus, propriæ quoque cauſſæ ſtimulabant.* Liuius libr. 5. *diuino ſpiritu inſtinctus.*

Cap. 26. *Vtque præda ad virtutem incenderetur.*) Floren. *accenderetur.*

Cap. 28. *At Ciuilem immenſum vniuerſa Germania extollebat.*) In Flor. legitur, *immenſis auctibus vniuerſa, &c.* Quam lectionem Lipſius penitus damnat, cum tamen mihi optimum ſenſum habere videatur. Significat enim, quotidie affluxiſſe Ciuili immenſa Germanorum auxilia, quibus ille maxime augebatur & extollebatur. Itaque verba illa reſtituenda cenſeo, atque interpretor, *immenſis auctibus*, ſcilicet militum, ac virium.

Eod. *Quos genus Germanicæ originis.*) Florent. *quod gens*, atque ita ſcribendum eſt: ſicut etiam, *vocarentur*; eodem libro auctore, ac Lipſio probante.

Eod. *Nec finem labori nox attulit.*) In Veneto legitur; *ne finem quidem labori nox attulit.*

Cap 32. *Egregium, inquit, pretium laboris cepi.*) Florent. *recipi.* forte, *recepi.*

Eod. *Sic accenſum, ſed meliora referre iuſſum, dimittit.*) Idem, *molliora.* Ven. *moliora.* Lege ergo, *molliora.*

Cap. 35. *Qui reuerſus miſſos Noueſium frumentatores.*) Reſtitue ex Flor. *Qui vbi rurſum miſſos.*

Cap. 37. *Vt eſt vulgus ſine rectore præceps, pauidus, ſecors.*) Corrige *pauidum.* ſic libri omnes veteres. & Tacitus paulo infra: *vulgus alimenta in dies mercari ſolitum.*

Eod. *Cum iam Vitellius corruiſſet.*) Cum Regius codex haberet *occurriſſet*, Rhenanus emendauit, *corruiſſet.* At in Flor. ac Ven. non male legitur, *occidiſſet.*

od. *Primani, quartanique, & duodeuicesimani.*) Ex fide Flor. corrigo, *duo & vicesimani*. Sicque historiæ veritas exigit.

od. *Satietate prædæ, nec incruentati. Ita dispersos, &c.*) Lipsianam ndationem nonnihil iuuat Flor. liber, qui habet; *nec incruenvia a dispersos.* Lipsius autem legit: *nec incruenti. In via di-os.*

ap. 39. *Quod transgredientem in partes Vespasiani legionem defset.*) In Floren. melius legitur; *tamquam transgredientem*. quacat, non omnino illam caussam fuisse, præturam Iuliano adidi, sed vt Griphus honore illo decoraretur. Imo paulo infra, ano prætura restituitur.

od. *Vis penes Mucianum.*) Florent. ac Ven. addunt verbum; *vis Mucianum erat.*

ap. 40. *Et qui Fastos adulatione temporum fœdatos exonera-.*) Auctoritate Flor. codicis delendam censeo vocem, *qui*: nam m illi, qui æra legum reponere, Fastorum quoque exoneranum curam suscipere debebant.

ap. 42. *Sponte ex S. C. accusationem subiisse.*) Moris fuisse vide- vt alicuius caussæ, vel accusatio, vel etiam defensio, a Senatu , huic vel illi Oratori plerunque demandaretur; siue actoribus reis nominatim aliquem petentibus, siue proprio Senatus u: vt notum est, ac præsertim in Plinio iuniore apparet, libr. 2. t. 11. lib. 3. Epist. 4 lib. 5. Epist. 20. lib. 6. Epist. 29. Tangit etiam c morem Tacitus libro 15. At verba hæc secum pugnant. omodo enim ex Senatusconsulto accusatio suscepta, si sponut quomodo sponte, si ex Senatusconsulto? An ipsemet Regu- irrequisitus, ac sponte, curauit vt sibi ex Senatusconsulto acatio iniungeretur? Rhenanus corrigendum putabat; *sponte ex* dque nec Lipsio displicet, qui etiam excogitauit, legi posse; *te & inconsulto.* Ego neque probo neque improbo, ac meam coniecturam, seu potius diuinationem non reticebo. Cum m ab iis qui accusationem subire aggrederentur, Senatum anconsultum de ea re fuisse, probabile sit; forte legendum erit: *te nec Senatusconsulto, accusationem subiisse.*

Eod. *Appetitum morsu Pisonis caput.*) Copulam addit Flor. *Adtumque morsu.*

Cap. 44. *Patres cœptam libertatem, postquam obuiam itum, omise-* Flor. Ven. atque alii veteres habent, *ceptatam libertatem*. vnde legendum puto, *captatam*, vt scilicet captauerint vel tentauet, veterem loquendi ac decernendi libertatem resumere.

Eod. *Octauium Sagittam.*) Addunt Flor. ac Venetus, *Octauium inum Sagittam.*

Cap. 45. *Manlius Patritius ordinis Senatorii.*) Florent. *Manlius truitus Senator.*

Cap. 46. *Ne Vitelliani quidem sine multa cæde pelli poterant.*) Plu-

ra hic in Florent. adduntur: *pelli poterant, ſed immenſa pecunia f*
Poſt hæc, paginarum tranſpoſitio facta fuit a librario. Inci
enim in verbis: *ne criminantium nuntiis temere accenderetur.* &
quæ ſequuntur infra: vſque ad verba; *quo tanta vis hominum*
tinenda erat. Deinde reuertitur ad hæc; *Ingreſſus caſtra M*
cianus.

Eod. *Spernunt oblatos ſibi agros.*) Illud, *ſibi*, additum fuit a R
nano. quod a Flor. ac Ven. abeſt, neque neceſſarium eſt.

Cap. 49. *Tẽtaritne Piſonẽ ad res nouas.*) Flor. ac Ven. *tentaueri*

Cap. 52. *Mandatumque vt legatos ad Senatum mitteret, & pa*
eſſe ſciret.) Malim, *vt pacem.* Senſus enim eſt. Verebatur Veſpa
nus, ne Parthi, res Romanas diſcordiis adhuc laborare putan
ac Senatus imperatoriſque diuerſas eſſe partes, de bello infer
do fortaſſe cogitarent. Ideo Vologeſo mandauit, vt legatos
mam mitteret; ea mente, vt ille reipſa cognoſceret, quieta om
eſſe, pacificumque Imperium.

Cap. 52 *Ni pater exemplum præbuiſſet.*) Florent. *ni parens.*

Cap. 53 *Ingreſſi milites, quibus fauſta nomina.*) Congruit et
Florent. codex cum Vat. Male vulgo, *omina.* Vide Lipſium.

Eod. *Luſtrata boue tauriſque area.*) Florent. *boue taurilibus.*
ſte ergo Lipſius emendauit. *ſuouetaurilibus.*

Eod. *Vitias, quibus ligatus lapis.*) Idem Flor. *quis ligatus lapi*

Cap. 54. *Vitellianæ legiones externum ſeruitium, quam Imper.*
rẽ Veſpaſianũ malle.) Reſtitue ex Flor. ac Ven. *vel externũ ſeruiti*

Cap. 55 *Claſſicus nobilitate atque opibus anteibat alios.*) Flor
ante alios quod & Lipſio magis probatur.

Ipſe e maioribus ſuis hoſtis populi Rom. quam ſocius iactabat.) M
cerus legit: *hoſtes quam ſocios.* quod certe mihi magis placet.

Eod. *Hic Treuir, hic Lingon.*) Sententia mallet: *Ille Treuir*
Lingon.

Eod. *Hi ſecretis ſermonibus animos ceterorum ſcrutari.*) Leg
dum puto *ſcrutati.*

Cap 56 *Captum & extra conuentum amandatum in Friſios a*
mus.) Dixit ſupra cap. 19. Sed conuentus ille mihi ſuſpectus
nam quum iuſſu Ciuilis in Friſios auectus eſt Claudius, ipſi e
in campo, & in acie. quid ergo proprie dictum de conuentu? F
habet, *cõmtum.* Ven. *commentum.* forte legendum eſt; *extra con*
ritum. Ea enim Taciti mens, innocenter ac ſine vlla culpa rel
tum Claudium fuiſſe, nec ob aliam cauſſam, quam æmulat
aduerſus Ciuilem, vt ibi apparet.

Cap 58. *Mortemque in tot malis hoſtium, vt finem miſeriarun*
ſpecto.) Vocem, *hoſtium*, corruptam eſſe liquet. nec mutant
Lipſius varie emendat, acute fortaſſe magis quam vere. Ego
plicius legerem, *hodie.* Nam illa ipſa die mortem Vocula exſpe
bat: imo ſtatim poſt concionem de ſupremis agitauit.

Eod. *Id enim fas armorum, & ius hostium.*) Verbum a Tacito runque omittitur, neque hic opus est. tamen optimus Florent. lit; *& ius hostium est.*

Eod. *Quoties Romanæ legiones perire præoptauerunt, ne loco pellerentur?*) Melius ex Flor. legas, *præoptauerint*, absque interrogationota. atque interpungas: *deficiunt, quoties.* Venetus etiam idem bet.

Cap. 59. *In eadem verba adigit. Occisis Magontiaci tribunis.*) Mes distinguendum est, monente Mercero: *adigit, occisis Magontiaci tribunis, pulso castrorum præfecto, qui detractauerat. Classis, &c.*

Cap. 60. *Ac qui ipsos leues abeuntes prosequerentur.*) Flor. *at qui* is. Corrige, *atque ipsos.*

Cap. 63. *Sæuitia ingenita, & cupidine prædæ.*) Florent. ac Venet. enti. vnde recte corrigas: *sæuitia ingenii.*

Eod. *Sed præcipuo deorum Marti grates agimus.*) Flor. *& præcipuo.*

Cap. 64. *Quomodo lucem noctemque omnibus hominibus, &c.*) In t. codice ita legi testatur Lipsius, idque ipse adeo amplectitur, in contextum receperit. Ego autem libentius Flor. ac Veneti, orumque veterum lectionem tueri vellem, id est, *lucem dique.* Non enim ideo dictum, quasi lux & dies differant: sed a simul verba idem significantia sæpissime a Tacito iungun-, ornatus, ac maioris expressionis caussa. Et nonne paulo in- dixit, *noua & recentia iura?* Idem in libello de caussis corptæ eloquentiæ, *libentius nouis & recentibus, quam remotis, & literatis vtor.* Ibi etiam non semel inuenies, *veterem & antium.* Idem fere Plin. Paneg. dixit: *Vt sol & dies, non parte aliqua, statim totus; nec vni aut alteri, sed omnibus in commune profer-.* Sed prorsus idem inferius ait: *bonos autem otio aut situ abstru-, & quasi sepultos, non nisi delationibus & periculis in lucem ac em proferebant.* Neque in his Taciti verbis locum proprie hare videtur nox. nam dicere solemus, viuentes, aut luce, aut die i; nunquam nocte. Imo si ad verbum, *aperuit*, respiciamus; lum ac diem nobis natura vere aperit, noctem autem quasi rendit, ac tenebris inuoluit.

Eod. *Eductis olim, & nobiscum per connubium sociatis.*) Vere Li-ius reposuit, *deductis*: nam & Flor. & Ven. idem habent.

Cap. 66. *Donec Germani tranantes, terga Labeonis inuasere.*) Vide rectum sit, *tranatantes*, vt in Flor. codice legitur.

Cap. 68. *Nequaquam egregii duces, &c.*) Mercerus corrigit; *ne, amquam, &c.* ac deinde *parum tolerarent.* Recte quidem. Sed luectum m hi est illud, *parum*: ac libenter totum locum sic legem: *ne, quamquam egregii duces (iam enim Gallum Annium, & Petilium Cerialem delegerat) summam belli possent tolerare.*

Eod. *Suspectis, vti diximus, Primo Antonio, Varoq; Ario.*) Scribē-

dum eſt vbique, *Arrio.* atque ita corrigendum eſt ſupra, cap. 3 nam ſic nominatur in Flor. codice, aliiſque veteribus, & etiam ſu pra; lib. 3. Hiſt. cap. 8. 16. lib. 4. Hiſt. cap. 1.

Eod. *Legiones victrices* VI. & XVIII. in Flor. legitur corrupte: *Le giones victrices vim.* XI. VIII. Vnde videtur legendum, VI. am. VIII. am. quomodo Mercerus admonet, & ex hiſtoriæ fide.

Cap. 70. *Recenti Vangionum, Caracatium, Tribocorum lectu au ctas.*) Flor. *delectu.*

Cap. 71. *Montibus aut Moſella amne ſeptum.*) Reſtitue ex vete bus libris, *montibus & Moſella.* quod mutauit Rhenanus ſi cauſſa. non enim alterutrum munimentum erat, ſed vtrumque.

Eod. *Vt ventum ad manus, deturbati ruina modo præcipitantur* Florent. *vt ventum in manus.* Idem ait Tacitus infra, *venturoſq in manus, non imperiti adoleſcentuli, &c.* ſupra, *vt venere in manu non vltra dubitatum.* Plin. Paneg. *Nec tibi opima defuerint, ſi qu Regum venire in manus audeat.*

Cap. 72. *Redigeret prædam in fiſcum.*) Melius ex Flor. legas: *red geretur præda in fiſcum.*

Eod. *Poſito ciuili bello ad externa modeſtiores.*) Flor. *ciuium bell*

Eod. *Quæ militum ducumue diſcordia.*) Idem, *ducumque.*

Cap. 75. *Muciani & Domitiani vana & ſine viribus nomina* Nimis friuolum eſt monere, in Flor. legi, *Muciani ac Domitian* tamen propter copulam ſequentem, elegantius videtur.

Cap. 76. *Tranſuectam a Britannia legionem.*) Melius Flor. *e Bri tannia.*

Cap. 77. *Quod vos Gallici fœderis oblitos prædixerim, memoria Romani ſacramenti tenere credidi.*) Vere corruptus locus. neque Flor. aliter variatur, niſi quod pro, *tenere,* legitur, *temere.* Vnde, a ego fallor, aut locum ad Taciti mentem ita reſtituam: *quod v Gallici fœderis oblitos, & retinere memoriam Romani ſacramenti te mere credidi.*

Cap. 79. *Flagrantiſſima cohortium ſuarum integra, & e Cha cis, &c.*) Cum Flor. habeat; *integraque.* recte hunc locum reſtitu ſic: *Flagrantiſſima cohortium ſuarum integra, quæ ex Chaucis Friſi que compoſita, Tolbiaci, &c.*

Cap. 81. *Remedium cæcitatis expoſcens gemitu, monitu Sarapis de* Flor. habet, *Serapidis dei.* ſicque etiam Venetus.

Cap. 84 *Vulgus aduerſari Regem, inuidere Ægypto.*) Muretus m let, *auerſari.*

Eod. *Inclytam olim, veteris Ægypti columen.*) Copula reponen eſt ex Florent. *& veteris Ægypti columen.*

Cap. 85. *Si ſtatus imperii, aut ſalus Galliarum in diſcrimine veri retur.*) Veteres habent, *in diſcrimen,* quod mutauit Rhenanus.

Cap. 86. *Qua cogitatione bellum aduerſus patrem cogitauerit.*) D mnat hoc Lipſius, tamquam ſit, cogitare cogitatione, quod ve

eſ

...t ineptum. Mercerus distinctione iuuat: *qua cogitatione, bellum* ...*uersus patrem cogitauerit, an opes viresque aduersus fratrem, in in*...*to fuit*. Non male. Tamen ego, Florent. codice iubente, verius ...ituo: *qua cogitatione, bellum aduersus patrem agitauerit*.

Eod. *Simul simplicitatis ac modestiæ imagine.*) Aduerbium, *simul*, ...lor. abest, ac Rhenanus testatur, abesse etiam a Regio exempla...nec certe videtur necessarium.

Historiarvm Lib. V.

Cap. I. *Atque ipse, vt superior sui iam crederetur.*) Flor. habet, *vt superioriunam*. Recte ergo Lipsius emendauit; *vt super for*...*nam*. Sic Sallust. in Iug. *monere, ne tam praua inciperet, neu super* ...*tunam animum gereret*.

Cap. 2. *Aucto in barbarum cognomento.*) Nonnulli veteres libri ...dunt, *in barbarum morem*. Quam vocem iure spernas: nam ne...que est in Floren. neque in aliis melioribus libris. Imo sic supra lo...quitur Tacitus, libr. 6. Annal. *Ciuitas potens, septa muris, neque in* ...*rbarum corrupta*.

Eod. *Iudæos vocitari, quasi Idæos.*) Etiam a Flor. absunt verba ...a, *quasi Idæos*. ideo vt purum glossema eiiciantur.

Eod. *Conditæ vrbi Hierosolymam nomen e suo fecisse.*) In veteribus ...nnibus legitur, *nomine suo*. Pleriquè etiam habent, *conditam vr*...*m*. Rhenanus vero emendauit, vt in vulgatis. Ego potius lege...m; *condita vrbe, Hierosolymam nomine suo fecisse*.

Cap. 4. *Memoria cladis, quod ipsos scabies quondam turpauerat.*) ...lor. Ven. & alii veteres habent; *qua ipsos scabies*.

Cap. 6. *Præcipuum montium Libanum erigit.*) Quis est, qui erigit? ...n terra ipsa & solum? Ita censeo.

Incertæ vndæ, superiacta, vt solido feruntur.) Putaui olim legen...um; *Inertes vndæ, superiacta, &c.* sic infra de mor. Germ. dixit: *ma*...*pigrum, ac prope immotum*. Item: *mare pigrum, & graue remigan*...*bus*. Sed argui potest, idem supra dictum his verbis; *neque vento* ...*pellitur*. Ideo potius interpreter, incertam vndam, quæ aspici...ites quasi ambigere cogat, verane vnda sit, an solidum solum. ...idetur autem constructio. Superiacta, feruntur incertæ vndæ (id ...t, ab incerta vnda, Corneliano more) vt solido. Nisi sententiam ...uidere malimus, ac plurali numero legere; *Incertæ vndæ. Super*...*cta, vt solido feruntur*. quod certe aptius videtur, ac mihi magis ...robatur.

Cap. 7. *Terramque specie torridam, vim frugiferam perdidisse.*) Vo...c auctior est Flor. *terramque ipsam specie torridam*.

Eod. *Ego sicut Iudaicas quondam vrbes, &c.*) Lipsius ex libris nonnullis legit *inclytas quondam vrbes*. Quod rectum puto: nam-que id etiam Flor. annuere videtur, qui habet, *indicas*.

Circa cuitis os conlectæ arenæ.) Flor. *lecta*.

Cap.9. *Romanorum primus Gn. Pompeius domuit.*) Licet subit telligatur, tamen Flor. ac Ven. addunt; *Gn. Pompeius Iudæos d muit.*

Eod. *Mox bello ciuili interno.*) Sic veteres libri omnes, præt Romanam editionem, vbi, vt ait Lipsius, legitur, *bello ciuili int nos.* quod mihi non satis placet: ac potius legerem; *bello ciuium i terno.* sæpe enim alias dixit, bellum ciuium, pro ciuile.

Eod. *Regnum ab Antonio Herodi datum victor Augustus sanxit.* A Rhenano est verbum, *sanxit*; cum libri omnes veteres habean *auxit.*

Cap. 10. *Ad omnes principatus noui euentus casusque vtile vid batur.*) Ex Flor. melius legas, *vtilius videbatur.*

Cap.13. *Et plures quam pro numero audebant.*) Id est, plures quam pro numero eorum qui arma capere iussi fuerant: innuens, mu tos etiam senes, inualidos, pueros, ac feminas arma sumsisse.

Eod. *Quando impetum & subita belli locus abnueret.*) in Flor. le gitur, *impetus*, pluraliter.

Cap. 14. *Reparato per Germaniam exercitu, apud vetera consedit.* Antiquiores libri omnes addunt; *apud vetera castra consedit.*

Eod. *Sed vt quosque eorum aduehebantur.*) Lege ex Flor. *vt quos que suorum.*

Attamen fusos Germanos.) Melius idem liber: *ac tamen.*

Cap 17. *Captiuitatem clademque, & dira omnia obuersari.*) Flor *oïa.* forte melius *omina.*

Suam illic victoriam Germanis obstitisse.) *Victoriæ* vocem impro bat Lipsius, quæ mihi optime se habere videtur. Perspicuum est fieri a Tacito mentionem hic de prœlio, quod in Treuiris inte Ciuilem Cerialemque gestum fuit, vt supra, lib. 4. cap. 78. in quo prœlio Germani, victores primum, nimia deinde prædæ auiditate, victi a Ceriale fuerunt. Ibi enim ait: *sed obstitit vincentibus prauum inter ipsos certamen, hoste omisso, spolia consectandi.*

Eod *Quæ prouideri astu ducis oportuerit, prouidisse.*) Flor. *preuise* legendum puto, *prouisa.*

Cap.19. *In quibus fuit Alpinus Montanus.*) Idem Flor. *in quis.*

Cap. 22. *Suismet coriis coopertos trucidabant.*) Magis placet, *suismet tentoriis*, vt affirmat Lipsius legi in Vat. codice. Nam Florent habet, *suismet toriis*, vt suspicari possimus, primam syllabam excidisse.

Eod. *Ita cœpta cæde, & quo plus terroris adderent.*) Copula, *et*, superflua videtur, & a Flor. abest.

Eod. *Pauci ornati militariter, plerique circum brachia torta veste.*) Flor. habet, *ornati militari.* vnde videtur legendum, *pauci ornatu militari, ac plerique, &c.*

Cap. 23. *Ciuilem cupido incessit, naualem aciem ostentandi.*) Corrupte hic in Flor legitur; *Ciuilem cupido inuasi incessi.* Quod cum for-

tasse

non temere ſit inculcatum, ſuſpicor, reſtituendum eſſe; *Ciui- cupido inuaſit, receſſu naualem aciem oſtentandi.* id eſt, dum ...et.

...d. *Spatium velut æquoris captum.*) Flor. *velut æquoris eiectum.* *electum.*

...i *Moſa fluminis amnem Rhenus Oceano affundit.*) Flor. ac Ve- *...quo Moſæ.*

...d. *Is flumine ſecundo, illi vento agebantur.*) Florent. *His flumen ...dum, &c.*

...ap. 25. *Sibi non tributa, ſed virtutes & viros indici.*) Lipſio pla- ...oniectura Rhenani, legentis; *ſed iuuentutem & viras.* Ego au- ...potius audio Flor. codicem, qui habet: *ſed virtutem & viros,* ...fere ait Tacitus, de iiſdem Batauis infra in libello de mori- ...Germ.

...ap. 26. *In cuius abrupta progreſſi duces, Ciuilis ita cœpit.*) Reſti- ...opulam ex Flor. *& Ciuilis ita cœpit.*

...d. *Quæ Antonius abſens, Flaccus præſens mouebat.*) Flor. habet; *Antonius epiſtolis, Hordeonius Flaccus præſens monebat.* Sane ..., 4. Hiſt. dixit: *Eadem Hordeonius Flaccus præſens monuerat.*

...od *Fabianus in Pannonia.*) Recte Flor. *Flauianus.*

De Moribvs Germanorvm.

...AP. I. *Donec in Ponticum mare ſex meatibus erumpat.*) Vene- ...tus, *erumpit.* In Florent. enim codice ſequentes libelli deſide- ...ur.

...ap. 2. *Vtque ſic dixerim, aduerſus Oceanus.*) Suſpicor legendum, *...ſus.* Alias enim in ſuperioribus libris hic error, neq; ſemel ir- ...r. Hiſt. 1. cap 38. *Etiam deos infauſtam adoptionem aduerſantes.* ...d Muretus reſtituit, *auerſantes.* Hiſt. 3. cap. 25. *neue ſe vt parri- ...n aduerſarentur.* vbi ex codice Florent. ego repoſui, *auerſaren-* ...Hiſtor. 4 cap. 84 *vulgus aduerſari Regem.* Muretus mallet, *auer-* ...imo Annalium libr. 1. cap 28. quod optime in Manuſcripto ...m; *ſua facinora auerſari deos lamentantur*; in nonnullis editis ...eptum fuerat, *aduerſari.* At ſi forte apud Tacitum aliquando ...o, *aduerſari*, eadem eſt ſignificatio; concedatur etiam, vt in ...loco ſit *aduerſus*, pro *auerſus.* Idque improprie ab eo poſitum apparet ex illis verbis, *vt ſic dixerim*; quæ aliquid extra com- ...em vſum denotant.

...ap. 3. *Ab illo conſtitutum, nominatumque ἀσκιπύργιον.* hæc græca a Veneto codice abeſt, licet ſpatium relictum ſit, vt ſuſpicari ...imus, non fuiſſe tunc græcos characteres typographo ad ma- ...i. Tamen cum eam vocem gloſſema eſſe Lipſius putet, ac ſu- ...lua omnino videatur, cum Aſciburgium nomen præceſſerit, ſane illam reiiciendam cenſeo.

...ap. 4. *Nullis aliis aliarum nationum connubiis infectos.*) Lipſius

vocem, *aliis*, tamquam redundantem tollit. Ego olim, conie&ctilde;
legebam, *nullis alienigenarum nationum, &c.* Tamen vtcumq
neque superuacua, neque inepta mihi scriptura communis vi
tur, cum dicat, nullis aliis connubiis aliarum nationum; Ger
nos infectos fuisse. similis loquendi modus est in libello de c
sis corruptæ eloquentiæ, *vt omnem omnium artium varieta*
complecteretur.

Cap. 5. *Satis ferax, frugiferarum arborum impatiens.*) Caue in
preteris, *satis*, pro sufficienter, vt nonnullos vidi. sed *satis*, id es
omnibus iis quæ seruntur.

Eod. *Ne armentis quidem suus honor aut gloria frontis.*) In
Germaniæ boues parua habuisse cornua, quæ, honorem fro
appellat. Idem ait Horatius, de cauda pauonis loquens, Serm. l
2. Sat. 2. *coctoue num adest honor idem?* Plinius iunior, Paneg
Traianum: *Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor cap*
& dignitas oris. honorem capitis vocat, decoram & ornatam T
iani cæsariem.

Cap. 5. *Possessione & vsu haud perinde afficiuntur.*) Videtur
sus: interiores illos ac rudes Germanos, qui nondum auaritia
fecti erant, perinde possessionem atque vsum auri argenti
paruipendere solitos fuisse. quod etiam verba sequentia sati
ostendunt.

Cap. 6. *Vix vni alteriue Cassis, aut Galea.*) Isidorus Etymol
lib. 18. cap. 14. sic discriminat; quod Cassis de lamina est, Gale
corio.

Cap. 7. *Effigiesque & signa quædam detracta lucis, in prœlium*
runt. Subintelligendum est, effigies & signa ferarum. Quem
tem clarius expressit supra, *Hinc veteranarum cohortium signa*
de depromta siluis lucisque ferarum imagines, vt cuique genti i
prœlium mos est.

Cap. 11. *Sin placuit, frameas concutiunt.*) De armorum sono
iam lib. 5. hist. *vbi sono armorum tripudiisque, ita illis mos, appro*
sunt dicta. Qui sonus, quod Tacitus minime docet, fiebat, s
hastis, seu gladiis feriendo. Idemque mos etiam Romanis
Vide, si placet, Lipsium de militia Rom. libr. 4. Dial. 9. & 11. vbi
multis auctorum exemplis confirmat.

Cap. 12. *Ignauos, & imbelles, & corpore infames.*) Lipsius, vt
manorum gentem purget, legendum suadet; *& torpore infa*
Quod mihi nullo pacto probari potest. nam *torpor* & *ignauia*,
prie infamia vocari non potest, neque ego pro *infamia corpori*
cipiendum censeo tantummodo inhonestum corporis viti
sed largo quodam sensu, vitia omnia comprehendi, quæ co
vitamque hominum commaculant. sic lib. 1. Annal. dixit; *Ca*
quemdam mimum corpore infamem. lib. 15 *Quintianus molli co*
infamis.

Cap 13. *Principis dignationem etiam adolescentibus assignant.*) Sic Liuius lib. 2 *Appius inter patres lectus, haud ita multo post in principum dignationem peruenit*: id est, receptus & habitus fuit inter principales ciues Romanos.

Cap. 14. *Et facilius inter ancipitia clarescunt, magnumque comitatum non nisi vi belloque tueantur.*) Melius mihi videtur legi in Ven. codice: *& vt facilius inter ancipitia clarescant: magnumque comitatum non nisi vi belloque tueare.* Mutauerat Rhenanus.

Eod: *Nam epulæ, & quamquam incomti, largi tamen apparatus.*) Idem Ven. habet: *nam epulæ, & conuictus, quanquam incomti, largi tamen apparatus.* Quam lectionem ego non improbauerim. vt, *largi apparatus*, secundi casus singularis numeri sit.

Cap. 15. *Quotiens bella non ineunt, non multum venatibus, plus per otium transigunt.* Aduertit Lipsius, hunc locum pugnare cum æstate, imo cum vsu & ratione. Ergo negatiuam, e prioribus verbis male geminatam, tollit, ac legit; *Quotiens bella non ineunt, multum venatibus, &c.* nec dubito, quin optimo iudicio. Tamen ego potius suspicor, maius aliud subesse vulnus, atque omnino corrupta esse verba illa, *non multum*; præsertim cum, *transigere venatibus*, nesciam an latinum sit, nisi addamus, vitam, æuum, ætatem, aut quid simile. Et cum ex aduerbio, *multum*, remota priori litera, *m*, visum mihi sit, facillime formari posse, *vitam*; diuinabam, cum forte scriptum fuerit; *Quotiens bella non ineunt, tum vitam venatibus, plus per otium transigunt.* Innuit Tacitus, eos a venatione domum reuersos, otio penitus se dedere solitos fuisse. vt clarius infra dicit, amare eos inertiam, atque odisse quietem. Quod si Lipsii coniecturam probare mauis, ego potius legerem; *Quotiens bella non ineuntur, multum venatibus, &c.* vt illud, *non*, corruptum fuerit ex antecedenti syllaba.

Eod. *Et infirmissimo cuique ex familia. Ipsi hebent, &c.*) Melius distinguo: *& infirmissimo cuique ex familia; ipsi hebent, &c.*

Eod. *Mos est ciuitatibus, vltro ac viritim conferre Principibus, vel armentorum, vel frugum.*) Defectum esse hunc locum affirmat Lipsius, atque adiicere vellet; *viritim x* (id est, *decimam*) *conferre*. Mihi autem integer vtcumque videtur, & commode subintelligi posse, aliquid vel armentorum vel frugum. ac si dixisset; collationem facere principibus, armentorum vel frugum; aut ex armentis & frugibus.

Cap 17. *Pellibusque belluarum, quas exterior Oceanus, atque ignotum mare gignit.*) Adde testimonium Philostrati de vita Apollonii lib. 3. cap. 15 vbi ait, ad mare rubrum esse Ichthyophagos, id est, piscibus viuentes populos, ac vrbem incolentes nomine Stobe-ram, qui ex magnorum piscium membranis vestes intexunt.

Cap 18. *Qui non libidine, sed ob nobilitatem, plurimis nuptiis ambiuntur.* Nota significationem huius verbi, *ambiri*. quasi vltro sibi

offerri Sic supra *magnificum lætumque, tantis sociorum auxiliis am-biri, neque indigere.*

Eod. *Sed boues & frenatum equum.*) Suspicor excidisse vocem; *sed binos boues.* nam infra, vbi hæc ipsa dona recenset, ait; *hoc iuncti boues, hoc paratus equus.*

Eod. *Rursusque ad nepotes referant.*) In Ven. legitur; *rursus qui ad nepotes referantur.*

Cap. 19. *Nec corrumpere & corrumpi sæculũ vocatur.*) Id est, com-munia ac reciproca vitia, prætextu sæculi atq; consuetudinis ex-cusari non poterant: ea enim sæculum non ferebat. Supra, *vt quos vsquam corrumpi & corrumpere queat, in vrbe visatur.*

Eod. *Ne tamquam meritum sed tamquam matrimonium ament.* In omnibus veteribus editis, quos viderim, legitur: *ne tamquam maritum*, quam germanissimam lectionem arbitrabar, ac *meri* vocem reiiciebam, vt manifestum Typographorum errorem. Ta-men cum in omnibus Plantinianis editionibus, candem vocem *meritum*, constanter retineri animaduertissem, ac nuper etiam in libris Lutetiæ Parisiorum impressis anno 1599. suspicatus sum eam forsasse Lipsio probari, licet in notis suis nullum de ea v verbum dixerit. Ego autem a prisca scriptura non auellar. Opt ma enim sententia est: vxores, non maritum ipsum amare, ad l bidines explendas, sed matrimonium tantum respicere. Sic in v ta Agricolæ, *Id filiæ quoque vxorique præceperim, sic patris, sic mari memoriam venerari, vt omnia facta dictaque eius secum reuoluan famamque ac figuram animi, magis quam corporis complectantu* Plinius iunior lib. 4. epist. 19. de vxore loquens, ait: *non enim ætate meam, aut corpus, quæ paulatim occidunt ac senescunt, sed gloria diligit.*

Cap. 20 *Nec vlla orbitatis pretia.*) Morem arguit Romanorum apud eos enim orbi senes maximis obsequiis colebantur a iuni ribus, qui hereditates ipsorum aucupabantur. adeo vt talia ob sequia, quasi pretium aliquod senibus essent suæ orbitatis. Que morem ait, apud Germanos non fuisse. De hoc Ammianus Ma cellinus libr. 14. ait: *Nunc vero inanes flatus quorumdam, vile quicquid extra vrbis pomœrium nascitur æstimant, præter orbos, cælibes: nec credi potest, qua obsequiorum diuersitate coluntur mines sine liberis Romæ; vt his qui patres sunt, tamquam in capita m dicorum acerbius cælibes dominentur.* Tacitus etiam supra, Ro *testamenta & orbos, velut indagine eius capi. valuitque pecun orbitate & senecta. simul orbitate & pecunia insidiis obnoxius.* *pretii esse orbis, quod multa securitate, nullis oneribus, gratiam, hon cuncta promta & obuia haberent.* Plinius iunior lib. 4. epist. 15. *pl que etiam singulos filios orbitatis præmia graues faciunt.* Cic. in 1 ad. *Quem nutum locupletis orbi senis non obseruat? loquitur ad luntatem, quicquid denunciatum sit, facit, assentatur, assidet, mira*

Cap.21. *Cum defecerit qui modo hospes fuerat,&c.*) Melius videtur in Ven.& aliis veteribus legi; *Cum defecere.* id est *epulæ.*

Cap. 22. *Aperit adhuc secreta pectoris licentia loci.*) Corruptum videtur illud *adhuc.* forte, *aperit tunc.*

Eod. *Et salua vtriusq; temporis ratio est.*) Mutat Lipsius vocem, *salua*, ac legit; *& sua vtriusque temporis ratio est.* Mihi autem vulgata lectio optimum sensum habere videtur. Nam etiam si in conuiuiis compotationibusque de grauioribus rebus Germani deliberarent, saluum tamen & integrum sobrietatis tempus remanebat, cum eadem postera die retractarentur.

Cap. 23. *Potui humor ex hordeo aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptus.*) Idem ait Dio Cassius lib. 49. *Hordeum & milium, & edunt, & potum ex eis conficiunt.* Ceruisiam intelligit, quæ etiam hodie in vsu frequenti est apud Germanos, Sarmatas, Belgas, & Anglos.

Cap. 25. *Sed impetu & ira, vt inimicum, nisi quod impune.*) Subintelligitur quidem verbum, ac plerunque a Tacito omittitur. Tamen in Ven. codice additur; *nisi quod impune est.*

Cap.26. *Agri pro numero cultorum ab vniuersis per vices occupantur.*) Quomodo vicissitudo hæc intelligenda est? An quia plerunque contingeret agrum aliquem ab vno populo satietate derelictum fuisse, & ab alio vicissim occupatum? Quid si legas, *per vicos*, id est, vicatim?

Eod. *Arua per annos mutant, & superest ager.*) Mutationem istam iussu magistratuum factam fuisse, colligitur ex Cæsare, qui lib.6. ait; *atque anno post, alio transire cogunt.* Ne scilicet agriculturæ studio homines caperentur.

Vt pomaria conserant, & prata sepiant, & hortos rigent.) Cum in omnibus melioribus libris legeretur; *& prata separent*, Rhenanus, codicem aliquem, vt ait, secutus, mutauit, *& prata sepiant.* quod, ipsius pace, mihi prorsus improbatur, ac verbum, *separent*, suo loco restituendum censeo. Quid enim pratorum sepes cum exquisitiore cultura? aut quis magnus fructus prata sepiendi? sed intelligendum est, populos illos, in magna soli vbertate atque amplitudine, solitos non fuisse, pomaria conserere, hortos rigare, & prata a reliquis agris separare, ac sibi delectationis animique caussa reseruare; imo segeti tantum operam laboremque insumere ideoque semper supererat ager.

Cap.29. *Velut tela atque arma, bellis reseruantur.*) Licet *tela*, & *arma*, plerunque sine discrimine a scriptoribus vsurpentur, proprie tamen telis ferimus, armis tegimur. Easdem voces similiter variat Sallust. Catil. in oratione Cæsaris; *arma atque tela militaria ab Samnitibus sumsimus.* Liuius lib. 22. in pugna Cannensi; *Quingentos ferme Numidas, prater consueta arma telaque, gladios occultos sub loricis habentes.*

Eod. *Nisi quod ipso adhuc terræ suo solo ac cœlo acrius animantur.*) Sunt qui hunc locum interpretentur: Mattiacos, cum eun dem semper solum, eandemque propriam sedem adhuc retine rent, ideo patriæ amore, vtque bonis suis pacifice ac secure fru possent, acrius animatos, fideliorésque erga Romanos esse, quam Batauos: qui alienas terras incolentes, ac nihil proprium quod a mitterent habentes, incuriosius agebant. Hic autem sensus, me quidem iudicio, nullo pacto subsistit. Potius intelligendum es Mattiacos, cum in proprio solo, ac sub eodem cælo adhuc viue rent, neque vnquam in humaniores prouincias migrassent, Bata uis ferociores esse; qui locorum mutationibus, naturalem ferita tem amiserant, mitioresque facti erant. Ideo interpretor hæc ve ba, *acrius animantur*, id est, acriorem ac ferociorem animum g runt. Idem sentire videtur Althamerus Germanus in comment rio suo ad hunc libellum, cum dicat; vt solum ipsum frigidius, aer crassior est, ita homines crassiores, duriores, ac tolerantior edere. Plin Paneg. *Quum feræ gentes, non telis magis, quam suo cœl suo sidere armantur.*

Eod *Mox limite aucto, promotisque præsidiis.*) Traiani enim tem pore, quo hunc libellum Tacitus scripsit, aucti erant Imperii l mites, & vlterius quam antea, Romana præsidia promota fu rant. Tacit. libr. 2. Annal. ait: *Exin ventum Elephantinen . Syenen, claustra olim Romani Imperii, quod nunc rubrum ad ma patescit.* Huc refertur etiam quod dixit libr. 4. *quæ tum Romana c pia in armis, qui socii Reges, quanto sit angustius imperitatum*: scil cet, præ quam hoc æuo Traiani. Is enim fines Imperii pr mouit.

Cap. 31. *Nam ne in pace quidem vultu mitiore mansuescunt.*) V detur legendum. *cultu mitiore.* supra, cap. 6. *nulla cultus iactatio.* vita Agricolæ, *cultu modicus.*

Cap. 36. *Tacti ruina Cheruscorum & Fosi.*) Legendum puto, *Tr cti.* Ruinæ enim proprium est, obuia omnia secum trahere, poti quam tangere.

Cap. 37 *Ne Parthi quidem sæpius admonuere.*) Rhenano susp ctum visum est hoc verbum, *admonuere*; adeo vt putaret, Tacit scripsisse, *admouere*, eo sensu, quo apud Liuium dicitur, adm uere exercitum, vel castra. Cui opinioni ego aures non admou Et quamuis nouitas quædam sit in lectione vulgata, illam tam libenter fero; vt sit, *admonere*, vigilantem & experrectum ten nec quietum sinere; seu potius, negocium facessere.

Cap. 38. *Sic in aliis gentibus, seu cognatione aliqua Sueuorum*) Abest a Venet. codice particula illa, *sic.* ac recte abesse censeo. n enim superuacua tantum videtur, sed etiam orationem c fundere.

Cap. 39 *Centum pagis habitatur.*) Idem Ven. *habitantur.*

Cap. 40. *Dicatum in eo vehiculum veste contectum.*) Ex eodem en. restituenda videtur copula; *dicatumque in eo, &c.*

Cap. 41. *Quatenus Danubio prætexitur.*) Venetus, & alii veteres liti, quos viderim, habent; *quatenus Danubio pergitur.* Quam le-ionem, consensu librorum confirmatam, ego non improbaue-m; vt, Danubio pergere, idem sit, quod secus Danubium perge-. Nisi forte legere malimus, *porgitur*, pro, *porrigitur*. quod minus acet.

Eod. *Marcomanis, Quadisue vsque ad nostram memoriam Reges anserunt.*) Videtur legendum, *Quadisque.*

Eod. *Sed deos interpretatione Romani Castorem Pollucemque no-inant.*) Ven. *interpretatione Romana.*

Cap. 43. *Paulo iam addictius, quam ceteræ Germanorum gentes.*) em habet, *adductius.* Quod Lipsio æque probatur.

Cap. 44. *Nullis iam exceptionibus, non precario iure parendi.*) Su-a dixit; *precarium seni imperium, & breui transiturum.* inf. a: *pre-rio mox præfuit.*

Cap. 45. *Quod extremus cadentis iam solis fulgor in ortus edurat.*) gendum puto, *in ortum.*

Eod. *Illuc vsq; (& fama vera) tantũ natura. Ergo iam dextro, &c.*) re vitiosus locus, si quis alius in his libris. neque ego mederi ofiteor, sed diuinationem quandam meam, licet valde abhor-ntem, proferam: quæ tamen a corruptorum verborum vestigiis n longe recedit. Ea est huiusmodi: *Illuc vsque est fama: verum ntum traditæ exponam. Dextro Sueuici maris, &c.* Quasi dicat: sic unt, ego autem non affirmauerim, sed tantum quæ mihi tradi-sunt, referam. Simile aliquid dixit supra, libr. 11. Annal. *Sed ni-compositum miraculi caussa, verum audita scriptaque senioribus dam.*

Eod. *In tantum non modo a libertate, sed etiam à seruitute degene-nt.*) Degenerant scilicet a libertate, quia ceteri Germani fere nes liberi, hi serui: degenerant a seruitute, quia seruientes po-li, Regibus, ideoque hominibus, seruire solent, hi autem fe-nis.

Cap. 40. *Procerum connubiis mixtis, nonnihil in Sarmatarum ha-um fœdantur.*) Rhenanus, atque etiam Althamerus, legendum ant; *ceterum connubiis mixtis.* Mihi autem vulgata lectio ma-probatur, cum verisimile sit, non a plebeiis hominibus vxores Sarmatia vsque ductas, sed a proceribus tantum. & ideo ait, ctis procerum connubiis, id est, inter proceres Bastarnas & Sar-tas.

Eod. *Securi aduersus homines, securi aduersus deos, &c.*) In fœda m paupertate, securi aduersus raptores furesque agunt; quibus il quæstus apud eos est. Et dum agriculturæ non student, secu-tiam sunt aduersus deos, id est, aduersus grandines, ac tempe-

ſtates, ceteraſque cœli iniurias, quæ ſegetes, atque omnes alios terræ fructus aliquando deſtruere ſolent.

Eod. *Rem difficillimam aſſecuti ſunt, vt illis ne voto quidem opus ſit.*) Horum verborum ſenſus videtur; has barbaras gentes, non ſolum ciuiliorem humanioremque vitam penitus aſpernari, ſed nullarum rerum deſiderio teneri, quod difficillimum habetur inter mortales.

AGRICOLÆ VITA.

CAP. I. *Ni incurſaturus tam ſæua & infeſta virtutibus tempora.*) In veteribus libris legitur, *ni curſaturus*: quod emendauit Rhenanus, *ni incurſaturus*; hoc ſenſu: Tacitum non petiturum fuiſſe veniam, niſi incidere cogeretur in Domitiani tempora tam ſæua, ac virtutibus infeſta. Mihi autem, neque verbum *incurſare* hoc ipſum exprimere ſatis apte videtur, neque in Rhenani ſenſu vllam vim ineſſe. Nam quæ cauſſa veniæ opus erat ei, qui tantum dicat, ſe in ſæua tempora ſcribendo incaſurum eſſe? ſane poteſt adulatorie, & abſque obtrectatione tempora illa percurrere. Ideo aut interpretandum eſt verbum illud, *incurſare*, boum, vel arietum more, id eſt, impetere, vel inceſſere; aut certe legendum, vt Lipſius dubitat, *ni incuſaturus*. Excuſatio enim proprie conuenit ei, qui vitia moreſque incuſaturus eſt, ac ſcripta ſua maledictis implet, cogitat cogiturque: cum merito timeat, ne viuentes ac poſteri, aliena malefacta ſibi obiectari putet; vt lib. 4. Annal. idem Tac. dixit.

Cap. 3. *Augeatque quotidie facilitatem imperii Nerua Traianus.*) Vox *facilitatem*, à Lipſio non improbatur. is tamen mallet, *felicitatem*. quod Venet. codex confirmare videtur, qui habet, *falicitatem*.

Eod. *Quid ſi per quindecim annos, &c.*) Tempus ſcilicet, quo Domitianus regnauit.

Cap. 4. *Vtrumque Auum procuratorem Cæſarum habuit.*) Quid fuerit Procuratoris ius, declarat Tacitus Annal. libr. 4 ait enim ibi in perſona Tiberii: *non ſe ius Procuratori, niſi in ſeruitia, & pecunias familiares dediſſe.* Iidem poſtea appellati fuerunt, *Rationales* vel, *fiſci Procuratores*; vt paſſim legitur apud Ammianum Marcellinum, Iulium Capitolinum, Lampridium, & alios.

Eod. *Quod ſtatim paruulus ſedem ac magiſtram ſtudiorum Maſſiliam habuerat.* Venet. & alii veteres, *habuerit*.

Eod. *Studium philoſophiæ acrius vltra quam conceſſum Romano & Senatori hauſiſſe.* Tollit Lipſius vocem, *acrius*, tamquam redundantem & gloſſema. At ea mihi potius corrigenda videtur: auſimque affirmare, ſcripſiſſe Tacitum, *ſtudium philoſophiæ ac iuris, vltra quam conceſſum, &c.* Clarum eſt enim illius temporis Oratores, iuri quoque operam dediſſe. Idem Tacitus ipſo Agricola infra, cap. 39. dixit: *fruſtra ſtudia fori, & ciuilium art-*

artium decus in ſilentium acta, ſi militarem gloriam altius occuparet. Item in dialogo de cauſſis corruptæ eloquentiæ, cap. 31. legitur: *Ideoque & iuris ciuilis ſcientiam veteres Oratores comprehendebant, & Grammatica, Muſica, & Geometria imbuebantur.* Clarius adhuc cap. 32. *qui ſi forte hoc audierint, certum habeo dicturos, me dum iuris & philoſophiæ ſcientiam, tamquam Oratori neceſſariam laudo, ineptiis meis plauſiſſe.*

Eod. *Retinuitque, quod eſt difficillimum, ex ſapientia modum.*) Obſcure dictum. tamen videtur ſenſus: Agricolam temperauiſſe, moderatumq; eſſe ſcientiam, ac ſapientiam ſuam; adeo vt non quicquid ille ſciret, oſtentauerit, aut iactauerit.

Cap. 5. *Nihil appetere ob iactationem.*) Cum a meo Veneto abſit particula, *ob*; malim cum Rhenano legere: *nihil appetere iactatione.* quod Lipſio etiam probatur.

Cap. 6. *Niſi quod in bona vxore tanto maior laus, quanto in mala plus culpæ eſt.*) Præclara ſententia, peſſime a librariis affecta fuit, cui tamen ſpero medicinam, imo vitam me attuliſſe. Nam cur maxima culpa eſt in malis vxoribus, niſi quia naturali quodam ingenio bonæ plerumque ſoleant ac debeant eſſe. Quod cum ita ſit, laudem quidem merentur bonæ, ſed non magnam. Conſideranda eſt etiam hic particula illa, *niſi* quæ aliquid exceptionis ſemper affert. Si quis ergo diligenter attendat, fatebitur, omnino legendum eſſe: *niſi quod in bona vxore tanto minor laus, quanto in mala plus culpæ eſt.* Nihil certius. Similis ſententia eſt apud Philoſtratum in vita Apollonii, lib. 6. cap. 11. Ait enim Latine conuerſus: *Neque prudentiæ opus eſt ſtulte aliquid non cogitare: neque fortitudinis, aciem non relinquere: neque temperantiæ, in mœchorum turpitudines non incidere: nec omnino laude dignum eſt quod non eſſe malus videaris: omne enim quod æque ab honore pœnaque diſtat, virtus non eſt.*

Eod. *Mox inter quæſturam ac tribunatum plebis*) Etiam Venetus addit, *inter præturam, quæſturam, ac tribunatum plebis.* quod falſum videtur, nam Prætor nondum fuerat. & ſtatim de ipſa Præturа ſubiicit.

Eod. *Ludos & inania honoris, modo rationis atq; abundantiæ duxit.*) Sunt qui *abundantiæ* vocem interpretentur, magnificentiam; quaſi Agricola duxerit ludos, tẽperamento quodam adhibito, intra terminos a ratione conſuetudineq; præſcriptos ac magnificũ liberalemq; apparatum. Ego autẽ hanc non fuiſſe Taciti mentem arbitror: ac potius intelligo, abundantiam illã, ad ipſius Agricolæ opes ac rem familiarem referendam eſſe, vt ſcilicet ludos atq; inanes honores exercuerit, modo quodam cõuenientis rationis, & ſuarũ facultatum. Idem ſenſiſſe viſi ſunt docti illi viri, qui Latinæ linguæ Theſaurum compilauerunt, vt ibidem legitur in voce *Abundãtia.* Quæ tamẽ in hoc loco apud me aliquantulũ ſuſpecta eſt,

Cap. 7 *Dum in templo (Liguriæ pars est) populatur.*) Mercerus monet, a Sauilio Anglo restitutum fuisse: *dum Intemelio.*

Eod. *Vicesimæ legioni tarde ad sacramentum transgressæ.*) Erat hæc legio in Britannia. Ergo subintelligendum est, eo missum fuisse Agricolã, licet Tacitus non exprimat. Sed ex sequentibus apparet.

Eod. *Quippe Legatis quoque consularibus nimia ac formidolosa erat. nec Legatus prætorius ad cohibendum potens.*) Sub Principibus (vt ait Lipsius de militia Rom. lib. 2. Dial. 11. & libr. 5. Dial. 18.) duo genera Legatorum erant, Consulares, & Prętorii: quorum illi toti exercitui præerãt, isti legionibus singulis. idque Augustus inuenit. quasi enim ille vnus iam imperator esset, rem administrabat per Legatos, nec alio nomine vocabantur, eoque nec triumphi ius habebant, cum omnia gererent auspiciis alienis. Ideo in scriptoribus crebro legas, *Legatos consulares*, aut compendio, *consulares*. Item *Legatos prætorios*, siue, *legionum.* Explicat Dio libr. 52. in orat. Mœcenatis, & etiam lib. 53. vocatq; hos posteriores *Subprætores*, vel, *Subpræfectos*, qui ipsi postea, *Duces*, a Latinis dicti. Apud Suidam legitur: *liberauit vrbem intus quæsitus fortunio, Legatus copiarum Misiæ, quos Duces appellant.* Lampridius in vita Alexandri Seueri: *Apparitores nullos esse passus est. Tribunis, aut Ducibus nisi milites anteire noluit: iussitque, vt ante Tribunum quatuor milites ambularent, ante Ducem sex, ante legatum decem.* Ducem intelligit, qui olim Legatus dictus, nempe Legioni præpositum. Legatum autem, id est, consularem, seu exercitus primarium Ducem.

Cap. 8. *Habuerunt virtutes spatium exemplorum.*) Lipsius legit, *spatium & exemplum.* & de Ceriale tantum intelligere videtur, qui scilicet spatium campumque exercendis virtutibus dederit. Ego vulgatam lectionem probam censeo, vt de vtriusque virtutibus loquatur, quæ spatium habuerint, multa de seipsis exempla prodendi. Ideo statim sequitur, de Cerialis humanitate ac facilitate erga Agricolam, & de huius modestia atq; obsequio erga illum.

Cap. 10. *Spatio ac cœlo in orientem Germaniæ, in occidentem Hispaniæ obtenditur.*) Quid sibi velint verba illa *spatio ac cœlo*, non facile liquet. Tamen ego arbitror sensum esse Britanniam Germaniæ, Hispaniæque obtendi, non quidem ex proximo, sed spatio ac cœlo mediante, id est, per longum interuallum maris atque aeris. Quoniam autem de Gallia, quæ vicina est, idem dicere non potuit, propterea sequitur: *Gallis in meridiem etiam inspicitur.*

Eod. *Etiam iugis atque montibus inseri, velut in suo.*) Licet interpretari possit, mare in iugis montibusque quasi imperium exercere, tamquam in suo proprio alueo; ineptum tamen esset. Ideo suspicor corrupta esse verba illa, *velut in suo*, ac fortasse legendũ, *velut in insulis:* præsertim respectu verbi, *ambire.* Vt si diceret: Inseritur aliquando montib. eosq; ambire tentat, ac si essent insulæ.

Cap. 11. *Et positu contra Hispaniam.*) Ita emendauit Rhenanus, cum

n antea legeretur, *posita*. Ego potius velim, *positus*, id est, posi-
; cum in primo etiam casu dixerit, *colorati vultus*, &, *torti crines*.
supra, 6. Annal *positus siderum*.

Cap. 12. *Rarus duabus tribusque ciuitatibus.*) Legendum videtur,
usue.

Eod. *Infraque cœlum & sidera nox cadit.*) Si quis locus obscure
Tacito exprimitur, hic vnus est. Ad cuius clariorem explanatio-
m, notandus est apud illum huius præpositionis, *infra*, vsus. vt
.13. *sed neque Neroni infra seruos ingenium.* lib. 14. *Cetera inuidiam*
gent, quæ quidem, vt omnia mortalia, infra tuam magnitudinem
er. Ita hic ait: nox infra cœlum & sidera cadit. id est, propter so-
a illi horizonti vicinum nox adeo clara est, vt inferior sit cœlo
sideribus. quasi dicat, tantum obscuritatis noctem non habe-
vt sidera mortalibus detegere valeat. Aliquid simile dixit in li-
lo de moribus German. *extremus cadentis iam solis fulgor in or-*
edurat, adeo clarus, vt sidera hebetet. Hunc Taciti locum imi-
us est is, qui ad Constantinum Constantii filium scripsit Pane-
icum. De Britannia enim loquens, ait: *Longissimæ dies, & nullæ*
e aliqua luce noctes: dum illa litorum extrema planities non attol-
umbras, noctisque metam cœli & siderum transit aspectus.

Cap. 15. *Alterius manus centuriones, alterius vim & contumelias*
cere.) Recte quidem Lipsius, qui restituit: *alterum, manus, cen-*
iones; alterum, vim & contumelias, miscere. Vt sit sensus: Lega-
; manus militum & centuriones immittit; procurator, vim &
ntumelias infert. Nisi forte magis placeat legere; *manus centu-*
num, id est, verbera centurionum. At si diligentius animaduer-
, suspicaberis, hæc ad ipsos præpositos non referri, cum de illis
n dixerit; alterum in sanguinem, alterum in bona sæuire. imo
tius ad ipsorum discordiam & concordiam, æque subiectis ex-
osam, de qua re nunc sermo est. vt scilicet illa, manus centurio-
n; hæc autem, vim, & contumelias misceat. ideo maioris vitii
pectus est hic locus.

Eod. *Iam ipsos, quod difficillimum fuerit, deliberare.*) Sic libr. 2. hi-
iar. *Sed & meliorem in bello caussam, quam in pace habemus:*
n qui deliberant, desciuerunt.

Cap. 16. *Missus Petronius Turpilianus, tamquam exorabilior, &*
ctis hostium nouus. Leui mutatione legerem & distinguerem;
quam exorabilior. Qui delictis hostium nouus, eoque pœnitentiæ
ior, compositis prioribus, &c.

Cap. 18. *Et plerisque custodiri suspecta potius videbatur.* Sensus a
nullis traditus est huiusmodi. Videbatur plerisque, vt Agrico-
otius obseruaret, quorsum euaderent ea, quæ de Britannis su-
abatur. Alia autem mihi est sententia: plerosque auctores fuis-
gricolæ, vt præsidiis custodiisque suspecta loca potius firma-
quam vlterius cum exercitu progrederetur.

Cap. 19. *Omnia scire, non omnia exsequi.*) Id est. omnia pecca[ta] militum sciebat, sed non omnia puniebat. Obseruauit Gulielm[us] Barclayus Anglus, ab aliis etiam vsurpatum fuisse hoc verbum, [ex]*sequi*, pro punire. Sic Suetonius in Iulio cap. 67. *Delicta neque [ob]seruabat omnia, neque pro modo exsequebatur.* Tertull lib. 1. adu[er]sus Marcionem, cap. 27. *quid denique adulantius, quam delicta [non] exsequi.*

Eod. *Officiis & administrationibus potius non peccaturos, &* Cum defectus sit locus, putaui, forte legendum esse: *praeficere [ad]ministrationibus.*

Eod. *Circumcisis quae in quaestum reperta, ipso tributo grauius t[ole]rabantur.*) Transposuit Rhenanus relatiuum, *quae*, contra vet[eres] libros, qui habent: *circũcisis in quaestum reperta; quae ipso tributo*, Quod mihi rectius videtur, dummodo legas, *repertis*.

Cap. 21. *Paulatimque discessum ad delinimenta vitiorum.*) Leg[en]dum videtur, *descensum*.

Cap. 22. *Vt bonis comis, ita aduersus malos iniucundus*,) Ven[etus] codex addit; *vt erat bonis comis.*

Eod. *Secretum & silentium eius non timeres.*) Tacite mo[rdet] Domitianum, de quo sic ait infra: *Talibus curis exercitus, quo[d] saeue cogitationis indicium erat, secreto suo satiatus.* De eodem et[iam] Plin Paneg. *non adire quisquam, non alloqui audebat, tenebras se[mper] secretumque captantem, nec vnquam ex solitudine sua prodeun[tem] nisi vt solitudinem faceret.*

Eod. *Nam Glota & Bodotria diuersi maris aestu per immen[sum] reuecti.* In Veneto legitur: *diuersi maris aestibus per immen[sum] reuectae.* Quod si tantummodo mutemus, *reuectae*, in, *reuectis*, [...] me, ni fallor, se habebit hic locus. Videtur enim isthmum ibi f[uisse] inter duo maria, ergo & duo aestus diuersi maris erant, qui ae[stus] siue fluxus, per immensum latissimumque pelagus reuehebant, adeo vt angustum ibi terrae spatium relinquerent.

Eod. *Copiis instruxit, in spem magis, quam ob formidinem.*) Li[psius] legit, *in speciem magis*; quod mihi falsum videtur. Nã si in spe[ciem] tantum, & ad arma Romana ostentanda, illam Britanniae pa[rtem] copiis instruxisset, certe species illa absque aliqua formidin[e non] fuisset. Verius ergo est, Agricolam id fecisse, *in spem*, scilicet H[iber]niae potiundae, vt ostendunt etiam sequentia verba

Cap. 14. *Siquidem Hibernia medio inter Britanniam atque H[ispa]niam sita.*) Caue intelligas, in medio sitam id est, aeque dista[re; nam Hiber]nam Britanniae vicina est, ac Hispania vero longissime abe[st.] in medio hic significat, in eodem maris spatio sita.

Cap. 25. *Ampla ciuitate trans Bodotriam sita.*) Cum in vet[eribus] omnibus legatur; *amplas ciuitates trans Bodotriam sitas*; Lips[ius re]posuit lectionem, quam nunc recentiores libri praeferunt. [Qui]quidem, vt a Codicum fide, ita etiam ab historia ipsa recedi[t.]

, inferretur, vnam tantũ ciuitatem trans Bodotriam fuisse: cum magnam illam Caledoniæ prouinciam plures ciuitates, seu populos, habuisse, verisimile sit, & ipse Tacitus testatur, qui ait: *cœtibus & sacrificiis cõspirationem ciuitatum sancirent*. Item paulo post: *legationibus & fœderibus, omnium ciuitatum vires exciuerant*. vbi sermo est, non de integra Britannia, sed de sola Caledonia sermonem esse. Veterem ergo lectionem restituendam arbitror; atque vbi legitur, *portus classe explorauit*; Rhenani iudicium secutus, corrigo, *prius classe explorauit*. Iussit scilicet Agricola, vt classis littora Caledoniæ circumueheretur, atque omnia loca, quæ a mare non longe abessent, exploraret.

Eod. *Maiore fama, vti mos est de notis, oppugnasse vltro.*) Lipsius olim suspicabatur legendum, *oppugnantes*, vel, *oppugnauere*. nouissime autem cum Rhenano, *oppugnare*. Ego vtcumque vulgatam lectionem defendi posse arbitror, si intelligamus, verbum, *oppugnasse*, regi a voce, *fama*: quasi aucta fuerit fama ex eo, quod Britanni vltro oppugnassent Romanos. Et ideo sic distinguerem: *paratu magno* (*maiore fama, vti mos est de ignotis, oppugnasse vltro*) *castella adorti, &c.* Durior tamen hic sensus videtur, quam vt mihi satisfaciat.

Eod. *Ac ne superante numero & peritia locorum circumirentur.*) ...en. codex, & alii veteres habẽt, *circumiretur*, vt ad Agricolam referatur, quod rectius videtur, nam aliquid ambiguitatis haberet.

Cap. 37. *At Britanni, non virtute, sed occasione & arti ducis rati.*) ...um aliquid huic sententiæ desit, Lipsius supplet, *& arte ducis victos rati*, ex ingenio, non ex libris. Ego *ducis* vocem redundare censeo, nam recte subintelligitur, & arte hostium. Ideo leui, neque aberrante mutatione, ex ipsa voce, *ducis*, restituerem, *victos*, vt legatur *sed occasione & arte victos rati.*

Cap. 38. *Et vno remigante, suspectis duobus.*) Libri veteres, *remigrante.*

Cap. 30. *Recessus ipse ac sinus fama in hunc diem defendit,*) Libr. 2. Histor. dixit *abditis pecuniis per occultos aut ambitiosos sinus*. Vbi Lipsius notat, huic voci, *sinus*, vim subesse fraudandi, subtrahendi, occulendi. Lib. 4. Hist. cap. 16. *exquirique nouos sinus, & varia prædandi vocabula*. Lib. 3 Hist. c. 19. *Sed opes Cremonensium in sinu præfectorum legatorumque fore.*

Eod. *Nihil nisi fluxus & saxa, & interiores Romani.*) Venet. habet, *inferiores*. Valde ergo amplector Rhenani correctionem, *infestiores*, quam & Lipsius probat.

Cap. 31. *Receutissimus quisque seruorum & conseruit ludibrio est.*) Malim, *etiam conseruis*. quasi dicat, non ceteręe tantum familiæ, sed conseruis etiam.

Eod. *Primo statim congressu vnde ostendamus, quos sibi viros Caledonia seposuerit.* Lipsius corrigit: *prima statim congressione ostenda-*

mus. Ego potius legerem interrogatiue: *primo ſtatim congreſſu no ostendemus, quos ſibi Caledonia viros ſepoſuerit?* Nam & aptius v detur, cum ſequentia quoque interrogatiue pronuncientur; Tacito familiarior eſt vox, *congreſſus*, quam *congreſſionis*. Sic infr *Ac primo congreſſu eminus certabatur.*

Cap. 32. *Noſtris illi diſceſſionibus ac diſcordiis clari.*) Mallem cu Rhenano legere, *diſſenſionibus.*

Eod. *Senum coloniæ.*) Supra, vbi legitur, *incenſæ coloniæ*, Lipſi emendauit, *incenſa colonia*, cum vna tantum Romanorum col nia in Britannia eſſet. Ergo eadem ratione hic legendum eſt, S *num colonia.*

Cap. 33. *Neque me militum, neque vos ducis pœnituit.*) Hæc poti ad ſuperiora videntur referenda. ideo diſtinguo; *opus fuit; neq me militum, &c.*

Cap. 34. *Quomodo ſiluas ſaltuſq; penetrantibus fortiſſimum quo que animal robore.*) Ven. habet *animal ruere.* Quod ambigo, nu rectum ſit: quaſi dicat, non pelluntur, ſed contra ipſos venator ruunt. Sane Tacitus hoc verbum vſurpare ſolet, ad audaciam a doremque oſtendendum, vt paulum infra: *inſtinctos ruenteſque i diſpoſuit.* Item infra cap. 27. *quidam inermes vltro ruere, ac ſe mor offerre.*

Eod. *Nunquam exercitui imputari potuiſſe, aut moras belli, a cauſſas debellandi.*) Quid ſibi velit verbum, *debellandi*, non vide nam ſi rectum eſſet, potius dicendum erat, *cauſſas non debellan* hoc eſt non debellatæ prouinciæ: nec quis illud hic inculcauer ſcio, cum in veteribus editis, atque in Veneto præſertim, legatu cauſſas rebellandi. quæ proba lectio eſt. Duo enim imputabant iis, qui Britanniam obtinuerant: ſcilicet, moras belli & quod pr pter iniurias acerbitateſq; aduerſus Britannos, cauſſam illis pr buiſſent rebellandi contra Romanos. Quæ nunc Agricola oſte dit, non potuiſſe, nec ſibi, nec exercitui ſuo imputari, ſed prior bus tantum ducibus. De rebellione Britannorum fuſius ſcrip Tacitus libr. 14 quam Romanorum auaritia ortam fuiſſe trad

Cap. 35. *Inſtinctos ruenteſque ita diſpoſuit.*) Lipſius ad oram lib ſcripſit *inſtructos.* Ego nihil mutarem. Idem Tacitus lib. 2. Ann ait: *His vocibus inſtinctos exercitus, propriæ quoque cauſſæ ſtimul bant.* Liuius libr. 5. *diuino ſpiritu inſtinctus.* Neque inſtructi adh erant milites. ideo ſequitur, *diſpoſuit*, id eſt, inſtruxit ita inſtinct

Ingens victoriæ decus, citra Romanum ſanguinem bellanti.) Ve tus habet, *bellandi.*

Cap. 36. *Complexum armorum, & in aperto pugnam non toler bant.*) Quomodo *in aperto* pugnare non poterant: nam enorm gladii non habiles niſi ad apertam pugnam, neque ipſi Britan aliud quærebant, atque Agricola id maxime cauit, ſuiſque iuſſ vt rem ad mucrones ac manus adducerent. Corrupta ergo ful

c

or verba illa, *in aperto*; ac fortasse legendum, *in arcto*, vt olim ranc. Medici placuit.

Eod. *Inæqualibus locis hærebant: minimeque equestris ea pugnæ fa-es erat.*) Corruptissimus est hic locus in veteribus libris, & con-ra auctoris & historiæ mentem restitutus a Rhenano fuit. Nam erba hæc indicant, illam quidem vere equestrem aciem fuisse, ec talem apparuisse. cum contra sit sensus, pedestrem aciem, co-nariis & curruum equis tantum mixtam, faciem equestris pu-æ ostendisse. Clarum enim est, equites hostium tum non adfu-e, cum iam de illorum fuga dixerit. In Venet. codice ita legitur: *æqualibus locis hærebant, minimeque equestres. Ea enim pugnæ fa-es erat: cum ægra diu aut stante simul, &c.* Ex quibus verbis ego uissima mutatione restituo: *inæqualibus locis hærebant, minime-ue equestribus; ea enim pugnæ facies erat.* Ait Tacitus locos illos æquales, minime equestres fuisse, id est, ad equorum pugnam on opportunos. Sequentia in eodem mendo per me relin-uuntur.

Cap. 37. *Digredi paulatim, ac circumire terga vincentium cœpe-nt.* Lege, *degredi.* quippe ex superiori loco. Vide quæ supra nota-ad. . . .

Et aliquando etiam victis ira virtusque.) Sic Virg. 2. Æn. *Quon-m etiam victis redit in præcordia virtus.*

Cap. 38. *Vnde proximo latere Britanniæ lecto omni redierat.*) Puto gendum: *vnde proximo litore Britanniæ lecto, omnis redierat.*

Cap. 39. *Si militarem gloriam alius occuparet.*) Licet in nouissi-is suis notis Lipsius nihil dicat, tamen in antiquioribus docuit, gendum esse, *altius*, quod mihi magis probatur, quam, *alius.*

Cap. 40. *Illustris statuæ honorem, & quicquid pro triumpho datur.*) iumphalis statuæ meminit etiam libr. 1. histor. *M. Aponius Mœ-m obtinens, triumphali statua, Fuluius Aurelius, & Iulianus Ti-, ac Numisius Lupus, Legati legionum, consularibus ornamentis nantur.* Postquam enim in Principum potestatem Romana re-iblic. cessit, Principes ius triumphandi sibi ipsis reseruarunt, cibus vero triumphalia ornamenta, pro triumpho, concesse-it, id est, supplicationem, imperatoris appellationem, vestem & onam triumphalem, statuam, ceteraque triumphantium insi-ia. iis tamen curru per vrbem vehi, ac legitimam triumphorum mpam ducere, non erat permissum.

Cap. 41. *Ac pessimum inimicorum genus laudantes.*) Hist. libr. 1. *Se-is cum criminationibus infamauerat, & quo incautior decipere-, palam laudatum.*

Cap. 42. *Aderat iam annus, quo Proconsulatum Asiæ & Africæ iretur.*) Lipsius legit, *Asiæ aut Africæ.* At Mercerus ait, recte se bere. nam Asiam & Africam sortiri, significat, sorte ducere, v-m earum regeret.

Eod. *Nec erubuit beneficii inuidia.*) Intellige, beneficium hi-
ronice positum, pro iniuria. Eripiebat enim Domitianus proui-
ciæ administrationem Agricolæ; ac tamquam beneficium ac[ci]-
volebat, quasi otio & quieti illius consuluisset.

Eod. *Et quo obscurior, eo irreuocabilior.*) Obscura enim dissim[u]-
lataque ira. placari ac mitigari ab aliis non potest. Idem fere c[a]-
de Tiberio, Annal. lib. 1. *In Haterium statim inuectus est: Scaur[o],*
cui implacabilius irascebatur, silentio tramisit. Hist. lib. 3. *Inde gr[a]-*
simultates, quas Antonius simplicius, Mucianus callide, eoque im[pla]-
cabilius nutriebat.

Eod. *Quo plerique per abrupta, sed in nullum rei post vsum.*) Em[en]-
daui olim; *sed in nullum rei post vsum.* Quod Mercero etiam po[st]
in mentem venit.

Cap. 43. *Securus iam odii, & qui facilius dissimularet gaudi[um]*
quam metum. Significat hic, *securus*, quasi extra curam, vel seo[rsum]
a cura seu cura solutus. Domitianus enim Agricolam oderat, [et]
sibi ex illius virtutibus timebat. At eo mortuo, euanuerat ia[m o]-
dium, & in eius locum successerat gaudium; quod is facile di[ssi]-
mulabat, cum non tam facile dissimulare potuisset odium ac [me]-
tum. Sæpe in eadem significatione vsurpata est a Tacito vox [il]-
securus, vel *securitas*. vt lib. 2. Annal. *Securi omnes aliena subsidia ex-*
spectabunt. Libr. 3. Annal. *in securitatem compositus.* ibidem, *secu[rio]-*
rem luxum fecere. lib. 11. *tantum illis securitatis nouissima fuit.* lib. [4.]
Hist. *securum hostem, ac successu rerum secordius agentem inuaa[nt.]*
libr. 3. Hist. *apud auidos periculorum, & decoris securos.* vbi libri [ve]-
teres habent, *dedecoris*, vt dixi. In Agric. *castrensis iurisdictio se[cura]*
& obtusior. Ibid. *cum milites ad securitatem, hostes ad occasionem [er]-*
terentur. Sic etiam Quintil. lib. 8. *interim vitium videri pote[st], in*
quod sæpe etiam incidit Cicero, securus tam parua obseruationis. [Ho]-
ratius epist. 1. lib. 2.

Gestit enim nummum in loculos demittere, post hoc
— Securus, cadat, an recto stet fabula talo.

Cap. 44. *Augurio votisque apud nostras aures ominabatur.*) li[bri]
veteres constanter addunt vocem, *quod augurio votisque, &c.*
quam Rhenanus sustulit, &, vt mihi videtur, immerito. Al[ius e]-
nim sensus est, & fortasse aptior: vt prima illa verba, *durare, & vi-*
dere, respiciant id quod postea sequitur, *solatium tulit.* Sic i[tur]
hunc locum construendum & interpretandum censeo: Nar [sic]-
uti durare in hac beatissimi sæculi luce, ac principem Traia[num]
videre (quod augurio votisque apud nostras aures ominab[atur])
grande solatium Agricolæ fuisset, ita festinata mors illud i[terum]
grande solatium ei attulit.

Cap. 45. *Et intra Albanam villam sententia Messallini strepebat.*) Hi[c]
quoque libri veteres, voce sunt auctiores. *& intra Albana[m ar]-*
cem villam sententia, &c. Restituendam ergo arbitror vocem [...]

m, a Rhenano expulſam, ac legendum: *& intra Albanam arcem* *lla ſententia Meſſalini ſtrepebat.* Vt enim exemplis confirmet acitus, felicem Agricolam obiiſſe, oſtendit, eo tempore nullam e crudelitatem Domitiani auditam. Ideo ait, Carum Merium, rniciosiſſimum mox accuſatorem, vnum tantum reum oppreſſe: Adhuc intra Arcem Albanam, quo Domitianus ſæpiſſime ſe recipiebat, ac ſæua multa machinabatur, nullam ſententiam a Meſſalino iudice latam, at poſtea multas: Atque ipſum aſſam Bebium, qui inter acerrimos accuſatores connumerabatur, tunc inter reos fuiſſe. Huius Bebii Maſſæ meminit etiam libr. hiſtor. his verbis *Bebius Maſſa e procuratoribus Africæ, iam tunc timo cuique exitioſus, & in cauſſas malorum quæ mox tulimus ſæus rediturus*

Eod. *Sed mihi filiæque, præter acerbitatem parentis erepti.*) In Veet aliiſque veteribus legitur: *ſed mihi filioque eius*. forte *ſed mihi filiæque tuæ.*

Eod. *Excepiſſem certe mandata voceſque*) Lege *excepiſſemus*. vt ad Agricolæ quoque filiam, Taciti vxorem, referatur: cum poſtea cat. *figeremus*. Forte ſcriptum erat, *excepiſſem*, vnde facilis error.

Eod. *Nobis tam longæ abſentiæ conditione, ante quadriennium amiſſus es.*) Lipſius ad huius libelli principium, ſumit ex his verbis argumentum temporis, quo illum Tacitus ſcripſerit, id eſt, quadriennio poſt Agricolæ obitum. At ego aliter verba hæc intellexeram: Tacito ſcilicet videri, cum tempore mortis Agricolæ quadriennio abfuiſſet, neque illum toto ſpatio vnquam vidiſſet, perinde ſibi eſſe, ac ſi Agricola ante quadriennium mortem obiiſſet.

Eod. *Omnia ſine dubio, optima parentum aſſidente amantiſſima vxore.*) Corrige, Veneti codicis iuſſu, *optime parentum*; ac de Agricola ipſo intelligas, quem optimum parentum vocat. Nam Agricolæ vxorem hic tamquam matrem laudare, valde abſurdum eſſet, cum mox eam tamquam vxorem amantiſſimam laudet.

Eod. *Paucioribus tamen lacrymis compoſitus es.*) Sic hiſtor. libr. I. *Piſonem Verania vxor, ac frater Scribonianus, T. Vinium Criſpina filia, compoſuere.* Horat. ſerm lib. I. Sat. 9 *haud mihi quiſquam, Omnes compoſui*. id eſt, ſepeliui.

Cap. 46. *Nos domum tuam ab infirmo deſiderio, &c.*) Reſtituenda videtur copula ex Ven. codice; *noſque domum tuam.*

DIAL. DE CAVSSIS CORRVPTÆ ELOQVENTIÆ.

Licet hic libellus, a Tacito ſcriptus non habeatur, cum longe ab illius ſtilo abſit: tamen quia inter eius opera edi ſolet, putaui non ab re eſſe, hæc pauca in eo adnotare.

Cap. 6. *Non ſine aliqua trepidatione animus attulerit?)* Forſaſſe rectius, *trepidatione animi.*

Cap. 7. *Equidem, vt de me ipſo fatear.)* Nec male in Veneto legitur, *de me ipſe.*

Cap. 8. *Nouis & recentibus, quam remotis & obliteratis exemplis vtor.)* Ita libri omnes, quod ego non ſpernerem, licet aliquis in margine libri repoſuerit, *notis & recentibus.* Nam Tacitus hoc idem dixit libr. 4. hiſtor. *donec noua & recentia iura in vetuſtatem conſuetudine vertantur.* In hoc libello etiam ſæpe ſcriptum inuenitur, *vetera & antiqua.*

Cap. 10. *Quoniam mediocres poetas nemo nouit, bonos pauci.)* mediocres nemo nouit, multo minus bonos. An plus eſt, mediocrem eſſe, quam bonum? Sententia videtur exigere, vt ſic tranſponantur verba: *quoniam bonos poetas nemo nouit, mediocres pauci.*

Eod. *Immanes illos ad pugnam natos lacertos.)* Libri veteres addunt copulam, *& ad pugnam natos.*

Cap. 11. *Nam ſtatum cuiuſq; ac ſecuritatem melius innocentia tueor, quam eloquentia.* Lipſius corrigit, *nam ſtatum hucuſque ac ſecuritatem.* Ego leuiori mutatione potius legerem: *nam ſtatum cuiuſque ac ſecuritatem melius innocentia tuetur, quam eloquentia.*

Cap. 14. *Quæ & ingenium alũt & eruditionem, & literarum, &c.* Ven. habet, *eruditiones.* Recte ergo reſtitues; *& eruditiones & literarum*; vt Lipſius etiam probat.

Cap. 16. *Non multo plures quam* C C C. *annos intereſſe.)* Mercerus veriori calculo affirmat legendum eſſe, C C C C. *annos.*

Cap. 19. *Cum vix in cortina quiſquam aſſiſtat; qui elementis ſtudiorum, & ſi non inſtructus, at certe imbutus ſit.* Sententia hæc negatiuam neceſſario requirere videtur; *imbutus non ſit.*

Ipſos quoque neruos rubore tegis, & decore commendat.) Ven. habet: *Ipſos quoque neruos robur,* (puto, *rubor*) *tegit, & decor commendat.*

Cap. 22. *Locoſque lætiores attentauit.)* Venet. *Latiores.* Rhenani autem Baſilienſis editio habet, *altiore.* quod fortaſſe rectius.

Cap. 23. *Illam ipſam quam iactant ſanitatem, infirmitate, & ieiunio conſequuntur.* Senſu non inepto. Sed forte non male legitur in libris, Ven. & Baſilienſi, *ſanitatem, ſed ieiunio conſequuntur,* id eſt, conſequuntur quidem quam iactant ſanitatem, ſcilicet pitatem orationis, ſed conſequuntur ieiunio, cum nemo illos audiat.

Cap. 32. *Et Cicero his, vt opinor, verbis, &c.)* Videtur legendum *& Ciceronem.* qui ſcilicet teſtis nominatur apud Latinos, vt apud Græcos Demoſthenes.

IN CVRTII PICHENÆ Notas ad Cornelium Tacitum, Iulii Nellii IC. Epigramma.

Dum vixit Tacitus, magni vixere Nerones:
Enituit grandis, dum super ipse, Sophos.
Sed postquam occubuit, sæclo tenebrisque sepultus;
Ars Regum, & Reges occubuere simul.
At nunc egregius, iam cura & munere CurtI,
Scriptor ad astra redit, stemmata celsa micant.
Ergo agedum, Iuuenis, Sophiam tibi sume regendi,
Grates lætus agens, summaque facta legas.
Nam claris tantum te, scito, fatebere chartis
Deuinctum, quanto clarior ille nitet.

CVRTII PICHENÆ SERENISSIMI MAGNI DVCIS Etruriæ a Secretis, suis ad Cornelium Tacitum Notis Appendix.

ANNALIVM LIB. I.

CAPVT I.

SED *veteris reipubl. prospera vel aduersa, &c.*) Iulius Salinerus IC. Saonensis, vir, vt scripta eius demonstrant, variæ multiplicisque eruditionis, & qui plurimos Taciti locos, etiam deploratos, defendere conatus est, hanc correctionem auersatur, & antiquam scripturam restituit; *veteris populi Rom.* cum non absurde, populus vetus, dici possit. Et quoniam Vertranius Maurus, huius mutationis auctor, existimauit, errorem ortum ex duabus illis notis R.P. quæ traiectę fuerint, ego qui Medicæum Manuscriptum diligenter contuli, moneo, ibi non concise literas illas referri, imo clare legi, *sed veteris pop. Rom.*

Eod. *Donec gliscente adulatione deterrerentur.*) Optimus quidem in hac noua lectione sensus est. Ego tamen scripturæ veteris amicus, nisi cum necessitas ad mutationem adigat, verbum, *deterrentur*, reiicere nollem. Nam qui res gestas, sine ira & studio componere aggrediuntur, vbi Aulam adulatoribus refertam vident, Principemque iis infectum veritatem odio habere; a scribendo, ob metum, deterreri solent. Ideo sequitur, Tiberii, Caii, Claudii, ac Neronis res; florentibus ipsis falsas ob metum compositas. Hæc scripseram, cum Salineri Notas legi, idem fere sentientis.

Cap. 3. *Nullius tamen flagitii compertum.*) Sic libr. 4. *aduersum* ... *nicum, & nullius ante flagitii compertum.* Apuleius lib. 10. *noxæ com-pertum.*

Cap. 4. *Ægro & corpore fatigabatur.*) Hæc nunc recte se habe... censeo, nec Lipsii traiectione opus esse. Tacitus enim sæpissi... transponere solet copulam de industria. infra, cap. 7. *dabat & f...mæ.* lib. 2. *irridebantur & Græci comites.* Item: *data & a Tiberio* ... *culta mandata.* Denique: *trucidati & comites.*

Cap. 5. *Lætique interdum nuntii vulgabantur.*) Iisdem artibus ... est Agrippina in morte Claudii Cæsaris, vt refert Tac. in fine libri 12. *Cunctos aditus custodiis clauserat; crebroque vulgabat, ire in me-lius valetudinem Principis, quo miles bona in spe ageret.*

Cap. 7. *Caussa præcipua ex formidine, &c.*) Dixi, verba hæc ad Ti-berii cunctationem referri videri. Qui alteram sententiam se-quuntur, aiunt, caussam illam præcipuam non respicere verbum, *cunctabundus*, sed aduerbiū, *nusquam.* Nā postquam Tacit. dixisset, Tiberium defuncto Augusto, vbiq; se pro Imperatore gessisse, ... vsquam cunctabundum fuisse, nisi cum in senatu loqueretur; sub-iicit caussam præcipuam illius festinationis non præcipuam, ... si alias adiecturus sit: sed præcipuam: inter alias, quæ Tiber... ad properandum impulerant. Quod deinde sequitur, *dabat & fa-mæ*, affirmant priori caussæ minime coniungi: sed voluisse T... rium famæ etiam rationem habere, &c. Ego tamen a priori ... non dimoueor, quem nuper ex Suetonio confirmo. ait enim ... Tib. cap. 25 *Cunctandi caussa erat metus vndique imminentium dis-criminum, &c.* vbi inter cetera discrimina posuit etiam, metum ex ... Germanico.

Eod. *Dabat & famæ.*) Seneca de clem. libr. 1. *Principes mul... de-bent etiam famæ dare.*

Eod. *Et machinator doli Cæsar.*) Vide Suet. in Aug. c. 11. Ad quod ibi ait de Glicone Medico Pansæ, qui incusatus fuit, venenum vulneri eius in idisse: refellit Brutus apud Ciceronem, in epi-stola cuius initium, *Noli exspectare.*

Cap. 10. *Qui Atedii & Venii Pollionis luxus.*) Hunc locum neque sano neq; defendo. Testor tantum, illud qui, aut, quæ a m... esse. is enim habet, *rite nuber & que Tedii & Vedii, &c.* vt ... suspicari possis, *que*, copulam fuisse atq; aliud fortasse verbum ... te *nuberet*, excidisse ad diuortium pertinens. Nec voci, *luxu* ... cōiungitur nota illa qualitatis, *qui*, vel *quæ*: imo superuacanea ... detur, si superiora & sequentia consideres, quæ omnia in ... casu demonstratiue absque vlla alia particula, proferuntur.

Cap. 11. *Suspensa semper & obscura verba.*) Suetonius de ... Tiberio, cap. 24. *ambiguis responsis, & callida cunctatione* ... *dens.*

Eod. *Quibus vnus metus, si intelligere viderentur.*) Sic in ...

narus doli, vel si intelligere crederetur, vim metuens. Item: *solum iniuriarum remedium esse, si non intelligerentur.* lib. 4. hist. *Intelligebantur artes sed pars obsequii in eo, ne deprehenderentur.*

Cap 12. *Pollionisque Asinii patris ferociam retineret.*) Pollionis ...uius, & Asinii Galli filii, meminit etiam Seneca pater in prooemio contr. libr. 4.

Cap. 14. *In diminutionem sui accipiens.*) Scribe ex vet. cod. *in deminutionem.* Semper enim, *deminuere*, Tacitus dixit, vt quinquies, sexies, infra.

Cap 16. *Flexo in vesperam die, & delapsis melioribus.*) Rectius ...ibas *dilapsis.*

Cap. 18 *Sibi tamen apud horridas gentes e contuberniis hostem aspi-*)Rhenanus legit, *ibi tamen.* ac non vidit, Tacito esse familiarissimum, *sibi*, pro *a se*: &, *mihi*, pro, *a me*, vt passim sexcenta exempla ...ud ipsum reperias.

Cap. 19. *Desideria militum.*) Sic paulo post cap 26 *desideria legionum frustrari solitum.* Suet. Aug. cap. 17 *donec desideria militum ordinarentur*, & cap. 53 *tanta comitate, adeuntium desideria excipiens, quendam ioco corripuerit, quod sic sibi libellum porrigere dubitaret.* Desideria ergo aliquando pro libellis supplicibus, praesertim ad iureconsultos. Alibi Tacitus *preces*, dixit: *legionum preces ex-*...*eret.*

Eod. *Ne hostes quidem sepulturam inuident.*) Recte quidem di...um: sed cum Man. habet, *sepultura*, rectius corrigendum fuit, ...*pultura.* nunquam enim memini, Tacitum huic verbo quartum ...sum adiunxisse, saepe tertium. *inuidit operi, non inuidebo ex...plo.*

Eod. *Mandata Clementi centurioni quae praeferret.*) Monui, in ms. ...gi, *perferret*: Vere. nam supra dixit *retento Clemente Iulio, qui per...endis militum mandatis habebatur idoneus.*

Eod. *Prosperaque cessura quae pergerent.*) Quod dixi, legendum vi...eri, *quae peragerent*, ideo dixi, quia in ms. supra primum, *r.* pun...um signatum est, & in margine apposita, *a.* sed tamen vulga...lectio recte se habebit, si interpretemur; *quae pergerent*, id est, quae succederent. vel potius, quae ipsi milites agere pergerent.

Eod. *Vt nouissimi in culpam.*) Trium legionum milites fuerunt, ...os omnes ad seditionem promtissimos, nec vllam eorum par...n cunctantem fuisse constat. Quos ergo nunc dicunt, nouissi...os in culpam? An culpae & seditionis originem a militibus o...ibus amouent, & in paucos illos auctores transferunt? Po...s censeo; Clementem & ceteros qui concionabundi per castra ...int, arte quadam, vt quosque alloquebantur, postremos eos & ...e coactos descedisse in culpam credere simulauisse, quo prom...s eos ad poenitentiam allicerent, & spem veniae faciliorem iis ...entarent.

Cap.32. *Proſtratos verberibus mulctant.*) Notandus inſuper mos proſternendi eos qui verberandi eſſent. Sic Suetonius in Tib. cap. 60. *Stratum humi pene ad necem verberauit.*

Cap. 34. *Vt id ſaltem diſcerneret cohortes.*) Hoc eſt, vt ea vexillorum prælatio ſaltem diſcerneret cohortes.

Cap. 35. *Etſi vellet imperium, promtos oſtentauere.*) Si vocem promtos, ſeu, *promtas*, retinere velis; intellige, eos, quaſi digito demonſtrantes, oſtentauiſſe, aut promtas legiones, aut promtos milites.

Cap. 37. *Quintani vndeuiceſimanique.*) Et hic, vt alibi monui, reponendum eſt ex manuſcripti fide: *quintani vnetuiceſimanique.*

Cap. 38. *Præſidium agitantes vexillarii diſcordium legionum.*) Præter illa, quæ dixi in prioribus Notis, aliæ mihi ſub erunt rationes, cur vexillarii non videantur eſſe ex illis veteranis exau... ratis, ac ſub vexillo retentis. Nam quod hic Tacitus ait de præ... ſidio, veriſimile eſt, eos aliquandiu in eo manſiſſe. at miſſio ... auctoratio a Germanico paulo antea data fuit, vt pagina præce... denti patet: ergo vexillarii iſti, ex eodem numero exauctorato... rum eſſe non poterant. Præterea, veterani ab ſexdecim annis ce... terorum immunes fuerunt, niſi propulſandi hoſtis: ergo & præ... ſidii agitandi. & tamen id præcipue muneris hi vexillarii tra... bant. Poſtremo conſtitutio illa Germanici, de miſſione ab ſede... cim annis, & de retinendis ſub vexillo militibus, paulo vltra an... num a Tiberio abolita fuit. Sic Tacitus ad finem libri huius *im... parem oneri remp. niſi viceſimo militiæ anno veterani dimitterentur ... ita proximæ ſeditionis male conſulta quibus ſexdecim ſtipendiorum fi... nem expreſſerant abolita in poſterum.* conſequens, vt qui in libris ſequentibus a Tacito vexillarii vocitantur, de dimiſſis, ac ſub vexillo retentis intelligi non poſſint. Suſpicor etiam, eos aliquando idem eſſe cum manipulis, quando ſcilicet cum vexillis a ſua legione abſunt. vt ſupra, cap. 20. *Interea manipuli ante cœptam ſeditionem Nauportum miſſi, ob itinera, & pontes, & alios vſus; poſtquam turbatum in caſtris accepere, vexilla conuellunt.*

Cap. 53. *Spreueratque vt imparem.*) Lipſius hæc interpretari vi... detur. Tanquam Tiberius ad Liuiæ libidinem explendam non ſufficeret. ego potius crediderim, Liuiam, Auguſto genitam, eo... que ſuperbam, ſpreuiſſe Tiberium, vt ſanguine genereque ſibi vi... liorem.

Cap. 54. *Vt quondam T. Tatius retinendis Sabinorum ſacris, &c.* Lipſius ait, pugnare ſecum Tacitum, cum hic ſodales Titios inſtitutos dicat, retinendis Sabinorum ſacris: ac lib. 2. hiſt. Tatii re... gis memoriæ a Romulo ſacratos. Iulius Salinerus, vnum & idem eſſe affirmat, propter regni ſocietatem, atque vtrobique ita Ta... cito dictum, vt tantum ſciretur, quo exemplo Tiberius ſodales Auguſtales inſtituerit. Nos fortaſſe aliter pugnam con...

nus: vt Tatius sodales quidem instituerit patriis sacris retinen-
is, Romulus vero post illius mortē eos solemnitate quadā con-
rmauerit atq; sacrauerit, vt Sabinum populū eo magis deliniret.

Cap. 55. *Gener inuisus, inimici soceri.*) Scio, recte dici, soceri ge-
er. Sed nonnihil suspicor, Tacitum scripsisse *gener inuisus, inimi-
us socer.* Inuisus enim socero gener, quia filiam ei rapuerat: ini-
nicus genero socer, quia Romanus amicus. Non autem ideo no-
aui, vt mutandum suadeam, siue ope librorum.

Cap. 56. *Iuuentus flumen Adranam nando tramiserit.*) Mallem
ramiserat. non enim hæc pendere vel ma superiori, *vt.*

Eod. *Aliis gentibus, ignorantia imperii Romani, inexperta esse sup-
licia.*) Hæc ego non mutarem, licet Lipsius, *ignorantiam,* mallet.
ait enim Tacitus, Germanos inter Albim & Rhenum incolentes,
otitia Romani imperii, virgas & secures expertos fuisse: at alias
entes, eiusdem imperii ignaras, supplicia tributaque non pati.

Cap. 61. *Visuque ac memoria deformes.*) Et hoc inter cetera mi-
utiora adnotabo, in manuscripto legi, *deformides.* vt priscæ lin-
uæ studiosi videant, corrupta sit vox, an inter antiquiora voca-
ula fortasse reperiatur. quod mihi certe non constat.

Cap. 62. *Primum exstruendo tumulo cespitem Cæsar potuit.*) Du-
es enim, quo promtius milites opus aliquod aggrederētur, prio-
es plerunque solebant operi manus admouere. Sic Nero, dum
sthmum in Achaia perfodere conaretur; *primus* (vt ait Suet. cap.
9.) *rastello humum effodit, & corbulo congestam humeris extulit.*

Cap. 68. *Igitur orta die proruunt fossas, iniiciunt crates.*) Turnebo
non assentior, legenti: *Igitur orta die proruunt, fossis iniiciunt crates.*
proruebant enim fossas, demoliendo vallum, terramque superad-
gestam: scilicet vt eas, & terra ipsa, & cratibus replerent, facilio-
umque ascensum sibi pararent.

Eod. *Æquis locis, æquos Deos.*) Deos æquos intelligit iustos. o-
mnibus æquabiles, & neutri parti præcipue fauentes. Virg. Æn. 5.

— Peleide tunc ego forti.
Congressum Æneam, nec Dis, nec viribus æquis,
Nube caua eripui. & lib. 10.
——— Sorti pater æquus vtrique est.

Quod eo monendum existimaui, quia virum doctum vidi inter-
pretantem, deos æquos, id est fauentes.

Cap. 69. *Compressam a muliere seditionem.*) Quæ Agrippinæ par-
es in seditione comprimenda? Nihil certe a Tacito dictum. caus-
am tamen ab ea datam intelligit. nam abscessu eius in Treueros,
acti pudore ac miseratione milites, inuidiaque in Treueros, ad
anitatem redire.

Cap 70. *Sapiens a prudenti.*) Suspicor Tacitum scripsisse, *insciens
a prudenti.* quod & similitudo literarum suadet, & sensus postulat.
Recte enim, inscientes, seu ignari, prudentibus opponuntur. in-

fra: militesque pauidus, & casuum maris ignarus, dum turbat nauis, vel intempestiue iuuat, officia prudentium corrumpebat.

Cap. 71. *Contatius filio.*) Melius in ms *cunctantius*.

Cap. 73. *Grauissimum exitium irrepserit.*) Seneca de beneficiis, lib 3. *Sub Tiberio Cæsare fuit accusandi frequens & pene publica rabies, quæ omni ciuili bello grauius togatam ciuitatem confecit.*

Cap. 74. *Qui formam vitæ iniit.*) Caue referas ad proximiorem, sed ad Crispinum, vt patet ex sequentibus. Idem alibi Tacitus vt lib. 15. *qui magna cum inuidia senatum adeunt.* vt illud *qui*, referatur ad vocem *patres*, non ad manumissos.

Cap. 75. *Nec patrum cognitionibus satiatus.*) Addo alium Suetonii locum in Claudio, cap. 12. *Cognitionibus magistratuum, vt vnus e consiliariis, frequenter interfuit.*

Cap. 76. *Quod vulgus formidolosum, & pater arguisse dicebatur.*) Vt sensui a me prius tradito non subscribam, faciunt verba quæ paulo post sequuntur: *Non crediderim, ad ostentandam sæuitiam, mouendasque populi offensiones, concessam filio materiem.* & quod supra, dixit: *Promtum ad asperiora ingenium Druso erat.* Ideo nisi potius, *vulgo*, tertio casu, legere placeat, sed recepta lectio tuenda sit, interpretari poterit: illud Drusi factum, & a vulgo formidoloso, & ab ipso patre, vt crudelis naturæ signum, notatum fuisse. Vel sic: quod, id est, quam sanguinis appetentiam, vulgus ibi formidolosam habuit, & pater eum reprehendisse dicebatur.

Eod. *Quia Augustus comiter interfuisset.*) De eo enim Suetonius cap. 45. ait: *Verum quoties adesset, nihil præterea agebat, seruitandi rumoris caussa, quo patrem Cæsarem vulgo reprehensum commemorabat, quod inter spectandum epistolis libellisque legendis aut rescribendis vacaret; seu studio spectandi ac voluptate.*

Cap. 79. *Congruentia his Interamnates disseruere.*) Dixi, in Ian. legi, *Antemanates.* quod forte, *Antemnates*, scriptum fuerat. Id nunc dubito an rectum sit. Varro de lingua Latina libr. 4. *Antemnæ, quod ante amnem qui influit in Tiberim.* Eam scimus vrbem fuisse inter Sabinos positã? Et quoniam Antemnates, & Interamnates, non longe ab vrbe Roma, atque ab ipso Tiberi fuisse, auctores tradunt; vtri eorum hic a Tacito nominentur, cum difficile sit, cuiuscunque populi situm ex antiquitate dignoscere, inquirendum Geographiæ studiosioribus relinquo. & qui Interamnates, reposuit, veris fortasse argumentis ductus est. mihique satis fuit, de libri veteris scriptura fidem facere.

Cap. 80. *Id quoque morum Tiberii fuit, continuare imperia.*) Non solum in imperiis militarib. & in administrationibus prouinciarum, id moris Tiberio fuit, sed etiam in priuatis suis negociis. libro 4. *Res suas Cæsar spectatissimo cuique quibusdam ignotis, ex fama mandabat: semelque adsumti tenebantur, prorsus sine modo, cum plerique iisdem negociis insenescerent.*

Eod. *Caussæ variæ traduntur.*) Præter caussas a Tacito traditas, aliam affert Iosephus Antiq. Iud. lib. 18. cap. 18 scilicet, vt subditis parceret: nam qui lucris exsatiati sunt, segniores fiunt ad rapien-dum. Ideo Ciuilis dux Batauus, iniurias Romanorum enume-rans, apud Tac. lib. 4. hist. ait: *tradi se præfectis centurionibusque, quos vbi spoliis & sanguine expleuerint, mutari; exquirique nouos si-nus, & varia prædandi vocabula.*

Eod. *Vt mandauerit quibusdam prouincias, quos egredi vrbe non erat passurus.*) Inter hos fuit Ælius Lamia, de quo libr. 6. ait: *ad-ministrandæ Syriæ imagine tamdem exsolutus, vrbi præfuerat genus illi decorum, viuida senectus, & non permissa prouincia dignationem addiderat.* & paulo post de Arruntio *Obliti, Arruntium, ne in Hi-spaniam pergeret, decimum iam annum attineri.* De his fortasse in-telligit Suetonius in lib. . cap. 63. *Vnum & alterum consularem ob-latis prouinciis, non ausus a se demittere, vsque adeo detinuit, donec successores post aliquot annos præsentibus daret.* Notat & Dio libr. 58. Harum artium Tiberio fami i.nuer, alii quoque Principes imi-tatores fuerunt. De Nerone Tacitus lib. 13. *Syria P. Anteio destina-ta, & variis mox artibus elusus, ad postremum in vrbe retentus est.* De Vitellio, lib. 2. hist *Cluuius comitatu Principis adiectus, non ad-emta Hispania, quam rexit absens, exemplo L. Arruntii, quem Tibe-rius Cæsar ob metum. Vitellius Cluuium nulla formidine, retinebat.* Domitianus etiam his artibus vsus est erga Iulium Agricolam, vt ex Tacito videre licet, cap. 42.

Eod. *De Comitiis consularibus, &c.*) Diuersa, Tiberio principe, consularia comitia fuere, quia ipse solus ad libitum suum Consu-les creare statuerat, & nihilominus inanem aliquam speciem senatui relinquere cupiebat. Ideo ne statim summum comitio-rum arbitrium vsurpasse, atque sub ordinem certum redegisse videretur, varie semper in senatu super creatione consulum disse-rebat, candidatorum nomina plerunque reticens. Huius cautio-nis fortasse caussa erat, Tiberii verecundia quædam, vt qui sciret, Cæsarem & Augustum Comitia consularia cum senatu partici-passe. Tandem quomodocunque se gesserit, apparet, Tiberium candidatorum, quos ipse probauerat, nomina edere solitum fu-isse consulibus: qui eos per senatum renunciari curarent, nulla Principis commendatione interposita, nullaque senatui faculta-te permissa, aut dissuadendi, aut repellendi.

ANNALIVM LIB. II.

CAP. 2. *Fastuque erga patrias epulas.*) Quas scilicet contemne-bat despiciebatque Tac. libr. 4. in fine: *iuxta gratiam aut fa-stus ianitorum perpetiebantur.* Petron. Arb. *Contubernalis mea mihi fastum facit.*

Cap. 8. *Classis Amisiæ relicta læuo amne, &c.*) Æstuant hic interpre-

tes, neque ego fortaſſe emergam. tentabo tamen. Cum per O-ceanum Germanicus in os Amiſiæ fluminis claſſe ingreſſus eſ-ſet, expoſuit milites, vt debuit, læuo amne, id eſt, vt ego intel-ligo in læua ripa amnis: læua ſcilicet ſibi, reſpectu claſſis contra fluminis curſum tendentis. At cum milites ex eo loco in quo expoſiti fuerunt, pergere terreſtri itinere deberent in dexteras terras, dexteras quidem reſpectu loci in quo deſcenſionem fece-rant; inuenerunt iter impeditum æſtuariis & paludibus. Id for-ſitan duci ignarum fuerat, ideoque incuſatus eſt, quod claſſem vlterius non ſubuexerit, vt milites vltra humentia loca exponere poſſet.

Cap. 10. *Penetralis Germaniæ Deos.*) Sunt qui interpretentur, *pe-netralis Germaniæ*, id eſt, intimæ. & Latinæ linguæ Theſaurus hæc Taciti verba referens, in voce, *Penetralis*, ait, Cheruſcorum regio-nem videri appellatam, penetrale Germaniæ, quod ſit penitior atque interior, aut potius templum Cheruſcorum. Ego crediderim, non Germaniæ penetralis, ſed Deos penetrales, intelligen-dum eſſe. Cicero de natura deorum lib. 2. *Nec longe abſunt ab ea-vi Dii Penates, ſiue a penu ducto nomine, (eſt enim omne quo veſcun-tur homines penus) ſiue ab eo quod penitus inſident, ex quo etiam pe-netrales a poetis vocantur.* Senec. Theb. act. 2.

Ferte arma facibus petite penetrales Deos.

Cap. 20. *Funditores libratoreſque excutere tela.*) De iiſdem Taci-tus lib. 13. Libratores erant, non qui manu in hoſtem miſſilia vi-brabant, ſed qui e tormentis excutiebant: ideo dicti, quod i-ctum librarent. Sic libralia ſaxa dixit Vegetius libr. 2. cap. 23. *Sed & manu ſola omnes milites meditabantur libralia ſaxa iactare.* quod ego interpretor, ſaxa tam grauia, vt ea quæ a libratoribus e tormentis excuti ſolebant. Eſt etiam librator, qui aquam ducen-dam librat. Huius meminit Plinius epiſtol. 50. 69. & 70. li-bro 10.

Cap. 23. *Omne dehinc cælum, & mare omne in Auſtrum ceſſit.*) Ego proprie Auſtrum intelligo. nec ſequentia obſtant. Nam ſi Auſter Germaniæ tyrannus non eſt, vt Lipſius ait; tamen Roma-na claſſis vltra Germaniæ terras erat, ac fortaſſe ſupra ipſas ventus ille eſt ortus: ſed cum ſeptentrionem verſus flaret, horridus, ipſius vicinitate, naturaq; terrarũ factus, horridior claſſi incubuit. Ne-que abſurdum eſt, naues ab Auſtro ex ora Friſiorũ in Britanniam raptas. Si enim intelligas de vltima Britanniæ parte, quæ antiquis Caledonia appellabãtur, videbis, recta linea illuc eas ferri potuiſſe.

Eod. *Tumidis Germaniæ terris.*) Ego *tumidas terras* intelligo, montoſas. Montibus enim Germaniam abundare notiſſimum eſt: qui vt plerunque ſpecubus cauerniſque ſcatent, ita vim maxi-mam ventis addere ſolent. Tac. in vita Agric. *terræ monteſque, cauſ-ſa ac materia tempeſtatum.*

Eod.

Eod. *Postquam mutabat æstus, eodem quo ventus ferebat.*) Repo-
ne ex Man. copulam *eodemque, quo ventus ferebat.*

Cap. 35. *Res eo anno prolatas haud referrem.*) Petrus Pithoeus Ad-
uersariorum lib. 2. cap. vlt. hanc rerum prolationem refert ad fe-
rias, quæ quotannis indicebantur, messium ad vindemiarum
tempore. tunc enim negocia silebant, licetque differebantur.
Hunc sensum ego certe non improbauerim. Mouent me primum
verba, *eo anno*, quæ significare videntur morem singulis annis vsi-
tatum. Deinde verba, *haud referrem.* quasi dicat, vt in præterito-
rum annorum gestis haud retuli. Cicero pro L. Murena: *Sapiens
existimari nemo potest in ea prudentia, quæ neque extra Romam, ne-
que Romæ rebus prolatis quicquam valet.* Idem ad Atticum lib. 7. ep.
11. & libro 14. epist. 5. Quisquis plura exempla quærit Pithoeum
ipsum adeat. & si in hoc sensu prolationem rerum accipimus;
quod deinde sequitur de Tiberio, qui se absuturum dixerat, sub-
intelligendum est, ab vrbe, dum scilicet negocia, feriarum caussa,
differrentur.

Cap. 36 *Censuit, in quinquennium magistratuum Comitia haben-
da.*) Dupliciter sententia hæc intelligi potest. Primo, vt magistra-
tus crearentur, idem munus per continuum quinquennium ob-
ituri. Secundo, vt simul iisdemque Comitiis, quinque distribu-
tiones magistratuum fierent, qui quotannis sibi inuicem succe-
derent. Ad primum sensum nos quasi necessario ducunt verba
infra posita: *superbire homines etiam annua designatione, quid si ho-
norem per quinquennium agitet?* quibus verbis magistratus ipse
quinquennalis significari videtur. secundus tamen mihi magis
probatur. Moueor præcipue Tiberii verbis: *Graue moderationi
suæ tot eligere, tot differre.* si enim duodecim tantum Prætores no-
minaturus esset, numerus quidem non augebatur, cum idem ius
sibi olim acquisierit, vt libro I. testatur Tacitus dicens: *Candidatos
prætura duodecim nominauit.* Quid sibi ergo vellet illud, *tot?* quod
auctionem significat. Secundo, quoniam hac interpretatione re-
tenta, verba illa, *in annos singulos*, quæ Lipsius corrigere vellet,
in annos quinos, mutare non opus erit. nam idem est nomina-
re duodecim in annos singulos, ac si diceret, sexaginta in an-
nos quinos. Tertio mihi videtur, potestatem Principi, quasi
auctam, ex hoc sensu fortius colligi, cum ad numeri quintupli-
cationem respicias. ideoque Tiberius ait, modestiæ suæ ni-
mium fore tot eligere, tot differre. Quarto, exemplis ducor.
nam & Cæsarem, & Augustum, sic in plures annos magistratus
ordinasse, auctores tradiderunt cum de quinquennalibus ma-
gistratibus in ipsis Comitiis creatis, nusquam me legisse memi-
nerim, nisi per prorogationem. Clare Appianus bellorum ci-
uilium libr. 2. cuius verba ex Latina versione hic referam: de M.
Antonio enim ait: *Senatorum multitudine conspecta, qui partim*

ad vrbanos magiſtratus, atque ſacerdotia, partim ad prouinciar exercituumue præfecturas a Cæſare in futurum creati fuerant, q & ipſe in expeditionem ad quinquennium eſſet abiturus. Et pa poſt ipſe Antonius: *Nos quippe fere omnes, partim ſub Cæſare ma ſtratum geſſimus, partim adhuc gerimus vltra illos deſignati, par in futurum gerere electi ſumus. Ad quinquennium quippe, vt ſci & vrbani vobis magiſtratus; & anniuerſarii ad prouinciarum exercituum curam diſtributi ſunt.* Idem ſignificauit Sueto in Cæſ. cap. 76. *Eadem licentia, ſpreto patrio more, magiſtratu plures annos ordinauit.* De Auguſto narrat Dio libr. 53. prop nem: *Auguſtus vero decem tantum Prætores, qui pluribus opu haberet, conſtituit, idque in plures etiam annos: quorum reliqu dem quæ prius officia exſequerentur, duo vero adminiſtrationi ſig lis annis præeſſent.* Etiam Lipſius idem ſentire videtur, cum d cat, Gallum imitatum fuiſſe Cæſaris decretum ab Appian ſupra, relatum. Neque obſtant Taciti verba. *quid ſi honorem quinquennium agitent?* cum de honore deſignatorum intel da ſint: qui quodammodo magis quam ipſi magiſtratus ſu bire videntur, ſicuti plerunque accidit, occidentem Solem de orientem ſpectari. Atque idem innuunt verba illa: *ſuperbire h nes etiam annua deſignatione.* vbi deſignationem expreſſit, magiſtratum: quaſi dicat. Quid ſi in ipſo deſignationis ho per quinquennium manſuri ſint? At, non omnes ſexaginta tores deſignati, honorem per quinquennium agitaturi e imo duodecim tantum per annum, duodecim per biennium & ſic duodecim ſolis continget per quinquennium agitare. go Taciti verba non omnino vera. Fateor quidem: ſed in hoc mio ri termino includuntur etiam minores. & ſatis fuit Tiberio, poris longitudinem ſignificare. Simili modo dixit, *quintup magiſtratus*, cum loco vnius, quinque ſimul crearentur: a eorum, pro vno anno, quinque annis honorem illum retiner berent. Recte deinde ait, *ſubuerti leges.* quæ ſcilicet ſingulis Comitia haberi voluerunt, vt magiſtratum petituris certum tium eſſet induſtriæ exercendæ. quod iis contingere non rat, qui vltra quinquennium reiiciebantur. Quod autem contra leges; Suetonius, contra morem, dixit, in loco ſup relato.

Eod. *Vnde proſpici poſſe, quæ cuique tam longo temporis ſpatio domus fortuna.*) Verba hæc nonnihil ambiguitatis habere v tur. Nam cum in Aldina editione interrogatiue legantur, cor ſenſum eorum ibi ſequentia ſpectare, ſcilicet deſignat ſuperbiam, quorum mens, ea honoris diuturnitate, fieri ſuperba ac ſeditioſa: domus potentiæ auida, atque ad factio omne facinus parata: fortunæ demum turgida ac metuend bentius tamen alias editiones ſequor, quæ notam interro

nis non habent; vt referantur ea verba ad ſuperiora, de odio eorum qui vltra quinquennium proiicerentur. quaſi dicat: facile proſpici poterit, futuram iis mentem ſolicitam, & erga Principem male affectam: domum, id eſt; liberos, fratres, conſanguineos, merentes, ignominiaque accenſos: fortunam, ſiue conditionem, triſtem, atque honorum deſperatione afflictam.

Cap. 38. *Eandem vim in me tranſmittere.*) Cogitaui nuper, vulgatam lectionē ſatis cōmode poſſe defendi. Nam vt, modeſtiam ſenatus vrgere, ſignificat, ſenatus modeſtiæ vim facere: ita recte Tiberius dicit, eandem vim ab Hortalo in ſe quoque tranſmitti, quod idem eſt, ac ſi dixiſſet: vrgere modeſtiam ſenatus meamque.

Cap. 41. *Ductu Germanici, auſpiciis Tiberii.*) Suet. in Aug. cap. 21. *partim ductu, partim auſpiciis ſuis.* Apud Plinium libr. 3 cap. 20. extat vetus inſcriptio: *Quod eius ductu auſpiciiſque gentes alpinæ omnes, quæ a mari ſupero ad inferum pertinebant, ſub imperium populi Rom. ſunt redactæ.* Q. Curt. lib. 6. *quorum alia ductu meo, alia imperio auſpicioque perdomui. Ductu*, id eſt, per ſe ipſum, *auſpiciis*, quando per legatos bella conficiebantur, vt notum eſt. Tamen apud Plaut. confunduntur. Soſia enim de hero Amphitruone loquens, qui contra Theleboas militauerat, ait: *vt geſſerit remp. ductu imperio, auſpicio ſuo.* Et ipſe Amphitruo alibi: *Eos auſpicio meo atque ductu, primo cœtu vicimus.* Vere enim Creontis Thebani regis auſpiciis bellum patratum fuerat.

Cap. 42. *Feſſæ oneribus.*) Sic, *bello feſſos*, dixit lib. 12. Aliter Sidon. Apollinaris Carm. 5.

Gallia continuis quanquam ſit laſſa tributis.

Cap. 50 *Quæ de matre eius locuta ſecus argueretur.*) Capio illud, *ſecus*, pro perperam, quaſi dicat, maligne, & contra maieſtatem. Cicer. in Piſonem: *recte an ſecus, nihil ad nos.* quod aliter expreſſit, pro Quintio: *ſeu recte, ſeu perperam facere cœperunt.*

Cap. 52. *Diſciplina & imperiis ſueſceret.*) Legendum puto, *diſciplinæ*. Sic lib. 1. *Vernacula multitudo, laſciuiæ ſueta.* Item: *vt ſueſceret militiæ.* lib. 15. *externæ ſuperbiæ ſueto.*

Furius Camillus Proconſul Africæ.) Manuſcriptus habet, *Proconſule Africæ.* Animaduerti etiam in notis, ad.....

Cap. 57. *Diſceſſerantque opertis odiis.*) Quod iuxta Lipſii ſententiam, *apertis odiis*, legam, inducor antecedentibus & ſequentibus: quibus omnibus mutua odia ſatis declarari videntur. Nec ideo aperta dicuntur, quia Germanicus & Piſo ea patefecerint, inimicitiamque indixerint: ſed quoniam & ipſis inter ſe, & omnibus eorum amicis, manifeſta pluribus ſignificationibus erant, licet ab vtriſque male diſſimularentur. Alteram tamen lectionem non ſperno, quæ & ipſa ſatis commodum ſenſum habet.

Cap. 60. *Diuerſum ad mare, terramque Libyam delatus.*) Hunc locū Iulius Salinerus doctiſſime defendit, ideo nihil aliud mone-

bo, nisi quod verbum, *est*, in fine dictionis, sæpissime in Man. si-gnatur hac nota id est. Non mirum ergo, si aliquando prætermis-sum sit a librariis. Hic ego certe reponerem *delatus est*.

Cap. 77. *Quem iustius arma oppositurum, quam qui legati aucto-ritatem, &c.* A manuscripto abest, *quam*. Vnde ego legerem: *quam iustius arma oppositurum, qui legati auctoritatem, &c.*

Cap. 80. *Castellum Ciliciæ cui nomen Celenderis.*) Et in Man. est, *Celendris*, vt Lipsius ait legi apud Iosephum.

Cap. 85 *Et si ob grauitatem cæli interiissent, vile damnum.*) De Sar-diniæ graui cœlo, ita Claudianus de bello Gildonico in fine:

quæ respicit Arcton.
Immitis, scopulosa, procax, subitisque sonora
Fluctibus, insanos infamat nauita montes.
Hinc hominum pecudumque lues, hinc pestifer aer
Sæuit, & exclusis regnante Aquilonibus Austri.

Pomponius Mela de situ orbis, lib. 2. cap. 7. de Sardinia loquens, ait: *soli quam cœli melioris, atque vt fœcunda, ita pœne pestilens.*

Cap. 87. *Acerbeque increpuit eos, qui diuinas occupationes, &*) Suet. in lib. cap. 27. *Alium dicentem, sacras eius occupationes; & rur-sum alium auctore, eo senatum se adisse; verba mutare, & pro auctore suasorem pro sacris laboriosas dicere coegit.* Quod tantum abest, vt inferiores Principes non prohibuerint, vt potius sacra, diuina, & cœlestia omnia sibi tribuerint; iisdemque appellationibus, sermo-nes, iussa, literæ, responsa, oracula, præcepta, & similia vocitata sint: vt passim in libris legum, & apud illius æui scriptores vide-re licet.

Annalium Lib. III.

Cap. 16. *Atque illo pleraque sapienter, quædam inconsultius respon-dente.*) Mutilum esse hunc locum, quilibet pronuntiabit. Aste-riscum tamen apponerem, non post verbum, *exegisset*, sed post ver-bum *quæsitam*. Existimo enim, Tacitum loqui de liberto, cui Piso tradiderat codicillos ad Tiberium perferendos. quasi ta-lis sententia fuerit. Cæsarem sensisse, inuidiam sibi morte Pisonis quæsitam, codicillosque sibi a liberto redditos accepisse apud se-natum; atque ex illo crebris interrogationibus exquisisse, qua-lem supremum diem noctemque Piso exegisset. Respondente li-berto, quædam ab eo sapienter, quædam inconsultius acta: vel potius, ipso liberto respondente quædam sapienter, quædam in-consultius; Tiberium recitasse codicillos.

Cap. 17. *Biduum super hac imagine cognitionis absumtum.*) Ex su-perioribus & sequentibus videtur, verba, *super hac*, de Plancinæ caussa tantum intelligi debere. tamen inferius, vbi sententiæ di-cuntur, apparet, cognitionem illam bidui generalem fuisse, super caussis, & Pisonis, & filiorum, & Plancinæ.

Cap.

Cap.18. *Satis firmus, vt ſæpe memoraui, aduerſus pecuniam.*) Contra de Veſpaſiano dixit Aurelius Victor: *infirmus tamen, vti quidam praue putant, aduerſus pecuniam.*

Cap.21. *Sorte ductos fuſte necat.*) Mſ. *fuſti necat.*

Eod *Vexillum veteranorum.*) Non eſt intelligendum de veteranis illis dimiſſis, & ſub vexillo retentis, de quibus libr. 1. cap. 37. nam ea omnia Tiberius aboleuit. Sed veterani hic dicuntur, veteres milites ad differentiam tironum. Sic etiam lib. 2. *Contra veterani; ordinibus ac ſubſidiis inſtructi.*

Eod. *Miſſuque patris Apronius Ceſianus.*) Abeſt copula a manuſcripto, quam tamen ſuperius transferrem, ac legerem: *Poſtquam deflexit ad marittimos locos, inligatuſque præda ſtatiuis caſtris adhærebat; miſſu patris, Apronius, &c.*

Cap.22. *Ad proferenda quæ velut reticere voluerat.*) Dixi in Man. legi, *reicere.* quod verbum ego ſane vt corruptum reieceram: ſed Iulius Nellius IC. Florentinus, acutiſſimi ingenii vir, me monuit, probum ſibi videri cum enim ſenatum deprecatus eſſet Tiberius, ne maieſtatis crimina tractarentur, teſtes tamen illexit ad delicta ea proferenda, quorum cognitionem velut reiicere voluerat.

Cap.25. *Incitandis cælibũ pœnis.*) Forte intelligi poterit, vt pœnæ dicantur incitatæ, quia ſcilicet iacebant, neque erant in vſu.

Eod. *Cum omnis domus delatorum interpretationibus ſubuerterentur.*) Addo nunc locum Senecæ, controuerſ. 4. lib. 9. *ſcriptum legis anguſtum eſt, interpretatio diffuſa.*

Cap.28. *Deditque iura, quis pace & principe vteremur.*) Rhenani interpretationem nunc ſequor, meam ſperno. Nam verba hæc referri videntur ad ea quæ triumuiratu abolita fuerant, quo tempore iniuſta nec pacifica erat dominatio. At pace compoſita, ipſoque Auguſto principe, iura ab eo data fuere, quibus Romanum imperium vteretur, ac regeretur.

Eod. *Præmiis inducti.*) Tac. libr. 4. *Sic delatores genus hominum publico exitio repertum, & pœnis quidem nunquam ſatis coercitum; per præmia eliciebantur.*

Eod. *Exſoluti plerique legis nexus.*) Iuuenalis lib. 3. Sat. 8.

veniet de gente togata,
Qui iuris nodos, & legum ænigmata ſoluet.

Cap.30 *Copiaque & afluentia luxu propior.*) Sic mox cap. 34. *ſimul ſexum natura inualidum, deſeri & exponi ſuo luxu.* In hiſt. *luxu & ſaginæ mancipatus emtuſque.* Sexto caſu pro tertio vſus videtur, vt Virg. Æn. 6.

Siſte gradum, teque aſpectu nec ſubtrahe noſtro. Plaut. Amphitr. *neque nox quoquam concedit die & facie,* pro *faciei,* antiquis dictum, teſtatur Agellius lib. 9. cap. 14. Tac. tamen *alibi luxui,* dixit *non luxui aut voluptatibus aſſuefactus* Item: *aliquando luxui indulgebat.*

Cap.40. *Egregium reſumendæ libertati tempus.*) Mallem, *libertatis.*

Cap.

Cap. 47. *Neque decorum Principibus, si vna alteraue ciuitas turbet, omissa vrbe, vnde in omnia regimen.*) Parum attento lectori aliquod verbum deesse videbitur huic sententiæ; quæ tamen plenissima est, si superiora respicias. Subintelligitur enim, id, scilicet ad bellum proficisci, principibus minime decorum esse, caussis leuibus.

Cap. 49. *Ceteris ad dicendum testimonium exterritis.*) Id est, metu & vi ad confitendum compulsis.

Cap. 52. *Ne Princeps antiquæ parcimoniæ durius aduerteret.*) Rhenanus aliiq; ipsum secuti, hunc locum sic construxerunt: ne Princeps durius aduerteret antiquæ parcimoniæ. Mihi videtur Tiberium ipsum appellari Principem antiquæ parcimoniæ, quod ex historia clarum est; & testatur Tacitus lib. 4 *Rari per Italiam Cæsaris agri, modesta seruitia, intra paucos libertos domus.*

Eod. *Num coercitio plus damni in rempub. ferret.*) Quæritur, cur luxus coercitio, maius damnum reip. afferre possit, cum cōtra, iisque plurimis rationibus, vtilissima videatur. Respondet ipse Tacitus infra, vbi ait *si quis legem sanciat, pœnas indicat, iidem illi ciuitatem verti, splendidissimo cuiq; exitium parari, neminem criminis expertem clamitabunt.* Damnum ergo reip. futurum erat, ob nimiam pœnarum multitudinem: atque omnium fere ciuium pericula.

Cap. 54. *Quia vnius vrbis ciues eramus.*) Alienigenis enim quam plurimis Romana ciuitate donatis, iam non omnes vrbis incolæ, vnius vrbis Romæ ciues erant, sed alii ex aliis ciuitatibus oriundi, & quasi gentium colluuies: non mirum ergo, si diuersi mores, diuersa luxus irritamenta intulerunt.

Cap. 66. *Obscura initia impudentibus ausis propolluebat.*) Dubito, num legendum sit, *prætor polluebat*; vt dedecus ratione dignitatis maius ostendatur. supra enim dixit, Iunium prætorem fuisse. Forte scriptum erat, *pr. polluebat.* vnde facilis error.

Cap. 67. *Ausis ad Cæsarem codicillis, quibus inuidiam & preces miscuerat*, sic libro 4. *profusis diu ac per silentium lacrymis, mox inuidiam & preces orditur.* Inuidia plerunque apud Tacitum est violenta quedam publici odii concitatio. lib. 1. Annal. cap 23. *tantæ consternationis inuidiæque conciuit.* lib. 2. Annal. cap. 37. *nec ad inuidiam ista, sed conciliandæ misericordiæ refero.* Petronius Arbiter Satyricon. *Cum primum explicuimus mercem, mulier aperto capite, inspectis diligentius signis, iniecit vtranque laciniæ manum, magnaque vociferatione, latrones tenere clamauit. Contra, nos perturbati, ne videremur nihil agere, & ipsi scissam & sordidam tenere cœpimus tunicam, atque eadem inuidia proclamare, nostra esse spolia quæ illi possiderent. Sed nullo genere par erat caussa nostra, & cociones quæ ad clamorem confluxerant, nostram scilicet de more ridebant inuidiam.*

Cap. 7. *Equestri fortunæ.*) Cum perspicuum sit, ædem fortunæ

Eque-

questri Romæ fuisse, vt optime Lipsius notat; Tacitus ab o-
mnibus accusatur. Ego culpam librariorum fuisse mallem, sed
quid reponam nihil habeo. Audio tamen doctissimos nostri sæ-
culi viros, scilicet Ianum Gruterum, ac Robertum Titium huma-
niores literas in Bononiensi Gymnasio publice profitentem, le-
gendum suspicari, *sequestri fortunæ*: quasi fortuna ipsa, sequestris
que arbitra esset Augustæ valetudinis. Hanc opinionem, vt
nullo exemplo subnixam, neque amplecti, neque refellere in ani-
mo est, sed tantum virorum talium testimonio lectoribus notam
facere volui.

Eod. *Vt Pontificis maximi arbitrio, dum ne plusquam binoctium
abesset.* Dixi illud, *dum ne* in Man. non esse. At mea interpretatio
argui potest, cum nullum decretum appareat, quo Dialibus per
binoctium abesse absque licentia permitteretur: imo contra, ne-
fas illis fuisse, noctem vnam extra vrbem manere, tradit Liuius
libr. 5. Huic obiectioni responderi potest, Augustum, vt alia mul-
ta, ita hæc ex seuera illa antiquitate mutauisse, vt sequentia verba
testantur: *Quæ Principe Augusto constituta, &c.* Quod si concede-
re nolumus, sine licentia Diales per binoctium abesse potuisse;
concedamus saltem, solitum forsitan, antea fuisse Augusto, ve-
niam illam, propter aduersam valetudinem, tribuere: decreto au-
tem postea constituisse, vt eadem caussa, etiam vltra binoctium
Flaminibus abesse liceret, sed Pontificis maximi arbitrio.

Cap. 72. *Nec Augustus arguerat.*) Placet Lipsio, *arcuerat*, id est,
prohibuerat. Ego nihil mutarem: vt arguere, sit sinistre inter-
pretari, & in deteriorem partem accipere. quasi dicat: nec Augu-
stus suspicatus est, publicam illam munificentiam ad populi fa-
uorem captandum excogitatam fuisse: vt forte alii Principes
fecissent.

Annalivm Lib. IV.

CAP. 1. *Cuius pari exitio viguit ceciditque.*) Vigens enim Seia-
nus, prauorum consiliorum auctor Tiberio fuit, struxit insi-
dias multis, inimicosque aut suspectos pessum dedit. Deinde ca-
dens ruina sua traxit amicos, qui fere omnes a Principe Senatu-
que, exilio aut morte multati fuerunt.

Cap. 2. *Procul vrbis illecebris.*) Id enim ex disciplina. Vegetius
lib. 1. cap. 3. *Etsi longior expeditio emergit, in agrariis plurimum deti-
nendi sunt, proculque habendi a ciuitatis illecebris; vt eo modo, & cor-
poribus eorum robur accedat, & animis.* Tac. lib. 2 *simul iuuenem vr-
bano luxu lasciuientem, melius in castris haberi.*

Cap. 5. *Italiam vtroque mari.*) Scilicet infero, siue Tyrrheno, in
quo Misenum promontorium; ac supero, seu Adriatico, in quo
Rauenna ciuitas. Sueton. in Aug. cap. 49. *Classem Miseni, & al-*

teram Rauenna, ad tutelam superi & inferi maris collocauit. Lu-
nus, de Apennino Italiam diuidente, lib. 2.

Mons inter geminas medius se porrigit vndas,
Inferni superique maris.

Cap. 16. HL. S. XX. Vt curiosis satisfaciam, huius numeri no
quomodo se habent in Man. hic delineaui: h̃ n x̃ x.

Cap. 18. *Destrui per hæc fortunam suam Cæsar, imparemque tan*
merito rebatur.) Iam nihil muto: nam eandem fortunam su
Cæsar, tanto merito imparem rebatur.

Eod. *Nam beneficia eousque læta sunt, dum videntur exsolui pos-*)
Seneca epist. 19. *Quidam quo plus debent, magis oderunt. Leue æs ale-*
num, debitorem facit, graue, inimicum. Et epist. 82. in fine. *Eo peru-*
ctus est furor, vt perniciosissima res sit, beneficia in aliquem mag
conferre: nam quia putat turpe non reddere, non vult esse cui reddat.
nullum est odium perniciosius, quam beneficii violati pudere.

Cap. 23. *Libertos regios, & seruilia imperia, bello mutauerant.* A-
pud exteros enim Reges id moris plerunque erat; vt maxime li-
berti pollerent. Tacitus de morib. Germ. *Liberti non multum su-*
seruos sunt, raro aliquod momentum in domo, nunquam in ciuitate,
exceptis dumtaxat iis gentibus quæ regnantur: ibi enim, & super in-
genuos, & super nobiles ascendunt. Ipsorum tamen seruilia impe-
omnibus populis, quamuis assuetis, ægre tolerata fuisse creden-
dum est.

Cap. 32. *Libero egressu.*) Hoc est, si quando externa egrediebantur,
tur, vt interna memorarent; talis egressus, tanquam in spatioso
campo, liber atque amplus illis erat, propter rerum varietatem &
copiam.

Cap. 40. *An in penatibus iisdem tolerandum haberet.*) Nota lo-
quendi genus, ex græco fonte sic lib. 14. *si nunc primum statuendum*
haberemus. Dial. de Orat. *nec exspectandum habent oratorem, um*
illi libeat de ipso negotio dicere. Plin. epist. 8. libr. 1. *cum enitendum ha-*
beremus. lib. 8 epist. 14 *mox ipsi, ac per vices quasdam tradenda mo-*
ribus haberemus. Petron. Arb. *ne & tecum quoque habeam ri-*
dum toto die.

Qui te inuito perrumpunt.) Id est, in meum cubiculum, etiam te
nolente, penetrant, meque de omnibus consulunt. Hæc mea est
sententia. Sunt tamen qui intelligant, magistratus & primores al
los, adire solitos fuisse ipsum Seianum, licet inuitum, vt eum con-
sulerent. quod mihi certe non probatur.

Eod. *Longeque antisse patris mei amicitias.* Mæcenaten & Agrip-
pam intelligit, qui in Augusti amicitia validissimi fuerunt. poten-
tiorem tamen Seianum esse apud Tiberium dicebant.

Cap. 41. *Sublatisque inanibus, vera potentia augere.* Iam fere pro-
boque. Augere enim aliquando passiuam significationem habet
vt notat Lipsius in auctore nostro, lib. 11. cap. 18. & H. st. lib. 3.

Cap. 56. *Templum vrbis Romæ statuisse.*) Idem Pergamenos fecis-,dixit supra. At de vrbis Romæ templo in ipsa Roma, meminit iam Spartianus in Adriano, & Amm. Marc. lib. 16. Quam vanitam fortasse deridens Hormisda regulus, qui vrbem cum Con-stantio imperatore perlustrauerat; interrogatus ab eo, quid de Roma sentiret; Id tantum sibi placuisse, respondit, quod didicis-set, ibi quoque homines mori: vt idem Ammon. tradit. Apud eundem Roma *Vrbs æterna*, sæpissime appellatur: eodemque cogno-mento apud Iurisconsultos & illius æui scriptores.

Eod. *Magnis quidem iam Romani populi rebus.*) Raro sic trans-posite legas Romanum populum. neque hic ex Man. est, qui ha-bet, *populi Romani.* Nimis leue hoc, sed prætertire nolui.

Cap. 59. *Adsimulabatque iudicis partes.*) Dixi, Mureto placere; *dicis.* Sed vulgata lectio melior videtur, propter verba quæ se-quuntur: *subditi qui accusatorum nomina sustinerent.* quasi coram iudice.

Cap. 62. *Virilis ac muliebris sexus.*) Addo nunc, etiam apud eun-dem Tacitum, libr. 5. hist. cap. 13. vbi legitur, *virilis ac muliebris se-xus*; antiquissimum codicem Florentinum habere, *virile ac mu-liebre sexus.* & in Sueton. Aug. cap. 44. vbi est, *muliebrem sexum o-mnem*, Turnebus affirmat, in Vett. libris legi, *muliebre sexus omne*; quod Casaubonus etiam testatur.

Cap. 67. *Quoniam importuosum circa mare, & vix modicis naui-giis pauca subsidia.*) Turnebus Aduers. lib. 3. ca. 9. interpretatur *sub-sidia*, pro locis in quibus naues subsidere, & stationem suffugia-que habere possunt.

Eod. *Duodecim villarum nominibus & molibus.*) Tunc enim Vil-læ non erant; sed potius villarum nomina, reliquiæ ac vestigia.

Cap. 69. *Etiam aduersum proximos.*) Nulla lux hic ex Man. nisi quod ibi legitur & distinguitur: *ciuitas egens; aduersum proxi-mos, &c.* Vnde fortasse locus sic restitui poterit: *Non alias magis an-xia & pauens ciuitas egerat. aduersum proximos, congressus, colloquia; notæ ignotæque aures, vitari.*

Cap. 70. *Non imprudentem Tiberium tantam inuidiam adiisse.*) Dixi, in Man. legi, *non prudentem.* quod cum attentius considera-rim, recte se habere arbitror. Sensus est: ignarum fuisse Tiberium, tantam se inuidiam adiisse, vt qui non sponte hæc iusserit, sed Se-iani artibus deceptus atque coactus. supra enim dixit: *has Seiano victimas cadere.* Atque ad eiusdem dolos referenda sunt sequentia verba: *quæsitum meditatumq; &c.* Publica quidem persuasio tunc Romæ erat, sæua & atrocia iussa fere omnia, per Seianum ab inui-to Cæsare extorta, aut falso composita fuisse. infra, lib. 5. *falsas lite-ras, & principe inuito exitium domui eius intendi clamitat.* In ean-dem suspicionem, post damnatum Seianum, incidit etiam Macro lib. 6 prope finem: *nullaque in eos Imperatoris litera, suspicionem da-*

bant, inualido, ac fortasse ignaro, ficta pleraque ob inimicitias Ma-
nis in Arruntium.

Cap. 71. *Verum vt cunctationes Principis aperirentur.*) Probaui *a-*
perirentur, suadente Mureto. At nunc eruditissimi Salineri s-
tentiam antehabeo, qui vulgatam lectionem veris rationibus
pugnat. Non enim iam studebat Seianus, diutius Tiberius c
meditaretur, sed vt olim meditata effunderet. Ac vere olim c
rat Seianus simultates serere, Tac. lib. 1. *Accendebat hæc onera-*
que Seianus, peritia morum Tiberii, odia in longum iaciens, quæ re-
deret, auctaque promeret.

Gnarus lentum in meditando, vbi prorupisset, &c.) Casaubo
lentum interpretatum, qui non facile mouetur. Suet. de eo
Tiberio, cap. 57. *Sæua ac lenta natura ne in puero quidem latu*
cap. 21. ait, Augusti morientis vocem de Tiberio exceptam f
scilicet: *miserum populum Romanum, qui sub tam lentis maxil*
rit. Cicero de Orat. lib. 2. *Neque enim facile est perficere, vt irasc*
cui tu velis Iudex, si tu ipse id lente ferre videare.

ANNALIVM LIB. V.

CAP. 6. *Et ille quidem qui collegam & generum adsciuerat, si*
gnoscit.) Id quoque a M. Terentio, ob amicitiam Seiani
dum se defenderet, Tiberio exprobratum fuit, vt infra lib. 6. 8.
insidiæ in remp. consilia cædis aduersum imperatorē, puniatur de [...]
citia & officiis, idē finis & te Cæsar & nos absoluerit. Liberius a
Getulicus superioris Germaniæ legatus. Tiberio in eandem
tentiam scripsit. vt libro 6 cap. 30. *Adfinitatem sibi cum S*
haud sponte, sed consilio Tiberii cœptam: perinde se quam
rium falli potuisse, neque errorem eundem illi sine fraude, aliis
habendum.

ANNALIVM LIB. VI.

CAP. 2. *Tum retulere Scipiones.*) Cum testatus essem; in
legi, *tam referret Scipiones:* acutissimus Lipsius veram,
lor, emendationem peruidit: *tanquam referret.* vt scilicet
irrideat eiusmodi vanam sententiam, quandoquidem &
& fisci pecuniæ, illo æuo, in principis potestate essent. Hæc
emendatio distinctione mihi iuuanda videtur: *& bona Sei*
lata ærario; vt in fiscum cogerentur: tanquam referret. Scipio
& Silani, & Cassii, &c. quasi dicat, Tales ineptiæ a talib
proferebantur. eosque derisionis caussa, multitudinis n
appellat magna videlicet senatorum nomina.

Eod. *Neque vltra abolitionem sententiæ suadere.*) Id est, d
olitionem sententiæ suaderet, non vltra progressus est, q
genium non violenter increpuit, vt postea Iunium Gallic

Cap. 4. *Prorupere concepta per idem odia.*) Emendauit Lipsius *pridem.* quod etiam Man innuit, qui habet, *peridem.*

Eod. *Cur mutua accusatione intenta.*) Iam nihil muto. est enim Tacito familiarissimum verbum. Sic lib. 3. Annal. cap. 48. *ob intenta, vt memoraui, Lepidæ pericula.*

Eod. *Metum prorsus, & noxam conscientiæ pro fœdere haberi.*) Man. *& noxam conscientiæ.* quod etsi idem significat, melius forte legeretur: *& noxiam conscientiam.*

Eod. *Inter ganeum ac si ipra.*) Vtrunque, & ganeum, & ganeam, vsitatum. tamen Man. habet, *ganeam.* Sic lib. 3. cap. 52. Annal. *ventris & ganeæ paratus.*

Cap. 5. *Arguitur pleraque, C. Cæsarem quasi incestæ virilitatis.*) Diuinabam leuiter, an minus corrupte rescribi posset: *arguitur plura quod C. Cæsarem quasi incertæ virilitatis, &c.* plura enim, id est, tria erant, de quibus arguebatur. sic paulo infra dixit: *statuendi de Cæciliano Senatore, qui plurima aduersum Cottā promserat.* Quod autem Lipsius emendauit, *incertæ virilitatis*, confirmari videtur a Seneca de diuina prouid. cap. 3. vbi, dubiam virilitatem dixit: *Quanto magis huic inuidendum est, quam illis, quibus gemma ministratur, quibus exsoletus omnia pati doctus, exsectæ virilitatis, aut dubiæ. suspensam auro niuem diluit?*

Eod. *Querentemque de potentia M. Lepidi.*) Melius in Man *querensque.* Recte ergo Lipsius monuit legendum, *dixisset*; ac deinde *addidisset.*

Eod. *Neque contatius a minoribus ciuitatis reuincebatur.*) Dixi, in Man. legi, *neque cuncta.* Nunc libenter corrigerem: *eaque cuncta a primoribus ciuitatis reuincebatur.* eadem figura dictum, qua paulo supra, *arguitur pleraque.* & infra, *adleuatur animum.*

Cap. 11. *Quod præfectus vrbi recens, &c.*) ideo recens dixit, quia ab Augusto præfectura vrbis instituta fuit, vt tradunt Suetonius, & Dio, & alii.

Cap. 13. *Silentium ipsius, non ciuile, vt crediderat, sed in superbiam accipiebatur.* Solebat ipse Tiberius, quum occasio exigeret, populum edicto monere. supra, item reprehendere. *increpitaque per edictum plebe.* Nunc autem, cum non per ipsius edictum, sed per Senatusconsultum, fiat castigatio, non mirum si ad superbiam silentium trahitur, quasi populus Romanus ab Imperatore suo iam despiciatur.

Cap. 15. *Secum introirent, quoties curiam ingrederetur.*) Ad hoc exemplum, idem postea petiit Claudius: teste Suetonio, cap. 12.

Cap. 16. *Et concedente.*) Legerim, *eo concedente.*

Cap. 25. *Iactauitque, quod non laqueo strangulata, neque in Gemonias proiecta foret.* Idem, sed alio verbo, expressit Suet. cap. 53. *Imputauit etiam, quod non laqueo strangulatam in Gemonias abiecerit.* De hoc verbo, *imputare*, dixi in Notis, ad lib. 3. Hist. ipso fine.

Cap. 28. *Maxime vulgatum quingentorum ſpatium.*) Seneca e-piſt. 65 *fortaſſe tanquam Phœnix ſemel anno quingenteſimo naſcitu*

Cap. 35. *Quos ſuper, eques, & propioribus vulneribus pedites adfli-ctabant.*) Videtur, *ſuper*, pro deſuper, quaſi dicat, eques ex altiori loco, miſſilibus, pedites propius congreſſi, hoſtes adflictabant.

Cap. 36. *Alioſque occultos conſulit.*) Man. habet, *conſilit* quod ni mēdoſum iudicetur, fortaſſe interpretari poteſt, *aſtute aggreditu*

Cap. 38. *Mox quoque, modo dicta vulgari malebat.*) Legendum *quoquomodo*. ſic ſæpe Tacitus ſupra. idem error irrepſit & infr libro Annal. 14.

Cap. 46. *Ne memoria Auguſti, ne nomen Cæſarum in ludibria & contumelias verteret.*) Man. *verterent*. paſſiue, pro, verterentur a ſæpe Tacitus loqui amat.

Eod. *Egregium vita famaque, &c.*) Verba hæc, *egregium, occl-tum, ſubdolum*. vnde regantur non video. ſi ad vocem, *tempora*, re-ras, vide quam apte dicatur, occultum ac ſubdolum tempus. e certe legerim, *egregius*: & deinde, *occultus, ac ſubdolus*.

Annalium Lib. XI.

Cap. I. *Auri vim atque opes Principib. infenſas.*) Ne quis de hic Lipſii emendatione ambigat, teſtor in Flor. codice clare le-g, *auri vim atque opes*.

Cap. 2. *Ad quod victo ſilentio, &c.*) Confirmatur hæc lectio a Flor. mihiq; magis probatur, quam *indicto*. neque indictum ſi-lentium fuiſſe, veriſimile eſt, cum accuſationibus reſpondere ci-liber permittatur. & ſupra dixit: *intra cubiculum auditur*. ac pa-lo poſt ſequitur: *ingreſſuſque defenſionem*. Taciti ſenſus videtur, A-ticum ad ceteras Suilii accuſationes tacuiſſe, quaſi ei reſpondere dedignaretur. Sed cum mollitiam corporis ſibi obiectari audiit, ſilentium viciſſe, & in illa verba prorupiſſe. Poſtea vidi, Salinerum quoque idem ſentire.

Cap. 3. *Liberum ei mortis arbitrium permiſit.*) Intellige, *permiſit*, hoc eſt, permittendum cenſuit. ſic ſupra, *fuſte necat*, id eſt, necari iuſſit. Alibi, *ſecuri percutit*, id eſt, percuti iuſſit. item: *quanto ma-iorem quam Auguſtus rei frumentariæ copiam aduectaret*. id eſt, adue-ctari curaret.

Cap. 7. *Niſi cuius fructus ante prouiderit.*) Florent. *prauiderit*. le-gerim: *niſi cuius fructum ante prauiderit*.

Cap. 10 *Potituſque regia.*) Florent quoque habet, *regiam*.

Cap. 16. *Infectum alimonia.*) Idem Flor. *alimonio*.

Cap. 19 *Poſt rebellionem clade L. Apronii cœptam.*) A Flor. cum confirmatur illud, *poſt rebellionem*, quod a recentioribus deprauatum fuerat, *per rebellionem*.

Cap. 20. *At legionibus cum damno labor.*) Intellige de vtriuſque ducis legionibus. nam *riuos effodere*, ad Corbulonem; *infra humum moliri*, ad Curtium Rufum refertur

Cap.

Cap. 22 *Duo additi, qui Romæ curarent*) Sic lib. 3 histor *exploratores, vt mos est longius curabant.*) Verbum Sallustio quoq; familiare in Iug. *in postremo C. Marius cum equitibus curabat.* Iterum *vbi quisq; legatus aut tribunus curabat, eo acerrime niti.* Ibidem etiam, curator. dixit: *de rep. vestra, cuius huc curator missus es.* Tacitus plerunque eo vtitur cum quarto casu. vt lib. 4. Annal. cap. 36. *Proconsul Asiam curauerat.* lib. 5. Annal. cap. 10. *Achaiam quoque curabat.* lib. 6. cap. 30 *superioris Germaniæ legiones curabat.*

Cap. 23. *Ferro vique ceciderint.*) Cum a Flor. codice lectio hæc confirmetur, probam veramque censeo: vocem autem, *igniq;*, adulterinam ac subdititiam. Neque solicitus sum de Suetonii verbis in Claudio, cap. 21. vbi, si præsertim libri veteres annuant, libentius legerem, *igni ferroque*, quam, *vi ferroque.* Nam recte quidem a Suetonio dicitur, igni assumere. similiter in locis Liuii, ac Curtii a Salinero relatis, ferro igniqueperseq ui; & per ignes ferrumque petere. at non proprie ab auctore nostro dictum videretur, igni cedere.

Cap. 28 *Nunc iuuenem nobilem, dignitate formæ.*) Quod Lipsius repoluit, *dignitate formæ*, a Tacito alibi vsurpatur. *& dignitate formæ haud degenerem reputantes.*

Cap. 31. *Gerere cothurnos, iacere caput.*) Hoc etiam ex Bacchantium more, caput iacere. Apuleius libro 8. *Diuque capite demisso, ceruices lubricis intorquentes motibus, crinesq; pendulos rotantes in circulum & nonnunquam morsibus suos incursantes musculos* l. 1. §. 9 ff. de ædil. edict. *Quæritur, si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset, an nihilominus sanus videretur.*

Annalium Lib. XII.

CAP. 2. *Ne fœmina experta fœcunditatis.*) Malim *expertæ fœcunditatis.*

Cap. 33. *Pro munimentis constiterant.* Non intelligas, ipsas catervas fuisse loco munimentorum. Sed eodem modo dictum, quo supra, cap. 29 *pro ripa componeret.*

Cap. 35. *Cuncta virtute inexpugnabilia clamitare.*) Forte melius, *virtuti.*

Cap. 44. *Ignaro & ornante insuper Mithradate*) Verbum, *ornante*, a Lipsio repositum, a Flor. etiam confirmatur.

Cap. 56. *Reliqua lacus classiarii tectis nauibus.*) Ambigit Lipsius, quinam essent hi classiarii, atq; intelligit, militem e classe, ibi collocatum ad tutelam. Ego potius fuisse censeo ipsos damnatos ad pugnam nam supra dixit, ratibus cinctum fuisse ambitum lacus, in quibus ratibus, (scilicet in ipso lacu, non in terra) impositæ fuerunt prætoriæ cohortes, propugnaculis antepositis. Ad quid aliud hi, nisi ad custodiam, & ad multitudinem coercendam? ergo in medio lacus classiarii pugnaturi, a prætorianis circumdati.

Cap. 57. *Eoq; tempore interiecto, altius effossi specus.*) Interiectum tempus intelligit, inter nauale prælium, & spectaculum gladiatorium. Quod autem ait de pontibus inditis, significat, lacum, propter specus altius effossos, effluxisse quidem, fortasse vsq; ad media, sed non ad ima: vnde ad pedestrem pugnam pontes superimponere necesse fuit.

Cap. 60. *Decretaque eorum proinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani constituissent.*) Lege, *perinde*.

Cap. 62. *Simul vehendo commeatu opportuna forent.*) Legendum videtur, *commeatui*.

ANNALIVM LIB. XIII.

CAP. 11. *Vel iactandi ingenii.*) Vox, *caussa*, quæ hic addita fuera[t], etiam a Flor. abest.

Cap. 15. *Olim prouisum erat.*) Scilicet ipsius Agrippinæ artibus, [vt] ait supra.

Cap. 16. *Frigida in aqua effunditur venenum.*) Ad exemplum fo[r]tasse illorum artificum, qui Alexandrum Regem Macedonum n[e]cauerunt. Q. Curtius libro 10. *Philippus itaque & Iollas, potum R[e]gis prægustare soliti, in aqua frigida venenum habentes, eam prægust[a]ta potioni Regis supermiserunt.* iisdem fere verbis Iustinus libr. 12.

Cap. 19. *Nec si Iturius & Caluisius, &c.*) Agrippina, antequam a[d] obiecta respondeat, amorem suum erga filium iactat, repetitqu[e] non sine exprobratione, quæ ad imperium ei parandum perp[e]trauerit: eaque facinora probro sibi esse non debere. Sed dum a[c]cusatoribus amoris caussa morem Silanę gerentib. infamiam o[b]iicit, veretur, ne sibi quoq; obiiciatur infamia parricidii, id est, v[e]neni Claudio dati propter filii amorem. Ideo ait, eandem ratio[]nem non esse. illos quippe amare vt adulteros se auté vt matre[m].

Cap. 21. *At si Plautus, aut quis alius remp. iudicaturus obtinuerit.*) Affirmare non ausim, integra hæc esse, sicuti etiam superiora ve[r]ba huius orationis. tamen, vtut sint, ego sic legerem ac distingu[e]rem: *Viuere ego Britannico potiente rerum poteram? ac si Plaut[us], aut quis alius rempublicam, iudicaturus, obtinuerit? Desunt scil[icet] mihi accusatores, &c.* Dum crimina diluit Agrippina, ostend[it], nullam sibi spem vitæ, aut Britannico, aut Plauto, aut quouis [a]lio, regnantibus: acrius quippe exarsuros fuisse accusatores: c[um] ne tunc quidem ipso filio Principe sibi deessent, ea crimina ob[ii]cientes, quibus nisi ab illo absolui non possit: quasi dicat. fil[ius] quidem me absoluet: at si imperaret alius qui me iudicaturus [fuis]set, spem absolutionis non haberem. Atque hoc sensu intellig[en]dum mihi videtur verbum illud, *iudicaturus*: id est, qui iudex [fu]turus esset super criminibus mihi obiectis.

Cap. 29. *Iisque ne metu offensionum segnius consulerent, extra o[r]dinem honores permisit.*) In Flor. legitur, *promisit*, & fortasse non m[al]e.

nores enim, scilicet Præturas, non ante adipiscebantur, quam
unere illo ærarii perfuncti essent, vt clare testatur Dio l. br. 60.
& vulgata lectio ferri potest, dummodo sit a libris.

Cap. 31 *Quia cum venditor pendere iuberetur, in partem pretii emptoribus accrescebat.*) Si emtoribus remissum vectigal, venditoribus que impositum, quomodo ergo remissum? hic potius est iu... tio personarum, & nihilominus ærarium non minuebatur. Ego intelligo: mancipiorum vectigal emtores antea pendere solitos fuisse, qui ciues Romani plerunque erant. Eos Nero sublevare cupiens, vectigaliis demsit, & in venditores transtulit, qui fere omnes extranei & aduenæ erant, & postquam seruos vendidissent, in prouincias suas reuertebantur: ideoque pro nihilo ducebatur, illud onus eis superimponere. Sed cũ hi, ea de caussa carius mancipia venderent, remissio Principis emtoribus irrita euadebat.

Cap. 40. *Et dato die prælium incipere.*) Quod dixi, legendum viri *& claro die*, subintelligendum est, ante lucem exercitum a Tiridate motum.

Cap. 42. *Quam veterem & olim partam dignationem subitæ felicitati submitteret.*) Dixi, illud, *olim*, a manuscriptis non esse, cum Flor. habeat, *ac dono Partam*: alii, *ac deo partam*: mihique legendum videri, *veterem ac diu partam*. Nuper animaduerti, phrasin esse Taciti, *vsitatam*, qui lib. 3. dixit: *Atqui ne corporis quidem morbos veteres & diu acutos, nisi per dura & aspera coerceas.*

Cap. 47 *Per iuuenilem licentiam, quæ tunc passim exercebatur.*) Pero, Alib. *iuuenili impulsu licentia.*

Cap. 54. *Qui nationem eam regebant, in qua tum Germani regnabant.*) Ad ea quæ dixi, addo nunc duo alia exempla Taciti. vt l b. 1. Hist. *vt in ceteris gentibus quæ regnantur*. & de morib. Germ. *exceptis duntaxat iis gentibus quæ regnantur.*

Cap. 57. *Non si fluuialibus aquis, aut quo alio humore niterentur.*) Verbum, *niterentur*, aut corruptum est, aut perperam additum. & quoniam a Flor. codice abest, tollendum censeo, ac legendum: *non fluuialibus aquis, aut quo alio humore donec, &c.*

ANNALIVM LIB. XIV.

CAP 4 *Dehinc obuius in litora.*) Legerim, *in litore.*

Cap. 16. *Atque ipsius verba quoquomodo prolata supplere.*) Supra, l b 6 cap 38. monui, legendum videri, *quoquomodo.*

Cap. 28. *Vibii Crispi fratris fauore enixus.*) Prioribus Notis addo, sic sæpe Tacitum locutum, vt lib. 2. cap. 63. *pulsus haud multo post Hermundurorum opibus.* lib. 11. cap. 8. *fisus Pharasmanis opibus.* Ibidem: *Gotharzes Daharum Hircanorumque opibus auctus.* Alibi: *Langobardorum opibus refectus.*

Cap 30 *Nouitate aspectus perculere militem.*) Melius Flor *milites*, quam sequitur, *præberent.*

Cap. 32. *Et impediendientibus, qui occultæ rebellionis conscii consi lia turbabant.*) Rebellio non iam occulta erat, vt ex superioribu patet. Corrige ergo Florent. codicis fide: *occulti rebellionis conscii.*

Cap. 53. *Studia, vt sic dixerim, in vmbra educata.*) Pro vmbr scholam declamatorum intelligit. vnde Petron. Arb. dixit: *non dum vmbraticus doctor ingenia deleuerat.* id est, scholasticus. Sene in procem. Contr. libro 3 *istos declamatores produc a Senatu in f rum, cum loco mutabuntur, velut in assueta classe, & dilecta vmb corpora sub dio stare non possunt, non imbrem ferre, non solem sciun vix se inueniunt.* Item procem. lib. 9. *vsque eo ingenia in scholasti exercitationibus delicata enutriuntur, vt clamorem, silentium, risu cœlum denique pati nesciant.* & paulo post: *itaque velut ex vmbr & obscuro prodeuntes loco, claræ lucis fulgor obcæcat; sic istos a scho in forum transeuntes, omnia tanquam noua & insitata perturbar* Plin. epist. 2 lib. 9. *Volumus scholasticas tibi, atque, vt ita dicam, vm braticas literas mittere.*

Annalium Lib. XV.

CAP. I. *Per silentium haud modice querendo.*) Si immodice qu rebatur, quomodo per silentium? An, cum aspiceretur, lic silens ignauiam exprobrare videbatur, ideoque grauius ipsius lentium erat, quam Monobari voces? ita videtur: ac sequentia v ba: *non enim ignauia, &c.* repetita esse intelligo a minoribus il gentium. quæ cum ad aures Vologesis peruenissent, commo est, &c.

Cap. 10. *Ægre compulsum ferunt, vt instantem Corbuloni fate tur.*) Sic etiam ferri potest, vt subintelligas, *instantem*, id hostem.

Cap. 15 *Namque iis vsui fuit.*) Lipsius legendum censet: *nequ vsui fuit.* quod mihi contra Taciti mentem videtur. Dixit en Pætum flumini pontem imposuisse, tanquam eo transgressuru: vere autem Parthos iussisse, vt victoriæ monumentum ipsis. na que Parthis vsui fuisse, non Romanis, qui diuerso itinere abie Fortasse mouetur Lipsius eo quod inferius dicitur, Vologes non ponte, sed vado transisse. Cui ego respondeo, Regem quid elephanto insidentem, & amicos, familiares, quique proxim erant, ipsum sequutos, vi equorum flumen perrupisse, cum d fabricatum pontem a Romanis suspicarentur. at reliquum mitatum Regis, exercitumque omnem, ponte transuectum simile est, postquam fidum intellexerunt. Certe flumen rapi fu sse apparet, nec pediti peruium. Nullus ergo defectus erit i lis verbis, *proximus quisque Regi*, vt idem Lipsius dubitauit.

Cap. 28 *Minister bello datus.*) Forte, *minister bello clarus.* eo errore, quem supra notauimus. lib. 13. cap. 40. *dato die.* lib. 3. hi *quod illic secundæ legioni a Claudio præpositus, & bello clarus*

t. In vita Agricolæ, *clari bello, ac sua quisque decora gestantes.*

Cap. 29. *Et simulachris Deum in medum templi.*) Godeschalcus l Vegetium libro 2. cap. 6. hæc deorum simulachra interpreta-ir, mortuorum Imperatorum imagines, qui scilicet inter deos lati essent.

Cap. 34. *Vbi gladiatorum munus a Vatinio celebre edebatur.*) Me-us, *gladiatorium munus*. Sic Tacitus solet, lib. 12 *gladiatorii mune-is magnificentia*. lib. 14. *gladiatorio spectaculo*.

Cap. 43. *Ceterum vrbis domus quæ supererant.*) Nonnihil dubi-taueram, an illud, *supererant*, respiciat verbum, *erecta*. id est, post-uam Nero suam domum extruxit, erectæ fuerunt vrbis domus, uæ erigendæ supererant. Nuper autem doctissimi Salineri acu-a interpretatio mihi valde arridet: ideo sic a Tacito dictum, quia am immensa fuit noua Neronis domus, vt fere totam vrbem omplecti, ac paucæ admodum priuatorum domus, siue do-nuum ruinæ superfuisse viderentur.

Cap. 51. *Ergo Epicharis plura, & omnia scelera Principis orditur.*) Ego sic distinguerem, *plura & omnia, &c.* non enim capio, vt plu-a & omnia simul iungantur. Tentauit callide mulier Proculi a-nimum, eumque haud alienum a scelere cognouit. Ergo illi plu-ra: subintellige, locuta est, coniurationemque aperuit: ac simul o-mnia scelera Principis memorare cœpit, quo magis illum accen-deret.

Cap. 52. *Ne a libertate moueretur.*) Præter illa quæ iam dixi, du-bito, num vei i .s sit, ad Taciti mentem, & ex veterum librorum fi-de, *ne ad libertatem moueretur*. id est, ne ad libertatem populo Rom. restituendam excitaretur.

Cap. 53 *Quamuis absurdum videretur & inane, &c.*) Melius for-tasse nunc, & Florent. codicis lectioni propius, lego: *quamuis ab-surdum videretur, aut inanem ad spem Antoniam, &c.*

Cap. 63. *Et paululum aduersus præsentem formidinem mollitus.*) Quod dixi, in Florent. legi, *fortitudinem*, ab ipso Seneca firmatur. qui epist. 105. in principio, sic ait: *Ille qui non vxorem, non amicum tanti putat, vt diutius in vita commoretur, qui perseuerat mori, deli-catus est. Hoc quoque imperet sibi animus, vbi vtilitas suorum exigit: nec tantum si bi velit mori, sed si cœpit intermittat, & suis se commo-det. Ingentis animi est, aliena caussa ad vitam reuerti, quod magni vi-ri sæpe fecerunt.*

Cap. 68. *Non aliter tot flagitiis eius subueniri posse.*) De eodem Nerone Suetonius cap. 36. *tanquam aliter illi non possent, nisi morte succurrere.*

Cap. 71. *Genua ipsius aduolui, & dextram osculis fatigare.*) Hinc obseruabis veterem supplicum morem. De genibus, sæpissime Tacitus, & alii. Quod ait, *dextram osculis fatigare*, fiebat ex anti-qua odorandi consuetudine. qui enim Deos adorabant, dextram

labiis admouebant, eam osculantes, primore digito in erectum pollicem residente, capite submisso, ac corpus dextrouorsum circumagentes. Hoc diligenter docent, Petrus Pithoeus Aduers. libro 1. cap. 7. & Iustus Lipsius Electorum lib. 2. cap. 6. ad quos ego lectorem delego. Addam tamen locum Senecæ, controu. 1. lib. 8. vbi ad hunc adorationis morem alludens, ait: *Commodauimus qui posset facere Deos, recepimus qui ne adorare quidem possit.* De Phidia loquitur, quem Athenienses Eliis commodarunt, vt Iouis statuam faceret. illi autem postea sacrilegii insimulatum, præcisis manibus remiserunt. Adorantibus flectere etiam genua mos erat. Seneca suasor. 1. *Quæ tam feræ gentes fuerunt, quæ non Alexandrum posito genu adorarint?* & Tacitus infra de Nerone ait: *flexo genu, cœtum illum manu veneratus, sententias iudicum opperiebatur ficto pauore.*

ANNALIVM LIB. XVI.

CAP. 4. *Ea quam indutui gerebat veste.*) Apuleius Floridorum libr. 2. *Habebat indutui ad corpus tunicam interulam.* & statim *habebat cinctui balteum.* & paulo post: *habebat amictui pallium candidum.* Cicero, Tuscul. quæst. lib. 5. *mihi amictui est Scythicum tegmen.*

Cap. 14. *Monitus prius Anteius, ne supremas tabulas moraretur.*) Monitus credo ab amicis, quos ipse Tigellinus secreto miserat, sperans sibi hereditatis partem eo testamento obuenturam, quas ille prædas maxime aucupabatur. De Mela: *scriptis codicillis, quibus grandem pecuniam in Tigellinum, generumque eius Cossutianum Capitonem erogabat, quo cetera manerent.* De Petronio, mox: *Ne codicillis quidem, quod plerique pereuntium, Neronem, aut Tigellinum, aut quem alium potentium adulatus est.*

Cap. 16. *Quam ne oderim tam segniter pereuntes.*) Eruditissimi Salineri interpretationem libenter amplector. Is enim *oderim* retinet, atque ad ipsum Tacitum refert. Qui lectoris tædium veritus, propter continuas similesque ciuium mortes a se traditas, hac tantum ratione defendi atque excusari postulat, ne, si tantos viros silentio transmisisset, odisse eos videretur, quia tam segniter seruiliterque perierint. eoque odio suspicionem fortasse malignantibus daret, se, pro patientia, audaciam & seditionem a coniurationis noxiis desiderare.

Cap. 17. *Nox officiis & oblectamentis vitæ transigebatur.*) Ea officia plerunque ad amicos pertinebant. vt, commendare candidatos, salutare potentiores, comitari magistratus, interesse recitationibus, nuptiis, sponsalibus, aut funeribus: & alia multa, quæ aut noctu, aut prima luce, vt plurimum, celebrabantur. vnde a Plinio, epist. 12. lib. 3. *antelucana officia*, vocantur. Iuuenalis lib. 1. Sat 2.

officium

officium cras

Primo sole mihi peragendum in valle Quirini,

etonius in Aug. cap. 78 *Matutina vigilia offendebatur. ac si vel cii, vel sacri caussa maturius vigilandum esset, ne id contra comdum faceret, in proximo cuiuscunque domesticorum cænaculo mabat.* Symmachus epist. 23. lib. 1. *si diurna negocia nunquam distinis quiete, certe antelucano somno nullus indulseris, vt detur aliquod mpus officiis.*

Cap. 19. *Fregitque annulum, ne mox vsui esset ad facienda pericu.)* Fortasse meminerat, assimilatas fuisse Lucani interfecti lites, vt Mellæ patri exitium pararetur quod Tacitus ait supra.

Cap. 27. *Et oratio Principis per Quæstorem eius audita est.)* Hic os originem fortasse habuit ab Augusto, qui, vt refert Dio lio 54. cum senatum conuocasset, ac grauedine laboraret, Quæori libellum recitandum dedit. & Suet. de eodem, cap. 65. *Caii uciique casu non adeo fractus de filia absens, ac libello per Quæstom recitato, notum Senatui fecit, abstinuitque congressu hominum u præ pudore.* Hinc sequutis temporibus, maxima Quæstoribus uctoritas aucta. Vocabantur enim, iuris interpretes, legum santionumque conditores, edictorum rescriptorumque dictatores, rincipis cogitationum & consiliorum participes, precum arbii: quippe libellos supplicantium, aut repellebant, aut admitteant, iisque subscribebant. Plures denique alias habuerunt prætiuas, adeo vt Cassiodorus Quæstorem, imaginem Principis ppellet, ac linguæ regiæ vocem. Vide apud illum lib. 5. epist 4. & ib. 6. form. 5. Symmachum etiam lib. 1. epist. 23. lib. 2. epist. 8. lib. 4. pist. 50. lib. 5. epist. 52. Notitia Imperii, ad Quæstoris insignia, hæc erba subiicit: *sub dispositione viri Illustris Quæstoris. Leges dictanla: preces.*

Historiarvm Lib. I.

Cap. 2. *Hausta aut obruta vrbes.)* Lipsius ex historiæ fide veram distinctionem reposuit. quæ adhuc leui correctione mihi iuuanda videtur: *Hausta aut obruta vrbes fœcundissima Campaniæ ora. vrbs incendiis vastata.* Abstuli copulam, &, quæ forte sumta fuit ex antecedenti diphtongo.

Cap. 7. *Iam afferebant venalia cuncta præpotentes liberti.)* Lectionem ac distinctionem meam iuuat etiam Flor. codex, qui post vocem, *cuncta*, punctum habet, orationem diuidens.

Cap. 21. *Ingenio trucem, & longo exsilio efferatum)* Apud Suet. in Tib. cap. 59.

regnabit sanguine multo,

Ad regnum quisquis venit ab exsilio. Tacitus Annal. lib. 1. *trucem Agrippam, & ignominia accensum.*

Cap. 23. *Ægre sub armis emitterentur.)* Dixi in Flor. legi, *eniterentur*-

tur: ſed forte aptius eſſe, *emetirentur*. vtriuſque verbi exempla h
bes in ipſo Tacito. lib. 2. Annal. *non vltra dubitatum, quam du
Romanæ cohortes in æquum eniterentur*. lib. 15. *vna die, quadragin
millium ſpatium emenſum eſſe*. Hiſt. libr. 3. *eo ipſo die triginta mill
paſſuum emenſum*. lib. 5. *tertio die tantum maris emenſi*. Item: *con
nuum ſex dierum iter emenſi*:

Cap. 25. *Pars clamore & gladiis, pars ſilentio.*) Dixi Mutetum
gere, *gaudiis*. at ego mallem *gaudio*. ſic enim Tacitus locutus
lib. 2. hiſt. *vulgus quoque militum clamore & gaudio deflectere via*

Cap. 49. *Pecuniæ alienæ non appetens, ſuæ parcus.*) Contrarium
xit Salluſtius in Catil. *alieni appetens, ſui profuſus*. & Plin. epiſt.
lib. 6. *homo eſt alieni abſtinentiſſimus, ſui diligens*. Hunc Taciti l
cum imitatus eſt Sidonius Apollin. lib. 3. epiſt. 5. *vir alieni non a
petens, ſui parcus*.

Eod. *Sed claritas natalium, & metus temporum obtentui, &c.*)
pſius ait, a Rhenano eſſe vocem, *obtentui*, ſibique magis prob
verbum, *obtinuit* quod in libris ſcriptis inuenitur. Idem ego ſen
rem, niſi antiquiſſimus Flor. haberet, *obtentui*, & eſt Tacito vſi
tum. Libro Annal. 1. *pietatem erga parentem, & tempora reip. obt
tui ſumta*. Hiſt. 2. *obſcurum noctis obtentui fugientibus*.

Cap. 56. *Quarta ac duodeuiceſima legiones.*) Monui, in Flor. le
duoetuiceſima idq; verum eſſe cenſebam. Nunc autem falſum n
hi videtur, ipſo Tacito auctore. Duo exercitus in Germania fu
runt. Superior Hordeonio Flacco, inferior Vitellio, parebant. V
tellius ad bellum in Italiam proficiſcens, ſuum militem aut cu
Valente præmiſit, aut ipſe duxit. & ex ſuperioris Germaniæ leg
nibus partem Cæcinæ ducendam tradidit, partem ad tuanda
Rheni ripam Flacco reliquit, & inter eas vt paulo infra oſten
tur, duodeuiceſimam. nam, duodeuiceſima cum Vitelliano in I
lia exercitu ſemper fuit, vt apparet. & alibi. Et quod duodeuic
ma in Germania remanſerit, patet libr. 4 cum a Ciuili Vetera
ſtra obſeſſa fuerunt, præſertim vbi errauit etiam Rhenanus.
eaſdem has duas legiones ſcilicet quartam, & duodeuiceſima
ſimul nominat. Ideo recte ſe habet hic *duodeuiceſima*: & *duode
ceſimæ*, &, *duodeuiceſimam*.

Cap. 70. *Penino ſubſignanū militem itinere.*) De ſubſignanis r
minit etiam Amm. Marcell. lib. 29. *Dardanos hoſtes memorantes
ternecinos, & iuſte quæ ſuſtinuere perpeſſos: hos vero ſubſignanos m
tes debuiſſe lenius corrigi, ad vnum prolapſos errorem*.

Cap. 71. *Exemplum vltro imputauit.*) Scilicet ſeruatæ ab eo e
Neronem fidei.

Eod. *Sed ne hoſtis metum reconciliationis adhiberet.*) De me
ſuſpicari non iniuria poſſumus. nam in Man. hæc corrupt. leg
tur: *ſed ne hoſtes metueret conciliationis adhibens*. vt autem vu
tam lectionem defendere conemur, ego inde huiuſmodi ſen

ci

tio: Otho statim intra intimos amicos Celsum habuit: non
asi illi ignosceret, cum is nullo crimine teneri propter fidem
lbæ seruatam prætenderet: sed ne, vt hostis Othonianarum
tium, si in nullo aut modico honore esset, in metum reconci-
tionis incideret. i. reconciliationem fidam sinceramq; non fu-
suspicaretur, imo ad se decipiendum ac propterea suspenso a-
no ageret. & sic *adhibere metum*, idem erit quod metuere. vt a-
d Ciceronem, *adhibere dolorem, fletum, desperationem*, pro, *dole-
re, flere, desperare*. Eandem phrasin vsurpauit Quintil. libr. 4. cap. 1.
tus etiam nonnunquam est amouendus, nonnunquam adhibendus.
Cap 79. *Vt sit omnis Sarmatarum virtus velut extra ipsos.*) quasi
tus, non in viris sit sed in equis.
Cap. 84. *Muta ista & inanima, &c.*) Addo, sic locutum esse Ci-
ronem, Act. 7. in Verrem: *omnia muta atque inanima tanta &
m indigna rerum atrocitate commouerentur.*

HISTORIARVM LIB. II.

CAP. 4. *Ob ingenium gentis, &c.*) Quod dixi in Flor. legi, *ob in-
genium montis*, considerandum est, an proba sit ea vox. Mons
rte, duos colles immensum editos continens, Hierosolymis e-
, vt notum est, & apparet infra, lib. 5. Nec nouum videatur, *inge-
um montis*, cum libr. 6. Annal. Tacitus dixerit, *ingenium locorum*.
historiar. 1. *ingenio loci cælique*. Apud Plinium etiam, lib. 14. cap. 1.
gitur, *ingenium soli* & in Agell. lib. 12. cap. 1 *ingenium lactis*.
Cap. 7. *Sed bellantibus aliis, placuit exspectari bellum.*) Hæc, vt se-
uentia, mihi valde suspecta sunt: neque scio, an satis apte dica-
r, exspectare bellum, aliis bellantibus. Florent. nihil mutat, nisi
uod habet: *solida fide coalescere*. vnde ego suspicor legendum *sed
bellantibus aliis, placuit, exspectari belli exitum. Victores victosque
nunquam solida fide coalescere.* Addo vocem, *exitum* quam conficio
redundantibus literis, certe non absimilibus.
Eod. *Vespasianus Mucianusque nuper, ceteri olim mixtis consiliis.*)
Quod aduerbio, *olim* futuri temporis significationem tribuerim,
hoc mihi ipsi non probatur, propter illud, *nuper præcedens*. Ergo
potius intelligo ceteros, videlicet Titum, legatos, tribunos, aliosque
fidos ministros & amicos, olim, id est, statim post Neronis
itum, consilia de imperio inuadendo miscuisse: Mucianum ve-
ro nuper conscium participemque factum; vt qui antea discors,
haud statim fidus haberetur. Nec obstat quod supra Tacitus di-
t: *exitu demum Neronis, positis odiis, in medium consuluisse.* nam in-
terpretor, rediisse quidem eos in amicitiam, vt reip. concordibus
tibus ab externis motibus cauerent: sed nihil tunc de secretio-
bus consiliis inter eos agitatum.
Cap. 10. *Ad hæc terrore & propria vi Crispus incubuerat, &c.*)
go vulgatam distinctionem vtcunque retineo, hoc sensu: Ad ce-

teras illius Senatusconsulti iactationes, noua hæc disceptatio
cessit: quod Crispus, & eiusdem Senatusconsulti terrore, & pot
tia propria, fratris sui delatorem peruertere conatus est.

Cap. 25. *Compleri fossas, aperiri campum.*) Quas fossas intelli
an castrorum? caue credas, nam longe a castris iam aberant. C
sco fuisse fossas ab incolis factas, ad recipiendas aquas, & ad e
candos agros, vt in planis locis mos est, hodieque etiam pa
fieri videmus, & in illa Italiæ parte, & in aliis regionibus, qu
planitiem extenduntur. Firmat ipse Tacitus, qui dixit *mixta*
hicula & lixa, & præruptis vtrinque fossis, via quieto quoque ag
angusta.

Cap. 31. *Contra illi initium belli nemo imputabat.*) Scilicet, vt
putare debebant. nam vt ait infra, *vt de principatu certaremus*
itium illic fuit.

Cap. 37. *Nisi pollutum obstrictumque meritis suis principem p*
ros.) Monui, in Ven. codice legi, *moribus suis.*) Sed monere e
debui, a Flor. vulgatam lectionem confirmari, quæ & ipsa bo
sensum habet.

Cap. 47. *Difficilius est temperare felicitati, qua te non putes di*
surum.) Huc pertinere videtur quod de Fabio Valente ait i
Aderant vis & pecunia, & ruentis fortunæ nouissima libido.

Cap. 49. *Atque illum iam supremas curas agentem.*) Cur sprei
Rhenanus lectionem meliorum codicum, non video. ii cert
bent: *Atque illum supremas iam curas animo volutantem.* præse
noster, ac Venetus.

Cap. 56. *Tantum peditum equitumque, vis, damnaque, &c.* Li
psius tollendam censet vocem, *tantum*: vt sit, *vis*, pro multitu
sed & vulgata lectio non male defendetur, hoc sensu: Ægre
rabat Italia tantum peditum equitumque: eorumque vim da
mna & iniurias. sic paulo supra dixit: *vi & stupris polluere.*

Cap. 59. *Nihil eorum quæ fierent, Vitellio anquirente.*) Ver
anquirente, a Lipsio repositum, incorrupte in Florent. scri
est.

Cap. 64 *Galeria Imperatoris vxor, non minax tristibus.*) A
nunc mihi videtur emendari posse corrupta illa vox, *inmix*,
dixi Florentinum habere, si legas *non immitis tristibus.* frequ
sime enim hæc vox ab auctore nostro vsurpatur.

Cap. 71. *Actaque insuper Vitellio gratiæ, consuetudine seruiti*
libro 14 cap. 56. *Seneca, qui finis omnium cum dominante grat*
in vita Agricolæ: *agi sibi gratias passus est.* Seneca de ira, lib
cundo, cap. 33. *Notissima vox est eius, qui in cultu Regum co*
rat. cum illum quidam interrogasset, quomodo rarissimam rem
consecutus esset, senectutem: iniurias, inquit, *accipiendo, &*
agendo.

Cap. 74 *Esse priuatis cogitationibus progressum*) Lipsius, reg

-gendum putat. Tamen, si attendas, in hac priuatorum & principum comparatione, nihil de regressu agitur. Et sententia videtur: priuatos homines, cum cogitationem aliquam, seu vitæ institutionem sibi proponunt, eatenus progredi posse, quatenus ipsis videatur: vt, in medio cursu quiescere, & intra mediocritatis terminos consistere, atque ex fortuna plus minusue ad libitum sumere. At qui imperium concupiscunt, arbitrium progressumque nullum habere: quoniam aut summum gradum iis ascendere continget, aut in præceps ruere. Vulgatam igitur lectionem non mutarem.

Cap. 76. *Iuxta deos, in tua manu positum est.*) Id est, iuxta deorum fauorem. de quo alibi Tacitus. & post Muciani orationem ait: *responsa vatum, & siderum motus referre.* & paulo post, *Recursabant animo vetera omina.* & quæ sequuntur.

Eod. *A contumelia quam a laude propius fuerit, post Vitellium eligi.*) Videtur sensus: Cum Vitellius, suis vitiis, corruptisque moribus imperium laceret contumeliosum potius quam laudabile esset? si eligi Imperator post illius obitum exspectares, atque interim illum regnare permitteres. Ideo paulo post sequitur: *torpere vltra & polluendam perdendamque remp. relinquere sopor & ignauia videretur.*

Cap. 78 *Aram tantum & reuerentiam.*) Lipsius legit *ara tantum & reuerentia.* Salinerus vulgatam lectionem retinet, vt sit quartus casus pro primo. Ego contra, & hæc, & præcedentia verba *simulachrum ac templum*, recte quarto casu accipi puto regique a verbo *tradidere*, id est, maiores tradidere, non esse Deo, simulachrum aut templum, sed aram tantum & reuerentiam.

Cap. 85. *Illyrici exercitus studio in partes.*) Dixi, Florentinum, & Venetum voce auctiores esse; atque aliter, immutata litera, distinxi. Nunc veterem librorum lectionem, distinctionemque retineo: *Illyrici exercitus studio, transgressi in partes*; neque ea vox, *transgressi* superuacua videtur imo potius necessaria. ostendere enim debuit Tacitus; tunc primum Illyricum exercitum Vespasiano accessisse, quod si tantum, *studio in partes* dixisset, credi poterat; eos olim Flauianarum partium fuisse.

Cap. 94. *Super insitam animo ignauiam*) Quod dixi legendum videri: *super insitam inerti animo ignauiam:* epitheton certe Vitellio non est incongruens. De eo enim dixit. *fortunam principatus inerti luxu, ac prodigis epulis præsumebat.* Et ne cui idem videatur, *inertia*, atque *ignauia*; Ciceronis locum refero qui libr. 12. epist. ad Cornificium, ait: *nec tua ignauia etiam inertiam afferret.*

Cap. 95. *Et sumtu Caianæ aquæ.*) In Flor. legitur, *& sumtu gaianeaque.* quod non parum adiuuat Palmerii coniecturam, *& sumtu ganeaque.* Hanc itaque veram lectionem puto, cum præsertim sit ea vox Tacito familiaris. Annal. libr. 63. *ventris & ganeæ*

paratus.lib.6.*inter ganeum ac ſtupra*. vbi dixi manuſcriptum hab[illegible] re *ganeam*.

HISTORIARVM LIB. III.

CAP. 2. *Iam reſerata militia, impulſas Vitellii res audietis.*) Sag[illegible] ciſſimus Lipſius mendum odoratus eſt, atque ex ingenio p[illegible] ne correxit. Quo ego duce, ac Florentino iuuante, qui habet, *r*[illegible] *ſerata militiam*, lego, *reſeratam Italiam*. ſi enim reddideris pri[illegible] verbo ſuum, *m*, remanet, *ilitiam*, ex qua voce facile, *Italiam*, f[illegible] mabis. Nihil certius. Idem fere dixit libro præcedente, cap. 17.[illegible] *peruerat iam Italiam ala Syllana.*

Cap. 12. *Baſſus honorata cuſtodia.*) Quod de hac cuſtodia ſer[illegible] nunc mihi falſum videtur. Nam licet Baſſus proditionis auct[illegible] fuerit, tamen quia pudorem, ſeu metum prætetulit, ac tumult[illegible] tempore domi ſe continuit, ſuſpicionem fidei ſuæ ceteris tribu[illegible] Ideo Cornelius Fuſcus, quem claſſis ſibi præfectum aſſumſit l[illegible] co Baſſi, ceterique duces, cuſtoditum eum miſerunt ad Flauian[illegible] vt ipſi de eo iudicarent.

Cap. 19. *Vtque cumulos ſuper, & recentia cæde veſtigia inceſſer*[illegible]) Malim: *cædis*.

Cap. 23. *Suſtinuit labentem aciem Antonius.*) Non improbo v[illegible] cem, *labentem*, tamen magis proprium, ac Tacito familiarius [illegible] ſet, *labantem*. lib. 1. Annal. *nec dubium habebatur, labare hoſtes.* l[illegible] hiſt. *poſtquam vulgatum erat, labare Germanici exercitus fidem.* l[illegible] 5. hiſt. *fluitantem labantemque militem eminus fodiebant.* lib. de m[illegible] Germ. *memoriæ proditur, quaſdam acies inclinatas iam & laban*[illegible] *a feminis reſtitutas.*

Cap. 29. *Qua ſeptimani dum nituntur cuneis.*) Id eſt, cuneatim [illegible] rumpere. ſic infra. *Ciuilis haud porrecto agmine, ſed cuneis adſt*[illegible] ſcio alios expoſuiſſe, *cuneis*, id eſt, dum cuneos impingendo, [illegible] tuntur ſcandere murum. quod mihi extra auctoris mentem [illegible] detur.

Cap. 34. *Antonius pudore flagitii, &c.*) Cum nonnulli cod[illegible] habeant, *poſt rem flagitii*: Saluerus eam lectionem, diſtincti[illegible] tantum ſubtiliter defendit. Sed ea eſt apud me Florentini n[illegible] auctoritas propter ipſius antiquitatem, vt vocem, *pudore* qu[illegible] eo legitur, omnino anteferam, Lipſio quoque probante.

Cap. 36. *Non in ore vulgi agere.*) Confirmatur etiam hæc L[illegible] emendatio ex Tacito ipſo, qui ſupra, libr. 2. hiſt. dixit: *Nec q*[illegible] *quam magis in ore vulgi.*

Cap. 37. *Velut pro Vitellio cõquerentes, ſuum dolorem proferebat.*) Vndenam hic dolor? an propter Cæcinę proditionem, inclin[illegible] que Vitellii partes? contra potius crediderim, eos dolore affe[illegible] quia proditio non ſucceſſerat, atque ipſe Cæcina vinctus ab [illegible] citu fuerat. Nam Senatum, odio Vitellii, minime alienum V[illegible]

no fuisse, iam tum apparebat. Ideo dixit, *velut pro Vitellio.* quæ ba ostendunt, Vitellii vicem eos non doluisse.

Cap. 42 *Sæuitia maris, aut aduersante vnda.*) Lipsius ait, in Ro-na editione legi, *segnitia maris*, sed sententiæ non conuenire. hi contra, *segnitiei* vox aptissima videtur, quam etiam habet rentinus. optimo quidem sensu: Valentem, cuius naues velis, n remis, agebantur, aut nullo vento, aut aduerso, vsum fuisse.

Cap. 43 *Foroiuliensem Coloniam.*) Plures erant Foroiulienses, de ibus vide Plinium lib. 3. cap 14. & 19. Tacitus autem, & hic & ra, loquitur de Foro uliensi Colonia, in litore Gallici maris ra Massiliam posita; quæ Octauianorum seu Pacensis, vel classi- appellabatur teste eodem Plinio lib. 3. cap. 4. & Pomponio Me-le situ orbis lib. 2. cap. 5.

Cap. 47. *Pari vtrinque prora, & mutabili remigio.*) Eundem mo-n Germanis Suionibus fuisse, auctor est Tacitus, ait enim: *for- nauium in eo differt, quod vtrinque prora, paratam semper appul- frontem agit.*

Cap. 53. *Immodicus linguæ, & obsequii insolens.*) Iuxta librorum em reposui *immodicus lingua.* licet alius etiam dicendi modus Tacito vsitatus, *atque ipse, vt lætitiæ, ita mœroris immodicus egit. pore ingens, animi immodicus.*

Eod. *Illis Mœsiæ pacem.*) Refertur ad id quod supra, dixit, Daco-n gentem in Mœsiam irrupisse, & a Muciano compressam.

Cap. 59. *Niues eluctantibus.*) Sic in vita Agric. *super virtutem ho-um, locorum quoque difficultates eluctatus.*

Cap. 66. *Nisi extincto æmulatu redituram.*) A Lipsio est hæc e-endatio. Flor. corrupte habet: *æmulatore dituram.*

Cap. 59. *Quod tutissimum e præsentibus.*) Lib. 2. Annal. *Omisit tu-sima e præsentibus.* Hist. 4. *optimum e præsentibus.*

Cap. 86. *Amicitias dum magnitudine munerum, non constantia orum continere putat, meruit magis quam habuit.*) Meruit qui-m: sed eo modo, quo dixit Comicus, ab assentatoribus amicos robsequia parari. Eos enim, qui non virtute, sed commodis aut luptatibus amicitias metiuntur, proprie amicos non esse, co-e minime diuturnos, definiuit Aristoteles Ethicorum libr. 8. p. 3. & 4. Propterea Tacitus ait, Vitellium quidem sua prodiga-ate ac luxu, amicitias vtcunque meruisse, non autem habuisse: oniam fortunæ amici, cum fortuna simul euanescunt.

HISTORIARVM LIB. IV.

CAP. 3. *Quia gratia oneri, vltio in quæstu habetur.*) Recte dixit *habetur*, apud vulgum scilicet. Nam vt ait Seneca de ira lib. 2. p. 32. *Non vt in beneficiis honestum est merita meritis repensare, ita urias iniuriis illic vinci turpe est, hic vincere, inhumanum verbum & quidem pro iusto receptum vltio.*

h Eod. *Senatus cuncta Principibus solita, Vespasiano decernit.*) antiqua scilicet lege, quæ appellabatur Regia. De ea Vlpianus l.1 ff. de constit. Principium: *Quod Principi placuit, legis habet vigorem: vtpote cum lege regia, quæ de eius imperio lata est, populus & in eum, omne suum imperium & potestatem conferat.* Extstat adhuc ænea tabula Romæ in Capitolio, partem quandam continens illius legis de Vespasiani imperio latæ. Eam in studiosorum gratiam hic transcribere volui.

Fœdusue cum quibus volet facere liceat, ita vti licuit diuo Aug. Ti. IulioCæsari Aug. Tiberioque Claudio Cæsari Aug. Germanico.

Vtiq; ei senatum habere, relationem facere, remittere senatusconsulta, per relationem discessionemq; facere liceat, ita vti licuit diuo Aug. Ti. IulioCæsari Aug. Ti. Claudio Cæsari Aug. Germanico.

Vtique cum ex voluntate auctoritateue iussu mandatuue eius præsenteue eo senatus habebitur, omnium rerum ius perinde habeatur seruetur ac si e lege senatus edictus esset habereturque.

Vtiq; quos magistratum, potestatem, imperium curationemue cuius rei petentes senatui populoq; Romano commendauerit quibusue suffragationē suā dederit promiserit, eorū comitis quibusq; extra ordinē ratio habebatur.

Vtiq; ei fines Pomerii proferre promouere cum ex republica censebit esse, liceat, vti licuit Ti. Claudio Cæsari Aug. Germanico.

Vtiq; quæcumq; ex vsu reipublicæ maiestate diuinarum humanarum publicarum priuatarumq; rerum esse censebit, ei agere facere ius potestasq; sit ita vti diuo Aug. Tiberioque Iulio Cæsari Aug. Tiberioque Claudio Cæsari Aug. Germanico fuit.

Vtique quibus legibus plebeis scitis scriptum fuit, ne Diuus Aug. Tiberiusue Iulius Cæsar Aug. Tiberiusue Claudius Cæsar Aug. Germanicus tenerentur iis legibus plebeisue scitis, Imp. Cæsar Vespasianus solutus sit: quæque ex quaque lege rogatione diuum Aug. Tiberiumue Iulium Cæsarem Aug. Tiberiumue Claudium Cæsarem Aug. Germanicum facere oportuit, ea omnia Imp. Cæsari Vespasiano Aug. facere liceat.

Vti-

Vtiq; quæ ante hanc legem rogatam acta gesta decreta
perata ab imperatore Cæsare Vespasiano Aug. iussu
ndatuue eius a quoq; sunt, ea perinde iusta rataq; sint
si populi plebisue iussu acta essent.

SANCTIO.

Si quis huiusce legis ergo aduersus leges rogationes
bisue scita senatusue consulta fecit fecerit siue quod
n ex lege rogatione plebisue SC. To S. Ve C. facere o-
tebit, non fecerit, huius legis ergo id ei ne fraudi esto.
ne quid ob eam rem populo dare debeto neue cui de ea
actio neue iudicatio esto neue quis de ea re apud se agi
ito.

Cap. 12. *Præcipuo nandi studio, arma equosque retinent, &c.*) Idem
Britannis dixit in vita Agric. *quibus nota vada, & patrius nandi
s, quo simul seque & arma, & equos regunt.*

Cap. 18. *Lupercus legionarios e præsentibus, &c.*) Militia in præ-
i, & milites præsentes dicebantur, qui in comitatu Principis
bant. vnde Magistri militum in præsenti, vel præsentales. Vi-
Guidum Panciiolum in Notitia imperii orientalis cap. 31. At
d ipse existimat, apud Tacitum, *legionarios e præsentibus*, ad
c militiæ ritum referri, alii iudicent. Ego crediderim, simpli-
r intelligendum esse de militibus qui aderãt, ad differentiam
orum, qui in proximo, & Treuerorum, qui longius degebant.
ipra, *Missus est in locum eius Vectius Bolanus e præsentibus.* Sal-
in Iug. *Marius cum Ligure, promissa eius cognitum, ex præsentibus*
.

Cap. 20 *Illi veteris militiæ memores.*) Post illa quæ dixi in Notis,
mmachi locum incidi, qui lib. 9. epist. 35 Taci ũ fortasse imi-
s, ait *securus vitæ, & militiæ vetus; nunquam refugit examen su-
rum.* ita enim legitur in antiquis exemplaribus. at in recen-
bus libris deprauationem eandem, *militiæ veteris*, passus est.

Cap 24 *Duoetuicesimæ legionis legato.*) Male mutauit Rhenanus.
one, *duodeuicesimæ*, ex libris, & ex historia. Vide quæ notaui
a. Infra etiam, ait: *Primani, quartanique, & duodeuicesimani.*
d non est mutandum.

cciri in societatem Germanos.) Verbum, *adsciri*, quod, vt di-
Florent. ac Venet. legitur, rectum esse censeo. sic enim Taci-
*Neque Antonium Primum adsciri inter comites a Domitiano
s est.*

Cap. 48. *Æquatus inter duos beneficiorum numerus.*) GuidusPan-
lus in Not. imp. orientalis, cap. 9. & occid. cap. 47. affirmat,

legendum esse, *beneficiariorum.* Ego tamen nihil mutarem, q
idem sensus in vtraque voce sit.

Cap.56. *Captum & extra conuentum amandatum in Frisios a*
mus.) Multa in Notis dixi. Deinde tentaui vulgatam etiam lectio
nem defendere. An significat, priuato & clandestino ducum co
silio, absque multitudinis frequentia & conuentu, nulloque i
cio amorum Labeonem? Idem fere Cicero pro Deiotaro: *Dic in*
tra domesticos parietes: dico extra conuentum, & eam frequentiam
in qua Oratorum studia niti solent. An potius, *extra conuentum* in
telligit Tacitus, longe a cœtu illo militari, vbi periculum era
discordiæ semina Labeo præberet? Ita crederem, si esset illa vi
veteribus libris.

Cap. 62 *Legio XIII. cum auxiliis simul deditis.*) Mercerus legi
legio sextadecima. quod falsum videtur nam sextadecima in Ita
liam a Vitellio ducta fuit. & supra, eiusdem tertiædecimæ m
nit, quæ apud Nouesium erat.

Cap.66 *Donec Germani tranantes, terga Labeonis inuasere.*) In
in Flor. legi, *tranatantes*, forte, *transnatantes*, quod Tacito al
sitatum. *Ciuilis, relicto equo, transnatauit.*

Cap. 68. *Nequaquam egregii duces &c.*) Coniecturam n
iam sperno: moneoque, Merceri correctionem nonnihil a
to ipso iuuari, qui supra, ait: *diffisus paucitati cohortium, ne lo*
obsidium, & vim Germanici exercitus parum tolerarent.

Eod. *Tertia ac prima ex Hispania accita.*) Recte a Sauillo e
datum, *VI.* ac X. sic enim a Tacito nominantur supra; *decim*
quoque ac sextam traxit.

Cap.78. *Legio vicesima prima.*) Mercerus ad lib. 1. hist. m
nunquam apud Tacitum, vixque apud alios veteres, nomina le
giones, decimatertia, decimaquarta, decimaquinta, &c. sed terti
decima, quartadecima, quintadecima. semper minori numero
præposito. Hic veteres libri habent, *legio* XXI. errauit librarius
qui scripsit, *vicesimaprima*, cum, *vna & vicesima*, scribere d
set. Idem error irrepsit infra, nam vbi in antiquis codicibus leg
tur, 14. *legio*, scriptum fuit, *decimaquarta*: quod corrigendum
quartadecima.

HISTORIARVM LIB. I.

CAP 13. *Virilis ac muliebrus sexus.*) Lege ex Flor. *virile ac mu*
bre sexus: vt supra notaui ad lib. 4. Ann.

Cap.21. *Sed obstitit formido, &c.*) Notandum est tironibus par
ticulam, *sed*, aduersatiuam hic non esse, imo caussam redd
nam, enim etenim. Si auctorum exempla quæris, vide Godes
cum ad Vegetium lib. 2 cap.18.

Cap 22. *Agros villasque Ciuilis intactos, nota arte ducum si*
Hac arte vsus est Annibal Carthaginensium dux erga Fabium

xrum

num Romanorum Dictatorem. Liuius libr. 22. *Accesserant duæ ad augendam inuidiam Dictatoris. vna, fraude ac dolo Annibalis. od cum a perfugis ei monstratus ager Dictatoris esset, omnibus circa o, ab vno eo ferrum ignemque, & vim omnem hostium abstineri sit, vt occulti alicuius pacti ea merces videri posset.* De Martio Co-lano idem Liuius lib. 2. *Populatur inde agrum Romanum, custo-bus, inter populatores missis, qui patritiorum agros intactos serua-at: siue infensus plebi magis, siue vt discordia inter patres plebemque retur,* idem a Lacedemoniis factum fuisse Pericli Athen en-m duci, testatur Iustinus lib. 3. *Huius agros in populatione cetero-m intactos, hostes reliquerant: sperantes acquirere se illi posse, aut pe-ulum ex inuidia, aut ex suspicione proditionis infamiam. Quod an-prospiciens Pericles, & futurum populo prædixerat, & ad inuidiæ petum declinandum, agros ipsos dono reip. dederat.*

De Morib. German.

CAp. 2. *Ceterum Germaniæ vocabulum recens, &c.*) De Germa-niæ vocabulo variæ sunt inter scriptores sententiæ ac præter tiquos vide, si placet, Ægidium Tschudum Claronensem de isca Rhetia, in Epistola ad Beatum Rhenanum: ipsum etiam henanum lib. 1. rerũ Germanicarum: Hubertum Thomam Leo-um in libello de Tungris & Eburonibus: Petrum Diuæum ouaniensem de Galliæ Belgicæ antiquitatibus. Quod autem acitus ait, Germaniæ vocabulum recens, omnes illum accu-nt, cum ignorare minime potuerit, non solum ab æuo Iulii æsaris Germanos Galliam irrupisse, sed etiam Italiam multo ra, scilicet Prisco Tarquinio Romæ regnante, vt apud Liuium gitur lib. 5. Tamen ego recte scripsisse Tacitum puto, nec de suo uo loqui, sed totum sermonem referre ad veteres illos scripto-s, qui carminibus antiquis olim *Annales* composuerant, atque ter cetera tradiderant, Germaniæ vocabulum recens eo tem-re fuisse.

Nunc Tungri, nunc Germani vocati sint. Corrigit Lipsius ex ambergensi codice: *ac nunc Tungri, tunc Germani, &c.* quam le-tionem ego etiam reperi in quodam libro Bononiæ edito, anno 172. quem nuper contuli.

Cap 3. *Ituri in prælia canunt.*) Adhuc dubito, an melior sit di-inctio veterum librorum: *primumque omnium virorum fortium turi in prælia canunt.* Moueor sequentibus verbis: *sunt illis hæc quo-ue carmina.* Nam si tantum diceret Tacitus, Germanos in præ-um ituros, canere consueuisse, nihil verbis illis opus erat. Sed um supra dixisset, esse apud eos vsum carminum quibus annales omponebant; nunc ait, aliud etiam carminum genus apud illos isse, quibus fortes viros, primumque inter eos Herculem, ituri in prælia, canebant illorum scilicet laudes & res gestas. Sic Ann.

lib 2. in fine, de Armin. dixit: *caniturq; adhuc barbarus apud gen*

Eod *Quem barditum vocant.*) Lipsio magis placet *baritum.* certe vocatur ab Amm. Marcell. lib. 31 *& Romani quidem voce v- dique martia concinentes, a minore solita ad maiorem protolli, qua gentilitate appellant barritum, vires validas erigebant.*

Eod. *Ne tam vocis ille, quam virtutis concentus videtur.*) Ven- tus ac Bononiensis habent: *nec tam voces illæ, quam virtutis co- centus videntur.*

Eod. *Monumentaque & tumulos quosdam.*) Ne forte iunior credant, synonyma hæc esse, sciant, sepulcra antiquorum in t- muli, hoc est, monticuli, formam facta fuisse, vnde sepulcrum- psum appellabatur tumulus. qui deinde circundabatur sæpime- to quodam, aut cespite, aut lapide, aut marmore, pro cuiusq fortuna: idque monumentum dictum. Virg. in Culice:

> *Congestum cumulauit opus, atque aggere multo*
> *Telluris, tumulus formatum creuit in orbem,*
> *Quem circum lapidum leui de marmore formans*
> *Conserit, assiduæ curæ memor.*

Macer IC. in l. 37. ff. de relig. & sumt. funerum: *Monumentum a- tem sepulcri id esse Diuus Hadrianus rescripsit, quod monumenti, est, caussa muniendi eius loci factum sit, in quo corpus impositum s* Seneca Controu. 4. lib. 7. in fine: *Inter sepulcra monumenta sunt.* pist. 92. *non est quod nos tumulis metiaris, & his monumentis, q viam disparia prætexunt.*

Cap. 4. *Magna corpora, & tantum ad impetum valida.*) Sic libr Annal. de iisdem Germanis ait: *iam corpus, vt visu toruum, & breuem impetum validum, sic nulla vulnerum patientia.*

Cap. 5. *Satis ferax, frugiferarum arborum impatiens.*) Idem fe dixit de Africa Sallustius de bello Iug. *Ager frugum fertilis, bon pecori, arbori infœcundus.*

Eod. *Interiores simplicius & antiquius, permutatione mercium tuntur.*) Quod moribus apud Germanos valebat, lege Lycurg instituit apud Lacedemonios. Iustinus lib. 3 *emi singula, non pec nia, sed compensatione mercium, iussit: auri argentique vsum, velut omnium scelerum materiam, sustulit.*

Eod. *Sed quia numerus argenteorum faciliori vsui est, &c.*) B non. ac Ven. *facilior vsui est.*

Cap. 6. *Pedites & missilia spargunt.*) Virg Æneid lib. 12. *Et nos te pater, ferrumque haud debile dextra spargimus.*

Eod. *Scutum reliquisse, præcipuum flagitium.*) Magis enim il curæ erat, vt milites corpora defenderent, quam vt hostes effi derent. Amm. Marcell. lib. 25 *Epaminondas ille dux inclitus, letali apud Mantineam saucius, & reuersus ex acie, conquirebat solic scutum. quod cum vidisset propius, lætior, vi vulneris interiit: & q animam intrepidus amittebat, iacturam clypei formidauit.*

Ca

Cap 7. *Et in proximo pignora, vnde fœminarum vlulatus audiri.*) Britannis quoque mos fuit, coniuges secum ad bellum ducere. Tacitus in vita Agric. *nullæ Romanos coniuges accendunt.* & Annal. lib. 14. *animo adeo fero, vt coniuges quoque testes victoriæ secum traherent, plaustrisque imponerent.* Idem de Thracibus, libr. 4. *Illis extrema iam salus, & adsistentes plerisque matres & coniuges, earumque lamenta, addunt animos.*

Cap. 13 *Scuto frameaque iuuenem ornant.*) Per arma, id est, armorum traditione, fiebat etiam adoptio apud veteres. Quod cum docte & eleganter explicet Petrus Pithoeus Aduers. lib. 1. cap. 1. subiiciam tantum, ad huius ritus declarationem, Cassiodori verba, libr. 4. epist. 2. Ait enim, nomine Theodorici Regis, Herulorum Regem sibi adoptantis: *Per arma fieri posse filium, grande inter gentes constat esse præconium.* & paulo post *& ideo more gētium, & conditione virili, filium te, presenti munere procreamus, vt competenter per arma nascaris, qui bellicosus esse dignosceris. Damus quidem tibi equos, enses, clypeos, & reliqua instrumenta bellorum.* Ipse quoque Theodoricus a Zenone imperatore per arma filius ascitus fuerat, vt refert Iordanus de hist. Gothorum.

Cap. 19. *Nec corrumpere & corrumpi, sæculum vocatur.*) De mutuis corruptelis facete Petron. Arb. dixit: *quoscunque in hac vrbe videritis, scitote in duas partes esse diuisos, nam aut captantur, aut captant.* & paulo post. *videbitis oppidum, tanquam in pestilentia campos, in quibus nihil aliud est, nisi cadauera, quæ lacerantur, aut corui qui lacerant.* Seneca contr. lib. 10. *Hoc genere, sæculi vitio egregia figura, inquinatum & infamem reum, maiorum criminum impunitate defendit.*

Cap. 27 *Feminis lugere honestum est, viris meminisse.*) Seneca epist. 64. *Annum fœminis ad lugendum constituere maiores, non vt tam diu lugerent, sed ne diutius. viris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum.* Idem, epist. 100. *Vir prudens meminisse perseueret, lugere desinat.*

Cap. 29. *Mente animoque nobiscum agunt.*) Cassiod lib. 5. epist. 2. *vt in oceani litoribus constituti, cum nostra mente iungamini.*

Cap. 30. *Disponere diem.*) Suet. Tib. cap. 11 *forte quodam in disponendo die, mane prædixerat, quicquid ægrorum in ciuitate esset, visitare se velle.* Seneca de consol. ad Polybium, cap. 25. *non licet tibi ex tuo arbitrio diem disponere.*

Eod. *Quem super arma, ferramentis quoque & copiis onerant.*) Libri omnes veteres, *coonerant.*

Cap. 31. *Plurimis Cattorum hic placet habitus.*) De sinceritate huius loci Lipsius dubitat, & fortasse non iniuria Tamen vtcunque non obscura videtur sententia. Nā licet supra dixerit, Cattos promissam barbam gestasse, nec nisi hoste cęso deposuisse nō ideo infert, talē oris habitū ignominiæ fuisse omnib. (quippe deficiente

bello nulla occidendi hostis occasio) sed ignauis tantum imbe libusque iam notis, qui forsitan de se experimentum dederun Quod nunc ait, *plurimis Cattorum*, intelligo de iis qui adhuc nc bellassent: habitumque illum libenter, id est, culte nitideque g rebant, quasi se præliorum cupidos magis ostenderent, vt voto exsuere citius possent; eaque de caussa fortissimum quemque, ai ferreo annulo insuper vsum. ideo hi, cum apud suos in magna vi tutis exspectatione essent, & hostibus terrori, in prima semper cie locabantur.

Cap. 41. *Passim sine custode transeunt.*) In meis libris additur *pa sim, & sine custode*. quæ copula certe superflua non videtur.

Cap. 45. *Sonum insuper emergentis audiri.*) Verbum, *emergentis* Ven. ac Bonon. abest.

De Vita Agricolæ.

CAP. 3. *Non modo aliorum, sed etiam nostri superstites sumus.*) Se nec. epist. 30. dixit: *viuere tanquam superstes sibi.* Apuleius m tam. lib. 1. *Ipse mihi superuiuens & postumus.*

Cap. 4. *In huius sinu indulgentiaque educatus.*) Sidonius epist. 1 lib. 5. *Roscia te salutat, quæ in auiæ amitarumque indulgentissimo sin quod raro nepotibus contingit alienis, & cum seueritate nutritur.*

Eod. *Retinuitque, quod est difficillimum, ex sapientia modum.*) In tellige, non solum frenasse Agricolam, coercente matre, immo dicam discendi cupiditatem, sed etiam, prouecta iam ætate, ab nuisse ab ostentandis & exercendis studiis, quæ acquisierat. id cla rius exprimitur infra; *Frustra studia fori, & ciuilium artium dec in silentium acta.* Cuius cautæ moderationis præcipua caussa fui infensus virtutibus Princeps, & maius periculum ex magna fam quam ex mala, vt Tacitus sæpe in hoc ipso libello testatur & exs cratur. Simile quiddam dixit Seneca epist. 104. *Quid autem ipsa philosophiam? non debebis iactare. multis fuit periculi caussa insolent iactata, licet sapere sine pompa, sine inuidia.*

Cap. 6. *Ludos & inania honoris, modo rationis atque abundanti duxit.*) Sensui meo lucem affert l. 21. Cod. Theod. de præt. & qua stur. *Cum enim populo fuerit intimatum, conlata a nobis editioni necessitate cum subsidiis facultatum, & professionis modo; rite poter definiri, quid vnusquisque expensæ pro captu virium debeat sustiner sane eorum arbitrio nulla lege præscribimus, qui pro consideratione pa trimonii, nataliumque merito, secundum splendorem honoris propri enormitatem impendii non recusant.* Quomodocunque, tangere v detur Tacitus corruptum sæculi morem, quo Magistratibus in eundis, sumtus intolerabiles Romæ fiebant, in ludorum ac sp ctaculorum editionibus: cum omnis generis feras, nobiles equo multaque alia sumtuosa, ex longinquis transmarinisque prouin ciis, vnusquisque designatorum certatim mercari curaret: præt

immen

immenſa dona, quæ ſportularum nomine amicis poſt editiones mittebantur: vt ex hiſtoria eſt notiſſimum.

Cap. 10. *Sed mare pigrum & graue remigantibus.*) Hæc ſumſit Iordanus in hiſtoria Gothorum. De Britannia enim loquens, ait: *mari tardo circumflua, quod nec remis facile impellentibus cedat, nec ventorum flatibus intumeſcat: quia remotæ longius terræ, cauſſas motibus negant: quippe illuc latius quam vſquam, æquor extenditur.*

Cap. 15. *Porro in eiuſmodi cõſiliis periculoſius eſſe deprehendi, quam audere.*) Sen. in procem. cont. lib. 3. *nunquam non vtilius erat illi deprehendi, quam præparari.* Idem epiſt. 43. *Sic viuimus, vt deprehendit ſit, ſubito aſpici.*

Cap. 18. *Ac prout prima ceſſiſſent, fore vniuerſa.*) Sic hiſt. lib. 2. *Gnarus, vt initia belli prouenissent famam in cetera fore.*

Cap. 19. *Deuortia itinerum, & longinquitas regionum indicebatur.*) Similia quæſtuum ſiue rapinarum genera in prouinciis excogitata fuerunt etiam antiquiori æuo ab auaris magiſtratibus. Cic. in Verrem Act. 6. *Semper ad vltima ac difficillima loca apportandum frumentum imperare, vt vecturæ difficultate, ad quam vellent extimationem peruenirent.* Et inferius: *tu, cum tibi ego frumentum in meis agris, in mea ciuitate, denique cum in iis locis in quibus es, verſaris, rem geris, prouinciam adminiſtras, paratus ſim dare; angulum mihi aliquem eligas prouinciæ reconditum ac derelictum?*

Cap 23 *Nam Glota & Bodotria.*) Duo æſtuaria erant, Clota & Bodotria a Ptolemæo appellata: illud, ſeptentrionem; hoc meridiem aſpiciens.

Cap. 27. *Cuius conſtantia ac fama ferox exercitus.*) Quid hic ſibi velit conſtantiæ vox, ego certe non aſſequor. quam corruptam ſuſpicor, ac legendum, *cuius conſcientia ac fama.* Nihil clarius, & fortaſſe certius.

Eod. *At Britanni, non virtute, ſed occaſione & arte ducis rati.*) Notandum hic etiam, quod ars virtuti opponitur. Sic Vegetius in procem. lib. 3 *Cum Carthaginienſibus, non virtute, ſed arte ſolus ferret auxilium.*

Eod. *Atque ita irritatis vtrinque animis diſceſſum.*) Sic libr. 13. Annal. *Atque ita infenſis vtrinque animis diſceſſum.*

Cap. 31. *Neque enim arua nobis, aut metalla, aut portus ſunt.*) Ita emendauit ex ingenio Rhenanus, nam in vet. libris legitur, *neque enim arma nobis.* At intelligit armorum officinas, quas in prouinciis, vbi ferri copia inſtituebant Romani? Si corrupta ea vox, certe emendatio Rhenani non minus mihi ſuſpecta eſt. Quod vero de metallis ait Tacitus, ſecum pugnare videtur. ſupra enim, dixit: *Fert Britannia aurum, & argentum, & alia metalla.* & Solinus cap. 25. ait: *Præterea vt taceam metallorum largam variamque copiam, quibus Britanniæ ſolum vndique generum pollet venis locupletibus.* Credo conciliationem eſſe quod ea inſulæ pars, quæ pro-

ptie Britannia nuncupatur, magiſque tunc cognita erat, feraſ metallorum eſſet: non autem Caledonia, de qua hic ſermo eſt. Imo ad hanc differentiam reſpiciunt Caledonii. quaſi dicant: Non ſunt hæc apud nos, vt apud reliquos Britannos.

Cap.34. *Et extremo metu corpora defixere in his veſtigiis.*) Venet. habet *id & extremo metu* corrigerem, *ideo extremo metu*. Addit deinde vocem: *defixere aciem in his veſtigiis.* ſed quid ſibi velit neſcio.

Cap. 36. *Complexum armorum, & in aperto pugnam non tolerabant.*) Addo, ſimile quiddam de Germanis dictum, lib 2. Ann. *Nec minor Germanis animus, ſed genere pugnæ & armorum ſuperabantur: cum ingens multitudo, artis locis, prælongas haſtas non prætenderet, non colligeret, neque adſultibus & velocitate corporum vteretur.*

Eod. *Inæqualibus locis hærebant.*) Non abſimilis eſt locus, lib 12. Annal. *Quod duri circum loci, peditibuſque ad pugnam idonei, equeſtre prælium haud patiebantur.*

Cap. 48 *Trutulenſem portum tenuit.*) Pancirolus in Not. Imp. occid. cap. 75. legit, *Rutupenſem portum.* Rutupiæ enim eſt oppidum ſuperioris Britanniæ, & Rutipe portus, qui vulgo, *Sandouiz.* dicitur ac de eo Ptolemæus, Ammianus. & alii.

Cap.42. *Nec erubuit beneficii inuidia.*) Illuſtratur hic locus a Seneca de benef. lib. 4. cap.17. *Quis eſt, qui non beneficus videri velit? qui non inter ſcelera & iniurias opinionem bonitatis affectet? qui non ipſis quæ impotentiſſime fecit, ſpeciem aliquam induat recti? velit quoque iis videri beneficium dediſſe, quos læſit? gratias itaque agi ſibi ab his quos afflixere patiuntur.*

Cap. 45. *Sufficeret ſæuus ille vultus & rubor.*) De eodem Domitiano Suet. cap.18. *Vultu modeſto, ruboriſque pleno.* modeſto, id eſt, qui modeſtiæ imaginem præferebat. Imago enim modeſtiæ fuit rubor, qui color in vultu ſolet eſſe ſignum pudoris. Sen. epiſt. 11. *Vbi ſe colligebat, verecundiam bonum in adoleſcente ſignum, vix potuit excutere, adeo illi ex alto ſuffuſus eſt rubor.* & paulo poſt *Quidam nunquam magis quam cum erubuerint, timendi ſunt, quaſi omnem verecundiam effuderint. Sylla tunc erat violentiſſimus, cum faciem eius ſanguis inuaſerat.* Sidonius libr.1. epiſt.2. formam Theodorici Gothorum Regis deſcribens ait: *Lactea cutis, quæ propius inſpecta, iuuenili rubore ſuffunditur: namque hunc illi crebro colorem non ira, ſed verecundia facit.*

De Cavssis Corrvptæ Eloquentiæ.

Cap.10. *Quoniam mediocres poetas nemo nouit, bonos pauci.*) Non ad auctoris mentem verba hæc interpretatus fueram ideo tranſpoſita credidi. Melius a doctiſſimo Roberto Titio ex-

ponun

ponuntur: vt nemo mediocres poetas nouerit, quia scilicet nomen non habent, neque in vlla sunt existimatione: bonos autem paucos reperiri, ideoque a paucis nosci. Horat. de arte poetica:

——— *Mediocribus esse poetis*
Non homines, non dii, non concessere columnæ.

Cap. 20. *Non Attii aut Pacuuii veterno inquinatus.*) Sidon. epist. 1. libr. 1. dixit: *Veternosum dicendi genus.* Epist. 16. lib 9. *Chartulis putribus ac veternosis.* Epist. vlt. libr. 8. *Veternosus legalium quæstionum ænigmatista.*

Cap. 21. *Quique alios in eodem valetudinario, hæc ossa, & hanc maciem probant.*) Prouerbium de pluribus, qui in eodem malo versantur. Sen. epist. 27. in princ. *Non sum tam improbus, vt curationes æger obeam: sed tanquam in eodem valetudinario iaceam, de communi malo tecum colloquor, remedia communico.*

Cap. 34. *Vno & vicesimo Cæsar Dolabellam.*) Suetonius in Iul. cap. 4 accusationem illam contigisse affirmat, ciuili seditione Lepidi composita, scilicet M. Æmilio, D. Bruto Coss. Hinc Casaubonus ex historia obseruauit, eo tẽpore Cæsarem, quartum & vicesimum natalem celebrauisse. Corrigendus ergo hic numerus videtur: *tertio & vicesimo Cæsar Dolabellam.*

Cap. 35. *Aut pestilentiæ remedia.*) Inanes declamatorum disputationes irridet. Sic Petron. Arb. in princ. *Et ideo ego adolescentulos existimo in scholis stultissimos fieri, quia nihil ex iis quæ in vsu habemus, aut audiunt, aut vident. sed piratas cum cathenis in litore stantes, & tyrannos edicta scribentes, quibus imperent filiis, vt patrum suorum capita præcidant: sed responsa in pestilentiam data, vt virgines tres aut plures immolentur.* Quintil lib. 11. cap. 10 *sint ergo & ipsæ materiæ quæ fingentur, quam simillimæ veritati. nam magos, & pestilentiæ responsa, aliaque magis adhuc fabulosa, frustra inter sponsiones & interdicta quæremus.*

CHRISTOPHORI COLERI AD C. CORNELII TACITI SCRIPTA Spicilegium.

AD LIB. I. ANNALIVM.

CAP. 74. *Nec multo post Granium Marcellum Prætorẽ Bithyniæ, Quæstor ipsius Cæpio Crispinus maiestatis postulauit.*) *Prætorem* vocat quẽ *Proconsulẽ* debebat. Notauit hoc bene Mercerus, vir acutissimus. Quid igit᷑ dicam? Nesciuisse Tacit. diuisione Aug. Proconsularẽ fuisse Bithyn. Nõ potuit nesciuisse vir in rep. tantus. At more vett. *Prætorẽ* vocat, Præsidẽ prouin. Libera.n.rep. Prætores mit-

tebantur pro Proconsulibus. Et fortassis ita constituerat Tiberius, qui multa specie quadam libertatis nouauit. Alioquin idem Tacitus libr. 14. Annal. *Proconsulem Bithyniæ* Statilium Taurum refert. Et cur hic & illic aliter?

Ad Lib. II. Annalium.

CAP. 17. *Interea pulcerrimum augurium, octo aquilæ petere siluas & intrare visæ Imperatorem aduertere.*) Miratur id factum Lipsius cum haud temere in illis Germaniæ locis aquilæ. Non tamen dubito auem istam Regiam, in Hercynia habitasse. Plin. lib. 10. cap. 47. *In Hercynia Germaniæ saltu inusitata genera alitum accepimus.* Sane tunc ipsam Hercyniam aperuerat Germanicus, quæ ad Cheruscos vsque pertinebat. De eo Duce Florus lib. 4. *Inuisum atque inaccessum in id tempus Hercynium saltum patefecit.*

Cap. 54. *Atque illum in regressu sacra Samothracum visere nitentem, obuii aquilones depulere.*) Emendo: *Atque Ilium in regressu, & sacra Samothracum.* Recte enim ilium in regressu prius habuit obiectum, dein Samothraciam.

Ad Lib. III. Annalium.

CAP. 55. *Nisi forte rebus cũctis inest quidam velut orbis, vt quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur. Nec omnia apud priores meliora, sed nostra quoque ætas multa laudis & artium imitanda posteris tulit. Verum hæc nobis maiores certamina ex honesto maneant.*) Pulcerrime: sed obscure nonnihil. Lipsius illud bene addit: *Verum hæc nobis in maiores.* Ego τὸ *verum* transposuerim ita: *verum nec omnia apud priores, &c.* Huic sententiæ porro similis est alia Taciti libr. 11 Annal. *Omnia Patres conscripti, quæ nunc vetustissima creduntur noua fuere. Inueterascet hoc quoque, & quod nunc exemplis tuemur, inter exempla erit.* Sed plane geminus ille Synesii locus 57. Epist. Πολλὰ τῶν δεόντων χρόνος ἐξεῦρε, καὶ διωρθώσατο. οὐχ ἅπαντα πρὸς παραδείγματα γίνεται, ἀλλὰ τῶν γινομένων ἕκαστον ἀρχὴν ἔσχε. ἡμεῖς ἀρχὴν δῶμεν ἔθει βελτίονι. *Multa rerum vtilium tempus inuenit aut correxit. Non omnia ad exempla fiunt, & singula quæ facta sunt initium semel habuerunt. Demus & nos principium meliori consuetudini.* Contra tamen nonnihil Cassius Cornelianus Annal libr. 12. *Non quia dubitarem super omnibus negociis melius atque rectius olim prouisum, & quæ conuerterentur in deterius mutari: sed ne nimio amore antiqui moris studium meum extollere viderer.*

Cap. 70. *Capito insignior infamia fuit: quod humani diuinique iuris sciens, egregium publicum & bonas domi artes dehonestauisset.*) Legit Theodorus Marcilius ex membrana, vt ipse ait: *se, rempublicam & bonas domi artes.* inuita sane Minerua. *Egregium publicum* Tacitus dixit, sicut Varro *villas pessimo publico ædificatas.* quem Liuius imitari non veritus est libr. 2. *Nec ambigitur quin Brutus pessi*

m

ino publico reges exacturus fuisset. Sed ex ipso Tacito, vt solet Sulpitius Seuerus histor. Sacræ libr. 2. *Quod initio iure iudiciorum & egregio publico defensum.*

AD LIB. IV. ANNALIVM.

CAP. 48. *Cum pars munitionibus adiacerent, plures extra pabularentur.*) Adferunt ex vetustis codibus: *palarentur.* Sic histor. lib. 3. *Qui modo per agros fuga palabantur.*

AD LIB. XIII. ANNALIVM.

CAP. 13. *Donec vi amoris subactus exsueret obsequium in matrem, Senecæque permitteret.*) E Farnesiano citat Lipsius: *seque permitteret.* Vaticanus tantum habet: *seque permitteret.* Dubium mihi nullum, quin scripserit Tacitus: *seque Senecæ permitteret.* Euincunt illa quæ statim sequuntur. *Ex cuius familiaribus Annæus Serenus.* Fuit enim is Serenus non tantum familiaris Senecæ, sed carissimus etiam, vt ipse fatetur Epistola 63. ad Lucillium.

Cap. 14. *Audirentur hinc Germanici filia, inde vilis rursus Burrhus & exsul Seneca, trunca scilicet manu & professoria lingua generis humani regimen expostulantes.*) Quo quidem in loco Lipsius fecit: *Inde debilis Burrhus.* ingeniose. Nec mirum vitio datam debilitatem ab æmulis Burrho, cum eiusmodi homines improsperi malique ominis æstimarentur. Plinius lib. 28. cap. 4. *Simili modo & fascinationes repercutimus sinistræ dextræque clauditatis occursu.* Agricola qui legit *tunicata manu* nugas vendit.

Cap. 57. *Sed ciuitas Iuhonum socia nobis malo improuiso afflicta est.*) Qui isti populi, aut vbi terrarum? In Florentino: *Vibonum.* Proxime, ni fallor, veram scripturam. Corrigendum enim videtur: *Sed ciuitas Chaibonum* siue *Cauionum.* de quibus populis peculiariter dixi ad Tacit. Germaniam.

AD LIB. XIV. ANNALIVM.

CAP 51. *Sophoniam, Tigellinum, veterem impudicitiam atque infamiam in eo secutus, ac quæ illi pro cognatis moribus fuere.*) Varii hic codices. Farnesianus *pro cognitis moribus.* Vaticanus *pro genitis moribus.* Inde Lipsius: *quæ illi pro gentilibus moribus.* Mirum ni ex vulgari lectione, tantum eiecta glossa, legendum: *quæ illi pro maioribus fuere.* Nam ad vocem *maioribus* aliquis interpretationem illam *pro cognatis* adscripserat, quæ postea in textu quasi Taciti verba valuere. Fuerat Tigellinus obscurus, patre Agrigentino egentissimo. Proinde ait Tacitus, impudicitiam atque infamiam ipsi pro maioribus fuisse. Istis enim egregiis artibus, quasi præclaris maiorum meritis alii solent, ad id honorum fastigium adscenderat.

Cap. 60. *Mouetur tamen primo ciuilis dissidii specie.*) Non dubie

legendum: *discidii.* id est, diuortii. Loquitur enim de Octauia quam Nero amouerat & Poppæam substituerat. Sic Annal. 11. cap. 28. *Dedecus quidem illatum, sed excidium procul abfuisse.* nugatoria lectio propagatur hactenus. Quis enim non videt corrigendum esse, *sed discidium procul abfuisse:* quippe cum & in Florentino exaratum fuerit: *sed & scidium.* Tacitus alibi: *An discidium tuum nosti?* Martialis lib. 10 de Diuortio Proculeiæ: *Dissidium non est hoc Proculeia, lucrum est.* Male, pro *discidium.* Glossarium vetus: *Discidium* διαχωρισμὸς, χωρισμὸς. Apud Suetonium quoque in Domitiano cap. 3. lege: *Impatiens discidii.*

Ad Lib. I. Histor.

CAP. 8. *Germanici exercitus, quod periculosissimum in tantis viribus, soliciti & irati superbia recentis victoriæ & metu, tanquam alias partes fouissent.*) Lipsius audacter: *Soliciti & elati.* Verius scripsit Tacitus: *Soliciti & irritati.* Et tamen vulgata lectio fortassis verissima. Suetonius in Galba: *Sed maxime fremebat superioris Germaniæ exercitus, fraudari se præmiis nauatæ aduersus Gallos & Vindicem operæ.* Et ipse Tacitus infra sibi scripturam vindicat: *In Britannico exercitu nihil iratum.* Ita sæpe correctorum oculi nimis aperti, vbi satius erat cæcutire.

Cap. 13. *Eoque iam Poppæam Sabinam Principale scortum, vt apud cõscium libidinum deposuerat, donec Octauiam vxorem amoliretur.*) In Couarruuiæ libro: *Donec Octauia vxor amoueretur.* Rescripserim ideo Cornelio nostro: *Donec Octauia vxor amoliretur.* Fuit quidem librarius offensus, quod scriptum videret παθητικῶς *amoliretur,* itaque scripturam interpolauit. Atqui idem Tacitus Annal. 12. *Vangio ac Sido inter se regnum partiuerunt,* vt scriptum in Florentino & Veneto reperit Pichena.

Cap. 52. *Multi in vtroque exercitu sicut modesti quietique, ita mali & strenui.*) Deprauate omnino. lego: *Sicut immodesti quietique.* Immodesti quietis opponuntur, sicut mali strenuis.

Cap. 72. *Sectis nouacula faucibus, infamem vitam fœdauit etiam exitu sero & inhonesto.*) Quidam emendat *exitu misero & inhonesto.* Inepte. Notat Tacitus, deformes illas moras, quas paulo ante mortem fecerat Tigellinus. Plutarchus de ipso: Ἐδεῖτο δὲ ὑπομεῖναι ἕως ἂν ἀποξύρηται τὸ γένειον. καὶ λαβὼν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐλαιμοτόμησεν. Licet etiam intelligamus exsilium Tigellini, quod ἐσχάτων πονηρῶν merito interpretantur apud eundem Plutarchum οἱ σωφρονοῦντες.

Cap. 78. *Et fuere qui imagines Neronis proponerent: atq; etiam Othoni, quibusdam diebus, populus & miles, tanquam nobilitatem ac decus adstruerent. Neroni Othoni acclamauit.*) Quibus diebus? Quinquadribus, sicuti censet Lipsius. Si hoc verum, non caussæ erat cur Quinquadrua non nominaret Historicus. An ex

com-

compendio scripturæ natum mendum, & scripserat Tacitus? *Atque etiam Othoni, quibusdam differentibus, populus & miles, &c.* Ait auctor noster, ita quosdam disseruisse siue tradidisse scriptis. Quod etiam adfirmat Suetonius his verbis in Othone: *Ac super ceteras gratulantium adulantiumque blanditias ab infima plebe appellatus Nero nullum indicium recusantis dedit, imo vt quidam tradiderunt.* Inter eos qui hoc tradiderant, fuit eximius scriptor Cluuius Rufus: Plutarchus: Κλούβιος δὲ Ῥοῦφος εἰς Ἰβηρίαν φησὶ κομισθῆναι διπλώματα. Cluuii Rufi istius meminit etiam Suet. & Plinius.

AD LIB. II. HISTOR.

CAP. I. *Quod varie ortum, latum reip. aut atrox, ipsis Principibus prosperum aut exitio fuit.*) In Vaticano *varia ab ortu.* Coniectat inde Lipsius non satis feliciter: *varia sorte.* Mihi lectio propria & elegans & proxime Vaticanum: *vario abortu.* Doctiores fatebunt, sat scio.

Cap. 50. *Die, quo Bedriaci certabatur, auem inusitata specie, apud Rhegium Lepidum celebri luco consedisse, incolæ memorant.*) Ita hodie legimus apud Tacitum: sed scripserat ille insignis vir: *apud Rhegium Lepidum celebri loco.* Fuit enim Rhegium Lepidum celebre oppidum a M. Lepido C. Flamminii collega sic dictum: qui τὴν ἑξῆς μέχρι Βονωνίας κἀκεῖθεν εἰς Ἀκυληΐαν παρὰ τὰς ῥίζας τῶν Ἄλπεων ἐγκυκλούμενος τὰ ἕλη, secundum Strabonem. Idem Ῥήγιον Λέπιδον vocat, rectius fortasse quam Ptolemæus Λεπίδιον. Sic Rutilius in Itinerario:

— Lepidum recidit ense malum.) Plinio sunt *Rhegienses de Lepido.* Hodieque Reggio dicitur.

Cap. 77. *Nec mihi maior in tua vigilantia, parsimonia, sapientia fiducia est, quam in Vitellii torpore, inscitia, sæuitia.*) Non necessarium est: vt ista Vespasiani & Vitellii naturæ propria inuicem conferantur: alioqui quomodo etiam respondebit sapientia Vespasiani sæuitiæ Vitellii? Quare calidiuscule Lipsius emendasse videatur: *in tua vigilantia, acrimonia.* Quin disertus ille Mucianus publicam Vespasiani parsimoniam Reip. maxime vtilem censebat. Vnde de eo Xiphilin. Ὁ δὲ Μουκιανὸς καὶ χρήματα ἀμύθητα πανταχόθεν. ὅθεν συνεδέχετο εἰς τὸ δημόσιον ἤθροιζεν ἑτοιμότατα, τῆς ἐπ' αὐτῷ ἐπηρείας εἰς ἑαυτὸν αἰτίᾳ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἀναδεχόμενος. Νεῦρα γὰρ τῆς ἡγεμονίας τὰ χρήματα ἀεί ποτε εἶναι λέγεται.

Cap. 64. *Galeria Imperatoris vxor non minax tristibus: & pari probitate, mater Vitelliorum Sextilia, antiqui moris.*) In Florentino: *Non immix tristibus.* Hinc Pichena facit *Non minima tristibus.* Sed ausim adfirmare, me rectius coniecisse: *Non minima ex tristibus:* proxime etiam vulgatem scripturam, quę ex compendio scribendi corrupta. Tristes illi vocabant mulieres, nullo illicito gaudio aut lascivia corruptas, sed pudicas & frugi.

Ad Lib. III. Histor.

Cap. 13. *Sed vbi totis castris infama proditio.*) Corrigebam: *infamata proditio.* Verum Lampugnanus ex suo Mirandulano: *sed vbi totis castris rei fama didita.*

Cap. 17. *Vbi plurimus labor, vnde aliqua spes, consilio, manu, voce insignis hosti, conspicuus suis.*) Lego & distinguo: *Ibi plurimus labor vnde aliqua spes consilio, manu, voce insignis, hosti conspicuus suisque.* Primo illud verissimum est, plurimum illic laboris fuisse, vbi spes maior victoriæ, maiusque operæ precium. Tacitus infra: *Ingrata quæ tuta, & ex temeritate spes omnisque cædes & vulnera & sanguis auiditate prædæ pensantur.* Cetera satis clara.

Cap. 24. *Et orientem solem (ita Syris mos est) Tertiani salutauere.*) Milites hos τῶν τοῦ τρίτου στρατοπέδου vocat Xiphilinus, additq; eam legionum Γαλατικὴν dictam fuisse, id est, Gallicanam. Tacitus lib. 4. hist. *Tertia legio, familiaris Ario Varo miles, in Syriam remissa.*

Cap. 39. *Quin & audita est sæuissima Vitellii vox, qua (ipsa enim verba referam) se pauisse oculos, spectata inimici morte.*) Hoc non de Blæso interfecto dixisse Vitellium Suetonius ait, sed quendam in ipsa salutatione supplicio traditum, statimque reuocatum cunctis clementiam laudantibus, coram interfici iussisse, velle se (dicentem) oculos pascere.

Cap. 48. *Assequitur Anicetum in ostio fluminis Cohibi, tutum sibi Sedochezorum Regis auxilio.*) Flumen Cohibus & Sedocheci populi illi in alta nocte & silentio apud scriptores. Notius equidem flumen reddi posse existimo sic legendo: *In ostio fluminis Chobi.* Sic appellat Arrianus in descriptione Ponti Euxini: Ἀπὸ δὲ χαρίεντος ... χῶβον ποταμὸν εἰς ... σταδίους. Populorum nomen si tam feliciter quam audacter correxi, bene habet. Sic autem emendabam: *Sedochi Lazorum regis auxilio.* Lazi populi Pontici, & ni fallor, Sarmatæ fuere, apud Ptolemæum, Plinium, Agathiam, Procopium, Stephanum. Traiani æuo Rex eorum Malassas fuit. Iulius Capitolinus de Antonino Pio: *Pacorum Regem Ladis dedit:* Vix crediderim planissime legendum esse: *Pacorum Regem Lazis dedit.*

Ad Lib. IV. Histor.

Cap. 4. *Multo cum honore verborum Muciano triumphalia de bello ciuili data, sed in Sarmatas expeditio fingebatur.*) Mirum hoc de Sarmatis. An quia inuidiosum erat & contra fas, triumphalia de ciuili bello cuiquam a senatu decerni? Ideo autem eam sententiam senatus addiderat, in spem futuræ victoriæ Sarmaticæ istos honores Muciano cumulatos? An quia Mucianus Dacos, Romanam ripam iam insidentes & castra legionum scindere ausos repulerat? Illud quidem nemini mirum videri debet,

bet, Dacos, Getas, Sarmatas eodem nomine aliquando appellari. Hinc certe honorum istorum origo Muciano. Egregium eius fa cinus non tacet Tacit. lib. 3. *Mota & Dacorum gens, nunquam fida, nunquam sine motu; abducto e Mœsia exercitu, sed prima rerum quieti speculabantur: vbi flagrare Italiam bello, cuncta inuicem hostilia accepere, expugnatis cohortium alarumque hibernis, vtraque Danubii ripa potiebantur. Iamque castra legionum exscindere parabant, ni Mucianus sextam legionem opposuisset.* Idem lib. 4. Histor. *Vulgato rumore a Sarmatis Dacisque Mœsica ac Pannonica hiberna circumsideri.*

Cap. 5. *Vbi ad Heluidium Priscum Pretorem designatum ventum promsit sententiam vt honorificam in bonum principem. Falsa aberant & studiis senatus adtollebatur.*) Nebulæ satis densæ huic loco: Dispellam transposita minima vocula: *promsit sententiam honorificam, vt in bonum principem.* Quasi innuat, non more suo fecisse Heluidium, qui alias sententiam in senatu satis libere seueraque dicere solitus esset, quondam soceri sui exemplo. Vespasiano sane non nimis amicum vixisse Priscum illum doceat Xiphilinus. & vide Suetonium, & Plinium quadam epistola de hoc Heluidio.

Cap. 10 *Celer professus sapientiam, dein testis in Baream, proditor corruptorque amicitiæ, cuius se magistrum ferebat.*) Nihil hic moror explicationem & emendationem doctissimi Lipsii. Magistrum se ferebat amicitiæ Celer, quia Philosophus & quidem Stoicus. Sic locutus Lactantius lib. 5. *Quorum alter antistitem se Philosophiæ profitebatur, verum ita vitiosus, vt continentiæ magister, non minus auaritia, quam libidinibus arderet.*

Cap. 12 *Simulque insulam inter vada sitam occupauere.*) Magna hic librorum varietas. Dio ipsam insulam Batauam vocat. Ego quoque crediderim illa verba *inter vada sitam* esse glossatium additamentum, aut certe excidisse vocem Batauam: ac proinde legendum esse: *Simulque insulam Batauam occupauere.* Porro Batauam significasse, locum inter vada situm, arguat veriuerbium Germanicum. Hodieque pars huius insulæ veterem nomenclaturam retinet Betaw

Eod. *Nec opibus Romanis, societate validiorum attriti, viros tantum armaque imperio ministrant.*) Vox *Romanis* in Vaticano deest. Atque ita bene habet. Nam vt Romana societas intelligeretur, satis erat dixisse, societatem validiorum. Tacitus lib. 5 vbi iidem Bataui caussantur: *sibi non tributa, sed virtutem & viros indici.* vt rectissime in Florentino scriptum.

Eod *Mox aucta per Britanniam gloria.*) Claudio Principe, nimirum, traductis e Germania Batauis a Vespasiano. eximia Batauorum in Britannia facinora multis narrat Dio Cassius libr. 60. quos Celtas ibi vocat, more Græcorum. Ipse adeo Tacitus noster

paulo inferius Batauorum cohortes Britannica auxilia appell[...]. Puto enim a Claudii tempore ibi restitisse illas cohortes, don[ec] postea in Germaniam reuocarentur.

Eod. *Erat & domi dilectus eques; præcipuo nandi studio; arma quosque retinens, integris turmis Rhenum perrumpere.*) Excidit al[i]que dubio vox: *perrumpere suetus.* Perperam autem scriptum in Vaticano: *arma quoque retinens.* Etenim si non equi viriqu[e] simul natassent, cur Tacitus diceret *integris turmis Rhenum perrumpere?* Idem plane in Agricola iterat: *Lectissimos auxiliariorum, quibus nota vada & patrius nandi vsus, quo simul seque & arma & equos repente immisit.* Dio de Batauis loquitur. πέμπει Κελτοὺς, οἷ[ς] ἔθος ἦν καὶ διὰ τῶν ῥοωδεστάτων ῥαδίως αὐτοῖς ὅπλοις διανήχεσθαι. Xiphilinus in Adriano: τὸ ἱππικὸν τῶν καλουμένων Βατάων τὸν Ἴστρον μετὰ τῶν ὅπλων διενήξαντο. Ideo addit hoc miratos barbaros immensum cœpisse timere.

Cap. 28. *Infestius in Vbiis; quod genus Germanicæ originis, eiurata patria, Romanorum nomine Agrippinenses vocarentur.*) *Quod genus*, id est, quæ gens. Nec Lipsii aut Picheneæ correctione opus. Græcis idem est γένος. Sallustius: *Mauri; vanum genus.* Martialis lib. 6. Epig. 60

Sic leue flauorum valeat genus Vsipiorum;
Quisquis & Ausonium non amat imperium.

Obiter istic etiam emendo: *Si leue flauorum.* Subiungit enim: *Ingeniosa tamen Popilli scripta ferentur:* non, vt vulgant, *feruntur.* Si etiam Vsipii, inquit, aliique barbari Italiam occupauerint, tamen immortalia fore Popilii scripta.

Cap. 29. *Vnde clamor acciderat, circumagere corpora tendere arcus.*) Lipsius cum nihil de arcubus Germanorum legisset, emendauit tandem *tendere artus.* Quod quidem idonea interpretatione non caret. Pro vulgata tamen Strabo scribit lib. 4 χρῶνται καὶ τόξοις ἔνιοι καὶ σφενδόναις. De Belgis loquitur eosq; arcubus etiam vti adfirmat. Fallor etiam an Tacitus imperitiam Germanorum tecte irridet, qui crebra intentione neruorum vires perderent. Apollonius in Excidio Hierosol. lib. 1.

Doctior ars Italum. sed enim se parcius infert
Nec crebro vires tactu diffundit inani.

Cap. 42. *Sponte ex SC. accusationem subiisse iuuenis admodum.*) Corrigunt varie Rhenanus, Lipsius, Pichena. Mihi certum, non arbitrarium est, illa ex SC. dolo malo irrepsisse. Ita Plinius de Silio Italico libr. 3. Epist. *Læserat famam suam sub Nerone. credebatur sponte accusasse.*

Cap. 58. *Mortemque in tot malis hostium, vt finem miseriarum expecto*) Lipsius argutatur: *in tot malis, ostium,* obscuro tamen & o[p]pido quam intricato sensu. Mihi facilis correctio fuit: *Mortemque in tot manibus hostium.* Videtur Tacitus vestigia Crispi Sallu[stii]

ſtii, vt ſolet, legere, apud quem Cæſar: *In luctu atque miſeriis, mortem ærumnarum requiem, non cruciatum eſſe.*

Cap. 67. *Interea Iulius Sabinus, proiectis Romani fœderis monumentis, Cæſarem ſe ſalutare iubet.*) Culpat ſermonem Lipſius. Mihi nullus hic nodus. Pſeudo-Cæſar ille tabulas & monumenta proiecit & diſcerpſit. palam, quibus ſcilicet fœdus Romanorum cum Lingonibus & ceteris circa populis ſancitum fuerat. Infra Cerealis: *Neque aliud excuſandum habeo, quam quod vos Gallici fœderis oblitos, memoriam Romani ſacramenti timere credidi.*

Cap. 72. *Tertiis caſtris Rigodalum venit.*) Terminatione locorum Gallicanorum ſolemni legerim: *Rigolodunum.* Aſſentior doctiſſimo Lipſio eſſe pagum, qui hodieque *Rigol* dicitur. Auentinus Confluentiam eſſe credidit.

Cap. 79. *Tolbiaci in finibus Agrippinenſium agebat.*) Ita Antoninus in Itinerario, non vt Lipſius ex Farneſiano: *Colbiaci.* Dicitur autem in Itinerario: *Tolbiacum vicus Supenorum.* vbi in Longolii libro, teſte doctiſſimo Surita, *Supernorum,* quos tamen ego *Supernos,* qui fuerint, penitus ignoro. Et fortaſſe legendum fuerit ibi: *Tolbiacum vicus Gugernorum.* Tacitus Hiſt. libr. 5. *Batavi Gugernique.* Non procul Noueſio & Gelduba abfuiſſe, proximos autem Agrippinenſibus conſtat. Iuliacenſes eſſe hodie Divæus & Rhenanus opinantur. Tolbiacum vero nomen hodieque refert, Zulpich.

AD LIB. V. HISTOR.

CAP. 2. *Clara alii Iudæorum initia.*) Dura ἔλλειψις. Legerim potius: *Clara Iudæorum aliis initia.* Apud alios auctores, inquit, clara & auguſtiora Iudæorum initia.

Eod. *Solymos carminibus Homeri celebratam gentem, conditæ vrbi Hieroſolymam nomen e ſuo feciſſe.*) Innuit, ſi recte cenſeo antè Hieram dictam. itaq; compoſito vocabulo feciſſe, vt deinceps diceretur Hieroſolyma. Lucianus certe Ἱερὰν πόλιν nominat diſerte. Et Quintus Calaber eadem mente Σολύμων ἱερὸν ϛρατόν.

Cap. 3. *Ab vtriſque deſerti.*) Hæc verba non habet meus Oroſius, qui hunc locum exſcripſit. Aliter etiam Trogus hæc retulit, neſcio an ex Theopompo, quem de Iudæis eorumque ſacris multa ſcripſiſſe didici ex Cedreno.

Eod. *Primo cuius auxilio præſentes miſerias pepuliſſent.*) Lampugnanus ex Cod. ſuo Mirandulano nuper reſtituit: *præſentes miſerias pertuliſſent.* Vulgatam Oroſius vindicat lib. I. *Itaque Cornelius, quod ipſis Ægyptiis cogentibus in deſerta propulſi ſunt Iudæi: & poſtea ſubiungit incaute, quod ope Moyſi Ducis in Ægypto miſerias pepuliſſent. Quare oſtenditur quædam, quæ per Moſen ſtrenue acta ſunt, fuiſſe celata.* Suaſit, ait Cornelius, Moſes Iudæis tunc quo-

que, sibi vt cœlesti Duci crederent, cuius primo auxilio præsentes calamitates ac miserias pepulissent.

Cap. 6. *Certo anni bitumen egerit.*) Idem Plinius tradit. At Strabo lib. 16. Μεστὴ δ᾽ ἐστὶν ἀσφάλτου αὕτη. ταύτην δ᾽ ἀναφυσᾶται κατὰ καιροὺς ἀτάκτους. Ibi Casaubonus ait κατὰ καιροὺς ἀτάκτους idem esse, quod in eadem re Diodoro Siculo κατ᾽ ἐνιαυτὸν: quod sane esset, certo tempore bitumen illud ebullire. Atque Strabo rationem postea reddit, cur in certo tempore id miraculi fiat. Ἄτακτος inquit, δ᾽ ἡ ἀναφύσησις, ὅτι καὶ ἡ τοῦ πυρὸς κίνησις οὐκ ἔχει τάξιν ἡμῖν φανερὰν ὥσπερ καὶ ἄλλων πνευμάτων πολλῶν. Manifesto, inquam, fatetur incertum esse istiusmodi ebullitionis tempus, ex eadem caussa, qua sæpe ignis vi terræ motuum e terra prorumpat. Xiphilinus de Vesuuio: καὶ τοῦτο ἐν αὐτῷ κατ᾽ ἔτος ὡς πλήθει γίνεται.

Cap. 7. *Terramque ipsam specie torridam vim frugiferam perdidisse.*) In Orosio meo Lutetiæ impresso CIↃ. IↃ. VI. legitur hoc modo: *Terramque ipsam specie solidam, vim frugiferam perdidisse.* Non absurde. Nam post incendium terram specie tantum solidam mansisse, quippe nimiis ardoribus resolutam credibile est. Sed vulgatam tamen prætulerim.

Cap. 8. *Illic immensæ opulentiæ templum, & primis munimentis vrbs deiugis, templum intimis clausum.*) Mercerus ex vestigiis antiquæ scripturæ veterum codd. Lipsii, ingeniose corrigit: *& primis munimentis vrbis, dein regia, templum intimis clausum.* Ego diuinabam *& inprimis munimentis vrbis, dein regia. templum intimis clausum.* Arbitror hoc velle Tacitum, templum in primis, id est, potissimis munimentis vrbis esse, quod idem infra repetit: *Templum in modum arcis propriique muri, labore & opere ante alios.* Porro templum intimis clausum ait, id est, interioribus sui partibus. Nemini enim illud arcanum ingredi licebat, nisi summo Pontifici. Hieronymus Epist. CXXVIII. *Totus mundus in tabernaculi describitur sacramento. primum & secundum vestibulum omnibus patet.*

Cap. 12. *Mediam vrbem Iohannes, quam & Bargioram vocabant.*) Videndum an non male intellexerit Tacitus, aut librarius potius corruperit *Bar-ionam* in *Bargioram.*

In Iulii Agricolæ Vitam.

Cap. 3. *Augeatq; quotidie facilitatem imperii Nerua Traianus.*) Sic omnino scripserat Tacitus: nec audio qui volunt infarcire *felicitatem.* Aperte Traiani τὴν ἁπλότητα τῶν ἠθῶν aliud, quam ei tribuunt omnes Historici. Martialis ad Traianum libro II.

> *Recta fides, hilaris clementia, cauta potestas*
> *Iam redeunt: longi terga dedere metus.*
> *Largiri, præstare, breues extendere census,*
> *Et dare quæ faciles vix tribuere Dei.*

Nu

lune licet & fas est. Poteſt & facilitas iſta de imperii ipſius tranuillitate accipi. Arrianus in Epict. lib. 3. ca. 13. Ὁρᾶτε γὰρ ὅτι εἰρήνην μεγάλην ὁ Καῖσαρ ἡμῖν δοκεῖ παρέχειν, ὅτι οὐκ εἰσὶν οὐκέτι πόλεμοι, οὐδὲ μάχαι, οὐδὲ λῃστήρια μεγάλα, οὐδὲ πειρατικά· ἀλλ' ἔξεστι πάσῃ ὥρᾳ ὁδεύειν, πλεῖν ἀπὸ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμάς.

Cap. 4. *Studium Philoſophiæ acrius, vltra quam conceſſum Romano ac ſenatori hauſiſſe.*) Pichena acute quidem: *Philoſophiæ ac iuris, vltra quam conceſſum.* Non exiſtimo tamen vitio datum cuiquam Romano ac ſenatori, ſi ſtudio iuris etiam acrius inuigilaſſet. Et ſi ex animi ſententia mihi pronunciandum ſit, de ſolo Philoſophiæ ſtudio Tacitum loqui auſim adfirmare. Itaque Lipſii correctio nullo modo ſpernenda: *ſtudium Philoſophiæ acrius vltraque conceſſum Romano ac ſenatori hauſiſſe.* Ipſe Tacitus infra ignorantiam illam iuriſprudentiæ ſubtilioris ita excuſat: *Credunt plerique militaribus ingeniis ſubtilitatem deeſſe, quia caſtrenſis Iuriſdictio ſecura & obtuſior, ac plura manu agens calliditatem fori non exerceat. Agricola naturali prudentia, quamuis inter togatos, facile iuſteque agebat.* Calliditatem iſtam forenſem ita perſtringit Martialis libr. 11. ad Priſcum. *Illam iudiciorum ſubtilitatem, illud materiarum ingenium.* Et lib. 1.

Neſcis hei neſcis Dominæ faſtidia Romæ:
Crede mihi nimium Martia turba ſapit.

Spartianus de Saluio Iuliano: *Bis conſul, præfectus Vrbi, & Iuriſconſultus, quod magis eum nobilem fecit.*

Cap. 6. *Ludos & inania honoris modo rationis atque abundantiæ duxit.*) Fateor me neſcire quid ſibi velit Tacitus. Legerim: *Ludos & inania honoris, moderationis neque abundantiæ duxit.* Ludos Agricola & honores potius cum modo, quam abundantia exhibendos cenſuit. Inueteratam lectionem ſic etiam non male conſtituas: *modo rationis neque abundantiæ duxit.*

Cap. 7. *Ni claſſis Othoniana licenter vaga, dum in templo (Liguriæ vrs eſt) hoſtiliter populatur.*) Sauillus Anglus, vt aiunt, correxerat: *dum Intemelio.* Sed ante ipſum ita quoque legendum eſſe cenſuerat Hieronymus Surita, in accuratiſſimis illis ad Itinerarium veteris Emendationibus. Fuluius tamen Vrſinus ex vet. cod. reſtituit: *dum Intemelium (Liguriæ vrbs eſt) hoſtiliter populatur.* Rectius puto correxiſſe Anglum & Hiſpanum. Et tamen hi etiam cur non potius ſcripſere *Intemelios?* Strabo a me ſtat libr. 4. Ἄλβιον Ἰντιμέλιον, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἰντιμέλιοι.

Cap. 30. *Sed nulla iam vltra gens, nihil niſi fluctus & ſaxa: & interiores Romana.*) Emendaueram pridem ad oram libri mei: *& iis inferiores Romani.* Sed vir doctus nuper ex cod. ſuo Mirādulano: *& infestiores ea Romani.* Quam ſi veram is cenſet, non video cur non vulgatam potius lectionem amplectamur. Eumenius Rhetor videtur ad hunc locum reſpexiſſe: *Vltra Oceanum vero quid erat præter*

Britanniam? Et dein: *Nulla progrediendi caussa superest, nisi si (qu natura vetuit) fines ipsius quærantur Oceani.* Nimirum isti cred bant in contumaciam Deorum fieri, si quis nauigando Ocea terminos scrutaretur: Arrianus Geographus: τὰ δὲ μετὰ τοὺς τόπ τούτους διά τε ὑπερβολὰς χειμώνων, καὶ πάγους μεγίστους δυσβάτων τε πων, εἴτε καὶ θείᾳ τινὶ δυνάμει θεῶν ἀνερεύνητά ἐστιν. Verto: *Quæ sequun tur immodicis frigoribus inaccessa siue arcana quadam Fati pote tia, hactenus non inuenta.*

Cap 45. *Præcipua sub Domitiano miseriarum pars erat videri aspici.*) Inuenusta repetitio, nec homine Latino, nedum Tacito digna. Germana igitur scriptura fuerat: *Videre & aspici.* Non rat sub Domitiano totus mutuus hominum adspectus: ex vult vltro citroque culpæ hominum arguebantur. Sic Valerius Ma imus lib 2. cap. 1. *Sed pariter & videre sancte & adspici mutuo pud custodiebantur.* Tertullianus: *Mauult fœmina videre, quam deri.*

IN TACITI GERMA-NIAM ANIMADVERSA

CHRISTPHORI COLERI.

CAPVT I.

O*Mnis Germania.*) Quia iam Romanis quoq; variæ huius nationis regiones cognitæ. An potius, quia vulgo *Ma or* & *Minor* Germania diceretur, item *prima* & *secunda*, sic hodie *superior & inferior?* Sallustium ita sæpe locutum haud nesciebat. vt in Iugurth. *Postquam omnis Numidiæ potiebatur.*

Eod. *Mutuo metu, aut montibus.*) Intelligit montes Sarmatæ Europeæ orientales, quos & Martianus Heracleotes præter Po lemæum nominat. Ἀπὸ δὲ δυσμῶν inquit τὰ δὲ Οὐίσουλα ποταμῷ καὶ τῇ Γερμανίᾳ τῇ μεγάλῃ μετὰ τὰ Σαρματικὰ ὄρη καὶ αὐτοῖς τοῖς ὄρεσιν. Hos Tatri Poloni vocant. quod ex illa parte Tartari aliquando n gruere soliti sint. Frustra sunt, qui eundem cum his faciunt Carpa thum: cum sit longe remotior, & postea quasi infusam com ctatur Daciam.

Eod. *Cetera Oceanus ambit.*) Pomponius Mela: *Quæ Septentrio nem spectat Oceanico litore obducta est.* Strabonis tempore igno tum omne hoc litus. Sic ipse innuit.

Eod. *Nuper cognitis quibusdam.*) Domitiani imperio vt Li io videtur. Mihi magis placet de Drusi Germanici bellis accipere. Strabo lib. 7. Ἐχειρώσατο δ᾽ οὐ μόνον τῶν ἐθνῶν τὰ πλεῖστα ἀλλὰ καὶ τὰς τῶ παρά πλῳ νήσους. Huc refero & illud Plinii libr. 2. cap. 105. *Nam & in Germania immensas insulas non pridem compertas, cognitum ha- bet.*

eo. Sed eodem libro cap. 67. idem plane mecum adserit de Germanico Tacitum intelligere, dum ait, *Auspiciis Diui Augusti Germaniam classe circumuectam ad Cimbrorum vsque promontorium.* Nihil amplius dubito: & tamen illum Suetonii locum in Claudio illaudatum non relinquo: *Is Drusus in quæsturæ præturæq; honore, Dux Rhætici, deinde Germanici belli Oceanũ Septentrionalem primus Romanorũ Ducum nauigauit.* Loquitur certe de accolis Oceani septemtrionalis. Solet autem Tacitus per vocem *nuper* mediocre elapsi temporis spatium designare. Infra dixit Germaniæ vocabulum recens & *nuper additum.* Enimuero iam Iulianis temporibus innotuerat.

Eod. *Rhæticarum Alpium.*) Partē ipsam Alpiam nominat Strabo libr. 4. & alibi de Addua flumine: Τὰς δὲ πηγὰς ἔχηκεν ἐν τῷ Ἀδούλᾳ ὄρει, ὅπου καὶ ὁ Ῥῆνος. Hi fontes paulo supra etiam illas Alpes collocantur a Dione lib. 39. fluitque Addua in lacum tandem Larium. In veteribus libris Strabonis, teste eruditissimo Casaubono legitur Ἀβυάλλας, quæ vox quasi Germanica est, notans decursum aut casum potius aquæ; quod inde Rhenus decidat. Mela: *Rhenus ab Alpibus decidens.* Gotefridus Viterbiensis.

Eod. *Rhenus ab Alpe cadens.*) Quis scit an ab illo decursu etiam Rheni etymon petendum, quasi huc versum fluens, quod nostri dicant *Rein.* sicut contra dici potuit Danubius sursum fluens *Dauuf.* Itaq; recte scriberetur in antiquis monumentis. DANVVIVS. Nescio an non in mentem fuerit Verrio Flacco, vetustissimo Grammatico Addua flumen, vbi scribit apud Festum Danubium dictum fuisse Adduanum.

Eod. *Montis Abnobæ.*) Mōtis nomē varie apud Plin. corruperāt lib. 4 cap. 12. Inde ingeniose Rhenanus Danubium dici hariolatur.

Cap. 2. *Nec terra olim.*) Eiusmodi nauigationes Bacchi, Herculis, Iasonis, Phœnicum. Et Minois θαλαττοκρατία vulgata est. Castorum vero ἐπιμεληταὶ τῆς θαλάσσης celebres apud Strabonem libr. 1. Apud Senecam Nat. Quæst. lib. 1. cap. 1.

Eod. *Aduersus Oceanus.*) Vera & germana lectio. nec alia verbi significatio q̃ propria. Si aliter esset, cur illa adiecisset, *vtq; sic dixerim?* Difficilis est omnis nauigatio aduerso flumine. Simile quiddã sit videri Romanis, si Oceanum illũ tempestuosum & horridũ nauigent. Effugit ne autē hic Plutarchi notam Tacit. vix effugit. Ille scribit in Theseo, Historicos an Geographos, si q̃ sint supra captũ aut scientiam suam, tũ caussari hoc modo: τὰ δ᾽ ἐπέκεινα, θῖνες ἄνυδροι καὶ θηριώδεις, ἢ πηλὸς ἀϊδνὴς, ἢ Σκυθικὸν κρύος, ἢ πέλαγος πεπηγός. *Vltra nihil præter arenam, & feritatē, aut lamas lutosas, aut Scythica iuga.* Quo magis vapulabit apud illũ censorē Pausanias, q de hoc ipso Oceano sic loquitur: παρέχεται δὲ ἄμπωτιν καὶ ῥαχίαν καὶ θηρία οὐδὲν ἐοικότα τοῖς ἐν θαλάσσῃ τῇ λοιπῇ. Iterũ Tacit. lib. 2. Ann. *Hostilib. circũ litorib. aut ita vasto & pfũdo, vt credat̃ nouissimũ & sine terris mare.*

Eod. *Tristem cultu.*) Eadem caussa olim Atticam neglectam a[...] Thucydides. & inde Atheniensium Aborigines probat: τὴν γοῦ[ν] Ἀττικὴν ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον, διὰ τὸ λεπτόγεων, ἀστασίαστον οὖσαν, ἄνθρωπ[οι] ᾤκουν, οἱ αὐτοὶ ἀεί. *Quamobrem Atticam ab vltima antiquitate, pr[o]pter agri tenuitatem, sedatam iidem homines semper habuere.*

Eod. *Nisi si patria sit.*) Iuxta illud Euripidis:

—— Ἀνδρὶ γάρ τοι κἂν ὑπερβάλλῃ κακοῖς
Οὐκ ἔστι τοῦ θρέψαντος ἥδιον πέδον.
Homini profecto operta sit licet malis,
Patria nutrice dulcius nihil cluet.

Rationem reddit alius nescio quis e priscis illis sapientibus, τὸ γα[...] σύντροφον ἀδύ τι θνητοῖς ἐν βίῳ χωρεῖ.

Eod. *A se ipsis inuento nomine.*) Ita crediderim sane a se ipsis in[...]uentum fuisse, sed non impositum. Nam se inuicem *fratres* appel[...]labant, suo quodam more, &, vt opinor, militari. Hoc Romani au[...]dientes vertebant *Germanos*. Strabo quoque recte a fraternitat[e] Germanos dictos censet, sed non recte, quod propter Gallos fra[...]tres. Quæ enim caussa idonea Romanis propterea fratres nomi[...]nandi Germanos, quia ipsi & Galli fratres se inuicem nominarẽ[t] Sarmata Boemum & Boemus Sarmatam fratrem indigitat, se[d] non ideo vel hæc vel illa gens, fratres dicuntur. Ad meam adse[r]tionem redeo, quam & Plutarchus confirmat in Mario: Ἐρομένου τοῦ Μαρίου τοὺς πρέσβεις περὶ τῶν ἀδελφῶν ἐκείνων ὀνομαστί πων τοὺ[ς] Τεύτονας En fratres hic diserte appellantur Germani. Et postea: [...]τε τούτων τοὺς ἀδελφούς. Quare & de veriuerbio Germanorũ frust[ra] hactenus a doctissimis viris disputatum. Vnum addo: videri etia[m] Germaniæ populum, ab ea caussa dictos *Bruteros*, non Bructero[s] vt vulgo scribunt. Fallor an ille mos e Scythia, vt plures alii Ger[...]manorum? Nicolaus de Γαλακτοφάγοις: Ὥστε τοὺς μὲν πρεσβυτέρους α[ὐ]τῶν πατέρας ὀνομάζοντες, τοὺς δὲ νέους, παῖδας, τοὺς δ᾽ ἥλικας, ἀδελφούς. Du[...]rat hodieque apud nostros ἀδελφότης quædam συμποσιακὴ, ne[c] minus religiose colitur, ac priscis illis Romanis *Cara cognatio.*

Cap. 3. *Et Herculem memorant.*) Witigindus lib. 1 *Secundum er[...]rorem paternum sacra sua propria veneratione venerati sunt, nim[...]rum Martem effigie columnarum imitantes Herculem.* De silua Ger[...]manorum Herculi sacra Tacitus 2. Annal.

Eod. *Tam vocis, quam virtutis.*) Lipsius ait in Bambergensi scr[i]ptum esse *non tam vocis quam mentis.* quod ille quidem flocci fa[...]cit. At hercules ita mihi videtur Tacitus scripsisse, vt illud Home[...]ricum scilicet exprimeret:

Οἱ δ᾽ ἄρ᾽ ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοὶ
Ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισιν.
Ast ibant taciti spirantes robur Achei
Inque vicem auxilium tacita sibi mente ferebant.

Eod. *Et Vlyxem.*) Habebam, de Vlyssis erroribus quædam no[...]

vu[...]

vulgaria, quæ huc adscriberem, sed deterruit me cum Bionis illius antiqui, tum grauissimi Senecæ obiurgatio, quæ ad Lucillium scripta epist. 13. *Quæris Vlysses vbi errauerit potius, quam efficias, ne nos semper erremus. Non vacat audire, vtrum inter Italiam & Siciliam iactatus sit, an extra notum nobis orbem: neque enim potuit in tam angusto error esse tam longus.* Polybius negauerat Vlyssem ingressum Oceanum, quem refutat Strabo lib. 1. Mirum tamen, nisi de illis erroribus condigna illo versu suo scripserat Homerus:

Ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

Eod. *Constitutum nominatumque.*) Sequentem vocem Græcanicam recte omitti cum aliis censeo. Nec debuit Rhenanus etiam mutare in ἀσυπύργιον. quod sane nec cogitatum nec scriptum Tacito. Marcianus Heracleotes: Ἐστὶ δὲ τῆς Γερμανίας τὸ μῆκος ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ δύσεως κ) Ἀσκιβουργίου πόλεως.

Eod. *Neque refellere.*) Est enim antiquis illis Historicis vt non temere fides adhibenda, ita nec demenda statim. Prudenter Strabo lib. 8. Δεῖ δὲ τῶν παλαιῶν ἱστοριῶν ἀκούειν οὕτως, ὡς μὴ ὁμολογουμένων σφόδρα. οἱ γὰρ νεώτεροι πολλάκις νομίζουσιν κ) τ' ἐναντία λέγειν. *Veteres Historias oportet audire non quasi sint omnino dubiæ fidei. quippe & nouitii multis in rebus dissentire solent.* Merito igitur Metrius Florus apud Plutarchum: τοῦ δ' αἰτίας ἀπορεῖν ἀπιστεῖσθαι τὴν ἱστορίαν, οὐ ἱκανῶς.

Eod. *Vel addat fidem.*) Seneca Natur. Quæst. libr. 4. cap. 3 *Aut quod Historici faciunt, & ipse faciam. Illi cum multa mentiti sunt ad arbitrium suum vnam aliquam rem nolunt spondere: sed adiiciunt, PENES AVCTORES FIDES ERIT.* Plinius lib. 28. ca. 1. *Quin imo externa quoque & barbaros etiam ritus indagabimus. Fides tantum auctores appellet.*

Cap. 4. *Propriam ac sinceram.*) Lipsius ex libro Bambergensi adducit: *perpetuam ac sinceram.* quam ego scripturam propriam magis ac sinceram puto. Perpetuam vocat, quia antiquissima & αὐτόχθων. Glossarium: Perpetuum Αἰώνιον, Διόλου, Διηνεκές.

Eod. *Truces & cærulei.*) Quales plerisque omnibus Arctois. Causas indagat & inuenit Aristoteles Problemat. τῶν πρὸς ἄρκτον οἰκούντων, γλαυκοὶ ὄμματα εἰσὶ τῷ τὸ θερμὸν κωλύεσθαι διεκπίπτειν διὰ τὸ ἔξωθεν ψυχρόν. Ait septemtrionalium populorũ oculos ideo cæsios esse, quia internus calor cohibeatur a frigore externo, ne effluat.

Eod. *Rutilæ comæ.*) Hoc quoque a Septemtrione est. Herodotus de Budinis: Γλαυκὸν δ' πᾶν ἰσχυρῶς ἐστὶ καὶ πυρρόν. Plinius lib. 2. cap. 78. *e aduersa plaga mundi atque glaciali candida cute esse gentes, flauis promissas crinibus.* Apud Gallos vero non nasci tantum, sed etiam fieri solebant rufi capilli. Lege Diodorum Siculum. Plinius libr. ... *Prodest & sapo. Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis ex seuo & cinere.* Scribit tamen inibi, eodem medicamento vsos & Germanos, & quidem viros magis quam fœminas.

Eod. *Et tantum ad impetum.*) Idem Annal. 2 *Iam corpus vt visu torvum & ad breuem impetum validum.* Columella libr. 3. *Germaniam decorauit altissimorum hominum exercitibus.* Sic Pausanias de Galatis, in Phocicis alii.

Eod. *Minimeque sitim.*) Tacitus Hist. 2. *Adiacentia Tiberi Germanorum Gallorumque obnoxia morbis corpora, fluminis auiditas, & æstus impatientia.* Similia apud Liuium & Plutarchum.

Cap. 5. *Ventosior qua Noricū.*) Angitur hic doctissimus Lipsius. Sed caussa non erat. Vētosum vocat Noricum & Pannonias, non tantum quia sicca illa loca, sed etiam quia ibi siluarum ac montium copia, omnisq; regio excelsior. Strabo de illa ipsa Germaniæ parte: Ἐξῆρται γὰρ ἡ χώρα πρὸς νότον & συνεχεῖ ταῖς Ἄλπεσι ποιεῖ ῥάχιν τινὰ πρὸς ἕω τετραμμένην ὡς ἂν μέρος οὖσαν τῶν Ἄλπων.

Pecorum fœcunda.) Et pascuis quoque minime destituta. Plinius lib. 17. cap. 4. *Nam quid laudatius Germaniæ pabulis? Et tamen statim arena subest.*

Eod. *Suus honor.*) Honor, nitorem & pinguedinem significat. Sic *honesti tori* apud Virgilium. Horatius libr. 2. serm. *Coctoue non adest honor idem.* Verbum non fecissem nisi Pichena nuper honorem cornua interpretatus esset, cum per *gloriam frontis* cornua denotauerit Cornelius.

Eod. *Gratissimæ opes*) Cæsar lib. 6. de Eburonibus: *Magno pecoris numero, cuius sunt cupidissimi barbari.*

Eod. *Aurum & argentum.*) Negat inuentam auri aut argenti venam in Germania suo tempore. Idem tamen Annal. 11. scribit Curtium Rufum in Germania, in agro nimirum Mattiaco recludisse specus quærendis venis argenti. Quod longe ante, quam Tacitus hæc scripsit, factum esse constat. Conciliat controuersiam sæculi nostri decus, & vnicus harunce litium literatarum arbiter Iustus Lipsius Saturnal. 2. cap. 1. Addo autem nec æs fodi solitum apud illos Germanos: nisi quod Plinius scribit libr. 34. *Feruntque nuper in Germania etiam prouincia repertum.*

Eod. *Simplicius & antiquius.*) Id est, iustius. Maxima enim flagitia περὶ τὰ συμβόλαια & τὴν τῶν χρημάτων ἔκτισιν committi Strabo quoq; testatur. Sic autem Mela de Sarmatis: *Sarmatæ auri & argenti maximarum pestium ignari vice rerum commercia exercent.* Vicem rerum vocat μεταβλητικήν. Quam Sabinus & Cassius quoque Iureconsulti antiquissimam esse ex Homero probarunt.

Eod. *Ne ferrum quidem.*) Cū tela corneis aut osseis etiam cuspidibus nonnulli acuerent, Plin. lib. 11. cap. 37. *Vrorū cornibus barbari Septemtrionales potant, vrnasq; binas capitis vnius cornua implent. Alii præfixa his pila cuspidant.* Non dubito hæc de Germanicis populis accipienda esse. Nā & illud de poculis alibi mihi lectum. Sed potarunt et onychinis illi patres nostri. Idem Plin. lib. 36. cap. 7. *Id in Germania potoriis vasis inde factis primū, dein pedib. lectorū fulcris.*

C

Cap. 6. *Rari gladiis.*) Quos longos grauesque fuisse scire licet. Plutarchus : *Μεγάλαις ἐχρῶντο καὶ βαρείαις μαχαίραις.* Sidonius de Cimbris:

—— gladiisque grauatas
Ante manus solas iussi portare catenas. Suspicor fuisse proprio quodam nomine *Materes* dictos, quam vocem Gallicam esse Sisenna ait. Cultrum hodieque propter similitudinem reor, appellitare consueuimus *Metter seu Messer.* Eadem ratione a framea veteri Teutonico vocabulo dicimus adhuc *Frim*, sutoriū an sartorium instrumentum, & minuto pugioni non dissimile.

Eod. *Vel cominus vel eminus.*) Saxo Grammaticus huc videtur respexisse lib. I.

Framea torta necem geminabit. Describit & Diodorus Siculus, & nescio an etiam Plutarchus in Mario, vbi de equitibus Cimbrorum : *Ἀκόντισμα δὲ ἦν ἑκάστῳ διβόλια.* Sed aliud hoc videtur fuisse telum: nimirum bipennis illa, quam postea creberrime Franci vsurpauere : vnde & apud Gregorium Turonensem *Franciscæ* dictæ. Talem Sidonius intellexit:

Excussisse citas vastum per inane bipennes,
Et plagæ præscisse locum.

Breue telum fuit, vsitatum etiamnum quibusdam in Germania: idem Tacitus haud dubie innuit Annal. 2. vbi Germanicus inter missilia Germanorum numerat *præusta aut breuia tela.*

Eod. *Scuta tantum.*) Alibi idem Tacitus: *Non loricam Germano, non galeam: ne scuta quidem ferro neruoq; firmata, sed viminum textus, vel tenuis & fucatas colore tabulas.* Ait duplicem fuisse scutorum materiam vimina & tenues tabulas. Talia e viminib. aut cratibus plerisq; etiam Scythiæ gentibus fuisse legimus. Et Persis tribuit Herodotus. vnde sumsit veteris Glossarii auctor. *Γέρρον, εἶδος ἀσπίδος περσικῆς Crates.* Plutarchus equitibus Germanorum lectis etiam galeas adsignat, ferarum rictibus & cristis insignes.

Eod *Non velocitate.*) Labore tantum boni. Cæsar lib. 4. *Germani importatis iumētis nō vtūtur, sed quæ sunt apud eos nata praua atq; deformia. hæc quotidiana exercitatione summi vt sint laboris efficiunt.*

Eod. *Nec variare gyros.*) Qui mos Romanorum nec laude, nec fructu suo caruit. Tangit eum Virgilius 3. Georg.

—— vbi quarta accesserit ætas
Carpere mox gyrum incipiat gradibusque sonare
Compositis, sinuetque alterna volumina crurum.

De vsu Xenophon : *Δεῖ τέρην δὲ, ὅπως ἐν παντοίοις χωρίοις ἱππάζεσθαι δυνήσονται. καὶ γὰρ οἱ πολέμιοι ἄλλοτε ἐν ἄλλοις τόποις γίγνονται.* Huc facit & Vegetius lib. 3.

Eod. *In rectum.*) Equestri prælia loca siluestria & aspera auersari: directo autē impetu hastatos ingruere solitos scribit Leo Imp. ca. 18. Nā quæ ibi de Langobardis loquitur, de Germanis accipio.

Eod. *In vniuersum æstimanti.*) Sic in Agricola: *In vniuersum ta-
men æstimanti, Gallos vicinum solum occupasse credibile est.*

Eod. *Plus penes peditem.*) Infra de Cattis: *Omne in pedite robu.*
& addit deinceps: *Alios ad prælium ire videas. Cattos ad bellum.* Er-
go plus in pedite momenti esse, quam in equite cęsuit Cornelius.
Idem magis expresse scribit. Hist. 1. *Namq; mirum,* inquit, *dictu, v-
sit omnis Sarmatarũ virtus, velut extra ipsos. nihil ad pedestrem pu-
gnam tam ignauum.* Plus enim profecto omnibus corporis parti-
bus virtus se in pedite, quam in equite exserat. Disertissimus &
peritissimus idem ille Xenophon lib. 3. Κύρου αὐαβ. οἱ μὲν γὰρ ἐφ' ἵππων
κρέμανται φοβούμενοι οὐχ' ἡμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ καταπεσεῖν· ἡμεῖς δ' ἐπὶ
τῆς γῆς βεβηκότες, πολὺ μὲν ἰσχυρότερον παίσομεν, ἤν τις προσίῃ, πολὺ δ' ὃ
μᾶλλον ὅτου ἂν βουλόμεθα, τεύξόμεθα. *Nam si illi in equis hærent, no
tantum vosmet metuentes, sed & ne excutiantur. Nos terra firmit
nixi longe vehemẽtius feriemus, si quis accedat, & multo magis qu
appetimus, adtingemus.* Insignes etiamnũ Germani nostri pedestri
illa militia. Aristoteles tamen equitem vt priorem, ita vsu poti-
rem facere videtur Polit. 4. cap. 13.

Eod. *Eoq; mixti præliantur.*) Id pugnæ genus adfabre describi-
tur a Cæsare libr. 1. de bello Gallico & libr. 8. Ea quasi exercitio
meditatione quadam bellica, etiam extra prælia vtebantur Ger-
mani. An non ipse quoq; Cæsar exemplo Germanorum vsurpa-
uit? Scribit sane alicubi de se: *Equitatum omnem, Germanosq; ped-
tes summæ velocitatis omnes ad castra hostium præmittit.* Eiusmodi
pedites in prælio equitibus miscuisse se, & velitum loco habuisse
ipse fatetur. Alia Gallorũ ratio fuit equestris militiæ, hodiernam
nostram nonnihil referens. De ea belle narrat Pausanias Phoci.
Verba pluscula sunt & ita a me versa: *Singulis equitibus additi fa-
muli duo, equites & ipsi equestrisq; disciplinæ pergnari. Hi dominis la-
borantibus, in exteriori acie præstolantes ei vsui seruiebant, vt, si fort
ille equum amisisset, suum subderent. Si ipse cecidisset, illi succederen.
Si vterque periisset tertius sufficiebatur in cæsorum locum. Enimuero
vulnere primus ille saucius esset, ex optionibus illis alter eum subdu-
cebat, alter eius vicem præstabat. Hæc vt opinor, apud Gallos ad imi-
tationem Persarum instituta sunt. Nam & ipsi dilectos habebant e
omni numero, militum videlicet dena millia, quos Immortales dic-
bant. Illud discrimen est, quod facto demum prælio illi succenturiam
Galli in ipso prælio cæsis vel sauciis succedunt, vel suppeditant. Han
equidem equestris pugnæ institutionẽ, voce vernacula* Trimarcisian
vocant. Equum enim Marcam *indigitant.* Gallicana etiam vox er
Marescalcus, quæ equorum custodem, aut seruum cui equorum
cura, significabat. Ac vereor ne scripserit potius, aut certe scribe-
re debuerit Pausanias Mara, pro Marca. Imo non debuit, vel Pli-
nio suadente, qui Marcam Celtarum lingua equum macilentum
interpretatur. Maiorib. nostris *Scalcum* seruum fuisse apellatum

doce

docent priſcæ linguæ noſtræ fragmenta, ab aliis vulgata. Sic *Gote-ſcalcum* miniſtrum Dei recte interpretabimur. Dithmarus de eius appellationis Epiſcopo Friſingenſi: *Nomen cum re poſſidens.* Vnde oſtendi poſſit, *Mareſcalcum & Marquardum* eundem fuiſſe dictum. Nam *Marcuardus* eſt, qui curat equos γνησίως.

Eod. *Conſilii quam formidinis.*) Idem de Cattis ſcribit Annal. lib. I. *Non auſo hoſte terga abeuntium laceſſere, quod illi moris, quoties aſtu magis, quam per formidinem ceſſit.*

Eod. *Corpora ſuorum.*) Contrarium plane in exercitu Brenni accidiſſe ſcribit Pauſanias lib. 10.

Eod. *Scutum reliquiſſe.*) Exemplo quodam Lacedæmoniorum. Hinc illa moribundi Epaminondæ vox gloriosa, *an ſcutum ſaluum eſſet.* Et Lacænarum matrum admonitiones: ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶν.

Eod. *Nec aut ſacris adeſſe.*) An leuiorum etiam criminum pœna fuit, ſacrorum interdictio? Κερκέται quidem apud Nicolaum τοὺς ἀδικήσαντας τῶν ἱερῶν ἀπείργουσιν. Fuere autem *Cercetæ* illi Scythæ, quibus cum Germanis communia ſexcenta.

Cap. 7. *Reges ex nobilitate.*) Quam recte aut praue doceat Ariſtot. lib. 5. Polit. cap. 10.

Eod. *Nec regibus infinita.*) Satis tamen pollens, prægnans fuit ... ante Caroli Magni tempora etiam apud Gallos. Lege Eginardum in vita Caroli.

Eod. *Exemplo magis.*) Panegyriſta vetus: *Dux conſilio eſſe, miles exemplo.* Liuianus ille Imperator: *Facta non dicta vos milites ſequi volo: nec diſciplinam modo, ſed exemplum etiam a me petere.* Seuere hæc exempla a Ducibus ſuis exegiſſe Germanos non eſt dubium. Ammianus Marcellinus lib. 16 *Alemannorum peditum fremitus indignationi mixtus auditus eſt, vociferantium relictis equis ſecum debere verſari regales, ne ſi quid contigiſſet aduerſum, deſerta miſerabili plebe, facilem diſcedenti copiam reperirent.*

Eod. *Non quaſi in pœnam.*) Cur ita? Quia nefas quoddam videbatur, puras ſacerdotum manus rerum capitalium damnatione polluì. Vide Plutarch. in Quæſtionibus Romanis.

Eod. *Velut Deo imperante.*) Serium hoc & pium Germanorum inſtitutum. Vſi eo Romani quoq; aliquando, ſed aſtute & per fucum; & auctoritatis, non ſupplicii cauſſa. Hinc Ægeria Numæ. Cella Capitolina Scipionis. Sullæ imaguncula Delphica. Sertorii cerua. Nec obſcurũ quid apud Græcos Minos, Piſiſtratus, Lycurgus, Zaleucus ſapienter factitarint. Græci etiam poteſtati Regiæ ſacerdotium exæquarunt. Apud Romanos Flamini Diali ius vinciendi & coercendi non quidem fuit, inſignia tamen poteſtatis & honoris vſurpauit, id eſt, lictorem & ſellam curulem habuit. Helmoldus de Rugianis ſcribit: *Flaminem ſuum non minus, quam Regem venerantur.* Et de Sclauis: *Rex apud eos modicæ æſtimationis eſt comparatione flaminis.*

Eod. *Familia & propinquitates.*) Simili fortitudinis irritame
to, sed non æque solido & efficaci vsi sunt quondam Thebani: c
trecentos delectos & dilectos inuicem vel vt Plutarchus loqui
ἱερὸν πῦρ ἐρωμένων constituere. Eam cohortem mutuo amo
nexu cöiunctam *Sacram* illi dixere. Illius præstantiam & inuicta
fortitudinem ad prælium vsque Cheronense durasse scribit i
Chæronensis Philosophus. Q. Curtius: *Amyntas Andromenis*
Antipatro Macedonum peditum sex millia adduxit quingentos p
terea eiusdem generis equites. Videtur illud dicere, gentilium &
gnatorum turmas etiam in exercitu Macedonico Alexandri fu
se. Nisi verius & simplicius eiusdem generis dici existimemus
iusdem generis Macedonici equites. vt frustra de illius loci s
tentia aliter senserit vir doctus apud Vegetium libr. 2. cap. 2.

Eod. *In proximo pignora.*) Atqui cum matribus in prælio ex
aciem colloeari in Carris solitos scribit Cæsar libr. 1. Bell. Gall.
hoc fortasse tantum atrocissimis præliis & rebus desperatis. O
sius libr. 6. De Sueuis ac Sicambris: *Quorum ex eo considerari vir*
ac feritas potest, quod mulieres quoq; eorum, si quando præuentu
manorum inter plaustra sua concludebantur, deficientibus telis,
qualibet re, qua veluti furor vti possit, paruos filios collisos humi, in
stium ora iaciebant.

Eod. *Exsugere plagas.*) Probat Lipsius alteram lectionem ex F
nesiano & Rom. cod. *exigere plagas.* Mihi autem vulgata meli
Non est verisimile mulieres Teutonicas tam auide a suis vulne
elegisse, quippe quorũ sciebat impatientissimos esse, quã dilig
ter curasse. Germanicus apud Tacit. de Germanis: *Corpus vt*
torum & ad breuem impetum validum, sic nulla vulnerũ patien

Eod. *Ciboſq; & hortamina.*) Quæ illa hortamina? Vinum r
aut certe potum vini loco adhibitum, quiq; non tantum firm
dis, sed etiam incitandis fessis militib. Vino & aliis calidiorib.
tionibus iracũdiam audaciamq; facillime prouocari scripsere
ristot. Plutarchus, Athenæus. Sed de vino, quid ni adfirmem, c
importatum Germanis, cuius erant haud dubie cupidissimi M
tes Nigri apud Spartianum: *Vinum non accepimus, pugnare non*
sumus. Pausanias de Thracibus libr. 9. Καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀπὸ τούτ
πέσῃ μεθυσκομένῳ ἐς τὰς μάχας χωρεῖν. Multa communia Thr
& Germanos habuisse, notaui alibi. Forsan & hoc. Cur au
hortamen quoddam fortitudinis vinum dici queat, pulcre Se
ca docet lib. 1. De Tranq. Vit. *Liberq; non solum ob licentiam lin*
dictus est inuentor vini, sed quia liberat seruitio curarum anim
& asserit vegetatque & audaciorem in omnes conatus facit.

Cap. 8. *Constantia precum.*) Cæsar idem scribit de mulier
Gallicanis lib. 7. de Assyriis Xenophon Κύρου παιδ.

Eod. *Obiectu pectorum.*) Plutarchus Mario: Ἀνεπιφυρμένας
μένοις, καὶ χερσὶ γυμναῖς τοὺς δὲ θυρεοὺς τῶν Ῥωμαίων ἀποσπῶσαι, καὶ τ

ἐπιλαμβανόμεναι, καὶ τραύματα καὶ διακοπὰς σωμάτων ὑπομένουσαι μέχρι τελευτῆς ἀήττητοι τοῖς θυμοῖς. *Quæ pugnantibus mistæ, nudis manibus scuta Romanorum detrahebant gladios, prensabant, vulnera & lacerationes corporum perpetiebantur, ad mortem vsq; animis inuictæ.*

Eod. *Captiuitate.*) Quam morte etiam grauiorem longe ducebant Germani. Xiphilinus in Caracalla de mulieribus illorum: Τούτων γυναῖκες ἁλοῦσαι ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, ἐρωτήσαντος αὐτὰς τοῦ Ἀντωνίνου πότερον πραθῆναι ἢ φονευθῆναι βούλονται, τοῦθ᾽ εἵλοντο. Ἔπειτ᾽ ἀπεμποληθεῖσαι, πᾶσαι μὲν ἑαυτὰς, εἰσὶ δ᾽ αἳ καὶ τὰ τέκνα ἀπέκτειναν. *Horum mulieres captæ a Romanis interrogatæq; ab Antonino venire an occidi mallent, morti annuere. Postea cum venditæ essent omnes sibi ipsæ manum adtulere. quædam etiam liberos vna mactauere.*

Eod. *Nec consilia earum.*) Plutarchus eadem in Γυναικ. ἀρετ. sed ibi etiam de Gallis Cisalpinis intelligendum. Eadem fœminarum auctoritas apud Sarmatas fuit, quibus ipsi, vt testatur Nicolaus Damascenus πάντα πείθονται ὡς δεσποίναις.

Eod. *Auriniam.*) Ita quoq; Bartolinus legerat apud Tacitum: *Euolat Hercinio ad superos Aurinia luco.* Lipsius ex Iornande non improbet *Aliorunam.* Vbi potius legendum crediderim, *Alterunas.* quasi dicas vetulas runas, siue sagas. Excellentiores autem sagarum colebant, veluti Deas, & consuluntur tales hodieq; in multis locis velut quædam Sibyllæ. *Sic Guthrunam*, bonam sagam recte interpretere apud Saxonem Grammaticum libr. 8. *Veneficam, cui Gutruna erat vocabulum, consulunt.* Nescio etiam ob quam caussam maiores nostri *Mandragoram*, Altrunam appellitauere. credo quia veneficiis & incantationibus adhiberetur.

Cap. 9. *Mercurium.*) Quem Paulus Diaconus *Vodam* appellat. ed mallet ibi Lipsius: *Wondam* vel *Wonstam.* Non ita me Musæ amen, (ignoscat mihi vir summus, quẽ ego vnice amo & colo) volentibus Musis. Gotefridus Viterbiensis in Chronico: *Votam quidam Gotam adiecta litera dixerunt. Ipse est, qui apud Romanos dicitur Mercurius, & tunc ab vniuersis Germanis, vt Deus adorabatur. vnde vsque hodie Got Teutonica lingua dicitur Deus.* Apud eundem Gotefridũ Toclacus quidam, antiquitatum vt ipse ait commentator: *Quod Vandali accedentes ad Idolum suum Godam, victoriam de Vinnulis postulauerint.* idem Sigefridus Presbyter in breuiario suo scripsit. Got ergo a Vandalis & Longobardis vocabatur Mercurius, qui Saxonib. *Irmin* Eius templũ, cũ columna euertit Carolus Magnus, vt in vetustis Annalib. Francicis scriptum *Irmin saul*, id est, statua Irminis appellabatur. Verba Annalium illa sunt: *Eresburgum castrum cepit, idolumq; quod Irminsul a Saxonibus vocabatur, euertit.* Apud Reginonem recentiori nomine *Hermansaul* dicitur. Vnde cognoscas Irmin & Herman idem apud illos fuisse. Græcũ a. id nomen plane est Mercurii. In gratiam puta Germanorum passim etiam Romani apud eos agẽtes Mercurium colebant,

Ostendunt id variæ inscriptiones, & illa quam in Gallicana Rh-
ni ripa, apud vetustum castellum *Wasselburg* anno descripsi,
currente eo mecum nobilissimo adolescente Iohanne Adam
a Rotenhan Franco: DEO. MERCVRIO. ATTEGIAM. T
GVLITIAM. COMPOSITAM. SEVERINVS. C. F. EX. V
TO. POSVIT. L. L. M. Ab Irmine denique illo composita nom-
na illa fluxere in nostram gentem, Irmingardis Ludouici vxor. I-
mingarius, Comes Emporitanus. Irminfridus, Rex Turingoru
Irmingild, Gothorum Regis cuiusdam filius.

Eod. *Vnde caussa & origo.*) Et ego iuxta tecum, mi Tacite, cu
ignatissimis ignoro. Petebam aliquod subsidium a Plutarcho, s
frustra. An ideo, quia Mercurii filia Isis? Sed quis hoc indocto p-
pulo aperuit?

Eod. *In modum liburnæ.*) Non absurda coniectura. Fuit sane -
lis forma Isidis, quam *Pelagiam* dixere. Pausanias Corinthiacis
Ἔστιν Ἴσιδος τεμένη. ὧν τὴν μὲν πελαγίαν, τὴν δὲ Αἰγυπτίαν αὐτῶν ἐ-
νομάζουσιν. Lactantius libr. 1. *Quod certus dies habetur in Fastis, qu
Isidis nauigium celebratur: quæ res docet non tranasse illam, sed na-
gasse.* Non temere suspicere huius Pelagiæ Isidis sacra suscepis
Sueuos ab ipsis Græcis: eos dico Sueuos, quæ ad Istri ripas h-
bitantes sæpe cum Sarmatis ad Pontum vsque Euxinum c-
currere.

Eod. *Parietibus Deos.*) Lactantius lib. 2. *Dei, cuius spiritus ac n-
men vbique diffusum, abesse nunquam potest, semper vbique ima
superuacua est.* Plane ex hoc sensu isti nostri proaui.

Eod. *Lucos ac nemora.*) Eadem nemora ceteris etiam septen-
trionalibus pro templis fuere. Helmoldus de Russis: *Vsque hod
profecto inter illos, cum cetera omnia communia sint cum nostris, so
prohibetur accessus lucorum & fontium, quos autumant pollui Ch-
stianorũ accessu.* Idem scribit Sclauos sacras quercus coluisse, qu
ambiuerit atrium & sepes accuratior lignis constructa.

Eod. *Sola reuerentia.*) Et hoc profecto pie. Hilarius: *Deus re-
gione intelligendus est, pietate profitendus est sensu vero persequen
non est, sed adorandus.*

Cap. 10. *Etiam hic notum.*) Etiam nota esse Germanis auspic
nil mirum, cum Cicero libr. 2. De Diuinat. diserte scribat: *om
Reges, populi, nationes vtuntur auspiciis.* Excelluisse tamen hac di-
nandi arte Pisidas, Cilices, Phrygas idem scribit. & de postrem
etiam Clemens Alexandrinus testatum facit. Pausanias ri
principium ad Parnassum refert. Et dubitat ille ipse Græculus
iam an Galli & Germani vllam diuinandi religionem habueri
Ego vero etiam inuenisse aio, & legendum adeo hic apud Ta-
tum diuino: *Et illud quidem etiam hic natum, auium voces, volat
que interrogare.* Iustinus lib. 24. de exercitu Brenni, quem e Ga
& Germanis constitisse constat: *Ex his portio in Italia consedit,*

n urbem Romam captam incendit, & portio Illyricos sinus ducib aui-us (nam augurandi studio Galli præter ceteros valent) per strages bar-rorum penetrauit. Diodorum adde lib. 5. cap. 9.

Eod. *Equorum quoque præsagia.*) Dithmarus libr. 6. de Luiticis, tum curiose annotauit: *Quibus finitis cespite viridi eas aperien-s, equum qui maximus inter alios habetur, &, ut fater, ab his vene-atur, super fixas in terram duorum cuspides hastilium, inter se trans-issorum supplicii obsequio ducunt, & præmissis sortibus, quibus id ex-orauere, prius per hunc quasi diuinum, denuo augurantur.*

Eod. *Candidi.*) Opinor eam circa equos etiam Persarum reli-ionem fuisse. Peruulgatum est de equo Darii regnum auspican-s. In expeditione Cyri scimus equos fuisse candidos, summæ a-ud eum Regem æstimationis, & sacros appellatos. Eorum me-init Herodotus lib. 1. & lib. 7. hoc modo: μετὰ δὲ οἱ ἵπποι οἱ ἱεροὶ καὶ ἅρμα τὸ ἱερόν. Et ita Tacitus *pressos sacro curru.* Eiusmodi equos ersa a Cilicibus quotannis tributi nomine exigebat trecentos xaginta. Eo fere pacto, centum equos niueos Saxones Dano-um Regum initia dedicasse refert Saxo lib. 8. Sed bella hic est oc-asio Senecæ locum corrigendi, quem is libr. 3. De Ira cap. 21. ex erodoti libr. 1. retulit. Is vulgo sic legitur: *Gyndem late fusum a-nem vado transire tentauit: quod vix tutum est, & cum sensit æsta-m & ad minimum deductus est. Ibi unus ex equis, qui trahere cur-um regium albi solebant, abreptus vehementer commouit Regem.* uid ni enim legendum sit: *Qui trahere regium currum albi sole-ant.* Eandem Historiam narrat Freculphus Episcopus Lexoui-asis: *Cyrus cunctis aduersum quos ierat perdomitis, Assyrios & Babi-niam petit gentem urbemque tum cunctis opulentiorem, sed impe-m eius Gyndes fluuius secunda post Euphratem magnitudinis inter-pit. nam unum regiorum equorum, candore formaque excellentem, ansmeandi fiducia persuasum, qua per rapacem alueum offensi vado rtices adtollebantur arreptum præcipitatumque merserunt. Rex ira-s ulcisci in amnem statuit, contestans, eum, qui nunc præclarum e-uitem vorauisset, feminis, vix genua undis adtingentibus permeabi-m relinquendum.*

Cap. II. *Apud principes pertractantur.*) Cæsar lib. 6. *In pace nullus communis magistratus, sed principes regionum atque pagorum in-r suos ius dicunt, controuersiasque minuunt.* Quo tamen magis illa ustrantur, quæ infra scribit Tacitus: *Eliguntur in iisdem conciliis principes qui iura per vicos pagosque reddunt.* Vbi lib. Bambergen-, teste Lipsio: *Qui vita per pagos vicosque excellunt.* Inde credi de-m Tacitum ipsum sic olim scripsisse. *Eliguntur in iisdem conciliis principes, qui vita excellunt, qui iura per vicos pagosque reddunt.* cit itaque vita excellere, vitæ ac morum integritate eximium se: vel etiam, ætate grandiorem esse.

Inchoatur Luna.) Apud Cæsarem caussantur *Non esse fas Ger-*

*manos ſuperare,ſi ante nouam lunam prælio contendiſſent.*Idem Fro-tinus,& Dio Caſſius lib.38 Idem mos Lacedæmoniorum. Pauſanias: Εἶναι γὰρ δὴ νόμον αὐτοῖς, μὴ πρότερον μαχεσομένους ἐξιέναι πρὶν ἢ πλήρη τὸν κύκλον τῆς σελήνης γενέσθαι.

Eod. *Nec dierum.*) More Hebræorum, qui inde dies etiam Lunas appellabant. Vt in Eſdra: *Ioſias immolauit Phaſe quartadecima Luna primi menſis.* Nicolaus Damaſcenus, de Numidis: Οὐ ταῖς ἡμέραις, ἀλλὰ ταῖς νυξὶν αὐτῶν ἀριθμοῦσι τὸν χρόνον. Ea cauſſa Feſta quoque noctibus celebrabant. Tacitus Annal. lib.1.

Eod. *Conſidunt armati.*) De gemino Græcorum & Gallorum ritu Lipſius planum fecit. Naſo idem de Tomitanis & vicinis Sarmatis an Getis ſcribit. Sed qui iſti Ombrici ſunt, de quibus idem teſtatur apud Stobæum Nicolaus? Ὀμβρικοὶ, inquit, ὅταν πρὸς ἀλλήλους ἔχωσιν ἀμφισβήτησιν, καθοπλισθέντες, ὡς ἐν πολέμῳ μαχόνται. Καὶ δοκοῦσι δικαιότερον λέγειν, οἱ τοὺς ἐναντίους ἀποσφάξαντες. Meminit horum aliquoties auctor iſte. Scio quidem ita & Hetruſcos illos dici. vt apud Marcianum in Periegeſi:

Τυῤῥηνὸς ἐπὶ τοὺς Ὀμβρικοὺς ἐλθὼν ποτέ.

Verum de aliis Nicolaum loqui putabam. Quis tam rara de Vmbris illis non prodidiſſet? De Germanis eiuſdem Nicolai annotamentum illud capio: Κελτοὶ σιδηροφοροῦντες τὰ κατὰ πόλιν πάντα πράττουσι. Nam Gallos non niſi in grauiſſimis deliberationibus armatos conueniſſe facilius eſt vt credam: imo non niſi bello inſtante. Cæſar libr. 5. *Hoc more Gallorum eſt initium belli, quo lege communi omnes puberes armati conuenire coguntur.*

Cap 13. *Ceteris robuſtioribus.*) Nihil mutem, imo ex libro Lipſii lubens ita conſtituam locum: *Ceteris robuſtioribus ac iam pridem probatis aggregant.* Pendent enim hæc a ſuperioribus, ac eiuſmodi ſententiam poſtulant: Quod nobilitas illa & magna patrum merita, illos adoleſcentulos, ceteris probatis aggregent. De Principibus adhuc loqui Tacitum, illa verba palam arguunt: *Nec rubor inter comites adſpici.*

Eod. *Comitum æmulatio.*) Poterat videri legendum eſſe: *Comitum æſtimatio.* Sed abſtineo manum. quia nefas eſſe cenſeo in tam grauem ſcriptorem ſine veterum librorum auctoritate inferre emendatiunculas.

Eod. *Ipſa plerunque fama.*) Cum fama bella conſtent. Liuius libro 27. *Fama bellum conficit & parua momenta in ſpem metumue impellunt animos.* De fama illa bellica, illud etiã Germanos attingit, quod Iuſtinus de Gallis, hoc eſt, Celtogallis ſcribit: *Denique Reges orientis ſine mercenario Gallorum exercitu vlla bella geſſerint, neque pulſi regno ad alios quam ad Gallos confugerint.*

Cap. 14. *Superſtitem principi.*) Celtiberi etiam nefas eſſe ducebant prælio ſupereſſe, cum is occidiſſet, pro cuius ſalute ſpiritum deuouerant. Valerius Maximus libr.2.cap.1. Plutarchus in Sertorio

?. Similis fere deuotio Solduriorum apud Gallos fuit, de qua
æsar: *Neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui
interfecto, cuius se amicitia deuouisset, mori recusarit.* Nicolaus
amascenus apud Athenæum magis etiam istos Deuotos laudat,
ppellatque Σιλοδύνους, Græcis, scilicet Εὐχωλιμαίους dictos. Sed ibi
ribendum *Solodunos.* Celtæ appellabant, reor, *Soldúner*, quasi
pendiarios. Durat hodieque vox *Soldner*, & *Solodurum* vel potius
lodunum Heluetiorum celebris ciuitas.

Eod. *Præcipuum sacramentum.*) Morem Romanum tangit, quo
cramenta militaria certa habebant capita. Præcipuum erat in
utem Imperatoris iurare. At comitum illorum præcipuum e-
t sacramentum, fortia facta sua gloriæ principis adsi-
are.

Eod. *Et facilius inter ancipitia.*) Placet scriptura Cod. Veneti,
em subinde Pichena citat: *Et vt facilius inter ancipitia clare-
nt.* Nec est dubiũ alteram lectionem ab ingenio & manu Rhe-
ni esse. Visum mihi iam pridem Cornelium, more suo, familia-
n suum Sallustium æmulari, qui de Iulio Cæsare sic ait: *Sibi ma-
um imperium, exercitum, bellum nouum exoptabat, vbi virtus eni-
ere posset.*

Eod. *Exigunt.*) Æstimant, pensitant acceptumque adeo refe-
at Principis sui munificentiæ. Ad illas donationes respexit et-
n Saxo Grammaticus lib. 2.

Enses Teutonicos, galeæ armillæque nitentes,
Loricæ talo immissæ, quas contulit olim.

Roluo suis. Adde Diodorum Siculum lib. 5. cap. 9.

Eod. *Exspectare annum.*) Annus apud Latinos segetis tempus
ebatur. quod quia exoptatum desideratumque, eo longius vi-
atur. Hinc prouerbii locum occupauit, *Annus*, pro longo
npore apud Comicos. Apud Ouidium *Annua lux*, dies longa
ni instar habens. Notus est versiculus Iuuenalis:

Exspectandus erit qui lites inchoet annus.

Cap. 15. *Non multum venatibus.*) Sustulit Lipsius voculam *non*.
oi cum Cæsare & ratione ipsa pugnet. At recens corrector
licus legendum diuinat, *Quotiens bella non ineunt, tum vitam
atibus, plus per otium transigunt.* Videtur certe tale aliquid de-
i verbo *Transigunt*. Nam ἁπλῶς positum Iureconsulti sibi vin-
ant. Ego vero sic emendabam, *Quotiens bella non ineunt, vita
itum, plus per otium transigunt.* Est autem totus locus factus ad
giem illam Sallustii: *Sed multi mortales dediti ventri atque som-
indocti incultique, sicuti peregrinantes vitam transigere.* Non-
n etiam Cæsariana controuersia composita. Ait enim, Ger-
nis omnem vitam in venationibus & studio rei militaris esse.
hil autem de isto torpore ac commessationibus. Sed Tacitus
omnibus Germanis, Cæsar tantum de Sueuis & Rhenanis

populis loqui videtur. Iam versus septemtrionem plures alii Ta
cito innotuerant, quorum regiones ob paludes & flumina mint
venationibus aptæ. & reor illos ipsos maxime ista infami ignaui
insignitos. De Sarmatarum etiam & Sclauorum inertia, extra be
li tempus, similia, reperias, antiquissimis scriptoribus comper
& annotata.

Eod. *Vel armentorum vel frugum.*) Nescio quomodo hæc mi
quatuor verba glossema redolent. Est enim probe Latinum *co*
ferre principib. quod qui nesciit fortassean illa superuacua infer
enda putauerit. Græci συνεισφορεῖν eodem modo vsurpant. Et
veteri Glossario scriptum memini: Συνεισφέρω *collationem fac*
confero.

Pro honore acceptum.) Aristoteles item προφαὶ δημοσίας inter μ
ρη τῆς τιμῆς refert Rhetor. 1. cap. 6.

Eod. *Magna arma.*) Et hæc non tam auaritiæ, quam hono
caussa appetebant. Philosophus: καὶ γὰρ τὸ δῶρον ἐστι κτήματος δόσις κ
τιμῆς σημεῖον: De Cretensibus scribit Nicolaus: Δῶρα δὲ αὐτοῖς
ὅπλα τιμιώτατα.

Cap. 16. *Vt fons, vt campus, vt nemus.*) Et ab illis tribus, vrbes,
pida vici, castella nominata pleraque apud Germanos, *Bron, Fe*
Wald. Et familiæ quoque nobiliores. Apud Florum. *Teutobocch*
Latine dicitur, qui erat opinor suis Teutobachus, siue, Dieth
bach.

Eod *Aut tegularum vsus.*) Seneca de Prouident. Dei. *Germa*
dico & quidquid circa Istrum vagarum gentium occursat. Perpe
illos hiems, triste cœlum premit, maligne solum sterile sustentat,
brem culmo aut fronde defendunt. Puto & multos libris arborum,
vice tegularum vsos, vt videmus etiamnum factitare quosdam.
Hirtius an Oppius de bello Africano: *Attenuati illi, opido perqu*
pauci sub pellibus acquiescebant. reliqui ex vestimentis tentoriolis
ctis atque arundinibus corticibusque contecti. vulgo inepte scrib
arundinibus coriisque. Quod vitiatum esse Lipsius quoque vide
sed vitium non sustulerat in Milit. Romana. Ceterum de ædifi
antiquorum Germanorum consule etiam Herodianum lib
Fuere etiam vestitui cortices non paucis gentibus. Plinius lib
Hinc primum alimentum, harum fronde mollior specus; libro v
Etiamnum gentes sic degunt.

Cap. 17. *Omnibus sagum.*) Mela: *Viri sagis velantur, aut libr*
borum quamuis sæua hieme. Virgatis sagulis Celtas vsos, hieme
dem crassis, æstate subtilioribus adfirmat quoque Diodor
culus lib. 5. cap. 9.

Iuxta focum.) Similis Scytharum vita apud Virgilium 3. G

Ipsi in defossis specubus secura sub alta
Otia agunt terra, congestaque robora, totasque
Aduoluere focis vlmos ignesque dedere.

Eod. *Sarmatæ ac Parthi.*) Hæ enim duæ gentes habitu & armis persimiles, vt Mela scribit. De armatura dixi proprio libello Originum Sarmaticarum.

Eod. *Singulos artus.*) Nonne ita hodierni Sarmatæ? Nicetas Choniates de quodam Veneto: ἦν δὲ αὐτὸς ἐσθῆτί τε τὴν πάτριον περικείμενος συνυφασμένην μικροῦ τῷ σώματι καὶ ῥαφίδι κρεμῆν ἑκάστης τοὺς καρποὺς, καὶ τὸ στῆθος ἀφιεῖσαν αὐτόν. *Is patrio vestitu indutus erat qui corpus ita constringebat, vt assutus illi videretur, manibus duntaxat & pectore aperto.*

Eod. *Ferarum pelles.*) Idem Mela de Scythis & Sarmatis, *Totum braccati corpus, & nisi qua vident, etiam ora vestiti.* Et Ouidius:

Pellibus & sutis arcent mala frigora braccis.

Eod. *Proximi ripæ.*) Profiteor mihi locum istum ita interpungendum videri: *Gerunt & ferarum pelles, proximi ripæ negligenter, vlteriores exquisitius. At quibus nullus per commercia cultus, eligunt feras.* Interiores Germanos scilicet, ad quos nulli mercatores cômeant, suopte studio ac venatione feras eligere, quarum detractis pellibus vestiantur puta luporum, vulpium caprearum.

Eod. *Eligunt feras.*) Mollioris pili, puto. Eas & Italis per Siculum mare aduectas crediderim. Vnde illud Eusebii commentum est, qui ait pellium eiusmodi vsum Siculorum inuentum esse. Fuisse arbitror pelles vulpium, castorum, aliorumq; animalium, quæ vno ac generali nomine *mures* appellabantur. Senec. epist. 91 *Nonne hodieq; magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murium, quæ tactu mollia & impenetrabilia ventis sunt.* Mures autem erant castores, lutræ καὶ ἄλλα θηρία τετραγωνοπρόσωπα, Herodoto teste. Harum pellium Taciti etiam tempore non exigua per Germaniam fuisse mercimonia oportet. Illustriores quippe ac nobilissimos quosq; Germanorum eiusmodi pellib. delicias fecisse existimo. Eginhardus in vita Caroli: *Ex pellibus lutrinis vel murinis thorace confecto, humeros ac pectus hieme muniebat.* Proinde quasi innueret alias non abusum per luxuriam, sed vsum tantum frigoris caussa. Saxo Grammaticus lib. 6.

Castorio cui tegmen erat chlamys obsita limbo:

Apud posterius æuum fuisse etiam Principibus honorarias vestes ex eiusmodi pellib. confectas, argumento sunt præter alia, Septem Electorum prisci operis picturæ. Helmoldus initio suæ Historiæ de Borussis: *Aurum & argentum pro minimo ducunt. Pellibus abundant peregrinis, quarum odor letiferum nostro orbi superbiæ venenum propinauit. Et illi quidem vt stercora hæc habent, ad nostram credo damnationem, qui ad marturinam vestem anhelamus, quasi ad summam beatitudinem.* Hæc muliercularum nostrarum hodie etiam pompa. Et nonne etiam Africanarum iam olim? Tertullianus: *Et adornari tibi in mentem est super pelliceas tuas tunicas.*

Eod. *Spargunt maculis.*) Diodorus ſcribit ἐνδύματα illa horri
fuiſſe & ποικιλόχροα. Vnde ſuſpicor veſtimenta illa inſtar pelliu
& macularum belluinarum picta fuiſſe. Plinius ſimiliter eſt loc
tus lib.16.cap.41. *In eadem eſſe fruticem baculis tantum idoneæ cra*
tudinis, varium tigrium maculis. Sed quid ſibi docti viri volunt
iſtis pellibus piſcium ? Et quæ ſparſio tandem fit ex pellibus? N
ſcio quid mihi de pelle belluarum in mentem veniebat. Sed ri
re ſerios & eruditos viros alias volo. Poterat etiam adferri aliqu
de pellibus vituli marini & Hippopotami, quos ſolos piſcium c
rio & pilis tectos fuiſſe, docet Plinius lib. 9. cap.12. Mirum vero
ruditiſſimum Lipſium apud Iuſtinum legere : *pellibus tantum fe*
nis aut marinis, pro *murinis*, vt ex iis quæ ſupra dixi manifeſtu
Addit etiam Pichena Philoſtrati quoddam teſtimonium de
ſcium pellibus. Verum ego Ichthyophagis illis in veſtitu q
dem parum cum Germanis puto conueniſſe. Noſtri enim me
branis illis nudis relictis belluarum, piloſum quiddam requi
bant quod pellendo frigori eſſet.

Fœminæ ſæpius lineis.) Plinius lib. 18.cap.1. *Iam quidem & Tra*
rhenani hoſtes, nec pulcriorem aliam veſtem fœminæ eorum noue
Idem de textura lini : *In Germania autem defoſſi & ſub terra ia-*
pus agunt. Sunt hodieque multorum opificum tabernæ ſubt-
raneæ.

Cap. 18. *Nec vllam morum partem.*) Non temere hoc dictu
Horatii vera & ſeria vox lib. 3.od.6.

> *Fecunda culpæ ſecula, nuptias*
> *Primum inquinauere & genus & domos.*
> *Hoc fonte deriuata clades*
> *In patriam populumque fluxit.*

Plinius lib.7.cap.25. *Romæ in Capitolio in capite bis bello Perſei ex-*
ta palma, victoriam triumphosque portendit : ac tempeſtatibus p
ſtrata, eodem loco ficus enata eſt, M. Meſſalæ C. Caſſii cenſorum luſ
A quo tempore pudicitiam ſubuerſam Piſo grauis auctor prodidit.

Eod. *Dotem non vxor marito.*) Solonis etiam lex in eam m
promulgata fuit : quia nolebat μισθοφόρον οὐδ' ὤνιον εἶναι τὸν γάμ
Similis lex Lycurgi apud Plutarchum, ſed in alium finem. Sed
dem mens, quę Soloni, procis illis Teutonis fuit haud dubie. S
Grammaticus libr. 8. *Altera Germanis quod venalia quondam*
bant eſſe connubia.

Eod. *Noua nupta comatur.*) Alluſum forſan ad haſtam *cel*
rim, qua comebantur peculiari ritu nouæ nuptæ apud Roma
Rationem explicat Plutarchus, non multam ab Germano
donatione abhorrentem.

Eod. *Boues.*) Bella imagine, ad exprimendum illud iugum
ptiale. Nec Romani quidquam inter tot inuenta ſolennium
num æque idoneum excogitauere.

Eod.

Eod. *Paratus equus.*) Qui alacritatem & promtitudinem quan-[illegible]am non obſcure ſignificabat. Quamuis inferiori æuo, hoc et-[illegible]m, honorarium munus Principum ac nobilium fuerit. Helmol-[illegible]us: *Præmiſerat autem Dux munera multa & optima iuxta morem [illegible]rræ noſtræ, equos pulcerrimos ſellatos & veſtitos.*

Eod. *Sic viuendum, ſic pereundum.*) Haud moror, quod Rhena-[illegible]us alicubi ſe legiſſe adfirmat, *Sic viuentes, ſic parientes.* Et certum [illegible]t mihi Tacitum ſic ſcripſiſſe: *Si viuendum, ſi pereundum.* id eſt, ſeu [illegible]uendum, ſeu moriundum ſit. Serenus apud Ag[illegible]llium: *Si Deus, Si ea eſt.* Ennius.

> *Hæc eſt illa dies, quæ maxima gloria ſeſe*
> *Oſtentat nobis ſi viuimus ſiue morimur.*

Eod. *Rurſuſque ad nepotes.*) Mutius in Chronico citat: *Rurſus [illegible]iæ ad nepotes referantur.* Sic & editio Veneta.

Cap. 19. *Nullus conuiuiorum.*) Duo illa tentamenta muliebris [illegible]dicitiæ apud Romanos innuit, Conuiuia & Spectacula. De his [illegible]uidius copioſe. De illis alter Poeta Venuſinus:

> *Mox iuniores quærit adulteros*
> *Inter mariti vina, nec eligit*
> *Cui donet impermiſſa raptim*
> *Gaudia luminibus remotis.*

[illegible]ontra quam ſancte & ſyncere coniugii fides coleretur apud Ger-[illegible]anos teſtatur hic Tacitus. Florum etiam audi, de victoria Ma-[illegible]ana loquentem & Valerium Maximum lib. 6. cap. 1.

Eod. *Literarum ſecreta.*) Cur hoc loco de literatura? Quia fe-[illegible]inis Romanis literæ ad nequitiam magiſtræ. Ergo igitur nec [illegible]nnales, nec Hiſtoriæ vllæ ſcriptæ Germanis? Nullæ. idque Taci-[illegible]is ſupra etiam monebat. Ex memoriæ penu depromta narra-[illegible]ntur, aut canebantur res geſtæ. Narrabant patres filiis, hi pa-[illegible]um nepotibus. C. Fannii fragmentum eſt apud Nonium, quod [illegible]illo Annalium genere poſſit intelligi: *Si quid a parentibus acce-[illegible]um, protinus antiqui memoriæ tradiderunt.* licet rectius hoc inter-[illegible]etatus ſim apud Salluſtium. Morem illum narrandi maiorum [illegible]cta filiis, etiam populo Dei notum fuiſſe diſco ex Pſalmo: *Maio-[illegible] noſtri narrauerunt nobis quod operatus ſis temporibus eorum, tem-[illegible]ribus priſcis.* Poſſe tamen hoc etiam de Hiſtoria ſcripta accipi, [illegible]on ambigo. De Cimbris antiquis Saxo Grammaticus: *Nec volo [illegible]anorum antiquiores conſpicuis fortitudinis operibus editis, gloriæ æ-[illegible]ulatione ſuffuſos, Romani ſtili æmulatione, non ſolum rerum a ſe ma-[illegible]ifice geſtarum titulos exquiſito contextus genere, veluti poetico [illegible]odam opere perſtrinxiſſe, verum etiam maiorum acta patrii ſermo-[illegible]s carminibus vulgata, lingua ſua literis ſaxis ac rupibus inſculpen-[illegible]curaſſe.* Carmina illa, quæ paſſim Hiſtoriæ ſuæ interſeruit Sa-[illegible], ex eiuſmodi ſaxoſis rupibus deſumta eſſe ac verſa ipſa fate-[illegible]. Sero apud Germanos Latinæ etiam literæ receptæ ſunt ſub

Friderico II. vt ſcribit Auentinus. Nam & ipſi Annales ſuos [...] quondam Poetico contexebant.

Eod. *Adulteria.*) Sic apud Lacedæmonios. Multa adeo no[...] maiores de moribus Spartanorum retulere.

Et maritis permiſſa.) Neſcio an etiam in adulteros, vt ap[...] quoſdam. Lex Frothonis Daniæ Regis apud Saxonem Gramm[a]ticum libr 5. *Adulteros a veris coniugibus corporum parte ſpolian[dos] conſtituit, quo minus continentia flagitiis eliderctur.*

Eod. *Vitia ridet.*) Seneca de Tranq. vitæ lib. 1. *In hoc itaq; flect[en]di ſumus, vt omnia vulgi vitia nō inuiſa nobis, ſed ridicula videant[ur].*

Seculum vocatur.) Cum vitia non ſeculo, ſed moribus ho[mi]num ſint tribuenda, vt monet idem Sophus grauiſſime. Et Ma[r]tial. in Cæcilianum:

Non noſtri faciunt, tua quod tibi tempora ſordent,
Sed faciunt mores Cæciliane tui.

Eod. *Vnum corpus.*) Quomodo & reapſe accipiunt. Muſoni[us]: Τισὶ δὲ νενόμισται κοινὰ εἶναι πάντα καὶ σώματα καὶ ψυχὰς, καὶ χρήματα, τῶ[ν] ἀνδρὸς καὶ γυναικός.

Eod. *Ne tanquam meritum.*) Sana ſcriptura & merito a Pic[...]na vindicata: *Ne tanquam maritum.* Cuius dictis & hoc accedo [...] Antipatri, ex diſſertatione ipſius nuptiali: Αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι κοινωνί[αι] καὶ ἑτέρας τινὰς ἀποστροφὰς ἔχουσι. ταύτας δὲ ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν β[...] πειν τὴν τοῦ ἀνδρός. Et elegantiſſimum illud Phocionis dictum [...] δύναμαι τῇ αὐτῇ καὶ ὡς γαμετῇ καὶ ὡς ἑτέρᾳ συνεῖναι. Quæ vero ſe[...]s faciunt, illæ vt Themiſtius ait, συνοικοῦσιν οὐ συμβιοῦσιν maritis ſu[is].

Eod. *Numerum liberorum.*) Hoc vult opinor, Germanos n[u]llo legis præmio inuitatos, ſicut Romani, & ſolis naturæ ſtimulis [in]citatos liberos quærere: quod quidem ἀπὸ φύσεως καὶ καταστάσιος τινὸς ἀρχαίης ſecundum Democritum.

Eod. *Quamquam ex agnatis.*) Lipſius malit: *ex gnatis*, Sed ag[nati] quoq; gnati dicūtur, hoc eſt, quicunq; poſt nuptiarum ſollemni[ta]tatem adnaſcuntur. Cicero de Orat. *Num quis eo teſtamento, quod Paterfamilias ante fecit, quam ei filius natus eſt, hereditatem petit[...]mo. quia conſtat adnaſcendo rumpi teſtamentum.* Gloſſarium ve[tus]: *Adgnatus* ἐπίγονος. Et: ἐπιγονή *Suboles.*

Cap. 20. *Sua quemque mater.*) Nobilis eſt diſputatio Phauc[ini] apud Agellium libr. 12. cap. 1. ex qua non parum laudis ac o[rna]menti accedit feminis illis noſtratibus.

Nec virgines feſtinantur.) Propiores puto trigeſimo, quam vi[ce]geſimo anno. Cur autem ita?

Μακρὰ γὰρ ἰσχὺς μᾶλλον ἀρρένων μένει.
θηλείας δ' ἥβη θᾶσσον ἐκλείπει δέμας.

vt Euripides dixit: Horrida illa ac bellicoſa terra pari robor[e at]que vi mentis fœminas ac viros producebat. Varro de Re Ru[st.] lib. 2. cap. 1. *Nec non etiam hoc, quas virgines ibi appellant nonnunquam*

anni-

annorum x x. quibus mos eorum non denegauit ante nuptias vt succumberent quibus vellent, & incomitatis vagari vt liceret & filios habere. Loquitur de virginibus Illyricis. Sed quid miri aut noui in illo numero deprehendit Varro? Nonne videtur scripsisse potius? *annorum x x x.* quod pleræque illic virgines, sicut apud vicinos Germanos, post trigesimum demum ætatis annum nupserint. Nicolaus de populis quibusdam Africanis: Τῶν δὲ θυγατέρων ἀρίστας εἶναι, τὰς πλεῖστον χρόνον μεμενηκυίας παρθένους.

Eod. *Pares validique.*) Theodorus apud Stobæum apposite: Ἰσμὲν δὲ ἅπαντας ἀνθρώπους ἐπειδὰν ἐξ ἡλικίας ἀνίωσι πρὸς γάμους ὑπεχθῶσι πέρα τοῦ μετρίου νεότητος εἰωθότας ἠπατᾶν.

Eod. *Sororum filiis.*) Apud Æthiopes idem mos, vt ex Nicolao Stobæus refert. Sed ibi male interpretati sunt ἀδελφῶν υἱοὺς fratrum filios, cum sororum debuerint.

Eod. *Nec vlla orbitatis.*) Recte hunc locum intelligit, & erudite exponit Curtius Pichena. Eodem, quo ille multa, & Taciti imprimis retulit: illud refero Senecæ Consolat. ad Martiam: *Vt minime probabili, sed vero solatio vtar: In ciuitate nostra plus gratiæ orbitas confert, quam eripit. Adeoque senectutem solitudo, quæ solebat destruere, ad potentiam ducit; vt quidam odia filiorum simulent & liberos eiurent & orbitatem manu faciant.* Hæret ibi mendum perspicuum, & si quid video, emendandum est: *quæ solebat destruere agmen potius ducit.* Vitium fortassis ex vitiosa scriptura: *acmen potius.* Martial. ad istas orbitates respexit lib. 4. Epig. 56.

Munera quod senibus viduisque ingentia mittis,
Vis te munificum Gargiliane vocem.
Sordidius nihil est, nihil est te spurcius vno,
Qui potes insidias dona vocare tuas.

Plinius lib. 14. *Postquam cœpere orbitas in auctoritate summa & potentia esse, captatio in quæstu fertilissimo.*

Cap. 21. *Luitur enim.*) Luebatur homicidium apud Germanos multa pecuniaria. ita receptum apud Cimbros fuit, vsq; ad Christianum III. Regem, qui capital serio introduxit.

Eod. *Iuxta libertatem.*) In liberis populis, inimicitiæ periculosæ quibus potentia dissoluitur, qua nisi integra solidaque hostibus obuiam iri non potest. Videtur adumbrasse, vt solet ex Thucydide, lib. 4.

Eod. *Hospitiis.*) Nonne & reliquæ gentes Arctoæ. De Scythis ac Sarmatis, nulli ignotum. De Sclauis, testatur Leo Imperator, & Helmoldus. Saluianus lib. 7. *Franci mendaces, sed hospitales. Saxones crudelitate efferi, sed castitate mirandi.* Vindicant hodieque sibi laudem illam priscam Franci mei Orientales. Illud mirere, quod Nicolaus scribit de Celtis, id est, Gallo Germanis: Μείζω δ' ἐστὶν ἐπιζημία κτείναντι τὸν ξένον ἀνελόντος, ἢ πολίτην. ὑπὲρ τοῦ μὲν ξένου γὰρ θάνατος ἡ ζημία ὑπὲρ τοῦ δὲ πολίτου φυγή.

Eod. *Arcere tecto.*) Propterea τὰς θύρας τῶν οἰκῶν οὐδέποτε κλείουσι, idem Nicolaus narrat.

Cap. 22. *Plerumque in diem.*) Somniculosum genus, Germani, Sarmatæ etiam & alii septemtrionales, opinone Italorũ veteru. Caussa in natura magis, quam consuetudine. Nescio quid Aristoteles de locis palustribus & frigidis, Problem. ὅσοι περὶ κρήνας,

Eod. *Sepius calida.*) Res ea ipsis exitio fuit apud Aquas Sextias. Plutarchus Mario: τούτοις τὸ ῥεῖθρον ὀλίγοι προσεμάχοντο τῶν πολεμίων. Ἔτυχον γὰρ ἀριστῶντες οἱ πολλοὶ μετὰ λουτρὸν, οἱ δὲ ἐλούοντο. ῥήγνυσι γὰρ αὐτόθι ναμάτων θερμῶν πηγὰς ὁ χῶρος.

Eod. *Sæpe cæde & vulneribus.*) Credo doctissimo & acutissimo Lipsio, qui Persarum mores ait persimiles fuisse Germanorum. Ego idem fere de Thracibus adferam. His enim hæ quoq; sanguinolentæ compotationes vsurpatæ. His Deorum maxime Mercurius cultus. Apud hos dotem non vxor marito, sed maritus vxori offert. Agricultura nullo pretio est. Otiũ otiosum etiam hono ducitur. Conuiuia & potationes creberrimæ. & alia.

Eod. *Vulneribus transiguntur.*) Ex formula Iuris Romani, quibus sollemniter vtitur hoc libello Tacitus, legerim: *Vulneribus transigunt.*

Eod. *Aperit adhoc.*) Paruula licentia lego: *adhoc*: Sallustianum est. nec longius abeo cum Pichena.

Cap. 23. *Ex ordeo aut frumento.*) Dio de Pannoniis: τὰς δὲ κρίθας καὶ τὰς κέγχρους καὶ ἐσθίουσιν ὁμοίως καὶ πίνουσιν. Cetera de cereuisia fusius Parergis cap. 16.

Eod. *Ibi simplices.*) Pultiphagos etiam fuisse constat. Plinius lib. 18. cap. 17. *Primum omnium frumenti vitium auena est, & hordeum in eam degenerat, sicut ipsa frumenti fit instar: quippe cum Germani populi edant eam, neque alia pulte viuant.*

Eod. *Recens fera.*) Panegyrista ad Constantinum: *Aut trucem Francum sola ferina carne distentum.* De victu tali insolentius & asperius etiam Mela prodidit.

Eod. *Haud minus facile vitiis.*) Hic sensus est: Germanos vbi processus magnos fecerint in potatione, ad varia vitia prolapsos. Nam vt grauissimus Seneca ad Lucillium scribit: *Omne vitium ebrietas & incendit & detegit.* Mouet me tamen Lipsius ex libro Bambergensi adducens: *Haud minus facile vino, quam armis vincentur.* Dicit Germanos ingentem vim meri capere. quod si suppeditaueris, eo hauriendo non minus inuictos cluere, quam armis. Sane hoc loco de bibacitate & ebrietate Germanorum, non de ipsorum vitiis agit.

Eod. *Tanta lucrandi.*) Sidonius de Theoderico: *Putes illum & in calculis arma tractare. Sola est illi cura vincendi.*

Eod. *Voluntariam seruitutem.*) Seneca: *Nulla seruitus turpior est, quam voluntaria.*

Eod.

Eod. *Ipsi fidem vocant.*) Praue quidem in re praua. Sed tamen ostis in ipso Romanæ vrbis theatro quoque visum *Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse* Tacit. Ann.16. Suet. Claudio.

Cap. 25. *Per familiam ministeriis.*) De his ministeriis eleganter Seneca ad Lucillium epist. 46.

Cap. 26. *Ideoq; magis seruatur.*) Hæc ad votum *ignotum* referenda. Illa, inquit, ignorantia magis seruatur, id est, minus facit peccare, quam legum auctoritas. Fit enim nescio quo humani ingenii vitio, vt magis vetita persequamur vitia. Peccare autem in leges, id vero hominibus non familiare tantum, sed naturale etiam. ἢ οὐκ ἔστι νόμος, ὅστις ἀπείρξει τούτου, vt præclare Thucydides lib.3. Sic vulgatam lectionem defenderim.

Eod. *Per vices occupantur.*) Quomodo id factum sit, quærunt viri doctissimi. Cæsarem id declarare existimo lib.4. vbi de Sueuis in hunc modum scribit: *Si centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula millia armatorum, bellandi caussa, suis ex finibus educunt. reliqui domi manent, pro se atque illis colunt. hi rursus inuicem anno post in armis sunt, illi domi remanent.* An enim hoc non est agros per vices occupari a pagis seu vicis? Ne blanditur quidem altera lectio libri Bambergensis. De vicariis eiusmodi agris Getarum Horatius:

Nec cultura placet longior annua
Defunctumque laboribus
Æquali recreat sorte vicarius.

Eod. *Prata sepiant.*) Ita restituit ex libr. vet. Rhenanus. Mihi videtur vis quædam facta Tacito, in transpositione verborum, & primitus ita exaratum fuisse censuerim: *vt pomaria conserant, prata rigent, hortos sepiant.* Non æque notæ irrigationes hortorum ac sunt pratorum. De sepibus hortorum plena manu Columella passim. Vnde & ipsi horti sepes dicuntur. Virgilius:

Sepibus in nostris.

Sed appositissime Tertullianus aduersus Marcionem:

Flosculus de sepibus, non de prato.

Cap. 27. *Certis lignis.*) Idem Saxo: *Deinde rogum exstruit, Danis inauratam Regis sui puppim in flammæ fomentum conicere iussis.*

Sua cuique arma.) Saxo Grammaticus libr. 8. *Cumque superiectum ignis cadauer absumeret, merentes circuire proceres impensiusque hortari cunctos cœpit, vti arma, aurum & quodcunque optimum esset, liberaliter in nutrimentum rogi sub tanti taliterque apud omnes meriti Regis transmitterent.*

Eod. *Feminis lugere.*) Nihil Tacitus de opinione Germanorum, circa animæ statum: quod miror. Credebant enim cum Gallis animas esse immortales, ob quam caussam fortissime etiam in acie pugnantes, vitæ satis prodigi erant. Appianus eo nomine de iis scripsit: καὶ τὴν ζωὴν θρασύτατοι, καὶ θανάτου καταφρονητικοί

δι ἐλπίδα ἀναβιώσεως. Mela de Druydibus lib. 3.c.2. *Vnum ex iis q. præcipiunt, in vulgus effluit, videlicet vt forent ad bella meliores, at. nas esse animas, vitamque alteram apud manes.*

Cap.28. *Diuus Iulius tradidit.*) Locum illum C.Iul.Cæsaris p. stringit lib.6. *Fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute supe. rent & vltro bella inferrent, ac propter hominum multitudinem ag. que inopiam, trans Rhenum colonias mitterent.* Hæc est migratio Bellouesi & Sigouesi Celtarum, de qua Liuius.

Eod. *Vt quæque gens eualuerat.*) Μεθανασταῖς γὰρ δέδεκται τῶν τ. στενοχώρων εἰς τοὺς ἀσθενεστέρους ἐξαναστάντων, inquit, Strabo.

Eod. *Herciniam siluam.*) *Orciniam* appellasse Græcos Cęsar sc. bit libr. 6. Prauius etiam quam Latini. Hi enim Germanicum v. cabulum Hirtzenwald/in saltum Hercinium haud dubie corrupe. Significat autem ea vox ceruorum siluam. Alii de hac silua ἐτυμ. λογοῦντες mirifice nugantur.

Eod. *Mœnumque amnes.*) Ante Tacitum & Plinium paucissi. ctum hoc flumen. Atqui post Danubium, Rhenum, Albim, præ. puum Germaniæ. His enim tribus hoc quartum addo: eum ita. iam haud dubie sentiat Marcianus, qui scribit in Germania le. ποταμοὺς ἐπισήμους δ'. *Manim* appellat Mela lib.3. Guntherus, Re. no, alii posteriores *Moganum*. Hinc Moguntiaci nomen, quam is veteres maluerint *Maguntiacum*.

Eod. *Vlteriora Boii.*) Illa ipsa loca esse, quæ nunc Boiemia di. tur, non amplius est quærendum. Hæc regio vltra Mœni fontes continuo incipiebat Herciniæq; bona parte insinuabatur. Strabo lib.7. ex Posidonio: φησὶ δὲ καὶ Βοΐους τὸν Ἑρκύνιον δρυμὸν οἰκεῖν πρότερον. Eo autem commigrauerant Boii, cum a Camillo pulsi Pano. niam eique vicinas regiones occupauerant. Lege Appianum in Il. lyricis. Pausaniam in Phocyde. Iustinum li.33. Athenæum Dipno. soph. lib.5.

Eod. *Boiemi nomen.*) Strabo libr. 5. Ἐν οἷς ἐστὶ καὶ τὸ Βουίαιμον, τὸ τοῦ Μαροβόδου βασίλειον. Sic in antiquiorib. libris legi eruditi viri testes sunt. Quo nomine hodie tota natio appellatur, nec dubium quin a veteri illo Boiæmo, vel Boiemo. Puto Teutonas illos dixisse *Bi. haim*. Eginhardus: *Welatabi, Sorabi, Abotriti, Boihæmi.* Paterculus: *Sentio Saturnino mandatum vt per Chattos, excisis contin. tibus Herciniæ siluis legiones Boiohæmum (id regioni quam inle. bat Maroboduus nomen est) duceret.* Ptolomæus tamen: Μεγάλοι. νος, οἱ Βαίμοι. Herciniam etiam Κολδούλους habitasse ait Strabo. Obscuri populi, fateor. Nec temerarium est viros doctos de men. do suspicari. Liber vetus Casauboni Κολδούων habet. *Colduos* lege. rat apud Strabonem Mutius in Chronico.

Eod. *Loci veterem.*) Bambergensis vocula auctior: *Veterem vi. memoriam.* Videant eruditi an non veram excogitauerim lectio. nem. hoc scio non esse absurdam: *Significatque loci, & veterem*

vi

cinia memoriam. Fuerit *via* per compendium literarum scri-
um, pro *vicinia*. Si bene coniicio vult Tacitus indicare & vrbem
vicinam regionem dictam fuisse Boiæmum. Nam Strabo *re-*
am, & Paterculus *regionem* nominat. Videant inquam, an pro-
coniecerim, doctiores & acutiores. Ego me non commemini
b Parnasso somniasse, vnde sic repente vates prodirem.

Eod. *Arauisci.*) Gentem Galllicam intelligit manifesto. At nul-
hoc nomine, quod sciam, vsquam. Plane *Taurisci* legendum
it intelligendum certe videtur. Hi cum Boiis eiectis postea ad
copiora Istro loca se contulerunt. Strabo libro 5. Plinius eos a
rgo montis Claudi collocat libr. 3. cap. 12. Ptolemæus ad Car-
athum montem. Stephanus cum Strabone & Plinio facit: Μα-
στρικὴ χώρα τῶν Ταυρίσκων τῶν πρὸς τῇ Ἄλπεσι ὄρη. οἱ οἰκήτορες Μα-
στρικες, οἱ τοῖς Γερμανοῖς ὁμοροῦσι, Plinius tamen *Arauiscos* nominat
b. 4.

Eod. *Osi.*) Verisimile est ab his populis *Osenfurtum Franconiæ*
ppellatum, vt *Sueuifurtum*. Verisimilius sane quam a *Fosis*, vt a-
olatur Rhenanus. Sic *Francofurtum* & *Hassofurtum* a populis
raiicientibus idem flumen.

Eod. *Inopia ac libertate.*) Si animum diligentius hic aduertas,
acile legendum esse suspiceris *inopia ac vbertate*. ita aptius ad illa
adent: *eadem vtriusque ripa bona malaque*. Quibus postremis i-
nitatus est Sallustium, apud quem ad socios suos ita disseruit
Catilina: *Quia vobis eadem, quæ mihi, bona malaque esse intel-
lexi.*

Eod. *Treueri.*) Apud Strabonem legendum libr. 4. περοικοῦσι τὸν
Ῥῆνον Τρίουεροι. non Τρίουατροι. Dio etiam male Τρηουηρῆνους scribit.
Sed *Treueros* rectius Plinius, Ammianus, Mela, Itinerarium ve-
tus, & Inscriptiones appellant. Licet Saluianus quoque dixerit
Vrbs Gallorum Treuir. Horum virtus sita maxime in equitatu. id-
coque vicinis Neruiis, Belgarum fortissimis æmuli illi in affe-
tenda origine Germanica. Haud dubie enim Neruios Strabo
quoque Germanos facit τελευταῖοι, inquit, συνεχεῖς Νέρβιοι, καὶ τοῦτο
Γερμανικὸν ἔθνος. Appianus de ipsis: ἦσαν δὲ τῶν Κίμβρων καὶ Τευτόνων
ἐπίγονοι ex Iulio Cæsare lib. 2.

Eod. *Inertia Gallorum.*) Tacitus in Agricola: *Nam Gallos quo-
que floruisse in bellis accepimus mox segnitia cum otio intrauit, amissa
virtute pariter ac libertate.*

Eod. *Vangiones.*) Cæsar alio ordine *Triboces, Vangiones, Neme-
tes*. Appellatio populi Germanica, quasi captores hostium deno-
tat *Vanger*, siue *Fanger*. Gaudebant maiores illi nostri nominib. a
militari aliquo facinore sumtis & ad terrorem factis. In illum fi-
nem *Angriuarii* & *Vsipetes* composita sunt vocabula, quorum illos
Angrifer, hoc est, excursores & in principiis consistentes: hos *V-
sppeter*, id est, prælii aut certaminis postulatores interpretari non

verear. Vangionum vrbs Βορβητόμαγος Ptolemæo eſt. In veteri Iti-
nerario *Borbitomagum*. Quod imperite quidam confuderun
cum *Brotomago*, inter tres Tabernas & Argentoratum ſito vt in
Itinerario videre eſt, & apud Ammianum. Hodie *Vormatia* detri-
tis & detortis literulis, vt fit.

Eod. *Treboci.*) Cæſar & Tacitus ordinem locorum non obſer-
uant. Apte refert Ammianus lib. 15. *Dein prima Germania vbi præ-
ter alia municipia Moguntiacus eſt, & Vangiones, & Nemetes, &
Argentoratus, barbaricis cladibus nota.* Sunt autem Treboci infe-
rioris Alſatiæ populi, a tribus forſan pagis, quos habitabant ita
dicti. Terminatio erat frequens *Bach* locorum & ciuitatum. Inde
Triboci ſonant, quaſi *Tribachi*. Fallor an illis ipſis tribus Ta-
bernis ab eadem cauſſa nomen? In Tribocis enim ſitæ fue-
runt.

Eod. *Nemetes.*) Ita dicti populi inter Vangiones & Triboco
poſiti. quaſi dicas raptores hoſtium. *Nemen* enim rapere ſignifi-
cat. Ex præpoſtera Cæſaris & Taciti relatione, docti viri nouan
hoc loco populorum tranſcriptionem comminiſci non debuere.
Illud minus notum in vulgus Nemetum ciuitatem, & Nouioma-
gum dictum fuiſſe. Hoc ita eſſe fidem facit vetus Itinerarium
quod vulgo Antonini eſſe ferunt. In eo iter a Mediolano Mo-
guntiacum vſque hoc vrbium ordine diſtinguitur & conti-
nuatur;

Argentoratum
Saletionem
Tabernas
Nouiomagum
Borbitomagum
Bauconicam
Maguntiacum.

Et contraria via a Treueris Argentoratum:

Magontiacum
Brotomagum
Nouiomagum
Argentoratum.

Cui enim Rheni tractus ille notus, & ignotum hoc Nouio-
magum eſſe Nemetes? Illam autem Bauconicam nonne *Oppen-
heimium* eſſe dicemus? Alterum Nouiomagum Belgicum, videtu
Cæſar *Nemetocennam* appellare lib. 8. *His rebus confectis ad legione
in Belgium ſe recipit, hybernauitque Nemetocennæ.* Forte ita le-
gendum aliquoties in Itinerario veteri pro *Nemetacum*. quam-
uis haud neſciam doctiſſimum Suritam emendaſſe, ibi *Meneta-
cum Cenna Longa* in vicinia caſtri Norici hodieque oppidulun
vocatur. an a Cennis populis Germaniæ? Apud Xiphilinum leg-
Cennos κελτικὸν ἔθνος appellari. Ad Nouiomagum redeo. viderin
vtra

raque hodie non ignobilis ciuitas, an non mihi nomen suum, m prope vetustate abolitum restitutum acceptumque merito ferant.

Eod. *Vbii.*) Hi quasi *Vuii* dicti apparent, quasi tu Ripenses dias. Strabo lib. 4 πέραν δὲ ᾤκουν Οὔβιοι κατὰ τοῦτον τὸν τόπον, οὓς μετήγαγεν Ἀγρίππας ἑκόντας εἰς τὸ ἐντὸς τοῦ Ῥήνου. An potius a transitu Rheni apellati? *Vber* enim Germanis transitum significat. Fuisse e Germania non dubito.

Eod. *Conditoris sui.*) Salua regula sermonis posterior vocula abse potest, vt intelligatur Agrippina, non Agrippa huic vrbi nomen dedisse, secundum testimonium Taciti Annal. 12. Claudiam etiam appellatam, Lipsius docuit.

Eod. *Origine erubescunt.*) Recte Lipsius censet voculam *non* exdisse. Quare autem non erubescunt? Rationem aliquam reddis r eruditissimus. Sed remotior caussa illa videtur fuisse. quia scicet ad experiendam fidem illorum, cùm Germanici essent sanuinis, aduersus Germanos collocati fuerũt in ipsorũ solo vt scriit Tacitus Annal. Germani vero illi fuerant Sicambri. Dio: καὶ Οὔβιοι ὅμοροί τε τοῖς Συγάμβροις οἰκοῦντες, καὶ διάφοροι αὐτοῖς ὄντες.

Cap. 29. *Non multum ex ripa.*) Tacit. hist. lib. 5. de illa sedium mutione: *Extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, simulque insulam inr vada sitam occupauere.* Varii illic libri veteres apud Lipsium. In bro Budensi scriptum: *Insulam inuata sitam.* Et: *Insulam vacasim.* In aliis legebatur: *Insulam vocatam Sitam. Vada,* quidē loci omen esse apud eundem Tacitum non ignoro. Et infra sic locuus est de Æstyis: *Inter vada atque in ipso litore legunt.* Vt vt est, vix ctio vulgata sincera aut germana Cornelii sit. Legendum ne igir, doctissime Lipsi, te interrogo? *simulque insulam Batauam, diam.* Dio a mea sententia non alienus, imo pro ea: Οἷς τὸ τῶν Βαικων ἀπὸ τῆς Βαταύας τῆς ἐν τῷ Ῥήνῳ νήσου ὄνομα.

Eod. *Nec tributis contemnuntur.*) Non tantum hoc Latine sed iam eleganter dictum. Et nimia hic profecto cura magni Lipsii, licet hoc saltim minutum eius non probare, non placet. Tertullanus nescio quo libro: *Agri tributo onusti, viliores; & hominum pita stipendio censa, ignobiliora. nam hæ sunt notæ captiuitatis.*

Eod. *In vsum præliorum.*) Idem Tacit. Hist. lib. 4. *Nec opibus Romanis, societate validiorum adtriti viros tantum armaque imperio ministrant.* Et alicubi Bataui. *Sibi non tributa, sed virtutem & vires dici.* In priori exemplo inutilem arbitror vocem τὸ *Romanis.*

Eod. *Mattiacorum gens.*) Mattiacos locat circa Attanum & Nouesium opida Ptolemæus Martialis Mattiacas pilas, lemmate elebrauit. iis rufabant Romæ capillos. Inde & aliud eiusdem dichon interpreter.

Caustica Teutonicos accendit spuma capillos.
Captiuis poteris cultior esse comis.

Plinius lib.31.cap.2. *Sunt & Mattiaci in Germania fontes trans Rh-num, quorum haustus triduo feruet.* Qui Mattiacos illos Marpurg conuenire arbitrantur, næ illi parum fidei Ptolemæo & Plin grauissimis auctoribus, tribuere videntur.

Eod. *Imperii reuerentiam.*) Ex quo tempore Germanicus ill Transrhenanos populos debellauerat. Strabo lib.7. Ἐστὶ δὲ ἡ Σάλα ποταμὸς ὁ μεταξὺ καὶ τοῦ Ῥήνου πολεμῶν ἡ κατορθῶν Δροῦσος ἐτελεύτη ὁ Γερμανικός. Referre volebam ad Domitianum, sed deterruit o natum infamia illius victoriæ. Pichena hæc omnia ad Traianu refert. quod nihil me mouet. Scio enim illam limitis & impe Romani amplificationem Ælianam, ad orientem potius & r-brum mare, quam ad Germanos spectare. Orosius libr. 7. de Tr-iano: *Mox Germaniam trans Rhenum in pristinum statum redux.* Ita est. non limitem promouit, sed præsidia noua imposuit.

Eod. *Solo & cælo.*) Feroculus adhuc esse ait Mattiacos & Ba-uis acriores, quod veteri solo & cœlo animentur. In Batauos a-tem cadere illud Græcorum dictum: οἱ τρόποι ἐξομοιοῦνται τοῖς τ-ποις.

Eod. *Qui Decumates agros exercent.*) Congrua interpretatio L-psiana & opido quam erudita. Eo ipso autem quod Decuma agros colerent, Germanis minus annumerandos censuit Ta-tus. Tantum enim aberat, vt alienos agros occuparet possidere que colendi caussa, cupidissima belli gens, vt etiam proprios s-que deque faceret. At apud Gallos singulare studium fuit agricu-turæ. Quod Germani vsque eo non probarunt, vt ob id Gallis i-ertiæ nomen imponerent.

Eod. *Dubiæ possessionis.*) Eodem argumento alibi vsus est: *Qua-tulum enim amnis obstabat, quo minus, vt quæque gens eualuerat, o-cuparet permutaretque sedes promiscuas adhuc & nulla regnorum p-tentia diuersas.*

Eod. *Limite acto.*) Nil mutem. Nonne eadem forma Cæsar -xit, *Vineas & turres agere?* Virgilius *agere testudinem?*

Cap.30. *Durant siquidem.*) Albertus Crantzius locum hunc a distinctum apud Tacitum legerat: *Non ita effusis ac palustribus -cis, vt ceteræ ciuitates, in quas Germania patescit, durant. Siquid -colles paulatim rarescunt.* Magis clara sententia. Loquitur Taci s de ciuitate, quæ initium sedis & caput gentis illius fuerat.

Eod. *Rationis ac solertiæ.*) Quæ Tacitus hic largiter in laud n Cattorum effundit, ea idem Albertus ille Saxonibus vnde vi i-pertienda esse contendit. Quod nihil aliud est, quam quæ singu s populis debentur singula, ea vniuersis promiscue tribuere. Atqui Tacitus supra testatus est, se singularum gentium mores & in -tuta expositurum, qui ne Cheruscos quidem, Vsipetes, Tenc -ros, Sicambros, Caucos vicinos Cattorum huius laudis comp -tes facit. Tanta nonnullorum ambitio est, vt vel falsarii fieri p-opte

ptent, dummodo patriam peregrinis & alienigenis laudibus ex-llant.

Eod. *Ratione disciplinæ.*) Verior haud dubie lectio altera ex cod. amberg. *Nec nisi Romanæ disciplinæ concessum.* Seuerus apud Lam-idium: *Disciplina maiorum remp. tenet. quæ si dilabatur, & nomen omanum & imperium amittemus.*

Eod. *Plus reponere in Duce.*) Eam rationem & reliquos Germa-os tenuisse verisimile mihi fit, qui quidem Duces ex virtute, non nobilitate sumserint. Philippus Macedo prudentissimus & cal-lidissimus belli dux dictitabat, Meliorem esse exercitum ceruo-um duce leone, quam leonum exercitum duce ceruo.

Eod. *Ferramentis quoque.*) Apparet de industria Cattos Roma-orũ disciplinam æmulatos fuisse; cũ ceteri victi etiam tale quid inime fecerint aut pertulerint. Florus lib. 4. *Quippe Germani vi-i magis, quã domiti erant: moresq; nostros magis, quã arma sub Impe-atore susceperant.* Cura Romanorũ non postrema erat vt deuictis ationibus armorum suorum disciplinam traderent, electis ad id egotii certis magistris. Tacitus in Agricola, de cohorte Vsipio-um: *Occiso centurione ac militibus, qui ad tradendam disciplinam nmixti manipulis exemplum & rectores habebantur.*

Cap. 31. *Rara & priuata.*) Nescio q̃ mihi nebulę hic obiectæ. Dis-ellam non aliter, quam interpunctione, sed & emendatiuncula ortassis: *Et aliis Germanorum populis vsurpatu rara est priuata cu-usque audentia apud Cattos in consensum vertit.* Ait raro ceteris Germanis singulis, vsurpari in præliis audentiam: apud Cattos ta contra esse, vt in consensum verterit. Meliorem qui adtulerit ulgaris lectionis interpretationem eum lubentius sequar.

Eod. *Crinem barbamque submittere.*) Fuit ergo virtutis argu-entum apud Germanos tonsi capilli & barba rasa. Tõdebantur on totum caput, sed sinciput tantum. Reliqui capilli promissio-es a plerisq; in nodum constringebantur obliquati, vt præter ce-eros vsurpasse refert Cattos, Cornelius noster. Tondendi sincipi-s antiquissimus est mos, & de Abantibus ab Homero celebra-us: Mysis etiam & Arabibus non ignotus. Sed ab illa caussa Ger-anis patrius communisque, a qua & his fuit, de quibus Plutar-hus in Theseo: Ἀλλ' ὄντες πολεμικοὶ καὶ ἀγχέμαχοι, καὶ μάλιστα δὴ πάν-των εἰς χεῖρας ὠθεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις μεμαθηκότες. Et deinde: ὅπως ἂν μὴ παρέχοιεν ἐκ τῶν τριχῶν ἀντίληψιν τοῖς πολεμίοις, ἀπεκείραντο. Sic in-elligimus Germanos etiam, crines quos in fronte alebant con-trictos in posteriorem partem reiicere solitos, ne in prælio obes-ent. Sed Francos in frõte sparsisse legimus apicem illum, credo vt terribiliores viderentur: Cũ enim vultu truci a se essent, hoc ẽt fe-rociam augere videbatur, vt vere apud Plutarch. Lysander dixerit: κόμη τοὺς μὲν καλοὺς εὐπρεπεστέρους ὁρᾶσθαι ποιεῖ, τοὺς δὲ αἰσχροὺς φοβερω-τέρους. Quod de Francis dixi, verum esse probo Sidonii verbibus:

Hic quoque monstra domat, rutili quibus arce cerebri
Ad frontem coma tracta iacet, nudataque ceruix
Setarum per damna nitet.

Eod. *Ignominiosum.*) Scire libeat caussam, Fallor ego, an hoc i[…] eo fecere Catti, quia oculis aut busue acceperant; gestamen id [...] uorum peculiare esse apud Romanos. Igitur seruili quoq; insig[...] in cædem hostilem caput obligabant.

Eod. *Plurimis Cattorum.*) Distinguendum: *Plurimis Cattor[um]* *hic placet habitus. Iamque canunt insignes.* De habitu plurium di[x...] nunc & de paucorũ insigniumq; subiicit. Suspecta tamẽ mihi [...] *Iamque*, quę nullo modo exprimit habitũ insigniũ illũ Cattoru[m]. *Canent*, inquit, *insignes*. An capite tantũ & cristis? An toto corpo[re]? Plutarch. in Mario de Cimbris an Teutonis Κράνη μὲν εἰκασμένα [...]είων φοβερῶν χάσμασι καὶ προτομαῖς ἰδιομόρφοις ἔχοντες ἐπαιρόμενοι [...]φοις πτερωτοῖς εἰς ὕψος ἐφαίνοντο μείζους. Non ausim tamen leg[ere] apud Tacitum: *Casside canent insignes.*

Eod. *Vultu mitiore.*) Mutant in *Cultu mitiore.* Non placet. Ap[ud] Plutarchum dicuntur: δυσπρόσωποι τὰ εἴδη.

Eod. *Prodigi alieni.*) Talia Helmoldus de Sclauis: *Eo fortior[em]* *quemque quo profusiorem iactitantes.*

Cap. 32. *Certum iam alueo Rhenum.*) Mela: *Mox diu solidus & c[er]*-*to alueo lapsus.*

Eod. *Vsipii.*) Alii Vsipetes appellant, cuius nominis ration[em] supra explicaui. Eos Dio collocat κατὰ τὴν Βαταύων νῆσον. Mart. li[b.]

Sic leue flauorum valeat genus Vsipiorum.

Apud Strabonem deprauate legitur adhuc Νουσίπων, pro Ουσιπ[ῶν].

Cap. 33. *Bructeri.*) Ariolabar supra an dicti potius essent *Bruct[eri]*. Constat n. cũ hos Cheruscis ea loca habitasse, vbi hodie Westpha[-]lia. Apud Strabonem vulgo excudebatur Βουκτέρων. quod nescio [an] recte mutauerit eruditissimus Casaubonus in Βουσακτέρους. Neca[-] men negauerim populos aliquos Βουσακτέρους fuisse, a malo & stri[-] li agro sic dictos. Hinc familia haud dubie, illustris *Buseckeror[um]* cuius & Dithmarus meminit lib. 6.

Eod. *Chamauos.*) Qui aliquando Frisiorum arua incoluere[...] ste Tacito lib. 16. Annal. Apud Strabonem isti populi recensent[ur] Συγαμβροί τε καὶ Χαῦβοι καὶ Βουκτεροὶ καὶ Κίμβροι Καῦκοί τε καὶ Καουλκ[οὶ] Καμψιανοί. Fateor me nescire, & qui sint Chaubi & qui Caul[ci]. li. De Chaubis quidem malebam *Chamauos* facere, quam ill[i qui] essent perpetuo ignorare. Non est vero simile Strabonem nu[l]lam plane mentionem fecisse Chamauorum, qui satis clari populi [fue]re. Meminit eorum aliquoties Tacit. lib. 13. Ergo sicut apud Stra[bo]nem subiere Chaubi pro Chamauis, ita apud Eumenium Rh[...] rem Cauni. vtrunque vitium ex compendio literarum prou[en]it. Eumenius ad Constantinum: *Arat ergo nunc mihi Caunus & [Fri]sius.* Non cunctanter emendo *Chamauus & Frisius.* Æque n[...]

rifica lectio apud Nazarium, alterum Panegyristam. *Quid memorem Bructeros, quid Clamosos, quid Eruscos, Vangionas, Alemannos, Tubantes? Bellicum strepunt nomina.* Quid ni enim legendũ dicam? *Quid Chamauos, quid Cheruscos.* Tacitus eosdem populos coniungit in Annalibus. Alio loco idem Strabo cõmemorat nescio quos Καμψανοὺς, vbi scilicet Καμψιανοὺς ex hoc loco restituerim. Et apud Stob. citat aliquoties Καυσιανοὺς Nicolaus; deprauate opinor ἀντὶ τῶν Καμψιανῶν. Nusquã enim Cauhani fuere. Amo Strabonem & admiror. liceat igitur & istum ipsius locum per hanc occasionem magni tamen Æsculapii ipsius Casauboni venia & fauore sanare cum id tentauerim tantum nuper in Animaduersionibus in Valerium Maximum. Scribit itaq; Strabo lib. 2. τῶν τε Ῥωμαίων καὶ εἰς τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν ἐμβαλλόντων μετὰ στρατιᾶς νεωστὶ, ἧς ἡγεῖτο ἀνὴρ φίλος ἡμῖν καὶ ἑταῖρος Αἴλιος Γάλλος. Commemorat ecce Ælium Gallum amicum ac sodalem suum, Romanæ militiæ Ducem in Arabia Felici. Celebris fuit ista ætate Ælius ille Gallus, & rei militaris peritia insignis, & tamẽ eius nomen apud eundem Strabon. lib. 7. non tantũ obscuratũ hactenus, sed penitus sublatum. locus ita habet: Ἔπι γὰρ ἐφ' ὑμῶν γοῦν Αἴλιος Κάτος μετῴκισεν ἐκ τῆς περαίας τοῦ Ἴστρου, &c. Alias legi Αἴλιος Κάτων ait Casaubonus. Ego satis intelligo Strabonem de illo ipso suo Ælio Gallo loqui: ideoq; legendum esse apud Geographum Αἴλιος Γάλλος. De hoc ipso Gallo Plin agit lib. 7. cap. 28. Sed eiusdẽ alterũ nomen apud Corn Tacit. quoq; corruptũ exstat vsq; huc: *Huic a Considio Pratura functo obiectabatur Velii Galli* (lego audacter *Ælii Galli*) *amicitia, q punito Seiano, in hortos Põponii, quasi fidissimũ ad subsidiũ perfugisset.* li. 15. Ann.

Eod. *Angriuarii.*) Alii sunt Ansiuarii apud Tacitum. *Angeriuarii* apud Orosium dicuntur. Angrarii in annalibus priscis Francicis: *Angrarii cum suis primoribus ei occurrunt.*

Eod. *Maneat quæso.*) Simile votum Mamertini in Genethliaco ad Maximianum: *Vndique se barbaræ nationes vicissim lacerent & excidant alternis dimicationibus & insidiis clades suas duplicent, & instaurent.*

Cap. 34 *Dulgibini.*) Et hi Dulgibini & illi Chasuari, nusquam mihi præterquam hic lecti. Affert ex Tacito in Chronico suo Mutius *Tasuarios.* Si vulgatæ lectioni magis standum, erunt *Chasuarii.* illi quos Strabo χαττουαρίους appellat.

Eod. *Maioribus minoribusque.*) Sic & Plin. distinguit lib. 18. cap. 1.

Eod. *Romanis classibus.*) A Germanico vt Tacitus Annal. 2. refert. Dio ait ipsum διὰ τῆς λίμνης ad Chaucos tantum peruenisse,

Eod. *In Herculem inquiri.*) Arrianus Periplum maris rubri sic finit: τὰ δὲ μετὰ τοὺς τόπους τούτους διά τε ὑπερβολὰς χειμώνων, καὶ πάγους μεγίστους δυσβάτων τε τόπων, εἴτε καὶ θεία τινὶ δυνάμει θεῶν, ἀνερεύνητά ἐστιν. Credebant enim antiqui nefas esse ac Deorum menti contrarium, maris ac terrarum secretiora & abstrusa perscrutari.

Eod. *Credere quam ſcire.*) Præceptum illud Philetæ videtur i
mentem fuiſſe Tacito:

θεὸν νόμιζε, καὶ σέβου, ζήτει δὲ μή.

Deum cole atque crede. noli quærere.

Cap. 35. *Quieti ſecretique.*) Tacitus magis ſuum tempus, qua
præterita conſiderauit, cum iſta de Chaucis ſcripſit. Ait enim An
nal. 11. *Per idem tempus Chauci nulla diſſenſione domi & morte San
quinii alacres, inferiorem Saxoniam incurſauere.* Sic libr. 4. narra
tur Anſiburii quoque a Chaucis, ſedibus deturbati.

Eod. *Vt ſuperiores agant.*) Conſectatur fonticulos Thucydidi
apud quem Corinthii diſſerunt: *τὸ γὰρ μὴ ἀδικεῖν τοὺς ὁμοίους, ἰσχυρ
τέρα δύναμις.*

Cap. 36. *Inter impotentes.*) Sic paulo ante de Chaucis: *Sine cup
ditate ſine impotentia.* Idem πολιτικώτατος Thucydides ait ius natu
ræ eſſe *τὸν ἥσσω ὑπὸ τοῦ δυνατωτέρου κατείργεσθαι.*

Eod. *Modeſtia ac probitas.*) Acuta ſententia. Solet cum victori
bona fama victorem ſequi, armiſq; ſuperior etiam cauſſa meli
videri. Contra in victo Modeſtia ac Probitas viguere? illa ignaui
hæc ſimplicitatis vocabulo eluditur. Non multum diſſimile in i
lo Cornelii Nepotis dicto, In Datami: *Hæc eſt conditio Regum, v
caſus tantum aduerſos hominibus tribuant: ſecundos Fortunæ ſuæ.*

Eod. *Inertes ac ſtulti.*) Docta & prudens monitio an reprehen
ſio illa Athenienſium ad Melios apud Thucydidem lib. 5. *Τῆς δὲ
Λακεδαιμονίους δόξης, ἣν διὰ τὸ αἰσχρὸν δὴ βοηθήσειν ὑμῖν πιστεύετε) αὐτο
μακαρίσαντες ὑμῶν τὸ ἀπειρόκακον, οὐ ζηλοῦμεν τὸ ἄφρον.* *Quod vero, i
quiunt, pertinet ad opinionem, quam de Lacedæmoniis concepiſtis, ſu
pte verecundia impulſos vobis auxiliaturos, in ea re veſtram quide
ſimplicitatem probamus, ſtultitiam non laudamus, nec imitamur.*

Eod. *Et Foſi.*) Fracti & ruina illa Cheruſcorum, & obliuione
mul ita tecti ac ſepulti, vt vix nomen ſupereſſet abſque Tacito f
ret. Idem de *Oſis* dico.

Cap 37. *Germaniæ ſinum.*) Strabo ait omnium populorum
Oceanum vergentium, & a Rheni oſtiis ad Albim pertinentiu
γνωριμωτάτους εἶναι Συγάμβρους καὶ Κίμβρους.

Eod. *Cimbrorum arma audita ſunt.*) Breuiariũ Liuianum. *Ci
bri gens vaga, populabundi in Illyricum venerunt. ab iis Papyrius Ca
bo Cos. cum exercitu fuſus eſt.* Hoc eo anno accidiſſe conſentit cu
Tacito Iulius Obſequens & Eutropius.

Eod *Multa inuicem damna.*) Paterculus: *Multis mox noſtris ſu
que cladibus nobiles.* Multos ingentes Duces & exercitus in pa
Romanorum obtritos Plutarchus in Mario ſcribit.

Eod. *Regno Arſacis.*) Ciuilis apud Tacitum compoſita illa o
tione ad Gallos: *Seruirent Syria Aſiaque, & ſuetus Regibus oriens*

Eod. *Acrior eſt Germanorum libertas.*) Acrimoniam illam G
manorum expendit & extollit in immenſum Plutarchus: *θυμὸν*

θάλμων αὐτοπτῶν τε τῶν χειρῶν ἔργα περὶ τὰς μάχας ὀξύτητι καὶ βίᾳ πυρὸς κρατῶσιν. Idem Ciuilis apud Tacitum iacit: *Multos adhuc in Gallia viuere ante tributa genitos. Nuper certe caeso Quintilio Varo, pulsam e Germania seruitutem.* Plin. libr. 16. De Chaucorum misera: *Et hae gentes certe si vincantur hodie a Pop. Rom. seruire se dicunt. Ita est profecto, multis Fortuna parcit in poenam.*

Eod. *In ludibrium versa.*) Idem nomen imponit Hist. lib. 4. *Pater eius multa hostilia ausus, Caianarum expeditionum ludibrium impune spreuerat.*

Eod. *Expugnatis legionũ hibernis.*) Spectat huc quod Tacit. narrat in Agric. *Tot militares viri cũ tot cohortib. expugnati & capti, nec iam de limite imperii & ripa, sed de hibernis legionũ & possessione dubitatũ.*

Eod. *Triumphati magis quam victi.*) Fuit egregius ille triumphus Romae & in Italia tota derediculo. Suggillat Plinius ad Traianum, & Tacitus in Agricola.

Cap. 38. *In commune Sueui.*) Dio idem scribit: Καὶ οἱ μὲν πέραν τοῦ Ῥήνου, ὥστε γ' ἀκριβές εἰπεῖν. πολλοὶ γὰρ καὶ ἄλλοι τούτων τῶν Σουήβων ὀνομάζεσθαι ἀντιποιοῦνται.

Eod. *Nodoque substringere.*) Sueuorum hoc proprium erat. licet a reliqui imitarentur, vt verius Germanicus quam Sueuicus nos dici posset. Seneca: *Crinis rufus & in nodum coactus apud Germanos.* De Sueuis intelligo Martialem:

Rhenique nodos aureamque vittellam:

Sueui enim Rheno viciniores. Quod porro Tacito *nodo substringere*, id est Suetonio *Subnectere comam*, de C. Caligula.

Eod. *Retro sequuntur.*) Obscurus sermo & iam olim censurae subditus a Theodoro Marcilio. Emendat ille: *Apud Sueuos vsq; ad initiem horrentem capillum, retrorsum ac saepe in solo vertice ligant.* Duplicem Tacitus capillitii ligaturam describit, relicinam & nodatam. Ea ẽt apud veteres Gallos vsurpata, vt videre est apud Diodor. Siculũ. Ego eruditissimi Galli emendationẽ lubẽs amplector.

Eod. *Principes & ornatiorem.*) Hoc ad cirros spectare arbitror, quos Iuuenalis *Cornua* appellat. Sat. 13.

Caerula quis stupuit Germani lumina, flauam
Caesariem, & madido torquentem cornua cirro.

Nec clarissimo Lipsio adsentior, qui ad intorsionem nodorum cirros refert. Principum inquam tãtum cirros fuisse credo, & nobilissimarum more gentium, apud quas eminentiores capillitii insigni a vulgo discernebantur. Tertullianus De Virgin. veland. *Debebunt & ipsi aliqua sibi insignia defendere, aut pennas Garamantum, aut crobylos barbarorum, aut cicadas Athenienſium, aut cirros Germanorum.* Iuuat quod Tacitus etiam *Ornandi* verbo vtitur, quo veteres in omni illa capitis cura frequenter vtuntur. Vnde Ancillae quibus capillorum herilium curatio *Ornatrices* dictae.

Eod. *In altitudinem quandam.*) Silius:

Triplex crista iubas effundit crine Sueuo.

Solebant opinor nodos illos aliquando religare, modo quoda[m] Parthorum & Persarum. Vnde Saxo Grammaticus lib. 7.

Horum aliquis vestis operosæ tegmine cultus
Molliter alipedem flectit, sparsumque renodat
Cæsariem & laxos patitur fluitare capillos.

Eod. *Hostium oculis ornantur.*) Proba lectio. Hostium oculis o[r]nari argute dicuntur, qui ornantur vt terrori sint. Igitur infra [e]iam dixit: *Nam primi in omnibus prælijs oculi vincuntur.* Nazari[us] ad Constantinum: *Illa armorum ostentatio & operti ferro exercit[us] qui imbelles oculos vulnerassent.*

Eod. *Semnones.*) Strabo quoq; ita appellat. Sed *Senones*, vel *Se[m]nones* rectius est. iidem enim populi sunt cum illis, quos vltra N[...] uios habitare idem Geographus testatur. De illis autem Sueui[s] Paterculus libr. 2. Et Florus lib. 4. *Sed omnes illius cardinis popu[li] Brennos, Senones, atq; Vindelicos.* Varias Gallorum in Germania[m] migrationes fuisse alibi & Tacitus & ego demonstrabimus. Qu[id] ni etiam assentiamur Lazio, qui Sueuos Senonas fuisse illos co[lli]git, quorum superbũ illud respõsum ad Alexandri Magni lega[tos] à Q. Curtio memoratur? Adriæ sinum & Iapodum viciniam tu[m] habebant.

Eod. *Auguriis patrum.*) Spontaneus ne an fortuitus versicul[us?] Fortuitus certe. Talis ille Plinii ad Traianum, Panegyrico:

Credite si cursu quondam prouectus ab illo.

quem adulescentulus pridem animaduertebam. Et hoc lib. Ta[...]

——— *atras ad prælia noctes.*

Magis apposite & sonore Virgilius non diceret.

Eod. *Barbari ritus.*) Facit hoc ad meam adsertionem de orig[ine] Senonum Gallicana. Galli enim *Esum* atque *Teutatem* huma[no] cruore placabant, teste Lactantio. Lege præterea Strabonem l[ib.] 4. Cæsarem lib. 6. Amplius etiam adfirmarim Gallos Mercurii c[ul]tum ac honores in Germaniam inuexisse, cum eundem max[ime] coluerint, vt oculatus testis est Iul. Cæsar. Vsus autem simili ar[gu]mento Tacitus in Agricola: *Gallos vicinum solum occupasse cr[edi]bile est. Eorum sacra deprehendas superstitionum persuasione.* Loq[ui]tur de vicino Britanniæ solo.

Eod. *Centum pagis.*) Cæsar hoc de Sueuis in commune tra[dit,] sed ex fama, non ex vero. Plus Tacito credimus, qui & viderat [...]tim & ex propinquo expiscatus fuerat pleraque, aut deniq; a[pud] Plinium, qui pleraq; illa loca oculis vsurpauerat, legere potui[t.] illos diligentissimi auctoris xx. libros De bellis Germanicis tu[...]stites haberemus, non esset opus nunc animaduersiunculis e[ius]modi in Tacitum. Liuius quoq; in posterioribus libris non l[...]ter de Germania scripserat, vt ostendit Sidonius lib. 4. Epist. 18[.] *[V]olue Patauini scriptoris extrema, quibus res C. Cæsaris explica[...]*

ut si impar est desiderio tuo, sume ephimeridem C. Cæsaris, decerptam bibliothecula meæ, ut tibi muneri mitteretur. Hæc te origines, situs, pugnas, & quidquid fuit in moribus aut legibus Galliarum docebit. Ephemeridem Cæsaris nescio quid esse intelligendum sit, nisi ipsos commentarios De bello Gallico. Nulla enim Ephemeridis alterius mentio apud Suetonium, nulla apud Plutarch.

Cap. 40. *Longobardos.*) Sueuicum genus etiam Ptolemæo lib. 2. p. 13. Strabo eorum sedem vltra Albim locat. Legendum enim ibi Λαγγόβαρδοι non Λαγγοσαρκοι Sed pergit ibi Strabo: Νῦν δὲ καὶ τελέως εἰς τὴν περαίαν οὗτοί γε ἐκπεπτώκασι φεύγοντες. Fuga illa facta Tiberii ipsius Strabonis tempore, cum circa Albim magna variaq; strage arma Romanorum grassarentur. Velleius Paterculus: *Fracti Langobardi, gens etiam Germana feritate ferocior.* Falsi hinc illi videntur qui priscos Langobardos ripis Sueuicis Rheni admouent. Strabo sane longe etiam vltra Albim aufugisse testatur. quod Tacitum miror tacuisse. Strabonis sententiæ confirmandæ & illustrandæ sunt, quæ ex Paulo Diacono mutuatus est Saxo Grammaticus lib. 8 *Primum itaq; Blekingiam aduecti, ac deinde Moringiam præternauigantes ad Gutlandiam se appulerunt, vbi & Paulo teste auctore Frig Dea, Longobardorum vocabulum, quorum postea gentem condiderunt, traduntur adepti.*

Eod. *Paucitas nobilitat.*) Lazius aliter citat: *Contra Longobardis paucitas, nobilitas.* Vnde illa lectionis olim vulgatæ corruptela, *paucitas nobilitasque.*

Eod. *Reudingi.*) Non nimis olim etiam cognitæ hæ gentes. Nec mirum si hodie caligemus ad nomina tantam vetustatem ferentia, aut reliquis scriptoribus incognita vel neglecta. Paterculus de illis gentibus: *Perlustrata armis tota Germania est. Victæ gentes pene nominibus incognitæ.*

Eod. *Auiones.*) Mutius citat: *Auianos*, supine. Legendum tamen & rescribendũ apud Tacit videatur *Chaiuones*, siue *Chaibones*. Illustrauere postea hos populos Maximiani & Diocletiani victoriç. Mamertinus in Genethliaco: *Cũ omnes barbaræ nationes excidium vniuersæ Galliæ minarentur, neq; solum Burgundiones & Alemanni, sed etiam Chaibones Eruliq;, viribus primi Barbarorum locis vltimi.* Paulo post illa: *cũcti Chaibones Eruliq;*. Idẽ Panegyrista alia oratione *Itidẽ hic gẽs Cauionũ Erulorumq; deleta.* lego iterũ: *Chaiuonũ.*

Eod. *Et Angli.*) Populus hic fuit Saxonum maritimorum. de quibus illud Marciani Heracleotæ accipio: Κατὰ τοῦτο τὸ μέρος κεῖνται νῆσοι αἱ καλούμεναι Σαξόνων. Hi postea occupata insula, nomen Britanniæ nouum classe aduexerũt. Witigindus cũ hoc idem cum aliis recte tradat, ridicule tamen postea subiicit de etymo: *Et quia inquit illa Insula in angulo quodam maris sita est, Anglo Saxones vsq; hodie vocitantur.* O inquam ineptam insulsamque Anglosaxonum etymologiam. Et tamen repetit eam libro 7. Angli,

enim Saxones dicti erant, a quodam Rege *Angul*, vt scribit Saxo

Eod. *Varini.*) Plinius lib. 4. *Genera Germanorum sunt quinque. Primum Vandali, quorum pars sunt Burgundiones, Varini, Guttones, Carini.* An iidem sint *Varni*, gens Gothica nescio. *Varingi* etiam videntur dicti postea & *Caringi*. Mutius somniculose legit apud Tacitum *Varmos*.

Eod. *Eudosos.*) Quid si legamus? *Endosos.* quasi dicas finitimo Osis aut extremos Osorum? idem Mutius male: *Eudosios*.

Eod. *Suardones.*) Mutius ridicule descripsit, an finxit: *Suarmos*. Atq; vellem ita legi siet apud Tacitum. Suspicarer e populo vetustissimo reliqua nobis facta esse nomina Germanica Suarm/ id est turba vel exercitus. & Suármen turbare. Sed nugæ hæ sunt fortasis, & propius est vt scripserit Historicus *Suarinos*. Manet hodie que nomen & honos opidi Suárin. quod & familiæ equestris nomen. Memorat Saxo etiam quendam Suarinũ Gothiæ præfectum

Eod. *Nuithones*) Apud Mutium sunt: *Nuithomi*. Munsterus inepte hos in Heluetiam transcribit. Nec mihi tam nominis ratio aliter constat, quam vt *Nuithomos*, quasi *Nuithaimer* dictos existimem. Sicut *Nuithardus, Nuithiger, & Nuitheshaim*. non ignota familia.

Eod. *Herthum.*) Ad priscæ linguæ Teutonicæ terminationem scripserim: *Erthun*, vel *Erdun*. vetus versiculus ille est Germanicus

Toungino nupeih sone geburti ze erdun.

Eod. *In insula Oceani.*) In qua insula? An in Scandinauia, quam reliquarum μεγίστην καὶ ἀνατολικωτάτην Marcianus appellat?

Eod. *Castum Nemus.*) Allusum ad Castum Cereris apud Romanos. Fuit tamen cum suspicarer *Castum nemus* propriam quandam appellationem Teutonicam fuisse, quæ arcani illius vehiculi nomen exprimeret, dictumq; adeo Castenwaldt. Vocatur hodie siluæ etiam Martianæ pars apud *Brisiacum* eo nomine. an a simili ratione? Nam de Castaneis nugæ sunt, cum silua tota obsita quercubus.

Eod. *Secreto lacu.*) Inuenio lacus eiusmodi templis siue delubris coniunctos fuisse. Dithmarus de Luiticis lib. 6. *Duæ eiusdem portæ cunctis introeuntibus patent. Tertia, quæ orientem respicit & minima est, tramitem & mare iuxta positum & nimis horribile monstrat.* Sic lib. 7. *Fana idolorum destruens incendit & mare Dæmonibus cultum.* Mare appellat istos lacus.

Cap. 41. *Paulo ante Rhenum.*) Hoc de Chattis, Tencteris Frisiis magis dictum puto, quam de Longobardis. Itaque caue statim credas Lazio de hoc loco dissertanti.

Eod *Hermundurorum ciuitas.*) Reposuit eruditissimus vir apud Strabonem quoque legitime Ἑρμόνδορες pro Εὐμόνδορες. Hi sunt inter illos quos medios Tacit. alibi esse dixit, i. sub Herminone.

Eod. *In splendidissima Rhetiæ.*) Quæ illa colonia? An Augusta

ndelicórum, quæ in ſecunda Rhetia erat? Hoc tu videris, nobi-
me Velſere, qui Vindelicis tuis decorem veterem vnice vindi-
ti. Vocat autem ſplēdidiſſimam, quia & aliæ in Rhetia coloniæ
manorum. Vna ex iis deſcribitur in fragmento, ſi fides Lazio,
terculi, inſigni antiquitatis monumento: *Dum hæc circa Rhe-
m geruntur, in Noricorum finibus, graue vulnus Rom. pop. accipit.
m Germanorum gentes, quæ Rhetias occupauerant, non longe ab
pibus tractu pari patentibus campis, vbi duo rapidiſſimi amnes
er ſe confluunt in ipſis Noricorum finibus, ciuitatem non quidem
ro, ſed vallo foſſaque cinxerunt, quam appellabant Ciſara, ex no-
ne Deæ Ciſæ, quam religioſiſſime colebant.* Cogitabam an hic le-
ndum eſſet, *quam appellabant Ciſæ aram.*

Eod. *Albis oritur.*) Dio ſcribit Albim oriri ἐκ τῶν Ουανδαλικῶν
ῶν. Vandalicos, iſtos mōtes dici non nouum: cū ipſi etiam Bohe-
i & Moraui nomine Vandalorum eo tempore cenſiti fuerint.
elmoldus ita: *Oritur in profundiſſimo ſaltu Maharorum, qui ſunt
oriente Bohemiæ, vbi & Albia ſortitur principium:* *Mahari* illi
nt Moraui noſtri. Dicti & *Maruani* in priſcis Annalibus.

Eod. *Notum olim.*) Velleius Paterculus: *Denique quod nunquam
tea ſpe conceptum nedum opere tentatum erat, ad quadrageſimum
iliarium a Rheno vſque ad flumen Albim.* Strabo Albim a Rheno
ἐν τρισχιλίοις σταδίοις diſtare autumat.

Cap. 42. *Nariſci.*) Terram Aduocatorum poſteriores vocita-
nt; horum caput fuiſſe Egram cenſent. Et hæc quoq; priſcorum
euorum portio imo & poſteriorum. Legi apud Gothefridum
Ionachū, quod & hic lectu dignū cenſeo: *Anno Domini* M C X X.
enricus Rex natale Domini in Sueuia apud Egram agit. Æque ad-
iretur quiſpiam hodie apud eundem Gothefridum legens: *In
ueuia apud Hagenoam.* Apud Hagenoam inquam in Sueuia, vbi
amen Gothefridi tempore vltra mille annos iam coaluerant
ueui. Eo tranſlati conſtitutiq; fuerant ab Auguſto. Suet. *Germa-
oſq; vltra Albim fluuium ſummouit. ex quibus Sueuos & Sicambros
edentes ſe traduxit in Galliam, atq; in proximis Rheno agris collocauit.*

Eod. *Danubio prætexitur.*) Scriptus liber Bambergenſis: *Danu-
io peragitur.* Reliqui etiam: *Pergitur.* Mihi eleganter dictum, terræ
ut regionis partem flumine peragi: licet ſecus videatur doctiſſi-
mo Lipſio. Et aperte innuit Tacitus frontem Germanicæ terræ,
quatenus Danubio alluitur terminaturque. Ipſam abſtruſiorem
verbi ſignificationē notauit etiam vetus Gloſſariū *Peragit* περαιοῖ.

Eod *Marcomannis Quadiſue.*) Retinenda lectio hæc. Vult Mar-
comannis & Quadis vnum fuiſſe Regem. Velleius de Marobo-
duo: *Finitimos omnes aut bello domuit, aut conditionibus iuris ſui fe-
cit.* Marcomanni autem dicti fuere a Marca, quam incolebant, vt
inquit Helmoldus libro 1. Vitioſe Xiphilinus Μαρκομάνους ſcribit,
ut & Silius Situm terræ delineauit Ptolemæus. Et Vellei iſta lucem

dent Cornelio: *Eratq; eo etiam timendus, quod, cum Germaniam a leuam & in fronte, Pannoniam ad dextram, a tergo sedium suarum haberet Noricos.*

Eod. *Iam & externos.*) Prope est, vt credam cœpisse externos Reges habere Traiani principatum. Hic enim deuictis aliquot trans Danubiū populis Reges dedit, vt Sarmatis quoq; Plin. lib. 10. E

Eod. *Vis & potentia.*) Meliori ergo conditione hi Germani Reges, quam olim Numidiæ illi. Atherbal apud Sallustiū. *Micipsa pater meus moriens mihi præcepit, vti Regni Numidiæ tantummodo procurationem existumarem meam: ceterum ius & imperium penes vos esse.* Ratio, quia nondum prouincia erat Marcomannia, quam facere cogitabat M. Antoninus: apud Capitolinum.

Cap 3. *Marsigni.*) Rectius forte: *Marsingi.*

Eod. *Gothini.*) Hi sunt Claudiano Poetæ: *Gothuni.* Nisi ibi verius est scribendum *Gothunni*, composita voce. Sic *Gothalani* apud Prudentium. Sic *Rhoxalani* apud Tacitum, non *Rhoxolani* vt praue scriptum apud Strab.

Eod. *Burii.*) Buri hi scribuntur apud Mutium. Ab eadem origine sunt *Buringi* in veteri Diplomate Caroli Crassi, a Frehero vulgato. Dicebant enim Germani hoc *Bur* siue *Bauer* & *Buringer.* *...telingi, Frelingi*, qui vulgo *Etlen, Freien.* Ex Ptolemæo colligas Burios ad ripam Vistulæ habitasse forte vbi nunc Varsauia. De his aliis nec Tacito vt puto cognitis, Capitolinus: *Gentes omnes ab Illyrici limite vsq; in Galliam conspirauerant, vt Marcomanni, Narisci, Hermunduri, Quadi, Sueui, Sarmatæ, Burii. Hi aliique cum Victobalis, Sosibes, Rhoxalani, Bastarnæ, Alani, Beucini, Costoboci.*

Eod. *Ligiorum nomen.*) Igitur horum posteritas ciuitas *Lignicensis*? Strabo ait Λȣίȣς esse μέγα ἔθνος. quo loco viri docti emendant Λυγίȣς. Sane Tacitus quoque scribit: *Vis innumera Ligii*, Annal. libr. 12. Apud Ptolemæum excuduntur Λȣ̃γοι. Non multum quidem literis & limite distant ab illis, quos Dithmarus aliiq; Luitzicos appellant: nonnulli etiam *Luiticos.* Ab his *Luitmeritz*, & *Luitzelburg* dicta patet.

Eod. *Arios.*) Diu illi Arii cari fidique Romanis, quemadmodum a Procopio annotatum. qui tamen flexu quodam vocis Germanico *Arborichos* appellat: seu potius ibi etiam scribendum *Arichos.* Sic Austrios nos *Ostrichos*, vocamus. Sed facilior est pronuntiatio Arborichus, quam Arrorichus. Itaque illud Græculus maluit. Eadem scribendi ratio est in verbis *Ariouistus, Ariogastus, Ariobindus.* Sæpe etiam cogito an non eadem fuerint vocabula Arionistus & Arbogastus. Nam vulgare interpretamentum *Ernestus* non satis placet, cum illud *Arnfastus* scribatur apud sapientem Grammaticum. Terminatio illa *gast* fuit frequentissima & hospitem significabat. Ab ea etiam est *Sigast*, ex quo Tacitus & Strabo fecerunt Segestes. Sed apud hunc quidem corrigo: Σε-

υτὲς τε κ̀ Σεγέσε ὐὸς χρῥσκων ἡγεμών. Ad Arios redeo, quos & *A*-*dos* nominauere. Hi sedibus suis, ob societatem & amicitiam omanorum eiecti a Francis, oram maritimam Belgicæ occu-uere. Nuncupati autem sunt a vicinis corruptius etiam quam te *Armorici* siue *Armorichi*, pro Ariorichi.

Eod. *Heluecona*s.) Video Mutium suo exemplari depromsisse *eluetianos*, vitiosissime Bartolinus *Eluones* legerat, quocunq; li-o vsus fuerit:

Et nimium pugna sæuos Eluonas equestri. Ego probem magis *El-ngonas*. a quibus *Eluingam* nobilissimam Prussorum ciuitatem ctam existimare possimus. Plinius *Hilleuiones* appellauit libr. 4.

Eod. *Manimos.*) Mutius protulit *Mannumos*. Lazius vero ex co-em Cornelio: *Manymos*. Equidem nihil hinc diffindere possum, cũ Trebatio illo Horatiano loquar. Tantum dico nomina illa, uæ in Annalibus antiquis Germanorum legũtur *Mainbart*, *Mai-ingen*, *Mainfrid* arguere auctores aliquos populos *Mainos*. Quid go de *Mainsfeld* veteri Saxoniæ castello & postea comitatu dicã?

Eod. *Elysios.*) Mutius legit: *Helisios*. Bartolinus *Lysios*. In Elysios octi viri consentiunt faciuntq; *Silesios*. Sed hoc vocabulũ recen-er fictũ, nec satis ad primogeniam illius gentis appellationem ex-rimendam idoneum. In Annalibus Fuldensibus *Sorabos* & *Siuslos* oniunctos mœnias. Alibi etiam *Linones* & *Siuslos*. Quæ posterior ox seu corrupta seu integra sit, Taciti Elysios significat. Quod si liquis *Sluisos* potius fuisse, quã Siuslos velit, non repuguem. Nam x *Sluisis* vel *Sluisis* postea molliori, vel potius Latiniori vocabulo rocudere nobis Silesios. Si horum aliqua per Turingiam migra-io contigisset possemus ab iis apte opidi Franconici *Sluisingæ* ap-ellationem repetere. Non ouum ouo magis simile.

Eod. *Naharuali.*) Ita reliqui omnes, qui ex Tacito hausere. Ma-haruanis tamẽ ego locum hic dederim. Postea iidem varie appel-ati *Marauani* in Annalibus Ludouici. *Marababitæ* in Annalibus Fuldensib. Apud nonnullos etiam recentiores *Marabenses* & *Mar-genses*. Maharuali tamen si apud Tacitum retinendi, erunt dicti vt Westuali, Taiuali, qui vulgo *Westfali* & *Taifali*.

Eod. *Interpretatione Romani.*) Veneta editio, *interpretatione Ro-mana* concinnius.

Eod. *Castorem & Pollucem.*) Mela lib. 1. *In Heniochorum finibus Dioscurias, a Castore & Polluce pontum cum Iasone ingressis.* Fortas-sis igitur sacrum peregrinum a Sarmatis aut Scythis accepere nostri.

Eod. *Tincta corpora.*) Fusco aut nigro colore faciem illinebant, vt hæc quoque furuæ nocti æquaretur. Diodorus quoque de qui-busdam Germanorum pueris scribit eos colore candido nitere, postquam ex ephebis excesserint belloque habiles habeantur pa-triũ induere colorẽ. Quem colorẽ nisi nigricantem illũ dixerimus?

His glaucis Herulus genis vagatur
Algoso prope concolor profundo.

Cæſar de Britannis libr. 5. de bell. Gall. Plinius lib. 22. cap. 1 *Illinun certe aliis alia faciem in populis, Barbarorum fœminæ mareſque etian apud Dacos Sarmataſque corpora ſua inſcribunt.*

Eod. *Ad prælia noctes.*) Videndum num ſint hi populi, qui poſt ea *Abotriti*, ſcriptoribus ſatis celebrati. Argumentum præbet ipſi nominis ratio. Germanice enim *Abetritter* eſt, eques veſpertinu ſiue nocturnus. Similis moris pugnandi ſtudioſi fuere Baſylien ſes Africæ populi, de quibus apud Stobæum Nicolaus Dama ſcenus.

Eod. *Gothones.*) Plinio, Saxoni & aliis, *Guttones.* Pars eorum Vandalorum terras occupauerat, expulſis inde Francis, vt ſcribi Iornandes. Sed antea quoque ſæpius, Danubio ſuperato, in Ro manas terras impetum fecerant, puta in Daciam, Illyricum ve Pannonias ipſas. Et de iis opinor Lentuli victoria & triumphus d quo Tacitus. Vnde idem paulo adductius eos regnare, quam ce teras Germanorum gentes ait: quia ſcilicet iam aliquam iugi Ro mani partem ſubierant.

Eod. *Rugii.*) Fuere hi olim ſtrenui Mileſii, proximi Quadis Fuere genera eorum *Etelrugi & Turcilingi.* Sed hi a Theodorico quem noſtri Bernenſem vocant, penitus abſumti. Rex eorum era tunc Ottocarus. Hodie paruam inſulam colunt, non ita priden ad eam fortunam redacti Rugii. Helmoldus libr. 1. *Altera Inſul longe maior eſt, contra Wiltzos poſita, quam incolunt Rani, qui & Rugiani, gens fortiſſima Sclauorum, qui ſoli Regem habent.* Vox Ru g orum eſt Germanica & ſignificat, quietos. Nam *Ruga* quies eſ Cedrenus & Zonaras non dubitarunt hanc vocem e patria no ſtra vſq; accerſere, eaq; emeritorum ſtipendia, quietæq; vitæ ſub ſidia appellitare, nimirum Ῥώγας. Simile vocabulum Germani cum legas apud Nicetam Choniatem. De cohorte loquitur. ἡ Ῥȣτῶν ὀνόμαζον, inquit. Nõ ignotũ quid apud Germanos *Rotta* ſi

Eod. *Lemouii.*) Mutius, *Lemones* citat. Vtriuſq; vocabuli notic limoſa regio. *Lemen* enim Germani lutum ſiue limum vocant. Ne ſcio tamen an nõ ſint *Linones* Helmoldi, vel potius *Luinones*, q̧ & propius Taciti ſcripturam. Scribit Helmoldus: *Hi quatuor popu a fortitudine Wiltzi, ſiue Lutici appellantur. vltra illos ſunt Linguo nes & Warnaui.* Et alibi: *Porro illi Sclaui ſunt dicti Lini, ſiue Lino ges.* Saxo Grammaticus lib. 8. *Nam Sclaui ac Liui Saxonumque ſe ptem millia.* lego: *Nam Sclaui ac Luini.* Et apud Helmoldum pro fecto legendum videtur: *Lini* ſiue *Linones.* ſeu potius ad priſcan Germanorum pronuntiationem *Luini.* Dithmarus lib. 6. *In ciuita te Bernhardi Ducis Luinberg.* Satin' manifeſtũ dictã ab iſtis popul illuſtriſſimam Domum Luneburgenſem? Annales Fuldẽſes: *Carc lus cum exercitu Saxoniam ingenti populatione vaſtando peruen*

vſqu

ue ad locum quem vocant Liuni. Legendum iterum dico: *Luini.* fortasse ipsum Luineburgum innuitur. Linonum porro siue ...ouiorum Latina æque ac Germanica est, & significat, illos po-...os præter ceteros lini culturæ deditos fuisse. Leguntur inter ...atium istarum Sclauicarum multas frequenter, *certa lini ponde-...*, vt apud Helmoldum & ceteros. Quod factum ob lini merci-...onia & prouentum vberiorem in istis regionibus.

Cap. 44. *Suionum hinc.)* *Sueones* alii vocant. Helmoldus: *Dani si-...idem ac Sueones, quos Nortmannos vocamus, septentrionale littus ... omnes in eo obtinent Insulas.* Sumsit bonus vir de verbo ad ver-...m ab Eginhardo in vita Caroli. *Suetos & Suetiam* solet appel-...e Saxo Grammaticus.

Eod. *Eoque vnus imperitat.)* Prudenter, vt omnia Tacitus in vi-... Agricolæ: *Olim Regibus parebant, nunc per principes factionibus & ...diis trahuntur. nec aliud aduersus validissimas gentes pro nobis vti-...*, *quam quod in commune non consulunt.*

Eod. *Vt ceteræ Germanorum.)* Thucydides de Græcis libr. 1. Καὶ ...νήθη τὴν δίαιταν μεθ' ὅπλων ἐποιήσαντο, ὥσπερ οἱ Βάρβαροι.

Eod. *Sed clausa sub custode.)* Ceteri Germaniæ populi singuli sua ...ma promiscue habebant. Sueones in publico armamentario ...ndebant. Quæ ratio? Quia alias securiores aduersus hostiles in-...siones ob maris munimenta. Eam caussam esse puto, vt arma-...entaria ab iis primum instituta fuerint, qui maris imperio pol-...bant. Philonis illud multo pulcerrimum & celeberrimum fuit, ...od Sulla diripuit postea. Athenienses hodie non imitantur, ed ...perant præstantissimi illi θαλαττοκράτορες Veneti.

Eod. *Et quidem seruo.)* Cum apud Romanos, tantum militiæ ...adu honoratiores id munus gererent. Ii Custodes armorum di-...bantur. vt l. 14. ff. de Re Milit.

Eod. *Otiosa porro.)* Alia ratio, cur arma Sueonum sub custode, ... otiosæ armatorum manus in lasciuiam & petulantiam verte-...nt, puta in latrocinia ceteramque ferri licentiam. Thucydides, ...ns quidam ingenuus ciuilis & belllicæ prudentiæ, ita refert de ...erisque Græcis: Τὸ, τε σιδηροφορεῖσθαι τούτοις τοῖς ἠπειρώταις ἀπὸ τῆς ...λαιᾶς λῃστείας ἐμμεμένηκε.

Cap. 45. *In ortus edurat.)* Saxo Gramm. de Noruegia: *In cuius ...rte extima, ne noctu quidem diurnum sidus occulitur, ita vt conti-...ui solis præsentia alternos horarum dedignata successus vtrique tem-...ripari luminis administratione deseruiat.* Intelligit idem cum Ta-...to cæli marisue spatium.

Eod. *Insuper emergentis.)* Lipsius rationem habuit, cur legeret: *...mergentis.* sed potuit verius: *immergentis.*

Eod. *Formasque Deorum.)* Quorum Deorum? nugæ. Nam de ...le tantum loquitur. Nullum a libris veteribus auxilium. itaque ...nidius legerim: *Formasque equorum.* Apud Virgilium.

— *formas vlulare luporum.*

Superſtitioſa gens equos Solis & capitis diuini radios cernere ſ
ſomniabat.

Eod. *Illuc vſque.*) Locus corruptiſſimus. Pichena eiuſmodi e
mendationem adornauit: *Illuc vſq; & fama: verum tantum tradi*
ta exponam. Dextro Sueuici maris. Arbitrentur tamen acutiores a
mea quoq; emendatio ab amica magis Venere & Apolline verio
re: *Illuc vſq; & fama. verum tantum natura arguit. Iam dextro Su*
euici. Illuc vſq; & famæ ſua cõſtitit fides & auctoritas, inquit. Ipſu
verum ſeu veritatem tantum natura arguit: quia qui ipſa viderii
præſertim Italici generis homines haud ferme inuenias.

Eod. *Æſtyorum gentes*) Meminit harum Caſſiodorus libro 2. I
piſtol. 2. Eginhardus: *At littus auſtrale Sclaui & Aiſti & alia diue*
ſa nationes incolunt. Saxo Grammaticus Eſtonum piraticæ gen
meminit aliquoties lib. 14. Et illo etiam verſu lib. 8.

Obtriui Kyrios vel quos alit Eſtia gentes.

Eod. *Lingua Britannicæ propior.*) Fuit autem Britannica hau
multum diuerſa a Gallica, vt idẽ in Agricolæ soceri ſui vita ſcrib

Eod. *Quod ipſi Gleſum vocant.*) A ſimilitudine vitri ſimplicita
quadam barbara, quod Germani *Glas* vocant. Inſula etiam in q
legebatur *Gleſaria* a Romanis circa ea loca degentibus appella
fuit. Noſtri vero ſuccinum illud *Aiſtein* vocant, claro gentis A
ſtorum argumento. Plinii locum lib. 37. corrigam lubens, vbi ſci
bit Gleſariam *Auſtraniam* quoq; a barbaris dictam, cum ibi p
ne legendum videatur *Auſtrauiam.* & alio loco, vbi *Auſteran*
ſcribitur. Auſtrauia igitur Plinio quæ vulgo *Auſtrau*, vel *Oſtr*
Inde Oſtrouiorum familia Polonica, ex profundo quodam an
quitatis emergit. Plin. idem ſcribit: *Mithridates in Germaniæ lito*
bus eſſe inſulam, vocariq; eam Oſerictam. lego haud dubie: *Oſterica*
Germanis illis veterib. dictam non ambio *Oſterick*, quod alii *Oſter*

Eod. *Terrena quadam animalia.*) Plinius lacerti meminit e
ctro incluſi. Martialis formicæ lib. 6. Epigr. 15. Et lib. 4. Epig. 59.

Flentibus Heliadum ramis dum vipera ſerpit
Fluxit in obſtantem ſuccina gemma feram.
Quæ dum miratur pingui ſe rore teneri,
Concreto riguit vincta repente gelu.
Ne tibi regali placeas Cleopatra ſepulcro,
Vipera ſi tumulo nobiliore iacet.

Horum verſuum quartus aurem mihi vellit, vt emendem ali
quendam eiuſdem Poetæ lib. 11. epig. 9.

Succina virginea quod religata manu.

Legẽdum enim, quod & Domitius animaduerterat *regelata.* Idem
verbi vſurpauit in quandam vetulam vete Vetuſtinam:

Cum bruma menſem ſit tibi per Auguſtum
Regelare nec te peſtilentia poſſis.

olumella bis etiam vsurpauit. *Effecta* autem succina illa optime
entia fuisse, adtritu manuum, idem Martialis innuit.

Quod myrtus, quod messor Arabs, quod succina trita.

estabantur igitur succina manibus delicatiorum & vt Tertul-
inus loquitur, narinosorum Romanorum, sed præcipue femi-
arum nobiliorum. Ingeniosissimus Poeta in Metamorphosi mo-
m istum sui æui ita velauit:

Inde fluunt lacrimæ, stillataque sole rigescunt
De ramis electra nouis: quæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis.

Eod. *Ita occidentis Insulis.*) Non vanam esse hanc coniecturam,
ognoscas etiam ex Diodoro Siculo lib. 5. cap. 9.

Eod. *Sitones.*) *Sintones*, vel *Sindi*, Plinio, Melæ, Dionysio dicun-
ur. Scylax Μετὰ δὲ Μαιώτας Σινδικὸς. Dubito an idem sint, qui
Annalibus priscis Regum Francorum *Sinlendi* nominantur.
ui in terra Nortmannorum trans fluuium Egiduram habitarũt.

Eod. *Quod fœmina dominatur.*) Alii idem de Sarmatis scripsere,
d non de omnibus. Illi ideo Γυναικοκρατούμενοι dicti.

Cap. 46. *Hic Sueuia finis.*) Longissimum ergo & amplissimum
ueuorum regnum fuit, quod quidem a Borussia etiam proce-
ens Suetiam cum vicinis insulis ambiuerit, vastissimique maris
ominatum complexum fuerit. Colligas id ex eo, quod Pompon.
Iela de Cornelio Nepote sumtum refert lib. 3. *Cornelius Nepos vt
ecentior auctoritate, sic certior tradit. testem autem rei Q. Metellum
Celerem adiicit, eumque ita retulisse commemorat, cum Gallis procon-
ul præesset, Indos quosdam a Rege Sueuorum dono sibi datos. vnde in
as terras deuenissent requirendo, cognosse vi tempestatum ex Indicis
quoribus abreptos, emensosque quæ intererant, tandem in Germaniæ
ttora exiisse.* Quem locum ex Plinio descripsit lib. 2. cap. 67.

Eod. *Peucinorum.*) Si sunt iidem cum Bastarnis, caussæ non est,
uin Germanos fuisse credamus. Sic enim Strabo: Σχεδὸν τι καὶ αὐ-
οὶ τοῦ Γερμανικοῦ γένους ὄντες, εἰς πλείω φῦλα διῃρημένοι. Peucini au-
em isti dicti a Peucæ insula. Dio tamen Cassius Bastarnas Scythi-
æ originis facit lib. 38. Et Plinius lib. 4 *Ex aduerso Bastarnæ tenent
taliique inde Germani.*

Eod. *Venedorumque.*) Antiquissimi & *Henetos* appellarunt. Alii
Venetos & Winitos. Helmoldus eiusque coæui, *Winulos*. Sed male
dem Helmoldus cum Vandalis confundit. Imo fortasse non ma-
e. cum ita vagi illi Vinidæ a Germanis dicti fuerint. *Vagari* enim
apud illos est *Vandalen*. *Vendos* etiam dictos fuisse credo. Vnde
apud Strabonem libr. 4 Οὐένδον ciuitas. In mendo est Martia-
ni locus in Periplo Sarmatiæ: οὗτοι δὲ οἱ ποταμοὶ εἰς τὸν Οὐελικὸν
κόλπον. Scribendum enim. Οὐενδικὸν κόλπον. Loquitur aperte de si-
nu Venedico. cuius & infra sic meminit: Τὸν τε Οὐενδικὸν τὸν εἰ-
ρημένον κόλπον καὶ ἄκρας τρεῖς. Iornandes: *Vinidarum natio populosa*

consedit, quorum nomina licet nunc per varias familias & loca mu-tentur, principaliter tamen Sclaui & Antes nominantur.

Eod. *Fennorum.)* Alii *Finnos* aut *Finnones* vocant. Plinius lib. 4 *Nec minor est opinione Eningia.* Quid censeant de illo loco Critici, nunc non recordor. Ego legerim: *Finningia.* Finnia dici Saxo Grammaticus. Puto & *Finnoniam* Plinium scripsisse illo loco: *Insulæ quamplures sine nominibus eo situ traduntur. ex quibus ante Scythiam quæ appellatur Finnonia.* Vulgo legebatur: *Pannonia.*

Eod *Sordes omnium.)* Nicolaus Damascenus de vicinis quibusdam Scythiæ populis: *τρὶς ἐν τῷ βίῳ λούονται μόνον. ὅταν γεννῶνται, ἐπὶ γαμοῖς, καὶ τελευτῶντες.* Sic de Getis Ouidius,

—— *Stricto squalidus ense Getes.*

Eod. *Procerum connubiis mixtis.)* Verius legeris: *Procerum connubiis mixti.* Intelligit autē fædum illum braccatum vsum, quem & apud ceteros nonnullos Germanorum viguisse constat. Lucanus:

Et qui te laxis imitantur Sarmata braccis
Vangiones Batauique truces,

Eod. *Quia & domos figunt.)* Sarmatæ enim *ἁμαξόβιοι* erant plerique. Mela de hac gente: *Non se vrbibus tenet & ne statis quidem sedibus.*

Et scuta gestant.) Quæ Sarmatis nulla, vt alibi docui ex Tacito. Strabo tamen *Γερροφόρους* indigetauit. Caussam hic nolo repetere.

Eod *Pedum vsu.)* Cum ad vsum pedum nihil Sarmatis inertius. Tacit. Histor. lib. 1.

Eod. *Inopia ferri ossibus.)* Aut vrorum cornibus, vt supra ex Plinio ostendi. Puto enim prope illum locum de his ipsis Fennis intelligendum.

Eod. *Idemque venatus.)* Apud Sarmatides etiam *Arcus tendere, equitare, venari, puellaria pensa sunt.* vt Mela tradit lib. 3.

Eod. *Aliqui ramorum nexu.)* Scribit de Septem paganis siue Mysnis idem Strabo. De quibus & Xenophon.

Eod. *Securi aduersus homines.)* Nulla cura est, ne quis auferres, cum nihil habeant. Vere enim apud Euripidem.

—— *δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν.*

Eod. *Securi aduersus Deos)* Cum nullos agros possideant, nullam metuunt tempestatem aut calamitatem. Nihil enim aliud *ὁ βίος γεωργικός*, quam secundum alium veterem quendam Poetam:

Ταῖς ἐλπίσιν τ' ἀλγεινὰ παραμυθούμενος.

Hæc obscurioris loci clara sententia.

De Hellusiis & Oxionibus operæ non est anxie me inquirere, vt fabulosis: qui veris ac necessariis fortasse nimio plus impendi verborum.

FINIS.

IOSIÆ MERCERI AD CORNELIVM TACITVM ALIQVOT NOTÆ.

CLARISSIMO VIRO IACOBO AVGVSTO THVANO Sacri Consistorii Consiliario, & Senatus Parisiensis Præsidi, Iosias Mercerus. S.

QVæ in Tacito mihi obseruata, multa mouerunt vt publicarem sub auspiciis clarissimi nominis tui; præcipuum, quod in hac dignitate, quæ te ad maiores curas quotidie vocat tu tamen assiduus in literis; & qui in rebus publicis probitate ac prudentia supra ceteros, idem in omnibus udiis, doctrina ac iudicio etiam supra eos, quib. propria hæc cura. Itaq; i ad Censorem, non ad defensorem. Neque enim defensionem paro aduersus eos qui in vniuersum genus hoc literarum criminantur, quod on intelligunt; neque eos moror qui culpabunt ausum aliquid in hunc riptorem post tot clarorum virorum lumina: qui si Tacitum non ex mbilicis & indicibus nouerint, scient profecto esse adhuc plura quæ octorem quærant, & in tanto auctore superesse magnam messem ma is ingeniis. Excusem potius omnibus, quod tam pauca, tam leuia amaduerterim; & ex tantis vulneribus sanauerim minus maligne; que hæc lucidare sustineam; excusem tibi, quod tam leuem operam opponere ausim sub illustri nomine. Sed illa amicorum culpa, qui hæc udiis priuatis notata voluerunt dari in publicum; hæc propria mea t, qui hoc qualecunque est, non ambitione, sed iudicio, volui exstare onimentum eius admirationis, eius adfectus, quo prosequar dum viam singularem hanc eruditionem, integritatem, humanitatem, iam. Salue. A. D. VI. ID. Decemb. M. D. XCVIII.

LIB. I. Annal. *Largitio differebatur. in hiberna cuiusquam.*) Vitium huius lectionis animaduersum viris doctis Medicinam tentare, quæ facillima fuit, obseruato more militiæ. Æstiua castra lures legiones habuerunt intra idem vallum, paratas hosti: vbi yems ingruebat, abibant in hiberna, quæ sæpius intra vrbes aut roxime eas: & abibant discretæ ac separatæ legiones, vt sæpius ot ciuitates hibernis tenerent, quot legiones essent; aut si quando duæ tenerentur iisdem hibernis, castra tamen separatim me-

rarentur. Exempla vbique apud Cæſarem, Tacitum, alios. Et noſtra militia idem tenet, quæ ſingulas cateruas hibernatum mittit præſidio ſingulis ciuitatibus. In exercitu Pannonico dixit ſupra; *Non aliud malorum leuamentum quam ſi linquerent caſtra infauſta temerataque, & ſoluti piaculo ſuis quiſque hibernis redderentur. Primum octaua, dein Quintadecima legio redîere. Nonanus opperiendas Tiberii epiſtolas clamitauerat.* Vbi vides iiſdem æſtiuis attentas ſimul tres legiones, ſeparatas, quum itum in hiberna. Itaq; Nonani illi manendum ſimul in æſtiuis clamabant, dum pollicitorum fides apparerent, ne ſeparati ſpernerentur. Idem prorſus, in hoc exercitu Germanico fuit. Quatuor legiones in iiſdem æſtiuis erant, prima, quinta vicesima, & vndeuiceſima. Earũ ſeditionem periculoſiſſimam ſummæ rerum veritus Germanicus, literas Tiberii fingit, quis promiſſa miſſio & pecunia ſpe fore, vt pollicitis definiti placarentur, quæ deinde ſeparatis in hiberna repræſentarentur, vt iure & commodo reip. viſum eſſet. Senſit miles & promiſſorum fidem præſentem flagitauit. Itaque miſſioni ſtatim intentum, pecunia rurſus dilata, donec in hiberna diſcreti legionibus generetur. Itaque leuiſſima mutatione ſcribendum: *Miſſio per tribunos maturatur: largitio differebatur in hiberna cuiuſque. Nõ abſcessere Quintani Vndeuiceſimaniq; donec iiſdem in æſtiuis contracta ex viatico amicorum ipſiuſque Cæſaris pecunia perſolueretur.* Prorius ex illo ſuperiori loco, *Et ſoluti piaculo ſuis quiſque hibernis redderentur.* Nam mox vides Quintam & Vndeuiceſimam legionem hyemare in veteribus, primam & Viceſimam apud Aram Vbiorum, & ibi diſcreta primæ legionis caſtra.

Legati ab Senatu egreſſi iam apud Aram.) Priſca omnis lectio Regreſſi, quam falſam eſſe viderunt viri docti, & mutauerunt. Sed ego hanc malim, *legati ab ſenatu regreſſum iam apud Aram Vbiorum Germanicum adeunt.* Alioqui neque illud *Iam* quo referas habeas, & egreſſos ab Senatu legatos metuo vt ſatis latine dixeris. A *legati ab Senatu*, elegãter, & Corneliano cõpendio. Regreſſus Germanicus, qui ab exercitu inferiori, aſcẽderat ad ſuperiorẽ quẽ ſacramento adigeret, a quo iã redux ad inferiorẽ illũ, qui apud Vbios

Equos dehinc, orſus a ſuis.) Cur hanc lectionem mutes, cauſa nulla eſt. nam quod Cæſar equũ ſuum e cõſpectu remouet, primum de bello Gallico, ſcilicet, quia in acie, equo vehens, e quo deſcendit, vt æquaret periculũ. At Cæcina in caſtris pedes equos omnes ſuos diſtribuit fortiſſimis militum. Mox, rectum eſt, *Hoſti*; non *hoſtis.* hoc enim ait, hoſti cogitanti facile excidium offuſum improuiſo ſonum tubarum, &c.

Penetratumq; ad amnem Viſurgim.) Nihil veriſimilius; quã quod poſtremũ docuit doctiſſimus Lipſius delendum τὸ *Viſurgim*: q[illegible] cula hic cõtra omnẽ hiſtoriæ & Geographiæ ratione. Sed an[illegible] capies Rhenum, nõ Amiſiam. lege diligenter totũ locũ, fatebe[illegible]

Gran[illegible]

Granium Marcellum Prætorem Bithyniæ.) Maneo in eo quod dudum monui, rescribendum *Proconsulem.* Nam Bithynia in Senatus populique Romani prouinciis ex diuisione Augusti, apud Dionem & Strabonem, nec caussa fuit cur postea mutaret, pacatissima quippe prouincia. Quin mansisse indicio est Plinius Secundus, qui Traiani ætate Proconsul ei Prouinciæ, & apud eum alii. Et mox quæstor additus huic Marcello, qui sane non missus in prouinciam Cæsaris. quo argumento etiam conuicit hanc scripturam eruditissimus & omni literatura polit. Henricus Sauillus in doctissimus ad Tacitum notis: quas reip. intererat alia etiam lingua quam Anglica in vulgus dari. Error ortus ex notis, quas fere vbique corruperunt imperiti librarii.

LIB. II. ANN. *Adsequi nomen Imperatorium & deportare lauream posset.*) Rectum est, *deportare.* Reportantur quæ portata fuerant, vt lib. IV. Serenus Amorgum reportatur, & legio reportatur, quæ transuecta fuerat. At deportatur laurea, quæ non lata: deportatur fama, quæ ibi parta. infra lib. IV. *Insignes captiuos, cædem ducis, bellique confecti famam deportarat.* Et sic omnes alii. Cicero I. offic. *Frustra se tertium triumphum deportaturum fuisse.*

Bona Æmiliæ Musæ.) Ambigi video cur hæc bona petita in fiscum: & placuisse viris magnis, Æmiliam libertam, & libertam sine patrono fuisse. Hoc postremum caussam aliquam dederit confiscandis bonis, quasi vacantibus, illud non item. Nunquam enim ius principi in bona libertorum, siue testamento facto siue intestato morientium, nisi suorum, eodem iure quo priuati vtuntur scilicet. Nam de Cerylo Vespasiani non est, quod ita fluctuent viri docti, quem certum mihi aut ipsius Vespasiani, aut alicuius e proximis eius libertum. Torrentius Latinum vult fuisse: sed in Latini bonis quid iuris fisco? Immo libertum Imperatoris ipsius, aut alicuius e propinquis, nam & in libertos propinquorum ius nobis semissis, si moriuntur sine liberis testati, assis, si intestati. §. multis. instit. de success. libert. quod est ex veteri iure, vt docet l. liberto 17 ff. de bonis libert. & aliæ. Indeque explicandus & ille locus e Suetonii Nerone: *Ante omnia instituit, vt e libertorum bonis pro semisse dodrans cogeretur ei, qui sine probabili caussa eo nomine essent, quo fuissent illæ familiæ, quas ipse contingeret.* Qui locus haud dubie capiendus de libertis, qui sine patrono. Si enim patronus fuit, cur deminutum ius eius fraudati suo semisse? Et omnino de iis qui liberti fuerant eorum, quos Tiberius, Caius, Claudius, Nero ipse, nobiles & illustribus e familiis occiderat: bona eorum voluit cogi in fiscum Nero, quasi sua, quippe qui liberti eorum quos ipse cognatione contingeret: id enim ex nomine apparet. Et hoc est quod ait, *sine probabili caussa:* qui nimirum patronum viuum non haberent. a quo id nomen: nam si habent, nullũ ius fisci aut Cæsaris. Semissem quidem habebat iure, sed vo-

luit etiam alterius semissis semissem, hoc est dodrantem, si ea le-
ct o recta. Nam credere in bona libertorum quorumlibet ius se-
missis fuisse fisco, diuinare est: prærepta enim iis esset omnis testa-
menti facultas, altero iam semisse debito patronis. Et in eo loco
Suetonii, *cogeretur ei*, id est, fisco principis propriá voce cogendi,
quam obseruabis fere semper in hoc iure. infra libr. v. *ablata æra-
rio, vt in fiscum cogerentur.* & in D. Marci Constitutione, instit. de
eo cui lib. cau. bo. add Non ergo ius fisco aliud in bona liberto-
rum alienorum, quam bonorum vacantium, scilicet idem quod
in bona ingenuorum: quo ego iure capio delata Æmiliæ bona
ad fiscum, ingenuæ ac sine successore mortuæ. ita enim fit. l. qui-
dam, §. quoties, de leg. 1 & passim apud veteres scriptores. Verum
ea restituta Lepido, quasi gentili quippe, cui nomen idem. *Domus*
ergo, pro familia, gente, vt sæpe.

Cæsarique connexa, adulterio teneretur.) Familiare Principibus,
vt vulgata & communia crimina quouis prætextu trahant ad cri-
men maiestatis. Curtius lib. x. vbi accusati Cleander & alii spolia-
tarum prouinciarum, & per libidines alienatarum, *Rex*, inquit,
*cognita caussa pronuntiauit, ab accusatoribus vnum & id maximum
crimen esse præteritum, desperationem salutis suæ, nunquam enim talia
ausuros, qui ipsum ex India sospitem aut optassent reuerti, aut credidis-
sent reuersurum.* ita Diuus Augustus adulteria filiæ ac nepris tra-
xit ad crimina maiestatis, quod notat Tacitus libro sequenti: *Ob
impudicitiam filiæ ac neptis, quas vrbe depulit, adulterosque earum
morte aut fuga puniuit. Nam culpam inter viros ac feminas vulga-
tam graui nomine læsarum religionum ac violatæ maiestatis appellan-
do, clementiam maiorum, suasque ipse leges egrediebatur.* Cui prorsus
simile istud obiectum Apuleiæ, quod *Cæsari connexa, adulterio te-
neretur.* Et ab eadem mente Velleius indignatur *pœnas pependisse,
quasi cuiuslibet vxore violata, qui Cæsaris filiam & Neronis violas-
sent coniugem.*

Neu proceres gentium.) Legendum, *ne proceres gentium.* Caussa
cur remoueri velit Vononem e Syria, ne dum proceres gentium,
Artabanus Persicæ, Germanicus Romanæ, proximi sunt, si pro-
pius adsit Vonones, serat inter eos nuntiis e propinquo caussas
discordiarum. Eo mox amolitus in Ciliciam, & in eius oram ma-
ritimam, quæ remotissima.

Quod mater eius in eodem coniugio manebat.) Non ait vniuiram
fuisse, sed non diuortisse a marito: sequitur enim, *nam Agrippa di-
uortio domū imminuerat.* neque diuortium tamen matris impedi-
ret capi Vestalem, sicuti mors impediret; nā patrima matrima capi
debet: sed præfertur cui mater concors cum viro. Et recte, bono
exemplo. De decies sestertii dote dixi ad Aristænetum:

Prœliis ambiguus, bello non victus.) Lucilius.

Vt populus Romanus victus vi, & superatus prœliis

Sæp

Sape est multis; bello vero nunquam, in quo sunt omnia.

Lib. III. Annal. *Sueta erga filios familiarium nobiles liberalitate [t]uget.*) Lege, *Filiosfamiliarum*, vna voce. Ita loqui in vsu veteribus, [v]t patremfamilias, patresfamiliarum; filiumfamilias, filiosfami-[l]iarum dicerent. Notat id Varro esse a Sisenna, VII. de ling. Lat. Et [d]einceps vsi multi. Infra libr. XI. *ne in mortem parentum filiisfa-[m]iliarum fenori pecunias darent.* Suet. Calig. XXVI. *patresfamiliarum [n]otos.* & Vesp. XI. *filiorumfamiliarum.* ita enim legi in v. c. perops-[ti]mo, quo vsi Ranconetus, Turnebus, Cuiacius. vulgo *filiorumfa-[m]ilias.*

Priuatasque inimicitias non principis vlciscar.) In veteribus esse, [n]oui principis, testatur doctissimus Lipsius, quid certius, quam re-[s]cribendum; *non vi principis vlciscar?* infra lib. V. *paratos ad vltio-[n]em vi principis impediri.*

Scripsissent expostulantes.) Luxata esse iudicauerunt viri magni [i]n his literis. Mihi leni mutatione rescribendum videtur, *submisse [e]xpostulantes, quod haud minus Tiberius quam Piso abnueret.* Per-[v]ulsum erat & vulgo & Senatui, fraude periisse Germanicum: id [T]iberius semper agnoscere se diffitetur, & hoc crimen longe a Pi-[s]one reiicit, mauultq; hærere eum in maiestatis crimine quam in [v]eneficii. id patres indignari, quod præcipuum crimen rei non mi-[n]us princeps quam ipse Piso abnueret. Sed hoc summisse & secre-[t]o murmure. Nihil certius. Paulo post de Plancina, *in quam opti-[m]i cuiusque secreti questus magis ardescebant.* Et paulo inferius hoc [i]pso libro: *Exin promtum quod multorum intimis questibus tegeba-[tu]r.* Quod sequitur, Pisonis effigies tractas ac diuulsas, rectum & [ge]num est. quædam tractæ, quæ promtiores & ad manum furenti [pl]ebi, aliæ diuellebantur, quæ longinquiores: has protexit Tibe-[ri]us, illas reposuit.

Illustrium domuum aduersa.) Dudum monui continuanda hæc [v]erba cum illis, *solatio adfecit*, inclusis parenthesi quæ intermedia. *[Il]lustrium domuum aduersa (etenim haud multum distanti tempore [C]alpurnii Pisonem, Æmilii Lepidam amiserant) solatio adfecit D. Si-[la]nus Iuniæ familiæ redditus.* Narrauerat aduersa Calpurniorum & [Æ]miliorum, familiarum sane illustrium. At ea pensata Iuniorum [p]rosperis. Non opus verbis: quando tam certam coniecturam & [fi]rmauit adsensu suo maximus Lipsius, & editiones nuperæ agno-[sc]ere. Prorsus simile quod libro sequenti: *His tam adsiduis tamque [m]æstis modica lætitia iniicitur, quod Cominium equitem Romanum [C]æsar precibus fratris concessit.*

Incitandis calibum pœnis.) Putaui olim scribtum fuisse a Taci-[t]o, *incitandi calibum pœnis:* id est, incitandorum cælibum gratia. [A]mice fecit optimus Lipsius, qui referre id non dedignatus refel-[le]re noluit. Nam sane transuersum me tum egit pessimum illud [c]riticorum nostrorum cacoethes, vt absque iudicio & discrimine

ſi quod abſtruſum verbum, ſi qua inſolentior locutio, eam infet-
ciant importune inuitis priſcis ſcriptoribus. Verum eſt multa ad
eum modum loripta antiquis. Plautus Captiuis, *Nominandi iſto-
rum* Varro de re ruſt *Generandi animalium*. Cic. Phil. v. *condonandi
agrorum*. Gellius XVI. VIII. *Videtur eum librum ſcripſiſſe ſui magis ad-
monendi quam aliorum docendi gratia*. quem locum non erat cur de
mendo ſuſpectum haberent. Verus interpres Dictys Cretenſis, in
quo multa proba & veteris notæ, ſed pleraque deprauata ab im-
peritis correctoribus. *Miſſi ab Troianis qui peterent eorum, qui in
bello ceciderant humandi veniam*. Ita libri ſcripti, vulgo addiderunt
vocem *corpora*, quibus inſueta hæc locutio. Corippus, libr. II.

Et patrium diadema dedit, curaſque regendi
Impoſuit rerum genitor, quas ipſe creauit.

Et ad eundem modum in l. 22. C. de admin. tut *pecuniæ feneranda*
ſcriptum eſt: *Huc accedit quod ipſius pecuniæ fenerandi vſus vi.
diuturnus eſt*. Suetonium credunt ita locutum in Auguſto XCVIII
*exacta iocandi licentia, diripiendiq; pomorum, & obſoniorum, rerumq;
miſſilium*. Mihi non liquet, quoniam & libri quique optimi ha-
bent, *Miſſilia*, & inter eos fideliſſimus ille Ranconeti, quem iam
laudaui, & Suetonius ſolet rerum miſſilia dicere non res miſſiles
Et hæc quidem ita ſunt. ſed quid ad Tacitum? qui neque eam lo-
cutionem vſus alibi, neque hic ſecundo caſu ſcripſiſſet, *incitan
cælibum*, & ſtatim tertio, *augendo ærario*. Nihil melius quam qu
notatum eidem eruditiſſ. Lipſio, *Incitandis cælibum pœnis*, non
liud eſſe, quam augendis. Indixerat quidem pœnas cœlibatui i
Iiis legibus, ſed eas intendit hac lege, quæ ſane vt produxit ter
pus ineundi aut renouandi matrimonii, ita auxit pœnas eoru
qui obſtinate a nuptiis abſtinerent.

Etiam Aſiæ ſorte depellendum.) De prouinciis quæ populo R
mano relictæ ab Auguſto, earumque adminiſtratione pleraq
docte notata viris magnis. Pauca ſunt quę addantur, luci hiſto
In eas miſſos proconſulibus, miſſos ſorte, miſſos in annum, re
adnotatum eſt; item conſulares duas, Aſiam & Afr can; reliq
prætorias, quas decem enumerat Strabo in ipſo fine operis
boratiſſimi. Sed hoc addendum, ſortitos eas prouincias conſu
res & prætorios ſecundum ordinem, quo eos magiſtratus in v
geſſiſſent. Nam Aſiam & Africam ſortiti anno ſuo conſul
duo, qui antiquiores ceteris conſularibus. Anno ſuo dico, qui
canum imperii illud ab Auguſto, ne imperia continuarentu
magiſtratus depoſito honore manerẽt in vrbe ſaltem quinqu
nium antequam prouinciam ſortirentur. Dio; Suetonius. Ita
non ſtatim eiurato magiſtratu prætores aut cõſules ibant in
uincias, ſicuti in veteri repub. ſed poſt quinquennium; inter
etiam poſt ſexennium, ſeptennium, aut eo tardius. id fiebat;
non vt ante duo tantum conſules quoque anno, ſed ſuffecti

is post paucos menses crescebat numerus consularium. Itaque duo antiquiores sortiebantur inter se eas prouincias Asiam & Africam; sicuti prætorii secundum ordinem gesti magistratus etiam ceteras sorte ducebant: in quis si pluribus eiusdem anni magistratibus locus non esset, prælati in sorte mariti cælibibus, parentes orbis, ex legibus Iulia & Papia. Apud Tacitum sæpius videbis referri quis quo anno Asiam, quis Africam rexerit; obserua astes, videbis eo ordine missi in eas prouincias qui consules fuere; clareque id Tacitus ipse indicat. fine huius libri; *Ita sors Asiæ in eum qui consularium Maluginensi proximus erat conlata.* Inde est quod paullo ante idem Maluginensis anno suo sortiri vult Asiam, quamuis flamen dialis. Inde quod M. Lepido sine sorte datur Asia, quia Africa extra ordinē exemta sorti. Inde, quod in Suetonii Galba *prohibitus a Tiberio sortiri anno suo proconsulatum.* Inde apud nostrū hunc in Agricola; *Aderat iam annus quo proconsulatum Asiæ & Africæ sortiretur.* hoc est, sorte duceret vtram earum regeret. Quod minus animaduersum suspectum mendi locum fecit eruditiss. Lipsio Hæc ordinaria & solennia. At factum interdum vrgentibus prouinciarum reb. vt dilata in proximum annum sorte vnius e cōsularibus, altera prouincia extra ordinem iudicio Principis vel Senatus mandaretur: quod in Asia nescio an factum, pacata & quieta prouincia. In Africa turbidiore non semel accidit. Apud Suetonium, Galba Africam proconsule biennio obtinuit, *extra sortem electus ad ordinandam prouinciam, & intestina dissensione & barbarorum tumultu inquietam.* Idem exemplum hic, vbi Blæsus extra ordinem electu. Africæ pacandæ, & sequenti anno continuatus. In Suetonii Vitellio caussa alia, quod ille duobus annis in Africa: nam priore sortitus eam ex consulatu ordinario; altero, legatus fratris, qui in consulatu suffectus ipsi, & ideo sequenti anno sortitus consularem prouinciam. Caussa alia imperii extraordinarii apud Xiphilinum in Tiberio, penuria consularium aut prætoriorum, qui exhausti eius tyranni sæuitia. τοσοῦτον γὰρ πλῆθος τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν βουλευτῶν ἐξώλετο, ὥστε τοὺς ἄρχοντας τοὺς κληρωτοὺς τοὺς μὲν ἐστρατηγηκότας ἐπὶ τρία, τοὺς δὲ ὑπατευκότας, ἐπὶ ἓξ ἔτη τὰς ἡγεμονίας τῶν ἐθνῶν ἀπορίᾳ τῶν διαδεξομένων αὐτοὺς σχεῖν.

Vulgus obæratorum aut clientium.) Non adsentior viro doctissimo, qui illustrando huic loco mittit nos ad Varronem de re rustica lib. I. XVII. Nam quod ibi legimus, *quos obæratos nostri vocitarunt*, nihil ad Taciti & Cæsaris obæratos. Et aperte scribendum. *oberarios*, vt ex serie totius capitis clarum, manu ducente vetere scriptura, *oberarios*, quam & optimus atque eruditiss. Victorius e suis libris adnotauit, & ego ipse legi in optimo Regiæ bibliothecæ libro, qui per omnia fere similis optimo illi Victoriano; hoc melior, quod postrema pagina in eo superest, quæ abfuit ab altero, & quia abfuit, extrema Varronis librorum clausula corru-

ptiſſima, quam iuuabit obiter reſtitutam hic dare. Editur vulgò. *Nos hæc: at ſtrepitus a dextra, & eccum recta candidatus noſter deſignatus ædilis, cui nos occurrimus, & gratulati in Capitolium proſequimur. ille inde eundo ſuam domum, nos noſtram. Opinionis noſtræ ſermonem de paſtione villatica ſummatim hunc quem expoſui habeto.* At quanto melius in illo veteri: *Et cum læta candidatus noſter deſignatus ædilis ſe in villam: Cui nos occidimus, & gratulati in Capitolium proſequimur: ille inde endo ſuam domum, nos noſtram. Opinioni noſter ſermone de paſtione villatica ſummatim hoc quem expoſui habito.* Egregie, ſi addas ſcribendum, *nos noſtram ô Pinni noſter.* Nam hic liber ſcriptus ad Q. Pinnium; vt primus ad Fundaniam vxorem, alter ad Turranium Nigrum. *Endo ſuam domum*, habet ab Ennio. *Occidere* pro occurrere, notũ ex Feſto, & Plauto. Iam illa *ſe in villam*, eleganter addita, quia illi in villa publica, vbi expectauere cãdidatum: dixerat enim: *Reſpectantibus nobis, quod eo candidatum noſtrum venturum ſciebamus.* nam ita ſcribendum, non *& candidatum*, vt vulgant. Vnum eſt in veteri ſcriptura, quod nõdum intellexi, quid ſibi velint illa, *cum læta*, niſi ſit, cum læta turba. Sed de hoc quæramus amplius. At de toto illo capite XVII. libri primi, & de operariis illis, plura alio loco.

72 *Inimicitias faciunt, ac mihi relinquunt.*) Curioſe inquirenti mihi olim in hanc ſententiam, viſum mendum, & probaui doctis nunc, niſi fallor, veram medicinam vidi. Reſcribendum, *Inimicitias faciendas mihi relinquunt.* fons mendi, ex veteri ſcriptura *faciundas.* Ædiles incuſauerant luxum generali oratione, gloriamque ex eo apti. Remedium ei malo in ſingulorum correptione, quod plenum inuidiæ & ſimultatum Senatus ad Principem retulerat. Ille ambigua, vt ſolebat, oratione primum excuſat in vniuerſum emendari poſſe. Sub finem, iiſdem qui gloriam ex reprehenſione vitiorum quæſiuerant relinquit emendationem ſingulorum, hoc eſt inimicitias faciundas: Et ne coacti videantur, vult videri relictum hoc ipſorum arbitrio, ſi pares ſe iudicẽt tantæ rei. Senſit Senatus Principis voluntatem, & Ædilibus, qui emendationem poſtulauerant, eam curam permiſit. Indicio eſt Suetonius in Tiberio; & quod Tacitus addit, *Remiſſam Ædilibus talem curam* non eſt contra. permiſſum enim vult Ædilibus, vt in luxum inquirant ex ſumtuariis legibus. *Remiſſa* ſi quidem idem quod permiſſa, vt lib. I. *Remiſit Cæſar*, pro permiſit, quod adſeruit maxime Cuiacius. Symmachus Ep. VIIII. VI. *Actores abſentium, quibus in longinqua remittitur tanquam ſoluti legibus viuunt, quoniam procul poſitis nullus damnorum (vel dominorum) terror incurrit.* Et alia exempla paſſim. Sed quid fiet iis quæ mox Tacitus addit luxum menſarum & profuſionem annonæ ab Actiaca pugna ad Galbæ imperium licentia ſumma exercita, tandem poſt Veſpaſiani æuũ per ſe exoleuiſſe. Scilicet, vt ſumtuariis Auguſti ac Tiberii legib. nullus m

gnus

nus & rigidus vindex, ita quod nunc Ædilibus permissum id exercuere in popinas ac vulgares cœnas, non in procerum & magnatium insana conuiuia, quod & Plinii locus de Galba Ædile popinarum pœnis famam aucupante indicio est.

Ne successor in incerto foret.) Insignis locus, & curate expendendus vbi consultatio incidit, an Principi designandus successor. Quæstio maxima, & cuius partes fecerim duas, primam, an reipublicæ id expediat, alteram, an Principi. In prima generatim hoc censuerim, expedire semper reipubl. ne successor in incerto sit, qui si quid humanitus accidat Principi, consensu omnium firmatus suscipiat gubernacula, cognito multis experimentis nasci maximas turbas, si Princeps nullo certo successore moriatur, trahentibus ad se pluribus summam imperii. Cuius rei nullum clarius documentum imperio Alexandri Magni, quo nullum florentius nec maius vnquam fuit pro breuitate temporis, quo paratum primo, dein auctum: nec venerat adhuc eo vt mole sua laderet, quod solet in magnis imperiis, quum recens adhuc & florens nondum corruptionem ex senio metueret, nisi si dicas, quod breui adoleuerat, breui perire debuisse, vt contra quæ magno molimine crescunt, diutius manere experimentis cognitum semper. Sed vt vt sit, nulla alia caussa desolatum tam cito, q̃ quod moriens Alexander successorem sibi nullum certum reliquisset. Erat hinc filius paruulus adhuc in cunis, cui fauor a patre apud multos. illinc frater Aridæus, qui & studia multorum habuit memoria patris Philippi, qui vt nõ tam latũ imperium quæsierat, ita fundamenta iecerat, sine quibus nec Alexander ad illa venisset. Alia ex parte Perdiccam imperatorem sibi volebant quidam ob annulum ab Alexandro moriente ipsi datum, & supremam voluntatem principis quouis iure potiorem rati, eius maxime, qui imperium relinqueret non a patre aut auo, sed a se partum. Hæc studia dum diuersos duces rapiunt in partes, pessumdedere partam Macedonum nomini tanto labore gloriam, quæ non accidissent si obuiam itum ab Alexandro viuo fuisset huic discidio. Sed nulla eius culpa, mortui ante quam de morte cogitandum sibi putaret, exemplum tamen, quouis tempore facturum ex officio principem, si successorem destinet sibi. Quo exemplo contentus ero in hac parte prima. sequitur pars altera consultationis, an expediat principi, & destinatio successoris munimento sit viuo, an irritet scelera desperatorum. Qua in re consilium refert Tacitus diui Augusti, principis sapientissimi atque optimi, qui primus post fluctuantes reipub. Romanæ reliquias inter tot aduersos, hos partium diuersarum, illos libertatis memores, gratæ vsque omnibus nisi iis quibus status integer rep. integra esse non potest, primus, inquam, inter tot obstantia constituerit sibi securam & longe pacatam dominationem summam; eius igitur consilium

hoc fuit. Deligendum a viuo successorem, & destinatum augendum honorib. ne successor in incerto sit, sic cohiberi prauas aliorum spes ratus. Quod consiliũ secutus euentus felix cõprobauit. Opponitur contra exemplum Galbæ, qui securus pacatum imperium tenere potuit, nisi Pisonem sibi adoptando successorem designasset. Ante id factum enim Otho nihil mouebat, perfecto, spe deiectus imperii tentauit extrema, perfecitque. Certa responsio huic exemplo. Malum id maximũ in rep. quum plures viuo principe sibi promittunt successionem, sed nunquam maius quam vbi iis variæ caussæ quis freti, & ambigua certaturis victoria, aut vbi caussa vnus potior, alter fauore. Hoc in Tiberii & Galbæ principatu animaduertere est. Caussa melior Piso, non quod ius alii quod ei, nam neque ex iure imperium, quod tum primum transierat a generis prærogatiua ad electionis iudicium; sed quod bonus, iustus, spe fore, vt sine vitio regeret remp. tum fauor Galbæ quæ omnia suadebant eum præferri. At militum fauor Othoni hoc est eorum, quorum in manu tum omnia. In Tiberii principatu duo successores videbantur ostendi populo, Germanicus & Drusus; vtrique suus fauor, sua caussa. Hic, quia filius principis præualuit amore patris, inferior gloria belli, metu luxuriæ erumpentis in iuuene, & crudelis animi. Alter, quia eadem familia progener Augusti, adoptatus a Principe, & iussu eius qui imperium dederat Principi; accedebat moderatio & summus in eum fauor populi, postremo, gloria rerum gestarum. In eiusdem Tiberii extremo vitæ tempore eadem ambiguitas: mortuis duobus filiis supererant nepotes duo, quisque paterni fauoris ac gratiæ heres. Proposui caussas ancipitis consilii sub his principibus videamus quis successus. Tiberii in vtroque melius fatum quam Galbæ. Dum duo fuerunt, quorum alterum præoptaret ipse, alter studiis omnium vocaretur, sustinuit iudicium, ne aut alterum firmando suum abiiceret, aut istum præferendo studia popularium in se concitaret. Quod noster optime notat in his verbis *quum incolumi Germanico integrum inter duos iudicium tenuisset.* eiusdem principis fine æque suspensa studia inter Caligulam & Tiberium, & caussæ eædem celandi consilii & animi, quem si aperuisset, nocuisset ipsi sibi, & qui odio iam erat multis, aut destituto proprio nepote Tiberio miseram domus suæ ruinam vidisset viuus, aut electo periculum præsens sibi ipsi creasset. In Galba studia quoque eadem fuerunt, at non eadem moderatio, quippe principe rigide præfracto & retinenti eius quod optimum videretur, non consulto, an & id saluo reip. statu posset. Sustinere inter duos iudicium noluit: ideo pessum iit adlecto altero, & qui plus poterat, minus posse debebat, coacto ad arma desperatione exspectati præmii. Sed caussa alia Galbæ fuit præcipitandi iudicii, quæ Tiberium non vrgebat. Senem principem nolebant

pri

ti exercitus, nisi fultum munimento liberorum, aut eorum a
iis respubl. opem exspectaret, princeps tutamen. Nec potuit
fferendo Tiberianam artem sequi, librato inter duos iudicio,
iin sibi ipsi & summæ rei pessime cautum iret. Sed hoc tene-
it principes qui in eadem alea, cauere melius rebus suis, & fran-
ere ante potētiam eius qui abiicitur, quam altero electo hic ad
periundas opes suas cogatur desperatione speratæ potentiæ.
ene id Augustus, qui Tiberium fregit ablegatum Rhodum an-
quam Caium & Lucium nepotes eucheret ad spem certam im-
erii: & postmodum fregit Agrippam Postumum, electo & desti-
ato Tiberio. At Galba non modo non fregit Othonem, sed et-
im adiuuit. auxit. Pauca ei studia militum, & ea ex memoria Ne-
onianæ luxuriæ, cui similis Othonis vita. Auxit studia partium
Galba negando paruulo donatiuo, quo demulceri potuerunt, &
dissimilitudine vitæ cogendo exspectare eos a luxurioso, quod
b auaro frustra expetiissent. Itaque ex iis quæ diximus consilium
hoc manet, si duo sint qui vocentur ad spem successionis caussis
disparibus, sed quis vtrisque sua munimina, si res non vrgeat, vten-
dum Tiberii consilio temperanda studia inter vtrumque, donec
melior aut omnibus probetur, aut abiecto deteriore securus ac
sine æmuli metu capessat spem imperii. Sin, vt in Galba, res in-
tet, & necesse sit vel bello ingruente, cui non alius dux dari pos-
sit quam qui successor futurus, vel ingrauescente ætate princi-
pis aut morbo, tunc hoc Galbæ sequendum esse, vt bonum & di-
gnum eligamus potius cum aliquo periculo, quam malum securi
futurorum, & nobis solis consulentes. Deinde hoc adiciamus,
quod non seruatum Galbam pessum dedit, vt quos fauere dete-
riori princeps viderit, eos omni ope, omnibus artibus ab eo abdu-
cat: omnibus artibus dico, etiamsi a publica disciplina descen-
dum sit. Galbam enim exactio disciplinæ militaris, & studium
frenandæ impotentiæ & auaritiæ prætorianorum pessum dedit:
quib. eo tempore indulgendum aliquid fuit potius, quā daretur
caussa qua sibi ipsi arrogarent omnē licentiam. Cato præfractus
nimiū negando multa publicanis abalienabat ordinē Equestrem
a Senatu & bicipitem ciuitatem faciebat. Bono id consilio qui-
dem; sed dū retinentissimi sumus alicuius publicæ honestatis aut
iuris, sæpe fit vt iniuriam & iniustitiam omnē inducamus impru-
dentes intra mœnia. Conciliandi ergo quacunque ratione si qui
erunt qui turbare posse videbuntur; aut sane exarmanda ante eo-
rum audacia, quam cogendi ad omnia audenda abiecto eo cui
studebant. Sera remedia; tum quum vulnus saucium perduxit ad
extremos halitus. Seræ destinæ, quum ruit conuitio parietum do-
mus: & sera tum coercitio, aut conciliatio plus potentium quum
efferati ruunt ad arma: sicuti in Galba documentum clarū exsti-
tit. In aliis principibus, si similia exempla obtenduntur, dici po-

teſt non tam eſſe damnoſam electionem potioris, quam fuit ele ctionis dilatio, quia dilatione ſpes ab aliis concipitur. Ab in tio ſi fieri poteſt,oſtendendus qui deſtinatur imperio,ne quis ſp ſubleuari ad res nouas poſſit. Quod & in Galba ipſo exemplu habet:quem neque Otho perculiſſet, ſi antequam rediiſſet ex H ſpaniis habuiſſet ſecum ſucceſſorem imperii. Dilata electio & a optio ſpem Othoni creauit; dein ea præciſa audaciam. Hæc ſ tis ſunt ad eos qui periculum metuunt Principi deſtinanti ſucce ſorem ab iis, quibus ea deſtinatio ingrata. Sed & alterum pericu lum oſtenditur, ne is ipſe qui deſtinatur ſucceſſor audeat adue ſus Principem, auctuſque ab eo honoribus potentiam vertat i eius exitium; huic periculo obuiam ibitur a Principe, ſi ha duo ſeruarit, quæ Tacitus verbo notat: *ſimul modeſtia Neronis & ſua magnitudini fidebat.* Vtrumque vt non ſemper concurrere po teſt ita alterutro confidere debet Princeps qui ſucceſſorem quæ rit ſibi, eique in manus tradit exercitus ac cetera imperii mun mina. Primum eſt magnitudo Principis, quæ firmata longo im perio, amore ciuium, minus ſollicita eſt quem eligat, quia hoc num intueri habet, cum eligi qui Principi mortuo par ſit rebu Alterum, modeſtia deſignati, qui talis ſit ingenio, adſuetudin vt etiamſi poſſit, etiamſi vocetur ad imperium, malit tamen e ſpectare id, quam ſcelere præripere: qualem Germanicum ſenſi Tiberius,quem certo deſtinaſſet, niſi ſuum prætuliſſet adoptiu quæ cauſſa ei potior quærendæ neci iuuenis inculpati, quam ſ ſpicio adfectati imperii, aut inuid a recuſati. Auguſto firma longa pace, lõga adſuetudine dominii nullus metus a quoquar eo ſecurior quemuis elegiſſet. Galbæ recens vocato ad imp rium, nutantibus adhuc exercitibus, infenſis qui licentiam ſu priore Principe adſuetam deſiderarent, crudelitatem, quæ ſem per mutationibus rerum comes, horrerent, opus fuit electo e qui modeſtia & moribus bonis cognitus non ſolum recturus eſſ imperiũ ſolus ſine probro, ſed etiam qui exſpectare mallet qua occupare. Et Piſo ad eam rem dilectus optime ac ſapientiſſim Infelix Claudius, qui Neronem deligendo & ſibi & ſuis exitiu accelerauit. Poſtremum eſt, vt cum Princeps eligat qui bonis a tibus clarus, quemque parem rebus futurum aut experimen cognitum ſit, aut ſumma indole: quod & recte Tacitus expreſ his verbis: *Modica de moribus adoleſcentis, neque in falſum aucta r tulit;eſſe illi coniugem, & tres liberos, eamque ætatem, qua ipſe quo dam a Diuo Auguſto ad capeſſendum hoc munus vocatus ſit:neq; ni propere, ſed per octo annos capto experimento, compreſſis ſeditionib compoſitis bellis triumphalem & bis Conſulem noti laboris particip ſumi.* Quæ poſtrema verba non capit noſter interpres, quum n *tum laborem vertit*, cognitum omnibus, quum dicat, cognitu ipſi Druſo,qui iam in partem curarum vocatus ante.

Po

Porro si hi duxissent prouincias.) Id est, sortiti essent, sorte duxis-
ent. quod idem prorsus est, ac si diceret, si hi in prouincias populi
omani issent: nam earum perpetua nota sors, adeo vt etiamsi a-
qua occasione fiat, vt in eas eatur sine sorte, tamen sorte obtine-
dicantur, vt supra, de Lepido; *Etiam Asiæ sorte depellendum*; quum
rouincia Africa extra ordinem data, Asia illi sine sorte restaret
egenda. Ita hic Maluginensis petit, vt sibi liceat sorte Asiam ha-
ere, quum eadem Africa extra ordinem Blæso continuata, sine
orte eam habiturus esset, si fas ei egredi pomœrio. Et in fine libri:
a sors Asiæ in eum qui consularium Maluginensi proximus erat
llata. Ita κληρωθῆναι dicuntur in loco Dionis quem adduxi supra,
ouinciarum publicarum præsides. Et Tacit. sup. libr. II *Maius*
nperium quoquo adisset, quam his qui sorte aut missu Principis obti-
rent. id est, quam omnibus prouinciarum præsidibus, siue ii in
opuli Romani Prouinciis, siue in Cæsarianis. Præsidibus dixi,
uia id nomen olim generale vtrisque, quod postea in iure nostro
strictius obseruatum. Gellius II. c. II. *Ad Philosophum Taurum ve-*
rat vir clarissimus præses Cretæ prouinciæ: quæ certe in populi Ro-
ani prouinciis, & ei proconsul. Et ne postea mutasse credas, idem
ellius fine capitis vetat: *Sedeat hic potius*, inquit, *qui populi Roma-*
magistratus est.

Lib. IV. *In ceteros metus crederetur.*) Quæ mihi & aliis visa,
unc damno. Verius est quod video placuisse doctissimo Sauillo,
earetur.

Tres vrbanæ, nomen prætoriæ.) Labor vt rescribam, *decem præto-*
æ, quia & Dio decem millia militum fuisse ait, in decem cohor-
s tributa & mansisse eundem numerum etiam sequenti æuo fi-
em facit vetus inscriptio, quam descripsi ex libro Epigramma-
m vrbis Romæ:

M. Aurelio Cæsari Imp. Cæsaris T. Æli. Hadriani, An-
onini Augusti Pii Filii, Diui Hadriani Nepo. Diui Tra-
ni Pronepoti, Diui Neruæ Abnepoti, Cos. Petronius
lamertinus & Gauius Maximus Pr. Pr. Tribuni cohor-
um Prætoriarum decem & Vrbanarum trium Centu-
ones cohortium Prætoriarum & Vrbanarum, & Sta-
orum euocati cohortes Prætoriæ decem & Vrbanæ 10.
2. 14. centuriæ Statorum optimo ac piissimo.

am quod Vitellius sedecim prætorias conscripsit, quatuor vr-
nas non mansit diu. De tota ratione prætoriani & vrbani mili-
nihil addi potest ad ea quæ doctissimus Sauillus adnotauit, in
curatissimo tractatu de militia Romana, quem vna cum notis
Tac. in historias, & Agricolam editum ante aliquot annos

pauci videre, quia malo maximo rei literariæ Anglica tantu
lingua publicatus.

Et quando exiret.) Defectum esse censent viri docti, mihi alit
videtur. Inter caussas omissæ confarreationis, has adfert; vnā, cę
moniæ difficultates, quas vel incuria negligerent, vel consul
vitarent. Alteram, ob priuilegia liberorum, qui flamines vel f
minicæ: quia ii adepto sacerdotio statim exibant e patris po
state: quod noiebant patres, & ne inuiti paterentur, omitteba
vsum confarreationis, ne liberi eorum in id sacerdotium le
rentur. Nam alioqui filii, etiam honoribus aucti, filiæ, etiam n
ptæ, manebant tamen in patris potestate, vt notum est e nos
legibus. Re deliberara, Senatus in ipsis cærimoniis & in iure
minis nihil mutat; in iure flaminicæ hoc tantum quoad sacror
caussa in manu viri est, cetera in manu & potestate patris,
uti aliæ feminæ. De confarreatione multa docte notatā, &
omnib. clarum, sanctas habitas eas nuptias. ideo pt sci moris
uātissimus Apuleius Cupidinis nuptiis eā adhibet, loco vulgo c
rupto quem obiter emendabo: libr. v. Miles, *Ego vero sororē tu*
& nomen quo tu censeris aiebat, iam mihi confestim arra atq; his
ptiis coniugabo. Libri veteres cōstanter habet, *confestim arreat*
nuptiis. Scilicet scribsisse illū; *iā mihi confarreatis nuptiis cōiug.*

Flaminica dialis.) Recte, *flaminica.* Ita semper Gellius, Fes
Seruius alii: & aliam esse flaminiam ostendit Festus, sacerdotu
videlicet q̄ flaminicæ præministrat, vt flaminius Camillus, qui
nistrat Flamini. De hac sacerdotula capio antiquum lapid
MARCELLA. FLAMINIA. AVGVSTAE. & Ouidium II Fast.

Ipse ego Flaminiam poscentem februa vidi. quamuis secus

Plautius Siluanus.) Lapis, quem retulit eruditiss. Lipsius,
est de hoc Siluano. Nam in eo Plautius & Claudii Imp. co
fuisse dicitur in Britannia, & vixisse vsque ad Vespasianum.
scribam integrum ex Apiano, & Epigrammatis vrbis Romæ;

Ti. Plautio M. F. ani. Siluan. Æliano Pontif. sodali, A
III. vir a. a. a. f. f. q. Ti. Cæsaris legat. leg. v. in Germania p
vrb. legat. & com. Claudii Cæsaris. in Britannia, cos.
cos. Asiæ, legat. proprąt. Mœsiæ, in qua plura quam
tum mil. ex numero Transdanuuian. ad pręstanda tri
cum cōiug. ac liberis & principibus aut regibus suis t
duxit, motum orientem sarmatar. cōpressit: quamuis
tem magnam exercitus ad expeditionē in Armeniam
sisset, ignotos ante aut infensos. P. R. Reges signa R
adoraturos, in ripam, quam tuebatur, perduxit, reg
Battarnarum & Rhoxolanorum filios Dacorum fra
captos aut hostib. ereptos remisit; ab aliquis eorū ob
ac

accepit, per quæ pacem prouinciæ & confirmauit, & protulit, Scytharum quoq; rege Macheronensi, quæ est vltra Borusthenem, obsidione summoto, primus ex ea prouincia magno tritici modo annonam P. R. adleuauit Hũc legatũ in Hispaniam ad præfectur. vrbis remissum, senatus in præfectura triumphalib. ornamẽtis honorauit, auctor. Imp. Cæsare Aug. Vesp. verbis. Q. I. S. S, Mœsiæ ita præfuit, vt non debuerit in me differi honor triumphalium eius ornamentor. nisi quod latior ei contigit mora, titulus præfecto vrbis, hunc in eadem præfectura vrbis Imperat. Cæsar Aug. Vespasianus iterum cos. fecit.

Dilectis circumstipatoribus.) Scribe, *disiectis*. Sed verius est quod viri docti notant ex veteris scribturæ vestigiis, *deletis*.

Neque refert cuiusquam Punicas Romanasue acies.) Prorsus idem est, quod apud Iuuenalem Sat. I.

Quid refert dictis ignoscat Mutius, an non?
Pone Tigellinum, —— Et paulo post:
Securus licet Æneam, Rutulumque ferocem
Committas; nulli grauis est percussus Achilles;
Aut multum quæsitus Hylas. ——

Cremutius Cordus.) De cuius fine legendũ Senecã cõsolatione ad Marciã bene monuit Lips. & partẽ ei⁹ loci feliciter correxit. At ꝙ in fine editur. *Magna res erat in quæst. an mortis rei perderetur*; rectissimũ est ꝙ ille in libris inuenisse se testatus, *proderetur*, h. e. ederetur Rei semper ꝓducũtur ab accusatore & recipiũtur a iudice certi & nũcupati criminis, cui pœna statuta certa lege; puta maiestatis adulterii, falsi, de vi publica, repetundarum. At hic nouum crimen *reus mortis*; non vt Græcis θανάτου δίκη, nam is est cædis, siue mortis alienæ; hic reus mortis suæ. Nã maiestatis re⁹ Cordus ante diẽ iudicii mortẽ sibi ipsi cõstituerat: id delatores vt impedirẽt quã noua spõte morientis nõ publicata, veniũt ad tribunal, tanquam, inquit, postulaturi reũ noui criminis mortis suę. Quę alia viri docti cõminiscũtur, & frigida nimis, & lõgius abeunt a scriptura vet.

Veterem inter Herculis posteros diuisionem Peloponnesi.) Sortitio Heraclidarũ post victos Pelopõnesios, & diuisio in Lacedęmoniorum, Argiuorũ, ac Messeniorũ regionẽ satis nota ex veteri historia. Temenus Argiuã, Aristodemus eiusq; liberi Lacedæmoniam, Cresphõtes Messeniam habuere Ea diuisio & q̃ eam præcessit Heraclidarũ expeditio 80. ann. fuit post excidiũ Troiæ. Euseb. Diod. Paterculus, & omnis historia Græca & corrigẽdus Strabo lib. XIII. in quo ἑξήκοντα ἔτεσι τῶν Τρωικῶν ὕστερον, ma e scribitur ꝓ ὀγδοήκοντα, tralatitio errore ex notis. Viginti ann. ante captã Troiã prima expeditio Heraclid. fuerat; in qua occisus ab Echem. Tegeatæ Hyllus Herculis, & ex pacto recessere Heracli. nec redière ante cõpletum

pactionis tempus, hoc est, post centesimum annum. Herodotu
lib. VIII. Pausanias in Messenicis. ἔστιν Ἀβία ἐπὶ θαλάσσῃ πόλις. ταύ
την Ἰρὴν καλεῖσθαι πάλαι, καὶ τῶν ἑπτά φασιν εἶναι πόλεων. ἃς Ἀχιλλεῖ π
ποίκεν Ὅμηρος Ἀγαμέμνονα ὑπισχνούμενον. Γλήνου δὲ καὶ Δωριέως μάχ
κρατηθέντων ὑπ᾽ Ἀχαιῶν ἐνταῦθα Ἀβίαν Ὕλλου τοῦ Ἡρακλέους τροφὸν α
ποχωρῆσαι ἐς τὴν Ἰρήν, &c. Historia ignota mihi de Glyno & Doriec
credo & aliis. Sed omnino rescribendum: Ὕλλου δὲ καὶ Δωριέων μάχ
κρατηθέντων ὑπ᾽ Ἀχαιῶν. Dores semper Heraclidæ, & qui ab illi
Achæi tum communi nomine omnes Græci; ita tamen vt fere Do
res atque Iones excipiantur. Itaque eos ecce nominat etiam i
hac ipsa re narranda Herodotus. ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου ἐπεὶ Ἡρακλεῖδαι
ἐπειρῶντο μετὰ τὸν Εὐρυσθέος θάνατον κατιόντες ἐς Πελοπόννησον, τότε ἀ
ρόμεθα τοῦτο, διὰ πρῆγμα τοιόνδε, ἐπεὶ μετ᾽ Ἀχαιῶν καὶ Ἰώνων τῶν τότε ἐό
των ἐν Πελοποννήσῳ, &c.

Suoque regi Dentheliatem agrum.) Dentheliatem agrum nu
lum hic locum habere recte monuerunt. Sed nec Eleates ferri p
test, quod iis visum. primum, nunquam Eleates pro Elæo dicitu
sed aut ex Elea siue Velia Italiæ, aut ex ciuitate cui nomen ἔλος
λακωνικῆς a quo ἐλεᾶται Theopompo apud Athenæum, qui po
ea εἵλωται. At ἠλεῖος ab Elide, non Ἐλεάτης. Deinde, nec Eleus qu
dem ager hic locum habere potest, qui inter Dymam quidem
Messenam est, & vere id Strabo, sed non inter Messenam & Lac
nicam. Ita enim est: Dyma vrbs postrema Achaiæ; eam excipit
læorum ager; hunc Messeniorum; dein Laconica est. At regione
quærimus, quæ media Messeniam inter & Laconicam, & in
hoc templum. Postremo, nusquam proditum Elidem aut Elæu
agrum fuisse in sorte Heraclidarum; quæ vtraque ratio etiam r
fellendis iis, qui rescribunt in Tacito, *Tegeatem*, qui ager neq
in sorte Aristomachi filiorum fuit vnquam, sed semper Arcad
neq; inter Messeniam & Laconicam, sed supra Laconicam, qui
infra eam sit Messenia. Nec Pausanias iuuat, qui coli Limnatid
Dianam Tegeæ fatetur, sed ita vt Aleam Mineruam Mantin
propriam Tegeatarum, Leucophrynam Dianam Athenis, M
gnesiorum. Nec certius quidquam eo quod iamdudum mon
de Thuriate agro sensisse & scripsisse Tacitum, in quo Lim
vicus sacer Dianæ cultu, & qui inter Messenios & Laconas c
trouersus. Vtrumq; probat Pausaniæ locus insignis in Messeni
ἐντεῦθεν ὡς ἐς μεσόγαιαν τῆς Μεσσηνίας σταδίους προελθόντι ὀγδοήκοντα
ἔστιν ἡ Θουριατῶν πόλις. Ἄνθειαν δὲ αὐτὴν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὀνομάσαι τὸν Ὅ
μηρον λέγουσι. Λακεδαιμονίοις δὲ ἔχειν τοῖς ἐν Σπάρτῃ τὴν Θουρίαν ἔδω
Αὔγουστος. Αὐγούστῳ γὰρ βασιλεύοντι Ῥωμαίων ἐπολέμησεν Ἀντώνιος,
δὲ οὗτος Ῥωμαῖος. καὶ οἱ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι ἄλλοι τε καὶ Μεσσήνιοι προσέθε
το, ὅτι ἐφρόνουν Λακεδαιμόνιοι τὰ Αὐγούστου. καὶ ὁ μὲν τούτων ἕνεκα Μεσσ
εις καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀντιταξαμένων τοῖς μὲν αὐτῶν ἔλαττον, τοῖς δὲ
πλέον ἐπεξῆλθε. Θουριᾶται δὲ καὶ ἐκ τῆς πόλεως ἐν μετεώρῳ τὸ ἀρχαῖον ο

...ώης ἐς τὸ πεδίον κατελθόντες οἰκοῦσι. οὐ μὴν παντάπασί γε οὐδὲ τῆς ἄνω πόλιν ἐκλελοίπασιν, ἀλλὰ καὶ τείχους ἐρείπια. καὶ ἱερόν ἐστιν αὐτόθι ὀνομαζόμενον θεοῦ Συρίας· τῆς δὲ ἐν τῷ πεδίῳ πόλιν ποταμὸς καλούμενος Ἄρις παρέξεισιν. ἔστι δὲ ἐν τῇ μεσογαίᾳ κώμη Καλάμαι, καὶ Λίμναι χωρίον, ἐν δ' αὐτῷ Λιμνάτιδος ἐστὶν ἱερὸν Ἀρτέμιδος, ἔνθα τελευτῆσαι, & cetera, quæ narrauerat antea in Laconicis. Planus locus, & ex quo certa in Tacito correctio: *Suoque Regi dein Thuriatem agrum in quo id delubrum essisse.* quando & de agro cõstat in quo Limneti. Diana, & de cõtrouersia super eo agro, q̃ diiudicauit Augustus. Tãtũ aduerte pugnã Taciti, q Diui Iulii & Antonii id decretũ refert. cũ Pausania, qui diui Aug. odio Antonii. Sed hæc non mira in his historiæ pa-ergis. Malim ego in hac parte Pausaniæ fidẽ arbitrarier. Aduerte et Pausaniam scribere Thuriam ab Hom. vocari Anthiam, quum Strabo scribat, Æpiam. Res tota in cõiectura est, & has ἀρχαιολογίας nouerũt oẽs q̃ sint dubiæ. Vtrãq; nominat Hom. Ilia. ι. eodẽ loco.

> Φηρὰς τε ζαθέας ἠδ' Ἄνθειαν βαθύλειμον,
>
> καλήν τ' Αἴπειαν, καὶ Πήδασον ἀμπελόεσσαν.

Et quia Lepidus ipse diligi se per modestiam abnuebat.) Scribe, *digi a se.* Sed verius est quod notant esse in libris, *diligere.*

LIB. VI. *Post ab Tullo Hostilio Numam Marcium.*) Quis hic Numa Marcius, ind ctus vniuersæ historiæ veteri? Volũt esse patrem Anci Marcii. Mihi aliter videtur, neq; n. id tacuissent auctores originũ Romanarũ, & cõtra Liuius Ancũ Marcium nobilẽ ait vna imagine Numæ. itaq; maneo in eo quod pridẽ monui, legendum *Numa N. Marciũ*, id est, Numæ nepotẽ. Is est Ancus Marcius, qui mox successor Tullo Hostilio. Seneca ep. st. CIX. *Quũ ad hanc eandem lectionem philologus accessit, hoc subnotat, duos Romanos reges esse, quorũ alter patrem non habet, alter matrem: nam de Seruii matre dubitatur; Anci pater nullus, Numa nepos dicitur.* Ita libri meliores.

Sanus repertus.) Bene monent corruptam lectionem. rescribe; *sane is repertus apud fretum Siciliæ.* Accusatus Rubrius desperasse de rebus Romanis, & parasse perfugiũ ad Parthos Sane, inquit Tacitus, ad fretũ Siciliæ captus, retractusq; nullam itineris probabilem caussam reddebat, vnde fides verum crimen obiici. *Sane*, ita sæpe in vsu Tacito. Paullo post; *sane vetus vrbi fenebre malum.*

L. Cassius) Notauit hic doctissimus Lipsius errorem Onufrii ac Sigonii, q Cassium hunc eũdem esse volunt cũ Iurisconsulto C. Cassio. Sed q idem accusat Pomponiũ, verbo respondebis, & defendes ICtum. non enim is M. Vinicium collegam dat Cassio Iurisconsulto: sed Quartinũ; nec mentio vsquã Quartini nomen adhæsisse huic Vinicio. Cõsules ergo simul L. Cassius Longinus, & M. Vinicius, & quidẽ ordinarii. Rursus Cõsules simul C. Cassius Iurisconsultus, & Quartinus, sed suffecti. Monuit id doctissimus atq; optimus senex Iacobus Cuiacius ad l. II. de orig. iuris. Itaq; & Lipsii sententia hos Cassios discernentis, vera, docta; & Pomponius sine

culpa. Tu modo ex breuiario libri v. tolles Quartini nomen, quod Lipsius addidit, credulus fastorum concinnatoribus.

LIB. XI. *Liberũ ei mortis arbitrium.*) Nõ sunt hiulca, nec confusa, ne putes. Insignẽ impudentiam Vitellii notat, & insignẽ stoliditatẽ Claudii. Asiaticus accusatus erat a Suilio palã, clam a Messallina & Sosibio. Quũ responderet criminib. flexus princeps, & in consiliũ ibat de absoluendo, quẽ videbat innocentem. Scelest Vitell amicitiam prætexens, & recensitis q̃ fidẽ facerent eũ cuper rei cã, flexit tandem pro absolutione ad mitiorẽ pœnã: & stolid Claud. exorari clemẽtiam suã passus artib. Vitellii, quẽ nullius criminis cõpertũ absolutũ ibat, ei priorũ bene meritorũ cõmemoratione victus, quasi gratiã faceret, liberũ mortis arbitriũ pmitti

Auxiliaris & diu meritus.) Proba lectio, si esset a libris. Ita supr lib. II. *Tacfarinas auxiliaris, stipendia meritus.* Sed libri variant, in Vaticano est *auxiliare es diu meritus.* Quid propius quam quo olim mihi visũ, *auxiliare æs diu meritus?* auxiliare ęs, vt ęs militar

Nos virtutem auximus. Nulla caussa est cur mutes, neque sem per augere passiue scribtum veteribus. Non melius ille qui in Catullo, augens, vult esse pro, auctus, noto versu:

O decus eximium, magnis virtutibus augens.

quũ vno ductu recte scribatur, *augens decus virtutib.* vt apud Ovi

Ille memor magni generis, virtute quod auget.

Sinistra in Remp. casura, cum prospere egisset.) Facillima huic lo medicina. Veteres libri: *in prospere egisset*, addita litera scribe; *prospere egisset; formidolosum paci virum insignem.* Non placeb moueri arma a Corbulone; siue rem bene gereret, ne arma & quæsitam auctoritatem verteret in principem; siue male, ne qu imperium detrimenti caperet.

Num Messallinam secretis minis.) Æstuant in hoc loco viri doc sed certe in simpulo fluctus mouent. Nuptiis Messallinæ cognis inhorruere omnes principis domestici, quia exitium principi i minere necessario videbant. Admoneri principem intutum, cordantibus potentiam vxoris, cuius vi tot proceres morti d Rursus facilitas principis spem faciebat opprimendæ vxoris præuenirent; sed in hoc metus, ne vxorem quamuis accusat audiret antequam perderet: quod si fieret, eadem facilitas peri lum vertebat in accusatores. Eo metu fiebat, vt ad aliud con lium descenderent, si sine accusatione Messallinæ possent auer re exitium a capite Principis. Id videbatur fieri posse si ab am Silii eam absterrerent; quod secretis minis tentandum pri censuerant liberti, iniecto metu, nisi adulterum relinqueret, ctutos principi. Rursus hoc consilium periculosum visum, ne potens mulier vltro monitores in exitium raperet. Ita in ta consiliorum æstu destitere prorsus ab omni incepto Pallas & listus expectaturi quid fors ferret: Pallas, ignauia; Calistus, pru

tia. Solus Narcissus perstitit in amoliendo periculo quod imminebat capiti principis, sed vsus priore cõsilio præueniendi adulteram apud aures principis alterũ consiliũ aspernatus, minis absterrendæ Messallinæ, ne exinde suspicaretur accusatorẽ & occuparet.

Tum potissimum amicorum vocat.) Immo, *potissimos.*

LIB. XII. *Quin & incestum ac si sterneretur.*) Duas caussas adfert cur matrimonium iam pactum nondum auderent celebrare: primum, ne princeps sine exemplo incestas nuptias faceret: alterũ, ne exemplũ daret aliis idẽ facturis malo publico. Itaq; legerim: *Quin & incestui via si sterneretur, ne in malũ publicũ erũperet metuebatur.*

Argiuos vel cum Latonæ parente.) Dudum monui legendum, *Argiuos vel Cœum Latonæ parentem*, vel, *Et Cœum.* Cœus pater Latonæ, a quo nomen habet insula. Xenophon qui mox dicitur medicus Claudii, Laertio memoratus in fine Xenophontis Socratici, vbi Xenophontes recenset, τέτος ἰατρὸς Κῷος.

Perditæ prius Domitia.) Verum est, nomen huic mulieri fuisse, Domitia Lepida, sed non ideo transposuerim hic eas voces: explicat enim sequens quam Domitiam dixerit, neque id apud Tacitum sine exemplo. Lepida hæc procul dubio vna ex amitis Neronis, & apud quam ille educatus matre in exsiliũ pulsa, vnde hæc blandimenta aduersus alumnum: Eandem esse quæ mater Messallinæ, non persuadent mihi viri docti; nam ecce forma & ætate Agrippinæ parem eam facit Tacitus, quod sane in matrem Messallinæ cadere vix potest. Et quod ex ea & altero marito Appio Silano natum volunt L. Silanum sponsum Octauiæ, prorsus stare non potest. Nam ex præmissis sequeretur ante Claudii & Agrippinæ nuptias licuisse ducere sororis filiam. Faciunt enim L. Silanum & Messallinam Octauiæ matrem ex vna matre Lepida genitos, quod, vt dixi, stare non potest. Quod addit Tacitus, *Impudicam & infamem*, scilicet ob fratris Domitii incestum, de quo Suetonius, quo in scelere constitisse mulieris libidinẽ vix simile vero.

LIB. XIII. *Quo bellum ex æquo modo pararet.*) Lege, *ex commodo pararet.* Hoc vult, datos obsides non bona fide. aut ergo dati vt falleret, & ostensa pace bellum pararet commodo suo, cui tum non satis paratus, aut vt specie obsidum amoliretur quos suspectos haberet. Nihil certius.

Inoffensa tot Imperatorum malitia fuit.) Ego vero nihil muto. Ratum in tanta ætate, tantis opibus, effugisse callidam sæuitiam Tiberii, furiosum impetum Caii, stolidam vecordiam Claudii: quę singulorum vitia generali malitiæ vocabulo complexus noster.

Quæ testamento matris aut aui acceperant.) Immo, *acceperat.*

Deesse nobis terra in qua viuamus, in qua moriamur, non potest.) Prorsus similis locutio supra, fine libri XII. *Agrippina, quæ filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat.* Nam & ibi deesse videtur, *quibat.* Itaque nihil mutauerim. Simile est primo hist. *Et pacis artibus, belli inexpertus.*

LIB. XIV. *Quod vberrimum spoliant.*) Corruptum locum es & fatentur viri docti, & multa arguunt, maxime. quod *spolian* præsenti dicit, mox alio tempore, *petebant.* Manuduxit me ad v ram lectionem monitio Lipsii, qui, *defendentibus intutum*, ex l bris retulit. Itaque rescribo. *quod vberrimum spolianti, & defender tibus intutum, læti præda, aliorum segnes, petebant.* Alacres nimiru ad prædam, segnes ad cetera: eo castellis ac præsidiis militariu omissis, eunt ad municipia vacua defensoribus, spoliis vberrim

Adsertis vicio Ruffino.) Scribe, *Vinicio.*

Per sæuitiam incenderetur.) Scribe, *inienderetur*, quod Tacito huic sæculo perpetuum pro augeretur. Nam quod incendi ann na dicitur, nihil ad vulgatam.

Quæ haut perinde exitium Antistio.) Pugnat sequens narrati suadetque rescribendum, *qua.* non enim lex quæsiuit gloria principi, sed Antistius eo consilio legem reuocabat, non exit Capitonis, sed vt damnatus a Senatu beneficio Principis facer locum. Scelestum hominis consilium subuersum Thraseæ sente tia & Senatus adsensu.

Ac quia illi p cognatis moribus. Nihil certius est scriptura Farn siani codicis, in eâ distinctione iuuenes, *Atq; illi pro cognitis morib. fu re; validior Tigell. &c.* Dixerat caussas quib. euecti ad præfectura Fenius & Tigellinus, subdit vtrumq; fuisse pro moribus cogniti id est, ita apud principem valuisse, vt ratio vitæ prioris & moru pristinorum ferebat. Nam adscitus per libidines Tigellinus, p e dem vim retinuit apud Neronem, Fenius fauore vulgi & côme datione innocêtiæ lectus, gratiam populi retinuit, non princip

Communeq; Germanici.) Caue mutes. Commune Octauiæ cu Nerone nomen Germanici, qui Neroni auus, Octauiæ patru commune item Agrippinæ, quæ Neroni mater, Octauiæ patru lis, & propter Claudii matrimonium matris loco.

LIB. XVI. *Dum rem familiarem eius acriter requirit.*) Quomo id? & nonne damnati publicata bona? si verum esse q scribit E seb. in Chronico; restituta ea patri a Nerone: *Lucius Annæus M Seneca frater & Gallionis bona Lucani filii sui à Nerone promerer*

LIB. I. HIST. *Perdomita Britannia, & statim amissa.*) ita c stituit hũc locũ doctissimus Lipsius, bene vtiq; ; nisi quod verb *amissa* minus placet acerrimi iudicii viro Sauillo, q verissime s ferit non amissam Britanniam sub Domitiano; immo, ne sub H driano quidẽ. Verius ergo q ei visum, *missa:* q a perdomita qu ab Agric. omnis Britannia, sed incuria sequẽtis sæculi non om retẽta, q a pars eius minus fructuosa. Appianus; τῆς Βρεττανίδος ὑπ τὸ κράτιστον ἔχουσιν ὑπὲρ ἥμισυ, οὐδὲν τῆς ἄλλης δεόμενοι. οὐ γὰρ εὔφορος αὐ ἐστιν οὐδὲ ἣν ἔχουσι. q visũ est hic monere, vt & q dam alia ab eodẽ gillo q a eius notæ, vt iã sæpius questus sum, Anglicę tantũ ed

Cũ aquila quinta legionis.) Valẽti XL. millia hominũ data, le

sco-

[c]oborib. legionũ & auxiliorũ ex vniuerso inferioris Germaniæ exercitu: nulla integra legione ei data, vt Germanis hostib. q ad [R]henũ quatuor legionũ nomẽ fraudẽ faceret. Aquila tamẽ vnius [l]egionis data, signũ pcipuũ totius expeditionis. Cæcinæ xxx. millia hominũ data, ex lectis duarũ legionum, & auxiliorũ inferioris [e]xercitus, addita vna legione integra, vna & vicesima Rapaci: eodẽ consilio, vt duarũ legionũ nomẽ prætexeretur vicinis barbaris. [V]nde factũ, vt mox in Italia septem legiones Germanicæ numerẽtur, 1. 5. 15. & 16. ex inferiori exercitu; 4. & 21. & 22. e superiori. Rursus eodem tempore sex legiones in Germania, h. e. eædem illæ 21 excepta, quia ex aliis partem eduxerãt in Italiam Vitelliani, partem reliquerant. Quod docte & curate obseruauit idẽ Sauillus, vt pleraq; alia in his hist. lib. qua illustrandæ Tacit. hist. qua ostendendo in quib. Tacit. ipse incuriosius aut minus explicarit rerũ gestarum ordinẽ, aut cõtraria sibi ipsi & repugnãtia scribserit. Quæ omnia summa industria, diligentia, iudicio ab eo relata, aut ipse nõ inuidebit nobis cismarinis Latina lingua dare, aut erũt qui audeant. Mihi hic ea tantũ decerpere consiliũ, q̃ ad Taciti scribturã constituendam. Vti hic, vulgatã lectionem turbant viri docti, q̃ corrupte in Vaticano, *cum aquilex quinta legionis*; e quo Lipsius, *cum aquila x. quinta*: cui caue credas: non quin de vtraq; legione id credi possit ex cetera historiæ serie, sed *decimamquintam*, *decimamquartam*, aliaq; ad eum modũ numquam Tacitus ac vix vnquam vllus alius veterum; omnes consensu minorem numerum præponunt, *quartamdecimam*, *tertiamdecimam*, *quintamdecimam*.

In alpe Graia.) Vatic. *cũ alpe Tarima*: e quo Lips. *cũ ala Taurina*. Felicius Sauill. *cũ ala Petrina*. Nã & ala Taurina hic nõ esse potuit; q̃ cũ Valẽte Cottiis Alpib. trãsiit, & Petrinam alã in partib. Vitell. fuisse, indicio est Sagitta præfectus alæ Petrinæ, infra libro IV.

LIB. II. HIST. *Qui pro Othone & accitum.*) Corruptum est: minima mutatione restitues, *quin proditione accitum Cæcinam clamitabant.*) Sane in pditionis crimẽ vocatũ Spurinnã a milite diserte scribit Plutarch. Paullo post rectũ est, *omnia quæcumq; facta*: quomodo locuta omnis antiquitas. & Græci eodẽ modo, *πάνθ' ὅσα*.

Cum duab. vexillaribus cohortibus.) Multa suadent vt damnem hanc lectionem, & substituam, *auxiliaribus*. Primum, q̃ perpetuo militiæ Romanæ more debuerunt legionis latus claudere auxilia, vti in sinistro vides, quatuor auxiliorũ cohortes: deinde, quod vix repereris vexillarios in cohortib. censos, semper auxilia: nam vnũ, duo, tria millia vexillariorũ referũt scriptores numquã vnã, duas, tres cohortes vexillariorũ: Et ita supra mille vexillarios Spurinnæ attribuit; seq. lib. tredecim millia vexillariorũ, Muciano. Postremo, vexillariũ dicũt semper, nõ vexillarem, & vexillariis, nõ vexillaribus; quæ omnia mihi certa adstruendæ nouæ lectioni, *Auxiliarii*.

Apud victores.) Non est quod transposita censeas. nec enim in-

uidia bello e numero cæſorum in acie, quàm vltra nōn ſæuitum Vitellianis, ſed ę numero cæſorum poſt pacem partam ſociorun quia duæ cohortes auxiliarium Gallorum cæſæ.

Præpoſuerat Prætorianis P. Sabinum.) Non eſſe hunc Sabinũ q præfectus vrbi, & Veſpaſiani frater, recte monuit Sauillus. Nã h vinctus detecta proditione Cæcinæ, l. b. ſeq. At Flau. Sabinus lib in vrbe, & in ſuo magiſtratu, vſq; ad ciuilē tumultũ, quo crema Capitolium. Itaq; manebit p hunc Sabinũ vera Onufrii nota, prænomine Flauiæ gẽtis. Et hic igitur legendum, *P. Sabinũ a præ ctura cohortis, Iuliũ Priſcũ, dũ centurio eſſet.* hoc n. vult pretorio pr poſitos duos a Vitell. Sabinũ hũc, q antea præfectus cohortis fu rat, Priſcum, qui tũ centurio. Et cohortis, ſ. auxiliaris: nam iis pr fecti, vt legionariis Tribuni. Tacitus ſæpe, & vniuerſa hiſt. priſ

Mare quoq; Eteſiæ flabant.) Ego vero auſim reſcribere, *Mare qu Eteſiarum flatu in orientem nauigantibus ſecundum.* Nam quæ vulgatis & ſcriptis libris addũtur, a margine irrepſerunt, ad qua ſtudioſus adnotarat ex Lucretio: ——*Eteſia flabra Aquilon*

Mox vexillarii quartædecimæ.) Falſus numerus. Nam 14. e vic legionib. remiſſa in Britãniam a Vitell. Vidit Sauill. & vertit, *qu tædecimæ.* Lipſius in libris eſſe teſtatur, *Vexilla* XIV. & XIII. e quis gerim, *Vexilla quartæ & ſextædecimæ.* Quæras rurſus quare quin & quintamdecimã omiſerit, q mox in acie. Nec habeo q dicã, r aut hic ẽt inter notas numeror. eę reponẽdæ; aut eæ relictæ in I lia fuerant, nõ ductæ in vrbẽ vſq;, dein in itinere iunctæ Cæcin

LIB. III. HIST. *Ceterũ vt tranſmitteretur.*) Tranſpoſitionẽ m gnã hic fuiſſe primus obſeruauit Lipſ. cui hõi ſane plurimum bet Tacit. ſolertiſſimo ingenio, diligẽtia, iudicio, ab eo correct illuſtratus. Quod neceſſe eſt agnoſcant & fateantur ẽt inuiti, tanti viri ſingulari eruditioni inuide & maligne detrahũt. Addi Sauill. obſeruationẽ notatu ſane dignã, paginas trãſpoſitas fui quia par verſuum numerus ab his verbis, *Quæſitum inde quæ ſ bello legeretur*, ad illã, *Ac ne inermes Prouinciæ:* q ab iſtis ad illa *partes pſumſere.* Quorũ doctiſſimis obſeruationib. pauca ſunt q addãtur. Nam in libris omnib. habes; *Ceterũ vt tranſmitteretur Italiã impunẽ eo vſui foret ſcriptũ Aponio Satiũ reuireſcere crederet* q poſtrema duo verba diſſimulãt. Mihi certũ eſt ita ſcribẽda: Ce *rũ vt trãſmitteretur in Italiam impune, meo vſui fore ſcriptũ Ap Saturnino vt cũ Mœſico exercitu celeraret*, & quæ ſequunt, vſq illa, *Decorũ p cãratus, ſi placere Galbæ principiatus & partes reu cere crederet. Quæſitũ inde.* Et in fine eius pag. *Vitelliũ vt inimi ſumſere.* Primũ in conſ. Petouione, duces partiũ intelligo, non Illyrici Cõſulares, Pompeiũ, Dalmatiæ; Flauianũ, Pannoniæ; A nium Mœſiæ; ſed Flauianũ ſolũ cum Ant. Primo ac Vedio leg legionũ, & Corn. Fuſio pcuratore. Vbi Antonii ſententia inua bellũ vltro inferendũ Italiæ cenſentis; vt id ſine noxa fieret ad

is tot Germanicas veteranas legiones, ſcriptum eſt Aponio vt is
uoq; in Italiam cũ Mœſicis legonib. ꝓperaret; ꝙ ab eo factũ ſta-
m docet Tacit. Id. q̃a Aponius legatus Conſularis, & ad parem
ribebatur, conſilii & precũ forma ſcriptum, *Magno vſui fore*, vt
ũm ſuis properaret, nam ſane ita legerim. Cõiunctio luxatarum
ag. in hac voce, *Saturnino*; cuius prior pars in illo *Satium*, ꝙ libri
mnes agnoſcunt, altera in verbo, *vt innocuum exercitũ*, ꝓ, *ino vt*
ĩ exercitu. Ceterorũ ratio certior & liq̃dior, q̃ vt verbis indigeat.

Multa cũ ſtrage inceſſerat contatio.) Rectũ eſt poſt multã ſtragem
ı alacriores editam iam ceteri cõtatius oppugnabant, quũ mon-
rata ad excidiũ Cremona nouis virib. nouo impetu ferri cœpere.

LIB. IV. HIST. *Regione Italia ſeptima.*) *Septima*, non eſt à libris,
eq; Terracina in ſeptima regione Italiæ, & inſuetum Tacito re-
ionem adiicere, nec neceſſarium noto municipio Terracinæ.
Quin & libri variant, & aliud quærendum.

Quum diſcordia inter partes) Scribo *patres*. Nam de Senatorum
iſſenſionibus ſentit.

E quinta & quartadecima legionibus.) Immo, *Et quintadecima.*

Hoſtis populi Rom.) Scio quæ monita doctiſſimo Lipſio, ſed ve-
ius eſt; *Ipſe e maiorib. ſuis hoſtis quam ſocios pop. Rom. iactabat.* clarus
maiorib. Claſſicus. Sed ex iis ille eos potius iactabat q̃ bellum in-
uliſſent Romanis, quã eos qui ſocietate & honorib. ab iis aucti.

Occiſis Magontiaci Tribunis.) Diſtinctio mutanda. *Tutor valida
manu circũdatos Agrippinenſes quãtumq; militũ apud ſuperiorẽ Rhe-
ni ripam, in eadẽ verba adigit, occiſis Magontiaci Tribunis, caſo caſtro-
rum præfecto, q detractauerant. Claſſicus corruptiſſimum quemq;, &c.*
Nã ita eſt. A Noueſio partitis curis, Tutor in ſuperiorẽ Germa-
iam miſſus, Agrippinenſes in itinere, dein legiones Rom. Magõ-
iaci adegit in verba Galliarũ. Claſſicus inferiorẽ Rheni ripã ſecu-
us ad vet. direxit. Noueſiũ ſupra Vetera, ĩ Agrippinẽſem coloniã.

Legio XII.) Immo, *ſextadecima*. Sed ita non ſemel peccatum in
Taciti libris, nota ternarii pro ſenario.

Nequaquam egregii duces.) Quid certius quam legendum, *Ne,
quanquam egregii duces (iam enim Gallum Annium & Petilium Ce-
rialem diligerat) ſummam belli parum tolerarent?*

Legiones victrices VI. & XVIII.) Bene Sauillus, *ſextam & octauam*,
& mox, *ſexta & decima ex Hiſpania accita.*

Statos æſtiuis flatibus dies.) Recte: nam ſtati dies æſtiuis flatib. ii-
dem, quibus certa nauigatio, à Maio ad Septembrem: de qua Ve-
getius, Apuleius, alii. At quod viſum doctiſſimo Lipſio, *Eteſiarum
flatibus*; & tempeſtate anni, & regionum rationi prorſus contra-
rium, quum Eteſiæ nauigantibus ex Italia in Ægyptum propitii
ſint, ex Ægypto in Italiam contrarii. Tacitus ſupra, Cæſar, alii.
Quod bene monuit idem eruditiſſimus & exactiſſ. Sauillus.

Qua cogitatione.) Adiuua diſtinctione; *qua cogitatione, bellum*
ad-

aduersus patrem cogitauerit, an opes viresque aduersus fratrem, in i
certo fuit. Nihil clarius.

LIB. V. HIST. *Et primis munimentis vrbs de iugis.*) Variant lib
sed omnes tamen constanter *gia*, non *gis*, referunt. Itaq; lego; *pr*
imis munimentis vrbs, dein regia, templum intimis clausum. Nam t
nus ambitus murorum, & regia proprios muros habuit. Præter
lios Tacitus ipse paullo post *Alia intus mœnia regia circumiecta*

Aduentu secundæ, & XVI. & XIV. legionum.) At XVI. iãdudũ cũ
Ceriali; nam ex iis erat quæ in verba Gallorũ adactæ, dein pœ
tẽtia reuersæ ad prius sacramentũ. Lege *sextæ*, q̃ ex Hispania mi
vt clarũ est e libro p̃cedẽti, & aperte in cohortatione ante pug

AD AGRICOL. *Dum in Templo, Liguriæ pars est.*) Sauil
ingeniosissime & leuissima mutatione, *Intemelio.*

Falsum e Germania Triũphũ.) Ridiculi Principes Romanori
falsis victoriis gloriã q̃rebãt apud vulgũ: nã plebs sola fallitur
p̃stigiis: ideoq; quũ plebs plurimũ posset suffragiis, iudiciis in
bera repub legib. cautũ neq; eiusmodi mẽdaciis clarescceret. Ni
statuta pœna si qs militũ falso strenuũ qd factũ a se retulisset
tribunũ aut ducẽ. Polyb. ἐαν δέ τις ψευδῆ ... αὐτ̃ ἀνδραγαθίαν ἐπ
γείλωσι τοῖς χιλιάρχοις ἕνεκα τ̃ τιμὰς λαβεῖν. Crimini huic propr
nomen, *de falsis pugnis* Plaut Trucul. —— *mille memorari pot*

Qui & cõuicti & cõdemnati falsis de pugnis siẽt. quo crimine p
stulatus a M. Catone Cẽsorio Q. Thermus oratione, q̃ inscrib
In Q. Minutiũ Thermũ de falsis pugnis. Ita n. est recte apud Gelli &
Noniũ; nec audiẽdi qui legunt *pœnis*, cũ p̃ in fragmento sequit
pœnarũ mentio. Notus mos accusatorũ apud Romanos, vt cũ
certi criminis postulatũ tamẽ vrgerẽt ceteris pristinæ vitæ p̃
q̃, vt recte Tacit⁹ notat lib. 3. Annal. neq; cõuicta noxæ reo, si r
tia purgaret, neq; defensa absolutioni erãt, si teneret maioribus
gitiis. *Quo procõsulatũ Asiæ & Africæ.*) Rectum est. Dixi ad libr

Sed in nullum rei post post vsum.) Malim, *nullum Reip. vsur*

Et si natura suppeditet militũ.) In verbis hæreo: de sentẽti
ambigo: nã hoc ait, admiratione & laudib. p̃sequẽdã memori
defuncti, &, quatenus fieri possit, similitudine morũ ac vitæ.
cãt q̃ sequuntur; q̃ *tenere & exprimere non per alienã materiã & r*
sed tuis ipse morib. possis. Addidit, *si natura suppeditet*, quasi supp
humanã virtutẽ virtus Agricolæ. Sic de imitatione dearũ A
netus: ... ὑμῖν ὡς ἐφικτὸν ... Hæc igit sentẽtia q̃ e
e verbis, si vel legas, *simili vita decorem⁹*, vel poti⁹ *imitatu deco*

AD DIAL. DE ELOQ. *Non multo plures quam trecent*
nos.) Omnino legendũ, quam CCCC. *annos.* Anno imperii V
siani sexto habitus hic sermo: hoc est, anno A. V. C. DCCCXX
is incidit in annum IV. olympiadis CCXIII. At mortuus Dem
primo olympiadis CXIV. numerus rotundus a morte Demost
quadringenti anni; ab æuo quo floruit, non multo plures; vt

FINIS.

IANI GRVTERI SCHEDIASMA AD LIBRVM I. ANNALIVM TACITI.

CAP. 4. *Quo pluribus munimentis insisteret.*) Iure vapulat Lipsii manu Vertranius: cuius animus alibi fuerit oportet, quam circa libros cum ei non veniret in mentem, auctoribus classicis, liberos esse familiæ etiam priuatæ; vt *diuitias, ornamenta, solatia*, ita quoque *adminicula, præsidia, munimenta*, quod vtrumq; complexus istis versibus Lucretius lib. 4.

Et multæ steriles hymenæis ante fuerunt
Pluribus & nactæ post sunt tamen, vnde puellos
Suscipere, & partu possent ditescere dulci.
Et quibus ante domi fœcundæ sæpe nequissent
Vxores parere, inuenta est illis quoque compar
Natura, vt possent natis munire senectam.

Plura ego, de hac re in Suspicionibus, ex Arellio Fusco, Seneca, Plinio, Vlpiano, aliisque; tam Græcis quam Latinis.

Cap. 5. *Dabat & famæ, vt vocatus electusq; potius a republica videretur.*) *Id est*, inquit Rhenanus *spargebat in vulgus*. perperam omnino. imo habebat rationem famæ & cupiebat tale quid spargi in vulgus, non etiam ipse spargebat. videatur Acronis commentarius ad illud Horatii lib. 2. Sat. 2. ver. 94. *Das aliquid famæ.*

Cap. 7. *Vt non aliter ratio constet, quam si vni reddatur.*) Suspicabar plures ante annos, legendum potius, *quam si nulli reddatur*: idq; etiam impense probaram, indiuiduo tunc meo, Iano Doulæ filio: dictum videlicet ea forma, qua volumus. *mulieres optime olere, quæ nihil olent.* Sic quoque Plinius de Fortuna lib. 2. cap. 7. *In tota ratione mortalium, sola vtramq; paginam facit.* Sed & alioquin legeram apud Philonem Iudæum de legatione ad Caium: ἡ γὰρ οὐσ' παντελὴς ἐξουσία κατὰ τοὺς τῶν Ῥωμαίων νόμους ἀνάκειται πατρὶ, δίχα τοῦ καὶ ἀνυπευθύνους ἀρχὴν εἶναι τὴν αὐτοκράτορα μηδενὸς ἐπὶ τοῖς ὁπωσοῦν πεπραγμένοις λόγον ἀπαιτεῖν τολμῶντος ἢ δυναμένου. Occurrebat & Iosephi dictum lib. 15. Antiq. cap. 4. Οὐ γὰρ ἔφη καλῶς ἔχειν Ἀντώνιος βασιλέα περὶ τῶν κατὰ τὴν ἀρχὴν γεγενημένων εὐθύνας ἀπαιτεῖν. οὕτως γὰρ ἂν οὐδὲ βασιλεὺς εἴη. δόντας δὲ τὴν τιμὴν, καὶ τῆς ἐξουσίας καταξιώσαντας, ἐᾶν αὐτῇ χρῆσθαι. Memineram præterea ex Tacito libr. 4. Hist. cap. 14. *Victoriæ rationem non reddi.* Denique occurrebat animo Pallas, qui pepigerat, *ne cuius facti in præteritum interrogaretur, paresque rationes cum republica haberet*, vt loquitur Cornelius noster libr. 13.

Annal. ca. 14. Verum, iam tolero vulgatum. nec; aliter fere noster dicto lib. 13 Annal cap. 59. *Id Diis placitum, vt arbitrium penes Romanos maneret, quid darent, quid adimerent: neq; alios iudices, quam seipsos paterentur.*

Cap. 7 *Lacrymas gaudium. questus adulatione miscebat.*) Ita autem [illegible] hanc esse lectionem codicis Medicei. inepte antea, adulationes; inepte, inquam, cum præter librum, vnde omnia dimanarunt exemplaria hactenus excusa. vult auctor, adulationibus probe mixta fuisse omnia; & lacrimas, & gaudium & questus.

Cap. 7. *Vultu composito, ne læti excessu &c.*) Paris filii sunt, qui occurrunt libro 1. Hist. cap. 85 *Sed plurimum trepidationis in publico, vt quemq; nuntium fama attulisset, animum vultumq; conuertere [illegible] ne diffidere dubiis, ac parum gaudere prosperis viderentur, &c.*

Cap. 8. *Vt porta triumphali duceretur funus.*) Minus dextere interpretantur commentatores. cur id [illegible] adulatoris [illegible] hauritur ex Suet. *Censuere quidā funus triumphali porta ducendum, præcedente Victoria, quæ est in Curia; canentib. næniam principum liberis vtriusq; sexus.* Vnde & de Macedonico Plin. lib 7. [illegible] 44 [illegible] triumphalib. liberis portare in rogū: *velut exsequiis quoq; triumphans.*

Cap. 10. *Consulti per ludibrium Pontifices, an concepto, necdum edito partu rite nuberet.*) Locum hunc plenissime [illegible] Dio Cassius lib. 48. Γεγαμῆσθαι [illegible] ἐν τοῖς πατρίοις [illegible] πάντως δ᾽ ἂν εἰ καὶ μὴ [illegible] αὐτὸ εἰπόντες.

Cap. 10. *Siue milites.*) Antea intricatiore sensu, *siue milites*; sed contra membranas Florentinas, vnde orta isthæc [illegible]

Cap. 13 *Quousque patieris Cæsar non adesse caput Reipublicæ*) Bene interpretatur Lipsius. Si enim se fatetur [illegible] caput Tiberius, abolet vna omnem potestatem Senatus. is enim verum imperii caput. vnde O ho [illegible] lib. 1. Hist. cap. 84. *Nec illas aduersus Senatum voces vllus vnquam exercitus audeat. Caput imperii, & decora omnium prouinciarum, &c.*

Cap. 16. *Ob iustitium aut gaudium intermiserat solita munia*) Monstri simile est, inueniri qui *iustitium* mutatum eant in *mæstitiam*: aliud enim *iustitium*, & significantius multo: quo neq; abstinuit noster auctor. nam & idem verbum totidem repetitum literis lib. 2. Annal. cap. 82. iterumque 3 Annal. cap. 7.

Cap. 17 *Ac si quis tot casus vita superauerit.*) Non inepte quidem, quibus magis adlubescit *vita*, sed nihil tamen prohibet, ut tueamur vita, casu sexto, pro viuendo, seu viuacitate aut vitalitate.

Cap 20. *Aufidienus Rufus.*) Haud mutarim nomē cū G[illegible], vt doctissimo ita longe optimo, in *Nasidieno*: nam *Aufidia* gens, vnde *Aufidienus*: æque celebrata vt *Nasidia*, vnde *Nasidienus*.

Cap. [illegible] *Acerrum capitalium damnatos sibi iam miscent.*) Conii
cieb

iebam aliquando, *sibi admiscent*, tanquam si orta lectio altera, ab veteri scribendi ratione ammiscent.

Cap. 22. *Ne hostes quidem sepulturam inuident.*) Cum exstet in calamo exarato codice *sepultura*, reuocandum est. ei enim casui iungi posse pluribus alio loco ostendi.

Cap. 35. *Fuere etiam qui legatam a diuo Augusto pecuniam reposcerent, faustis in Germanicum ominibus: & si vellet imperium, promptos ostentauere.*) Suauius forsan deflueret filum orationis, si vltima vox diuideretur in bina; *ominibus: & si vellet imperium, promtas ostentare se*. rescripsi praeterea *promtas*, sed auctoritate codicis Medicaei vt subaudiatur *legiones*; innuerintque isti, non se solum paratos adgnoscere Imperatorem Germanicum, sed etiam legiones omnes; quarum ipsi tanquam internuncii. videntur autem istud omne, non tam voce ostentasse quam gestu.

Cap. 49. *Neque legatus aut tribunus moderator adfuit; permissa vulgo licentia atque vltio.*) Prudens hercle factum. neque absimiliter Cato Censorius, de quo habemus apud Plutarchum in vita eius, si vnus ex seruis capital meruisset, iudiciū relinquebat conseruis amolitus hoc modo, a se, & iniustitiam & inuidiam, etiam ista omnia.

Cap. 53. *Spreueratque vt imparem.*) Genere & familia. magna enim heic ambitio. Noster libr. 2. Annal. cap. 43. de Plancina. *Vix Tiberio concedere; liberos eius, vt multum infra despectare.* Et mox ibidem: *Contra Druso proauus eques Romanus Pomponius Atticus dedecere Claudiorum imagines videbatur.* Etiam libro tertio Annalium capit. 23. *Cuius senecta & orbitati & obscurissima domui destinata quondam vxor L. Caesari, ac Diuo Augusto nurus, dederetur.* Item capit. 29. *Quod filio Claudii socer Seianus destinaretur; polluisse nobilitatem familiae videbatur, &c.* Denique libro sexto Annalium capit. 27. *Pars moeroris fuit, quod Iulia Drusi filia, quondam Neronis vxor, denupsit in domum Rubellii Blandi, cuius auum Tiburtem equitem Romanum plerique meminerant.* Ceterum locutioni huius loci, par illa quae lib. 2. Histor. cap. 50. *Pater consularis, auus praetorius, maternum genus impar, nec tamen indecorum.*

Cap. 55. *Gener inuisus, inimici soceri, &c.*) Duo verba postrema, non sunt adnectenda prioribus, neque habenda casus secundi, sed pluralis primi. frequens enim auctoribus vsurpare eam figuram. Vnde nuper Senecae reddidimus Hercule Furente, versu 1283. suasu membranarum, *pauidasque matres*, cum prius occurreret passim, *pauidamque matrem*. Quare frustra quoque rapitur in medicinam locus Taciti libro 11. Annal. capit. 16. *Non alium infensius arma contra patriam ac Deos penates, quam parentes eius exercuisse.* Intelligit quidem vnum patrem scriptor, sed enunciat

tamen aliter. Sic neque mutandum illud in vita Agricolæ cap. *Trucidati veterani, incensæ coloniæ, intercepti exercitus*, quamuis nica tantum colonia igne hausta. Vt neque quod sequitur cap. 3 *Vacua castella, senum coloniæ, &c.* nisi velimus mille item aliis l eis interpolare os oratorium auctoribus classicis. quo quid pr teruius?

Cap. 65. *Apud Romanos inualidi ignes, &c.*) Mirum heic dubita viros summos libris de Militia Rom. ignesne istos capere deb ant, pro iis quibus cœnæ & corporum curandorum caussa vi militi, an pro facibus vigilum? at qui quæso pro facibus vigilū tali periculo, non modo intermittēdæ, sed & intendendæ vigili quod etiam fieri solitum ostendit illud Statii lib. 12. Thebaidos

—— illam nam tempore in omni
Attendunt vigiles, & rex iubet ipse timeri
Contractæque vices, & crebrior excubat ignis.

Diserteque Curtius lib. 4. in vita Alexand. *Darius illud quod Pa meno suaserat, hostem esse facturum coniectans, frenatos equos sta magnamque exercitus partem in armis esse, ac vigilias intentiore c ra seruari iusserat. ergo ignibus tota eius castra fulgebant.* Et ita vult Tacitus, post hanc cladem Romanos sub vesperam minim excitasse illam ignium, tota per castra, frequentiam, quam sol bant; sed plerosque cibi potusque, imo & sui immemores, indu sisse aut luctui aut formidini. Exemplum suppeditauit nobis Xenophonte lib. 3. Ἀναβάσεως Lipsius ad istum Taciti locum. N aliud volunt ista e Plutarchi Pelopida: Ἀπήεσαν δὲ πολλοὶ ἐπὶ σ ναὶ, μήτε πῦρ ἀνάψαι, μήτε δεῖπνον ἑλέσθαι, σιγῇ τε καὶ κατηφείᾳ σαι τοῦ στρατηγοῦ παντὸς ὥσπερ οὐ νενικηκότες ἐπιφανεστάτην νίκην καὶ μ γίστην, ἀλλ' ἡττημένων ὑπὸ τοῦ τυράννου καὶ καταδεδουλωμένων. Liuius qu que lib. 9 *Qua cibi, qua quietis immemores, nox traducta est.* Nin rum *inualidi ignes*, hoc loco opponuntur, Germanorum *festu pulis.*

Eod. *Interruptæ voces.*) Quæ aut quorum? Vigilum. ita quid placuit eidem viro, optime de literis merito. sed parcant mihi i rum manes ipsius, si arbitrer item intelligendas voces *militu* non *vigilum*. vt enim in lætitia omnia vigent, & continuo pers nant strepitu: sic in rebus aduersis, contra est. Noster lib. 2. Ann cap. 82 *Sumto iustitio, deseruntur fora, clauduntur domus, passim lentia & gemitus.* Libro vero 3. Annal. cap. 3 *Dies quo reliquiæ mulo Augusti inferebantur, modo per silentium vastus, modo plora bus inquies.* Egregie Silius libro 10. Punicor. de superstitibus cla Cannensis:

Trunca atque ægra metu, ceu magna elisa ruina
Corpora debilibus nituntur sistere membris.
Clamor sæpe repens, & sæpe silentia fixis
Intulit terra oculis.

ibanius, Declamatione quæ Patroclo, inscribitur: ὁ μὲν δὴ ταῦτα, βάρβαροι δὲ παρὰ τὰς ὁλκάδας σκηνώσαντες, ἐν ἄσμασι ἐπαννύχιζον καὶ αὐλοῖς· ὥστε τὸν Ἀτρείδην ὅπῃ ἂν ἔβλεψε δυσχερεῖ διὰ τὸ ἐπιπεσεῖν τοὺς μὲν αὐτοῦ μὲν τοὺς Ἕλληνας ἔχοντας ἐν ἀθυμίᾳ καὶ σιωπῇ, &c. Sic & hoc loco, auctor noster opponit *interruptis* Romanorum *vocibus*, Germanorum *lætos cantus, ac trucem sonorem.*

IANI GRVTERI SCHEDIASMA AD LIBRVM II. ANNALIVM.

CAP. 6. *Missis ad census Galliarum P. Vitellio & Cantio.*) Haud aliquid ausim mutare præter libros, cum etiamnum viuant, quadratariorum opera, *Cantii* aliquot, imo & *Cantiæ*; quos inuenire est in volumine Inscriptionum nostrarum; paginis LXX. 5. CCCXXII. 2 CCCLXXXV. 2. MLXXXVIII. 15.

Eod. *Velis habiles citæ remis, augebantur alacritate militum, in speciem ac terrorem.*) Apposite quidem Faernus, litera detracta *agebantur*; sed nescio quomodo magis arrideat lectio vulgata, venustate quadam peregrina.

Cap. 16. *Intentus paratusque miles, ut ordo agminis in aciem adsisteret.*) Sunt qui malint *adstitere*. ego, literula detracta, *adsistere*; infinitiuum pro imperfecto.

Cap. 19. *Quidam turpi fuga, in summa arborum nisi, ramisque se occultantes, admotis sagittis per ludibrium figebantur.*) Non est mihi animus quod aliis, multa huc scilicet aduocare quæ faciant Tacito ornando, quin punctis singula signare contentus sum, sed tamen non abstineo manum quin adscribam, simile ludibrium insertum historiæ Punicæ Silio italico, libri 5. versu 480.
Annosa excelsos tendebat ad æthera ramos Esculus, &c.

Cap. 24 *Milesque nullo illic hominum cultu fame absumtus, nisi quos corpora equorum, eodem elisa, tolerauerant.*) Minus quidem fœdum, famem tolerare equis *enisis*, quam *elisis*, sed tamen haud putarem ideo substituendum *enisa*. fere in mari pereunt equi: cadauera iam facti, litori impinguntur a fluctibus. quod heic factum.

Cap. 13. *Adit castrorum vias, adsistit tabernaculis, fruiturque fama sui.*) Non est necesse hæc ita intelligere, tanquam iucundiores fuerint laudes suæ Germanico, quam par est viro omnia reponēti in conscientia sola. non: sed sic omnia tentoria iisdem resonasse vocibus; vt ne vnum quidem inuenerit, qui sinisterius de se loqueretur. Fruitio igitur isthæc aurium magis, quam animi. Vere Seneca lib. 1 de Clement. cap. 13 *Eadem de illo homines secreto loquuntur, quæ palam.* Nec fallo Plinius Paneg. ad Traianum: *Queri libet, quod in secreta nostra non inquirant principes nisi quos odimus. nam*

si eadem cura bonis qua malis, quam vbique admirationem tui, quo gaudium exultationemque deprehenderes, quos omnium cum coniu gibus ac liberis, quos etiam cum domesticis aris focisque sermones? Sci res mollissimis istis auribus parci.

Cap. 30. *Accesserant præter Trionem & Catum, accusatores Fonte ius Agrippa, & C Liu. certabantq;.*) Cũ deinceps non recurrat Li iste, & recenseat Tacitus inter Pisonis istius accusatores *C. Vibiu Serenum*, lib. 4. Annal. cap. 29. suspicor rescribendum, *& Q. Vibiu* Nimirum degenerauit nomẽ ignotũ in multo notius: quod n semel accidisse, ostenderem pluribus, si cõcinnarem cõmentari

Cap. 33. *Aliam apud Fabricios, aliam apud Scipiones pecuniam* Inde acute Seneca Epistola 17. *Seculum muta; nimis habes.* Neq; liquid medicinæ adhibere debebat Criticorum ordinis prince Valerii Maximi loco cap. 4. lib. 4 *Cornelia Gracchorum mater cu Campana matrona apud illam hospita, ornamenta sua illo sæculo pu cerrima ostenderet, &c.* non debebat, inquam contra mss. omn in quibus *illius sæculi*, reponi, *illius oculis*. Etsi enim hęc referant es Pomponio Rufo, non adeo remoto ab æuo Gracchano, qu tamen neget vna auctum Campanorum luxuriem cum felicit te temporum? quid quod nihil vetat, ista, *illius sæculi*, esse a m nu Valerii, comparantis id cum suo: vt vt est; barbarus nimis e posterior corrector, cui par istud vocum a librariolo videtu cum tota eo energia narrationis.

Cap. 35 *Res eo anno prolatas haud referrem, &c*) Quid sit *res prolata*, egregie explicat, vt alia omnia, Petrus Pithœus A uersariorum subseciuorum libro secundo capite vltimo; cui su scribo.

Cap. 36. *Vnde prospici posse, quæ cuique tam longo temporis spa mens, domus, fortuna*) Quę alii ad huius loci interpretationem d ferunt, lapides sunt auribus meis. Quin hæc omnino attribu da designatis istis. & longe alia notant *mens*, longe alia *mus*, longe alia *fortuna*, quam volunt, de quibus ego in Su cionibus.

Cap. 37. *Discesserantque opertis odiis.*) Cum ita restet in au grapho vnico, haud id temere sollicitauerim, facto ex *opertis* c trarium eius *apertis*. Si enim tunc odia palam profitebantur, ur infra sequitur? cap. 70 *componit epistolas, queis ei amicitiam ren tiabat.* extatq; diserte libr 6. Annal. cap. 29. huiusmodi demu a micitiarum diremptionem *finem gratiæ ponere*.

Cap. 83. *Cum censeretur clypeus auro & magnitudine.*) E e gia multa de clypeis istis Vrsinus & Lipsius, quorum monum n tis, addat licet antiquariæ rei mysta Inscriptionem vnam te ramque: quarum hæc comparet in operis integri pag. CCCCX VI. 4. 6. illa MLXVII 2.

Cap. 88. *Reperio apud scriptores Senatoresque eorum tempor m.*) :s-

Dissentire me cogit veritas a Reipubl. literariæ constituendæ Duumuiris, quibus placet extruso illo, *Senatoresque*, substitui *senioresque*; quia aliquoties infra aduocatit æui sui testes Tacitus. non nego: sed iisdem locis diserte addit vel, *Memini audire me ex senioribus*: vel, *Audita scriptaque senioribus tradam*. at heic inquit, *reperisse*, in libris videlicet, horum quidem αὐτοκτόνοις, illorum vero luce publica donatis. Nempe Senatores fere commentaria conficiebant eorum quæ dicerent, quæ audirent in curia. ea manebant in familia. & ostentabantur nonnunquam a posteris; vtpote e quibus eque atque ex actis publicis priuatisque concinnari posset legitima historia; vt pluribus probaui in Suspicionum libellis.

IANI GRVTERI
SCHEDIASMA AD LIB. III. ANNALIVM TACITI.

CAP. II. *Satin' cohiberet ac premeret sensus suos Tiberius an promeret.*) Ex iis quæ prodit ex codice Mediceo Pichena, inducor fere vt credam, relectis vocibus quatuor, rescribendum tantum: *Satin cohiberet sensus suos Tiberius tis haud.*

Cap 28. *Visi a priuilegiis parētum cessaretur, velut parens omnium populus vacantia teneret.*) Sententia cursus prono quasi alueo defluet, si emendauerimus, *vt si a priuilegiis*, quomodo emendasse aliquem memini, sed quis, & vbi, non memini.

Cap. 31. *Quod sibi inter spectacula gladiatorum, loco non decessisset*) Videri queat redundare vox, *loco*; sed tantum videri. nam composita, pro simplicibus sæpicule ponit noster; & *locus*, meis quidem auribus si abiit, videatur magis loqui de eo qui non decesserit de via, quam qui non cesserit sede sua Corbuloni.

Cap. 38. *A Macedone Philippo sitam.*) Sunt qui emendant dextre admodum, repetita syllaba vocis prioris. *Philippo positam.* sed ex superuacuo. nihil enim priori forma frequentius auctori nostro, vt exemplis multis prodidit doctissimus Rhenanus. sed & nos idem vocis tuemur infra libro quarto historiarum, capite vigesimo tertio.

Cap. 54. *Sin accusare vitia volunt, dein cum gloriam eius rei adepti sunt, simultates faciunt, ac mihi relinquunt.*) Aduolaui & ego, muscæ more, ad vlcus istud; & putabam membrum sanum statim exhiberi posse, recisis voculis binis *faciunt ac*, verum iam fero vulgatum; vt dicat Tiberius initium simultatum oriri quidem ab Ædilibus sed excuti statim deinde, & transferri cum argmēto in se exsecutorē talium. simile huic extat ꝙ supra, lib. 2.

Annal. cap. 38. *Vrgere modestiam Senatus, eandem vim in me trans*
mittere, &c.

Cap. 57 *Atque Hateruis, cum eius diei Senatusconsulta aureis lite*
ris figenda censuisset, deridiculo fuit, &c.) Conieceram olim, *Æqu*
Haterius. sed vt atter do magis facto M. Silani, non id tam risui
merebatur quam indignationem, itaque qui notam eam leget i
Suspicionibus, ei notam adponat, amplexus omnino Lipsiana
emendationem *At Q. Haterius.*

Cap. 61. *Et recens diui Augusti adtulere. Laudati quod, &c.*) O
mnia belle habebunt, neq; opus erit refingere vocem vllam; mo
do muetur interpunctio plenior in leuiorem, hoc modo: *adtul*
re; laudati quod, &c.

Cap. 66. *Obscura initia impudentibus ausis propolluebat.*) Hau
male, qui mutant, *ausis porro polluebat*. sed non id erat etiam nece
se. vocabuli enim porro energia includitur item illi *pro*; vt plur
bus ostendi in libris Suspicionum.

Cap. 67. *Seruos Silani, vt tormentis interrogentur, actor public*
mancipio acceperat.) Optime alii *interrogarentur*. Sed vnde pecca
tum tale in re clara, & quam flagitat acoluthia sermonis? Susp
cabar aliquando huiusmodi varietates inductas a librariis sic ab
latiuos absolutos vti vocamus, resoluentibus, scripsisseque Tac
tum, *Seruos Silani, tormentis interrogandos, actor.* Sed iam pœnit
licentiæ; & cuicumque potius exertationi scribæ imputauerim.

Cap. 67 *Ausis ad Cæsarem codicillis.*) Non possum exputare, cu
primam vocem mutare voluerit Faernus in *missis*. Nihil enim vi
tatius altero etiam scriptori nostro. exempla cumulauit Rhen
nus. Nimirum vult nondum extra spem fuisse; ac præsumsisse v
niam. nam desperati quiescunt. Seneca Agamemnone, versu qui
gentesimo secundo.

Nil ars & vsus audet. ars cessit malis. Addatur locus lib. 6. Ann
cap. 30. item lib. 4. Hist. cap 42

Cap. 71. *Quod pro valetudine Augustæ equites Romani vouera*
Equestri fortunæ.) ita est: quod constaret ex memoralibus scripto
rum libris, in vrbe fuisse *templa Fortunæ Equestris*; ausus sum in
rere Suspicionum libellis emendandum videri, adiectione li
ræ, *Fortunæ Sequestris*; cui necdum adstruo veritatis firmiorem
maginem. Lætor interim, non id omnino displicuisse compti
mis moribus viro Curtio Pichenæ, vt enim hodie obtinet: ni
placet quam quod nostrum est; alienum omne sanna excipim
aut pedibus etiam trahimus.

Cap. 71. *Vt Pontificis maximi arbitrio, dum ne plusquam binocti*
abesset, dum ne. &c.) Multum debemus diligentiæ Piochenianæ, p
quam liquet illud prius, *dum me*, inuectum a mala manu, nec
conspici in chirographo authentico. nam nexus sane orationis
mnino requirit. recitauitque *decretum Pontificum*, QVOTIES V

LETVD

ETVDO ADVERSA FLAMINEM DIALEM INCESSISSET, VT ONTIFICIS MAXIMI ARBITRIO PLVS QVAM BINOCTIVM BESSET; DVM NE PVBLICI SACRIFICII, NEV SAEPIVS QVAM IS EVNDEM IN ANNVM.

ANI GRVTERI SCHEDIASMA AD LIBRVM IV. ANNAL. TACITI.

CAP. 3. *Neque femina, amissa pudicitia alia abnuerit.*) Vox postrema, si decurtetur aliquot literis vt placitum Faerno; plurimum, mea sententia amiserit dignitatis & virium.

Cap. 4. *Nam Drusus æquus adolescentibus, aut certe non aduersus habebatur.*) Haud quidem adfirmarim vocabulum *habebatur* intrusum; sed tamen eo exturbato, omnia belle sese habitura, id equidem adfirmarim.

Cap. 5. *Neque multo secus in iis virium; sed persequi incertum fuit.*) Turbat vox vltima, ideoque reformatur ab aliis. ego mallem deletam vna litura.

Cap. 12. *Vt superbiam fecunditate subnixam, popularibus studiis inhiare dominationi, apud Cæsarem arguerent.*) Dura constructio, durior sermo. forte legendum; *vt superbam fecunditate, subnixam popularibus studiis; inhiare dominationi, &c.* ita sane nullus obex qui impediat sententiæ cursum.

Cap. 21. *Qui sordidæ originis maleficæ vitæ, sed orandi validus, per immodicas inimicitias, vt iudicio iurati Senatus, &c.*) Suspectum est viris magnis illud *inimicitias*. forsan sine caussa solida. ecquis enim est, qui non statim oderit hominum ista mendicabula, canino ore ac dente impetentia ac lacerantia optimum quemque? Sane & tales, formidabiles Senatui ipso, pluribus ostenderem, nisi id liquido satis ob oculos poneret vnica historia Taciti. Vnde etiam accidit, vt quoties data a principe, occasio subuertēdi istos, lætis id etiam animis præstiterint. Fidei|caussa adnoto libr. 4. Annal. cap. 71. lib. 6. Annal. cap. 4. & 10. lib. Annal. 13. ca. 42. Nam haud semper licuisse vti in hos stilo decretorio, bene monuit idem Tacitus lib. 4. Annal. cap. 36. *Neque id Sereno noxæ fuit, quem odium publicum tutiorem faciebat. nam vt quis districtior accusator, velut sacrosanctus erat: leues, ignobiles, pœnis adficiebantur.* Sed ista discursibus meis potius reseruanda erant.

Cap. 29. *Nam post damnatum Libonem, missis ad Cæsarem literis exprobrauerat suum tantum studium sine fructu fuisse.* At in damnatione Libonis, nulla mentio huius Sereni, nullæ partes, vt exquisite monuit præceptor meus Lipsius. Sic est; si sequimur lectionem hactenus vsu receptam; sin suspiciunculam meam non dedi-

gnatur lector, inueniet hominem istum libro 2. Annalium ca
30. latitantem sub *C. Liuio*, cuius deinceps tamen nulla menti
vspiam apud Tacitum.

Cap. 30. *Inritas leges, Rempubl. in præcipiti conquestus esset.*) M-
lius fere procederet sententiæ impetus, si amoliremur dictione
vltimam.

Cap. 40. *Sed illi magistratus & primores, qui te inuito perrumpun*
omnibusque de rebus consulunt.) Minime vult auctor, hos per-u-
pere ad Tiberium, &c. non; sed ad Seianum, vt plane vrget nexu
orationis, patetque satis ex huius libri capite 2. item C. Sili-
bro 57. non ita longe a fine; cuius verba non vacat nunc a-
ponere.

Cap. 42. *Adeoque perculsus est, vt se vel statim, vel in cognitione*
purgaturum clamitaret.) Recurrunt alii ad emendationes. non
go; qui puto, clamitasse Tiberium, non stare per se, quin purget
obiecta. statim statim, coram toto Senatu: cui tamen si adhuc-
quius, audiri & partem alteram, eosque quorum interfit; ne illi
quidem refugere. *Cognitio* ea est, vbi reus & accusator, vbi vtrinq;
argumenta & testes. Seneca Medæa. *Si iudicas cognosce: si regna*
iube. Prorsus idem heic vult Tacitus quod supra cap. 34. *M. Ci-*
ronis libro, quo Catonem cœlo æquauit, quid aliud dictator Cæ
quam rescripta oratione, velut apud iudices respondit?

Cap. 43. *Quod si vatum, annalium ad testimonia vocentur, plus*
sibi ac locupletiores esse.) Attende lector & senties isti loco, libe-
li manu librariorum adiectum *vatum, annalium*; qui arbitra-
bantur alioquin non cohærere sententiam cum illo locuple-
tiores. certe veraque vox mihi veluti repetita ex superio-
ribus.

Cap. 45. *Cum postero die ad quæstionem traheretur, eo nisu pro-*
ruit se custodibus saxoque caput adflixit, vt statim exanimaretur.)
Cum indicarit, harum artium nostrarum curiosissimus, Fuluius
Vrsinus restare in mss. *caput adlisit*: ambigo quid potius habere
debeam, hoc ne an illud. inclino tamen magis in posterius istud.
Sic Val. Maximus lib. 9. c. 11. de Herennio Siculo: *Cum in carcerem*
duceretur, in eius postem illiso capite, in ipso ignominiæ aditu concidit.
Sic Seneca de Lacone quodam, vas obscœnum adferre domino
abnuente; Epistola 77. illisum parieti caput rupit.

Cap 49. *Simul equa armenta, vt mos barbaris, iuxta claude-*
tur.) Habuerim vocem primam, pro glossemate. Qui emendant,
Simul equi, armenta, &c. argute quidem insistunt apicibus litera-
rum. Sed cui bono heic hominibus istis equi? eorum vsus rar-
montibus: itaque vel expellendi fuerant.

Cap. 53. *Esse in ciuitate Germanici coniugem: ac liberos eius re-*
pere dignaretur.) Prodidit optimus Pichena legi in mss. voice
gnarentur, & vacui aliquid relictum ante Germanici. Equidem
pro-

utarim excidisse voculam ob similitudinem quæ ei cum syllaba præcedenti, ac fuisse forsan; *esse in ciuitate Germanici qui coniugem ac liberos eius recipere dignarentur.* non ita inquit euiluit memoria Germanici, quin facile reperias qui mihi qui liberis meis, & maritum agat, & tutorem.

Cap. 19. *Adsimulabatque iudicis partes,)* Lectio sincera certe illud *iudicis*, heic valde ineptum est; cum sequatur *subditis qui accusatorum nomina sustinerent.* Imo ipse iudicem se gerebat, accusationesq; eas aliorum & eleuabat, & interpretatione molliebat, aliaque omnia conabatur, quo minus & inimicus ipse videretur Germanici liberis. consulatur super simili sycophantia, Iosephus libr. 6. Antiq. Iudaic. cap. 8.

IANI GRVTERI
SCHEDIASMA AD LIB. V. ANNALIVM TACITI.

CAP. 2 *Et addito, ne cœlestis religio decerneretur)* Sic libr. 1. Annal cap. 11. *Sepultura more perfecta, templum & cœlestes religiones decernuntur.* Neq. aliud sibi vult inscriptio numismatum RELIG. AVG quam antiquarii perperam ad alia omnia trahunt, quam ad consecrationem. Sic & Tacit lib. 6 Ann. c. 50 *Decimoseptimo Kalend. Aprilis interclusa anima, creditus est mortalitatem expleuisse;* tanquam diceret, nihil reliquum fuisse, deinde quam vt diuus fieret decreto Senatus atque heredis; hoc est cœlesti ornaretur religione.

IANI GRVTERI
SCHEDIASMA AD LIB. VI. ANNALIVM TACITI.

CAP. 35. *Modo equestris prælii more, frontis & tergi vices.)* Sententia expedita est, quamuis omnem excludamus emendationem; qua non opus auctori, qui peculiariter sæpe vsurpat accusatiuum quam absolutum. Supra capite trigesimo tertio fuit: *Adequitare castris, infensare pabula; ac sæpe, modum obsidii, stationibus cingebat.* Similes locutiones occurrent libr. 1. Hist cap. 44. libr. 2. Histor. cap. 78. lib. 3. Histor. cap. 61 lib. 4. Histor. cap. 18 & 19. aliisque vt alias ostendemus. nam isthæc modo præcipitamus vere ex tempore: adeo quidem vt ne relegendi quidem concessa facultas.

Cap.48.*Id quidem a lætantibus;quia Balbus truci eloquentia hab
batur promtus aduersus insontes.)* incolumitati sentētiæ nihil pro
sus abscederet, quamquam resecarentur *habebatur promptus.*

Cap.50.*Decimoseptimo Kalend. Aprilis, interclusa anima credi
est mortalitatem expleuisse.)* Omnino. Itaque acutissime Seneca c
solatione ad Polybium capite trigesimo primo, blandiens Cla
dio: *Dii illum Deæque omnes terris diu commodent? acta hic Diui A
gusti æquet, & annos vincat; ac quamdiu mortalis erit, nihil ex do
sua mortale esse sentiat.* Quem tamen locum nuper optimus Cri
corum, ausus interpolare ex m.s. suis; me nolente. nam etiamsi C
sar Senecæ *præsens numen*; haud ita tamen est, vt nihil habeant
corpore, obnoxium fato. Consulatur Ouidius lib.14. metamorp
versu sexcentesimo, vbi meminit *consecrati Æneæ*; item octinge
tesimo quarto, vbi *Romuli*, sed & libro 15. metamorph. introdu
tur ab eodem poeta, Venus, animam Cæsaris Iulii rapiens, *cæso
corpore.* verum hęc alterius sunt loci. itaq; manum abstineo. Int
ea adeat lector Ciceronis libros de Scipionis somnio; & videt
generi humano, veluti commodatos, non redire tamen vnde
nerunt, nisi animæ exuuias posuerint igne illo rogi supremo.

Cap.5. *Arguitur ploraque, C. Cæsarem quasi incesta virilitatis &*
Deest vox aliqua, hariolabar, sed forsan Phœbo parum fauen
Arguitur plorasse C. Cæsarem, quasi incesta viril. Moris enim, fin
lato fletu, ea prosequi, quibus inuidiam & odium faciebant. Se
tonius Caligulæ c 38 *Prolataque Diuorum Iulii & Augusti dip
mata, vt vetera & obsoleta, deflebat.* Tacitus *Manlius Patritius
dinis Senatorii, pulsatum se in colonia Seniensi, cœtu multitudinis
iussu magistratuum querebatur: nec finem iniuriæ hic stetisse? plact
& lamenta & supremorum imaginem præsenti sibi circumdata.*

Cap 6. *Et cum die natali Augustæ, inter Sacerdotes epularetur,
uendialem eam cœnam dixisse.)* Assensum eis præbere non possu
qui deleto *Augustæ* repositum eunt *Augusto*, non quod prob
queat, natalem Augustæ epulo ludisue celebratum post mort
sed quia probari nequeat, dixisse isthæc Messallinam, mortua
Liuia. protulisse potuit aliquot annis ante, & nunc demum
men accusari conuincique; quod prius rabido isti cani quiuis
uiam occedere metueret. Sic se rem habuisse, satis innuit Taci
dum præmittit: *vbi primum facultas data.* Præterea nescio an O
ta hic, alluserit ad *epulas nouendiales* quod ante nouem dies m
forte a Tiberio interfecti. neque enim verosimile est adsent
rium mancipium voluisse incurrere indignationem aliquam
stam dicterio liberiore; quam heic vix vitasset, forsan *epulas v
nouendiales*, quod taciturnum plane esset conuiuium, ob met
dum alter alterum suspectat. Plane Seneca lib. 3. de Beneficiis
26 *Sub Tiberio Cæsare fuit accusandi frequens, & pœne publica ra
Excipiebatur ebriorum sermo simplicitas iocantium: nihil erat tu*

mnis sæuitiæ placebat occasio. Ipse quoque Tacitus hoc eodem libro cap. 7. *Cum primores senatus infimas etiam delationes exercerent, lii propalam, multi per occultum, &c. perinde in foro, in cõuiuio, quaq; e re locuti incusabantur, &c.* At in cœna ferali, æque vt in exsequiis omnia muta fuisse ac tacita, probarem nisi alterius esset loci. interim videatur Tacitus lib. 4. Hist. cap. 62.

IANI GRVTERI SCHEDIASMA AD LIB. XI. ANNALIVM TACITI.

CAP. I. *Quos a Lucullo emtos insigni magnificentia extollebat.*) Quomodo a Lucullo emerit, *Illo qui nondum tempore natus erat?* Reducenda lectio vulgatior, *Lucullo cœptos*; Cum ita quoque conspiciatur in Mediceo, quem Curtius Pichena, in Couarruuiano, quem Andreas Schottus contulere; vterq; amicus non e multis, mihi & Musis.

Cap. 2. *Et Suilius, corruptionem militum, quos pecunia & stupro in omni flagitio obstrictos arguebat.*) Tolerari posset lectio publicata, abiecta præpositiuncula *in.* aliud enim est, *obstringi in omne flagitium*; aliud *obstringi flagitio omni.*

Cap. 2. *Ad quod, victo silentio, prorupit reus, &c.*) Nescio quomodo *indicto silentio*, minus huc quadret. quare retinuerim *victo*; vt hactenus tacuerit Suillius, & nunc demum proruperit in vocem. Codex Hispanus & Florentinus stant pro vulgato.

Cap. 3. *Se honestius calliditate Tiberii vel impetu C. Cæsaris periturum dixisset, quam quod fraude muliebri, & impudico Vitellii ore caderet.*) Rotundior longe, meo iudicio, ordo orationis, si recisis quod, & *caderet*, scriberemus; *quam fraude muliebri, & impudico Vitellii ore.*

Cap. 3. *Hortantibus deinde quibusdam inediam & lenem exitum.*) Nihil opus addita vocula *ad.* Sæpius enim præpositio neglecta optimis auctoribus; in quos nihil iuris Orbilio; imo ne Grammaticis quidem.

Cap. 4. *At caussa necis ex eo, quod domum suam.*) Edd. vett. non agnoscunt illa, *ex eo*: & possunt sane abesse, nullo auctoris incommodo.

Cap. 10. *Adegit Parthos mittere ad principem Romanum occultas preces, queis permitti Meherdatem, patrium ad fastigium orabant.*) Viri summi, proniores erant in, *remitti.* Sed controuersiam mihi ne mouendam scripturæ receptæ, satis ostendi Notis meis ad Martialem lib. 10. Epigram. 12.

Ne viuam, nisi te, Domiti, permitto libenter;
Grata licet sine te, sit mihi nulla dies.

Cap. 13. *Theatralem populi lasciuiam seueris dictis increpuit.*) Si quor quod expressit Couarr. codex, *seueris edictis* ita scripsisse Tacitum, inde cuincas, quod id quoq; restet in msf. Florentino. & ii solebant Imperatores.

Cap 16 *Ac primo lætus Germanis aduentus, atque eo magis, qui nullis &c.*) Veteri Couarr abest vox *magis*.

Cap. 17 *Nec patrem illi rubori esse.*) Dictio postrema non comparet in membranis Couarruu. neque habet certe quod hic agit.

Cap 18. *Ne quis agmine decederet, nec pugnam nisi iussus iniret.*) Facit huc quidem Salloſtius cap. 9. Catilinariæ historiæ. Verum, cum pugnam inire iniussu Imperatoris vnum fuerit de delictis, omni tempore, omni duci, castigatis; videtur audiendus manuscript. Couarruu. *ne quis agmine decederet, ne quis nisi iussu iniret.* vt referatur ad *agmen*. Sic libro 13. infra dixit, *stationem inire*, pro ingredi.

Cap. 20. *Ne tamen miles otium exsueret, inter Mosam, &c.*) Manum non adhiberem reformationi illius *exsueret*, sed potius legerim *Vt de Ne.* sæpius enim mutarunt sedem duæ illæ particulæ & ita heic habet editionum prima.

Cap 22. *Nam postquam tormentis dilaniabatur, de se Nouius; conscios non edit.*) Volunt alii locum mutilum. non video quare. quippe constructio satis belle succedit; prout ea vti amat Tacitus. Remque eandem enunciauit Liuius libr. 24. de Theodoro qui conspirarat in Hieronymum Siciliæ tyrannum: *Traditusque Andronodoro torquendus, de se ipse haud contanter fassus, conscios celabat.*

Cap. 23. *Exercitus nostros ferro vique ceciderint.*) Optime Lipsius, qui istud inuenit e mss quos item firmat manuscript. Couarruuianus. antea erat, *ferro ignique*. quod heic locum non habet; at habet tamen in Suetonii Claudio capit. 21. *Diu cunctatus, an omnes igni ferroque absumeret, &c.* Cum enim naumachiarii isti in nauib. agerent; æque eis nocere poterat ignis quam ferrum. itaque nihil ibi mutandum.

Cap. 25. *Lætaque hæc in R. P. munia, multo gaudio Censoris, obibantur.* Vix me teneo quin adseuerem concinniorem fore dictoris sententiam, si reponamus *mutuo gaudio Censoris*; siue ut *Cæsaris*.

Cap. 28. *Dum industria cubiculū principis occulit adulteros, &c.*) Haud necesse arcessere longinquiorem medicinam, si, mutato *cubiculum*, in *cubiculo*, capiamus vocem *industria*, cuius primi.

IANI

IANI GRVTERI
SCHEDIASMA AD LIB. XII. ANNALIVM TACITI.

CAP. 43. *Multa quoque eo anno prodigia euenere.*) In mſ. Couarruuiano exſtat, *prodigia fuere.* vnde alicui poterat ſuboriri dubitatio, an non vox poſtrema ſurreptitia fuerit. plane, ea ſublata, conſtat ſua auctori ſententia.

Cap. 46. *Ne dubitaret armis, quam incruentas conditiones malle.*) Claritati ſententiæ nihil deeſſet, modo auferretur vocula *quam.* Iam, ne admittamus aliorum emendationes, in cauſſa eſt locus infra libro 13. Annal. cap. 37. qui habet; *Poſſe illi ſtabile regnum, & res incruentas contingere, ſi omiſſa ſpe longinqua & ſera præſentem potioremque ſequeretur.*

Cap. 47 *Simul in lucum propinquum trahit, prouiſum illuc ſacrificium imperatum dictitans*) Quamuis aliquis eiiceret voces duas poſtremas, conſtaret tamen orationi ſuus ſenſus integer. plane aut *prouiſum,* aut *imperatum,* ſuperfluit.

IANI GRVTERI
SCHEDIASMA AD LIB. XIII. ANNAL. TACITI.

CAP. 4. *Ceterum peractis triſtitiæ imitamentis, curiam ingreſſus, &c.*) Nō cepit iſta Donatus; qui vult triſtem fuiſſe Neronem quamdiu ſub Pædagogo, &c. Imo indicat auctor, intraſſe curiam cum aliquamdiu ante publico abſtinuiſſet, quaſi ob grauem luctum; qui riſui potius fuerat, aut certe gaudium. Sic lib. 3. Annal. cap. 5 *præpoſitam thoro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes & lacrimas, vel doloris imitamenta.* Et libro 14. cap. 4. *Additurum principem defunctæ templum, & aras, & cetera oſtentandæ pietatis.* Piſo apud noſtrum libr. 2. capit. 77. *Periiſſe Germanicum nulli iactantius mœrent, quam qui maxime lætantur.*

Cap. 17. *Crebris ante exitium diebus, illuſiſſe pueritiæ Britannici.*) Bonum videri poſſet, abſque Florentino; in quo *illuſum eſſe.* forſan fuit *illuſum*; acceſſitque illud *eſſe* a gloſſa: niſi fuerit, *illuſum iſſe.*

Cap. 20. *Nec accuſatores adeſſe, ſed vocem vnius ex inimica domo adferri: refutare tenebras & vigilatam, &c.*) Hæreas, te

nebrane illæ & *vigilata conuiuio nox* adplicanda Agrippinæ a
Plauto, an vero Silanæ ac familiæ eius, an denique Neroni. San
huius postremi commessationes exsecutus solum Tacitus capi
priore; aliorum, nulla mentio est. itaque locus mihi non int
firmos.

Cap. 21. *Nec si Iturius & Caluisius adesis omnibus fortunis, nouiss
mam suscipiendæ accusationis operam anni rependunt; ideo, &c.*) i
sidet omnibus fere editionibus, mendum typographicum; quo
me monitore semel tollatur. Legendum enim non *anni*, sed *an*
& intelligit Iturium & Caluisium consumto patrimonio in co
lenda Silana, postremum modo ipsam captare, impensa delati
nis opera.

Cap. 30. *Inoffensa tot imperatorum malitia fuit.*) Diu est quod v
ni defensor huic lectioni. nunc lætor partes easdem, mecum tu
ri, sagacissimum Pichenam.

Cap. 32. *Per quadraginta annos, non cultu nisi lugubri, non anim
nisi mœsto egit.*) Probabili admodum coniectura rescribit Cri
corum primus, *quatuordecim annos*. sed cum minime adseuer
Tacitus feminam istam diem suum obiisse, anno quo & accusat
& absoluta est; & interim tribuat ipsi longum æuum; nescio a
emendationi huic iusta aliqua insit auctoritas.

Cap. 43. *Inuidere iis, qui viuidam & incorruptam, &c.*) Edit
princeps; *Liuidæ his qui, &c.* vt mihi ambiguum non fiat, quin r
uocandum sit quod restat in ms. Florentino, *Liuere his qui, &*
Liueo idem notat quod *inuideo*, idque vocis non semel restitui a
ctoribus; certe Apulcio alibi & Petronio, item Martiali libro
Epig. 12. *Liuebitque tuis pallida turba genis*, videantur ibidem no
nostræ.

Cap. 50. *Sed impetum eius attinuere Senatores, dissolutionē imper*)
Cũ ita extet in mss. & editis omnib. putarē minime necesse est
natores permutare voce *Seniorum*. nam, non solum quibus grau is
ætas, hæc ipsa docere poterat Neronem, sed vel aliquis iuni
Auribus tamen blandiretur magis, *attinuit Senatus*; vt mentem
suam aperuerit senatui, cum spe futurum, vt approbaret: quod
cus fuit.

Cap. 51. *Ergo edixit princeps, vt leges cuiusque publici occulta ad
tempus, proscriberentur*) Quid apertius? & tamen Marcellus Do
tus interpretatur *abolerentur*: cum debuisset, *publice vnde de pl
legi possent, proponerentur*. Consulatur Suetonius Caligulæ cap
nimirum omnes homines sui us.

Cap. 52. *Valuitque pecuniosa orbitate & senecta, quam vltra eorum
vitam produxit, quorum ambitu euaserat.*) Quis putaret aliquem
his offendi posse? adeo plana sunt & procliuia. & tamen Faernus
legebat *quorum impetum euaserat*. omnino bene, si de aduersariis
sermo esset, & non potius de aduocatis Siluani. deridet enim
nita

tatem rerum humanarum Tacitus, & ait heredipetas istos intercessisse quidem pro reo & servasse, spe adipiscendæ substantiam ipsius; sed contra fuisse, fato enim ante functos, itaque præda sua miserè excidisse.

Cap. 55. *Mox Tiberio & Germanico ducibus, stipendia meruisse quinquaginta annorum obsequio. Id quoque adjungere, &c.* Pessima distinctio, quæ adhuc magis corrupta in postrema editione Critici summi, ubi præfertur *obsequia*. Interpungendũ omninò: *Mox Tiberio & Germanico ducibus stipendia meruisse. Quinquaginta annorũ obsequio, id quoque adjungere*; sensu planissimo. Statim quoque dubitatum de voce *receptos*, muturq; in *exceptos*; non necessario. nam *recipere*, idem etiam notare quod *excipere*, docui, pluribus ad Plautum meum in Suspicionibus. ceterum optimè *fama* migrabit in *famem*, ut placitum Lipsio.

Cap. 55. *Solem deinde respiciens, & cetera sidera vocans, quasi coram interrogabat, vellentne &c.*) Cùm turbent manu exarati, cod. in *respiciens*, ferè est, ut eam voculam pronuntiem, una cum altera *vocans*, suppositam à glossargis.

IANI GRUTERI SCHEDIASMA AD LIBRVM XIV. ANNALIVM.

Cap. 7. *Quod contra subsidium sibi? nisi quid Burrh⁹ & Seneca expergiscerentur.*) Lectio in speciem vera. nam adulterinum quid subrepsisse, arguit editio Romana vetus, in qua *quid cõtra suffragium sibi?* rectè. idemque vocis diu est quod redidi Senecæ. ubi enim hodie est lib. 1. de Ira, cap. 11. *Quid indurati⁹ ad omnem patientiam? ut quib. magno ex parte non tegumenta corporum provisa sunt, non suffugia adversus perpetuum cœli rigorem, &c.* legendũ cum membranis autographis, *non suffragia* neq; enim *suffragium* vocis tantum, sed & rei, ut ostendi abunde in Suspicionib.

Cap. 12. *Præfectura functos Valerium Capitonem, & Licinium Gabolum, sedibus patris reddidit.*) Nihil temerè solicitaverim. veniebat tamen aliquando in mentem, excidisse auctori vocem syllaba breviorem, *pratura* nempe planè *præfectura* sine adjuncto, incertos reddit, quod munus sustinuerint, militare ne an civile, an aliud.

Cap. 15. *Dabanturq; stipes, quas boni necessitate, intemperantes gloria consumerent.*) Multa heic alij de *stipibus ad ludos conlatũ*, deq; eis *quæ Dijs ponebantur*; sed nihil ad mentem Taciti; qui vult certam pecuniã distributam à Nerone inter suos, impen-

dendam incontinēti,in ſcorta&ganeas. Sic legimus apud Trã
quillum de Auguſto c.98. *Quâre admodum exhilaratus, qua
dragenos aureos comitibus diviſit, juſq; jurandum & cautionem
exegit à ſingulis, non alio datam ſummam, quàm in emptione
Alexandrinarum mercium abſumpturos.* Imitatus eſt Neronei
Caligula, ſed non etiã æquavit liberalitate; Iſte *enim, miſit circ
fora ac baſilicas nomenclatores ad invitandos in libidinem iuv
nes ſenesque præbitâ adventantibus pecuniá fenebri; adpoſitiq
qui nomina palàm ſubnotarent, quaſi adiuvantium Cæſaris r
ditus.* ut loquitur Suetonius.

Cap 19 *Ille orando cauſſas, Servilius diu foro, mox tradend
rebus Romanis celebris, & elegantiâ vitæ: quam clariorem effec
ut par ingenio, ita morum diverſus.*) Alij, heic emendation
ſubijciunt, alij interpretationes, non ad meum guſtum. Pu
auctorem ſignificare Servilium parem fuiſſe, quod ad ingen
quidem attinet, Domitio Afro; ſed morib. diverſum: ideoq
tantò clariorem factum Domitio, quantù meliùs audiret le
mo, vitæ integræ & elegātis; præ diro ac dãnandis reis exe
to. Sic ſupra dixit l. 4. *At Meſſalinus Cotta haud minus claris m
ioribus, ſed animo diverſus &c.*

Ca 31. *Rex Icenorum Præſutagus longâ opulentiâ clarus.*) Ni
opus refingere vocem *longa*. ita enim vocat opus multo te
pore coacervatas. ſic ſupra l. 12. c. 29. *Vis innumera Ligii aliæ
gentes adventabat, famâ ditis regni, quod Vannius triginta
annos prædationibus & vectigalibus auxerat.*

Ca. 38. *Simul in urbem mandabat, nullam prælio finem ex
ſtarent, niſi ſuccederetur Suetonio.*) Scio quidem uno alteroc
item loco irrepſiſſe in Tacitum *prælium*, pro *bello*; ſed & id
turbatum ſtatim, ceu minus legitimum, etiam ſcio. quare
heic faciendum, aut reſcribēdum, *nullum præliorum finem.* S
prælium auctori aliud a *bello*, aliquoties ipſemet indicat; u
30. de moribus Germanorum: *Alios ad prælium ire videas, C
tos ad bellum*, & alibi.

Cap. 44. *Poſtremo, ſi pereundum ſit, non inulti inter nocen
agere.*) Haud exputo cur optimus virorum Vrſinus, abeſſe
pierit negativam *non*, cùm meo quidem iudicio, in ea, velu
cardine, verſetur totius argumētationis ſalus. Si, inquit, ſeru
cohors in nos omninò coniuraverit; hoc erit tamē mortis
træ ſolatium, quòd ſeverè vindicabimur, ipſis nobis, mort
parentantibus.

Ca. 56. *Deeſſe nobis terra in qua vivamus; in qua moriamur,
non poteſt.*) Nihil frequentius tali locutione auctori noſtro
pra l. 12. c. 64. *Agrippina filio dare imperium; tolerare imper
tēnequibat* Et l. 1. hiſt. c. 17. *Militum favorem, ut largitio
ambitu malè adquiri; ita per bonas artes haud ſpernendum;*
eiuſdem l. c. 8. *Et pacis artibus, belli inexpertus.*

Cap. 61. *Ducem tantũ defuisse, qui motis rebus facilè reperiretur Omitteret modò Campaniam, &c.* Distinctione ista pleniore, ob nubilatur prorsus auctoris sensus. Interpungendum erat, *reperiretur; omitteret modò*, Dux, inquit, non deerit, modò Octavia propius accesserit relictâ Campania.

Cap. 62. *Qui a graviorum facinorũ ministri, quasi exprobantes adspiciuntur.)* Omnia sana videntur. Cùm tamẽ extet in chirographo Bibliothecæ Mediceæ, *quia malorum*; videri poterat prius fuisse, *quia maiorum facinorum*, sed idem sensus resultat ex illo *graviorum*, quapropter nihil temerè mutabimus, nisi consentiant & alij codices plutearij.

IANI GRUTERI SCHEDIASMA IN LIBRVM XV. ANNALIVM.

CAp. 6. *Exercitum Romanum à Tigranocertis deductum.*) editio decrepita non agnoscit præpositionem à, neq; requiritur. c. 10. *Adventare Vologesen magno & infenso agmine auditum.*) Si subveniret liber scriptus, haud refugerim à veteris ed scriptura, *& indefesso*.

Cap. 10. *Vbi à viris militaribus adversus urgentes casus firmatus erat.*) Dictio prima & ultima; si non fuot à glossatoribus, haud tamen multum habent, quod heic agant, hoc est, sede ista eijci poterant.

Cap. 15. *Namq; iis usui fuit.*) Non malè isthæc mutantur ab aliis, verùm cum rara oriatur corruptio, nisi à vocabulo minùs ûsitato, suspicari libet, fuisse, *nãq; iis innsui fuit*; quæ dictio frequẽtata Sallustio, à cuius imitatione minimè abhorret noster. Eiusdem capitelli extremo est; *Flumen Arsametẽ elephanto insidens, & proximus quisq; regi vi equorũ.*) Aliter editio prima; *insidens proximus quuq; regẽ vi, &c.* non modè, dummodò interpũgamus, *insidens; proximus quisq; regem, vi, &c.* vocem *proximus*, accusativum regere, satis notum.

Cap. 16. *Ne lacrymis quidem temperavere.*) Iocundior sonus emergit ex scriptura vetustiss. *temperare*.

Cap. 22. *Agendas apud Senatum pro pratoribus prove consulib. grates, &c.*) De hac gratiarũ actione, ieiuna quædam, hoc loco Marcellus Donatus; at meliora multò poterat ex supellectili Latinorũ Græcorũque auctorũ; imò vel ex nudis Inscriptionibus, Sanè qui Epigraphas illas veteres negligit, cũ vix censẽdũ inter solidè doctos, solidè ingenuos, iuxta cẽseo cũ Scaligero,

cum Velsero; quicquid oggrũniant è terra nati Suesne, an Scā-
bæi; stercora tantum vorare dociles.

Cap. 23 *Sed feminarum illustrium, Senatorumq; plures per a-
renam fœdati sunt*) Propugnat hanc lectionem non sine grandi
probro sexus sequioris ordinis nostri Lucifer. interim mihi e-
ripi nõ potest, loco *fœminarũ*. substituendum *familiarũ*, literis
non nimium diversum ab altero; intelligendumq; de *Equitib.*
quib. proprium quasi cognomen *illustrium*, eoque ipsos insig-
nivit Tacitus haud semel, ut videre licet in Ludicr. Feminarum
nullæ heic partes, nullum jus. ubi enim supra mẽtio de feminis
nusquã. Et tamẽ respicere isthæc ad ea, quæ facta sũt an. priore
aperte urget illud quod præcessit. *Spectacula gladiatorum iden
annus habuit, pari magnificentia ac priora.* At annorum priorũ
memoriis, nulla mentio mulierum; contentus dicere auctor. l
14. Annal. c. 14. *Notos quoq; equites Romanos, operas arenæ pro
mittere subegit donis ingentibus.* ubi minimè id tacere debebat
si eodẽ redactæ feminæ, & quidẽ illustres. Et ut ipse hoc forsan
neglexisset, cur tam novum & hactenus non visum flagitium
seu principis seu matronarum, non annotatum alibi Suetonio
non Dioni; non Zonaræ, non uni alicui vel extra ordinem?

Cap. 52. *Plerique Vestini quoque Consulis acre ingenium vita
visse Pisonem crediderunt; ne à libertate moveretur.*) Divertun
alij ad conjecturas, mihi proba videtur scriptura vulgata, ut ve
lit ipsammet libertatem variè movere potuisse animũ Vestini
ut eam reductam cuperet. Libertatem etiam inter Numin
cultam, patet ex Inscriptionibus nostris, pagina XCIX. 2. c
CXIII. 2. Sed & de *modestia*, tanquam una Dearum, locutus no
ter l. 4. Annal. c. 7. *Precandum posthac modestiam*, &c.

Cap. 61. *Seneca missum ad se Natalem, conquestumque nomin
Pisonis, quod visendo illo prohiberetur*) Suspecta alicui esse po
set dictio *visendo*, tanquam partus librarij,

Cap. 64. *Frigidis jam artubus & clauso corpore adversus vi
veneni.*) Brevitati auctoris non admodum faciunt tres voc
postremæ invexit eas forsan glossa.

Cap. 67. *Is proximo in agro scrobem effodi jussit, quem Flavi
&c.*) Sententiam meam accommodo Lipsianæ interpretatio-
ni; arbitranti huiusmodi scrobes effossas ut in eas conderen-
tur corpora. nam qui cẽssẽt præparatas, quò honest⁹ caderet
post vulnus. eis non admodum velificatur locus Dionis, ubi
Eunuchus Cleopatræ iam serpentum morsu petitus, ideoq
ex animi arbitratu se compositurus, eandem adpetit. Ver
sunt libro quinquagesimo primo: Ὁ γὰρ εὐνοῦχος ἅμα τῷ συλλη-
φθῆναι αὐτὴν, τοῖς τε ἑρπετοῖς ἑαυτὸν ἐθελοντὴς παρέδωκε, καὶ δη-
χθεὶς ὑπ' αὐτῶν, εἰς σορὸν προπαρεσκευασμένην οἱ ἐσεπεπήδησε. S

nec turpe quid prævaecavere voluisse videntur milites, de quibus Livius l. 22. *Inventi sunt quidam mersis in effossam terram capit., quos sibi ipsos fecisse foveas obruentesq; ora subjecta super humo iniecta interclusisse spiritum adparebat.* Aliaque omnia voluisse Neronem, apparet ex Suetonio c. 49. *Scrobem coram fieri imperavit, dimens^o ad corporis sui modulū, cōponitq; simul, si qua, invenirentur frustamarmoris &c.* Nimirum quib. ignis negabatur ac reliquus apparatus funeris, terra saltem operiri amabant; ne centum annos errarent circa Stygem &c. idq; ea propter tralatitia humanitate eisdē quoque à prætereuntib. indultum; ut liquet ex Horatij Oda 28. lib. 1. aliorumq; locis. Hucq; facit istud Lucani lib. 8. *Summas dimovit arenas. Et collecta procul lacere fragmenta carinæ. Exigua trepidus posuit scrobe.* Nec abit v. Taciti l. 3. Hist. c. 25 *simul attollere corpus, aperire humum, &c.* Ceterùm confirmandæ opinioni nostræ, maximè servit Dionysi^o l. 3. Ant. Roman. Descripto enim parricidio Horatij, subijcit de patre eius: Ὅς γ᾽ οὔτε εἰς τὴν οἰκίαν εἴασεν εἰσενεχθῆναι μνήμασιν ἐπέτρεψεν οὔτε κηδείας καὶ περιστολῆς καὶ τῶν ἄλλων νομίμων μεταλαβεῖν. ἀλλ᾽ οἱ παριόντες αὐτὴν ἐρριμμένην ἐν ᾧ διεχρήσθη χωρίῳ, λίθους ἐπιφοροῦντες καὶ χοῦν, ἐκήδευσαν ὡς πτῶμα ἔρημον κηδεμόνων. Ex cuius verbis clarissima lux adfulget Senecæ Hippolyto; carmine penultimo; ubi filio funeris solennia meditatus, uxorem Phædram damnat terræ, his verbis.

Vos apparate regii flammam rogi:
At vos per agros corporis partes vagas
Anquirite, istam terra defossam premat.
Gravisq; tellus impio capiti incubet.

Hæc libuit depromere ex Suspicionum loculis, ob monstrosam explicationem super isto alioq; loco Corneliano nuperi scriptoris, ne deinde & alio loco ceteri longius abirent à via veritatis regia.

IANI GRUTERI SCHEDIASMA AD LIBRUM XVI. ANNALIUM.

CAp. 8. *Nam Silanus intentior metu, & exitio patrui ad præcavendum exterritus erat.*) Deleri poterat non modo vox postrema, sed & penultima. mihi profectò resipiunt illegitimū quid: idemque ferè pronuntiaverim de illis, *ad præcavendum.*

Cap 15. *Caussa festinandi ex eo oriebatur, quod Ostorius multa, &c.*) Manifestè abundant voces illæ, *ex eo oriebatur*, neq; videntur manasse ab auctore. unde legimus in editionum prima, *caussa festinandi exoriebatur, quod Ost.*

Cap. 17. *Additur codicillis, tanquam de iniquitate exsilij querēs*

ia scripsisset.) Ven. ed. *scripsisse* fortasse melius; nisi si & verbū illud ultimum & adhuc proximum à glossa sint, fueritque initio: *Addit codicillis, tanquam de iniquitate exsilij querens, se quidē.*

Ca. 23. *Vt ad externa rumorib. intestinum scelus obscuraretur.*) Verosimile est, relictum primitus à Tacito, *ut ad externa rumorum intest.*

IANI GRVTERI SCHEDIASMA AD LIBRVM I. HISTORIARVM.

CAp. 3 *Nec enim unquam atrocioribus populi Roman. cladib. magisve justis judiciis approbatum est, non esse curæ Deis securitatem nostram, esse ultionem*) Scio quam admittant interpretationem hæ voces. interim non adhuc plenè adquiesco ju[...] stis illis *judicijs*; irritat que me inter alia, etiam editio Roman[...] quæ exhibet; *magis vetustis indicijs*; quod non nemini saliva[...] movere posset, non mihi. nam *indicia*, hoc est prodigia &, tal[...] præcedunt clades, non sequuntur. hæreo sanè.

Cap. 4. *Vt non modò casus eventusq; rerū, qui plerumq; fortu[i]ti sunt, sed ratio etiam caussæq; noscantur.* Nullum heic, meo j[u]dicio, ulcus tectum; nedum ut immissa negatione scribi debe[at] *qui plerumq; haud fortuiti sunt.* nihil enim longinquius à me[n]te auctoris: quæ vult, ex casibus & eventis rerum, non adqui[ri] prudentiam civilem; cùm ea ferè non respondeant rationib[us] suis ac caussis; eaque propter ipsas illas curatius persequen[das] historico. hocq; est quod iterum inculcat l. IV. Annal. c. 33. *H[æc] conquiri tradiq; in rem fuerit: quia pauci prudentia, honesta ab deteriorib., utilia ab noxiis discernunt; plures aliorum eventis [do]centur.* Hinc excusatio M. Terentij apud eundem l. VI. An[na]lium, c. 8 *Non est nostrum æstimare, quem supra ceteros & q[ui]de caussis extollas. Tibi summum rerum iudicium Dii dedere: [no]bis obsequii gloria relicta est. Spectamus porrò quæ coram hab[en]tur, cui ex te opes, honores, queis plurima juuandi nocendive [po]tentia, &c.* Inde etiā securius gravat Suetoniū Iulius Classi[a]nus; *cuius adversa, pravitati ipsius; prospera, ad fortunam Re[ip.] referebat*; ut loquitur noster l. XIV. Annal. C. 38. Egregius lo[cus] est Val. Maximi l. III c 8. *Phocion cum Athenienses rem aliter [at]q; ipse suaserat, prosperè administrassent, adeo perseverans sen[ten]tiæ suæ propugnator extitit, ut in cōcione lætari quidem se succ[essu] rerum, sed consilium tamen suum aliquanto melius fuisse dic[er]et.*

Non

Non enim damnavit, quod rectè viderat ; quia quod alius malè consuluerat, benè cesserat facilius hoc existimans, illud etiam sapientius. Blãdum animum sanè temeritati casus facit, ubi pravo consilio propitius adspirat; & quo vehementius noceat. insperatò prodest. Et hoc spectatum etiam fuisse Pœnis, proditum eidem Valerio l. 2. c. 8. *A Carthaginiensium Senatu, duces bella pravo consilio gerentes, etiamsi prospera fortuna subsecuta esset, cruci tamen suffigebantur : quod bene gesserant , Deorum immortaliũ adiutorio; quod malè commiserant , ipsorum culpa imputantes.* Verum hæc reservanda erant Diatribis nostris, exspatiantibus cursu effreno ad illa Cornelij l. 2. Hist. c. 25. *Cunctator natura Suetonius, & cui cauta potius consilia cum ratione, quam prospera ex casu.*

Cap. 5. *Quàm olim virtutes verebantur.*) Apta heic quidem vox *reverebantur*, sed nihilo inefficacior illa nostra vulgata, ut ostendi exemplis non unis, in farragine Suspicionum.

Cap. 7. *Et inviso semel principe, seu benè, seu male facta premunt.*) Rotundè: neque ego is sum qui aliquid novandum censeam; solum prurit ferè manus mutare literam primam voculæ primæ; *ut inviso* ac si caussam indicet cur utraq; cædes odiosa. Malè interim Annibal Scottus, qui editioni suæ invexit; *& invisum semel principem. &c.*

Cap. 7. *Eademq; novæ aulæ mala, æquè gravia, non æquè excusata.*) Bene hæc explicantur à Pichena, cuius tamen interpretationem reiectitiam, habuerim ego pro eximia ; ob vocabulum, *eadem.*

Cap. 9. *Trierarchi nutantes. seu dolo, alloquendos sibi milites & paratis omnium animis reversuros firmaverũt.*) ita Venetus primum editus: sed Romanus eo prior; disertim habet, *adequandos*, unde non ambigo quin litera mutata fieri debeat, *adaquandos sibi milites*, egregia emendatione, nec minus plana. Venimus, inquiunt , trierchæ postquam refecerimus milites aqua, qua jam aliquot dieb. destituti animis pariter, corporibusque languent. Et hinc scire licet, insulam Cythnum, aquarum sterilem.

Cap. 9. *Donec missu Galbæ, Vitellius aderat, censoris Vitellij ac ter Consulis filius. id satis videbatur.*) Abstinendus calamus ab loci istius emendatione; nam & sic semel iterum locutus alibi, ut produxi in Suspicionũ libellis; neq; nunc occurrit. Sed neq; *id satis videbatur*, applicandum militib., ut alij faciunt; sed Galbæ. ipsi nimirum satis videbatur retinendis in officio militib., mittere Vitellium ; eũ habituris tantùm nõ pro Consulari, ob

titulos & imagines paternos. Estque hoc unum de arcanis imperij, uti frui prole degenera. nã cum istis paternæ virtutes proce-dant pro suis: adest ipsis auctoritas, abest principi metus. Secretum hoc ferè enuntiat Suetonius in vita Vitellij capitis septimi initio.

Cap.10. *Cui expeditius fuerit, tradere imperium: quam obtinere.*) Vox *fuerit*, supervacua videri queat, certè si eijciatur, in offensiore cursu processerit oratio.

Cap.11. *Insciam legum, ignaram magistratuum.*) Si quidem Veneta editio, at Vaticana *inscientia legum, ignaram magistratuũ*, optimè, meo quidem animo, dummodò compingantur duæ primæ dictiones in unam; *inscientia legum*. rationem reddit cur ægrius pareant magistratui, aitque fieri quod leges nesciant. Vox ea excidit item Cæsaris Commentarijs.

Cap.17. *Nero à pessimo quoq; semper desiderabitur. mihi ac tibi providendum est, ne etiam à bonis desideretur.*) Vox ultima si absit, nemo desideret, imo oriatur facies orationis longe iucundior; meis quidem oculis.

Cap.22. *Cremonam petere intendit.*) Vel vox *intendit*, vel altera, *petere*, salva sententia tolli poterat.

Cap.23. *Immensa viarum spatia, ægrè sub armis eniterentur*) caveamutemus: est enim vox ultima heic mirè efficax: ut ostendi pluribus in Suspicionum congerie.

Cap.37. *Et Cornelij Marcelli in Hispania*) Fatetur candidè Lipsius, hominem hunc aliâ sibi ignotum, hoc facit nempe, quod memoria nobis minimè immortalis. nam est is ipse, qui nominatus Tacito satis vocaliter, libro XVI. Annalium, capite 8. *Trahebantur ut conscii, Vulcatius Tullinus, ac Marcellus Cornelius Senatores &c.*

Cap.38. *Septem à Neronis fine menses sunt, & jam plus rapuit Icelus, quàm quod Polycleti, &c.* Simillima istis repetuntur nostro libro II. Histor. 95. *Nondum quartus à victoria mensis, & libertus Vittellij Asiaticus, Polycletos, Patrobios, & vetera odiorum nomina æquabat.*

Cap.44. *Omnesq; conquiri & interfici jussit, non honore Galbæ sed tradito principibus more: munimentum ad præsens; in posterum ultionum.*) Locus, si quisquam, toto libro, sanus & integer. Sic enim alibi locutum ostendi infra. At sententia auctoris ista est: duabus de caussis id hominum genus è medio tolli à principibus una ut in præsens securiores agant; altera, ut in posterum, hoc est, in futurum, vindicentur: notum enim illud P. Syri.

Inimicum vleisci, vitam accipere est alteram.

Vnde & Tac. l.13. Annal. c.32. *Factũ & Senatusconsultũ ultioni iuxta*

a & securitati; ut si quis à suis servis interfectus esset, ij quoq; qui stamento manumissi sub eodem tecto mansissent, inter servos suplicia penderent. Quæ verba ita explicat C. Cassius l. 14. Annal. 44. *Multa sceleris indicia preveniunt servi. Si prodant, possum' nguli inter plures, tuti inter anxios; postremo si pereundum est, non ulti inter nocentes agere.* Tali ultioni, allusit Florus, l. 4. c. vltio: *Ceterum Barbarus, undiq; infesto exercitu oppressus, gladio r pyra, in quam se perculsus immisit, superstiti etiamnum Cæsari tisfecit.* loquitur de *Dom. vulnerante* C. Cæsarem. Sic & Plius. l. 3, Epist. 14. de Largio Macedone: *Ipse paucis dieb. ægre refoillatus, non sine ultionis solatio decessit; ita ut vivus vindicatus, t occisi solent.* Sed & isthæc huius loci.

Cap. 49. *E prioribus servis*) Ingeniose quidem, qui substitutum unt *primoribus*, sed quod pace eorum liceat, retinuerim hactenus vulgatum; vocat enim, *servos priores*, quibus dominus Galba uerat ante imperium, adhuc privatus.

Cap. 63 *quæq; alia placamenta hostilis iræ, non quidem in bello, ed pro pace tendebantur*) Locus aliis obscurus, imò corruptus; quem non emendant, non illustrant, mihi, integer est & clarus: licit enim, magistratus ac sacerdotes civitatum, velatis manib. amos oleæ prætendisse, humi interim cum flebli vociferatione procumbentib. uxoribus ac liberis. & hoc (inquit) factum, non ut bellum redimerent, quod nullum erat; sed ut retinerent pacem. est convitium publicum in militarem disciplinam, nihil minus quam disciplinam; *placamenta hostilis iræ*, quænam prætenderint, describit noster, cap. 66.

Cap. 65. *Conscriptas nuper legiones in præsidium Galbæ referẽdo*) Nihil deperiret sententiæ; quamvis sua sede extenderetur in malam rem, vox ultima *referendo*. meo certè animo, lepidius sub intelligitur quam exprimitur.

Cap. eod. *Cuncta illic externa & hostilia, &c.* Reipsa non etiam nomine: Itaque non erat, cur heic hærerent Criticorum summi. serviunt enim suæ causæ Lugdunẽses: cuncta producerent quibus alienetur à Viennensibus miles; oratorio more scilicet extenuando verum: utique cum animo quisque censeatur non titulo, &c.

Cap. 66. *Tum vetustas dignitasq; Coloniæ valuit*) Proscriptus passim locus iste, tanquam mutilus: sed non est, vult auctor, flexos quidem fere animos militum habitu illo supplicum, sed tũ demum plenè ac bona fide agnovisse quales essent, cum donativum eis obvenisset, omni ratione & adfectu valentius.

Cap. 70. *hibernis adhuc nivib.*) Sic solum editio Veneta priòr illa *hib. adhuc Alpibus*, quod jam sine controversia restituendũ

Tacito, eiecta voce altera, quæ iam centum annis, iniusta insc
ſtrix poſſeſſionis alienæ.

Cap.71. *Diffidentia præſentium, mutationem pavens*) Duæ vo
ces poſtremæ fere vacant, tãquam ortæ à librariis. Ca.eod. *A
poſtremo ejuſdem deſertor ac proditor*) Par ultimum vocabulo
non compareret in editione illa Romana. & vero ſi item abfuer
Vaticano, nihil certius quàm eſſe à manu aliena. Cap. eod. *Vni
nulla innocentiæ cura, ſed vitæ impunitatis*) Mirum eſt non reve
cari à quoquam primigeniam calamo exaratorum ſcripturar
adhuc deliteſcentẽ etiam in vetuſtiſſimis editionibus; *ſed vic
impunitatis*, primũ eiecta eſt à Rhenão ſubjectaq; iſthæc ſpuri
perperam. vult enim auctor hos diffidẽtes exercere humanitat
non quod innocentib. bene velint; ſed ut per hoſce impunè a
ferant ante delicta. Qui *innocentiam*, Tigellani perſonæ acc
modant, lucẽ poſcunt a tenebris, virtutem à vitio. Similis loc
tio reſtat apud noſtrũ, l 6. Annal. c. 35. *Modo equeſtris prælij mo
frontis & tergi vices* &c. qui locus injuſtè item periclitatur.

Ca.72. *Et ubi plurima vulgi licentia, in circum ac theatra eff
ſi*) Fermè ridiculum eſt quod heic quidam adponit; *ideo ſapiẽ
circo & theatris abſterreri Lucillium à Seneca Epiſt.* 8. *verſan
enim ijs locis ſemper aliquid ferè haurire vitiorum, inquinar
cum vulgo, ambitione, luxuria, libidine.* Quin ab eo expeæ ab
oſtenderet, iis locis populũ quidvis à principe & poſcere ſoli
ſæpius, & ſæpius impetrare: quod ipſum oſtendi pluribus cl.
ſicorũ authorum monumentis: quorum fũdi, Suetonius Au.
c. 67. Tiber. cap. 47. Calig. c. 30. Tit. cap. 18. Domit. c. 13. Plin s
natur. hiſt. Ioſephus, Herodianus, Spartianus, Appianus, Ca
aliique.

Cap. 74. *Eſſe privatis cogitationibus progreſſum.*) Appoſuerit
viri eruditiſſimi, ſuis editionibus legendum forte, *regreſſũ*. m c
prorſus: omnibus enim modis amplectendũ *progreſſus*, niſi ſi-
dam vim facere amamus ſententiæ authoris; ut oſtendi in D-
tri[illegible] is meis ad Tacitum.

Cap. eod. *Imperium cupientibus nihil medium inter ſũma, at
præcipitia.*) Auſcultandũ erat Rhenano, refi[illegible] genti *& præcipitia*.
neque ſecus editio antiquiſſima, & per conſequens mſ. Vatica-
nus, eius prolis mater.

Cap. 80. *Vulgus ut mos eſt, cuiuſque motus novi cupidum*)
Edd. antiquiſſimæ *cuiuſcunq;* quod ambigas ſit ne ab libra-
riis, an ab auctore ipſo.

Cap. 83. *Sic rigor diſciplinæ habet, ut multa per centuriones tri-
bunoſq; tantũ, iuberi expediat.*) Editio prima, ſecũda, tertia, ſer-
vant illud quod produxit è Florentino Pichena: *ut multa et iam
centuriones, tribunoſq; tantum iuberi*: Lectio veriſſima, quã u
li[illegible]

lij mutaverint, rationem non video. eam non confirmavi plurium exemplorum quasi munimentis: in Suspicionũ farragine.

Cap. 84 *Si Vitellio, & satellitibus eius, eligendi facultas detur: &c.*) mire heic hæret Rhenanus, & tandem ad emendationes efugit. sed frustra *eligendi facultas*; est facultas optandi atque impetrandi à Deis, Si, inquit, efficaciter quidvis nobis imprecari possent; nihil nobis aliud oprent, quam nostram mentem. conferantur isthæc cum c. 10. l. 3 Historiarum infrà.

Ca. eodem: *Quem nobis animum, quas mentes imprecentur.*) Ineptè mavult Rhenanus *vobis*, id quidem sentit Otho; sed invidiæ molliendæ subricet, & se etiam aliosque ei numero includit, ut solent oratoria arte insignes.

Cap. 86. sereno & immoto die) Rectè, nam *cælo*, quod magis placeret Rhenano, nihil opus, *diem*, enim pro *cælo* poni, & contra *cælum* pro *die* nihil vulgatius, multis probavi in Suspicionũ centonibus; quos tandem aliquando manumittam necesse est; ne si quid me subito fiat, similis habeat Bombycium telis suis misere immortuorum, quem deinde non Pamphila, sed Pamphilus aliquis curiose & evolvat, & abiiciat, filis sibi retentis; pretium laboris scilicet.

Cap. 87. *Ad observandam honestiorum fidem invitatus.*) prima editio *imitatus*, emendationibus incumbitur hinc inde, ego mallem totam vocem omnibus suis elementis eradicari, ceu supervacuam.

Cap. 90. *Crebro fori usu celebre, & ad implendas populi aures latum & sonans.*) Si quidem editio Veneta; at Romana prima non agnoscit vocem *populi*, neque requiritur admodum; imo, ne requiritur quidem.

IANI GRVTERI SCHEDIASMA AD LIB. II. HISTORIARVM.

Cap. 1. *Loco omnium etiam fortuna.*) Maximam iniuriam se facere fortunæ non advertit; qui *omnium*, nobis oggerit. nimis enim ius ipsius coarctat; utpote quæ juxta Plauti Pseudolum: *Centum doctûm hominum consilia una devincat Dea.*

Cap. 11. *Nec illi segne aut corruptum luxu iter, sed lorica ferrea usus, & ante signa pedester, &c.*) Si quis propius attẽdat nexui orationis, videbit plus ei officere voculas illas binas, *usus &*, quã prodesse.

Cap. 17. *Tum vetustissimus quisque, &c.*) Sic quoq; editio princeps

ceps.neque quicquam mutandum. ut quisque enim militi
veterrimus erat;ita etiam cognitiora habebat discrimina be
eaque tunc,quasi ad animum,revocabat.

Cap.eod.*Laudare providentiam ducis.*) Cum in eadem q
que restet,*Laudari*;accedo Pichenæ,lectionem illam repon

Cap. 18. *Spretis centurionibus tribunisq; providentiam du laudantibus.*] pedibus descendo in sententiam Pichenæ,put
tis posteriores voces tres heic esse à glossa,inculcatas ex iis c
paulo post subijciuntur.sed& amplius addo;idem dicendū
deri,de tribus verbis reliquis. certè spretos centuriones trib
nosque,quid monere opus militibus vim intentantib. sum
etiam duci?

Cap.18.*Postquam in conspectu Padus & nox apparebat.*) V
me teneo quin ultimam vocem furcillis hinc præcipitem aga
non esse à Tacito,vociferatur contextus orationis.

Cap. 30. *Si damno rerum suarum Cremonēses ad mutand fidem traherentur?* Sic quidem Venetiis excusus: at eo pr
Romanus,*ad mutandum traheretur*,sine voce *fidem*, nec dis
ceret,si modo accederet ms.aliquis nutanti scripturæ, dest
ac firmamentum.

Cap. 34. *Et si qua alia vis per Alpes rueret.*) Placet v
postrema confirmata ms.& editione omnium prima;nam
cunda præfert.*irrueret*,planè,illud *ingrueret*,excogitatum vi
eruditissimis,ferri heic non potest;cùm supra proximè scrip
rit auctor:*ingruente in Italiam Hannibale*.solicitè enim abstin
àtam vicina eiusdem vocabuli repetitione Tacitus.

Cap.37.*Velut pro Vitellio conquerentes, suum dolorem præfe bant.*)Cave aliorsum referas quam ad dolorem,natum ex pr
ditione Cæcinæ.etsi enim Senatus minimè alienus à Vespasi
no,odit tamen proditores,odit qui indignè ad summa pro
ctus,eam tamen deserit per quem talis.Unde noster de eod
cap.31.*Extremum malorum tot fortissimi viri,proditoris opem vocantes, &c.* scilicet & virtus laudanda in hoste; sic etia
vituperanda,in amicissimo alioquin, flagitium.

Cap.39. *Addidit facinori fidem,nobili gaudio, Blæsum visend*)
Sic omnes eod.& novo more utitur noster voce *nobilitatis*.
& lib.1.Annal.cap 29.habemus;*Drusus orto die, & vocata c cione,quanquam rudis dicēdi,nobilitate ingenita, incusat prio probat præsentia.* Et l.XV.c.35 de Torquato: *Quin eum nob habere,quos ab epistolis & libellis & rationibus appellet.* nā qu
ipsos *nobiles* habeam⁹ pro verè à stirpe talibus,ridiculum fue
libertini eum ordinis,ipsemet prodit Cornelius lib.XVI. cap
Ipsum dehinc Sclavum increpuit ijsdem quib. patruum eius T quatū.tanquam disponeret tam imperij curas præficeretq; rat nib

bus & libellis & epistolis libertos.nobiles ergo isti liberti qui in e hominum ac fama:*ut scortum nobile*, & talia.

Cap.60.*tum interfecti centuriones promptissimi Othonianorũ.*) e scripturæ huic omninó credam,facit editio prima: *Tum in-fectis centurionibus,&c.*forte fuit,*Tum interfecti ex centurio-bus promptissimi Oth.*

Cap.62.*Ex urbe atq; Italia,irritamenta gulæ gestabantur,stre-ntibus ab utroq; mari itineribus.*) Simile de Nerone, noster .15.Annal.cap.37.*Volucres & veras diversis è terris,& anima-maris Oceano ab usque petierat.*Genus istud hominum sugil-t Seneca epistola 61.*Quamdiu unius mensæ frumentum multæ vigia,& quidem non ex uno mari subvehent?*ita quidem in e-tionibus vulgatis , sed libri calamo exarati,sufficiunt nobis, *umentum* ; quod ego amplexus sum in Animadversionibus eis;nescio quam feliciter ; pugnante pro recepta lectione ritici Senatus principe,cui nunc nihil respondeo , nisi hoc; on agere eò loci Senecam de *turba servorum,ad quos pascendos ansmarinarum regionum est optãda felicitas*,ut idem loquitur pistol. 17. sed nec de immodica hominum cupiditate quam prehendit,Epistol.114. quid ergo,de conviviorum luxuria, um cur heic iterum inculcaret *frumentum*, cùm proximè di-rit;*Quamdiu sationibus implebimus magnarum urbium cam-s,quamdiu nobis populus metet?* Verum locum illum fulcivi-mus suis tibicinibus l.11.Suspicionum,c.16,

Cap.63.*Secundam veniam post scelus quærebat*) Facilè appa-t,hæc minus intellecta ab eis , qui hactenus heic retinuerũt henani,*secundam*,planè contra mss.& edd.vett.in quib.con-anter *seram*,q̃ auctoris legitimum.loquitur de Plautij pœni-ntia,qui cum objecta Dolabellæ probare non posset, induct pœnitentia, veniam petiit delationis suæ : quemadmodum, eo judicio,rectè exposuit Pichena.

Cap.60.*Terruit è periculo principis famam clementiæ affecta-*.)Sic quidem veneta editio.at Romana , *Terruit ne periculo f.cl.adfectaret*,fortasse sincerius vulgato.

Cap.64.*Cujus hoc primum specimen noscebatur.*)vocabulum ostremum hinc auferri posset sine ullo sententiæ malo. hic l. .Annal.c. 6. *Primum facinus novi principatus fuit Postumi A-rippæ cœdes.*

Cap. 70. *Nec minus inhumana pars viæ.*) Male heic infar-ire cupit Rhenanus *inamana*; ubi locus diritatis & horro-is. Sic alibi dixit *in humana securitas*,libro tertio,historiar. apit. 83.

Cap.76.*Nam in malis temporibus partem se Reipubl.fecerat.*)
Vaticanus non abit à membranis Florentinis,in quib ;*nam &*
in malis temporibus partem se Reipubl faciunt.ut tutò liceat am
plecti emendationem amicissimi mei Pichenæ, *nam & himil.*
temp.partem se Reip. faciunt,tanquā perstringat totum ordi-
nē libertorum,cui nullus in republ.locus æuo castiori;ut vel ex
Plinio uno ad Traianum cognitissimum.

Cap.78 *Et fuere qui imagines Neronis preponerent.*)Malè qui
malunt,*reponerent*;neque id licebat,nisi per principem aut Se-
natum;ut pluribus ostendi ad Suetonii Cæsarem c. 11. *trophea*
Caij Marij de Iugurtha deq; Cimbris atque Theutonis, olim à
Sulla desiecta, restituentem.

IANI GRVTERI SCHEDIASMA IN LIBRVM III. HISTORIARVM.

Cap.3.*Apertè descendisse in causam videbatur, eoque gratior*
militibus erat;culpæ vel gloriæ socius.) Amplector omnino scri-
pturam codicis Florentini,*gravior*;cum & eam invenerim itē
in editionum prima.

Cap.7 *penes quos civitatis regimen in commilitium adsciti.*)
Aut quatuor voces primæ,sunt à manu glossatoris, aut inusi-
tato sibi vocabulo *civitatem* heic accepit,ut ferè Iul. Cæsar
pro gente integra.

Cap.7.*Cui Porcius Septimius procurator erat.*)Vaticana editi[o]
& Veneta *Septiminus*:& debet placere: quorsum enim un[a]
duarum familiarum nomina.

Ca.12.*A præfecto alæ Mennio Rufino, vincitur.*)Interiecta adhu[c]
vox in Vatic.nempe;*alæ Iuventorum Rufino*. quæ examinand[a]
est,nam *ala* profecto plerisque locis Taciti,addita habet no[men]
men eius à quo primitus instituta est,heic autem tam nome[n]
esse potest,quam adiectivum,à *Iuvene* deductum.

Ca.13.*Sed ubi totis castris in fama proditio, recurrens in pri[n]*
cipia,&c.)Ita Venetus.Sed Roman⁹,*infamia prodidit recurri[t]*
& fortè;*castris infamia prodita*,aut etiam *dedita*: ut verbu[m]
minus cognitum varietates istas invexerit.

Cap.22.*Cui adquiescere Cremonæ,& reciperatis cibo somn[o]*
viribus,confecto algore atque inedia hostem;postero die profliga[re]
ac proruere ratio fuit.)Vox penultima minime hinc tolleda[…]
visum viris maximis,nā in ea,meo judicio, sententiæ car[…]
totius,quā iterū expressit alio habitu,hoc eo.l.c.36. *Cū tra[…]*
gr[…]

gredi Apennina integro exercitus sui robore, & fessos hieme atq; inopi hostes aggredi in aperto foret. Nimirum ratio eo loci valet, quod isto iterum l c.59. *Fortuna Flavinis ducibus non minus sapè quam ratio adfuit.* Et alioquin dixit disertè, totidem syllabis, l.3. Ann. c. 21. *Et dum ea ratio barbaro fuit, &c.*

Cap. 23. *Velut ex oculto iaculantib. incauti offerebantur.* Vatic. editio non agnoscit, uocem *incauti.* & vero, cum præcesserit, *ex occulto*, satis intelligebatur.

Cap 34. *Hic exitus Cremonam habuit, an., &c* Haud aspernandum quod custodit Rom. codex. *Hic exitus Cremonæ, an.* ostendit hæc discrepantia, quid sibi permiserint exscriptores

Cap. 41. *Haud diuturna vincula apud avidos periculorum & decorum securos.*) Nō absurdè, litera amplius, Facinus, *apud pavidos*; sed contra mentem scriptoris. His enim similes depingūtur nobis, l. 1. Ann. c. 14. Nec alieni quorum meminit, l. 3. Hist. c. 26 *Terrebat ipsorum miles, periculi quàm moræ patientior &c.* Ceterum malim heic cum Pichenæ ms. & editionum prima, *dedecoris securos.*

Cap. 42. *Valēs è sinu Pisano sævitia maris, aut adversāte vēto, &c.* Æquè auribus blanditur atque animo scriptura editionis Romanæ, *segnitia maris.* nā non video quomodo alteri verbo heic locus sit. nulla ferè est sævitia maris, vento secundo: oritur ea potius adverso, itaq; dicit auctor interruptum iter Valētis, aut ob malaciam maris, aut ob tempestatem adversam.

Ca eod. *Cuius sacramentum, cunctis circa hostilib., non exuerat.*) Placet & heic Rom. ed. *nondum exuerat.* nam statim statim exuit, ut liquet ex sequentibus.

Cap. 44. *Et Britaniam, inclitus erga Vespasianum favor, &c.* Germanius est quod erui è Romana ed. *inditus erga &c.* porrò to similè est vitium tam conspicuum tamdiu locum suum obtinuisse præter jus. Sic noster alibi de Claudio, *cui non odium, non amor, nisi indita.*

Ca. 52 *Muciano Volentia scripsere.*) Si standum fidei editio. Romanæ, restituendum *scribere*, quod heic altero aliquantum suavius.

Cap. 55. *His tributa dimittere*) Viri eximij repositum eunt: *remittere*, & hoc quidem vult auctor; sed idem manet, retento altero, ut pluribus ostendi in Suspp.

Cap. 57. *Apinius Tiro.*) Aliter nomen istud concepit editio Roman. in ea enim *Aponius*, & verò nomen istud notius Romanis altero; quod nescio an alibi adhuc inveniatur. *Aponij*, omnes libros, omnia marmora occupat: & vel quinquaginta suffeceris Inscriptionum nostrarum verè thesaurus.

Ca. 58. *Ea simulatio, officia metu profecta verterat in favorē.*)

Egregiè

Egregiè hæc verſa ſunt Italicè; peſſimè Gallicè, neque enim Vi-
tellij heic ulla interpretatio; ſed Senatores antea obſequioſi me-
tu, ſponte animum talem induunt: hoc eſt, cum viderent Equi-
tes Roman. & libertinos: nihil non ultro offerre Vitellio, & ipſi
quoque ſervos pondusque argenti indictum, libentes produxe-
re in medium.

Cap. 58. *Mox conterriti, mæſtive diſcrimine.*) Miraculum eſt, ne-
mini ſcripturam hanc ineptiſſimam, vel quaſi dicis cauſa, raptã
in jus, ante Pichenam. ſanè boni ſucci ulla in eis guttula. Vatica-
na editio proximè accedit ad autographum Florentinum, ha-
betque, *contenti mæſtive diſcrimine.* è quib⁹ nihil elicio melius
quàm quod venit in mentem Pichenæ; *contemptim & ſine diſ-
crimine.*

Cap. eod. *Donec Vitellius, pudore irriti conatus, quæ non dabãtur
omiſit.*) Apage iſtud *omiſit*, natum è codice Budenſi, reſtituatur
vo-
muſ. omnium editionumq;, *remiſit*, alia enim longè vis in hac
ce, quàm altera. ſed ignoſcendum Rhenano, qui ne per ſomnium
quidem adſecutus loci huius ſententiam; utique cùm & *daban-
tur* mutet in *nunciabantur*: quod nullo modo tolerari poteſt
circa Vitellium, imperantem plus precario.

Cap. 61 *Qui ſuas centurias turmasq; tradere donum victori, &
ſibi in poſterum gratiam certabant.*) Suſpecta mihi vox extrema
tanquam à gloſſographo, compareat quidem in editionum pri-
ma, ſed & eadem præfert *tradidere*, quod veriſſimum puto; dū-
modo ſic porro diſtinguatur; *qui ſuas centurias turmasq; tradi-
dere; donum victori, & ſibi in poſterũ gratiã. Per eos, &c.* Conſtru-
ctio non videtur quidem procedere: ſed eadem ei difficultas, ma
nente illo, *certabant*. Simillima tamen periodus noſtro, l. 1. Hi-
ſtor. 44. *Omnesq; conquiri & interfici iuſſit; non honore Galbæ, ſed
tradito principib. more, munimentum ad præſens; in poſterum, ul-
tionem.* Iterumque l. IV. Hiſt. 18. *Matrem ſuam ſororesque, ſimul o-
mnium conjuges parvoſque liberos, conſiſtere à tergo iubet: horta-
menta victoriæ, vel pulſis pudorem.* Sed & eadem ratione locutu
l. II. Hiſt. 78. *Nec ſimulacrum Deo aut templum, ſic tradidere maio-
res. aram tantum & reverentiam.* quæ mutatum eunt noſt
Critici, ſed in peius. Sæpius hoc modo Tacito ſcriptum, quæ fa-
cilè inveniet quivis attentior Lector.

Cap. 72. *Pulſis Regibus, Horatius iterum Conſul dedicavit, &c.*
Seipſum heic intricat Vertranius, dum putat dicere auctorem
plurimum Capitolio additum ab Horatio: quin indicat potiu
gloriam operis ceſſiſſe iſti Horatio eà nempe conſiſtebat in d-
dicatione. quam ipſam cum prolixiſſimè perſequatur Livius
2. c. 8. miror ubi eidem fuerit memoria, neganti Livium men-
niſſe Pulvilli anni illius geſtis.

Cap. 7-

Cap. 47. *Quis ille dies foret, quo sexaginta ætatis annos & duos filios.*) Nihil hac figura orationis rotundus. dicas esse ynionem, itaque nihil mutandum; vt pluribus probo in suspicionum fatragine.

Cap. 78. *Recursabant animo vetera omnia.*) Non malè; sed cum referat Florentinum *omnia*, cur id spernamus? In re simili penè Curtius lib. 3. *Vetera quoque omnia, ut fert solicitudo, revocaverat.*

Cap. 81. *Cœptabatq; permixtus manipulis bona pacis ac belli discrimina differens armatos movere.*) Voces tres postremæ haberi possent pro spuriis. planè, non motos armatos, auctor ipsemet statim fatetur intempestivam hujus sapientiam falsissimè deridens.

Cap. 68. *Patet illi L. Vitellius. septimum & quadragesimum ætatis annum explebat.*) Cum compareat in mſ. regis Corvini, *Patrem illi Luceria*; monstro simile est ingeniosæ industriæ Rhenanum tam variis ambagibus circumire; neque accessisse ad fontem veri. Haud enim aliquis facile neget, restituendum. *Patria illi Nuceria. Septimum* nam quid opus iterare de patre, cujus centies ante facta mentio? Svetonius clarè cap. 2. *Ceterum P. Vitellius domo Nuceria, &c.*

JANI GRUTERI SCHEDIASMA AD LIB. IV. HISTORIARUM.

Cap. 1. *Vbique lamenta, conclamationes & fortuna capta urbis.*) Nulla ratione admittenda emendatio Vertranii, *forma*: nam *forma* & *species*, vel inimica esse possunt; *fortuna*, non item.

Cap. 4. *Nec perinde prosperis socius, quam adversis abstractus.*) Mire heic hallucinatur Ursinus minus intellecta mente auctoris; quam tamen erat cognoscere, ex locis aliis, geminæ propemodum similitudinis. Accidit Vitellio quod asserit Titus infra cap. 52. *Suum cuiq; sangvinem indiscretum; sed maximè principibus: quorum prospera & alii fruantur, adversa ad junctissimos pertineant.* Adδatur lucis causa, cap. 37. libri 11. Annal. item cap. 36. sub finem de moribus Germanicis. Vim vocis *abstractus*; egregie cepit, Taciti vindex singularis, Curtius Pichena.

Cap. 9. *Fuere qui & meminissent.*) Frigidiuscula heic aliorum explicatio. vult Tacitus, fuisse è Senatoribus aliquot delationibus ac calumniis exercitos, qui liberiorem istam sententiam, & conjunctam satis cum Vespasiani contumelia reconderent in præsens, ac suo tempore in deterius auribus ejusdem instillarent; eo ipso creaturi Helvidio periculum. nam Senator iste, nimium Philoso-

phus, pessimè periit sub Vespasiano, ut cognoscere est ex Arriano, Cassio, Svetonio, aliis.

Cap. 9. *Censurat Helvidius, ut Capitolium publicè restitueretur; adjuvaret Vespasianus.*) Non satis adsequuntur vim sententiæ, viri alioquin doctissimi. nempe censuit Helvidius; restituendum Capitolium auspiciis Reipublicæ; subveniente quidem in subsidium Vespasiano, sed quasi privato; hoc est, non tam non capite ejusdem Reipubl. quàm parte. Haud aliter hæc accipienda; auctor est mihi Tranquillus in Vespasi cap. 15. *Helvido prisco, qui reversum ex Syria, solus privato nomine Vespasianum salutaverat, & in Pratura omnibus edictis sine honore ac mentione ulla transmiserat; non ante succensuit; quam altercationibus insolentissimus pene in ordinem redactus &c* & alioquin vis orationis, nullam aliam admittat explicationem, si attendamus circumstantiis.

Cap 8. *Secundùm vetera exempla, quæ, &c.*) Romana editio, *sed secundum vetera, &c.* Veneta, *sed vetera*, quod ferri posset, ut tueretur se Marcellus, & auctoritate Consulis designati, & exemplis veterum. res quidem eodem redit altera lectione manente. verum vis aliqua subest repetito illi *sed.*

Cap. 12. *Integris turmis Rhenum perrumpere*) nihil temere mutarem in voce extrema. nam & infra iterum occurret, cap. 68. *Lætum militibus item nomen: atque ipsum, quanquam Senatorii ordinis, ad utraque munia sufficere*

Cap. 13. *Sed Civilis, ultra quam Barbaris solitum ingenio solers.*) Vix possum mihi persvadere, ita relictum ab auctore nostro. ego sanè potius dixissem, *ultra Barbarum ingenio solers.*

Cap. 20. *Illi veteris militiæ memores in cuneis congregantur.*) Ita quidem liber editionis Venetæ, sed non etiam ille, qui omnium primum publicatus Romæ, opera Joannis Spirensis, statim ab inventa arte typographica: in eo enim: *illi veteres militiæ, in æneis, &c.* nihil sincerius, & vel ob hujus unius loci productionem, multum debebat Taciti cultor religiosæ curæ Curtii Pichenæ. Erueram id ego quidem ante aliquot annorum lustra ex codice illo nostro exoleto; sed nullo item subnitebar teste, omni exceptione majore; qualis nunc est ille librariæ Florentinæ.

Cap. 22. *Depromptis silvis lucisq.*) editio prima, *lucisve*, non male.

Cap. eod. *ut cuique genti inire prælium mos est, juxta Belli civilis externique facie, &c.*) Amplectenda tertio Florentina quam & servat princeps editio hoc positu: *ut cuiq; genti inire prælium mos est Belli civilis externiq; mixta facie, &c.*

Cap. eod. *quod duabus legionibus situm, vix quinq; millia armatorum tuebantur.*) Mirificè hic se vexat Rhenanus dum non revocat sibi in memoriam verbi *situm* significationem peculiarem

qua

quam ei circumdat auctor noster, &c. qua tamen ipse alibi plura dixit. o memoria, quàm sæpe nobis imponis?

Cap. 23. *Post ubi pleraq; telorum turribus pinnisq; mœnium irrita hærebant, &c.*) Satisfacit magis quod extat in Vaticano, & refert editio princeps irrita *pendebant*, quod mutarunt homines vocis istius ignariores.

Cap. 24. *Ipse pavidus torpere, invisus militibus, &c.*) Editi ferè *Ipse navibus invalidus corpore: invisus militibus*, quod ego non spreverim alia distinctione: *Ipse, navibus invalidus, corpore invisus militibus.* Cum, inquit, sciret sibi non esse robur navium, cum sciretitem odiosum se valetudine militibus, subvenit castris obsessis qua potuit per alios, &c.

Cap. 25. *His inter se vocibus insistentes flammavere, &c.* Amplectenda deinceps scriptura quam produxit è mſ. Pichena, *vocibus instinctos* (utpote quæ item compareat in exemplari Romano, editionum omnium antiquissimo.

Cap. 26. *Nec ausi ad hostem pergere, loco Gelduba nomen est, castra fecere.*) Erit inoffensior cursus orationis, si restituamus, fide Romanæ edit. *pergere, loco cui Gelduba nomen est.*

Cap. 28. *Infestius in Vbiis, quos genus Germanicæ originis, ejurata patria, Romanorum nomine. Agrippinenses vocarent.*) Editio primigenia, *Vbiis, quod Germanicæ originis, ejurata patria, Romanorum nomen Agrippinenses vocarentur.* omnia verè & bellè, nisi quod sede movendum illud *Romanorum nomen*, glossa videlicet. manifestaria, superpictaq; voci, *Agrippinenses* quibus Agrippinensibus suum sit nomen, jam alibi dictum Tacito in libris Annalium.

Cap. 29. *Vnde clamor acciderat, circumagere corpora, tendere artus, &c.* Non male optimi Criticorum *tendere artus.* tutius tamen putaverim *tendere armis*; ut arma videlicet ea parte circumtulerint, qua oriebatur clamor. Sic Curtius de Agide libro 6. *Vndiq; nunc cominus, nunc eminus petebatur; dumq; arma circumferens alia tela, clypeo excipiebat, alia vitabat, &c.* Idem lib. 8 in maxima tempestate aëris. *Ac primum quidem armis sui tecti exceperant: sed jam nec retinere arma lubrica, &c.*

Cap. 32. *Egregium, inquit, pretium laboris cepi.*) Editio Romana, *laborum recepi*; non male.

Cap. 33. *Rapiunt in transitu hiberna alæ.*) Non ineptit quidem aliorum, *Capiunt*, sed nescio quomodo transitui potius conveniat *raptus.*

Cap. 34. *Credita per utrumq; exercitum fama, vulneratum aut interfectum.*) Ita maneat. nam *dedita* aut *didita*, minus huc facit. neque enim spargi satis est famam ducis occisi vulnerative; si non & fidem inveniat in animis militum. ubi id evenit; ibi demum his accedit animus, illis abscedit.

Cap. 38. *Cui una ex Reipub. cura.*) Non hæc adſecutus eſt Rhenanus ideoque ſecutus eſt auram codicis ſui in vada præcipitat & ſexta ſcriptura vulgata, extat in editionibus omnium primis quod dico; ut ne quis deinceps chirurgicam iterum adhibeat manum, & opus quærat ubi non eſt.

Cap. 40. *Sponte ex S. C. accuſationem ſubiiſſe, &c.* Semper habui illud, *ex S. C.* proſcribe figmento. initio aliquis adſcripſerat ei, *ſponte* interpretatiunculam, *ex ſe*, quod cum alteri videretur mendum formavit inde *ex S. C.* ingenioſe quidem, ſi non præter hiſtoriam, & mentem auctoris.

Cap. 42. *Cum ex funere Reip. raptis Conſularibus ſpoliis, &c.*) Si acceperat præmium accuſationis Conſulatum Regulus, ut placuit viris ſummis; mirum cur infra mox de eodem dicatur: *Et quem adhuc quæſtorium offendere non audemus, Prætorium & Conſularem viſuri ſumus.*

Cap. 44. *Patres ceptam libertatem poſtquam obviam itum omiſere.*) Non abhorreo ab eo, quod ſervat editio Veneta, *cœptatam libertatem*; tanto quidem minus, quod proxime uſurparit. *Simul eos, qui cœptam, &c.* neque iteret facile voces eaſdem admittatq́ alteram analogia.

Cap. 45. *Manlius Patricius.*) Cum & Vaticanus & Florentinu[s] item editio Romana prima retineant uno conſenſu, *Patruitus* vel ea de cauſa heic auctori redonandum erat.

Cap. 46. *Prenſare commanipularium pectora, cervicibus invecti ſuprema oſcula petere, &c.*) Non abhorret animus à ſcriptura Venetæ edit. *cervicibus injecti ſuprema oſcula petere.* neque aliter Rom. quam quod is *injecta.*

Cap. 49. *Neq; modica cupiens, ſed adfinitate Vitellius.*) Ne[c] malè etiam. Romana ed. *& adfinitate*; ut & hoc inter cauſas fu[e]rit, cur citius transiret ad res novas.

Cap. 62. *Revulſæ Imperatorum imagines, innexa ſigna, fulgentibus hinc inde.*) Locus mire vexatus ferro Critico; forſan immerit[o]. nam ſi lectio iſta extat in manuſcriptis omnibus, habet quo[d] tueatur; ut dicat nimirum, ſine honore omni, ſine gratia, ſig[na] omnia conjecta, conjectaq; in unum quaſi faſcem. ſic alibi leg[i]mus *innexus ſangvine, innexus adfinitatibus.* Aliquando conjec[i]bam, *impexa ſigna* pro *incomptis.* Sed enim cùm extet in edit. R[o]mana, *Revulſæ Imperatorum imagines in ora fulgentibus hinc in[de]*; ſine voce *ſigna*; quam extare in Vaticano veteri, ipſemet Lip[ſius] diſertè non ſcribit; lectio illa omnibus ferè coloribus mihi ſa[ti]ſficit; ut velit: nuſquam adſpectata ſigna aut aquilas Roma[no]rum; palam & paſſim, incurriſſe tantum vexilla Germanica. *In ora* dictum eo modo, quo *præter ora*, hoc eodem libro, cap. 31.

Cap.

Cap. 46. *Inermes ac propè nudi, sub custode & pretio coiremus.*) *Sub custode*; qui attenderet interloquentium sermonibus. Et hic mihi locus inter alios in animo, cum ausus sum annos tredecim abire interpretatione viri maximi Barn. Brissonii, in his Senecæ lib. 1. de Clementia, cap. 19 *Quid pulchrius est, quàm vivere optantibus cunctis, & vota non sub custode* nuncupantibus? neque enim hæc capienda de observatoribus, quibus cura ut ritè nuncupentur vota, sed de sacerrimis aliis, quos princeps tyrannus secretò apponit iis, quos suspicatur malè de se opinari. Plinius Paneg. *Queri libet, quod in secreta nostra non inquirant principes, nisi quos odimus, &c.* Inde est, quod de Tiberio prodiderit Tranquillus cap. 63. *Haruspices secretò & sine testibus consuli vetuit.* Imò eadem de caussa legimus lib. 1. Annal. cap. 76. de eodem Tiberio; *Censuit Asinius ut libri Sibyllini adirentur: renuit Tiberius; perinde divina humanaq; obtegens.* Nec aliunde queritur Tacitus in vita Agricolæ: *Dedimus profectò grande patientiæ documentum; & sicut vetus ætas vidit, quid ultimam in libertate esset, ita nos quid in servitute, adempto per inquisitiones & loquendi audiendiq; commercio. Custodis* nomine, venire talem otacusten, arguit illud Senecæ lib. 2. de Ira, cap. 33. ubi bis meminit *custodis*, à C. Cæsare Pastori posito, qui observaret an ebiberet pocula propinata.

Cap. 68. *Atq; ipsum, quanquam Senatorii ordinis, ad utraq; munia sufficere.*) Pugnare isthæc cum Svetonianis & Plinianis, benè monuit disertissimus Lipsius, quos non purgat culpæ, facio ego, qui testor extare in editione Romana principe, *atque ipsum tanquam Senatorii, &c.* ex qua patet, alteram lectionem controversam, neq; secundum eam statim pronunciandum judici. quid autem heic propriè velit; per angustias temporis, non licet expurare, & satis est, reatu saltem distulisse Tacito.

Cap. 77. *Quam quod vos Gallici fœderis oblitos prædixerim memoriam Romani sacramenti tenere credidi.*) Latet ulcus aliquod. nam Romana editio non agnoscit ullam literam vocis penultimæ, *tenere.* quam tamen haud facilè ejecerim; sed secutus codicis Florentini auctoritatem, tentaverim; *quam quod vos Gallici fœderis oblitos produxisse memoriam Romani sacramenti, temerè credidi.*

Cap. 85. *Qua cogitatione, bellum adversus patrem cogitaverit.*) Cùm extaret in editione primaria, *contagione*; ausus sum ejusdem insistens vestigiis, adlinere conjecturalem meam emendationem Suspicionum libellis, *qua rogitatione*: quam etiamnum velim examinet lector, nam quamvis habeant membranæ Florentinæ; *agitaverit*, nescio an unius ejusdem auctoritati adquiescere debeam. Utinam aliquis exoriretur tam superstitiosæ curiositatis, ut Vaticani & Farnesiani codicum scripturas variantes singulas & universas bonas, malas, medias, nobis imputare vellet: ei certè apud

me paratum, præmium non mediocre, laudis ac gloriæ; si modò id beneficii mei. verum quod à me non potero, id corrogabitur à benevolentibus; prece, pretio.

JANI GRUTERI SCHEDIASMA IN LIBRUM V. HISTORIARUM.

CAp. 1. *Atque ipse, ut superior sui jam crederetur.*) Accedere eis non possum quibus adlubescit, *ut super fortunam crederetur*; ob rationes quas ante decennium adprobavi Jano Dousæ filio, & consignavi libellis Suspicionum. nec moveor quod in Florentino extet, *ut superiori unam.* ex earundem enim literarum apicibus, æquè finxeris, *superior sui jam*, atque super fortunam.

Cap 3. *Ne quam Deorum hominumve opem exspectarent ab utrisque deserti.* Sic quidem Veneta editio, sed Romana; *exspectarent utrinque deserti.* & id auctoris genuinum.

Cap. 17. *Quocumq; oculos Romanus intenderet, captivitatem cladémq; & dira omnia observari,*) fortius heic multò *omnia*, quàm *omina*, pluribus probatum in Suspicionibus.

Cap. 9. *Regnum ab Antonio Herodi datum, Victor Augustus sanxit.*) Non malè, si modò lectio esset à libris manu depictis. cùm verò manarit ab ingenio Rhenani, servetque editio omnis antiquior, *auxit*, id vocis revocandum videtur; tantò quidem magis quod idem velit Josephus lib. 1. Belli Judaici cap. 15.

Cap. 15. *Multitudinem obsessorum omnis ætatis, virilis ac muliebris sexus.*) Dictio *sexus* non visitur in Romæ cuso, & verò minimè requiritur. nam illud *virilis ac muliebris*, referuntur ad vocem ætatis.

JANI GRUTERI SCHEDIASMA IN GERMANIAM.

CAp. 22. *Aperit adhuc secreta pectoris licentia loci.*) Sanissimum est illud *adhuc*: quamvis, inquit, à se apertus Germanus, magis tamen adhuc mente labiis gestat hilaratus poculis. *adhuc* notat, *amplius*, *præterea*, & *insuper*.

Cap. 29. *Ubi quidem, quanquam Romana colonia esse meruerint ac libentius Agrippinenses conditoris sui nomine vocentur, origine erubescunt, &c.*) Particula *quidem*, consuadet negativam vocem in-

immittendam. & Lipsio quidem visum est eam ponere sine verborum istorum, hac forma, *origine non erubescunt*. Sed enim cum restet in editionum prima; *Nubii quidem*; quivis videt dictionem illam resolvendam in duas; *Ne Ubii quidem*. optime. neque obstat quod sequitur; *transgressi olim & experimento fidei super ipsam ripam collocati, ut arcerent, non ut custodirentur*, referendum quippe id non ad caussam, cur erubescant (ut Lampugnano visum: silentioque deinde Lipsii, tantum non confirmatum) verùm cur facta fuerit colonia Romana. Scitur enim earum plerasque tali titulo donatos, ut custodirentur, non ut arcerent: in pœnam, non in præmium.

Cap. 37. *Tacti ruina Cheruscorum & Fosi*) loquitur tanquam de fulgure: adeò ut nihil videatur innovandum. *tangere* enim vim habet majorem quàm prima fronte videtur, ut prodidi in Suspp. meis.

Cap. 45. *Sonum insuper emergentis audiri.*) Cùm non visantur in antiquitus editis verbum *emergentis*, certè hinc tolli debebat, nam intelligunt tam prope se occidere Solem, ut strepitum currus equorumve hinnitum exaudiant aliaq;.

JANI GRUTERI SCHEDIASMA IN AGRICOLAM.

CAp. 3. *Nec spem modò ac votum securitas publica, sed ipsius.*) Loci hujus vim, neutiquam adsequetur qui non consuluit marmora, quorum literas produximus Inscriptionum pagina c. v. 5. & c. vi. 6. Sed inprimis antiqua visentur numismata.

Cap. 18. *Quamquam transacta æstas, sparsi per provinciam numeri.*) Accedere nequeo Romanæ rei instauratori eminentissimo legenti, *per provinciam innumeri* quippe *numeri*, nihil sunt quàm ipsi milites legionariine an auxiliarii. qua voce nihil crebrius Taciti ævo. Svetonius cap. 6. Vespas. *Et tunc quidem compressa res est, revocatis ad officium numeris*, &c. videatur Tacitus lib. 1. Histor. cap. 6.

Cap. 27. *At Britanni, non virtute, sed occasione & arte ducis rati.*) Suspicabar aliquando, *At Britanni, ut non virtute, sed occasione & arte ducis strati*, vel *superati*. nunc taceo. video enim non esse cujusvis medicinam facere depositis.

Cap. 31. *Primo statim congressu unde ostendamus, quos sibi Caledonia viros se posuerit.*) Benè fortassis erit huic loco, geminata particula *unde*; pro *undecunq;*.

Cap. 38. *Nam Britannorum gladii sive mucrone, complexum armorum, & in aperto pugnam non tolerabant.*) Ratio postulat aliud: itaque substituebam olim *operto*, neque adhuc displicet, nisi quatenus rei aptius clariusq; , *in arcto*, quod veniebat in mentem Pichenæ nostro.

Cap. 45. *Nobis tam longæ absentiæ conditione, ante quadriennium amissus est.* Ita locum hunc accipit sospitator ille Taciti; ut videatur dicere, contexuisse hunc libellum quadriennio post morrem Agricolæ. At in suspicionibus dudum ostendi, aliud velle auctorem, ethicaque sententia pronuntiare, visum sibi Agricolam jam tunc mortuum, quò postremo ipsum vidit; ante quadriennium scilicet Consulatur super isto adfectu, Seneca Epist. 63. & Consolat. ad Marciam, cap. 19. imò & ipsemet Tacitus lib. 3. Annal. cap. 34. lib. 6. Annal. cap. 38. ut & lib. 4. Histor. cap. 14. Et hæc veniebant sub acumen styli, verè ex tempore.

FINIS.

INDEX
IN TACITVM
ACCVRATISSIMVS.

Numerus duplex, sine literâ insertâ indicat Annales primus, librum: alter, caput. H. interpositum nota Historias. A. vitam Agricolæ. G. Germanica. O. Dialogum de Oratoribus.

A.

AB epistolis, ab libellis, ab rationibus liberti, nomina summa curæ ac meditamenta, XV, 35

Abbarus Rex Arabum perniciosus Meherdati, XII, 12. *A quo tandem deficit*, 14

Abdagesus pater Sinnacis deserit Regem Parthorum, VI, 36. *Gazam & paratus regios adjicit Tiridati*, 37. *Quod eo & aulâ potitur, invisus primoribus ceteris*, 43

Abdus, adempta virilitatis insigni familiâ, ac perinde opibus apud Parthos, VI, 31. *Moritur veneno*, 32

Abnoba montis iugo, Danubij origo, G. 1

Absentia longa conditione, suis ante quadriennium amissus Agricola, A. 45

Absentium æqui, præsentibus mobiles Parthi, VI, 36

Abstinentiam atq; integritatem in Agricolâ laudare, iniuria virtutum fuerit, A, 9

Abstinentiâ cibi mortui. Vide Fames.

Abudius Ruso ædilitius, molestus Getulico, ultrò damnatur, VI, 30. *ob Accusatam mater, ultio timetur ex filio*, XII, 9

Accessionem fieri vnius classis, octo legiones, indignum, III. H. 13

ad Accusandum transgreditur Fortunatus libertus, patroni rebus interversis, XVI, 10

Accusante Asiâ P. Celerem; quia absolvere nequit Nero, trahit senectâ, donec mortè obit, XIII, 33

Accusante servo, haud recipitur inter reos Carinas Celer, XIII, 10

Accusantium studia deterret Quadratus, Felicem in tribunal receptum

ceptum ostentando inter iudices, XII, 54
Accusare iussus M. Silanum Iulius Græcinus; quia abnuerat, à C. Cæsare interfectus. A.4
Accusati post sepulturam decretumq; ut punirentur more maiorum L. Vetus, socrusq; eius cum filia. XVI.11
Accusatio nulla cuiusquam coacta à Claudio. XIII.43
Accusationem subire coacti Senatores dignitatis aut salutis redimendæ causâ. IV.H.42
Accusationes exercitæ per alios. IV, 19. XI, 1. XIII, 19
Accusationes cum præmio exercere solitus Vibius Crispus. II. H.10
Accusationes subiens Aquilius Regulus, non depellendi periculi, sed in spem potentiæ. IV.H. 42
Accusationes susceptæ, non sponte, sed immittente Principe. III, 22. VI, 7. XI, 1. XIII, 43. XV, 35. IV.H.42
Accusator falsus punitus. II. H. 65
Accusator, ut quis sub Tiberio districtior, veluti sacrosanctus erat: leves, ignobiles, pœnis adficiebantur. IV.36
Accusatoris nimia potentia prodest reo. II.H.10
Accusatores falsa in maius vulgant. III, 12
Accusatores bonorum, etiamsi puniri non oportet, at ostentari non debent. IV.H.7
Accusatores delatoresq; ut perverti ab aliis nolebat Tiberius; ita plerumq; satiatus, & oblatus in eamdem operam recentibus, veteres & prægraves adflixit. IV, 71. VI, 4. 10. 30. 48
Accusatores ipsi puniti, tanquam insontibus periculum fecissent; Considius Æquus, & Cælius Cursor. III.36. Firmius Catus. IV, 31. Vibius Serenus. 36. Cæcilianus. VI, 7. Aruseius & Sanquinius. ibid. Lycij. XIII, 33. Hilarius II. H.65. Adde, VI. Annal. cap. 9.
Accusatorum factiones & sævitia Romæ. II, 34. IV, 21. & 36. VI, 7. XIII, 43
Accusatorum præmia abolenda negat Tiberius, tamquam qui Legum custodes. IV.30
Accusatoribus cedentibus, repetundarum absolutus Cestius Proculus. XIII, 30
Accusatus absens crebrò apud Domitianum Agricola, & absolutus absens. A.41
Acerbitatibus novis minimè vertenda ad invidiam multos per annos tolerata sine querelâ. XIII, 51
Aceronia, Agrippinæ comes, interfecta in navi illâ solutili. XIV, 5
Gn. Aceronius Consul. VI, 45
Achaia deprecatur onera. I, 76. Exterretur rumore Pseudo-Drusi. V, 10. Eam Nero cogitat adipiscendi sacras coronas. XV, 33. Spoliatur ab eo, tàm sacris, quàm profanis. 45. Metuit sibi à Pseudo-Nerone. II. H 8
Achaiæ amœna. III, 7. Ora. II. H 2. Prætor eius Poppæus Sabinus I, 80. & V, 10. Atidius Geminus. IV, 43
Achemenis magni proles, Mithradates. XII, 18
Acies Germanorum per cuneos comp-

componitur. G. 6
Acies horrida Hiberorum, picta auro Medorum agmina; hinc viros, inde prædam ostendit. VI, 34
Acies nutans incursata ab victore equitatu. III H. 18
Acies Othonianorum adversus Cæcinam qualis. II. H. 24
Acies præliúmve dici non decet, in quo semermes ac palantes trucidati, sine nostro sanguine. III, 40
Acies porrectior. A. 35
Acies prima vtcumque hastata Germanis: cæteris præusta aut brevia tela. II, 14
Acies redintegrata IV. H 34
Acies sonans virorum cantu, fœminarum vlulatu. IV. H. 18
Acies, cui nullus ductor, suus quisque impetus vel pauor contrahit, deducitve. III. H. 25
Aciem & prælium adversus aliquem parare, id fas armorum & ius hostium. IV. H. 58
Aciem erigere. III. H. 71
in Aciem ituri, & maiores vestros & posteros cogitate. A. 32
in Aciem non ante deducta prima legio Adiutrix, sed ferox, & noui decoris auida. II. H. 43
Aciem pandere. IV. H. 33
Aciem peditum non ferunt Numidæ. IV, 24
in Aciem primam postremámve prorumpunt vel reuehuntur Othoniani; vt cuique audacia aut formido. II. H. 41
Acie certatum. IV. H. 27
in Acie ipsa hostium inueniemus nostras manus. A. 32
Acie iustâque locis Romanus superior Germanis. II, 5
Acie hostium protritâ, versi in fugam, etiam qui subueniebant. II. H. 26
Acie mediâ peremptâ fugiunt passim Othoniani. II. H. 43
Acie nullâ exhaustæ legiones. II. H. 78
Acie prosperâ Sequanorum belli impetus stetit: resipiscere paulatim ciuitates; fasque & fœdera respicere. IV. H. 67
ex Acie recessisse superstitem principi suo comitatum infame in omnem vitam ac probrosum apud Germanos. G. 14
in Acie tanquam cecidêre Piso & Galba. III. H. 68
Acies inclinantes & iam labantes Germanorum, à fœminis restitutæ, constantiâ precum, & obiectu pectorum, & monstratâ cominus captiuitate. G. 8
Acies visæ concurrere per cœlum, &c. V. H. 13
Acilius Auiola compescit erumpentes Andecauos. III, 41
Acilius Strabo accusatur à Cyrenensibus arbitrij iniusti. XIV, 18
Acratus Cæsaris libertus Græcâ doctrinâ oretenus exercitus, spoliat Achaiam. XV. 45
Acratus Cæsaris libertus prohibetur à Sorano auehere Pergamo statuas picturasque. XVI. 23

Acta diurna, quibus rebus ferè deservirent, XIII,31

Acta diurna populi Romani per provincias per exercitus lecta, XVI, 12

Acta publica, XII, 24

Actorum diurna scriptura, III,3

Actis Patrum componendis delectus Iunius Rusticus, V,4

Acte, Neronis liberta ac pellex, XIII,12.46. XIV,2

Actius Centurio adpositus custodiæ Drusi, VI,24

Actori publico mancipantur serui Libonis, II,30. *etiam Silani*, III, 67

Acutia P. Vitellij, postulatur maiestatis, VI,47

Adclamatum Othoni à populo ac milite NERONI OTHONI, *tanquam nobilitatem ac decus adstruerent*, I. H.78

Adductus, quasi seria consociaret, XIV,4

Adesse & patrocinari reis propinquis atq; amicos ius fas III, 12. 17. *Sed non etiam accusatis crimine maiestatis*, II, 29. III, 11. & 67. VI, 19

Adfectatio quietis, in tumultum evaluit, I.H.80

Adfectus humani nullum signum dat Caius Cæsar, aut damnatione matris, aut exilio fratrum, VI,20. *Claudius Imp. interfecta Messalinâ vxore*, XI,38. *Octaviâ, petionato fratre Britannico*, XIII,16

Adfectus veri pessimum venenum, adulatio & blanditiæ, I. H. 15

Adfectui neq; suo, neq; alieno obnoxia Poppæa; transferendo illuc libidinem, unde spes utilitatis, XIII,45

Adfectu diverso ad pœnam flagitatus Tigellinus, quibus odium Neronis inerat, & quibus desiderium, I.H.72

Adfectu ne quo perrumpatur Tiberius in iudicio Pisonis; sine irâ, sine miseratione, obstinatus est claususq;, III,15

Adfectibus omnibus flagrantior, cupido dominandi, V,45. XII, 47. XIV,2. XV,53

Adfinitas amicitiæ arctioris vinculum, II, 43. VI, 30.36. XII, 46

Adfinitas familiæ regnatricis plus ferè, quàm civilia inspirat maritis, I,12. II,43. III,29. IV, 40. & 53. VI,8. & 15. XII,2

Adfinitas propinqua Cereali cum Vespasiano, nec ipse inglorius militiæ; eoq; inter Duces adsumptus est, III. H.59

Adfinitas subdola Augusti cum Antonio, I,10. *Rhadamisti cum Mithradate*, XII,47

Adfinitatis innoxiæ pœnas dat Helvidius, XVI, 29

Adfinitatis cum Vitellio tanquam meminisset Ampius, suspicione militum irritabat, III. H.4

Adfinitate Vitellii anxius Valerius Festus, IV. H.49

Adfirmant omnes, nemo scit, I.H 35

Adhortandi milites. Vide Alloquendi.

Adiabenorum levitas, XII, 14

Adiabenorum Rex Iuliates, XII 13. *Item Monobazes, quem inuadit Tigranes*, XV,1

Aditus prompti Regibus Parthorum vitio vertuntur, II,2

Adiutrix legio, II. H.43. III. H. 44

Adloquendi milites ante prælium minuendo metu, accendendâ sp[e] aliis [...]

aliisq; belli incitamentis, XII, 34

Adloquitur milites Blæsus, I.19. Drusus,29. Germanicus,34 35. Arminius, 59.68. Cæcina,67. Germanicus, II,14. Arminius 15,45. Maroboduus,46. Sacrovir,III,45 Silius,46. Sabinus, 4.50 Orodes,VI,34. Pharasmanes,ibid. Caractacus,XII,34. Bondicea, XIV,35. Suetonius, 36.Corbulo,XV, 12.26. Nero, XV,72.Otho,H.37.83.Vitellius II. H.57.Antonius, III.H. 32. & 60. Plura vide in Oratio ad.

Adloquio exercitioq; militem non firmans Vitellius,III.H.36

Adminiculum erat in militiâ, aut viâ fessus,XIV.54

Adolescens ver, XIII,35

Adolescentia petulanter acta Othoni, I.H.13

Adolescentia voluptatibus læta Tito,II.H 2

Adolescentiæ cupiditates, I.H.15

Adolescentiæ sumptuosæ Valerius Festus,IV.H.49

Adolescentes æquari senectæ suæ impatienter indolet Tiberius, IV, 17

Adolescentes duo, successores Imperij, Rempublicam interim premunt, aliquando distrahent, I,5

Adolescentium mobiles animos ne quis prǽmaturis honoribus ad superbiam extollat, Senatum monet Tiberius, IV,17

Adolescentibus excusatum, quædam ad patrem reijcere, I,26.47

Adolescentulus imperitus minimè metuendus, si dux est, I,59

Adoptandi iudicium integrũ est, & si velis eligere, cõsensu monstratur. generari & nasci à principibus, fortuitum est, nec ultra æstimatur, I.H.16

Adoptatio nuncupata, I.H.17

Adoptatus ab Augusto sororis filius Marcellus, I, H.15. Gener Agrippa, ibid. Nepotes eius L. & Caius Cæsares, I,3. I.H.15. Postremò Tiberius Nero, ibid. A Claudio Domitius, XII,25. A Galbâ Piso, I. H.14.15

Adoptio nulla inter patricios Claudios ab Attâ Clauso, ante Domitium, XII,25

Adoptio optimum quemq; invenit, I.H.16

Adoptionis fictæ prauus mos inhibetur, XV,19

Adoptione auditâ, desinet videri senex Galba, I.H.16

Adoptione exitiosâ, & nuptiis incestis semet peruertit Claudius, XIII,2

Adoptione provisum videbatur, ut ne post Galbam quidem bello locus esset, I.H.29

Adoptionibus fictis quomodo præturas provinciasq; inter patres sortiantur orbi, XV.19

Adorat vulgum Otho, I.H.36

Adorsorum gens, XII,15 Eius Rex Eunones,19

Adrumentum Africæ oppidum, XI, 21

Adrana flumen, I,56

Adsentatio erga principem quemcunq; sine adfectu peragitur, I. H.15

Adsertor Galliarum, imò Deus Maricus, II.H.61

Adspectus vanus, & auri fulgor atq; argenti, ne terreat; quod neq; tegit, neq; vulnerat, A 32

Adspectui dum consulitur, spretâ conscientiâ, XV.18

Adſpectum Neronis auerſatur Burrhus. XIV, 51
Adſpici à marito, ſæpè ſubſidio Meſſalinæ. XI, 32
Adſpici & videre, ſub Domitiano præcipua pars miſeriarum. A. 45
Aduenæ regnarunt in Romanos. XI, 24
Aduerſæ res conſilium adimunt. XI, 32
Aduerſæ res diſcordiam pariunt. IV. H. 37
Aduerſarum rerum ex æquo Cheruſcis ſocij Foſi; cùm in ſecundis minores fuiſſent. G. 36. Addatur Tac. IV. H. 2
Adverſa animo maiore tolerantur, quàm relinquuntur. II. H. 46
Aduerſa domus ſuæ tantùm ſenſit mater Vitellij. II. H. 64
Aduerſa expertus cùm maximè Piſo; ducit, ne ſecunda quidem minus habere diſcriminis. I. H. 29
Adverſa fermè intuta. XII, 36
per Aduerſa, per læta Itali, res Cheruſcorum adflictata. XI, 17
Aduerſa nulla aut proſpera, queis memoretur Rex Vono; hoc eſt, breui & inglorio imperio perfunctus eſt. XII, 14
Adverſa quoq; tolerata prædæ cupidine. IV. H. 23
Adverſa quos non mutant, pauci. III. H. 41
Aduerſa Suetonij Claſſicianus prauitati eius; proſpera, ad fortunam Reipublicæ refert. XIV. 38
Aduerſis incauti Germani, auidiq; ſecundis. I, 68
Aduerſis pauidi; inter ſecunda non diuini, non humani iuris memores II, 14
Aduerſis rebus laudatus Vannius, quòd & pugnam manu capeſſiit, & corpore aduerſo vulnera excepit. XII, 30
Aduerſis ſecundisq; iuxta famoſus Licinius Mucianus. I. H. 10
Adulandi ex more, clamor vocesque nimiæ ac falſæ. I. H 90
Adulandi libido. IV. H. 49
Adulandi ſpecies quænam, imperante Tiberio. I, 8. III 70
Adulantes maximè in Senatu, quibus maximus mœror XV, 73
Adulantium vocibus in ſpem inductus Veſpaſianus ſanandi cæcum ac debilem. IV. H. 81
Adulatio etiam in fletu. III, 2
Adulatio & blanditiæ peſſimum veri adfectus venenum. I. [illegible] 15
Adulatio exquiſitior. XII, 26
Adulatio Græca. VI, 18
Adulatio moribus corruptis, perinde anceps, ſi nulla, & ubi nimia eſt. IV, 17
Adulatio officit veritati. VI. 38
Adulatio poſterior ſemper aliquid adijcit priori. IV, 9
Adulatio, quò plus haberet di[illegible]tionis, vetera ſuorum facta[illegible]ctaq; præferunt Athenienſes. I, 53
Adulatio Senatûs in aperto era[illegible]ga Mucianum, inuidia in oc[illegible]to. IV. H. 4
Adulatio ſervilis. XVI. 2
Adulatio vetus in Repub. mal[illegible]. II, 32
Adulationis in principem cœp[illegible] exemplum, omnes ſtatim [illegible]tantur. I, 79. IV, 37. XIV [illegible]

Adulationis meditatæ pretium Galieni,custodia. VI,3

Adulationis ne oblivifcuntur tunc quidem aulici, cùm verum subticere imperanti perniciosissimum est. I.H.29

Adulationis tantum fœdissimæ infamiâ, vtitur senex Haterius. III, 57

Adulationi scriptoris, inest fœdum crimen seruitutis. I. H. 1

per Adulationem adventantium robur attollit miles, ne despectaretur vt victus & ignauus. II. I.30

in Adulationem concedunt intimi Othonis, ne quis obuiam ire auderet sententiæ. II. H. 33

Adulationem inhonestam militum, postulantium dignitatem equestrem Asiatico liberto,compescit Vitellius. II. H.57

Adulatione deterrita decora ingenia, dicendis temporibus Augusti. I,1

Adulatione remedium quærit sub Tiberio Senatus occupati animos pauore interno IV,74

Adulatione segni variæ voces in populo & plebe. I. H 36

Adulatione temporum fœdati fasti. IV.H.40

Adulatione tristi aduersus superiores arrogans minoribus, inter pares difficilis, Curtius Rufus. XI, 21

Adulationes aliorum sævas in melius deflectit Man. Lepidus. IV, 20

Adulationes Senatus silentio vel brevi adsensu transmittere solitus, exijt curiâ, cùm decernerentur supplicationes Deis, ob detectam coniurationem Agrippinæ Thrasea: ac sibi caussam periculi fecit; ceteris libertatis initium non præbuit.

in Adulationes, Senecæ ingenium minimè promptum, gnarum Neroni, sæpius libertatem, quàm servitium eius expertus. XV,61

Adulationibus adsiduis tam cæca & corrupta mens Domitiano, ut nesciret à bono patre non scribi heredem,nisi malum principem. A.43

Adulationibus exquisitis patrum, attollitur Vitellius. III. H. 37

Adulatorij dedecoris exemplar apud posteros L. Vitellius. VI, 32

Adulatur principem quemcunque plebs, licentiâ adclamationum & studiis inanibus; non iudicio aut veritate, sed more tradito. I. H.32

Adulta æstas. II, 23

Adulta ætas. II, 43

Adultus autumnus. XI,31

Adulta coniuratio. XV,73

Adulta nox. III.H.23

Adulta seditio. I.H.31

Adultera, more maiorum, propinquis suis ultra ducentesimum lapidem remota. II,50

Adulteram lege Iuliâ damnatam, exsilio insuper punit Tiberius IV,42

Adulterorum facilitate in fastidium versa Messalina, prosluit ad libidines incognitas. XI, 26

Adulterij culpa cum Messalinâ, alijs largitione aut spei magnitudine; Mnesteri ex necessitate. XI,36

Adulterij crimen omni exitio grauius Octauiæ. XIV,63

Adulterium Octaviæ mentitur Anicetus. XIV,62

Adulterium, culpam inter viros ac fœminas vulgatam, graui nomine læsarum religionum ac violatæ maiestatis appellando, punit Augustus. III,24. *Ferè etiam Tiberius.* II,50

Adulteria flagrantissima Tigellini. XIV,51

Adulteria paucissima in tam numerosa gente Germanorum, quorum pœna præsens & marito permissa; qui accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo, ac per omnem vicum verbere agit. G.19

Adulteria aut vera, aut obiecta: Iuliæ cum Graccho. I,53. *Variliæ cum Manlio.* II,50. *Vistiliæ cum pluribus.* 85. *Neptis Augusti cum D.Silano.* III,24. *Liuiæ cum Seiano.* IV,3. *Mutiliæ cum Posthumo.* 12. *Aquiliæ cum Ligure* 42. *Pulchræ cum Furnio.* 52. *Agrippinæ cum Gallo,* VI.25. *Liviæ cum Scauro.* 29. *Lepidæ cum servo,* 40. *Enniæ cum C. Cæsare.* 45. *Albucillæ cum multis.* 47. *Poppææ cum Asiatico.* XI.1.& 2. *Messalinæ cum Populo.* 26. *Agrippinæ cum Pallante.* XII,25. *Messalinæ cum Laterano* XIII,11. *Pontiæ cum Sagitta.* 44. *Othonis cum Poppæa.* 45. *Neronis cum eâdem* 46. *Agrippinæ cum Fenio.* XV,50. *Gallæ cum Pisone.* 59. *Neronis cum Messalina* 68. *Statiliæ cum Nerone.* 68. *Siliæ cum eodem.* XVI,20. *Vxoris Vinij cum milite.* I.H.48. *Carthismanduæ cum Vellocato.* III.H.45. *Sabinæ cum D.Iulio.* IV.H.55

Adulteriis ac stupris hospitum domus polluere creditus Valens, in summo sui discrimine. III.H.41

Advocationem abnuunt periclitanti Druso, amici atque adfines. II.29. *Ratio quare.* III.67

Advocatorum ne quis mercede aut donis ematur, cautum Senatusconsulto. XIII,5.42

Advocatorum inopiâ, aliquis obnoxius fit potentioribus. XI,7

Advocatorum perfidia quàm venalis sub Claudio. XI,5. *Eorum præmium circumscriptum denis sestertiis.* 7.

Ædes Apollinis. I.H.27. *Augusti.* IV,55. *Cereris.* II,49. XV,53. *Concordiæ.* III.H.68. *Fortunæ Equestris.* III,71. *Fortis.* II,42. *Iouis.* XIII.24. *Iouis Statoris.* XV,41. *D.Iulij.* I.H.42. *Liberi Liberæque.* II.49. *Matris Deûm.* IV,64. *Mineruæ.* XIII,24. *Neptuni* III,63. *Saturni.* I.H.27. *Solis.* XV.74. *Spei.* II,49 *Veneris.* IV,44 *Vestæ.* I.H.43

Ædes obtinentium prouincias, non temerè à quoquam initæ: foribus erat assistendum. XV,31

Ædificia certa sui parte sine trabibus, Saxo Gabino Albanoque solidata Romæ; quòd is lapis igni imperuius. XV,43

Ædificia, in multâ pace in altum edita, solum Capitolij æquabant III.H.71

Ædificia non communione parietum, sed proprijs quæque muris ambita. XV,43

Ædificijs extra Cremonam amœnissimis, ignes inferri iubet Antonius; si damno rerum suarum ad mutandam fidem traheren-

herentur.III.*H*.30
Ædiles: C.Bibulus.III,52. *Brutidius Niger*. 66. *Abudius Rufus*. VI.30
Ædilium coercera luxum Vrbis. III,52.& *seqq*.
Ædiles apud, vulgat licentiam stupri Vistilia. II, 85
Ædilibus pſcriptũ, quantũ curules, quantũ plebei pignoris caperent, vel irrogarent Pœna.XIII,28
Ædui, exſtimulantur ad bellum, duce Sacrouiro.III,40. *Componuntur à Silio*. 46. *Dites & imbelles*.ibid. *Odiosi exercitui Gallicano*. I.*H*. 51. *Iuuant Vitellianos*. 64. *Stantes pro Vindice proteruntur equite Batauo*. IV.*H*. 17. *Ipsi ac Sacrouir vno concidunt prælio*.57. *Adhærent Maurico cuidam impostori*. II.*H* 61
Æëtæ regia repetita ab Iasone.VI, 34
Ægeæ, ciuitas Ciliciæ. XIII,8
Ægeatæ vexãtur terræmotu. II.47
Ægirensis Achaiæ ciuitas, ob terræmotum leuata tributo.IV,13
Ægyptiæ Iudaicæque superstitionis homines pelluntur Italia.II,85
Ægyptii inuentores literarum. XI, 14. *Primi per figuras animalium, mentis sensum effinxere*.ibi. *Corpora condunt, non cremant*. V.*H*.5. *Venerantur pleraque animalia, vice numinum*. ibid.
Ægyptus cur seposita Equitibus Rom. ab Augusto.II.59. *Quantum in ea momenti*. I.*H*. 11. 76. *Est claustrum annonæ*. III. *H*. 5. *Eius opes firmat Macedonum rex Ptolomæus*. IV.*H* 83. *Obiacet à meridie Iudæis*. V.*H*.6. *Qui inde oriundi, ob tabem pulsi*. 3. *occupatur à Vespasiano*.II.*H*.82
Ægypti claustra.II,*H*. 82
Ægypto præsidẽtes equites suffulciuntur potestate summa. XII,60, *caussæ quare*.I.*H*.11
Ælia Petina, è Tuberonibus, nupta quondam Claudio, ac mater ex eo Antoniæ. XII,1. *Ostentatur eidem viduo à Narcisso*.ibid.
Ælius libertus Claudii, tollit veneno Iunium Silanum. XIII, 1. *sub Nerone rapacissimus*. I.*H*.37
Ælius Gallus periclitatur ob amicitiam Seiani. V,8
Ælius Gracilis Belgicæ legatus in caussa est, ne L. Vetus Ararim iungat Mosellæ.XIII,53
Ælius Lamia, proconsul Africæ.IV, 13. *Præfectus specietenus Suriæ*. VI,27. *Moritur*.ibid.
Ælius Seianus, vide Seianus.
Æmilia Lepida, Druso nupta moritur. VI,40
Æmilia Lepida, P. Quirinii vxor, accusata suppositi partus, &c. III,22. *Destinata vxor L. Cæsari*.23 *Damnata*.ibid.
Æmilia Musa obit.II,48
Æmilia monumenta.III,72
Æmilianis Tigellini prædiis prorumpit ignis, quo tota Roma corrumpitur.XV,40.
Æmilius miles accusat Votienum maiestatis.IV,42
Æmilius Primipilaris pugnat contra Arminium. II,11
Æmilius Lepidus ditatus hereditate Æmiliæ Musæ. II,84
Æmilius Longinus, cædem festinat Vocalæ.IV.*H*.57. *Ea propter extollitur altis ordinibus*.ibid. *Sed non diu iis gaudet, interfectus à Romanis ad se redeuntibus*.62
Æmilius Mamercus, populi iussu, creatus Quæstor.XI,22
Æmilius Pacensis vnus è ducibus qui tentarent alpes maritimas.

II. H. 12. Tribunus vrbanæ cohortis, exauctoratur. 20. Præficitur classi Othonianæ. 87. Vinctus per militum licentiam. II. H. 12. Obtruncatur. III. H. 73

Æmiliorum decus. III. 22. Æmilium genus, fecundum bonorū civium: & qui eadem familia corruptis moribus, in lustri tamen fortuna. VI, 27. Æmiliis veteribus dignus, morte Scaurus. 29

Æmulæ inter se Agrippina ac Lepida, haud minus vitiis, quam si qua ex fortuna prospera acceperant. XII, 64

Æmulandi maior cura minoribus. IV. H. 48

Æmulantur pleraque municipia ac coloniæ quod Romæ fit. II. H. 62

Æmulatio bona & impetus antiqui Frisiorum comiter excepta à populo Rom. XIII, 54

Æmulatio ducum, Cæcinæ ac Valentis. II. H. 30

Æmulatio & proximi exercitus gloria repellit segnitiam militum in pace degentium. II. H. 4

Æmulatio honoris, pro necessitate erat. A. 21

Æmulatio inter collegas, & si qua discordes iecerint, melius oblitterantur. VI. 4

Æmulatio inter pares. II, 48. III, 58. XII, 64

Æmulatio legionū Pannonicarum etiam in communi seditione. I, 18. Item prouinciarum Galliæ ac Germaniæ IV. H. 69

Æmulatio muliebris inter Plancinā & Agrippinam. II, 43. Inter Liuiam & Agrippinam IV. 40. Domitiā & Agrippinā. XIII, 19

Æmulatio municipalis, se miscet etiam bellis ciuilib. I. H. 65 III. H. 57. V. H. 1

Æmulatio prouinciarum Galliæ ac Germaniæ, circa belli caput, auspiciaq; circa sedem belli, ante victoriam. IV. H. 69

Æmulationis suspectos vt per nomē obsidum amoueat Vologeses, tradit nobilissimos ex familia Arsacidarum. XIII, 9

Æmulationis Vitellianæ impudentia irrisa, componentis se cum Thrasea. II. H. 91

Æmulationi fratris quo subduceretur literarū studium & amorem carminum simulans Domitianus. IV. H. 85

Æmulatiōe inuidiæ à quibusdā vicinis coloniis, conflagrat Amphitheatrū Placētiæ, q nulla in Italia moles tā capax foret. II. H. 2[illegible]

Æmulatione ereptus Samnis, Pelignusq; & Marsi; quod Campania præuenisset. III. H. 59

Æmulatione fortunam fratris morari dictus Sabinus III. H. 65

Æmulatione, inuidiaq;, ne ab aliis apud Vitelliū anteiretur, ipsum Vitellium peruertit Cæcina. II H. 101 (Otho. I. H. 1[illegible]

Æmulatione luxus, gratus Neron[illegible]

Æmulatione potentiæ ne irritet va[illegible] lidiores petit ab vxore Germani[illegible] cus II, 72

Æmulatione praua infensus Blæ[illegible] L. Vitellius, quod cum omni de[illegible] decore maculosum, egregiā fam[illegible] anteibat. III. H. 38

Æmulatus ne in vrbe ageret Oth[illegible] præfectus Lusitaniæ. XIII, 46

Æmulatu nisi exstincto non redit[illegible] ram Vespasiano, non amicis eiu[illegible] non deniq; exercitibus securit[illegible] tem. III. H. 66

Æmulus Brutorum Thrasea. XV[illegible] 22

Æmulus ciuili oppidano certami[illegible]

*Claudius Labeo. IV.*H.18

Æmulus C. Petronij Tigellinus. XVI,19

Æmuli impatiens Corbulo. XV,6

Æmuli impatiens Drusus, & animo commotior. IV,3

*Æmulo nullo existente Vitellius, sæuitia, libidine, raptu, in externos mores prorumpit. II.*H.73

Æmulo remoto æquiorem sibi sperat Piso Drusum, quam interitu fratris trucem. III,8

Æmuli imperii Romani Pœni. XV, 13

*Æmulos etiam inuenit infelix nequitia: quid si floreat vigeatque? IV.*H. 42

Æmulus inter se per nobilitatẽ Volusio atque Africano, Trebellium dum vterque dedignatur, supra tulere. XIV,46

Æneas, auctor gentis Iuliæ. IV, 9. XII,58

Gn. Ænobarbus, vide Domitius.

Ænus flumen interfluit Rhetos ac Noricos. III.H.7

Æqualis in suos & fidus Romanus, metu Germanici, Artabanus rex Parthorum. VI,31

Æqualitas facile habetur reb. modicis. II H.38

Æqualitas nulla Romæ, sub Augusti imperio. I,4

Æqualitate exuta vetustis mortalium; pro modestia ac pudore, ambitio & vis incessit, produxitque dominationes. III,26

*Æqualium quoque, adeo superiorum intolerans, Antonius Primus. IV.*H.80

Æquitate quam sanguine, caussa quam armis præstat retinere parta maioribus. XV,2

Æquum se dictitat Nero erga æmulos, & religione iudicũ meritam cantus laudem adsecuturum: absque ambitu, & potestate Senatus. XVI,4

Æqui impatiens Agrippina. VI,25

Æqua, nedum infima insolita regibus. II,42

Æquinoctij sidere maxime tumidus Oceanus. I,70

Æquius in summâ fortunâ, quod validius. XV,1

Aërias, auctor delubri Veneris Paphiæ II,62. II.H.3

Aëra legum figere. IV H.40

Ærarium ambitione exhaustũ, per scelera supplendum II,38

Ærarium, diuersum à fisco. II,47. VI,2.17

Ærariũ militare, quibus nitatur subsidiis I,78

Ærarii militaris præfectus P. Vitellius. V,8

Ærarij cura, nunc penes quæstores, nunc penes prætores, nunc penes prætura functos. XIII,29

Ærarij obliterata monimenta retracta à Pæto. XIII,23

Ærarij Prætores. I,75. XIII.29. III. H.9 *IV.*H.9

Ærarij quæstores. XIII, 28. vide amplius Quæstores.

Ærario ablata bona Seiani, vt in fiscum cogerentur. VI,2

Ærario augendo sancita Lex Papia Poppæa. III,25

Ærario illatum sestertium quadringenties, ad retinendam populi fidem. XIII,31

Æs informe. XV,22

Arenacum vicus, inuaditur à Ciuili. V.H.20
Areum iudicium Athenis. II, 55
Argentum & aurum propitij an irati Dei negauerint Germanis, dubitat Tacitus G.5
Argentum signatum. VI,17
Argenti pondus, & seruorum numerum Senatoribus indicit Vitellius. III.H.58
Argenti venis quærendis, reclusi specus à milite, in agro Mattiaco, tenui fructu. XI,20
Argento, modum postulat Fronto. II,33
in Argento nihil nimium aut modicum, nisi ex fortunâ possidentis. II,33
Argentea vasa legatis & principibus Germanorum muneri data, non in alia vilitate, quàm quæ humo finguntur. G.5
Argius dispensator, sepelit corpus Galbæ. I.H.49
Argiui vetustissimi insulæ Coi cultores. XII,61

Argoli-

Argelicus maritus Pompeia Macrina adflictus à Tiberio. VI,18
Arguendi peritior. XV,56
Arguentibus ad perniciem, plus fidei, quàm eis, qui asseuerant, nihil se audiuisse. III,49. XIV,48
Aricia. IV.H.2
Aricinum nemus. III. H.36
Aries caeditur Iudaeis in contumeliam Hammonis. V.H.4
Aries, insigne nauis. VI, 34
Arij ab Dahis disterminati amne Ginde XI,10
Arij, Ligiorum populus nocte praeliatur, tinctis nigro scutis & corporibus. G 43
Ariminum praemissae tres cohortes Valentis. III.H.41. *Circumuenitur à Corn Fusco.* 42
Ariobarzanes Medus Rex Armeniae. II,4. *Moritur, nec succedit eius proles* ibid.
Ariouistus rex imminet regno Galliarum. IV. H.73
Aristobulo mandata à Nerone Armenia. XIII,7. & XIV,26
Aristonici Regis bellum cum Romanis. IV,55. XII,62
Arius Antoninus destinatur Consul in Kal. Septembres. I. H.77
Arma armis praeualent in praelio. I, 64. II,14. 21. 80. III,43, XII,15. 35 I.H.79
Arma auro picta, opposita horridis; hinc viros, inde praedam ostendunt. VI,35
Arma ciuilia neque parantur, neque habentur artibus bonis. I,9
Arma ciuilia, velut expiato orbe terrarum, cepisse finem visa sub Vespasiano. IV.H.3
Arma ciuitatibus Suinonum non in promiscuo, vt apud ceteros Germanos, sed clausa sub custode, & quidem seruo: quia subditos hostium incursus prohibet Oceanus, otiosa porrò armatorum manus facilè lasciuiunt. G. 44
Arma deferre iussi & pecuniam Aedui. I. H. 64
Arma equosque retinens, integris turmis Rhenum perrumpit Batauus IV. H.12
Arma & corpora non fossam, neque vallum sibi in hostem data clamitat Paetus. XV,10
Arma detracta suspectis. III, 43. XII,31. I.H.66
Arma detracta Britannis suspectis, ne infensa & infida pax non duci, non militi requiem permittat XII,31
Arma expedire, telisque tanquam in aciem accingi. IV. H.62
Arma infelicia miles haud minus irâ, quàm metu abijcit. IV.H.2
Arma in hostem data Augustus in Remp. vertit. I,10
Arma in modum trophaeorum imposita aggeri, subscriptis victarũ gentium nominibus, ferè in rabiem agit Germanos deuictos. II,18.19
Arma iusta XIV,32
Arma legionaria. III,43
Arma non noscere, non ordines sequi, non in vnum consulere praesagia exitij. I H. 68
Arma occultè fabricata Augustodunj, iuuentuti dispertit Sacrouir. II, 43
Arma odiaque aperta, palàm depellas: fraus & dolus, obscura, eoque ineuitabilia. IV. H.24
Arma posita per conditionem. I I. H.65
Arma posthabenda, vbi conditionibus pax redimi potest. XI, 46. XIII,37 XV,27

Arma prehensata supplicibus. I. H. 66

Arma publica nulla quando. I 2

Arma quatiuntur, ne vox cuiusquam centurionis aut tribuni audiatur III.H.19

Arma Romana. II,52.III,42.XII,16 *III. H.*47

Arma Vespasiano & Mucrano in occasionem dilata II H.7

Arma victa tractare, temeritas. III H.6

Arma vilia, inopibus agrestibus. II. H.13

Arma virosq; tantùm Imperio Romano ministrant Bataui. IV. H. 12. V. H.25

Arma visa inter temulentos cupidinem sui mouent. I. H.80

in Arma adeò nemo promptus est, ut nō idem pretiū quietis, quàm periculi malit. I.H.30 IV.H.76

Armorum ciuilium mira & miseranda facies; contubernalibus in partes discedentibus. I, 49

Armorum congeries structa deuictis Germanis, superbo cum titulo. II, 22

Armorū fas & ius hostiū. IV. H.58

Armorū fulgor hosti turbādo. I,68

Armorum fulgores A.33

Armorum necessitate grauia & intoleranda excusata, etiam in pace mansere II H 84

Armorum officinis exercendis destinata ciuitates valida. II. H.82

Armorum tripudijs approbata militi Germano dicta ducis sui. V. H17

Armis virisq; olim, mox memoria nominis clara gens Gallica. I.H. 67

Armis abiectis, veniâ petitâ. III H. 61

Armis aut fide nulli mortales ante Germanos. XIII,54

Armis falsis externa tegens Ciuilis. IV. *H.*32

Armis minus valent Romani aduersus subiectos, quàm voluptatibus. IV. *H.*64

*Armis nostris rarò iuuantur Reges Marcomanorum, sæpius pecuniâ. G.*42

in Armis nullo subsidio, consultat Mithridates, cuius experiatur misericordiam. XII,18

*Armis parum proficitur, si iniuriæ sequantur. A.*19

*Armis præponere, neq; nobilem, neq; ingenuum, ne libertinum quidem, regia vtilitas est. G.*44

Armis publicè mulctati Viennenses. I. *H.* 66

Armis quos pellere promptum erat, epistolis increpat Vitellius. III. *H.* 6

Armis scelestis res Romanas raptū eunt Otho ac Vitellius. II. *H.*6

Armis sine, haberi nequit quies gētium, neq; arma sine stipendijs, neq; stipendia sine tributis. IV. *H.*74

*Armati procedunt ad conuiuia Germani. G.*22

*Armati omnia agunt Germani, publica, priuata. G.*13

Armatorum tot millia, velut gregem venalium, exsuli Antonio donum dari, indignatur exercitus Germanicus. III. *H* 13

Armatis agitata stationes, vigiliæ, diurna nocturnaq; munia, sub Corbulone duce XI,18 XIII,35

Armatis stipatus Mucianus in vrbe. IV. *H* 11

Armatas manus fortissimorum virorum, vnitis jenis valetudine regi, indecorum IV. *H* 24

Armatura leuis. XIV. 34

Armamentarium armandis cohortibus prætorianis.I.H.80

Armamentario ab Othone aperto, rapta arma sine more & ordine militiæ.I.H.38

Armenia.II,3.*Ei componendæ dilectus C.Cæsar*.4. *Petitur à Germanico*.56. *Inuadenda ab Bardane, nisi cohibuisset eum legatus Syriæ Vibius Marsus*.XI 10. *Haud intempestiuè aditur à Meherdate*.XII,12. *Occupatur ab Rhadamisto*.44.*Indignante Vologese Rege Parthorum, tamquã à cuius maioribus olim possessa*.50. *Qui eam inuadit, sed parum prosperè*.ib.*Mandatur à Nerone Aristobulo*.XIII,7. *De ea obtinenda iterum bellum inter Romanos & Parthos*,34.*Occupata à Romanis per Lucullũ & Pompeium*.ib. *Pellitur eâ Tiridates, & datur à Romanis Tigrani*.XIV,26. *Eius obtinendi donandiue imago penes Romanum, vis penes Parthum*.XV,14. *Occupatur totâ à Vologese*.XIV,17.25. *Bello repetere parat Nero, duce Corbulone*.26.27. *Sed satisfit Romanis, subijciente se Tiridate Neroni*.29

Armeniæ possessio, tertius potentiæ gradus à rege Parthorum.XV,2

Armenij.II,4. *Ingenium eorum & mores*.56. *Subditi olim Rhamsi Regi*.60. *Molitur ad eos fugam Vonones*.68.*Stant pro Artabano contra Tiridatem*.VI,44. *Occupantur ab Mithridate*. XI, 9. *Bellant cum Hyberis*. XII,44. *Primores eorũ alliciuntur ad res nouas à Rhadamisto* 45. *Pellitur, profugusq; bellum deserit*.XIII,6. *Armenij moribus magis accedunt Parthis, quàm Romanis* 34.*Tiridati fauẽtes, cædibus & incẽdiis perpopulãtur à Corbulone*.XIV,26. *Semper ditionis Romanæ, aut subiecti Regi, quẽ Imperator dilegisset*.XV,13.*A deuntur à legatis Vespasiani, ne versis ad ciuile bellũ legionibus terga nudarentur*.II. H.82

Armeniorum perfidia. XII,46

Armeniorum vrbes. XII,50

Armenios megistanas, qui à Romanis defecerant, pellit sedibus Corbulo.XV,27

Armigerum mariti in matrimonium regnumq; accipit Carthismandua.III.H.45

Arminius Cheruscorum princep. turbator Germaniæ.I,55. *Rap filiam Segestis alteri pactam*. il *Quæ capitur, & parit mascul*. 57.58 *Cõuitiatur Romanis*.5 *Tribunal eius in castris Vari*,6 *Pugna cum Romanis*. 63. *Cup dine victoriæ, eam amittit*. 6 *Colloquitur cũ fratre*.II,9. *M litur castrorum oppugnatione nocturnã*. 12. *Adhortatur mi tes ad pugnam*.15. *Egregiè sust tat præliũ* 17.*Alloquitur exer tum præliaturus cum Marob duo*.47 *Quem & vincit*.48.*R gnum adfectans, perit dolo p pinquorum*. 88. *Laudatur boñ fide à Tacito*.ib. *Patruus Ita Regis Cheruscorum*.XI,17. *V cit, rebellione Cheruscâ, Boia lum Ansibarium*.XIII,55

Arnus fl.I,79

Arpus, Cattorum princeps. II,7

Arretinus Clemẽs adfinis Vespa ni, præficitur prætorianis.I V.H. 68. *Pater eius eâdem curâ e giè functus sub Caio Cæsare*.ibi.

Arria Galla C.Pisonis vxor, nuta prius Domitio Silio, cuius ma trimonio

trimonio ablatā. XV, 59

rria, uxor Thrafeæ, filia Arriæ Pæti, vix retenta à marito in vita. XVI, 34

rius Varus præfectus cohortis, à Corbulone *iuſſus recipere Parthorum obſides.* XIII, 9. Comes *Antonio Primo inuadit Italiā.* III.H.8. *Strenuus bello, ſed non fide in* Corbulonem.ib. *Temerè inuadit Vitellianos.* 16. *Equitū quadringētos aut occidit, aut capit.* 61. *Præficitur prætorianis* IV. H.2. *Ornatur inſignibus prætoriis.* IV.H 4. *Potentiam eius frăgit Mucianus.* 11. *Auferēdo præfecturam prætorij* 67. *Imponitur curandæ annonæ.* ibid.

rrogantia Druſi notatur, acceptâ tribunitiâ poteſtate. III, 59

rrogantia & auaritia, vitia validiorum. I. H 51

rrogantia venientium à Vitellio militum, omnes exercitus flammauerat; quod truces corpore, horridi ſermone, ceteros vt impares irridebant. II.H.74

rrogantiâ triſti, modum liberti egreſſus Pallas, tædium ſui mouit. XIII, 2

Arrogantia vocăs offenſas Primus Antonius, nimiusq; commemorandis, quæ meruiſſet. IV. H.80

Arrogans minoribus Curtius *Rufus.* XI, 21

Arrūtius, ad ſumma prouectus, incorruptâ vitâ & facūdiâ. XI, 6. *Ditium familiarum heres.* 7

Arruntius Stella, curator ludorum, qui à Cæſare parabătur. XIII, 22

L. Arruntius differit de honoribus in funere Auguſti habendis. I, 8. *Tiberio ſuſpectus ob artes bonas.* XIII... *Præpoſitus Tiberi coërcēdo.* 78.79. *Intercedit pro L. Sulla propinquo ſuo* III, 31. *Accuſatus ab Aruſeio & Sanquinio.* VI, 7. *Sanctiſſimis artibus.* ib. *Lis ei ob rem pecuniariā contra* Cottam *Meſſalinum.* 5. *Falsò accuſatur impietatis in principē, & adulterij cū Albucilla.* 47. *Venis reſolutis perit.* 48. *Decimū in annū attētus à Tiberio, ne in Hiſpaniam ſuā pergeret.* VI, 26 & II.H.65

L. Arruntius renuit patrocinium Gn. *Piſoni.* III, 11

Ars Tiberij, quas verba expendebat; tum validius ſenſibus, aut conſultò ambiguus. XIII, 3. *Videatur & lib.* III, 51. *lib.* IV, 31

Ars naturæ æmula, imò magiſtra. XV, 42

Artis, & falſi, breue cōfinium. IV, 58

Artis fides, cuius alioqui clara ſunt documenta, corrumpitur fallaciis ignara dicentium. VI, 22

Artem, & vſum, & ſtimulos addidère Agricolæ, quæ conſiliis ductuq; alterius agebantur in Britanniâ. A.5

Arte magis, & impulſu, quàm ſuo ingenio traductus miles vrbanus, ad deſtituendum Neronem. I.H.4

Artes exercitus veterani. II. H. 21

Artes fallēdi circūſpectare. III.H.73

Artes honeſtæ Agrippinæ. XII, 6

Artes intelligebantur; ſed pars obſequij in eo ne deprehenderentur. XIV, 6. IV, H.85

Artes liberales Claudij. XIII, 3

Artes Liuiæ obſcuræ. I, 3

Artes malæ feliciter expertæ, continuantur. III, 17. IV, 3.12. XIV, 60.62. IV. H.42

Artes mulcendi vulgum, in Primo Antonio. III.H.10

Artium bonarum cupiens Claudius Imp. VI, 26

Artium bonarum princeps, eloquentia. XI, 6
Artium bonarum rudis Agrippa Postumus I, 3
Artium bonarum specie falsi, & amicitiæ fallaces cauendi, quomodo fraudibus inuoluti, & flagitijs commaculati. XVI, 32
Artium bonarum gratia. I, 13. 28. 38
Artium honestarum per omnem cultum pueritiam adolescentiamq́ transigit Agricola. A. 4
Artium liberalium nescius, inter extorres, Gracchus. IV, 13
Artes per bonas quæsitus militum fauor, haud spernendus. I. H 17
Artes bonas solas ad bellum adfert Vipsanius Messala. III. H 6
Artes circa bonas, publica desidia taxata Claud. Imp XI, 15
Artes malas gratiores ratus Tigellinus, si principem societate scelerum obstringeret. XIV, 57
Artes semel placitas, non mutat Tiberius. II, 66
Artibus blandimentisq́ quibus inualuerit apud Neronem Poppæa. XIII, 45
Artibus bonis, gratus in vulgus, Centurio Clemens. I, 28
Artibus bonis quæsita studia militum III. H. 86
Artibus bonis si fiderent, licitum petere magistratus olim etiam iuuenta prima. XI, 22
Artibus diuersis Parthos aggressus Corbulo: misericordiâ supplices; celeritate profugos; immitis ijs, qui latebras insederant. XIV, 23
Artibus honestis vix retinetur pudor; nedum inter certamina vitiorum, pudicitia aut modestia, aut quidquam probi moris seruetur. XIV, 15
Artibus honestis copiosus Bru[...] dius, & si rectum iter pergere[...] ad clarissima quæq́ iturus; d[...] æquales, dein superiores, post[...] mò suasmet ipse spes anteire[...] rat, pessundatur III, 66
Artibus hostium infectus obses. [...] 2
Artibus liberalibus præditi Gr[...] comites in Campania Tibe[...] vt eorum sermonibus leuare[...] IV, 58
Artibus liberalibus operata n[...] lissima Galliarum soboles, [...] gustoduni. III, 43
Artibus malis ambitiosus As[...] cus. II. H. 58
Artibus malis exercita potenti[...] metur IV. H. 44
Artibus malis solis pollens Ti[gelli]nus. XIV, 57
Artibus malis bonisq́ mixtus [Mu]cianus: luxuriâ, industriâ, co[...] mitate, arrogantiâ. nimiæ [vo]luptates cùm vacaret, quoti[es] expedierat, magnæ virtutes [...] laudares; secreta malè audi[ebat]. I. H. 10
Artibus pacis, belli inexpertu[s] Cluuius Rufus. I H. 8
Artibus quasi malis, infensi [...]riani, industriæ innoce[ntiæ]q́ Marij Celsi. I. H. 45. *Add[e] [c]apu[t] 59. huius libri; item 23. [...] VI Annal.*
Arsaces Artabani filius A[rme]niæ Rex. VI, 31
Arsaces descifcit ab Antioch[...] V[...] 8
Arsacis genus. VI. 31
Arsacis ministros multo a[uro ad] scelus cogit Mithradates[...]
Arsacis regno acrior libert[as Ger]manorum. G. 37

A[rs]acidarum familia. XIII,9. Fastigium.XV,1. Sanguis. II,3. Solium. II,2. Solium auitum. I. H. 40. Tributa XI,10. Virtus fortunaq; ſæpius clade Romanâ experta. XIII,37. Vis. II,3

[Ar]ſacidarum fauor durans apud quoſdam Armeniorum. XIV,26

[Ar]ſacidarum gens. II,1. Summæ rei præpoſita Parthis. VI,31

[Ar]ſametes fl. adſitus caſtris Pæti. XV,15

[Ar]ſamoſata caſtellum, in quo abditi cõiunx ac filius Pæti. XV,10

[A]rtabanus Rex Parthorum. II,3.4. Renouat cũ Germanico dextras. 58. Eo defuncto ſumit ſuperbiã in Romanos, ſæuitiam in populares. VI,31. Periculum illi ideo à popularibus. 32. Quibus accedũt exteri. 33. Filium Orodem opponit Pharaſmani, ſed exitu infelici 34.35. In longinqua & contermina Scythiæ fugam maturat, ſpe auxilij. 36. Ab Hircanis inluuie obſitus, & alimenta arcu expediens, reuocatur & fugat Tiridatem. 43. Occiditur cum coniuge ac filio à fratre Gotarze. XI,12

Artauaſdes rex Armeniorum. II,3

Artaxata vrbs Armeniæ. II,56. Eâ potiuntur Hiberi. VI,33. Accipit iugum Vologeſis. XII,50. Expugnatum à Romanis, æquatur ſolo. XIII,41

Artaxias, Zenonis Polemonis filius, Armenijs datus Rex à Germanico 56. Moritur. VI,31

Artaxias, Artauaſdis filius. II,3

Artemita, Parthiæ vrbs recipit Tiridatem. VI. 41

Artus ſtricti Cattis. G.30

Aruerni qui cum Vindice, proterũtur ab equite Batauo. IV. H.17

Arulenus Ruſticus plebis tribunus XVI. 26. Vult intercedere pro Thraſea, ſed ipſe vetat, ibi. Prætor & legatus, vulneratur à Petilianis. III. H.80. Capitale ei laudaſſe Thraſeam. A.4.45

Aruſeius accuſator L. Aruntij multatus. VI,7

L. Aruſeius morte adficitur VI, 40

Arx Veſtini, imminentes foro ædes. XV,69

Arcem Capitolii munitiſſimam, & ne magnis quidem exercitibus expugnabilem, aduerſus tres cohortes tueri nequit, ſumptis temerè armis Sabinus. III, H.78

Aſciburgium, hiberna alæ, rapitur à ducibus Ciuilis. IV. H.33. In ripa Rheni ſitum, opinione quorundã, ab Vlyxe cõſtitutum. G.3

Aſconius Labeo, tutor Neronis. XIII,10 Eoq; petita ei à Senatu inſignia triumphalia. ibid.

Aſia. II,48.54. Exterretur rumore Pſeudo-Druſi. V,10. Accuſat P. Celerem, nec tamen damnat. XIII,33. Spoliatur à Nerone, non ſolùm abreptis donis, ſed & numinum ſimulacris. XV, 45. Patitur dilectum ſupplendis Illyrici legionibus. XVI,13. Exterretur aduentu Pſeudo-Neronis. II. H.8 Sueta ſeruituti. IV. H 17

Aſiæ amœna. III,7. Extrema. II, 54. Ora. II. H.2. Secreta. I. H.10

Aſiæ & Achaiæ totius, non dona tantùm, ſed ſimulacra numinũ abrepta iuſſu Neronis. XV, 45

Aſiæ facundiſſimi accuſant C. Silanum III.

Aſiæ Proconſul M. Lepidus. III,32. Voleſus Meſſala. 68. Fonteius Capito. IV,36. M. Lepidus. 56. Iunius Silanus. XIII,1. P. Suilius. 43. L. Vetus. XVI,10. Barea Soranus.

Soranus, 23. Fonteius Agrippa. III H. 46
Asiæ vrbes duodecim vna nocte cōlapsæ terræ motu. II,47
Asiæ vrbes decernunt templum Tiberio, matriq́; eius, ac Senatui. IV,15. Earum vndecim certant, vt id apud se statuatur. 55
Asiæ vrbes per cūctas iussu Mithridatis trucidantur ciues Romani. IV,14
Asiaticus dux Galliarum, quod pro Vindice bellasset, postulatur ad supplicium II H. 94
Asiaticus libertus donatur annulis à Vitellio. II. H. 57. Fœdum mancipium, & malis artibus ambitiosum. ib. Polycletos, Patrobios, & vetera odiorū nomina æquat. intra quartum potentiæ suæ mēsem 95. Seruili supplicio expiat malam potentiam. IV. H, 11
L. Asinius Cos. IV, 1
L. Asinius Cos. XIV, 48
M. Asinius Cos. XII, 64
Asinius Agrippa Consul. IV. 34. Claris maioribus, quàm vetustis, vitâq́; non degener, moritur. 61
Asinius Gallus, de honoribus habēdis funeri Augusti. I, 8 Suspectus Tiberio. 12. & 13. Sententia eius de adeundis libris Sibyllinis. 76. Increpat Haterium. 77. Sentētia eius de memoria Libonis. II, 32. Excusat luxum ciuitatis. 33. Repugnat Gn. Pisoni. 35. Certat aduersus Tiberium. 36. Negat patrocinium suum Gn. Pisoni. III, 11. Sosiam Gallam destinat exilio. IV, 20. Durior in exilium Sereni. 30. Instat, ut metus suos fateatur Tiberius. 71. Peremtus egestate cibi, vix permittitur ad sepulturā. VI, 23. Tiberius vult adulterum fuisse Agrippinæ, eiusq́; morte ad tædium vi[tæ] compulsam. 25
Asinius Gallus VI, 23
Asinius Marcellus, Asinij Pollion[is] pronepos, reus subditiui testam[en]ti, eximitur infamia, ob maio[rum] memoriam, & preces Cæsar[is] XIV, 40
Asinius Pollio, ferox. I, 12. Auus [A]sinij Salonini. III, 75. Scripta ei[us] de Cassio & Bruto minimè inh[o]nora. IV, 34. Ad summa prou[ectus], incorruptâ vitâ & [fa]cundiâ. XI, 6. Inter Antonium & Augustum bellorum præmiis [re]fertus. 7
Asinius Pollio alæ præfectus, è fi[dis]simis Albini, opprimitur. II. H. [59]
Asinius Saloninus moritur. III, 7[5]
Asinius sacratus penetrali Iud[æo]rum. V. H. 4
Asinorum agrestium grege viso M[oy]ses, conijcit in proximo, sol[um] herbidum, & aquarum ve[nas] largas. V. H, 3
Asphaltides lacus. V. H. 7
Adspectus nouitate perculsus mi[le]s. XIV, 30
Aspectu Classici ac Ciuilis, redit[ur] in animos formido, fuga, fam[es]que, ac toties captis precaria [vi]ta. IV. H. 76
Aspectu nonnulli parcunt, crud[eli]tatem exsequentes, XII, 47. [I]V, 61. A. 45
L. Asprenus proconsul Africæ. I, 53. Incessit interrogatione mor[da]ci Messalinum. III, 18
Assyriæ sedes vetustissima vrbs [Ni]nos. XII, 13
Assyrij conuenæ, parte Ægypti p[o]ti, mox proprias vrbes, Hebr[æas]que terras, & propiora Syri[æ co]lunt. V. H. 2

Astrolo-

Astrologia plurimis mortalium scientia quidem certa: sed quædam secus, quàm dicta sunt, cadunt, fallacius ignara dicentiū. VI,22

Astu Tiberij subuertitur Thraciæ Rex Rhametalces II,64

Astus hostium proditi, in perniciem ipsis vertunt. II,20. II.H.24

Astus hostium, in perniciem ipsis vertit Germanicus, ob cognita prius consilia. II,20

Asyli lucus. II.H.71

Asyla statuendi Græcas per vrbes licentia, atq; impunitas coërcita. III,60. *Vetus super ijs ius firmari sibi petunt Græcarum aliquot ciuitates.* IV,14

Ateius Capito electus coërcendo Tiberi I,76.79. *Assentatur Tiberio per speciem magnæ libertatis.* III,70. *Egregium publicum & bonas artes domi dehonestat.* ibid. *Moritur.* 75. *Honores eius ac studia.* ibid.

Ateste adiūgitur Flauianis. III.H.8

Athenæ accipiunt Germanicum honoribus exquisitissimis. II,53. *Non sine inuidiâ Pisonis.* 55

Atheniensium publico iudicio damnati, certo veneni genere extinguuntur. XV,64

Atheniensibus formidabilis Rex Philippus. II,63

Atheniensibus leges præscribit Solon. III,26. *Exitio eis, quod victos pro alienigenis arcuerint ciuitate.* XI,24

Atidius Geminus Achaiæ prætor adiudicat Messenijs ius templi Dianæ Limenitidis. IV,43

Atilius ædem vouet Spei. II,49

Atilius, libertini generis homo, infelicissimè gladiatores exhibet Fidenæ. IV,62. *Agitur in exilium.* 63

Atilius Rufus Consularis, moritur Syriæ præses. A 40

Atilius Vergilio vexillarius Galbæ imaginem adfligit solo. I.H 41

Atilius Verus primipili centurio aquilam suam seruat moriens. III.H.22

Atillam matrem, incusat consciam coniurationis Pisonianæ M. Lucanus. XV,56. *Quæ sine absolutione, sine supplicio dissimulatur,* 71

Atimetus Domitiæ Neronis amitæ libertus. XIII,19. *Et concubinus.* 21. *Ob accusationem Aggrippinæ affectus supplicio* 22

Atrium Libertatis. I.H.31

Atrocior haberetur Nero, procul an coram, incertum apud Senatum & primores. XV,36

Atrocitas minimè conducibilis regno nouo. XI,9

Atrocitas sceleris. I H.50

Atta Clausus, auctor familiæ Claudiorum. XII,24

P. Attellius Hister, Pannoniæ præses. XII,29

Atticus Vestinus Cos. XV,48. *Suspectus Pisoni, ob acre ingenium, amoremq; in Remp. & auctoritatem.* 52. *Abscissis venis moritur, quamuis expers coniurationis Pisonianæ.* 68.99

Atys Rex, pater Tyrrheni ac Lydi, conditorum Tyrrhenorū ac Lydorum IV.H.55

Auaritiâ aut licentiâ minore grassatus esset Vinius, si imperasset, nūc & subiectos nos habuit, tanq̃ suos; & viles vt alienos. I.H.37

Auaritia & arrogantia, vitia validiorum. I.H.51

Auaritia Galbæ culpata militi vrbano. I.H.5 (18

Auaritia ingenita Agrippinæ. XIII,

Auaritia magistratuum in prouincijs. I, 2. II, 15. Gn. Pisonis in Hispaniâ. III, 13. C Silij in Germaniâ IV, 19. Præfecti Mithradatis. XII, 45. Vipsanij Lenatus in Sardinia. XIII, 30. Lusii Varij. 32. Capitonis in Germania. I. H. 7

Auaritia mira Valentis venditantis ipsa itinerum spacia, & mutationes statiuorum. I. H. 66

Auaritia nobis difficilius deest, quàm natura margaritis. A. 12

Auaritia quod fuerat, placuit ignoscentibus videri maiestatem. I. H. 77

Auaritia si abesset, antiquis ducibus par Vespasianus. II. H. 5

Auaritia ut repetundarum metu infracta est; ita vetitâ gratiarum actione, ambitio cohibetur. XV, 21

per Auaritiam ac sordes contemptus exercitui inuisusq; Maximus. I. H. 60

per Auaritiam Claudianorũ temporum, empto iure muniendi Hierosolyma, struxêre muros in pace, tamquam ad bellum. V. H. 12

per Auaritiam & prodigentiam mirè congruens abditus adhuc Neronis vitijs Narcissus. XIII, 1

Auaritiam magistratuum & primi cuiusq;, increpant legati plebis Puteolanorum. XIII, 48

in Auaritiam versâ sæuitiâ; nihil vsquam Romæ secretum aut clausum sinunt milites, Vitellianos occultari simulantes. IV. H 1

Auaritiam Vitellij non culpares, si temperaret luxuriam. I I H. 62

Auaritiâ Cerealis in bellum agitur Britannia XIV, 32

Auctor grauior. III. H. 43

Auctor mihi est. XV, 38

Auctores celeberrimi. III. H. 51

Auctores vagi & incerti. II. H 73

Auctoritas adolescentum, minus robusta. I, 46

Auctoritas multa, viro militari pro facundia. XV, 26

Auctoritas nondum Othoni inerat ad prohibendum scelus; iubere iam poterat. I. H 45

Auctoritas nulla apud milites Nouello Antonio. II. H. 12

Auctoritatis loco apud milites Bolano, caritas. A. 16

Auctoritatem non deminuit Agricolæ facilitas, aut seueritas amorem. A, 9

Auctoritate ducis frenata militis modestia. III. H. 80

Auctoritate Thraseæ, iuuantis Cilicum legatos, concidit Cossutianus. XVI, 21

Audacia & ingenium erat Seuero & Celeri, tentare etiam, quæ natura denegauisset, per artem tentare, & viribus Principis illudere. XV, 42

Audaciæ improbæ multi æmuli XI, 5. XIII, 25

Audenti nihil grauius quàm ignauo, si patiendum est, effugiendi segnis mors, otium, suffugium, & magni nominis miseratio. XIV 58

Audentia. XV, 53

Audit Tiberius probra, quibus lacerabatur per occultum. IV, 42

Audiendis quæ faceret, ut insolens Nero, ita sceleribus faciendis promptus erat. XV. 67

Audita cuncta Romæ in deterius IV. H. 68

Audita simul, & coërcita Scriboniani contra Claudium incoepta. I. H. 89

Audi

Auditu tristia, nobis non acceleramus. A.43

Auditu breui quãuis magna transit Vitellius. II H 59

Audiuisse nihil, cum pro testimonio diceretur; creditum tamen testibus aduersis III.49. XIV, 48

Auenticum, caput Heluetiorum, deditur Cecinæ. I.H 68

Auentinum deuritur, exsoluitq; domuum & insularum pretia Cæsar. VI. 45. in Auentino sita domus A.Vitellij Imper. III.H.70. & 85

Auerno ab lacu nauigabilẽ fossam ad ostia Tiberina promittit Neroni Seuerus ac Celer; sed irrito successu XV, 42

Auerno proxima iuga, frustra effodere connisus Nero. XV, 42

Aufidienus Rufus, præfectus castrorum I, 20

Auguralis Ara, in castris XV, 30

Augurale ante structam aram subdita face accendi mos. XV, 30

Augurale in castris. II. 13

Auguratus Pontificatusq; additus honoratis iam senibus, cumulus dignitatis I.H 77

Augures præsunt inter alios sacerdotes ludis magnis III, 64

Augurium aquilarũ, ante pugnam Germanici cum Arminio. II, 17. Itẽ proficiscente Valente. I.H. 62

Augurium Solutis vigintiquinque annis omissum repetitur ac continuatur. XII, 23

Augurij iustitia neglecta. XIV, 20

Augusta Poppæa, vocata filia Neronis XV, 23

Augustæ cognomento, aucta Agrippina. XII, 26

Augustæ nomine matrem honorat Vitellius. II.H. 90

Augusta Taurinorũ, parte sua amburitur, negligentia Quartadecimanorum. II H. 66

Augustales ludi. I, 15 54. 73. A quibus celebrati. 15

Augustales sacerdotes honorati sede peculiari II, 83. à Tiberio sacrati Iuliæ genti. II, H. 95. *Faces subdunt victimis à Vitellio paratis parentationi Neronis.* ibid.

Augustales sodales instituuntur in honorem Augusti, numero XXI, *è principibus ciuitatis. I, 54. Proprium sacerdotium domus Augustæ. III, 64*

Augustanorum cognomento Equites Romæ. qui cantante Nerone dies ac noctes in scena plausibus personarent. XIV, 5

Augustus Cæsar. quibus artib. imperium inuaserit. I, 2. Subsidia dominationis eius. 3. Indulgẽtia erga Liuiam vxorem ib. *per quam forte periit. 5. Inuisit Agrippam Postumum.* ib. *Moritur Nolæ* ib. *Lenitas in liberos quamuis pessimos. 6. Testamentum, & Honores in eius funere. 8. Iudicia de eo tum vulgi tum prudentum, in bonã malamq; partem,* ib. *Quos putaret imperio dignos, aut inhiantes. 13. Vultu Actiacas legiones exterret 42. Eius mens cœlo recepta 43. Cognitio de libellis famosis. 72. Cultores per omnes domos, in modũ collegiorũ 73. Statua eius & effigies diuendita non sine periculo* ib. *Studiũ erga histriones 54. & 76. Templũ ipsi struitur Tarracone. 78. Pecunia iuuat M. Hortalũ. II, 37. Effigies ipsi dicatur apud Bouillas. 41. Deũm ædes ab eo inchoata. 49. Coniunx eius quondãScribonia. II, 27. Filiæ ac neptis adulteros punit iusto durius. III, 24 Sexto demum*

demum consulatu, qua triumviratu iusserat, aboleuit, deditque iura queis pace & principe uterentur Romani. 28. Fert & reliqt conciones atq; epistolas Antonij ac Bruti, referta in se probris quidẽ falsis, sed tamẽ acerbis. IV, 34. Filiam suam meditatur tradere Equiti Rom. 39. 40. Nonodecimo ætatis anno sustinet bella ciuilia. XIII, 6. Augusto prompta ac pfluens, qua deceret principem, eloquẽtia fuit. 4. Eo victore, mansit tamen imperium. I. H. 50

Augusti nomẽ vt adsumat Vitellius, expressum ei à vulgo II. H. 90

Augustodunum, caput Æduorũ, occupatur à Sacrouiro III, 43. Operata ibidẽ liberalib. studiis nobilissima soboles Galliarum. ibid.

Auis inusitata specie nec cœtu hominũ, aut circumuolitãtium alitũ territa pulsave, post Othonẽ interfectum statim ablata ex oculis. II. H. 50 (Germani. G. 10

Auium voces volatusq; interrogant

Auib. diris insessum Capitoliũ. XII, 43

Auiones, populus Sueuorũ. G. 40. (43

Aui inhumanitas erga nepotẽ. VI, 24

Auunculo inuisus infensusq; Iulius Briganticus, vt ferme acerrima proximorum odia sunt. IV. H. 70

Aula Tiberij discors, tacitis in Drusum aut Germanicum studiis. I, 4. II, 43. Claudij inter Domitium & Britannicum. XII, 42

Aula Neronis, prona in Othonem, vt similem. I. H, 13

Aulæ inter fœdißima ostenta Vatinius, primo in cõtumelias assumptus, deinde optimi cuiusq; criminatione eo vsq; valet, vt gratiâ, pecuniâ, vi nocendi, etiam malis præmineret. XV, 34

Aulæ noua mala eadem, æque grauia, non æque excusata. I. H. 7

Aulam Cæsaris plerique per honorem aut varios vsus sectantur. XV, 33

Aulâ & nouo rege quod potiretur Abdagesses, alienantur primores Parthorum. VI. 43

in Aulâ Vitellij nemo certat probitate aut industriâ: vnum ad potentiam iter, prodigis epulis, & sumptu ganeâq; satiare inexplebiles Vitellij libidines. II. H. 95

Aulici rebus minoribus sibi quisque tendentes. I. H. 37

Aulus Atticus præfectus cohortis cadit. A 37

Aulus Vitellius, vide Vitellius.

Aurariæ suæ Sextum Marium misere perdunt. VI, 18 (nissæ. XVI, 1

Aurei lateres prægraues Didonis Fe-

M. Aurelius Cotta Cos III, 2 Eius sententia super memoriam Gn. Pisonis. 17

Aureli⁹ Cotta, iuuatur pecuniâ annuâ à Nerone q̃uis nepos. XIII, 34

Aurelius Scaurus funditur cum exercitu à Germanis. G. 37

Aurib. tribuno amputata. III. H. 85

Aures ad omnia conuersæ. I. H. 40

Aures lentæ ad imperia in aduersis. (I, 65

Aures verberatæ. A. 42

Auribus æquis accepta I. H. 66

Aurib. Decisis viuere iubet Meherdatem Gotarzes: ostẽtui clementiæ suæ, & in Romanos dehonestamento. XII, 14

Aures Vitellij ita formatæ, vt asperà quæ vtilia: nec quicquam, nisi iucundum & læsurum accipiant. III. H. 56

Auriana ala. III. H. 8

Aurigare & cithara canere, regibus & antiquis ducibus factitatum. XIV, 14

Auribus stabula exstruit, solâ pendendi curâ, Vitellius. II. H. 94

Aurinia mulier Germana, culta inter suos loco numinis veri. G.8
Aurum argentumq; signatur apud Antiochenses. II H.82
Aurum & gemmæ, solita pridem & luxu vulgata. XV,42
Aurum & opes suas inferant potius Romæ quam separatim habeant Galli, iam moribus, artibus, affinitatibus mixti, auctor Claudius. XI,24
Aurum minus sequuntur Germani quã argentum: nulla affectione animi, sed quia numerus argenteorum faciliori vsui est promiscua ac vilia mercantibus. G.5
Aurum & argentum, & alia metalla fert Britannia, pretium victoriæ. A.12
Aurum quod triumphis, quod votis omnis pop. Rom. ætas prospere aut in metu sacrauerat, egestum ab Nerone. XV,45
Aurum vulgo gignitur metallis cõfusum. XVI,2
Auri argentiq; stipes, iniectæ fundamentis cum restauraretur Capitolium IV.H.53
Auri cupido immensa, obtẽtui Messalinæ, quasi subsidium regno pararetur. XII,7
Auri cupidine ad bellum accedunt reges vicini. XVI,1
Auri magnam vim somniat Cesellius, eiusque inani spe veteres opes consumit Nero XVI,1,& 3
Auri vis atq; opes principib. infensæ. XI,1
Auro multo coacti ad scelus ministri Arsacis. VI,33
Auspicãdi gratiâ, feriarũ Latinarũ dieb. Drusus, præfectus vrbis tribunal ingreditur. IV,36
Auspicato à maioribus conditum Capitolium. III.H.72
Auspices duo in nuptiis. XV,37
Auspicum verba inter nuptiarum solennia. XI,27
Auspicio & præsagio vltionis, Ioui Vindici pugionem inscribit Nero XV,74
Auspicia Imperatoria. XIII.6. XV. 26
Auspicia sortesque vt qui maxime obseruant Germani. G.10
Auspicia tribunitiæ potestatu, Druso, vtique gentile apud solum incipienda, censet Senatus. III,59
Auspiciis & consiliis pleraq; in summa fortuna, quam telis & manibus geri. XIII,6
Auspiciis feralibus vrbem ingressus Galba. I.H.37
Auspicijs imperij Romani, fide atq; opera militum victa Britannia. A.33
Auspicijs repetendis vrbe egressus Drusus. III,19
Auspicijs Tiberij, ductu Germanici, recepta signa cũ Varo amissa. II,41
Auster tumidis Germaniæ terris, profundis amnibus, immensa nubium tractu validus, & rigore vicini Septentrionis horridior. II,23
Autumni perinde nomen ac bona, ignorata Germanis. G.26
Auxiliares cohortes. III.H.15
Auxiliares Galli Germanique positi in fronte, vt pugnent contra Arminium. II,16
Auxiliares Moesici. III.H.18
Auxiliarium militum millia quinque cis Rhenum. I,56. Eorum pila atque hastæ. XII,35. Octo millia in Britannia. A 35
Auxilium ferunt Romanis quidam Gallorum, quo dissimulent defectionem, magisque in tempore efferant. IIII,41. Idem imitantur Germani erga Voculam. IV.H.56

Auxilium ſerum.III.H.79
Auxilij noui ſpeciem dũ facit aſpectus cohortiũ ſummis iugis rurſus congregatarum, territi Germani terga vertunt iam fere victores.IV.H.78
Auxilia aduentare dicta, prælian-tium animis reficiendis.III.H.25
Auxilia cohortiũ alæq; & ſociæ triremes, numero pares copiis legionariis per imperium Romanum. IV, 5
Auxilia concire, miſeratione ac donis.V.H.19
Auxilia è Gallia, queis nec amor nec odium in partes, militia ſine adfectu.IV.H.31
Auxilia peditũ mediam aciem firmant, contra Britannos bellante Romano. A 35
Auxilia per interuallũ aduentantia neq; cõſtantiam addũt turbatis, & auferuntur pauore fugientiũ. IV,73
Auzea, caſtellũ ſemirutum Africæ. IV,24

B.

Baccharum ſacrificantium, aut inſanientium habitus repræſentatus à Meſſalina vindemialibus.XI,31
Bactriani Campi occupantur caſtris Bardanis.XI,8
Bactriano potitur rex Rhãſes.II,60
Baduhennæ lucus IV,73
Bæbius Maſſa, è procuratoribus Africæ, ad necẽ prodit L. Piſonem. IV.H.50. Reus.A.45
Bætica, depeculata quæſtore Cæcina. I.H.53
Bæticæ prouinciæ adiiciuntur ciuitates Maurorum ab Othone. I.H.78
Batarum piſcinæ. XIII,21
Baiis abducitur victus Aſiaticus. XI,1. Villa eo loci Piſonis. XV,52
Baiis, villa Piſonis. XV,52
Baianus lacus.XIV,4
Balbus opes exundantes confert ad ornatum Vrbis.III,72
Balbi tranſierunt in Seianum Romæ ex Hiſpania. XI,24
Baleares in inſulas pellitur P. Suillius.XIII,43
Baliſta in ſubeuntes propulſa III.H.29
Baliſta magnitudine eximia ingentibus ſaxis hoſtilem aciem proruens, à duobus militibus, vinculis ac libramẽtis abſciſſis mutilata III.H.23
Baliſtis excuſſa ſaxa, ſternunt machinas informes Germanorum. IV.H.23
Balneæ petitæ abluendo cruori. III.H.32
Balnearum vacantium fornacibus abditus, militum exitio ereptus Saturninus. III.H 11
Balnei præferuidi vapore necatur Octauia, quia venis per omnes artus exſolutus, preſſius pauore ſanguis tardiꝰ laberetur XIV,64
Balnei vapore exanimatus Seneca. XV,64
Balneo inlatus calida aqua merſatur Veſtinus, venis abſciſſis. XV,69
Balneis inlati ſingulis veſtibus ad verecundiam veluti, poſt venas abſciſſas L. Vetus, ſocrusque eius Sextia ac Pollutia filia. XVI,11
Balneis in interficitur Decimus Pacarius II.H.16
Balteis furtim abſciſſis ſpoliãt quidam incurioſos milites vernaculâ vrbanitate, rogantes an accincti forent.II.H.88
Balſamũ Iudæorũ.V.H.6.eius natura.ib.
Balſamũ thuraq; ſudata, Orientis ſecretis.G.45

Barbaræ astutiæ Tiridatis cuicumq; mortaliũ, nedũ veteri & prouido duci Corbuloni patulæ. XIII, 38
Barbaro ritu & patriis exsecrationibus adacti Batauorum proceres, &c. IV. H. 15
Barbari iã quoq; didicere ignoscere vitiis blandientibus. A. 16
Barbari, ludicris ignari non delectantur XIII 54
Barbari ritus horrenda celebrant primordia Sueui, cæso publicè homine. G 39
Barbarorũ impetus acres, cõtinuatione languescunt, aut in perfidiam mutantur. XII, 12
Barbarorum irrisus, petentium quod eripuerant. XV, 25
Barbaris ademptæ virilitatis non despicitur, sed vltro habet potentiam. VI, 31
Barbaris certantib. non interponit arma Claudius, quamquam sæpe oratus. XII, 29
Barbaris cunctatio seruilis: statim exequi, regium videtur. VI, 32
Barbaris dedecorum, trahi catenis ac compedibus. XII. 47
Barbaris fides fluxa. III. H. 48
Barbaris nihil tam ignarum, quam machinamenta & astus oppugnantium X. I, 45
Barbaris quanto quisque audacia Promptus, tanto magis fidus, rebusq; motis potior. I, 57
Barbaris atrociora lætiora. 68
Barbaros malle Romã petere reges, quam habere experimentis cogntum est. XII, 14
Barbius Proculus, tesserarius speculatorum I. H. 25
Bardanes fit rex Parthorum eiecto Gotarze. XI 8.9. A quo frustra oppugnatur. 10 venationi intentus occiditur à suis, ob crudelitat. ib.
Barditu, Germani accendunt animos, futuræq; pugnæ fortunam ipso cantu augurantur, terrent enim trepidantve, prout sonuit acies: nec tam vocis ille, quã virtutis concentus videtur. G. 3
Barea Soranus Cõsul designatus, assentatur Pallãti. XII, 53. Procõsul Asiæ, innocens & industrius. XVI, 21. Accusatur ab Osterio Sabino. 30 pmissa ei mors, filiæq; Seruiliæ. ib. Circumuentus falso testimonio P. Celeris. IV. H. 10. Qui deinde damnatur. 40
Basilica. XVI, 27. I. H. 40
Basilides è primorib. Ægyptiorum, absens multa millia, apparet tamen Vespasiano, in templo Sarapidis. IV. H 82
Basilides, Sacerdos Carmeli, summa quæq; spondet Vespasiano, inspectis extis. II. H. 78
Bassus Lucillius, vide Lucillius.
Bastarnæ ficte impugnati à Rhescupori II, 65. Putantur quibusdam, iidem esse cum Peucinis. G, 46
Batauus eques proterit Æduos Aruernosq; qui cũ Vindice IV H. 17
Batauus proditor, promittit Cereali terga hostium. IV H. 18
Bataui adiuuant pugnam Vitellianorum contra Othonianos Bedriaci. II. H. 43. Agunt Magontiaci. IV H. 15. Accersiti à Vitellio in vrbẽ, deficiunt ad Ciuilẽ. 19
Batauí, dum trans Rhenũ degerent pars Cattorũ. G. 29 IV. H. 12. Seditione pulsi occupant insulã inter vada sitã, &c. IV. H. 12. Vniuersi rapiuntur ad bellũ, instinctore Ciuili. 21. Lacessũt eminus vetera castra. 23. Eadẽ oppugnãt machinis 29. 30. Male pugnant contra Romanos. 77. Restaurant bellum. V. H. 14. 16. Inclinant in pacem.

patē. V.H.24. viri ipsis indicuntur, nō tributa. 25. Præcipui gentium Germanicarum. G.29. Eorum in armis gloria. IV.H.12
Batavi ostētatores artis nandi. II,8. Eorum cohortes octo, auxilia legionis Quartadecimæ, in ciuitate Lingonum. I.H.59. Vbi agūt superbe. II.H.27. Discordātes cum Quartadecumanis fere inter se præliantur. 66. Remittuntur in Germaniam. 69 (lem. V.H.18
Batauorum ala transfugit ad Ciui-
Batauorum cohortes tres eximie pugnant contra Britannos. A.36
Batauorum insula, pulsum nomen Romanum. IV.H.18
Batauorū insula, ob faciles adpulsus, accipiendis copiis & trāsmittendum ad bellū opportuna. II,6
Batauorū oppida deserūtur à Ciuile. V.H.19. Totāq; eorū insulam hostiliter populatur Cerealis. 23
Batauodurum, vicus. in quo adgreditur Romanos Ciuilis. V.H.20
Bathyllus histrio in cuius amorem effusus Mecænas. I,54
Baulos, villa, quæ promontoriū Misenum inter & Baianum locum flexo mari alluitur. XIV,4
Beatus etiam videri potest Agricola, filiā atq; vxore superstitibus, incolumi dignitate, florente fama, saluis adfinitatibus & amicitiis, euasisse futura. A.44
Beati multi, qui videntur cōflictari aduersis; ac pleriq;, quamquam magnas per opes miserrimi; si illi grauem fortunam constanter tolerent, hi prospera inconsulte vtantur. VI,22
Bedriacū, vicus duab Romanis cladib. notus infaustisq;. II.H.23. Infeliciter ibi pugnatū ab Othonianis. 43. et Vitellianis. III.H 17
Bedriacensis via prope Cremonam III. H.17
Bedriacensis campis insistit Otho, ac lustrat oculis vestigia recentis victoriæ. II. H.70
Belgæ, offerunt subvenire nomini Rom. ac comprimere populos Germaniæ. I.H.43. Concitantur ad rebellionem à Iulio Floro. III.H. 40. Belgæ, inter auxilia Verginij contra Vindicem. IV.H.17
Belgarum ciuitates. I,35. Belgarum tumultuariæ cohortes, cedunt Batauis. IV.H.20
Belgicæ legat⁹, Ælius Gracilis. XIII, 53. Valerius Asiaticus. I.H.59
Belluarū pellib. quas exterior Oceanus gignit, spargunt velamina sua Germani. G.17
Bellum Africum, vide Tacfarinas.
Bellum Aristonici. IV.55
Bellum Bosphorum. XII,63
Bellum Dalmaticum. VI,37
Bellum Gallicum alitur Tiberio dubitatione III,42
Bellum Germanicum. I.3
Bellum Italicum. III,27
Bellum Iudaicum. I.H.10. II H.4
Bellum Mithradatis. III,73. IV.36
Bellum Parthicum II,1
Bellum Persicum IV,55
Bellum Perusinum. V,1
Bellum Piraticum XV,25
Bellum prouinciale. I.H 89
Bellum Punicum. IV,33
Bellū Sacrovirianum III,43.40. &
Bellum Sertorij III,73 (seq IV,18
Bellum seruile per Italiam, forte in ipsā herbā oppressum. IV,27
Bellū seruile in Ponto. III.H.47.48
Bellum Soriale, VI,12
Bellum Thracium. XII,63
Bellum, aut cupidine imperij, aut ob præmium, aut abolendæ ignominiæ. I,3. Pro antiquo decore,

aut recenti libertate. II,46. Augendæ dominationi. ibid. Consulendæ vltioni II, 26. Æmulatione gloriæ. 44 (I,4
Bellum, alij pauescunt, alij cupiunt.
Bellum atrox, lugubre, incertũ victis & victoribus, morte suâ, Reip. remittit Otho. II.46,48
Bellũ ad ciuile, vulgus per turbas & raptus facilius impellitur. I H.83
Bellum ciuile, quid. I,36 Nec habetur per bonas artes, nec paratur. 9. Plura expostulat quam pax. 19
ad Bellũ ciuile cõuersis animis, externa sine cura habẽtur. XI,8. I.H.79
Bellũ circumfert Cæcina I,51. Tacfarinas. III,21. Blæsus. 74. Dolabella. IV,24. Corbulo. XIII.37. & 39 (tur pro confecto. II,41
Bellum cõficere prohibitum accipi-
Bellũ cur trahere debeat Otho, neq; experiri fortunã contra Vitellianos, differit Paullinus. II. H 32
Bellũ donec fuit, inter præsentes acceptissimus Galbæ Otho. I.H.13
Bellum dum peractum putant duces, finem eius insignivere. III. H.78. Bellũ dũ spargit Tacfarinas, inritũ fessumq; Romanũ impune ludificatur, postq̃ illigatus p̃dã hæret castris statiuis vincitur. III,21 ad Bellum euntibus, oẽs nuncios audiri palam: omnia cõsilia cunctis audientib. tractari, nõ patitur ratio rerum, aut occasionũ velocitas. I.H.83. Bellũ ex integro velũt renatũ, III.H.59
Bellũ esse, si multi idẽ audeant quod Thrasea, infit Cossutian. XVI,22
Bellum externum, propinquantib. Romanis cõcordiam peperit Hierosolymitanis. V.H.12. ad Bellũ facilior consensus inter malos, q̃ in pace ad concordiam. I.H.54
Bellũ habere, q̃ gerere malebat Corbulo. XV,3. Bellũ ingens flagrat momẽto temporis in Illyrico, &c. II.H.86. Bellũ ipsum aperiet & recludet cõtecta victriciũ partiũ & tumescentia vulnera. II.H.77
Bellum magis desierat, quã pax cœperat, interfecto Vitellio. IV.H.1
Bellũ, ne metu eludat, Tacfarinas, metuitur. II,52. Bellũ mole vna ingruens, metuitur Tiberio. I,60
Bellum oẽs cupiunt, studio pari, caussis diuersis. Optimus quisq; amore Reip. Multos dulcedo prædarum stimulabat: alios ambiguæ domi res. II H.7. Bellum Othonis morte concidit. II.H.57
Bellum ostẽtare potius parati duces Vespasiani q̃ inferre Romæ; quãdo validissimæ cohortes à Vitellio desciuissent, & abscissis omnibus p̃sidiis, cessus imperio videretur. III.H.78. Bellum perpetrare. IV. H.51. Bellũ pro libertate fauorabilius, q̃ quod impẽditur nomini regio. II,44. Bellum profligatum. III.H.50. Bellum propalã sumptum à Parthis. XV,7. Bellum redintegratum. IV.H.13. Bellum spargi nequibat, exacta iam æstate. A.38. Bellum suadẽs apud barbaros semper validior. I,57
Bellũ suadẽtes legati, postq̃ impellere nequeunt Capitonem, crimen ac dolum vltro componunt. I.H.7.
Bellũ sumitur ẽt ab ignauis, ac strenuissimi cuiusq; periculo geritur. IV.H.69. Bellũ susceptũ auio itinere, importuoso mari, cõtra reges feroces, vagos populos, solũ frugũ egẽs: oritur ei tædiũ ex mora, p̃icula ex p̃perantia, modica victorib. laus, at multũ infamiæ si pellimur. XII, 20. in Bellũ tractus consensu gentis Segimerus. I,55
Bellũ tuti⁹ in pace suspecta. IV.H.49

Bel-

Bellum vbi ingruit innocentes ac noxij iuxta cadunt in pace causſæ ac merita ſpectantur.I,48
Bellum vni Ciuili neceſſarium, ferale Batauis ſumptum. V.H.25
Bellũ vt opreſſiſſe videretur, quod nullum fuerat, centuriones quoſdam punit, alios præmiis adficit Feſtus. IV.H.50
Bellũ vt primi poſuiſſe quidã principum viderentur, in ciuitates quæ ſocietatem Rom. non exuerant, perfugerunt. IV.H.70
Belli auidus Cæcina, proximam quamq; culpã antequam pœniteret, vltum ibat. I.H 67
*Belli ad ſubita retentæ alæ. A.*37
*Belli cauſſa auaritia & luxus Romanus: patria, coniuges, parentes, Britannis. A.*15
Belli cauſſam aduerſus ſe quæſitã, fruſtrat Ædui, præter pecuniam & arma iuſſa, gratuitos inſuper communicatus præbẽtes. I H.64
*Belli ciuilis arena quondam, trans mare.*II.H.6. *Eius partes, in Africa, acerrimo aduerſus Cæſarem miniſterio iuuat Piſo.*43
*Belli ciuilis crebris rumoribus, animos tollunt Britanni. III.H.*45
*ad Belli ciuilis neceſſitatẽ detruſus Q. Pomponius, acerbitate accuſationis Suilianæ. XIII,*43
*Belli ciuilis nerui, pecuniæ. II H.*84
Belli ciuilis præmia feſtinata. III. H.37
*Belli commercium, capere ac venũdare hoſtes XIV,*33
*Belli commercia Sabinis cæde, & incedio Capitolii direpta III H.*81
*Belli concitorẽ ſupplicio adficit Cæcina, ceteros venia, vel ſæuitia Vitellii relinquit. I H.*68
Belli faces I H 85
*Belli fortuita. III H.*23
*Belli fortunam tot cladibus aduerſam, opportuno erga popul. Rom. merito mutare Velledam, monet Cerialis.*V.H.24
*Belli furtum III,74.XIII,*36
Belli Gallici ſedes Vienna. I.H.65
*Belli Germanici cauſſa & euentus III H.*46
*Belli initia vt prouenisſent, ita famam in cetera fore, gnarus Cæcina II. H.*20
*Belli initium imputatum Othoni, non Vitellio. II. H.*31
*Belli inter alia mala Senatorium ordinem recuperat Primus Antonius II H.*86
*Belli inter inania, primâ ſtatim defectione, adſumpta Gallorum auxilia. II. H.*69
Belli inſtinctor accerrimus Tullius Valentinus. IV.H.68
Belli iubet eſſe ſecuros Gallos, velut iam cõfecti, quod excepiſſent manus Romanæ. IV.H 71
*Belli iure cadere XII,*16
Belli mala paulatim etiam ſentit vulgus, conuerſâ in militum vſum omni pecuniâ; intentis alimentorum pretiis. I.H.89
*Belli meditamentis, ſtruendâ acie, muniendo, vallandoq; firmatur miles.*IV.H.26
Belli omnem fortunam in ſuorum manu ſitam iactat cohortes Batauorum. II H.27
Belli patrati gratia penes illum, qui Romam occupauerit. III. H. 64
*Belli principia lata Othoni.*II. H.
Belli ſe gloriæq; expertem ratus Mucianus, ni præſens vrbe potiretur, III H.52
*Belli ſedes. III.*H.32
Belli ciuilis ſemina, & defectio à domo Cæſaris q̃ ſit à Caſſio inſcrip- ipſi-

imagine Cassij, DVCI PARTIVM. XVI,7

lli socios aut propinquos suos, Pisoni postponit Galba, quod in Republ. successorem quærat, non in domo I. H.15

lli subita & impetus, quando abnueret locus, aggeribus vineisq; certare statuit Titus. V. H.13

lli temporibus reipubl partem se faciunt etiam mali. I. H. 76. II. H.86

lli totius in euentum certant cæteris conspicui. II. H 42

lli vt instrumenta, quidam mercantur, luxuriosos apparatus conuiuiorum & irritamenta libidinum. I.H.88

lli trahendi artes, vallumque & muri. IV. H.58

llo acerrimam facem præfert Fuscus, non tam præmijs periculorum, quam ipsis periculis lætus, pro certis & olim partis, noua, ambigua, ancipitia malens. II. H.86

Bello agitantibus, obliuiscendum offensarum. II. H.1

Bello an eandem Romanis virtutem, quam in pace lasciuiam adesse creditis. A 32

ello apta manus, per latrocinia ac raptus, Mauritani. II. H. 58

ello auget inuidiam numerus cæsorum. II.H.67

ello in æstatem tracto, fluxis corporibus, mutationem soli cœlique haud toleraturos Germanos, differt Suetonius. II.H.32

llo ciuili accendendo, acres partium duces, temperandæ victoriæ impares IV. H. 1

llo ciuili castrorum præfectus Iustus, imperans adductius, subtractus militum iræ, ad Vespasianum missus. III. H.9

Bello ciuili crebra transfugia. II. H. 34.

Bello ciuili inexpertæ legiones Siriacæ Vespasiani. II. H.73

Bello ciuili intentus proximus annus, quantum ad Iudæos per otium transiit, pace per Italiam partâ, & externæ curæ redire. V. H. 10

Bello ciuili posito, ad externa modestiores milites. IV. H.72

Bello ciuili spes præliorum. I,16

in Bello cuncta virtute inexpugnabilia. I. 14. XII, 17 35

Bello externo vacui Germani, arma in se vertunt II, 44

Bello distractis orientis viribus, & quonam inclinarent incertis, casus Mithridati datus occupandæ Armeniæ. XI,9

Bello fessis, pacis amor præmiaq; & quies in posterum sperabantur. V.H.16

Bello faciles, dispersi homines ac rudes. A. 21

Bello gesta exposita vocato Senatu. XV, 72

Bello ingruendi totâ mole occurrendum. II. H. 100

Bello initium, auaritia. I H.67

Bello instruendo haud perinde intentus Valentinus, quam frequens concionibus IV. H.70

Bello interno simul externoq; principium parant fata. II H. 69

Bello læta gens Germani. IV. H. 16

Bello longo, materia, si ducibus alijs bellatum foret, quam Othone ac Vitellio. I. H.89

Bello non victus, prælijs ambiguus Arminius. II, 88

Bello Othonis & Vitellij solum id sci-

scires, deteriorem fore qui vicis-set. I.H.50

Bello opus Vitellio, ad capessendam principatus fortunam, distractus exercitibus ac prouincijs. I.H.76

Bello Parthico præfectus Corbulo, tot per annos militum atque hostium gnarus, ne cuius alterius inscitia rursũ peccaretur. XV,25

Bello prope confecto, parum decore alienæ gloriæ interventurum Domitianum, expromit Mucianus. IV.H.85

Bello quasi confecto, componit literas ad Cæsarem Pætus, verbis magnificas, rerum vacuas. XV,9

Bello quotidie semina nova ministrans Vitellius, dum spargit legiones, exarmatque cohortes. II.H.76

Bello robur ac sedem quod legisset coloniam virium & opum validam, laudatus Spurinna. II.H.19

à Bello sapientissimum quemque reuerentia fideque, iuniores periculo ac metu continet Iulius Auspex. IV.H.69

Bello sedem deligere. XIV,33

Bello sedes quæ legeretur, quæsitum. III.H.5

Bello spectat⁹ Tiberi⁹

Bello strenuus magis quam gloria, Varus. III.H.8

Bello Thracio Bosphoranoque recens, fessos Byzantios iuvandos censet Claudius, tributo in quinquennium remisso. XII,63

Bella ciuilia tria, narrata Tacito. I.H.2

Bella ad ciuilia postremum ruerunt milites, ob vacationum emptiones, egestate ac licentia corrupti. I.H.46

Bella crebra Hierosolymis præuiderant conditores, ex diuersitate morum, inde cuncta, quamuis aduersus longum obsidium. & V.H.12

Bella interna Cheruscorum. XI,1[illegible]

Bella plane accinctis obeunda, si reuertentib. post laborem, quid honestius quam vxorum levamentum? III,34

Bella populi Romani, ex quo Augustus res Cæsarum composuit procul & in vnius solicitudinem aut decus gesta I.H.89

Bella, quod singulis velut ictibus transacta sunt, ignavia principum factum. I.H.89. II.H.38

Bellorum caussæ præcipuæ, aurum & opes. IV.H.74

Bellorum caussas statuit exscinare Agricola, à se suisq; orsus. A.1[illegible]

Bellorum ciuilium initia fortunæ permittenda, victoria cõsilius & ratione conficienda. III.H.6[illegible]

Bellorum ciuilum per omnes motus, nullæ legiones innocentius agunt, quã Britannicæ, seu quia procul, & Oceano diuisæ, seu crebris expeditionibus doctæ hostem potius odisse. I.H.9

Bellorum ciuilium tentamenta in urbe ac foro, modo sub tribunis turbulentis, modo consulibus prævalidis. II.H.38

Bellorum egregii fines, quoties ignitur ignoscendo. XII,19

Bellorum grauium euentus exspectantes Germani, eius gentis cum qua bellum est, captiuum quo modo interceptum, cum lecto popularium suorum, patrium quoq; armis committunt. Victoria huius vel illius pro præiudicio accipitur. G.10

